
13
15
7

SIMPLICII
PHILOSOPHI PERSPICACISSIMI,
Clarissima commentaria in octo libros Arist. de Physico Auditu,

NVPER QVAM EMENDATISSIMIS EXEMPLARIBVS, innumeris penè locis integritati restituta, & ab innumeris erroribus diligentissimè castigata.

OMNIVM DENIQVE SCITV DIGNORVM, QVAE IN EIS DESIDERANTVR, *& nunc in margine a nobis accurate describi curauimus, ad optatum omnium studiosorum commodum.*

INDEX COPIOSISSIMVS ADDITVS EST.



Venetiis apud Hieronymum Scottum. M D LXVI.

Josephi pentimalli

IN LIBROS ARISTOTELIS DE NATVRALI AVSCVLTATIONE.

PROOEMIVM.



Ristotelis intentionem de Naturali Auscultatione facile discere possumus, si philosophiæ eius partis, quæ naturalis est diuisionem ad memoriam reuocauerimus. Forsitan autem non inutile erit uniuersam philosophiæ Arist. diuisionem ex eius sententia afferre. Nam cum philosophia sit animæ perfectio, ut corporis medicina: animæ autem alia pars irrationalis est, alia uero rationalis, & rationalis, alia est quæ irrationali adminiculatur, quæ dicta est ab Arist. intellectus potentia, & alia uero est separabilis qualis est intellectus actu, mensq; ipsa: duplex est autem omnis animæ potentia, altera appetendi, altera uero cognoscendi, id uero omne, quod perficere potest appetendi uim in ipsa irrationalitate, & intellectus potentia existentem, qui appetitui irrationali opem fert; Peripatetici uocant actiuum φ circa actionē uersetur, & finem habet, boni electionem, atq; adeptionem. Sed perfectiuum partis, quæ cognoscit, habens finem, ipsam ueritatem, communiter appellant contemplatiuum. Verum illius quidem, omne illud, quod intellectus potestatis cognitionem perficit quæ cum sensu & phantasia est, quod circa materiales, formas est, quæ nequeunt à materia separari uersatur, hoc naturale nuncupant, quod circa tales uersatur natura, & in his esse ostenditur. At illud quod circa formas prorsus separabiles à materia, ac circa actionem puram ipsius intellectus in actu, quæ concluditur unà cum actione intellectus potestatis uersatur diuinarum literarum genus & primam philosophiã, & meta ta physica appellant, quod post naturales scientias ordinata est. At illud quod est circa eas formas, quæ partim separatæ sunt, & partim inseparabiles: mathematicum, & de anima uocant. Etenim mathematicã substantiam mediam esse aiunt, quæ ut uniuersa, separabilis est à materia, & ipsa dimẽsione, interualloq; discreta inseparabilis. Idẽ de anima tradunt, cui quo ad sensus imaginationes, & intellectum potentia, multum materiæ inesse intelligunt, sed quo ad intellectum agentẽ, quem animi caput Arist. ostendit (quamuis aliter uideatur Alex.) eandem abiunctam à materia ferunt. Verum aliæ philosophiæ partes exploratius propriis tractationibus tractabuntur.

Cæterum uniuersi sermonis de natura alius est circa principia rerum omnium naturalium, quatenus naturales (perinde autem ac si corporeæ dicas) & circa ea, quæ necessario sequuntur talia principia. alij uero sunt circa ea quæ ex principiis oriũtur. Sed cũ horum etiam alia sint simplicia, & alia cõposita, de simplicibus docet opus de Cœlo: in primis quidẽ duobus uoluminibus de quinta substantia, quæ propriè cœlũ est differens, præterea sempiternitatem, eius ostendẽs, & in reliquis duobus de quatuor elemẽtis agitur, quę sub luna sunt, quatenus eadẽ etiã simplicia sunt, ac simplicibus motionibus mota. Nam sic dicere melius existimo quã Alex. tulit, qui opus de cœlo, de sempiternitate, & circulari, atq; de omni corpore naturali, seu de mũdo esse asserit. Nã de naturali re quatenus naturalis, præsens opus etiã ipse fatetur. & est hæc res, ipsummet cõpositum naturale, sed nullus sermo ibi de cõposito fit, sed de simplicibus, quemadmodũ etiam ipse Arist. tertio illius facultatis & tractationis uolumine compertũ facit dicendo. § De primo igitur elemẽto dictũ est & quale quod natura sit, & quod incorruptibile atq; ingenitum reliquum est dicere de duobus § duo dicens, quatuor elementorũ duas coniugationes, quę subiiciũtur duabus speciebus motus. Videlicet alia à medio, & alia ad medium: simplicia porrò uocans elementa. Et, cum omnia cõposita genita & corruptibilia sint, & simpliciũ alia sempiterna, & alia quę generãtur & corrũpuntur, de sempiternis in primis uoluminibus de cœlo dictũ est, sed de generalibus & corruptibilibus tanquã simplicibus in tertio & quarto illius tractationis agitur, de generalibus uero ut cõpositis dicturus, duos primos libros de Generatione & corruptione conscripsit, in quibus docet ea quæ cõmuniter omnia gignẽda &

corrumpenda cōsequuntur, quatenus talia, quorū quoq; deinceps alia suis peculiaribus locis annectit. Et quæcunq; quidem supra nos proximo loco constant per eam tractationem, in qua sermo fit de his, quæ apparent in sublimi, docet: sed eorum, quæ loco prope nos fiunt, quū alia sunt animata, & alia inanimata, de inanimatis quidem docet in tractatione de metallis; sed animatorum, cum alia sint animalia, alia plantæ, alia uero, quæ utrāq; naturā animalis & plantæ habent, zoophita appellata. De animalibus igitur in uarijs tractationibus de animalibus asseruit: partim per quendā historiæ modū quæ ad ipsa spectant enarrando, ut patet in historiis de Animalibus: partim docēdo causas, ut patet in his libris, quos cōscripsit de Generatione animaliū, & partiū: deq; incessu, somno & aliis huiusmodi disseruit. Similiter etiā de plātis hoc duplici modo docuit. Hæc igitur est huiusmodi, ut quā breuiter dicam, naturalis philosophiæ diuisio iuxta Peripateticorū sectā. Propositæ autem tractationis intentio est docere ea, quæ cōmuniter insunt naturalibus rebus, quatenus naturales sunt (perinde est autem ac si dicas corporeæ.) At cōmunia omnibus sunt principia, & ea quæ cōsequūtur principia. sed principia sunt causæ propriæ dictæ atq; concausæ, quæ causis coniunctæ illas adiuuant, & causæ sunt efficiens & finis sm Peripateticos: concausæ uerò forma & materia, & prorsus elementa. Nam Plato adiecit causis exemplarem causam, & cōcausis instrumentalem. Et quod intentio huius operis sit de his quæ communiter insunt omnibus rebus naturalibus, illico indicat præfatio libri, quippe dicit necessarium esse Naturali primū determinare ea quæ pertinent ad principia. Item initio tertij libri indicabit Arist. dicendo, Est igitur manifestum ob hæc & quia hæc omnibus sunt cōmunia & uniuersalia, de unoquoq; horum prius tractare, & considerare oportet: Nam posterior est propriorum contemplatio ea, quæ est de cōmunibus. Et cum natura quodammodo sit proxime causa effectrix rerum naturalium, ostendetur esse principium motus, & quia omne naturale corpus in seipso principium motus habet, sermo de motu necessarius est naturali: & quia omne motum tempore metitur secundum motum, & corpus est in loco, disserēdum etiā est de tempore & loco. Item quia corpus, locus, tempus & motus continua sunt, etiā de continuo est dispntādum. Et hæc sunt ea, quæ consequuntur principia naturalia. Verum incidunt quæstiones cum de infinito, tum etiam de uacuo, de infinito inquam, quia necesse est ut naturalia corpora, motus, locus, & tempus cum sint continua & dimensionem habentia in infinitū diuisilia sint, atq; esse uel infinita uel finita, uel aliquo modo infinitum habere, & aliquo modo finitum. Item de uacuo, cum locus uisus sit nonnullis quoddam interuallum & spatium uacuum corpore priuatum, merito sermo de uacuo ei qui est de loco succedit. Item incidunt quæstiones de uacuo quod nonnulli naturales & non ignobiles uiri posuere uacuum in ratione principij. Summa igitur intentio naturalis auscultationis est de his quæ communiter cūctis rebus naturalibus insunt, aut uidetur inesse, licet non insint.

Reliquum, causa inscriptionis patet. Nam cum doceat ea quæ communiter omnibus naturalibus quatenus naturalia sunt, merito commune nomē incidit ei de naturali auscultatione. Auscultatio autem dicitur ad eum modum elaborata, ut in præceptionem auscultationemq; aliorum sit proposita. Verum Adrastus in commentario suo de ordine conscriptorum Arist. narrat à nonnullis hāc tractationem inscriptam esse de principiis, & ab alijs de naturali auscultatione. Præterea inquit, nonnullos quinque prima uolumina inscripsisse de principiis, reliqua uero tria de motu, quo pacto etiam uidetur Arist. sensisse: quippe qui pluribus in locis de ipsis hunc in modum fecerit mentionem.

Naturalis item scientia utilis est non modo his, quæ ad uitam plurimum conferunt, quæ uidelicet Medicinæ & mechanicæ principia præbeat, sed etiā aliis artibus opem ferat. Nā unaquæq; hac indiget, ut naturā, & differētias sm naturam subiecta sibi materiæ consideret. Item non solū, quod animæ formā in nobis existētem ad cognitionem naturaliū perficiet: ut Theologia intellectualem & supremam partem perficit: sed etiam quod ad alias animæ perfectiones & uires magnū confert momentū. Nam uidetur ad capescendas uirtutes actiuas naturalis scientia usui esse, præsertim ad capescendum iustitiam, quatenus ostendit elementa & partes uniuersi ipsimet inuicem cedere, & diligere suum ordinem, æqualitatemq; geometricā seruare. Quocirca etiā nos plurimum abesse ab auaritia, & ab iniusta cupiditate cæteros antecellendi, faciet. Deinde ad tēperantiam iuuat, quippe quæ ostendat naturā uoluptatis, nullum esse præcipuū bonum, sed quoddā subsequens, quod tandiu eligendū & expetendum uidetur, donec eo, quod est præter naturam cōmixtum & confusum fuerit. Huiusmodi itaque philosophiæ studium facile auocabit animum à corporeis uoluptatibus & ab admiratione externarū rerum liberabit, per quæ tēperantia, iustitia, optimum consiliū cœtui hominum euenire solet. Item aliquis hoc modo erit fortis, cum philosophiæ ope nouerit hominem nullam sensilem esse uniuersi partem, atq; uniuersi uitæ nostræ temporis nec mensuram haberi, & oportere omne genitum dissolui & interire, cum sit ipsa dissolutio in simplicia, & restitutio partiū suis integris

tegris propriis,atq; renouatio quædam iuuentutis ex his quæ consenuerunt,& recuperatio eorum, quæ iam labore fessa,& exhausta sunt. Item mens,cum nouerit præsens momentum,uel illud quod post paucos annos est interiturum,nihil faciet qui temporis infinitatem nouerit. Quod si separabilem illam excellentiā animi mente considerans,& eam erumnis ac molestiis ex corpore procedentibus comparauerit,tum certe mortem penitus diliget. Quam uero sic ad mortē ferendā est promptus & paratus quid eorum quæ uidentur,tam potēs, ut illius mētem auertere possit? Pręterea hęc scientia naturæ studiosis prudentiā præstabit,quandoquidem ipsa prudētia multā habeat cognitionem cū ipso quod ab anima cognosci potest. Item reddit eosdem magnanimos,atq; magnificos,cū nihil in rebus humanis magnum existimandū esse suadeat,immo facit eos esse paucis contentos. & ob id eos cū quæ habēt libenter impertiant,& ab aliis accipere minime indigentes,liberales efficit. Sed maximū eiusdem sciētiæ bonum est,quod etiā ad cognitionem substantiæ animi,& ad contemplationem separatarum & diuinarū formarum aptissima uia est: quemadmodū etiam Plato ostendit. qui orsus à naturalibus motionibus ad inuentionem illius subiectæ processit, quæ cum seipsam moueat,tum etiam intellectuali & diuina subsistentia pręditа est. Arist. etiam in hac præsenti tractatione ex sempiterno orbiculari motu immobilem atq; omnis motus causam adinuenit. Adde quod hæc quoq; scientia cultum erga istam diuinam celsitudinem quam optime accēdit, cum nos ex ipsa exacta & certa intelligentia eorū quæ ab ipso condita sunt,in admiratione & magnificentiā conditoris excitet atq; rapiat. Hanc certe admirationem erga deū affectio,fides, spes securæ consequuntur. Cum igitur sit philosophia naturalis tantum utilis,præsens tractatio merito erit utilissima,quippe quæ doceat uos uniuersæ philosophiæ naturalis principia,sine quibus assequi scientiam naturalem impossibile est,ut etiam ipse Arist. mox initio conscripti operis insinuauit. Tunc,inquit, § putamus unūquodq; cognoscere,cū causas primas cognouerimus & principia prima usq; ad elemēta. §

Præterea si aliquid de ordine huius operis dicendum est, perspicuum est ex contextu superiore hunc librum cæteros naturales præcedere, quando quidem doceat principia naturalia. Sed post tractationem illam de moribus, quæ nostros mores componere docet, & post rationales disciplinas, quæ conferendi sermonis, & differendi, rationem docet, quibus dignoscendo ueritatis iudicium assequimur, sumenda est tractatio, ac disputatio de rebus naturalibus.

de istius operis o[rdi]ne disseritur

Rursus q̄ hic liber sit Arist. germanus suoq; marte editus probare superuacaneum est,cum hoc in controuersiam non ueniat & de ipso mentio fiat in plerisq; operibus,quæ ulla ambiguitate fuisse Arist. cognoscuntur. Accedit etiam qnod studiosissimi eius discipuli,atq; cuncti,qui suæ sectæ fuerunt,memorant hunc librū eius fuisse, quorum nonnulli librū in capita & summas conscripserunt.

an Aristotelis sit tractatus!

Cum autem uniuersa hæc tractatio primv dupliciter diuidatur, quinque primos libros de principiis omnibus naturalibus & consequentibus eadem, atque de his quæ incidunt in questionem Adrastus tradit, sed à sexto libro repetens sermonem de motu reliquis tribus uniuersas multiplicesq; de motu contemplationes affert. Quocirca Arist. quinque primos libros consueuit appellare de principiis,& cæteros sequentes de motu. Sed principia & concausas.s. materiam, formā,& oppositam ei priuationem primo libro docet,& in secundo de causa proxime effectrice,quā esse materiam inquit,addit quoq; causam finalem. Et quoniam sunt nonnullę aliæ causæ quæ uidentur effectrices causę, sed sunt per accidens causę, ut casus & fortuna, neq; harum determinationem in explicatam reliquit. Item,cum diffinisset naturam esse principiū motus,& naturalia prorsus per motum designentur in tertio lib. quid motus est,& communis,& in qua uis specie: & quia motus naturalis est continuus,& cōtinuum est diuisibile in infinitū,& de continuo & infinito differit in eodem libro. Præterea,cū corpora naturalia & ea quæ positionem habent,loco egeant,in quo erunt, & in quo mouebuntur,ideo etiam de loco in quartò disputat. Item,cum nonnulli spatium uacuum locū esse suspicarentur,& ponerentur,ipsum subire rationē principij,merito quæstiones de ipso mouet. Et cū omnis motus tempore metiatur,& naturali de tempore accurate,& diligenter perquirendum erat, & hunc in modū quartus liber absoluitur, sed in quinto motum ab aliis mutationibus seiungit ac oppositionem motuum inter se & quietis ad motum & ad quetem inter se, determinauit, & postremo quid esset unus motus descripsit. Sed ipse paucis additis ad uerba textus conuertar.

diuisio octo istor[um] librorum. et in [quo] quoq; quænam p[re]cipue tractentur

Ex his ergo qui ante Platonem philosophiæ se dediderunt, Thales Anaximander, & huiusmodi alij,utpote qui primum post diluuium & rerum necessarium acquisitionem, in Græcia philosophia cœperit esse,quęrentes causas eorum quę natura fiunt,materialia & elementaria principia contemplari fuere,quæ postea indiscrete confuseq; ueluti rerum omnium principia explicarunt. Xenophanes autem Colophonius, & huius discipulus Parmenides & Pythagorici absolutissimam de rebus naturalibus & his, quæ supra naturam sunt, constitutam, licet ænigmatū plenā, suam philosophiam

tradiderunt. Anaxagoras quoque Clazomenius nouit effectricem causam ipsam mentem, quanquam in teddendis assignandisq; causis raro ea usus sit, ut in Phædone Socrates momordit. Et forsitan id minime absurdum est. Etenim ipse etiam Timæus, & is, cuius Plato personam gerit, cum effectricem causam exemplarem & finalem eorum quæ fiunt proposuissent, tamen corporalium causarum assignationes ex figuris planis & prorsus ex natura elementorum fecere. Veruntamen ipse Plato Pythagoreorum & Eleatarum dicta cum apertius proferret ea quæ sunt supra naturam præstantissime cecinit. Item in naturalis & his quæ generantur principia elementaria ab aliis separauit, & primus fuit, qui talia principia nominauit elementa, ut etiã Eudemus narrat. Item cum animo cõcepisset effectricem causam finalem, insuperq; exemplarem & ideas distinxit. Etenim Arist. eisdem sententiis utendo, studiosius & accuratius materiam inuenit similiter & formam, effectricem quoque causam diuinam statuit mentem, & finalem eius bonitatem. propter quam omne sensile ad intellectuale exemplar assimilauit. Arist. igitur ab his philosophis, qui ante Platonem fuerunt, non modo dissentit, quod effectricem causam nouit, sed etiam quia materiales causas ad modum principij magis considerauit. Nam cum illi uel similiares partes, uel unum aliquid elementorum quatuor, uel plura, uel omnia statuissent, uel usque ad insectilia corpora uenissent, ipse cum similares partes, tum etiam quatuor elementa dissoluit: & ipsam corpoream naturam in formam & materiam resoluit, ut etiam Plato ante ipsum, & ante Platonem Timæus Pythagoricus fecerant: arbitrantes proxima principia quatuor elementa esse, & ante illa planas superficies, atq; prima principia elementaria materiam & formam. Sed à Platone simul & ab his omnibus, qui præcesserunt Platonem dissensit Arist. quòd illi, cum de naturalibus rebus dissererent, tamq; de cunctis se disputare arbitrati sunt, uel ut nonnulli ante Platonem, qui de mundo & partibus mundi in libris de mundo tractarunt, perinde ea, quæ hic queruntur, ibidem moueant: ut ipse etiam Plato, & quidam ante Platonem fecerunt. At Arist. omnia naturalia digessit, ac, distinxit iuxta cum ordinem, quem habent existentia, & de ipso pet se corpore naturali docet, perinde ac non esset mundus. Item in elementis priuationem, uelut quippiam aliud à materia, ostendit, cum ante Platonem priuationem materis, uel in materia esse determinauit, cæterum cum alij causam effectricem omitterent, & Anaxagoras atque Plato, (idem est ac si diceres Pythagoricos) posuisseut diuinã mentem, ipse quærens proximam effectricem causam eorum, quæ natura fiunt, naturam illam esse inquit, quam Plato instrumentariam causam nuncupauit. Atq; nec Arist. in sola natura mansit, tanquam in prima uel principaliter causa effectrice, sed etiam ad immobilem & omnium motricem causam processit, & cuncta quæ mouentur in calce huius tractationis ab ea moueri & pendere comprobauit.

Postremo forma huius uiri philosophandi à cæteris antiquorum discrepat, quatenus obscuritate & ænigmata eorum mutata apertiora & certiores, atque exactiores adiecit demonstrationes. Discrepat inquam à Platone, quatenus ipse uim necessitatemq; demonstrationes imbecillem atque principia exiguæ uirtutis ad demõstrandum, à sensu & ab euidentibus probabilibusúe opinionibus studio dignis accipit: & ab omnibus simul dissentit, quod partes omnes philosophiæ naturalis usque ad maxime particularia reducit. Cum uero bifariam conscripta eius diuidantur, in ea, quæ externa nominabat, ceu sunt historice & dialogices meditationes, & penitus ea quæ exactã, & summam diligentiam non postulant: & in ea quę auscultatoria appellabat, inter quæ præsens tractatio numeratur: in auscultatoriis data opera obscurus esse uoluit, ut segniores ab huiusmodi studio repellat & dehortetur: perinde ac ob illam, auscultatoria, scripta fuisse non uideantur.

Porrò Alexander, post Persarum euersionem, hæc ad Aristotelem scripsit.

Alexand. Arist. bene agere. Non recte fecisti, quod auscultatorios libros in publicum emisisti. Nam qua alia te nos aliis antecellere poterimus, si eæ disputationes, quibus impense dabamus operam omnibus prorsus fuerint communes? Ego uero, malim experientiis rerum optimarum, quam uiribus facultatibusque cæteros anteire.

Sed Aristoteles rescripsit Alexandro hæc.

Aristoteles Alexand. salutem. Scripsisti mihi de Auscultatoriis libris, quos putas in archanis reconditos esse oportere. Scias igitur uelim ipsos editos, atque non editos esse. Nam iis intelligibiles erunt, qui me audierunt. Vale.

Plutarchus Cheroneus in uita Alexandri editione librorum Metaphysices hęc scripta fuisse tradit.



INDEX

CONCLVSIONVM, ET eorum omnium notabilium dictorum,

Quę in Simplicij refertissimis cōmentariis super Octo libros Arist. Physicæ Auscultationis scitu digna continentur, nuper additus.

Cerebrum

Cur

Diuersi-

Infi-

In

Motum

Natu-

Punctum

Qui

Temporis

Vacuum

FINIS.

SIMPLICII PHILOSOPHI PERSPICACISSIMI commentaria, in primum librum de Naturali Auscultatione Aristotelis.



Tex. 1.
** a.l. methodos.*



*VONIAM cognoscere, ac scire contingit circa omnes *certa ratione traditas disciplinas, quarum sunt principia, aut causæ, aut elementa, ex eo quòd illa cognoscamus. (Tunc enim nos putamus cognoscere unũquodq;, cum causas primas cognouerimus, & principia prima, & usque ad elementa: manifestum est, quòd etiam ea, quę pertinent ad principia Scientiæ, quæ de Natura est, primum determinare tentandum est.*



ROOEMIVM operis intentionem & scopum statim patefacit, ꝙ videlicet sit de principiis Naturalibus. Nam, inquit, id, quòd ad principia attinet, prius determinandum esse: & necessarium esse sermonem de principijs planè ostendit, hunc in modum ferè syllogismum faciens. Res naturales principia habent: quæ principia habent ex perceptione principiorum suorum nobis scire contingit: igitur cognitio naturalium principiorum necessaria est ei, qui habiturus est Scientiam Naturalem. Sed quod quidem sint rerum naturalium principia, quodcunque deinceps dicetur demonstrabit, & modo demonstratione non eget. Ob id puto ipsum hanc propositionem omisisse. Atqui Theophrastus principio sui libri de Naturalibus rebus, eandem demonstrauit dicens: atqui principia rerum naturalium esse constat, eo quod corpora naturalia composita sunt: Omne vero compositum principia habet, ex quibus constat. nam omne, quod natura est, vel corpus est, vel habet corpus: vtraque autem composita sunt. At Porphyrius inquit, non esse Naturalis munus quærere si sint rerum naturalium principia, sed illius, qui ad Supremam Philosophiã transiuerit: quippe Naturalis illis velut datis ac concessis vtitur. Præterea aliquis magis assereret illũ, qui ad Primam Philosophiam ascenderit, quærere oportere, quęnam principia sint, cùm neque Geometer, vel Medicus sua principia demonstret, sed ipsis, vt quæ sint, atque talibus vtantur. quo igitur modo cuncti fere Naturales rerum naturalium principia quærunt. Nunquid, quòd naturalia quidem sunt composita, & habentia principia: quę & ad Naturalem spectat demonstrare, vt etiam Medici est ostendere, humanum corpus ex quatuor elemẽtis constare, & Grammatici orationem ex vigintiquatuor elementis. At quam vim vnumquodque elementũ habeat, superioris opificis est ostendere, velut vim literarum ad Musicum, & humani corporis principiorũ potestatem, ad Physicum. Sed naturalium principiorum facultatem ad Primum Philosophum pertinet ostẽdere. ob id & Aristoteles, cùm ostẽdisset materiam, formamq́ue rerum naturalium principia esse, inquit: materiam quidem ex analogia, proportioneúe cognosci, quanquam Primus Philosophus ipsam ex causis demonstret. De principio autem formali inquit: nũquid vnum, vel multa, & quid quæ sint diligenter determinare ad Primam Philosophiam pertinet. quapropter in illud vsque tempus differatur. Quod vero nobis scire ea, quæ habent principia contingat, quãdo eorum principia cognita fuerint, hoc quidem posuit, & velut dignitatem attulit. Idcirco vtitur coniunctione, quæ appellatur subcontinuatiua, quia antecedens, velut concessum, sumitur. Nam, si sciẽtia est per demonstrationem cognitio: & demonstratio est syllogismus, qui fit ex principiis: profecto constat, vt scientia sit ea cognitio, quę à principiis proficiscitur. Rursus idem inductione, atque communi sententia, opinioneúe confirmat institutionis & solatii causa: Tunc enim, inquit, vnumquodque cognoscere putamus, cùm causas primas cognouerimus, & principia prima, & vsq; ad elementa. sed conclusionem non intulit, hanc scilicet: igitur res naturales nobis scire contingit, eo quòd illarum principia cognoscamus, sed quæ sequuntur conclusionem subiunxit. Nã, inquit, oportet & ea, quæ ad principia Naturalis Scientiæ attinẽt, primum determinare. in quibus verbis comprehendit etiã conclusionem. Veruntamen Eudemus principio suarum commentationum de naturalibus rebus, rationem altius induxit: & cùm ostendisset conducibilius esse singularia scire ad obeundas actiones, & non ignorare cõmunia ad habendam rerum contemplationem, inquit: Hoc in omnibus scientiis communissimũ esse videtur, vt prius versamus circa scientiam principiorum: nam vnaquæque fere scientia quibusdam principiis vtitur. Quæ cum sic se habeãt, necessarium est tractanti de rebus naturalibus primo considerare principla. Et mens atque ratio vniuersa eorum, quæ dicuntur, talis est: Sed inquisitione dignum est, quid nomine principii, causæ, & elementi intelligat.

Principia rerum naturalium esse quo suadebat Theophrastus.

Principiorum facultatẽ Primus Philosophus contẽpletur.

Principium quid sit.

Etenim Alexander inquit, hæc inuicem differre, eo quod Principium quidem dicitur ipsum proprie efficiens, vnde est principium motus.

Causa quid sit.

Causa vero dicitur id, cuius gratia, & forma. quippe in his, quæ natura sunt, forma & id cuius gratia.

Elementum quid.

Elementum aĩt est id, quod inest, ac rei intimum est, ceu materia. Videtur tñ Alexan. sequi Eudemum dicentem, quod cum causa quatuor modis dicatur, elementum sane de materia dicitur: quippe elementa intrinseca inesseq; videantur, ceu literæ in sermone. Hoc etiã modo æs fertur esse causa diuturnitatis operũ. Item causa dicitur & illa, vnde motus, & eandem dicimus esse principium. Vnde conuicii iurgiiúe principium odium & contentio dici solet. principium igitur & elementum hoc modo causas aiunt. Id vero, quod cuius gratia vocatur, nõ recipit rationem elementi: quippe rei effectæ non inest, ceu sanitas deambulationi non inest, neque principium ambulandi sanitas esse fertur, sed magis causa, ipsum vero cuius gratia & forma videntur esse magna propinquitate cõiuncta. propter quod maxime causæ simile est id cuius gratia. Talia Eudemus dixit. Verum mirum est, si forma in eo, cuius causa est, non insit, nisi formam vniuersalem inquiant. Atqui Porphyrius vno quidem modo principium dicit, vnde primus motus fit, tale vero appellatur principium à quo. velut viæ id, quod primum est. sic etiam nauis carina principium est: & domus fundamentum; huic vero significato opponitur, finis. Alio autem modo vt id, ex quo. vt natura est naturalium rerum initium, & ars artificialium: Item id cuius gratia principium dicitur, ceu certaminis victoria: Alio quoque modo principium dicitur id, ex quo primo, cùm insit, aliquid fit. vt domus, lapides & ligna principium dicuntur, velut materia. Principiũ autem dicitur & forma, figura & omnino species. Verum Aristoteles eam duntaxat formam

contemplatus, quę in materia est, eandem dixit esse principium. Plato aũt cũ preter hãc formam, separabilẽ quoq; formam cõprehendisset, exemplare principium adiunxit. Quatuor igitur modis s'm Arist. principium sumitur: vel enim id, ex quo, ceu materia: vel id, per quod, vt forma: vel id, à quo, ceu efficiẽs, vel id propter quod, velut finis. Secundũ vero Platonẽ adiungitur id, ad quod, ceu exemplar: & id, per quod, vt organicũ & instrumentale. Quot vero modis principium dicitur totidem & causa dicitur. Equidem vtraque sunt subiecto idem, consideratione vero differunt. Nam principium, inquit Porphyrius, consideratur, quatenus præcedit. Causa aũt quatenus efficit aliquid, & perficit illud quod ipsum consequitur, cum causa sit potestate inchoans, & principium potestate perficiẽs. Propter quod principii consideratio præcedit considerationẽ causæ. Cum ergo tot modis dicanť principia & causæ, non singula in singulis modis promiscuè cõfusèq; habẽtur. sed alia quidẽ sunt ortus generationisúe principia, ceu materia, atq; forma, aut efficiens & patiẽs: vel vnũ aliquid elementorũ, vel vnumquodque naturalium principiorum, q̃ Veteres considerauerunt: alia vero cognitionis principia sunt, vt immediatæ, ac indemonstrabiles propositiones. Item alia substantiæ principia, ceu dixere Pythagorei, finitum & infinitum, vel par & impar esse principia: actionis denique principium est finis, vel quod agit. His ergo a nobis enarratis, ad Alexandrũ, & ante ipsum ad Eudemum dicẽdum est, quod id cuius gratia, cũ sit finis, & prorsus principiũ sit, & magis propriè principium quam efficiẽs, & maximè secũdum eos, qui aiunt immobilem & primam causam esse oĩum finem, sed non efficiens, quod & principium oĩum rerum esse confitentur: siquidem affirmant ipsum esse oĩum maximè primum.

Principiorum alia sunt cognitionis, alia substantiæ, & alia generationis.

Finalis causa magis ad proprij principij rationem accedit, quam causa efficiens.

Item, quò aiunt solam materiam esse elementum, siquidẽ putent cõpositum constare ex forma & materia? Nã & si forma finis rationem subit, magis tñ elementi rationem participat. Præterea ad Porphyriũ, quod primum ex his, quæ quidem & ipse distinxit non æque causa & principiũ dicuntur, sed ois causa principium est, principium aũt rei, ceu viæ, actionisq; principium, causa minimè dicatur esse. Secundo aũt quod non prius animo concipitur principium quã causa, siquidem causa necessariò præcedit effectum. principium aũt siue vt pars præcedens, siue vt elementum accipiatur, vnà est cum effectu. Nunquid igitur Arist. cũ principium, velut cõmune accepisset, ipsum diuisit in proprias causas, ceu in causam efficientem & finalem, & in concausas, à quibusdam, sadiuuãtes appellatas, qualia sunt elementa. Ob id sic procedens cum inquit: cũ causas cognouerimus primas & principia prima, propterea ꝙ propriè & primò dictæ causæ hæ sunt, quæ primo atque propriè sunt principia dicit, & vsque ad elementa: id est vsque ad extremas causas & principia dicta. Dixit igitur quarum sunt principia, vel vt causæ, vel vt elemẽta. potuit aũt dicere primas causas, & principia prima, quod causarum aliæ sunt vnicuique ac cõtinentes propinquæ causæ, aliæ vero primæ. & qui cognouerit propinquas, & primas ignorauerit, is propinquas neque propriè sciuit, siquidem ignoret illorum causas primas. Tunc ergo scientia haberi potest, quando omnia principia, omnesq; causas cognouerimus, scilicet primas & proximas, quæ sanè elementa sunt. Cùm aũt & primorum principiorum alia sint vnicuique scientię peculiaria, propriaq;, ceu Geometriæ, suæ definitiones, pronunciata & dignitates: alia autem cõmunia omnibus scientiis: Alexander inquit, hæc cõmunia principia eum cognoscere oportere, qui sciens euasurus est. more Platonico hoc dicens, atque sentiens. Nam Plato eas scientias, quę ex suppositione aliquid concludunt, non vult propriè scientias appellari. Veruntamen videtur Arist. nunc dicere de principiis Scientiæ Naturalis, cùm dicit, & ea, quæ ad principia Naturalis Scientię attinent, enitendum esse prius determinare, quæ etiã determinat in præsenti tractatione & proposito opere, sed non cõmunia, quæ à Primo Philosopho proponuntur. Cæterum ad verba. Cognitio & scientia, seu cognoscere & scire, non geminatis vocabulis idem significare dicuntur, vt & notauit Alexander, qui dixit, hæc nomina ex geminatione dicta nullam habere differẽtiam in qualitate rei, & ob id vnum eorum, quę sunt eiusmodi, idem valet quod oĩa. sed cognoscere & scire simul non possunt esse idem, neque significare quod sola cognitio, vel solum scire significat. Nam ea cognoscimus, quę sensu, vel opinione, & per immediatas propositiones comprehẽdimus, quorum nihil scimus per demonstrationem, quod idem dictũ est, ex scientia. Hæc igitur rectè dixit. At quò hic vtraq; nomina apposita sint nihil amplius ad extricandam explicandamque dubitationem adiecit. Proinde videtur præposuisse cognitionem scientiæ, cum cognitio sit eius genus, perinde atque dicat cognoscere per scientiam, vel scientificè. Similiter autem hoc dictũ est, si quis dixerit, aliquid, & hoc modo vt oratio, velut enunciatio verum vel falsum dicit. etenim oratio est genus enunciationis, sic cognitio idem dictũ est, cognitio genus est scientiæ. Quòd aũt Arist. non ignorauerit cognitionem dici, & de perceptione, quę sensuũ ope capitur, indicauit præfatio, procœmiumq́ue Metaphysices, vbi inquit. Omnes homines natura cognoscere desiderant. huius aũt desiderij indicium est ipsa sensuum dilectio. Nisi forte Arist. cognitionem proprie accipiens, duxit ipsam eandem esse cũ scientia. Etenim Plato inquit, Mathematicos non cognoscere sua principia, & tamen constat ipsos scientifice scire, perinde ac propriè cognitio sit scientialis. Nam inquit, cui principium qui nescit, media aũt & extrema, ex quibus, etiam ignorat quomodo est ipsum cognoscere, q̃ scientiam appellat. Item plane opinionem aliam esse à cognitione asserit, quandoquidẽ dicat quid nobis, si indignaretur succenseretque is, quem dicimus opinari, & non cognoscere. Similiter opinabile se iungit à cognoscibili dicens: fateremur etiam, si quid tale appareret opinabile dici oportere, sed non cognoscibile. Manifestum est aũt, ꝙ Aristoteles non accepit notitiam cõmunem, quæ est ipsa cognitio, sed eam, quę est ex scientia. vnde induxit, subiunxitq́ue. (Tunc enim, inquit, vnamquãque rem cognoscere putamus, cũ causas cognouerimus primas & principia prima) tanquam dicat cognitionem illam, quæ habetur ex principiis, q̃ scientifica est. Quod vero aliud sit opinari & aliud scire, Socrates in Theæteto demonstrauit, cum opinio vera falsaque esse posit, scientia autem solum vera. Vnde & Alexander in præsentia vsus est eadem demonstratione. Cęterum, quonam pacto dicens, cum circa oẽs doctrinas cognitio fiat, atque sciẽtia, adiecit, (quarum sunt principia, vel causæ, vel elementa.) Porro tanquam peculiare cũctis cognitionibus scientialibus illud addidit, cũ scientia sit syllogismus demonstratiuus, qui ex principiis prorsus constat, immediatis, s. propositionibus. Sed, si hoc, cũ immediatas propositiones sine demõstratione sciamus, ne in infinitum procedamus, & principia rerum naturalium sine demonstratione sciemus: & per syllogismos demonstratiuos illa tradere enitetur. Alexander igitur inquit, cùm differant principium & ele-

Principia cõmunia.

Scire & cognoscere non sunt idem.

Principia propria cuiusque scientiæ.

Cognitio dicitur de sensuũ perceptione.

Mathematici non cognoscũt principia.

Opinio est alia à cognitione.

Opinari & scire diuersa sunt.

& elementum, quippe elementum sit ipsa materia, & non oēs scientiæ spectant materiam, velut Mathematicæ, dictum Philosophi erit declarationis causa positū, tanquam oium scientiarum aliæ sint, quæ principia, causas, & elementa obtinēt, quædam vero non hæc oia, sed aliquid horum, ceu sunt quęcunque tractant de his, quæ ortus expertia sunt, & non versantur circa materiam, in quibus non est illud, cuius gratia vocant, de quarum numero potissimum Geometria esse videtur. Nam in his, quę non generantur principium non inuenitur, neque materia in his, quæ sine materia sunt. Hæc vero, cum suis Alexander explicat verbis, scire oportet, quonam pacto materia sola elementum sit, & ea sola elementis constant, q̃ naturalia sunt. Etenim literas elementa orationis appellamus, & à Philosophis tractatum est de elementis orationis. Item, si elemētum est id, ex quo primo cùm insit aliquid fit, & in qđ extremum resoluitur: sed fit ex materia & forma compositum: patet etiam, quod forma sit compositi elementum.

Forma est elementū & nō tantum materiā.

Matematica scientiæ. Materialem & finalē causam habent.

Præterea, qūo mathematicæ scientiæ non habent materiam, numeros, & spatia, & sonos, quorum species & formas considerāt. Item dubitatione magis dignum est qūo in Geometria non sit id, quod cuius gratia vocatur. Etenim ipsam s̃m se ipsam nancisci studemus, vt vitæ quippiam conferat, quę etiam tradit principia arti Mechanicę. Accedit quoque, ꝗ ipsa admodum cōferat Astronomiæ, vt assuescamus substātiis incorporeis. Si aūt quispiam obiecerit ea de causa ipsam nullū finem sibi decernere, atq; habere, qm̄ circa rerum contēplationem versatur, & minime circa ea, quæ aguntur: profecto & ipsa Naturalis scientia non habebit scopum & finem, immo & vniuersa, quæ in contemplatione philosophia est, cuius finis est ad summi, primique boni cōtemplationem accessus, & ex homine pro viribus ingenii Deum efficere, ceu ipse Aristo. in 10. lib. de Moribus ad Nicomachum tradidit. Itē Alexā. inquit, potest nunc Arist. principiorum cognitionem dicere scientiam cōmunius, quorum nō sunt principia, & contra illā diuidere scientiā ex principiis. sed quod non cōmunius scientia dicatur eo cōstat, quod subiungit, adducitq; hoc modo, cognitio atque scientia. Item potest velut peculiare cunctis cognitionibus sciētialibus hoc dici, s. quarum sint principia, vel causę, vel elementa. Nam, cùm scientia sit syllogismus demōstratiuus, ex principiis prorsus est, q̃ immediatæ propositiones sunt. Sed, si ita est, cū propositiones immediatas sine demōstratione sciamus, ne in infinitum procedamus: & principia rerum naturaliū sine demōstratione sciemus: atqui conabitur ea tradere per syllogismos demonstratiuos. Nū igitur acquiescendum,

Ex scientia cognitio in quibusnā doctrinis fieri dicatur.

Methodus quid nam sit.

credēdumque est Arist. qui dicit diligenter cognitionem scientialem fieri, versarique non circa oīa ea, quæ sunt, neque circa oēs cognitiones, sed circa oēs doctrinas, quæ certa quadam breui via, ac ratione traduntur, quas methodos appellant. Nam, si methodus est (vt inquit Alexander) oīs habitus speculatiuus eorum, quæ ad ipsum attinet, cū ratione, idest cum causa (hoc est processus ad cognoscibile cum quadā via recte riteque ordinata) patet equidē, vt methodus nō sit principiorū cognitio, sed scientialis notitia, q̃ fit à principiis causisque rei cognoscendæ, quarum, s. rerum cognoscendarum sunt principia, vel vt causæ, vel vt elementa, ceu & naturaliū. dixit vero, quod has res nobis scire cōtingit ex perceptione principiorum illarum, qm̄ scientia est ex principiis cognitio.

Tex. 2.

Innata aūt est ex notioribus nobis via, & manifestioribus, ad manifestiora natura, & notiora. non. n. sunt eadem, & nobis nota, & simpliciter. Quapropter necesse est ad hūc modū procedere ex immanifestioribus natura quidem: nobis aūt manifestioribus ad manifestiora natura & notiora.

Tex. 3.

*Sūt aūt primum nobis dilucida ac manifesta confusa magis. posterius aūt ex his nota fiunt elementa & principia, * his qui diuidunt ipsa. Quapropter, ex vniuersalibus ad singularia procedere oportet.*

** a. l. & re elementa diuidunt.*

Tex. 4.

Totum. n. secundum sensum notius est: Vniuersale aūt, totum quoddam est. multa. n. comprehendit, vt partes, vniuersale.

Tex. 5.

Patiuntur aūt hoc idem quodāmodo & nomina ad rationem: totum. n. quoddam, & indistincte significant, vt circulus. diffinitio aūt ipsius diuidit in singula. Ac pueri, primum quidem oēs viros, patres appellant: et matres, fœminas, posterius aūt determinant horū vtrūq;.

Cùm ostendit oportere illum, qui res naturales sciturus est, principia illarum considerare, postea transiens ad doctrinam de principiis, modum habēdi ipsam prius determinat & affert. Etenim quæritur, num de principiis aliquid oīno addisci possit. Nam, si oīs doctrina, disciplinaque intellectualis fit ex principiis: & principiorum principia sumere impossibile est, alioquin foret disciplina infinita: ipse igitur nobis exhibet, atque exponit modū cognitionis principiorum. Sed ad hoc ostendendū paulo altius sumendum est exordium.

Principia quō cognoscātur.

Cum omne, quod cognoscitur, vel ex se fidem facit, & cognitionis origo, initiūque est, propterea ꝗ à cunctis conceditur, quem in modum se habēt diffinitiones, & ipsæ præpositiones, quę immediatę appellantur, vel ex pręexistenti quadā definitionū terminorumúe & immediatarū propositionum cognitione fit, ceu se habēt ea oīa, quę per syllogismū & demonstrationem cognoscuntur. & constat principia cōpositorum naturalium ex se fidem non facere: quod patet ex differente variaque Philosophorum sententia & opinione, quorū quisque pro virili sua alia statuit principia, ceu paulo post intelligemus. Cum aūt sint demonstrabilia ea demonstrare per quædam notiora necesse est. Nam oīs doctrina, & oīs disciplina intellectiua, idest quæ non ope sensus, neque mentis solo intuitu fit, sed ratiocinatiua & demōstratiua, ex præexistēte fit cognitione, ceu in lib. de Posteriori Resolutione didicimus.

Duplex demōstrationis genus consuetum in doctrinis.

Verum notiora, velut principia, & causæ eorum, quę demonstrantur, accipiuntur, quod sane fit in propriis demonstrationibus, quippe quæ ex principiis & causis rei constituantur & fiant. ceu cum mundum pulchrum esse ratiocinamur ex eo quod eius opifex bonus est. aut animū immortalem, ꝗ seipsum mouet. vel vt ea, q̃ consequuntur ex necessitate demonstrandas res. & ob id quia sese inferunt, ac vicissim vnum per alterū probatur, sic accipiuntur notiora. ceu qm̄ Deum bonū demonstramus, eo quod Vniuersum pulchrum, atq; ordinatum est, quod sane nobis promptius exploratiusque est quoad sensum. Similiter & animum esse per se mobilem ostendimus ex eo quod corpora animata intrinsecus mouētur. & hic syllogismi modus potius à signo cōiecturaque est, sed non demonstratiuus. & ea, quę assumuntur ad talē fidem faciundam, non sunt rei demonstrandæ principia. nā ipsam magis sequuntur q̃ pręcedunt. Sed huiusce demonstrationis principia, propterea quod notiora & dilucidiora sunt & ab ipsis fit fides rei, quæ demonstratur. Necesse est igitur rerū naturalium principia, quæ velut causæ dicūtur principia, prorsus ex quibusdam notioribus demonstrari, & licet aliquando ex primis naturę, atque ex his, quæ habent rationem causarum, ostendantur, tn̄ id non decet Philosophum facere. Nam noscere causas propriorum principiorum excedit eius facultatem ac metrum, sed ea Sublimioris excellētiorisque scientię. Primæ videlicet philosophiæ, munus est. Nam ipsa aliarum scientia-

rum principia demonstrat, quæ velut causæ accipiuntur vtens principiis suis, quæ per se fide digna sunt. Vnde fieri potest, vt aliquo modo ex his, quę consequũtur principia, atq; ex eisdem componuntur, licet non velut a causis, sed velut à notioribus, ratiocinari, ac syllogismo probare rerum naturalium principia, non ea sciendo, sed cognoscendo. Iccirco non dixit scientifice cognosci principia, sed ex perceptione ipsorum, propterea q̃d ex his, quę consequuntur, ipsa eorum cognitio prodit & gignitur. Quæ aũt principia magis exprimunt, & elemẽtaria sunt composita ex eis, & totum vniuersum, quæ suas partes consequitur. & sunt nobis longe notiora composita & confusa q̃ componentia eorum & simplicia. Equidẽ propterea quod composita sensu percipimus & multi eandem cognitionẽ exploratiorem exquisitioremq; ac fere in manibus habent. Simplicia vero mente cõprehendi apta sunt. Etenim aĩal vnumquodque & plantam mox breuique cognoscimus, q̃ hoc sit homo, hoc equus, hoc ficus, vel vitis comprehenditur & videtur. Veruntamen hæc cũ quatuor elementis constent, modo non erit omnino hæc exacte cuiusuis scire. item quonã pacto se habeant elemẽta, quę aĩal efficiũt, & hoc animal, & quonã pacto plantam, & hanc plantam, solum erit illorum, qui ad summum philosophiæ fastigiũ processerunt. Cæterum cõmunia & ea vniuersaliter, quæ totalem & euidentiorem cognitionem habẽt, sunt nobis notiora quã singularia. Nam siquis eminus per aliquam intercapedinem aliquem aduenientem intueretur, illum facilius cognosceret, q̃ aĩal sit q̃ homo, & q̃ homo magis, quam Socrates. Simile aũt est vniuersale ipsi toti, quatenus habet confusam compositionem, constitutionẽque multorum componentium ipsum, ceu sunt partes in toto. Etenim in animali differentia aĩalis indifferens est speciebus: vniuersale igitur vt compositum & confusum notius nobis est, & velut quo ad nostram cognitionem primum, sicut etiam est naturæ posterius, siquidem fiat post singularia. Nam naturæ dilucidiora & notiora sunt simpliciora velut sincera & ĩmixta. Ideo & Dialectices. Scientia ipsum singulare quid sit in speciebus simplicibus cõsiderare ac spectare consueuit. quæ eundem cum natura rerum habet processum, secundum quam notiora & dilucidiora sunt, compositioribus ipsa simplicia, & sincera ipsis confusis. Quod vero confusum & indifferens indistinctũque nobis notius sit, ceu totum esse videtur, probat, cũ vnumquodque nomen, velut totum aliquid, & nominis definitionem, velut dearticulationẽ partium & elementorũ nominis, accipit. Nam constat q̃ circuli, vt nominis, cognitio, multis prompta, facilisque sit, at definitio minime. verbigratia hæc diffinitio, Circulum esse figurã planam, q̃ vna contineatur linea, ad quam velut ad circunferentiam complexumq́ue circuli oẽs lineæ à centro incidentes porrectę, sunt inter se æquales: nõ amplius cunctis explorata & expedita est, quæ circuli singula tradit, & partes eius, & elemẽta explicat. Sed hoc exemplũ proprie se habet tanquam ad compositum & totum. Nam oẽs partes & elementa diffinitionis congregantur, simulq́ue accipiuntur & confundũtur in nomine, velut in vna vniuersitate, sed non conuenit vniuersali cũ vniuersale vnicuiq; componentium ipsum cõueniat & competat. nam homo & equus animal est. At nomen, licet conueniat cunctis simul acceptis definitionis partibus, attamen vnicuique diuisim non cõpetit, quippe figura non sit circulus, neque vna linea cõtenta, neque aliud vnum definitionis, vel plura eorum, quæ accipiuntur in definitione, nisi oĩa simul. Quocirca secundum induxit exemplum, quod consideratur in augumento ætatis. Nã fatui, ignariq́ue pueri crassam & confusam adhuc retinentes cognitionem, oẽs homines patres, & mulieres matres appellant, sed successu tẽporis crassum illud, & quod veluti totum refert explicant, & ad id, quod est proprium particulare deducũt, & ita exactam suorum parentum notitiam capiunt. Quare & nos quousque crassam, confusamque sensuũ cognitionem sequimur, haud secus quàm fatui pueri res cognoscimus, qui oẽs homines occurrẽtes patres vocant. Cum aũt à confusis ad sincera, & a compositis ad simplicia, elementariaq; principia profecti fuerimus, tunc proprius ad scientiam accedemus, ea non modo, quæ sensu percipiuntur, sed etiam mente & ratione, atque non solum compositos effectus, sed etiam horum elementarias causas cognoscentes. Dicebatur aũt, Alexan. inquit, posse nunc dici quędam vniuersalia ipsas dignitates, quibus vtimur ad oĩa, quę demonstrantur, eo quod manifesta sunt, & nulli eorum, quę demonstrantur per ipsas, sunt propriæ. quales sunt, de omni re affirmatio, vel negatio, & si ab æqualibus æqualia demantur, q̃ remanent æqualia sunt. Hæc. n. eo quod multis sunt vtilia, vniuersalia appellantur, & vnumquodque quod demonstratur ab ipsis continetur. Vniuersa igitur eorum, q̃ dicta sunt in p̃fatione, sentẽtia, totusq; ordo hic est. Postremo in his scire dignum est, primũ quidẽ, quod exẽplum in his, quæ p̃posuimus, de toto & cõposito propriũ est, sed de vniuersali minime. Non. n. vniuersale constat singularibus, velut & elemẽtis, quẽadmodum totum & cõpositum, quippe de nullo elemento cõpositum prædicetur, quemadmodũ de singularibus vniuersale. Secũdo animaduersione dignũ, q̃ duplex est totius, vniuersalisq; cognitio, quemadmodũ & nominis: alia est crassa & confusa, q̃ tenui cogitatione rei cognoscendæ efficitur, & crassior hebetior confusiorq́ue est cognitione, q̃ per definitionem capitur. Alia est contracta & vnita, & particularia cõplectens, quæ quidẽ est intelligentia percipiens, ac simplex, illa vero magis phantasia, seu visione potius apprehendens, & est in angustũ contracta, Et q̃ crassa quidẽ est vulgo familiaris est, alia vero Summis Viris accõmodatur. Etenim multi vniuersale quoddam cõmune esse in particularibus constitutum intelligunt, qui auferendo ab eodẽ quandam nudam proprietatẽ accipiunt, quam cæteris manifestiorẽ dilucidioremúe assentiunt, eo quod continet cõmunitatem diuersorum. Alii vero vniuersale asserunt esse ipsorum particulariũ collectionem, & ipsam per oĩa particularia distributionem: atque cõmunitatem diuersa contrahentem & continentem ope intellectus colligunt. Quod siquis forte fortuna hominis nomen audiuerit, is admodũ ac crassam visionem respiciens pronũtiat. Philosophus autem definitionem in vna simplicitate contrahit, & colligit, vt cùm multitudinem definitionis vnitã intelleximus, & simul multitudinem & vnum accipiat. Quod sane Socrates in Theæteto proprium esse sciẽtiæ statuit. Et, cum cognitionum alia sit per definitionẽ, alia vero per elementa, inter vtráque media est, quæ intellectiua potiusquam opinatrix dicitur, etiam inferiori deteriorique certitudine antecedit, & à superiori meliorique deficit, quod diuisa sit & magis vilis. Hoc etiã modo cõmunium cognitio se habet, totalis aut vniuersalis cognitio præcurrit, præitq; distinctam diuersorum cognitionem. certa vero ad distincta aduenit contrahens & colligens multa diuersa in vnam cõmunitatem, atque vniuersitatẽ. Cùm igitur Aristoteles cõmunium vniuersaliumque cognitionem asserit primã esse quo ad nos, & posteriorem naturæ, eã crassam cognitionem dicit, quæ in quadam te-

nuĩ

Cõposita aũt notiora simplicibus.

Vniuersalia sunt ipsis singularibus notiora.

Naturæ notiora sunt ipsa simplicia.

Diffinitio minus nota est quã ipsum nomen, seu diffinitum.

Cognitio sensibilium p sensum accepta assimilatur puerorum cognitioni.

Vniuersalia principia quæ nam sint.

Vniuersalis et totius cognitio duplex est.

Cognitio ex definitione & ex elementis quæ sit.

nui ablatione cuiusdam vniuersitatis a particularibus ver satur, quæ neque per se subsistit. Tertium attendendū, quę nam his, qui rerum naturalium principia, & causas cognouerint, sit naturalium rerum cognitio: talia aūt inueniuntur inter ea, quæ composita & confusa sunt, quæ, nisi ipsorum causæ perfecte cognoscantur, perfecte minime cognosci possunt. palam ergo principiorum cognitionem per coniecturam potiusquam demonstrationem esse. Bene aūt Plato enunciasse dicitur, naturæ cognitionem esse idest verisimilium disputationē. Cui Arist. consentiens, quũ demonstrationem ex immediatis principiis, quæ per se euidentia sint, & causæ propriæ, ac priora naturæ, asserit esse. Nec propterea contēnenda videtur naturalium consideratio, sed vt contenti eo simus oportet quod & noster exigit vsus, & quod nostræ attingāt vires, vt Theophrastro etiā libet. Super hæc autem inquisitione dignum videtur. Quartum, quonā pacto Arist. dicat, cōmunia esse notiora quo ad nos, ignotiora vero naturæ. Nam, si naturæ ignotiora fuerint, igitur & remotiora posteriora que eidem erunt. Atqui cōmunia sic se habent, vt ipsis sublatis sua inferiora auferantur, sed sublatis inferioribus ipsa non tollantur, quibus sane designare solemus ea, quæ sunt priora naturæ. Alexander Aphrodisicus fatetur cōmune & vniuersale natura prius esse illo, quod illi subest, ceu animal homine: quo quidem sublato, homo demitur de medio, sed non homine sublato tollitur aboleturque aīal. Verum hoc Alexander modeste dicit. qm̄, cum dicit, vniuersale esse primum natura, subiungit: Nec tamen illud est proprie primum, qm̄ neque substantia. Et ob id cognitio per cōmunia posterior est cognitione per propria: siquidem prima in vnoquoque propriam naturā significent. At vero quispiam admiraretur, quonam pacto natura primum non sit proprie primum. Nisi igitur vt vniuersi & compositi elementa, & partes natura priora esse, & prima quo ad nos composita velut confusa & quæ sensu percipiantur Arist. dicit, ita & cōmunia posterius genita & per ablationem facta accipit, quibus quidem sublatis non proprie tolluntur particularia, modo ipsa cōmunia accipiantur vt proprietates nudæ per ablationem factæ, sed non velut continētes particularia. Verum ad hoc siquis respondere probabilius potest, ipse respondeat. Cæterum, cum inquit, oportere a cōmunibus, cōpositisque & nobis prioribus ad principia rerum naturalium recurrere, atque proficisci, quæstione dignum est, quænā sint hæc cōmunia, & quænam sint naturæ priora, quæ etiam rerum naturalium principia vocantur. Alexander igitur inquit, Arist. primum ostensurum, fore plura esse principia, atque non esse infinita, neque vnum. Deinde indicabit oportere contraria in ipsis esse, & contrario aliquid subiici. a quibus vt a cōmunibus transiens, demonstrabit, & quæ sint ipsa principia: quippe cūm fieri posit, vt alicui ea nota sint, cui tamen nondum perspectum est quæ sint. Sed scire dignum est, quoniam, si hæc, s. num vnum vel plura sint principia. Item, si contraria habeant, vel non, atque num ipsis subiiciatur aliquid, de ipsis principiis dicta sunt, & de compositis ex eis, quonam pacto is modus nos ducit a compositis ad principiorum cognitionem. Respondet Alexander, Arist. nunc dicere quasdam vniuersales dignitates, de quibus prius diximus, quibus modo Aristo. vtitur. Nam hæc, necesse est vnum esse principium, vel plura, æquiualet huic, nū vnum sit principiū, an non: quæ huic dignitati, s. de quacunque re oportet affirmationem vel negationem prædicari, subiecta est. At neque hæc sunt illa communia, de quibus dicit Arist. quæ composita sint ex principiis naturalibus, quod quidem postulat & petit institutum & sententia Aristo. immo & hæc ipsa, circa principia contemplamur, scilicet, nū vnum principium, vel non vnum. Vnde oportet etiam a cōpositis & notioribus nobis cognosci, si vnum sit principiū, an plura, & an sint contraria, an non, & quæ sint ipsa, igitur nūquam erit melius, quam ex naturalibus rebus, quæ sunt sensui claræ & per se notæ, principia naturalia inuenire, quemadmodum & Aristo. videtur, qui ex differentia eorum, quæ sunt, ostendit non esse vnum principium, vt deinceps præcepturi sumus. Nam, si est in his, quę sunt, inquit, substantia, quantitas, & qualitas, & hęc, siue separata inuicem, siue non, multa sunt quæ sunt: sed diligenter & exacte hæc paulopost addiscemus & intelligemus. Quòd autem non sint immobilia principia ex euidenti motu rerum naturaliū ostenditur. Inquit aūt, subiiciantur nobis quæ sunt natura, vel oīa, vel aliqua moueri, hoc vero constat ex inductione. Quòd deinde principia sint contraria ex cōmuni fere voce & consensu philosophorū accipit. Item, ꝙ forma & priuatio & subiectum aliquod sint ex ea mutatione, quæ in rebus naturalibus est, ostenditur. Nam, si mutatio non ex quouis in quoduis est, sed ex eo, quod non est musicum, musicū fit, & prorsus ex nō tali, ex quo tñ aptum est fieri mutatio fit. & cùm oēm mutationem fieri circa aliquod subiectum manens necesse sit, patet vt etiā hæc contraria priuatio & forma sint, circa aliquod informæ subiectū. Prorsus igitur, vt summatim dicamus a sensibus sensibilibusq́; de naturalibus principiis veritatē aucupari, trahereque licet, & Theophr. dictis fidem adhibere, qui de hoc, cū in Primo naturalium suorū libro inquirat, hęc scripsit. Posteaquam nec sine mo »
tu de vno dicendū est, quippe cūcta naturalia in motu ver »
sentur: neq; de his, q̄ circa medium fiunt sine alteratione »
& passione tractari queunt. Vnde in his, atq; de his dicen »
tes non possumus viam sensus admittere, ac preterire, sed »
ab eodem exordium sumentes tentandum emendūque »
est conspicari, vel accipientes euidētia per se, vel ab his, si »
quæ dā igitur propria & priora sunt horū principia, existi »
mo etiā optimum esse hunc modum, s. a notioribus nobis »
ad principia proficisci. sed iam ad cætera procedamus. »

Necesse est autem, aut vnum esse principium aut plura: et si vnum, aut immobile, vt dicunt Parmenides, ac Melissus. Tex. 6.

Consequens quidem esse primum quærere, num prorsus sint principia rerum naturalium: & tunc merito possemus q̄ nam sint, & quot indagare. Nam is est ordo quæstionum, vt nobis Arist. in libro de Demonstratione tradidit. Verum, an principia naturalia sint, ad Naturalem contemplari non attinere aiunt, sed ad illum, qui ad Primam Philosophiā transit. Nam Naturalis hoc vtitur velut dato, ac concesso. iccirco & in Procemio statim velut ponens statuensque principia naturalia. Quoniam inquit, quorum sunt principia, vel causæ, vel elementa oportet eū hæc cognoscere, qui de ipsis rebus naturalibus sciētiam adepturus est, ea, quæ ad principia naturalis scientiæ attinent, enitendum est prius determinare. Verum hæc interpretes Aristotelis aiunt. Sed scitu dignum est, nunquid & quot, & quæ nā sint principia indagare, quicquid omnino de principiis dicitur quo ad hanc rationem ad excellentiorem scientiam attineat. Item num Naturali necesse est scire, quòd corpora naturalia sint, & omne corpus compositum esse, atque omne compositum habere principia, quibus constet, vt etiam Theophr. ostendit. Itaque forte dicendum est accuratius, ac longe melius, ꝙ in om-

Principiorum notitia non per demonstrationem est, sed per coniecturam.

Cōmunia nobis notiora sūt naturæ autē obscuriora.

Cōmunia & naturæ priora.

Principia nō sunt immobilia.

Principia sunt contraria.

Principia an sint cur non quæsierit Aristoteles.

Quæſtionis an eſt conueniens uſus.

in omnibus quæſtionibus non quæritur an eſt, ſed in quibus illud in dubium reuocatur, neque ſatis eſt perſpectũ, ceu quærere ſolemus, num ſit vacuum, nõ tamen an ſit homo. Etenim hoc determinatum eſt in regulis dialecticis. Quòd vero ſint principia rerum naturalium cuncti fere philoſophi naturales conſentiunt, & quænam ea ſint inquirunt. Etenim, cùm de eo, quod eſt, inquirũt, de principio eiuſdem inquiunt, fatenturque ſe indagare. Nam qui aliquid de principiis in philoſophia cõmentati ſunt, ea velut eorum, quæ ſunt, principia inquirebant. Vnde alii confuſe de his tractarunt non diſtinguentes naturalia ab his, quæ ſupra naturam ſunt conſtituta. Alii vero diſtinxerũt, ceu Pythagorei, Xenophanes, Parmenides, Empedocles, & Anaxagoras, licet ob oſcuritatem eorum à multis non fuerit intellecta ſentẽtia: iccirco & Ariſt. eis fere obiicere videtur, cũ eorum dicta inuoluta & obſcura ad perſpicuã lucem transferat, & opem his ferat, qui ſuum philoſophandi genus ſuperficietenus tractarunt. Item, cùm oſtendit talia & tot eſſe principia, ſimul & ea prorſus demonſtrat eſſe. Cũ itaque ſic ſe habeant principia, & oſtenderit neceſſariam eſſe cognitionem de ipſis, ac tradiderit modũ procedendi ad ipſa, conſentaneum eſſe putat, nõ antea de principiis aſſerere quicquã, niſi prius veterum opiniones conſiderauerit. Vnde accipiens dignitatẽ diuiſiuam, cum dicat, (neceſſe eſt vnum eſſe principium, vel multa.) Nam neceſſe eſt ob dignitatem contradictionis vnum, vel non vnum eſſe principium, deinde reliquis diuiſionibus ſubiicit opiniones, quæ in medium adducendæ, diſputandæque ſunt. Nam inquit, vel vnũ & immobile, vt Parm. & Meliſſus dicere videbatur: vel vnũ & mobile, ceu Phyſici. Si aũt plura, vel numero finita, vel infinita: & ſiquidẽ finita, vel duo, vel tria, vel quodam alio numero certa, ac definita. ſi aũt infinita, vel eiuſdem generis ſunt, vel generum oppoſitorum. Verum & eum fieri poſsit vt hi, qui vnum ſtatuebant principium diuiſerint illud vnum eſſe infinitum, vel finitum. Item qui multa, in mobilia, & in immobilia: Alexã. inquit, Ariſto. vtrique parti diuiſionis quod magis conueniens erat, ſubiecisse. conueniẽs nãque maxime eſt principio, moueri, vel non: multis aũt infinitum, vel finitum eſſe. Sciendum aũt eſt, quòd procedens & accedens ad rationes aduerſus ipſos, poſtquam Meliſſo & Parmenidi contradixiſſet, eos qui Phyſici, Naturalesúe appellant, aggreſſurus ita diuiſit: Vel aiunt id, quod eſt, vnum eſſe, ſ. elementum, vel vnum & plura. Vnum quidẽ, ſi aliquod trium elementorum fuerit, vel intermedium. Vnum vero & plura, ceu Anaxag. & Empedocles, atque Democritus, eo ꝙ vacuum, & atomos ſtatuit eſſe principia. Scire aũt operæpretium eſt, non parum intereſſe inter finitum & infinitum multitudine: quod fauet, & conueniens eſt his, qui plura aiunt principia eſſe: & finitum vel infinitũ magnitudine: quod ſane in rationibus aduerſus Parmenidẽ & Meliſſum, atque contra Anaximandrũ Anaximenéque tractare, examinareque cõuenit, qui vnũ elementũ, infinitũ magnitudine, principium eſſe ſtatuũt. Item ad diuiſionem confert, atque conuenit his, qui aiũt vnũ eſſe, vel plura principia, quærere num illud principium, vel principia mobilia, vel immobilia ſint. Proinde & Eudemus inquit, ſi fuerint plura principia, vel mouẽtur, vel immobilia ſunt. Verum Ariſt. hanc diuiſionẽ eo prætermiſit, quod non fuerit opinio, quæ aſſereret multa principia & immobilia eſſe. Item diuiſionẽ vnius principij, in finitum & in infinitum, ob breuitatem nunc videtur percurrere, ac miſſam facere. Porro in rationibus aduerſus Parmenidem & Meliſſum, vt dixi, & hanc accurare explorat, atque examinat. At forte melius erit, vt diuiſione perfectiori cunctas opiniones complectentes hunc in modum dicta Ariſtote. aggrediamur. Neceſſe eſt igitur principium, vel vnum eſſe, vel non vnum: quod idem dictu eſt, vel plura. Et ſi vnum vel immobile, vel mobile. Item, ſi immobile, aut infinitum, vt Meliſſus Samius dicere videtur: vel finitum, ceu Parmenides Eleates ſentire videtur: qui de naturali elemento non aiunt, ſed de illo, quod vere eſt. Vnum aũt principium, ſiue vnum quod eſt & vniuerſum, omneque, neque finitum, neque infinitum, neque motum, neque quieſcens, Xenoph. Colopho. Parmenidis præceptorem, ſtatuiſſe, Theophr. refert: qui, dum mentionem de hac opinione facit, eius ſententiam potius ad alias enarrationes, atque hiſtorias, quam ad Naturalem ſpectare fatetur. Nam hoc vnum & vniuerſum, oẽque, Deum eſſe Xenoph. dixit, quẽ vnum eſſe oſtendit, eo quod oĩum optimus, ac imperio præſtantiſsimus eſt. Nam, inquit, cùm multa ſint ea, quæ ſunt, ſimiliter neceſſe eſt cunctis rebus imperiũ atque optimũ principatum adeſſe. Deus aũt eſt imperio oĩum præſtantiſsimus, atq; optimus. Itẽ oſtendebat ipſum eſſe ingenitũ, eoꝗđ genitũ ex ſimili, aut ex diſsimili, gigni oporteat: ſed ſimile à ſimili pati nequit, quippe non magis generaret quàm generaretur, qñ ſimile generaret ſimile. Neq; ex diſsimili prodiret, alioqui id, quod eſt, fieret ex eo quod prorſus non eſt, & ita ingenitum & ſempiternum eſſe id, quod eſt, oſtendit. Item neq; infinitũ, neque finitum eſſe, oſtendit, propterea ꝙ infinitum non eſt, vt quod neque finem, neque medium, neque principium habeat: neque finitũ eſt, quia quæ ſeſe mutuo terminant multa ſunt. Similiter infinitũ, & motum aufert & quietem. Nam quod non eſt, expers ſane motus erit, quippe nec alterũ in ipſum, nec ipſum ad alterum mutari poſsit. At ea, quæ mouentur, plura ſunt ꝙ̃ vnum, qm̃ alterum in alterum mutatur. Quod ſi diceretur in eodem manere, & non moueri eo argumento, quia nihil quod mouetur ſemper in eodem permanet, ſed alio atque alio ſecedit & proficiſcitur, ipſe inquit, ipſum non manere quiete oppoſita motui, ſed ea, quæ a quiete motuque diſtincta & ſeiuncta eſt. Nicolaus aũt Damaſcenus in ſua de diis cõmentatione tradit ipſum Xenophanem aſſeruiſſe principium eſſe infinitum & immobile. Alexander vero cenſuit eundem ſtatuiſſe idem principiũ finitum & ſphæricum. Verum quod ipſum neque infinitum, neque finitum oſtenderit ex his, quæ prius diximus conſtat. Verum finitum principium & ſphæricum Xenophanẽ ſtatuiſſe eo cõiectura eſt, quod dicit illud vndique ſibi ſimile, atque omnia intelligere, dicens:

Infinitũ multitudine diuerſum eſt ab infinito in magnitudine.

Xenophanes Colophonius. Magiſt. Parmenides unum ponit principiũ & uniuerſum nec finitũ nec infinitũ, Deũ intelligens.

Nicol. Damaſcenus.

Procul ab animi labore quatit, liberatque oĩa mente.

Cæterum eorum, qui aiunt vnum eſſe principium & mobile, quos etiam proprie Naturales vocat, alii ipſum finitum eſſe aſſerunt, vt Tales fuerunt Mileſius & Hippõ. qui videtur fuiſſe eorum vnus, qui Deum eſſe negabant, cõiectura eorum, quæ ſenſu apparent, deducti, aquã dixere ac ſtatuere principium. Etenim calor humido veluti vehiculo, & pabulo vitæ viuit, & quæ interitura ſunt prius arida & ſicca euadunt, & rerum omnium. ſemina humida ſunt. Rurſus, oĩs cibus, ſiue omne alimentum eſt ſucci & humidi plenum. Vnde ſingula eo ali nutririque apta ſunt, ex quo ſunt. Cùm itaque aqua ſit naturæ humidæ, & cunctarum rerum prolem, atque coniunctionẽ prorſus conferat, idcirco ipſam omnium principium eſſe arbitrati ſunt. Præterea terram ſub aqua iacere ſitamque ac collocatam eſſe tradiderunt. Fertur autem Thales fuiſſe primus, qui Græcis commentationem hiſtoriáque

Tales Hippõ. aquam dicunt principium.

Tales omnes phyſicos ſuperauit.

de na-

de natura edidit ac patefecit, cũ multi equidem certe alii veteres pręcessissent, ceu Theophrasto videtur, ipse longe ab illis dissentit, euariauitque, tãquam obseruauerit cũctos, qui ipsum præcessere. Præterea traditur ipsum nullum monumentum scriptum, præter illam Astrologiam, quæ Nautica, s. disciplina de ipsis nauibus per maria euehẽdis ducendisque appellatur, posteris reliquisse. Hippasus aũt Metapõtinus, & Herac. Ephesius vnũ posuere principium mobile & finitũ, quod ignẽ esse affirmarunt, qui etiam cuncta ex igne raritatis & dẽsitatis ope fieri aiunt. Rursus oĩa in eũ resolui, perinde atque sit vna natura cunctis subiecta sentiunt. Nam inquiũt, ex igne vicissitudinariam mutationẽ fieri. Heraclitus vero cuncta ordine quodam, ac tẽpore mundi mutationes definito ſ'm fatalem necessitatem fieri autumat. vnde constat eosdẽ considerantes statuentesque vitę productiuam, & factiuam atque digestiuam, & q̃ per singula recipitur, caliditatis vim, hanc opinionem habuisse. idcirco suæ opinioni alludentes non posuere ipsum principiũ infinitum. Itẽ, si elemẽtum minimum est, ex quo alia oriuntur, & in quod dissoluuntur, & ignis oĩum aliorum est tenuissimus, atq; subtilissimus, igitur ignis erit maxime cunctorũ elemẽtum. Hi ergo sunt, qui vnũ elemẽtum finitum, & mobile tradiderũt. Sed eorum, qui vnum mobile, & infinitum dedere principium, vnus est Anaximãder Praxiade filius, Melisius, qui cũ successor Thaletis esset & discipulus, dixit, eorũ q̃ sunt, principium elementũq; infinitũ esse, qui primus hoc principij nomen, Græcis inuexit. Dicit quoq; ipsum neque aquam esse, neque aliud eorũ, quæ appellãtur elementa, sed quandam alteram naturã infinitam, ex qua oẽs cœli & mundi, quotquot ab ipsis cõtinentur, emanauere, atq; facti sunt. Is etiã sensit ex quibus generatio rerũ esset, in eisdem quoq; earundem interitũ, vt fas est, fieri oportere. Nam poeticis vocibus potius hæc dicẽs tradidit vicissitudinarios ortus atque interitus nonnullis, atque suppliciũ pro iniquitate statuto tẽpore dari. Verum patet hunc intuentem mutuam mutationẽ elementorum inter se, merito non putasse vnum aliquot ex his subiectũ statuere, sed aliquid aliud pręter hæc. Is præterea non sentit generationẽ fieri ex elementi alteratione, sed segregatione contrariorum per motũ sempiternũ. Iccirco Arist. & hũc inter Anaxag. sectatores ordinauit, ac posuit. Anaximenes aũt Euristrati filius Milesius, qui Anaximandri socius amicusque fuit, vnã sane naturam subiectam & infinitam (vt ille inquit) licet non ancipitem incertãque, velut ille, sed definitam & certam, quã aerem dicit. Item tradit res raritate & densitate ſ'm substantias differre, ignem quidem rarum fieri, ventum vero densum, deinde nubẽ, qua adhuc densior aqua, & aqua terra, & terra lapides, atque cætera alia, quæ his cõstant. Is etiã motum sempiternum esse statuit, per quẽ rerum mutationẽ fieri ait. Præterea Diog. Apolloniates cunctorum, qui cõmentationi scoliisque de natura operã nauauerunt, fere nouissimus, multa quidẽ vtilia scripsit: nonnulla quidem ſ'm Anaxag. sententiam, nonnulla vero iusta opinionem Leucippi, qui etiam vniuersi naturã aerem esse infinitum & sempiternum dixit, ex cuius quoq; raritate densitateque ac suarum affectionum mutatione, aliarum formam gigni autumat. Hæc aũt de Diog. Theophrastus narrat, & ad me delatũ fuerat quoddã eius compendium cõmentariumque de Natura inscriptum, in quo aerẽ plane dicit id esse, è quo cętera alia fiunt. Nicolaus tñ peripateticus narrat, traditque hunc posuisse quoddã medium inter ignem & aerem elementũ esse, quod cũ facile patiatur atque alteretur in aere mutari hi censuerunt. Iccirco terram ad motum ineptam, & ad mutationẽ segnissimam principium statuere prorsus noluerũt. Quare hũc in modum hi, qui dicebant vnum esse principium, diuisi sunt. Superest, vt etiã eos partiamur, qui plura asseruerũt principia, alij nanque finita posuere principia, alii vero multitudine infinita. Et eorum, qui finita autumarũt principia, alii quidem duo, veluti Parmenides dixit ignem & terrã, vel potius lumen & tenebras, in libris, quos scripsit ad opinionẽ: aut deum & materiam, vt Stoici, qui deum non velut elementum, sed efficiens plane, & materiam, vt patiens dixere: Alii vero tria, ceu Arist. qui posuit materiam & duo contraria: Alii aũt quatuor, vt Emped. Agrigẽtinus, qui paulo post Anaxagoram fuit Parmenidis propinquus, & eum emulatus est, atque Pitagoreos magis. Is aũt quatuor corporea elementa asseruit esse principia, s. ignem, aerem, aquam, & terram, quæ multitudine & paucitate sempiterna sunt, sed mutantur secundum congregationem & segregationem: & proprie principia, à quibus mouentur hæc, statuit, videlicet amicitiam & contentionẽ. Nam oportet, cum elementa mouentur, vicissim effici permanereque. aliquando sane ab ipsa amicitia congregata congestaque. aliquando autem contentione & altercatione diuulsa & separata: quapropter ſ'm ipsum sex sunt principia rerum. Etenim quandoque vim effectricẽ amicitiæ, & contentioni dat, cum sic inquit,

Hippasus & Heraclitus ignem principia dicunt.

Anaximander naturam quandam infinitam dicit principium.

Anaximenes aerem dicit esse principium.

Diogenes Apolloniates aerem principium ponit.

Parmenides ignem & terrã, uel lumen & tenebras principia ponit.

Stoici Deũ & materiam. Empedocles ipsa quatuor elementa.

Nos interdum amicitia & amore cuncta in vnum redigimus,
Interdum vero cuncta rursus diuisim lata & in varia loca deducta lis odiumũe habet.
Item tunc odium & amorem quatuor elementis, velut eque elementaria ponit & statuit, quando dicit,
Interdum rursus plus ex vno euenit,
Ignis, aqua, terra, & ingens aeris altitudo,

sine quibus cum fuerit pernitiosum odium vnũquodque ęque potens erit, & amicitia in quibusdã æqualis longitudo & latitudo est. Item Plato tres proprie causas ponit, efficiens, exemplar & finem, tres quoque cõcausas, materiã, formam, & instrumẽtum. Verũtamen Theophrastus, cùm prius alios recensuerit, inquit, Platonem horum successorem existimatione & potestate illis priorem, licet tempore posteriorem, iunioréque, de philosophia prima multa tractasse, cum ad ea & quæ sensu clara sunt sese conuertisset historiam de natura tetigit: in qua duo principia vult facere, aliud subiectum, vt materiam, quod appellat omnia suscipiens: aliud vero causam & mouens, quod quidem Deo, & diuini boni virtuti & potestati tribuit. Atqui Alexander cõmemorat ipsum, dicentem tria principia, materiã, efficiens, & exemplar, attamen plane adiecit causam finalem, in quibus inquit: Dicamus igitur ob quam causam, Ille rerum Author generationẽ, & hoc vniuersum constituit. Nam bonus erat: Bonus autem nulla vnquam aliqua de re tangitur inuidia. Item materialem formã reor plane dedisse ac assignasse in his, quibus & formã immaterialem affert, cùm hæc de vtrisque scripserit. Quæ, cùm ita se habeant, fateri oportet esse formam, quę semper eadem sit sine ortu & interitu, quæ neque se accipiat quicquam aliud aliunde, nec ipsa procedat ad aliud quicquã, sensuque corporis nullo percipiatur, atque hanc ad solam mentẽ pertinet considerare. Sed est aliqua post hanc, quę cũ ipsa nõ ratione, sed nomine conuenit, eiusque similitudinẽ gerit, genita, sensibus manifesta, quę fertur & gignitur semper in aliquo loco, rursusque illic interit, opinione cũ sensu cõprehendenda. Et paulo post tertium principium ipsam materiã tradidit. Quidam vero vsque

Plato quæ principia ponat.

Pythagorei, numeris ad denarium usque principia posuerunt.

ad denarium numerum principia redigũt, & si nõ elementaria principia ponant, ceu Pitagorei: qui ab vnitate vsque ad denariũ numerum oĩum principia dixerunt redigenda esse: vel decem eiusdẽ ordinis maneries, seriesq; principiorum è regione statutas, quas varij varie descripserunt. Vnde hunc in modum hi, qui plura & multitudine finita asseruere principia, diuisi sunt. Sed eorũ, qui infinita multitudine autumarunt, alij quidem dixerunt ipsa esse simplicia, nec eiusdem generis: & contraria, denominata ab eo, quod præualet.

Anaxagoras ipsa similaria ponit principia.

Nam Anaxagoras Egesibuli filius, Clazomenius, philosophię Anaximeni arridens, assentiesque primus opiniones de principiis aggressus est, & cũ eam suppleret causam, quam ille omisit, corporeas res infinitas esse affirmauit, quippe qui similaria, idest ea, quæ similares partes habent, ceu aquam, ignem, aurum, ingenita esse & interitura nunquã putauerit. verum ea fieri & dissolui interireque dumtaxat cõgregatione & segregatione videntur, & cùm singula in singulis essent, vnumquodque ex eo q dominaretur in eo, denominatur. Nam illud aurum esse videbatur, in quo plus auri esset, quanquam ibi cuncta insint & maneant. Dicit igitur Anaxagoras cuiusvis totius, & vniuersi partem esse in quolibet: & manifestissime vnumquodque esse & fuisse, cui hæc plurima insunt. Et hæc, inquit Theophrastus, Anax. conformiter cũ Anaximene dixisse. Nam ille fert infiniti segregatione, quæ natura cognata essent, sese mutuo recipere, atque id, quod erat in vniuerso aurũ segregatione fieri aurũ, & qđ terra erat terram prodire, similiter & vnũquodque aliorum, ceu talia non fierent, sed cum prius inessent, dũtaxat veniebant in lucẽ. Item Anaxagoras motus & generationis causam ipsam mentem statuit, à qua seiuncta singula mundos & aliorũ naturam generarunt & constituerunt. Vnde inquit Theophr. si hunc in modũ exponãtur dicta Anaxa. certe ipse videbitur principia materialia infinita, & motus, generationisque vnã causam mentem ipsam statuisse. Si aũt aliquis cunctorum mixtionem putauerit vnã naturã esse, quæ sit forma & magnitudine indefinita, profecto accidit, vt ipse duo principia solũ ponat, naturã, s. infiniti, & mentem. Quare videtur corporea elementa potius cum Anaxim. conformiter posuisse.

Archelaus discipulus Anaxagoræ.

Accedit etiã Archelaus Atheniensis, cum quo cõmertium Socr. habuisse ferunt, qui factus Anaxagoræ discipulus in cõmentatione de mũdi ortu, generationeque aliquid noui, ppriaque minerua inuentum aliis tradere conatus est. Verum eadem dedit principia, quæ sane Anaxa. autumauit. Hi ergo principia multitudine infinita & diuersa genere aiunt, ponentes ipsa similaria principia esse. At quã ob causam sic opinati sunt Arist. paulopost dicet. Nam, cum negarent generationem esse, propterea quod id, quod fit, vel ex eo quod est, vel ex eo quod nõ est necesse est fieri: neutrum aũt fieri potest: segregatione & cõgregatione apparentem generationem & corruptionẽ tradidere.

Leucippus Eleates atomos principia posuit.

Leucippus aũt Eleates, vel Milesius: (nã vtroque modo de ipso fertur.) cũ de philosophia cum Parm. congressus fuisset, alia via tractandi de his, quæ sunt, atque diuersa ab ea incessisse videtur, quã Parm. & Xenoph. professi sunt. Nam cum hoc, quod vniuersum illi vocãt, vnum, ĩmobile, ingenitum & finitũ statuerẽt, neque concederẽt id, quod nõ est inquiri posse, is elementa infinita, semperque mota, ipsa, s. indiuisibilia, seu atomos & multitudinẽ figurarum in eisdem statuit, eo quod sine figura nihil est hoc magis quam hoc. Itẽ eandem generationem & mutationem sempiternam, & nunquã defuturã in his, quę sunt contẽplatus est. Præterea non magis ens q̃ non ens esse dixit, immo vtraque causas eorũ, quæ fiũt asseruit: quippe qui atomorum indiuisibiliumúe substantiam solidã & plenam statuerit, quod ens vocauit, & eas atomos in vacuo ferri, mouerique senserit, quod nõ ens appellauit, ac id nõ minus q̃ ens esse affirmauit. Similiter aũt & socius eius Democr. Abderites principia posuit vacuũ & plenum, quorũ aliud id quod est, & aliud quod non est, vocat.

Plenum & vacuum Democritus principia posuit.

Nam, cum hi atomos veluti materiam his, q̃ sunt, subiecere, reliqua gigni fierique dicunt ipsorũ atomorũ differentiis: Tres aũt sunt differentiæ, rythmus, tropus & diathige, quæ dictu sunt hæc, figura, ordo, & positio: nã simile a simili moueri aptũ esse, ac sese recipi mutuo ea, q̃ sunt germanæ naturæ & cognata, atque vnamquamque figuram in alteram congregationem positã, aliã dispositionem efficere dixit. Quare consentaneũ rationi est, vt hi, cũ infinita statuerint principia, oẽs affectiones & substantias, & ex quibus quoque fierent res pollicerentur profiterenturque se tradituros. Iccirco etiam inquiũt, duntaxat his, qui asserunt infinita accidere, vt ratione coacti oĩa illa esse elemẽta fateantur. Item statuũt in atomis multitudinẽ infinitam figurarũ, eo quod nihil est magis hoc quã hoc sine figura. Nam hanc causam infinitatis esse tradũt.

Metrodori Chii & Democriti consensus de principiis.

Successit deinde Metrodorus Chius, qui eadẽ fere principia posuit cũ his, quæ Democr. dixit, cùm statuerit plenum & uacuum primas causas esse, quorũ aliud ens, aliud vero non ens dixit. verũ de aliis propriam docendi viam & methodum fecit. Hæc aũt methodus est quædam breuis summariaque eorum, q̃ de principiis aguntur comprehensio, quæ indicat opiniones veterum, non sm tempus, quo alię sunt cæteris antiquiores, iunioresúe, sed iuxta eam cognationem & sententiarum concordiã, qua inuicem cõsentiunt. Vnde eos, qui tale audiunt discrimen, existimare Philosophos sententia dissidere non oportet, qđ quidem dictum nonnulli eorũ cõmentariis, historicisque descriptionibus addicti, eaque legentes & nihil eorũ, quæ dicuntur, intelligentes, conuitio dãnare, ac exprobare nituntur. & quamuis veteres infinitos fere modos effingant, eos tñ de principiis naturalibus non effingunt, quippe qui neque de iis aliquid somniarunt, sed de ipsa declaratione manifestationeque diuinæ sublimitatis & excellẽtiæ.

Antiquorum consensus circa principia, quamquam dissentire videantur.

At forte longe accuratius faciã, si paulo digrediẽdo, scientię cupidioribus demonstrauero qũo & si videantur veteres circa opiniones de principiis differre, dissentireque, ipsi tñ concorditer proferant. Etenim alii, ceu Xenoph. Parmen. & Melissus, cum de intellectuali & primo principio disseruerint: Xenophanes quidem & Parmenid. dixerunt vnũ esse & finitum. Nam necesse est vnũ esse ante multitudinem, ac cunctarũ rerum termini ac finis causam magis definiri per terminũ, quã per infinitatem definiri. atque asserere id esse finitũ, quod proprium & oĩno perfectum finẽ habuit.

Vnum & finitum principium quomodo accipiatur.

Vnde id vnum magis est finis oĩum, licet sit etiã principium. Nam imperfectũ, cùm egeat adhuc alio, nondum finem accepit, immo Xenophanes ipsum vnum, velut oĩum causam, ac præ cæteris excellens eminẽsque, ac motus, quietis & oĩs oppositionis principium vlterius ponit, quemadmodum & Plato in prima positione Parmenidis fecit. Parmenides nanque, cùm eadem & similia senserit, vt Xenophanes considerans vlterius omnem mutationem & fortassis actionem, & vim idipsum vnum immobile, ac solum, ceu ab omnibus separatum, cecinit.

Infinitũ quomodo unũ dicatur.

Et, cũ immobile sit, ex eo hoc nomen, Oẽ, sortitũ est. Melissus autem idipsum vnum similiter immutabile & substantia indeficiens, atque infinitum posuit. Infinitum nãque eo enũciauit, statuitque modo, quo etiã ingenitum esse dixit, quod sane indicat ea demõstratio, quam ipse se-

cundum

cundum suam sententiam facit. Nam inquit, quod quidem non fit, & est, semperque fuit, & erit: atq; non habet principium, neq; finem, sed infinitum est. Nam, si factum fuisset, principium vtiq; haberet: quippe id, quod fit interdum initium & finem accipiat: nam obijsset. quod autem neq; incæpit, neq; finem habuit, & semper fuit, id certe non habet initium, neq; finem, sed infinitum est. Hoc igitur modo Melissus respiciens aduertens; ad id, quod sine temporis initio, fineq; fine & semper ens est, idipsum infinitum esse pronunciauit & asseruit. Et Parmenides tale de ipso testatur, cùm dicat per eadem fere verba.

Parmenidis carmina de ente infinito.

Quoniam ingenitum existens & sine interitu est.
Totum autem ac vniuersum, vnius generis, quiescens atque fine fine.
Nunquam fuit nec erit, cum nunc simul omne sit vnum continuum.

Hoc igitur modo & Parmenides vnum velut indeficiens, & velut ingenitum, atq; infinitum esse inquit. Vnde per illa verba indicauit ipsum esse finitum, cùm dicit.

Idem ens, in eodemque manens per se ipsum manet.
Sic tutum stabileque illic manet.
Nam pollens necessitas terminum in vinculis habet, cùm vndique contineat ipsum.
Ob id non est fas existens fine termino esse. Nam nullius eget.
At non existens cuiusuis egeret.

Si enim ens est, & minime non ens, nullo eget: si vero non eget, perfectum est: si vero perfectum est, finem habet, & non sine fine erit. Quod autem finem habet id etiam obtinet extremum & terminum. Hoc igitur modo sententiæ horum hominum non sunt contrariæ, in quibus de eodem principio dicunt. Cæterum Parmenides proficiscens ab intellectualibus ad sensibilia, aut à veritate, vt ipse inquit, ad opinionem, in quibus sic inquit.

Parmenidis carmina de principijs sensibilibus.

Hinc credendæ rationis & cogitationis circa veritatem sibi finem facio. opiniones autem ab hoc humano, disce ornatum meorum verborum fallacem & fucatum audiés.

Et ipse quidē generabilium principia elementaria posuit esse primā oppositionem, q̄ vocat lucem & tenebras, ignem, & terrā, vel densum & rarū, vel idem & diuersum: hæc deinde adijciens, his verbis, quæ prius appofuimus.

Nam duas formas statuerunt his sententijs, vocibus q; nominare, quarum vna non est opportuna, in qua errarūt. Opposita autem discernebant corpus, & signa posuerunt seorsum ab inuicem. Altera quidem flāmeum æthereum, quæ ignem, lenem, rarum, atque leuem sibi ipsi vndique.

Idem verum diuerso atq; alteri non idem esse dixerūt. Cæterum & illud secundum idem contraria habet cum nocturnū densum, atq; constans corpus sit. Et sane, si prosa solutaque oratione aliqua dictiuncula inter verba ingeratur tanquam Parmenidis dicta sic se habet. In hoc est subtile, & calidum, & lux, & molle, & leuitas in denso nominatum est frigidum, caligo, durum, & graue. Nam vtraque hæc vtrobique separata sunt atq; distincta. Vnde è regione, atq; opposito modo plane duo elementa accepit. Idcirco prius vnum ens statuit & seiūxit, & deinde inquit eos aberrasse, qui non conspiciunt, vel plane reuelant indicantur elementorum gñationem constituentium, oppositionē. Quem sane & Arist. imitatus principia contra ia posuit. Item effectricem cām eorum corporū non modo, quæ ortui obnoxia sunt, sed etiam rerum incorporearum, quæ gñationem cōpleret, Parm. plane assignauit dicens,

Aristotelis sententia de cōtrarijs principijs ex Parmenide accepta.

In corporeorum esse aliquas

Aliæ aūt noctis tenebris, post vero festinat lucida parca.
In horum medio fatum, quod cuncta gubernat.

Omnium nanq; mœsti partus, & mixtionis principisi.
Mittens mari fœminam miscendo tunc mas contrarius fœminæ statim.

efficiens causa apud Parmenidem.

Cæterum & Empedo. cum de intellectuali mundo, & sensibili dissereret, & illum huius exemplar archetypum poneret, in vtroq; hæc quatuor principia & elemēta, ignem, aquam, aerem, & terram: & effectrices causas odium & amicitiā statuit: nisi quod ea in mundo intellectuali cum vnitate intellectuali capiantur: ac eadem potiantur, per amicitiam potius vniri congregarique, & ea, quæ in mundo sensibili sunt potius odio diuelli seiungique affirmat. quem Plato etiam secutus, vel ante Platonem Timæus, in primo exemplari intellectuali quatuor ideas prius esse inquit, quæ à quatuor elemētis designantur, & quatuor huius mūdi sensibilis partes in suis terminis extremisq; deducunt, conciliantque. Verum hic lis odiumue cum superaret per se gregationem ab intellectuali vnitate semotæ fuerunt. Et ibi ipse communiter loquitur de vtroq; mundo, ponens. Veruntamen, & ipse, cum quatuor elementa ceu materiam posuisset, statuit in ipsis contrarietatem, quæ est inter amicitiam & odium. Quòd vero non sola amicitia secundum Empedoclem mundum intellectualem fecerit, neq; odium solum ipsum mundum sensibilem cōstituerit (vt plerique opinantur) sed ambas omnium vbiq; causas proprie contemplatus sit, audiant in libro de Naturalibus rebus illius dicta, in quibus productæ congregationis & cōmixtionis, quæ hic fit, Venerem vel amicitiam causam tradit. Vocat autem ignem Vulcanum, & Solem flammam, aquam vero imbrem, aerem ætherem. Dicit autem eadem varijs locis, quæ etiam in his dictis refert,

Mundi intelligibilis & sensibilis principia elementa quatuor efficientes vero causas, amicitiam & litem Empedoc. posuit. Idea quatuor apud Platonē ex quatuor elementis in exemplari.

His æque subiacet maxime tellus,
Vulcano imbri & ætheri iam candore nitenti,
Ad perfectum Veneris portum profecta cœpit,
Siue exiguum in amplum, siue plus in minus vertere,
Ex his sanguis & alterius carnis formæ fiebant.

Et ante hæc dicta alias vtrisque actionem tribuit hunc in modum dicens,

Cum postea lis in imam venit reuolutionis sedem,
Et in medio reuolutionis amor adesset,
Omnia hæc in vnum duntaxat vt redigit;
Nō statim, sed arbores iungimus aliūde vnā cum alia.
Cū sese hæc miscent, pdeunt infinitæ mortaliū gentes.
Multa vicissim sese miscentibus immixta steterunt.
Adhuc quæcunque sublime detinebat odium.
Nondum sine culpa totum ad terminos circuli vltimos deflexis.
At partim quæ intra membra, in quæ partim egressa fuere.
Quantum semper vicit odium, tantum semper adijcit fautrix amicitia sine culpa immortalis vis.
Mox mortalia oriebantur, quæ prius se credebant immortalia esse.
Pura priusquam immixta vias mutarent.
At ex his mixtis fluunt infinitæ mortalium gentes.
Vario genere miraculum coaptatum videre licet.

Vnde in his plane asserit mortalia ab ipsa amicitia sic fuisse aptata & composita, & in quibus amicitia præualet ac dominatur nondum ab his vniuersum odium excessisse. Item in his dictis, quibus indicia cognoscendi vnumquodq; quatuor elementorum, ac odium, amicitiamque plane tradidit, cunctorum mixtionem esse ex vtrisq; odio scilicet & amicitia indicauit. Porro sic inquit,

Solem sane calidum intueri atque calidum prorsus.
Immortalia vero q̄cunq; indigebāt, & si aliqd splēdor.

In

In cunctis aut nubilus atque rigidus imber.
Ex terra radices ac ſolida effluunt.
In ira cuncta biformia diuiſim iacent.
Coeunt amore ac ſeſe mutuo deſiderio iungunt.
Ex his cuncta quæcunq; fuere, ſunt, atq; erunt.
Arbores germinarunt, viri ac mulieres ſimul,
Feræ & aues, item piſces aqua nutriti.
Dij quoq; longæui laudibus clari.
Vnde & paulo vlterius procedens, rurſus inquit,
Viciſſim orbis reuoluti imperant.
Et interſeſe mutuo deficiunt & augent varijs vicibus fati.
Nam ipſa ſunt quidem hæc.
Quæ cùm ſeſe vtrinque percurrunt viri ac aliarũ mortalium gentes.
Interdum amore cuncta in vnum cõuenire mundum.
Rurſus interdum ſingula diuiſim lata lis habet.
Donec ſimul orta ſteterint vniuerſum ſuperne fit.
Sic ſane quo didicit vnum ex pluribus naſci.
Eo rurſus vno conſiſtẽte id pluribus cõſtans perficitur.
Qua fiunt quidem nec æuum manet ſtabile ipſis.
Sed qua ſeſe ſucceſſu alternãt aſsiduo nunquam deſunt.
Hac ſemper immobili ſunt circuli ad inſtar reditus in idem.

Quare fit vnum ex pluribus, quod ſane ob amicitiam accidit, atque econtra plura ex vno prodeunt, quod quidem fit cum odiũ exuperat ac dominatur cæteris. & in his conſiderat etiam mundum hunc ſublunarem, in quo mortalia ſecundum ſuos periodos, ſ. quatenus odio exuperante, interdum vero amicitia dominante alterum alteri viciſsim ſuccedit. Niſi forte quendam eorum, quæ ſunt, vnionis & ſeparationis viciſsitudinarium progreſſum eiſdem verbis tradiderit, plures mundi intellectualis ſupra hunc ſenſibilem conſtituti differentias, ſecundũ quod magis minuſúe amicitia præualet, ac ſuperat inſinuans, & in mundo ſenſibili oſtendit qũo varijs ac diuerſis ſuperandi vicibus, quæ nonnullis ſtatutis terminis diuiſim intercipiuntur, odium rebus dominetur. Cæterum nec ipſe aduerſatur Parmenidi & Meliſſo, ſed elementarem oppoſitionem, ceu ipſe Parmenides ſtatuit: & effectricem cauſam vnam cõmunem in cunctarum rerum medio collocatam & vniuerſæ gene-
* a.l. Dæmonem fatũ. rationis cauſam * fortunam ille ponit. Is aũt in efficientibus cauſis oppoſitionẽ conſiderauit. Anaxagoras deinde Clazomenius viſus eſt tertiam formarum omnium differentiam ſtatuiſſe, quę ſm vnitatem mente perceptam contrahitur, vbi dicit. Simul res omnes erant multitudine & paruitate infinitæ. & rurſus inquit: Priuſquam hæc ſeiungerentur cum ſimul omnia forent, neq; color vllus apparuit. Nam impediebat omnium rerum cõmixtio cum humidi & ſicci, calidi & frigidi, lucidi & tenebroſi multum aliquid ineſſet, & infinitorum ſeminum, quę inter ſe ſimilia minime ſunt, quæ cum ſic ſe habeant, in ipſo vniuerſo omnes res vnum eſſe ſentiendum eſt, & hoc vniuerſum, miſcellaneũq; vniuerſorum, erit illud ens vnum, quod aſſerebat Parmen. Item Anaxag. ſtatuit quãdam ſegregationem ſm intellectualem ſeparationem, cui ea, quæ hic eſt, aſsimilatur. Nam Anaxagoras poſt nonnulla, quę breuiter de primo principio diſſeruit, ſic de Natura inquit. His ita habitis appareat vnum & multa, & varia eſſe in cunctis, quæ congeſta, congregataq; ſunt, atq; ſemina omnium rerum, & quæ habent omnis generis ſpecies, & colores, ac voluptates, ac homines, ceteraq; animalia, quæcunq; animam habent compactos eſſe, præterea ciuitates hominibus refertas, atq; opera, ceu quæ apud nos apparata & digeſta ſunt. Solem quoq; eiſdem eſſe & Lunam, atque alia, ceu quæ apud nos prodeunt: terram inſuper eiſdem producere multa, atq; diuerſa, quibus illi, cum quæ ſunt vtilia ingerunt, ſimulque iungunt, ad familiæ cõmodum vtantur, neceſſe eſt. Hæc igitur apud me dicta ſunt de ipſa rerum ſeparatione, q; non ſolum ea, quæ apud nos fiunt, ſeparantur, ſed etiam alia. Et fortaſſe quibuſdam videbitur illum non ad intellectualem ſeparationem conferre, comparareq; ſegregationem rerum, quæ ortui, generationiq; ſubdita ſunt, ſed noſtram habitationem comparare ad alia terræ loca. At is aberrat, quoniam non dixit de alijs locis, cùm tulit Solem eiſdem adeſſe, oririque, ac Lunam, &c. alia ceu apud nos. Item ibi vocauit ſemina omnium rerũ & ideas. proinde audiemus quæ paulo poſt dicat inter vtraq; comparationem faciens. Sic de his ſeparatis, atq; ſeiunctis à vi & celeritate: celeritas nanq; vim efficit, celeritas vero ipſorum nulli rei celeritate eſt ſimilis, earum rerũ, quæ modo in hominibus ſunt, ſed prorſus multifariam ac multoties celeriter eſt. Et ſi hanc tenuit mentem, atq; ſententiam, aliter tamen ſingula in ſingulis ſm intellectualem vnitatem eſſe inquit: quippe aliter ſint ſecũdum intellectualem coitum & congregationem, & aliter ſecundum ſenſilem conflationem, ſ. in vnum coaceruationem. Item ex eiſdem generationem eſſe, atq; in eadem reſolutionem tradidit. Cæterum Leucippus, Democritus, & Timæus Pithagoricus huic non aduerſantur quo ad ſtatuendum quatuor elementa compoſitorum eſſe principia corporum: ſed hi, ceu Pithagorei, & Plato, atque Ariſto. videntes ignem, aerem, & aquam ac fortaſsis terram inter ſeſe viciſsim mutari, hiſce principaliores atque ſimpliciores cauſas inquirebant, quibus etiam diſcrimen horum elementorum ſecundum qualitates defenderẽt. Vnde hoc modo Timæus & eius imitator Plato, planas, ſuperficies, ac ea, quæ altitudinem & profunditatem aliquam habeant, & figurarum differentias prima quatuor elementorum aſſeruit elementa, naturam corpoream figuris corporeis, principaliorem eſſe, atque cauſam differentiæ qualitatum elementarium exiſtimans. Leucippus vero & Democ. minima corpora prima indiuiſilia, atomoſq; appellantes voluerũt ea ſecundum differentiam figurarum, poſitioniſque & ordinis differre, atque ea corpora calida, igneaque fieri dixerunt, quę ex primis corporibus acutioribus, ſubtilioribuſque, ac ſecundum ſimilem poſitionem conſtitutis componuntur: humida vero & frigida, ſeu aquea ea corpora etiam dixerunt, quæ ex his conſtant, quæ ſunt contraria illis. Item ea fieri ſplendida & luminoſa, & obſcura, & tenebroſa aſſeruit. Iam autem omnes, qui vnum elementum eſſe poſuerunt, ceu Thales, Anaximander, Heraclitus, & vnuſquiſque eorum reſpexit ad id, quod eſſet effectiuum & opportunum idoneumq; ad gñationem cuiuſcunq;. Tales namque reſpexit ad aquam, quantum proli apta eſſet, & conferret ad nutritionem, educationemque: item ad partum edendum & ad vitam commodiſsimã, inſuperq; optime formari poſſet. Heraclitus vero ad ignem ſeſe conuertit quantum ſit viuificatiuus, & ad opificium quantam vim habeat. Anaximenes autem coniecit animum ad aerem: quippe qui bene formari ad vtrunque facile ſecedat, ad ignem. ſ. & aquam, quemadmodum Anaximander: ſiquidem intermedium horum particeps ponitur eſſe principium, quod facile, ac bene alterari valeat. Vnde alij ad intellectualem, alij vero ad ſenſilem rerum ordinem & diſtinctionem conſpicientes: Item alij proxima corporum elementa, alij vero principaliores cauſas inquirentes: præterea alij particulariora, alij autẽ vniuerſaliora natura elementari complectentes: atque alij quidem ſolum elemen

ta, alij vero omnes cauſas & concauſas indagantes, cùm de natura differant, diuerſa inquiunt, attamen non contraria, apud eum præſertim, qui optime diſcernere, ac iudicare de his poteſt. Et ipſe Ariſt. qui viſus eſt eorum controuerſias, atq; diſſenſiones oſtendere, cùm paulo procedens aſſerat eò inter ſe diſsidere ac differre philoſophos, quod alij priora, alij vero poſteriora principia, alij item rationi, alij vero ſenſui notiora ferunt, inquit: quare hi dicere aliquo modo eadem, & aliquo modo diuerſa inter ſe videntur. Sed hæc quidem propter eos, qui ineptiſsime obijciunt veteribus diſſenſionem, coacti ſuimus longioribus, amplioribuſq; verbis tractare. Poſtremo, cùm Ariſto. refellentem veterum philoſophorum opiniones audiamus, & ante Ariſto. ipſum platonem, ac ante vtrunq; Parmenidem & Xenophanem feciſſe videamus, ſciendum eſt, quod hi ſuperficietenus circa ſententias eorum ſatagentes, confutare id, quod in ſermonibus verbiſque eorum abſurdum apparet, cum ſoleant antiqui ſuas ſententias obſcure, & enigmatice proferre. Huius rei indicio eſt Plato, qui cùm Parmenidem admiretur, quem refellere videtur, eius ſententiam, mentemq; egere natatore, qui ſe ad profundum vſq; immergat tradit. Item Ariſt. anceps dubiuſq; eius ſapientiæ altitudinis, atque profunditatis eam ſuſpicari viſus eſt, vbi dicit, Parmen. hoc perſpexiſſe viſus eſt. Proinde hi, quod priſci omiſerunt interdum ſupplentes, interdum autem dicta eorum obſcura & inuoluta apertiora facientes, interdum vero ea, quæ dicta ſunt, intellectualibus perinde ac naturalibus rebus congruere coaptarique non poſsint diſcernentes, ceu illa, quibus aiunt eſſe vnum id quod eſt, & immobile: interdum denique leues, ſimpliceſq; eorum opiniones, qui de rebus ſuperficietenus diſſerunt prius reijcientes, hunc in modum eas videntur refellere. Quocirca & nos in diſputationibus Ariſt. contra vnumquenq; illorum his oppugnare atque refragari enitemur. Sed repetenda ſunt denuo verba Ariſtotelis, & dicta contextus diligentius conſideranda, ac diſtinguenda ſunt. (Neceſſe eſt autem aut vnum eſſe principium, aut plura. Et ſi vnum, aut immobile, vt Parmenides & Meliſſus dicunt.) Alexan. inquit, quòd, cùm dixerit nos oportere ex notioribus nobis exordium facere, id etiã obſeruat. nam incæpit à diuiſione perfecta, euidenti, cunctiſque manifeſta. Quid. n. contradictione, in qua dicitur vnum, vel non vnũ principium, ideſt plura, clarius euidentiuſque eſt? Verum Alexã. pulchre dicit Ariſtot. à diuiſione euidenti feciſſe principium. tamen hoc non eſt id, quod quidem ipſe dixit, quando ait, (ex manifeſtioribus ad immanifeſta principia proficiſci oportere.) Nam compoſita fuerunt illa manifeſta & ſenſui notiora, atque ea, quæ vniuerſalia vocantur, veluti tota, vniuerſaue, ac ea, quæ continent particulariora & ignotiora. Porro à ſenſibilibus & nobis notioribus, falſas opiniones de principijs confutat, vt explicauimus, & confirmabit veras. Verum, cum Ariſto. dicit, (vt Parmen. & Meliſſus,)
» inquit Alexã. non tanquam ad Parmenidem & Meliſſum,
» qui vnum poſuere principiũ, idq; immobile, dixerunt hæc
» verba referenda eſſe: quippe qui principium prorſus ſuſtu-
» lere de medio. Nam tradunt omne, vnum eſſe, quod ſane
» obſtat, repugnatq; dicenti eſſe principium. Nam qui ſta-
» tuunt principium eſſe, hi quoq; fatentur plura eſſe ea, quæ
» ſunt, quandoquidem ipſi vna cum principio introducant
» ea, quorum eſt principiũ. Cæterum, cùm dixiſſet primam
» diuiſionem, ſ. vel vnum eſſe principium, vel plura, in alte-
» ra diuiſionis parte rurſus diuiſione vtitur, ea videlicet, ſi
» vnum eſt principium, vel immobile, vel mobile. Et, cùm
» perſuaderi non poſſet vnum dicere principiũ, & id immo-
bile eſſe, tñ mitigandi cauſa eam diuiſionis partem adie- »
cit. Non minus. n. incredibile eſt hoc, immo magis quàm »
illud, ſ. omne, vnum eſſe, atque immobile: tamen fautores »
& qui defendant, habet Parmenidẽ & Meliſſum. Et ſi non »
plane vnus idem ſenſit quod alius, tamen in idem concur- »
runt. In ijs igitur, quæ Alexã. circa ipſa verba Ariſto. dicit, cùm tradit magis incredibile ipſum adieciſſe mitigandi gratia incredibilem, & eam poſitionẽ, quæ perſuaderi nequit, puto id Ariſto. prudentiæ & ſapientiæ non eſſe aſcribendum. Proinde neque poſuit opinionem incredibilem imperſuaſibilemq; Parmenidis & Meliſsi, velut diuerſam ab illa, quæ aſſerit vnum eſſe principiũ & immobile: quippe qui hos homines, velut hoc dicentes, refutet & obiurget, ſed æquo animo ac moderate. Planeque, cum horum hominum hãc ſentẽtiam demonſtret fuiſſe, inquit: Similiter. n. quærunt & hi qui quærũt quotnam ſint ea, quę ſunt. Nam ea primum quærunt, ex quibus cõſtant ea, quæ ſunt. vtrum vnum, aut plura. Quare putat hos homines de principio eorum, quæ ſunt, in ſua philoſophia diſſeruiſſe. Item propter eoſdem alteram ſectionis partem diſtinxit, ſupponens vnum eſſe principium & immobile. Nam id, quod reuera eſt id, quod eſt & vnitum & vnum, quod etiam eſt principium & cauſa multorũ, atque diſcretorum non ceu elementarium, ſed velut producẽs illorum, vnum eſſe dicebant. Vnde non ſolatij cauſa, ſed neceſſaria rurſus diuiſione diuidens alteram ſectionis partem, eam. ſ. qua dicitur, vnum eſſe principium, in hanc ſectionem, vnum principium eſſe mobile, vel immobile, & accipiens immobile ſiquidem oportebat contradicere his, qui vnum & immobile principium aiunt, hæc aduerſus eos, qui vnum eſſe id, quod eſt & immobile aiunt, obijcit. Nam, & ſi alijs nominibus vtantur, eadem tñ illi dicunt & quęrunt. Vnde Alex. fatetur Parmenidem in his monumentis, cõmentarijſque, quę iuxta veritatem conſcripſit, in quibus etiam agitur de ipſo ente intellectuali, dixiſſe id, quod eſt, vnum eſſe & immobile. At in his, quæ iuxta multorum opinionem, & ea, quæ apparebant philoſophis, nec id, quod eſt, vnum eſſe, nec ingenitum dicẽs, ſtatuit ignem & terram eorum, quæ generãtur, eſſe principia: terram velut materiam ſtatuens, ignem vero vt efficiẽtem cauſam. & inquit: Parmenidem vocaſſe ignem, lucem, & terram tenebras. Verum, ſi Alex. ea dicta, quę ſecundum multorum opinionem & multis videbantur ſic æque accipiat ac interpretetur, vt Parmen. vult, opinabilia, ſenſibilia appellans, recte proculdubio ſentiret: ſi vero illa verba prorſus falſa eſſe, ac lucem & ignem efficientem cauſam illum dixiſſe putat, longe aberrat, recteque non ſentit. Nam Parmenides, cùm compleuiſſet de intellectuali ſermonem, adducit hæc, quæ ſanè prius appoſui.

Principium unum eſſe entium, taleq; immobile, quomodo intellexerint Parmenides, & Meliſſus.

Parmenides ignem & terram inter principia ponit.

Credendæ rationis & veræ notitiæ tibi facio finem.
Opiniones hominum de vero ab hoc mortali diſce.
Ornatum meorum verborum fallacem audiens.
Nam formas deſtinarunt ſententijs nominare duabus.
Harum vna non opportuna, quocirca errarunt.
Contraria vero diſcernebant corpus & ſigna abinuicem poſuere ſeorſum.
Hęc ſane flammeus æthereuſque ignis lenis, rarus, leuis ſibi vndique idem.
At alteri non idem.
Sed illud eidem iuxta contraria nocturnum, denſum corpus & firmum habet cuncta, quæ tibi videntur apparatum eſſe dico.
Ne aliqua mortalium mens aliquando te fugiat,

Vocat igitur hunc ſermonem, opinabilem, fucatumque, non velut ſimpliciter falſum, ſed velut ab intellectuali veritate

ritate ad id, quod apparet, ac videtur sensibile, deflectentem, Vnde paulopost de duobus elementis repetens inducit & efficientem causam hunc in modum dicens:

Efficientem principium, vel causam, quam posuerit Parmenides.

Nam aliae angustiores ignem immixtum fecere,
Aliae vero in his noctem, post vero prodit lucida parca.
In horum medio fatum quod cuncta gubernat.
Hoc etiam inquit esse deorum causam sic dicens,
Summum omnium deorum amorem consulebat.
Et caetera. Item tulit interdum animas & splendore claroq; in obscurum ceu in carcerem deduci, & interdum è contra.

Verum haec prolixioribus agere tractareque vrgemur ob magnam nunc ignorátiam antiquorum voluminum, quae scilicet non legimus. Caeterum qui dixerunt id, quod est, vnum ac immobile esse, non immerito dixere: siquidem illi non de rebus naturalibus tum disserebant. Nam vna cum motu introduceretur etiam id, secundum quod fit motus, siue secundum qualitatem, siue secundum quantitatem, vel secundum aliquid aliud fiat. Praeterea vna cum motu introduceretur etiam locus, qui aliud est ab eo quod mouetur, siquidem esset naturalis motus.

Vnum opor. tet esse immobile.

Verum Parmenides de intellectuali ente: sic inquit,
At immobile in magnorum terminis vinculum & sine principio & fine. cum ortus ac interitus hic maxime formarentur.
Aberat hic fides vera.
Post vero subdit immobilitatis causam, cùm dicit:
Sic firmum illic manet.
Nam pollens necessitas terminum in vinculis habet vndique detinens ipsum.
Ob id non est fas, existens sine termino esse.
Nam nullius egeret, at non existens omnis egebat.

Vnde inquit: illud non ens omnibus eget, sicut ens nó eget alio & perfectum est. At id, quod mouetur, eget eo, per quod mouetur: igitur id, quod est, non mouetur. Rursus Melissus secundum eandem sententiam ostendit idipsum quod est, immobile esse eo argumēto, quod si moueretur id, quod est, oporteret aliquod vacuum afferre, in quod sese reciperet id, quod est. at vacuum non esse, prius demonstrauit. Dicit, inquam, in hunc modum in suo commétario, & quod conscripsit opere. Neq; quippiam est inane: quippe inane vacuumque nihil sit: ergo non erit hoc quod nihil est: quod si non erit, neq; id, quod est, mouetur. Nam sese recipere nusquam potest. Sed plenum est. Nam si vacuum fuerit, reciperetur plenum in vacuo, sed vacuum non est, nec habebit vbi sese conferre queat: igitur plenū, quod est ipsum ens, non mouetur. Quod quidem concludit Melissus non quod per plenum nihil moueri possit, ceu Alexander dictum Melissi intellexit, sed quia ens, ac id, quod est, ita sit plenum, vt nihil aliud praeter ipsum sit. Proinde Melissus inquit hoc iudicium faciundum esse de pleno, ac non pleno, quod si aliquo reciperetur vel ingrederetur, non erit plenum: si vero non recipitur neque in aliquo ingreditur, plenum erit: igitur necesse est plenum esse, si vacuum non est: si plenum igitur est, ergo non mouetur.

Vacuum, vel inane nihil est.

Plenum, quid dicatur.

Aut mobile, vt Physici, hi quidem aerem, alij verò aquam primum principium asserentes.

Com. 4. Naturalis prorsus nō est, qui motum tollit.

Cum posuerit dicentes id quod est, aut principium, aut immobile esse, accedit ad alteram sectionis partem, & inquit, vel mobile, vt Naturales censere vidétur: distinguens Naturales contra eos, qui principium asserunt esse immobile, perinde ac Naturales illi non sint, qui motum dirimunt, atque de medio tollunt: quod quidem deinceps clarius dicet & demonstrabit. Ná, si Natura est principium motus, quonam pacto is erit Naturalis, qui ipsam naturam euertit ac demit. Mos nanque erat eos, qui operam alicui philosophiae parti nauauerunt, vel duntaxat, vel maxime ab illa nominare. ceu Socratem Moralem & Naturales Thaletem, Anaximenem, Anaxagorá, Democritum, Anaximandrum, & eiusmodi alios vocabant. Hic autem Alexandro non consentio, qui, cùm prius dixerit Aristotelem diuisisse Naturales contra eos, qui asserunt esse ens vnum & immobile, posterius tradit consuetudinem eius esse eos appellare Naturales, qui circa rerum veritatem in Philosophia versantur, cùm & Naturalis scientiae finis sit cognitio & non actio. At quis ignorat Parmenidem, contra quem distinxisse Naturales dicit, circa rerum veritatem multa in Philosophia tractasse, cùm ipse dicat.

Naturales Philosophi qui dicantur.

Morales qui.

Credendae rationis & verae notitiae tibi facio finem.

Caeterum, cùm sit alia diuisio in illis, qui aiunt vnum esse principiū, siue mobile, siue immobile, qua diuidi possunt in eos qui illud infinitum, vel finitum dicāt: Nam eorum, qui illud vnum & immobile asserunt esse, Melissus ipsum esse infinitum tradit in his dicens: Quod igitur non est factum, sed est, semperque fuit, & semper erit, atque principium non habet, neque finem, sed infinitum est. Et iam ipse Aristo. paulo post ijs contradicens, demonstrabit non solum dici non posse principium infinitum esse, sed etiam id quod est, quod quidem Melisso videbatur. Similiter eorum, qui vnum mobile principium asseruerūt, Anaximander Paraxiadae filius Melisius posuit principium esse infinitam quandam naturam, quae sit alia ab ipsis quatuor elementis, cuius sempiternum motum dixit esse causam generationis eorum, quae sunt. Item Anaximenes Eurystrati filius Milesius, & ipse statuit vnum principium & infinitum. atq; hoc esse aerē dixit, ex cuius raritate densitateque caetera produci dixit. Cùm igitur sit talis diuisio, in praesentia Aristo. illam omisit, vt Alexander inquit, quia haec diuisio nullam differentiam generationis exhibet his, quae ex ea generantur. Nam alia non fierent ex eo principio, si infinitum foret, sed alia fierent, si finitum esset: quemadmodum alia orirentur, siquidem vnum esset, siue plura. Si. n. vnum esset, quae fiunt necessario secundum alterationem producerentur, si vero plura extarent secundum congregationem generarentur. Item dixit potius mobile vel immobile, quia haec diuisio magnam facit differentiam. Nam, si immobile est, nec aliquid fieret ex ipso, quod prius non fuerit: si autem mobile, nihil vetat fieri multa, vel non mutua, vel mutua rerum generatione. Haec quidem Alexan. dicit. Nisi forte Melissus principium non substantia infinitum dixerit, sed eo quod indeficiés est. Nam inquit, quod non est factum, & est, semper fuit, ac semper erit, nec initium habet, nec finem, sed infinitum est. Nisi forsitan & differens modus generationis fieret, si foret principiū infinitum, vel finitum. Nam, si magnitudine infinitum esset, vel prorsus nil produceretur, vel ea, quae fiunt, in infinitum directe nulloq; retrogressu ac reditu eorum fieri possent: si vero finitum, necesse est vel ortum generationemque rerum instar circuli iterari, vel aliquando deficere.

Infinitum vnum quae ratione existimauit Melissus.

Si vero plura, aut finita, aut infinita. Et si finita, plura autem vno, aut duo, aut tria, aut quatuor, aut secundum alium quempiam numerum.

In his, qui aiunt plura principia esse, altera diuisio non habet locum, scilicet vt sint illa mobilia, vel immobilia. Etenim fieri nequit, vt ex pluribus principijs, quae non mouentur, aliquid fiat. Nam opus est, vt inter se mutuo conueniant, atque in vnum redigantur. & cùm manifeste hoc sit impossibile, opinio haec nullum fautorem authoremq; habet.

Com. 5. Principia haud immobilia sunt.

Principia obliq̀ue, vel posse moueri dixit Democritus.

habet. Proinde Democritus atomos insectiliaq; suapte natura immobilia esse dicẽs, tradidit ea oblique moueri. Veruntamen Themistius Euphrades, cum textum & verba Aristotelis amplioribus verbis sub prætextu paraphraseos explicet, interpreteturque, sic inquit: Rursus & si plura, aut mobilia, aut immobilia, atq; numero aliquo terminata, aut infinita. Item Eudemus, quemadmodum prius dixi, in Naturalibus dixit, quod si principia fuerint, vel mouentur, vel immobilia sunt. & constat hos tradidisse, quod oportunum erat ad diuisionem per opposita. Sed ad textum accedamus, inquit. Sed, si plura, vel infinita vel finita multitudine esse necesse est. Et videtur, inquit Alexã. vtrasq; diuisiones vtriq; parti primæ diuisionis non adiecisse, ne sæpe idem de eisdẽ dicere videatur, sed, cùm demonstrauerit non posse vnum principiũ & immobile affirmari, eo magis commostratum erit, neq; plura principia immobilia statui posse. Proinde in reliqua parte, vbi ait, (& si finita pluraque,) non amplius vsus est diuisione in immobilia, vel mobilia. Rursus, cùm demonstrauerit plura principia non posse haberi infinita, vnà quoque ostendet prorsus fieri non posse vt vnum principiũ sit infinitum. Nam magis conueniens est vni non moueri, si fieri hoc potuisset, & pluribus infinita esse. Sed, cùm hæc dicat Alexãder, adnoto mihi, quæ contra eum, aliud esse infinitum multitudine, vel finitum: quod sane magis conueniebat dicentibus plura esse principia, & aliud esse infinitum magnitudine, quod magis competit dicentibus esse vnum principium. Nam plura infinita magnitudine quonam pacto erunt, nisi corpus per corpus recipi ac procedere dicatur. At mihi videtur Aristo. breuitatis causa hunc in modum fecisse diuisionem, proinde in sequentibus Melissum, velut dicẽtem vnum esse principium & infinitum, obiurgabit, corriget, atq; damnabit. Qui vero sint, plura & finita principia, & qui nã plura & infinita dicentes, iam ex prius exposita Philosophorum diuisione nouimus. Veruntamen & hic Alexandrũ censeo non adamussim exacteque de Platonis dogmate mentionem facere. Nam inquit, Plato videtur asserere duo principia, aliud subiectum & materiam appellans, alterum velut causam & mouens, quod Deum vocat, & intellectum, & tertium apud ipsum principium exemplare est. Nam mirum est Alexandrum ignorasse, qđ Plato inter alias causas & principia finalem causam ordinauit, ac præposuit, dicens: Dicamus propter quam causam ille rerum author generationem & vniuersum hoc constituit. Bonus namq; erat. si ergo propter bonitatem suam opifex vniuersum constituit, igitur constat bonitatem fuisse finalem & maxime propriam & principalem causam. Non ne etiam differẽtes partium molitiones & constitutiones reducis ad varios & diuersos vsus, quorum gratia vnaquæque facta est? Immo & formalem causam Plato plane tradit & non modo eam, quæ à materia separatur, sed etiam inseparabilem, cùm dixerit. Quæ cùm ita se habeant, fateri oportet esse formã, quæ semper eadem sit sine ortu ac interitu, quę neq; in se accipiat quicquam aliud aliunde, nec ipsa procedat ad aliud quicquam, sensuq; corporis nullo percipiatur: atque hęc est, quam ad solam mentem attinet considerare. Sed est alia post hanc, quæ cum ipsa, non ratione, sed nomine conuenit, eiusq; similitudinem gerit, genita, sensibus manifesta, quæ fertur & gignitur semper in aliquo loco. Item paulo post inquit, vt erant tunc apta, sic primum distinctis figuris, formis & numeris exornauit. Vnde per illa dicta, duplex formalis causa significatur, & declaratur, altera separabilis, altera vero inseparabilis. Quomodo ergo mens ideas consistentes in ipso intellectuali animali, quæ & quot essent intuẽs, totidem & tales cogitarit & hoc vniuersum habere.

Infinitũ multitudine diuersum est ab infinito secundum magnitudinem.

Alexã. non satis rectè Platonis dicta consyderauit.

Finalis causa prima est apud Platonem.

Formalis causa duplex.

Et si infinita: aut sic, vt Democritus, genere quidem vnum, figura vero, vel specie differentia: aut etiam contraria.

Quòd Arist. putat Democritum statuere principia eiusdem generis, & atomos, seu insectilia eiusdem substantiæ, forma, specieque inter se differentia dicere, cuncti interpretes vna voce conueniunt. At illa verba, (Aut etiam contraria,) Porphyrius & Themist. putant illud dictum, aut sic, vt Democr. asserẽbat, esse contrariam assignationem dictam de Anaxagora, perinde secus senserit q̃ Democritus. Etenim eorum, qui statuerunt infinita principia ipsius Democriti sectatores, asserẽtes atomos eiusdem substantiæ vniusq; generis esse, quod erat plenum, dixerunt ipsas figura, positione, ordineque differre. At imitatores Anaxagoræ asseuerant principia substantia contraria esse: quippe qui caliditatem, frigiditatem, siccitatẽ, humiditatem, raritatem, densitatem, atque alias in qualitate contrarietates in ipsis similarijs collocant, quibus tradunt ipsas similares partes, seu similaria principia s̃m substantias suas differre. modo contrarietas solum sita spectataq; sit ipsis qualitatibus, minime in figuris. Atqui Alexã. non ignorauit hanc expositionem, sed ipsam non approbauit, immo vniuersa hæc verba textus ad Democ. referẽda esse voluit, perinde atq; ipse Democ. posuerit principia genere eadem, i. subiecta natura, figura vero, vel forma differentia, vel contraria. Quod n. Aristo. meminerit Democritum velut principia contraria dicentem, patet per illa verba textus, vbi dicit: Et Democritus plenũ & vacuum posuit, quorum aliud velut ens, aliud velut non ens esse inquit. Amplius positione, figura, ordine. Hæc autem sunt contrariorum genera, Positionis inquam contraria sunt, supremum imum, ante retro: Figuræ, angulus, rectum, & orbiculare. Nam & si Aristote. dixerit figuram non esse contrariam figuræ, non ob id necesse est Democritum eiusdem fuisse opinionis & sententię. Vnde Alexã. ita huic expositioni consensit, vt de duobus alterum dixerit eligendum esse, vel exemplar textus mendosum esse, quippe superuacaneum sit illud, Aut sic perinde, atque Democritus asserebat, repetens contrariam assignationem ad Democritum. Nam sic iacere scribiq; verba debent.

Et si infinita perinde, atq; Democritus genere quidem vnum, figura vero, vel forma diuersa, vel & cõtraria. Vel si, inquit, textus recte scribitur, omisit afferre eos, qui contrarium dicunt, s. principia non esse eadem genere, ceu dicebant Anaxagoræ imitatores. Si ergo absurdum est scripta, textusq; in cunctis exemplaribus consonantes conuenientesq; reijcere, refellereque, & verba manca facere ac demonstrare, non minus absurdũ profecto est dictionem, & sectiones, partesque diuisionis mutilatas afferre, & maxime quia Anaxagoræ opinio relinquitur, contra quam Aristo. plures rationes adducit, & explicat. At etiam opinionem Aristotelis circa sententiam Democriti, reprobare, qui putat illum plane contrarietatem in principijs posuisse, quod quidem alij expositores faciunt, profecto non recte factum esse videtur. Nisi forte tradiderit diuersa esse principia figura & eodem modo forma, tanquam hoc sit Democrito peculiare, qui negat atomos substantia differre, & illud deinde non solum diuersa esse infinita principia, sed etiam contraria assignauerit non modo, veluti Democriti positioni proprium, sed etiam Anaxagoræ sententiæ commune, perinde ac vtrisque ea verba communiter conueniant, tanquam dicat. Et sic perinde atque Democritus asserebat genere quidẽ vnum, figura vero, vel forma diuer-

ma diuersa, vel non solum figura & eodem modo forma diuersa, sed etiam contraria: tanquam Democ. contrarietatem secundum figuram, & formam posuerit, Anaxag. substantia & genere. Vnde, si huiusmodi verborum interpretatio aliquam rationem & probationem habet, neque textum emendare corrigereque, neque verbum illud, aut tanquam contrariæ assignationis causa ponere, neque demum ea aduertere pensiculateque de contrarietate, quam posuit Democritus, necesse est.

Tex. 7. *Similiter autem quærunt, & quærentes quot sunt ea, quæ sunt. Ex quibus enim sunt ea, quæ sunt, quærunt primum, vtrum hæc vnum, an multa sint. & si multa, finita an infinita. quare principium ac elementum quærunt, vtrum sit vnum, an multa.*

Inquit, quemadmodum nos, antequã aliquid in Philosophia de rebus Naturalibus tractare, ac cognoscere potsimus, earum principia quot & quę sint quærere compulsi sumus, sic etiam Naturales, quanquã de his, quæ sunt, proposuerint quærere quot hæc sint, indagare & rimari prius principia eorum, quæ sunt coacti fuere, perinde ac cognitio eorum, quę sunt, pendeat ex cognitione principiorum: Verum hoc Aristo. inducit ad ostendendum esse necessarium sermonem de principijs, siquidem & his, qui non de his agere proposuerunt, quęstio tamen de ipsis primo obuiam venerit, tanquam aliter de his, quæ sunt, cognoscituri non essent. Hunc igitur in modum Alexander verba interpretatus est, atq; inquit, hoc dici de omnibus Naturalibus. Num sermo neq; est de cunctis Naturalibus Philosophis: neq; velut alia illis proponentibus quærere, alia ipsis quæstio ab ea, quæ est de principijs occurrerit, sed quoniam Parmenides & Melissus de eo, quod est, quærebant, vtrum vnum vel plura, & num immobile, aut mobile sit, & ij, inquit, non de ijs quæ sunt, vt aliquis putare posset, sed de principio eorum, quę sunt, quærebant, benigne id quod ab ipsis dicebatur accipiens Arist. nunquam. n. censuisset eos fuisse ignaros multitudinis rerum, vel hoc videlicet se duos pedes habere, sed de eo, quod vere ac proprie est, ipsi loquebantur, quod sane principium & causa est omnium quomodocunq; sint. idcirco statim Parmenidis & Melissi opinionem, qui de eo, quod est, Philosophati sunt, aggreditur. Nam siue de principio quærerent, num vnum, vel plura sit, siue de ipso quod est, profecto eadem quærunt, quãquam alia nomina sibi vsurpent. Quibus igitur rationibus instabimus contra eos, qui vnum esse id quod est asseruerunt, eisdem sane etiam refellemus eos, qui vnum esse principium asserere contẽdunt. Cùm igitur ipse à principio fecerit diuisionem dicẽs: Necesse aũt est vel vnum esse principium, vel plura, merito adiecit quod etiam qui quærunt quot sint ea, quæ sunt, de principijs quærũt, quanquam alijs nominibus vtantur. Idcirco, cùm ponat id velut vnam sententiam antiquorum esse, contradicit.

Melissus et Parmen. non de entibus, sed de eorum principio quærebãt.

Tex. 8 *Itaque an vnum, atque immobile sit id quod est, considerare, non est de natura considerare. Vt. n. & Geometræ non amplius est sermo cum eo, qui destruit principia, sed aut alterius scientiæ, aut omnium Communis, sic neque ei, qui de principijs. Non. n. amplius principium est, si vnum solum, & ita vnum est. Aut. n. principium cuiusdam, aut aliquorum est.*

Cõm. 8. Per hæc inquit Alexander quæstionem, quæ videtur prætermissa, an sint prorsus principia, adiecit contradicens his, qui prorsus negant principium rerum naturalium. Nam qui dicunt vnum esse id, quod est, ac immobile, tollunt principia naturalia, & ipsam naturam. Etenim, cùm principium alicuius, aut aliquorum principium esse constat, tum etiã vnà secum rerum multitudinẽ inducit. Item, si non est motus, neq; natura erit: nam natura motus esse principium demonstrabitur. Num autem potius curiosa est huiusmodi interpretatio, qm̃ hisce verbis Aristot. non proponit ostendere quot sint principia naturalia, sed hoc accipiens concessum & pro comperto, etiã secundum eos, siquidem ipsi id quod est, pro principio dixerint, ex hoc nititur eos, qui vnum aiunt id, quod est, velut principium dicentes exagitare. Nam principium amplius non est, si vnum solum sit id quod est, & ita vnum, vt vulgo videtur dici vnum id quod est, tanquã ipsum solum sit. Nam principium alicuius, aut aliquorum esse principium quis non videt? quare principiũ vnà secum inducit multitudinem. Simul igitur tollit positionem illorum, & reprehendit Authores huius sententiæ, qui, cùm de natura considerare videantur, ipsam plane naturam tollunt. &, cùm primas partes sectionis comprehẽdisset, quæ sunt, si vnum & immobile principiũ, huius opinionis Authores inuenit esse Parmenidem, & Melissum, dicentes esse vnum id, quod est, pro principio id quod est, ponentes, & his illico contradicit: primum complectens notionem principij, etiam illius quod est, s m quam suspicatus est eos dicere: deinde vero secundum eius, quod est, notionem vt erat verisimile vulgut illud nomen audiens existimare, tunc ab vnius significatu arguit, & visus est statim eos damnare: qm̃ dicendo, vnum esse principium vnum id quod est, dixerint, & ipsius entis notione tollitur principium. Item dicentes de principio eorum, quę sunt, profecto tollunt, & principium & naturam, asserentes id quod est, vnum & immobile esse. At sublata natura, demptis; principijs, etiam tollitur omnis naturalis contẽplatio. Et, cùm non quicunq; sermo dignus sit, vt illi contradicamus resistamusq́ue, illis refragaturus atq; contradicturus idipsum primum ostendit, quanam in re non sit disputatio digna, cui contradicatur, & qua in re sic se habeat, nihil tamen vetat vt ei contradicatur. Nam nulla ars, nullaq; scientia aduersum destruentem sua principia & vniuersam constitutionem euertentem potest scientifice occurrere. Nam, si oportet Naturalem, exempli causa, vt Naturalem, cuncta quę demonstrat ex naturalibus principijs, & naturaliter demonstrare & non conceduntur esse principia, neq; Naturalis contemplatio, quinam amplius demonstrabit Naturalis, qua Naturalis est, immo nec Geometra aduersus eum, qui Geometriæ principia & eius constitutionem tollit, vt Geometra disputabit & contendit, quippe qui non habet principia, quibus disputet. volens autem sua stabilire principia, vel ex prioribus, vel ex posterioribus ipsa cõfirmabit, sed si ex prioribus profecto ex non naturalibus principijs, neque naturaliter confirmabit. si autem ex posterioribus, & naturalibus hæc petere necesse est, cùm nõdum perspicua sint, eo quod tolluntur principia, ex quibus ipsa poterant demonstrari, ceu se habent apud Geometras, quę appellantur petitiones. At necesse est, vt vniuscuiusq; principia, vel proximæ Superiores ipsis scientiæ demonstrent, ceu principia Medicinæ Naturalis demonstrat, & principia Artis Mechanicę Geometria, vel confugiendum est ad aliquam communem cunctis scientiam, qualis est Dialectices Peripateticorum. Etenim in lib. Topicorum, illam methodum & ad scientias quoq; philosophicas vtilem esse dixit. Nam inquit, cùm ipsa sit indagatrix ad omniũ scientiarum principia viam habet. Et hoc merito, siquidem intentio Dialectices est de omni pblemate ex opinabilibus ratiocinari. Dialecticus enim, exempli causa, demonstrabit punctum esse impartibile, & lineam longitudinẽ esse sine latitudine & superficiem habere duntaxat longitudinem & latitudinem,

Principium nō hoc est, si sit vnum solū id quod est.

Principia negantes non potest aliquā scientia conuincere, vel aduersus eos disputare, sed communis scientia munus est.

Dialectica de omni re proposita ratiocinatur.

nem, assumens dignitatem communem, quod.s.corpus sit trifariam dimensum, atq; quod omne terminās illo quod terminatur vna dimensione sit inferius.' Item Prima Philosophia cunctarum scientiarum demonstrabit principia, idcirco & ipsa ars artium & scientia scientiarum celebratur. Non est igitur Physici munus disserere aduersus eos, qui tollunt principia naturalia, & aduersus eos, qui prorsus omne principium tollunt, fortasse nullius erit officium disputare. Tollunt autem omne principium, qui vnum solum aiunt esse, id quod est, atq; ita vnum, vt nihil sit præter ipsum. Nam principium omnino secum vnà inducit aliquid, vel aliqua quorum est principium. Quærit autem Arist. in lib. Metaphysices, nunquid sit vna aliqua scientia, quæ singula vniuscuiusq; scientiæ principia in vnaquaque demonstret, an sit vnius scientiæ cōmunis omnibus scientijs contemplari. Et Eudemus quoq; principio suorum librorum de rebus naturalibus pulchre quæstionem proponit, & solutionem illius in alijs perfectioribus exactioribusque operibus differt. Sic autem inquit. » Num vnaquæque sciētia sua principia inueniat & iudicet, an in vnaquaque alia quædam, an in omnibus fuerit vna aliqua aliquis dubitauerit. Nā Mathematici propria principia ostendunt, & quid vnumquodq; dicant ipsi definiunt. qui autem nihil scit inquirēs quid sit linea, quidúe aliorū vnumquodque, ridiculus esse videbitur, sed de principijs qualia ipsi dicunt, ne demonstrare quidē aggrediuntur, sed neq; ad se pertinere dicunt ea considerare, sed his concessis, ea quæ sequuntur deinceps demōstrant, si autem sit alia quędam, quę Geometrię similiter & Arithmeticę, & aliarum singula principia ostendere nitatur, quærēdum est, vtrum vna quædam, sit, quæ omnium principia demonstret, an quot sunt scientiæ habentes principia, totidem etiam sint quæ probent vniuscuiusq; principia, vt singulæ singulis respondeant. At siue vna sit cōmunis quædam, siue vnicuiq; propria accommodetur, profecto etiam in ipsis quædam principia esse opus erit. Rursus igitur quærendum erit eodem modo, hæc ne etiam sint suorum principiorum, an aliæ quædam. quod si dantur esse aliæ scientiæ, in infinitum procedēdum erit: quare non erunt principiorū scientiæ. Nam principia videntur semper esse superiora. si autem steterint, & erunt quædā scientiæ, vel etiam vna quędam principiorum propria scientia, quærendum erit, cur hæc quidem sit & eorum quæ sub se sunt, & suorum principiorum, aliæ vero non etiam hæc proprietas figmento similis videtur, nisi aliqua afferatur differentia. Sed hæc diligenter perpendere erit alterius philosophiæ. Hæc igitur verba Eudemi plane exponentia dubitationem, quæ problemati conuenit, vniuersa adiecimus ob eos, qui res diligentius indagare solent. Et Eudemus quidem, vt dixi, responsionem in perfectiores tractationes distulit. Breuibus vero dicendum est, quod principiorum vniuscuiusq; artis & scientiæ alia sunt per se fide digna, & propterea nota etiam ipsis scientijs, quarum sunt principia, ceu sunt in Geometria quæ appellantur cōmunes cōceptiones & definitiones etiam. etenim & ipsæ indemonstrabiles esse debent, idcirco sunt ex definitionibus tanquam ex immediatis propositionibus, quæ proprie sunt demonstrationes, alia vero sunt ceu ex suppositione, quales sunt definitionū subsistentiæ. Nam punctum prębere alicuius impartibilis notionem, & lineā longitudinis sine latitudine per se credibile est: at esse aliquid prorsus indiuisibile in ipsis diuisibilibus, & non latum in his quæ latitudinem habent, hoc Geometra velut principium accipit non demonstrans ipsum, sed illius demōstrationem primus Philosophus ex se fide dignis & indemonstrabilibus principijs affert. Is autem est s'm Platonem Dialecticus, ex Aristotelis autem scientia Dialecticus est, qui de omni problemate proposito raciocinatur, (vt diximus,) ex opinabilibus, prius vtitur opinabilibus principijs. & hoc modo nec infinitū abibimus, principia ante principia ponentes, quippe qui peruenimus tandem in principia indemonstrabilia & per se fide digna. nec scientia principiorum erit illi, cuius sunt principia: siquidem scientia sit syllogismus demonstratiuus & syllogismus fiat ex principijs per se notis. Verum principia alterius scientiæ inferioris sunt nota & cognita scientifice à scientia superiori: qm̄ scientia superior ex suis principijs per se creditis & indemonstrabilibus demonstrat principia inferioris scientiæ. quare aduersus eum, qui inficitur, tollitq; principia naturalia, non erit munus Naturalis disserere. Nam vel ex prioribus (vt diximus,) & hoc modo non amplius, ceu Naturalis ea demonstrabit, vel ex posterioribus, & ita petet principia, quibus posteriora, sunt ea, ex quibus demonstrat ac posteriora demonstrant ea, ex quibus constant. Nam nisi sint principia, nec posteriora quæ constant ex eis erunt. Quocirca, vt ait Alexāder, ipse quoq; Arist. cùm dicit, aduersus asserentes vnum & immobile esse id quod est qui tollūt naturalia principia, non quà Naturalis disputabit, sed quà Philosophus. Nam Naturalis nunquā potest scientifice illis contradicere, qui tollunt naturalia principia, sciētifice inquam, hoc modo velut ex principijs rei, eo quod Naturalis, quà Naturalis, nō agnoscat naturalibus principijs alia superiora, ex principijs tñ demonstrationis potest ostēdere. Principia autem demonstrationis sunt & ea, quæ sunt manifesta ex euidenti sensu & ex singularibus & deniq; quæ appellatur inductio. igitur Arist. eis quidem, qui aiunt esse vnum id quod est, occurrit, ostendens ꝙ sint substantia, quantitas & qualitas in his quæ sunt, quæ non sunt vnum. contra eos vero, qui immobile aiunt, sic inquit. Subijciantur aūt nobis ea, quæ natura constant, aut omnia, aut aliqua moueri, quod quidem patet inductione. Quare Naturalis non prorsus omnis rationis probationisq; expers est contra tollentes naturalia principia. non.n. eius expers est, quę sumitur ex principijs demōstrationis, sed eius, quę ex principijs principiorum. Hanc autem opinionem inquit Alexā. prius aggressus est, quoniam ipsam naturam, & principia naturalia tollit. Confutaturus itaque ipsam & suasurus naturam ac rerum naturalium principia esse, sic sese confert ad alias opiniones, quas narrauimus de principijs Naturalibus.

Prima philosophia demonstrat omnia principia.

Principia probari ad quam scientiam spectet.

Dialecticus ex Platonis et Arist. sententia quis sit.

Principia demonstrationis quænam sint.

Simile itaque est considerare an sic vnum sit, ac aliam quamlibet positionem sermonis gratia dictam disputare, vt Heracliteam: aut si quis dicat hominem vnum, id quod est esse: aut soluere litigiosam rationem. Quod vtræque quidem habent rationes, & Melissi & Parmenidis: etenim falsa accipiunt, nec syllogistice concludunt. Tex. 9. Tex. 10.

Multi sunt sermonū modi, quibus aduersari non oportet eum, qui philosophice & legitime disserit. Nam neque aduersus eos pugnandum est, qui negant principia rerum, quæ disputantibus subiectæ sunt, neq; contra eos, qui absurda & dissentanea dicunt. Nam tales sunt positiones, ceu illa Heracliti dicentis in idem bonum & malum coire ac conuenire, instar arci & lyræ, qui etiam visus est positionem dicere, eo quod indefinite loquutus est. ostendebat autem concinnam, ac consonantem cōtrariorum mixtionem, quæ in generatione est. ceu etiam Plato in Sophista Heracliti opinionis meminit, cui etiam adiecit illam Empedoclis. Sic autem dicit: Ionicæ aūt & Siculę musæ quędam postea ambo hæc inuicem coniungere tutissimum esse

Cōm. 9.

Aduersus quos non sit disputandum est contendendum.

Ionicæ & Siculæ musæ.

Eracliti, Siculæ, & Meliores Empedoclis.

esse censuerit,& dicere ens multa ac vnum esse,& discordia amicitiaq; cohęrere. Nam disidẽs vtiq; coniungitur, aiunt musæ intensiores,ac seueriores.ionicas,ac intensiores musas appellãs Heracliti musas:molliores vero,inquit & siculas,quacũq; de causa id fecerit,Emped.musas vocat. Hę ergo inquit, ens quidem semper ita se habere destruxerunt:vicissim autem aliqñ quidem vnum esse, & amicum sibi propter Venerem , aliquando autem multa & sibijpsi ob contentionem disidens hostileq;. Sed,cùm obscurior esset opinio Heracliti, apertius absurditatis exemplum ac magis proprium Aristo.intulit dicens. {Vel ceu si quis id quod est vnum hominem esse diceret.} Nam hoc exemplum magis proprium est propositæ absurditati.Præterea est etiam alius modus,qui non modo sua verba præter omnium opinionem dicta enunciatiue profert, sed etiam qui videtur syllogismo concludere, non ex veris tamen, neq; ex probabilibus propositionibus,sed ex his,quæ videntur probabilia,quales sunt sophistici paralogismi,& vt breuibus expediam , vnusquisq; eorum, qui falsam opinionem introducunt,vel seruat principia eorum,quæ opinioni subijciuntur , quamobrem oportet Naturales cum eo certare,ac contendere,vel tollit ea,& tunc nulla relinquitur ratio Physico aduersus eum.Rurlus suam opinionem aduersarius vel simpliciter proferendo enunciandoúe affert,vel etiam syllogismo vti videtur .quòd si solum enunciando proferendóq; illam affert, vel aliquid ex his , quæ concedi possunt,& probabilia sunt dicet,& tunc ei contradicẽdum est,tanquam illa non ex se habeant improbabile,quamuis falsum dicant,vel aliquid,quod sit dissentaneum & absurdum.& tunc nihil dicere poterit is, qui veritatem spectat. Nam Dialectici non erit differere contra eum , qui assereret iustam esse porticum. Si autem contẽtioso syllogismo nitetur decipere,si quidem ex opinabilibus propositionibus faciet syllogismũ,redarguenda erit deceptio, & si non propter seipsum,saltem propter plebeios & vulgares auditores , si vero propositiones nil verisimilis habebunt , sed duntaxat contentiose procederẽt,est contentiosorum,immo otium fugientium eis contradicere. Si ergo Parmenidis & Melissi sermo & principia naturalia tollit , & quippiam absurdum & dissentaneũ ponit,cùm asserat id,quod est, vnum esse, & ratiocinando non modo vult falsas propositiones assumere, sed etiam vitiosa forma concludere, certe horum omnium causa, non erit dignus vt ei aliquis contradicat , & maxime Naturalis, cuius principia tollit. Cùm igitur duplex sit syllogismi , vel potius vniuscuiusq; rei cõpositæ vitium,illud.s.quod fit ob ea,ex quibus componitur,& illud,quod fit propter compositionẽ eius. vtroque modo his rationibus obijcit. Etenim ꝓpositiones assumptæ falsæ sunt,& modus compositionis,cùm nõ sit secundum figurã syllogisticus,peccat, & ex numero eorum est, qui nihil necessario concludunt. Verum Alex.inquit, Aristotelem hæc ita dicere,perinde ac positio,quidẽ Heracliti sit præter omnium opinionem,atq; talis,ceu si quis id,quod est, vnum hominem esse dixerit, contentiosi autẽ sint sermones Parmenidis , & Melissi,i.sophismata, per hoc inditium,quia dicit.{Quæ dicuntur sermonis gratia} hoc est quæ non sunt testimonio rerum, de quibus dicuntur,probatæ,sed & falsæ,& vanæ.Alexander his verbis dicat , adnoto Aristotelem non modo Heracliti sermonem positionem similẽ illi, quæ diceret id quod est, vnum hominem esse putasse,sed etiam hos sermones velut positiones similes illi Heracliti, immo potius illi dicenti id,quod est,vnum hominem esse confutat.Dicitur igitur,simile est itaq; si hoc modo sit vnum considerare , ac de quauis alia positione disserere & cętera, tanquã & ea plane sit positio, Admiror autem Alexandrum , qui hæc verba dicit duntaxat gratia sermonis existimet ea , tamen positiones esse non putat , sed solum contentiosas rationes , cùm tamen Aristoteles plane dicat positiones gratia sermonis duntaxat dici,qui sit rebus minime comprobatus.

Magis autem Melissi oratio importuna est & non habens dubitationem. Sed vno absurdo dato , alia contingunt. hoc autem nihil difficile est.

Ens si sit infinitum quo nam inconuenientia accidunt.

Importuniorem autem esse dicit Melissi rationem, qm̃ is non solum ens vnum & immobile , ceu Parmen.dixit, sed pręterea posuit ipsum esse infinitum.Cùm itaq; cõmuniter eis contradixisset,intulit, Melissus autẽ ens infinitum esse inquit.Id ergo,quod est,quantum aliquod est.Importuna igitur.Proinde cũ eos aduersum disputet, hæc etiam adduxit.Atqui Melissus id,quod est,infinitum esse, asserit esse:id ergo,quod est,quantitas est quædam. Inepta igitur est,qm̃ quantitatem introducẽs, quæ quidẽ in subiecto necesse est,id quod est nihilominus vnum esse tradidit.Dixit aũt illam nullam habere dubitationem,perinde atq; solutionis facilis sit, & neminem eo quod leuis est , ambigere faciat.Nam ratio acuta ea est,quæ cogit vrgetque,& ambigere efficit,ceu in lib.Elenchorum dictũ est.Sed {vno} inquit,{absurdo dato,cætera accidunt.} Etenim immobile quoq; esse necesse est, si vnum sit , atq; ita vnũ vt ipsum solum sit : id.n.quod mouetur, & motum & mutationem habebit, & vnde, & quo siue ex dispositione affectioneq; in affectionem,siue de loco ad locum, siue quouis modo. Præterea esse infinitum necesse est,si vnum sit.nã id quod finem habet dabitur,profecto & terminum & id quod terminatur habebit.Itaq; Plato etiam ex eo quod tradit Parmenidem id, quod est,totũ dixisse & sphæræ simile substantia sit necesse est,ostendit id,quod est,non esse vnum, cùm medium extrema atq; partes habeat.Hæc aũt in Sophista scripta sunt.Si ergo totũ est, quẽadmodum , inquit Parmenides, Vndiq; tornati moli est, quod per simile or- »
bis, à medioq; æquũ est omnino, quo neq; maius,nec mi »
nus ex vlla parte hoc existere possit . Tale aũt , cum sit & »
medium,& finẽ habet,quod quædã, quæ natura constant »
mouentur,quæ,cum habeat,necesse etiam est,vt oĩno par »
tibus constet. Qũo sic. Atqui nihil prohibet ipsum diuisum in partibus oĩbus passionem vnius habere atq; hac ratione & omne id, quod est , & totum existere . Quid nec quod autem hæc patitur , nonne impossibile est id ipsum vnum esse.Postremo inquit Arist.Hoc autem non est difficile: quasi dicat,immo & necessarium,vno absurdo dato,cætera contingere,aut difficile non est perspicere quonam pacto vno absurdo dato cætera absurda accidant.

Nobis autem supponatur,ea quæ sunt natura,aut omnia aut quædam moueri.manifestum est autem ex inductione. Tex. 11

Cõm. 12. Illi igitur, cum ens immobile esse statuerint, in pleraq; absurda inciderunt. Nobis autem supponatur quæ natura constant,aut omnia,aut aliqua moueri. Suppositio autem non est positio,neque,cùm hæc dicit, aliquid præter omnium opinionem, vel dissentanum introducit, neque ideo confirmatur quod contrariasq; rationes soluat & diluat, sed est ex inductione nota.Etenim videmus eorumque natura constant multa moueri,immo omnia,quę natura constant, mouentur : siquidem natura est principium motus. Varuntamen id nobis supponatur,quod omni controuersia caret.Etenim animalia, plantæq; omnes,simplicia elementa,cęlum,atque astra,quæ in cęlo sita sunt,moueri videntur.consentaneum aũt est ipsum dixisse aut omnia,aut aliqua moueri:nã cardines,poliúe,centra vniuersi & axes,

quæ

quæ natura constāt immobilia sunt. constat igitur ea, quæ sunt, esse ex ijs, quæ mouentur: vel, vt Alexan. inquit, anima. Supponit autem in præsentia non naturalia principia moueri, sed ea, quę natura cōstant, quorum principia quę-rir, sed hic quoq; Alexander fatetur, hoc velut principium Aristotelem accipere, tamen non principium quo ad naturam, sed quo ad nos, quod sane rei non est principium, alio qui esset principium naturę primum, sed demonstrationis, quæ à posterioribus manifestis fit, & constituitur. Ceu inductio, quæ ex singularibus vniuersale suadet & probat quod naturæ non est posterius, sed prius.

Inductionis vis.

Tex. 21. *Simul autem neque conuenit omnia soluere, sed vel quæcunque ex principijs aliquis demonstrans, mentitur, quęcun que vero non, minime, vt tetragonismum, eum quidem, qui per sectiones, Geometrici est dissoluere. illum autem, qui Antiphontis, non Geometrici est.*

Com. 15. Cùm illi positioni, quæ asserit ens vnum, & immobile opposuisset, quæ natura constant, aut omnia, aut quædam moueri, quod euidentia ipsa testatur, ne quis dicat eum id quod quæritur veluti concessum ponere, causam cur supposuerit, id quod verum est antequam refellat, falsum adijcit, qua simul cum eo quod facile sit conspicere ea, quæ vno absurdo dato, contingunt, ne cuncta quidem, quæ falso proferūtur, soluere decet, sed illa sola, quæcunq; ex principijs aduersarij, aliquis ostendendo mentitur, quæcunque autem non ex ijs ostenduntur, minime diluere licet. Qui autem vnum & immobile esse asserunt, neq; principium, neq; naturam seruant. Vnde nihil absurdi est, si antequam soluantur contrariæ rationes, statuantur ea, quæ euidentia testatur, si quidem neq; omnia soluere necesse sit. Hanc autem differentiam, quæ est inter falsa, quæ solui debent, & ea, quæ non, ostendit per quasdam geometricas falsas descriptiones. Nam, cum multi, circuli quadrationem quærerent, s. circulo quadrāgulum æqualem afferre, Antiphon & Hippocrates pari modo mentientes putarunt inuenisse. Verum Antiphontis mendacium eo quod non proficiscitur, neq; emergit ex principijs geometricis, vt intelligemus, merito non spectat ad Geometram illud diluere: illud autem Hippocratis, quoniā obseruans principia Geometriæ mentitur, Geometræ est soluere. Nam illas rationes duntaxat soluere oportet quæcunq; seruantes propria doctrinæ principia sic vitiose concludunt, illas vero, qui-

Falsa omnia non reprobare, seu soluere docet.

Circuli Quadratura apud Antiphont.

bus decipiunt tollentes principia, nequaquam soluendum est. Antiphon igitur describens circulum in ipsoq; quandam aream multorum angulorum, qui describi illic poterant, inscripsit. Sit aūt, exempli gratia, quadratum, quod inscriptum est, is ergo, cum quadrati, deinde singula latera secaret in duas partes, à sectione in circūferentias perpendiculares lineas duxit, quarū vnaquæq; in duas partes diuidebat, quæ s. m se erat sectionem circuli. Deindę à sectione, circuli ad terminos linearū quadrati iunxit rectas lineas, adeo vt ab his lineis trianguli quatuor orirentur, & tota figura inscripta euaderet octāgula: & sic rursus s. m eandem methodum cum singula latera octangulæ figuræ in duas partiretur partes, à sectione in circūferentiam perpendiculares lineas ducens, & à signis, quibus protractę perpendiculares tangebant peripherias coniungens rectas cum finibus rectarū diuisarum faciebat inscriptam figuram sexdecim angulorum. Et eadem ratione rursus diuidens latera figuræ sexdecim angulorum descriptæ, & coniungens rectas & duplicans figurā multorum angulorū, & hoc continuo faciens, donec ea ratione superficie consumpta, esset hoc modo in circulo describēda aliqua figura multorum angulorum, cuius latera ob paruitatē circuli circunferentiæ adæquarentur. Omni aūt multangulæ figurę quadrangulum ęqualem afferre possumus, ceu in lib. Elemētorum, traditum accepimus, quare eo quod figuram multorū angulorum circulo æqualem statuimus, adæquantes quadratum ipsi multangulæ figuræ, ponemus etiam quadratum esse circulo æqualem. Et constat hanc deductionē fieri sublatis Geometrię principijs: non tñ, vt Alexā. inquit, quod velut principium. s. circulum tangere lineam rectā in puncto statuit Geometra, quod Antiphon tollebat. Nam Geometra hoc non ponit, postulatq;, sed ipsum demonstrat in Octauo lib. Præstat igitur dicere hoc esse principium, nunquam posse rectā lineam applicari circulo, sed ipsa quoties extra constituta fuerit in vno puncto circulum tanget. si autem intra circulum fuerit, ipsum tāget solum in duobus punctis & tactus in puncto fit etiam, quāq; semper secet superficiem, quæ intra rectam lineam, & circuli circunferentiam cōprehenditur, ipsam nunquam consumet, nec aliqñ circuli circunferentiam complectetur, siquidē superficies in infinitum sit diuisibile: si autem complectatur, sane aboletur quoddam principium Geometriæ, quod dicit magnitudines in infinitum diuisibiles esse. Id quoq; principium Eudemus tradit Antiphontē de medio sustulisse ac destruxisse. Cæterum inquit Aristo. ceu quadrationē eam quidem, quæ per sectiones fit, ad Geometram dissoluere pertinet. Dicit aūt fortasse eam, quæ per sectiones, eā, quæ per lunulas quasdam fiebat, quam Hippocr. Chius inuenit, nam circuli sectio est lunula. Demonstratio autē hunc

Lunulæ Quadratura apud Hippocratē.


in modum fit. Esto, inquit, circa a b lineam rectā semicirculus descriptus a b c, & secetur linea a b, in duas partes per lineam d, & ab ipso d, puncto lineæ a b, in rectum iunga-

tur linea d c, & ab ipso c connectatur, ducaturq; linea c a, quæ est quadrati descripti in circulo latus, cuius est semicirculus a b c, & circa lineam a c, circunscribatur semicirculus a e c. Et quoniam qui ex linea a b constituitur, est æqualis ei, qui constituitur linea a c, & ei, qui constituitur ex altero quadrati latere in semicirculo descripti a c b, hoc est linea c b. est enim rectanguli trianguli linea, quæ subtenditur a b: vt autem se habent constituta à diametris quadrata inter se, sic & circuli circa ipsa inuicem sese habebunt, atque ipsi semicirculi, ceu demonstratum est in Duodecimo lib. Elementorum: Igitur semicirculus a b c, duplum erit semicirculi a e c, est autem semicirculus a c b, duplum etiam quartæ partis a c d: igitur quarta pars æqualis est a e c, semicirculo, auferatur autem commune ab ipso quadrati latere, & ab ipsa circunferentia a c, contenta sectio, igitur reliqua lunula a e c, æqualis est a c d, triangulo, scilicet triangulus autem quadrangulo. Cum autem ostendisset per hæc lunulam quadrari, deinceps nititur per hoc prius demonstratum, circulum hunc in modum quadrare. Esto linea recta a b, & circa ipsam describatur semi circulus, & ponatur lineæ a b, dupla esse c d, & circa ipsam c d, describatur semicirculus & describantur in ipso semi-



circulo latera exagoni c e, & e z, & adhuc z d, & circa ipsa circunscribantur semicirculi e c g e, & e h f, f e d, z κ d, igitur vnusquisq; semicirculus descriptus circa latera exagoni equalis est a b, semicirculo: etenim a b æqualis est lateribus exagoni. Nam eorum, quæ à centro duplex est diameter, latera autem exagoni æqualia sunt his, quæ ex centro, & lineæ a b, etiam dupla est linea g d, quare quatuor semicirculi sunt æquales inter se, sunt ergo quatuor quadrupli semicirculi a b. Est autem etiam semicirculus, qui est circa lineam g d, quadruplum semicirculi, qui est circa lineã a b. Nam, cum diameter g d, sit dupla Diametri a b, sane se-


Circuli quadratura apud Hippocratem.



micirculus, qui sit ab ipsa g d, quadruplum erit semicirculi qui sit ab ipsa a b, quoniam vt se habent diametrorum quadrata inter se, ita etiam qui circa ipsos sunt circuli se habent inter se, & semicirculi, quare quadruplus est semicirculus c d, semicirculi a b, igitur semicirculus c d, æqualis est quatuor semicirculis, scilicet semicirculo a b, & alijs tribus, qui sunt descripti circa latera exagoni? auferantur ergo ab his semicirculis, qui sunt circa latera exagoni cõmunia, & ab eo, qui est circa lineam c d, cões sectiones, & quæ à lateribus sexagonalibus, atq; circunferentijs semicirculi continentur, reliquæ itaq; c h e, & e h f, atq; κ d, lunulæ cum ipso semicirculo a c b, sunt æquales c e t, & t d, trapezio. si autem sustulerimus ex ipso trapezio id, quod supereminet, i. id, quod est æquale lunulis, ostensum. n. est rectilineum esse equale lunulæ, & relinquerimus reliquum, quod est æquale a c b, & hoc assumptum rectilineum duplicauerimus, & id quod fuit duplicatum, fuerit quadratum, i. illi quadratum æquale acceperimus, quadratum æquale erit circulo, qui est circa a b, diametrum, & ita circulus quadrabitur. Et est valde quidem ingeniosus conatus. Verum facta est falsa descriptio, eo quod id, quod non est vniuersaliter demonstratũ, velut vniuersale accipit. Nam omnẽ lunulam quadrari non est demonstratum, sed solum est circa latus quadrati descripti in circulo. hæ autem lunulæ circa latera exagoni sunt descripti in circulo. Est etiam quædam eiusmodi probatio per lunulas circulum se quadrare existimans simplicior, & quę refellitur ꝑpter falsam, quæ est in ipso, descriptionẽ. Nam, cùm inuenissent lunulæ quadrationem, s. quæ est circa trianguli latus, putarunt hi quoq; per hanc etiam circuli quadrationem cõperuisse, perinde ac omnis circulus diuidi posset in lunulas. Nam, cùm quadratum æquale lunulæ toties multiplicarent, quoties omnes lunulæ multiplicatæ sunt, in quas circulus diuideretur, censuerunt quadratum his lunulis, æquale etiam circulo æquale esse, accipientes falsum hoc, s. vniuersum circulum in lunulas diuidi posse. Nam in diuisionẽ circuli in lunulas semper aliquod medium intus circunquaq; curuum subrelinquitur vtrinque à lineis lunulę comprehensum, quod cùm neq; sit lunula, neq; in formam quadrati sit redactum, profecto nec vniuersus circulus quadrabitur. non recta autem est quæ sit instantia aduersus talem quadrationem. Non. n. opus est quadranti circulum per lunulas diuidere totum circulum in lunulas, quoniam neq; si hoc foret circulus per lunulas sic quadraretur, non. n. omnem lunulam quadrari ostensum est, quippe non sit ostensum lunulam quadrari. sed, quãquam vniuersus circulus non diuideretur in lunulas, etiam quadrabitur, si concedantur lunulæ, quæ sunt circa latera exagoni descripti in circulo, quadrari, & non hæ solę, quæ circa latera quadrati sunt. Sed hic etiam causa falsæ descriptionis est, quoniam, cùm solum lunulam, quæ est circa quadrati latus, quadrauerint, perinde ac oẽs lunulas quadrauerint, qualescunq; fuerint, in quas circulus diuiditur, sic demonstrationem efficiunt. Quidam autem, inquit Alexander, existimant, si ostenderint quadratum numerum circularem esse, & in magnitudinibus circuli quadrationem inuenisse. Est autem, inquit, quadratus numerus æqualiter æqualis: numeros autem circulares vocabant, qui constat seriatim numeris imparibus, ceu vno, tribus, quinque, septem, & nouem. Vnde inuenientes hi numerum quandam esse simul quadratũ & circularem, ceu numerum triginta sex, q sane eo quadratus est, qđ à numero senario in seipsum multiplicato sit, & circularis, qa ex numeris imparibus, ceu vno, tribus, quinque, septem, nouem, vndecim, & sic deinceps constat, circuli etiam quadrationem inuenisse rati fuerint. At demonstratio, inquit Alexã. non sit ex principijs Geometriæ, sed ex principijs Arithmeticæ. Nam Arithmeticæ principia sunt, talẽ esse numerũ circularem, & talem esse quadratum. Sed, cùm hæc Alexan. dicat, est animaduertẽdum, in primis quidem, quoniã numeros circulares non ex compositione numerorum imparium per seriem

Numerus quadratus.

seriem sitorum ponunt Arithmetici, sed ex eo quod idem in idem desinit. circulus.n. vigintiquinque, & triginta sex, neq; quatuor, neque nouem, neque sexdecim quanquam ex compositione seriatim numerorum imparium fiant, sed hi sunt duntaxat quadrangulares. Nam quadrangulares per compositionem imparium fiunt. Et forsitan qui principio methodũ tradidit, non asseruit simpliciter omnes numeros, qui ex compositione numerorum seriatim fiunt, circulares esse, sed quòd numeri circulares in compositione numerorum imparium per seriem serie, coaceruationeq́; imparium sitorum inueniuntur, quãquam hoc non semper eueniat. Nam, cùm numerus, centumuigintiquinque sit circularis, vt qui ab ipso numero quinario ducto in 25 fiat, & 216. vt qui ab ipso numero senario in numerum 36 ducto emergat, tamen non facti sunt per compositionem numerorum per seriem imparium. Nisi vtiq; hi numeri circulares non sint, sed sphærici ex planis circulis circulariter coaceruati. Item illud animaduertendum est, neq; consentaneum esse, si inuenerint eundem numerum circularem, simulq́; quadratum esse ob id censere, & in magnitudinibus circuli quadrationem inuenisse, sed forsitan, cùm in numeris ipsum quadratum simul & circulum nacti essent, venit eis in mentem, vt in magnitudinibus quoq; circuli quadrationem quærerent. Dixit autem Ammonius præceptor noster fortasse non esse necessarium, si quadratio in numeris reperitur, eandem in magnitudinibus inueniri, cùm hæ magnitudines recta & circunferentia sint genere dissimiles, & nil mirum ait, si non inueniatur rectilinea figura circulo æqualis: siquidẽ etiam in ipsis angulis hoc etiam inuenimus. Nam neq; angulo semicirculi, neq; ei, qui reliquus est ad rectũ, qui instar cornu est angulus rectilineus æqualis inuenietur, idcirco inquit forsitan hoc theorema à tam Inclytis Viris quęsitum hactenus inueniri non potuit, neq; ab ipso quidem Archime. Ego vero præceptori dicebã, quòd, si lunula illa quadretur, quę à latere quadrati proficiscitur (hoc.n. sine fraude collectum est:) & lunula composita ex circunferentijs est eiusdem generis cum circulo, quid prohibet etiam circulum ob id quadrari: si autem planities lunulę dissimilis est circulo propter cornua, pariter & omnis lunula dissimilis est rectilineo, & tamen quæ circa quadrati latus lunula est quadratur. anguli vero cum hi ipsius semicirculi, tum etiam qui instar cornu formantur ex circunferentia, atq; recta ambo compositi non solum rectilineo sunt dissimiles genere, sed etiam incomparabiles, haudq́; conferendi. Non existimo itaq; id, quod dictum est, posse nos in desperationem adducere inueniendi quadrationem. itaq; non existimo satis sufficienterq́; dictum esse, vt clarissimi viri explorantes indagantesq́; quadrationem spe frustrati sint. Etenim Iamblicus in commentario in Decem Prædicamenta inquit: Aristo. nondum quadrationem circuli inuenisse, à Pythagoreis autem compertam fuisse, ceu compertum perspicuumq́; est, inquit, ex Sextij Pythagorei demonstrationibus, qui à maioribus per manus traditam demonstrationis methodum accepit. Quinetiam, inquit Archimedes, per lineam quæ sinuosa, & incurua appellatur, & Nicomedes per eam lineam, quæ proprie appellatur quadrans. Appollonius item per quandam lineam, quam ipse sororem eius appellat, quæ est instar cochleæ, & eadem est cum illa Nicomedis. Carpus quoq; per quandam lineam, quam simpliciter ex duplici motu vocat, ac pleriq; alij, ait, varie problema constituerunt. Num aũt hi omnes probationem huius theorematis instrumẽtariam fecerunt? Alexan. igitur, vt dixi, hunc in modum putat falsam quadrationem circuli refellendã esse, quatenus Hippocrates, cum solam lunulam, quæ est circa quadrati latus quadrare, ea tanquam in Exagoni quoq; latere demõstrata abusus est. Verum enimuero Eudemus in historia Geometrica, Hippocratem tradit non demonstrasse lunulæ quadrationem in latere quadra, sed vniuersaliter, ceu si quis diceret: Si.n. quæuis lunula extra positam peripheriam, vel ęqualem semicirculo, vel maiorem, vel minorem habet: Hippocr. autem eam quadrauit, quæ habet periphæriam, semicirculo æqualem, ac maiorem & minorem, is profecto vniuersaliter demonstrasse videtur. Exponã autem Eudemi dicta iuxta eius verba, ea aliquantum explicans ex ijs, quæ ex Euclidis elementis in memoriam reuocabo, ob commentandi modum Eudemi, qui veterum more ea, quæ tradit, succincte exponit. Dicit autem in Secundo lib. suæ Geometricę historię hoc modo. Etiam lunularum quadrationes, cùm videantur esse non superficialium descriptionum ob proprietatem, quã erga circulum habent, ab ipso Hippocrate primo descriptæ fuerũt. Quocirca nos longioribus verbis rem hanc tangamus, & persequamur. Principium igitur fecit, & hoc primum eorum, quæ sibi vtilia erant posuit, quod eandem proportionem habẽt circulorum sectiones inter se, & bases eorum, quæ sunt potestate bases. Id autem ostendebat ostẽdendo diametros eandem rationem potestate cum circulis habere. quod quidem Euclides Duodecimo Elemẽtorum Libro secundum posuit hunc in modum propositionẽ preferens, circuli sunt inter se, ceu quadrata, quæ à diametris proficiscuntur. Nam, vt circuli sese habent inter se, ita & similes sectiones portionesúe sunt. nã similes sectiones, portionesúe sunt ipsa circuli pars, ceu semicirculus semicirculo, & tertia pars tertiæ parti. idcirco similes sectiones eosdem angulos recipiunt, omnium igitur semicirculorum anguli recti sunt & maiorum portionũ minores sunt rectis, & tanto minores, quanto sectiones maiores semicirculis. & anguli minorũ sunt.



maiores, & tanto maiores, quanto minores sunt semicirculis sectiones, aut portiones. Hoc ab ipso demonstrato, primum quidem scripsit lunulam habentẽ circumferentiam semicirculi, circa triangulum, rectangulum, & ipsoscelem æquis, videlicet lateribus cruribusque constitutum ipsum semicirculum describẽs, & circa basim sectionem portionemq́; circuli similẽ his, quę à subiunctis auferuntur, quod quidem Euclides trigesimum tertium Theorema Tertij libri posuit hunc in modum ꝓpositionem afferens, in data

Numeri sphærici qui sint.

Numeri quadrato circulares inuenti non ob id quadratus circulus inuenitur.

Linea recta & circunferentia sunt diuersorum generũ.

Angulo semicirculi ac cornu rectilineus non æquatur.

Lunula quadrari potest.

» recta licet describere sectionẽ, portionemq; circuli capien» tem æqualem angulum dato angulo rectilineo. Nam, si » portionem circa basim ita describit, ut ęqualem angulum capiat eis, qui in sectionibus, quę ex adiunctis auferuntur, similis erit illis. Nam Euclides in Decimotertio lib. statuit illas esse similes portiones, quæ æquos angulos capiunt, cùm autem portio circa basim æqualis sit illis, quæ circa vtrasq; alias describuntur, quoniam, vt demonstratum est in penultimo Theoremate Primi libri Elementorum Euclidis, in singulis triangulis rectangulis hypotenusa tãtum potest, quantum ambæ, quæ rectum continent: & vt se habent quadrata, quæ à rectis lineis constituuntur, ita se habent similes portiones circulorum inter se, & cõmuni apposita parte illius triãguli, qui est supra sectionem, quæ circa basim è lunula erit æqualis triangulo: igitur, cùm ostensum fuerit lunulam æqualem esse triangulo, ipsa profecto quadrari poterit. Nam demonstratum est in vndecimo Theoremate Secundi libri Elementorum Euclidis, quonammodo oporteat dato rectilineo æquale quadratum constituere. Cùm igitur hunc in modum semicirculi eam, quæ est extra lunulam, circunferentiam posuisset, facile lunulam quadrauit Hippocrates. Deinde ponit maiorẽ semicirculo cum trapezium cõstituisset, quod tria latera æqualia inter se habet & vnum maius parallelis, vnoquoq; eorum potentia, triplum. & trapezium circulo cõprehendisset, & circa maximũ eius latus similem sectionem descripsisset eis, quæ à tribus æqualibus abscindantur è circulo. Et quod circulo quidẽ trapezium comprehendetur, ita ostendens diuisis trapezij angulis in duo æqualia ex nona propositione Primi Elementorum, & coniunctis Diagonalibus dices, cum b a, lineæ a c æqualis sit, cõmunis vero d e, & anguli, &c. Quòd vero dicta portio maior sit semicirculo, constat è ducta in trapezio diametro. Nam necesse est eam subtensam duobus lateribus trapezij reliquo vno maiorem, vel potentia duplum esse. Nam, cùm maius sit a d, ipso a c, & d c, b a, cum æquales sint & ipsas coniungant protractæ incidant in f. Nam si b a, & d c, ęquales existentes parallelæ sint, & ea, quæ connectunt copulantq́ue æqualia, & parallelitedem æqualia & parallela sunt, igitur erit a c, æquale b d, quod quidem fieri non potest. cùm autem b a, & d c, in f concurrant, anguli, qui sub f a c, & c a b, lateribus continentur duobus rectis æquales erunt per tertiamdecimam propositionem Primi Euclidis, & erit angulus sub c a, maior eo, qui sub c a f, scilicet externus trianguli ipso intrinseco per trigesimamsecundam primi. igitur angulus sub c a f, dimidius est anguli b a c, igitur a c, maior est, vel duplo amplius potest vtroq; angulorum b a, & a c f, quare & angulo c b. Et maximum igitur trapezij laterum necesse est minus posse, & diametro & illo aliorum laterum, sub quod subtenditur vna cum diametro illo, quę iam dicta est. Nam b c, & c d, maius, vel triplum quàm c d, potest, & b d quadruplum. igitur angulus, qui situs est in latere maiori trapezij, acutus est. igitur portio sectioũe, in qua collocatur, maior semicirculo est, quę quidem est externa peripheria lunulæ. Huius itaq; lunulę quadrationem Eudemus omisit tanquam manifestam vt puto. Talis autem fuerit, quoniam sunt inter se æqualia lunula cum sectione, quæ est in maiori latere Trapezij, Trapezio, & sectionibus, quæ à tribus æqualibus ipsius rectis lineis abscindantur, quarum sectio in maiori trapezij latere æqualis est tribus sectionibus circuli, quæ ab ipsis æqualibus rectis lineis auferuntur, siquidem maius trapezij latus tantum posse ac tres ponitur, & similes portiones ita inter sese mutuo habent, vt quadrata, quæ à rectis proficiscuntur, si autem ab æqualibus æqualia demantur, reliqua etiam æqualia sunt. ergo lunula æqualis est trapezio. Vel dicito hunc in modum breuiter, cum portio, quæ est circa maius latus trapezij, æqualis sit his, quę circunscribũtur circa tres æquales, qm̃ & quadratum, quod ab eodem proficiscitur, triplum est illius, quod ab vnoquoq; nascitur, si communis planities adijciatur, quæ tribus æqualibus rectis & peripheria maioris portionis continetur, profecto erit lunula æqualis trapezio, qua sane quadrata, quoniam possumus omne rectilineum quadrare, lunula etiam habens extra peripheriam semicirculo maiorem quadrabitur. Quòd si minor semicirculo fuerit cum Hippocrates descripsisset tale quid hoc probauit. Esto circulus, cuius Diameter sit a b, centrum autem eius K. Item c d linea secet lineam b K, in duas partes, & ad rectos angulos: linea autem e f ducatur ad a b, & ab ipso K coniungatur ad e f: Concurrat aũt protracta ad f, quę coniuncta est lineæ e g, in signo g: rursusq; ab ipso b, in f g copulentur, iam sane constat, quod e f, protracta in ipso e, cadet. Nam ponitur e f, vergens, linea autem b h, equalis erit e K. Verum hoc quispiam forsitan facilius ostendet, mihi vero ex concessis sic ostendere venit in mentem. Ponitur d c, bifariam & in ad rectos angulos diuidere b K. igitur in ipsa d c, centrum est circuli describendi circa trapezium aream per corollarium primi theorematis In Tertio lib. Elemẽtorum Euclidis. Qm̃ autẽ e g, parallela est K b, & in ipsas cecidit c d, duos angulos internos duobus rectis æquales facit per vigesimãnonam Primi lib. recti aũt sunt, qui sunt ad signum c. Recti ergo etiam ij, qui ad signũ d, ergo c d, per centrum transiens e g, ad rectos angulos diuidẽs, & in duas partes diuidit per tertium theorema Tertij elemẽtorum. Cùm igitur d, æqualis est d e, & cõis est a f, & recti anguli, qui sunt ad ipsum d, igitur & basis f, æqualis erit f e, immo b f, æqualis f K, qm̃ & b c, ipsi c K, æqualis, cõmunis autem c f, & recti anguli, qui ad c sunt, cum igitur hi duo, g f, & f b, duobus his K f, & f e, æquales sunt, & anguli, qui in vertice sunt ęquales erunt, & basis g b, æqualis basi e K. Circũscribatur ergo circa e f, triangulum, circuli portio e f g, similis vnicuique sectioni e K K b, & b. Hæc igitur, cùm sic se habeãt, aream dico e K, & b g circulus complectetur. Nam e K g, triãgulum circulus complectetur, habemus. n. in quinto Theoremate Quarti elementorum circa datum triangulum describi posse. Si ergo ostendero ei, quæ à centro ad signum K ducitur, qualem eam, quæ à centro a d b, diuiditur, profecto descripta sectio circuli veniet per e K b, & per b, & cõprehendet circuli portio trapezium, quæ quidem portio & triangulum continebit e f z g. Accepto igitur centro, ceu l e, & coniunctis l e, l g, l b, qm̃ triangulus e K l g. Isoceles est. nam quæ ex cẽtro prodeunt, æquales sunt, æquales sunt anguli, qui sunt ad basim, qui est sub l g e, ei, q est sub l e g, per quintum Theorema Primi lib. elementorum Euclidis. Est aũt angulus, qui est sub b g e, æqualis ei, qui est sub c e g, quoniã & e b, æqualis est K g, vt ostensum est, igitur, & totus angulus, qui est sub b g e, toti, qui est sub K e g, æqualis est: est autem & K e, æqualis b g, & basis igitur K l, æqualis est lineæ l b, igitur l b, æqualis est lineæ a K quę à centro emergit. Hac igitur ratione describatur portio. hæc ergo, cum ita se habeãt, quę facta est lunula, cuius externa superficies e K b g, ęqualis erit rectilineo composito ex tribus triangulis, scilicet ex b f, b f c, e K f. Nam portiones ipsius internæ lunulæ à rectilineo procedentes, quę ab his rectis e f, & f g, auferuntur, æquales sunt portionibus interni rectilinei, quæ auferuntur ab his e K, K b, b g. Nam vtraque earum, quæ intra sunt, est, idest sexquialte-

ra vniuscuiusq; illorum, quæ extra sunt. nam sesquialtera ponitur e f, illius, quæ ex centro ducitur, i. e K, & l b, & b g. Nam hæc quoq; ostensa est æqualis lineæ e K. Si ergo vtraque harum e f, f g, est sexquialtera in potentia vniuscuiusq; trium, quas diximus, & vt rectę ad rectas, ita portiones ad portiones se habebunt, igitur duæ portiones tribus sunt æquales. si ergo lunula est tres portiones, & recti linei, qđ est præter duas portiones. & rectilineum cum duabus sectionibus est trium separatarum, atq; duæ sectiones tribus sunt æquales, igitur lunula erit æqualis rectilineo. Quòd vero hæc lunula exteriorem peripheriam semicirculo minorem habeat, ostēdit, eo ꝙ angulus e K g, qui est in exteriore sectione, obtusus sit. Nam demonstratum est in tertio Theoremate Tertij libri Elemētorum Euclidis, ꝙ angulus, qui in portione minori semicirculi est, recto maior sit. Quòd vero angulus, qui est sub e K g, obtusus sit, hoc modo demonstrat. Cùm sit e f, sesquialtera earum, quæ a centro proueniunt potentia, & b K, maior sit e b f, quia & angulus f, maior vt demonstrabo. æqualis autē est b K, K e: manifestum est, ꝙ si K e, maior fuerit b f, vel longitudine dupla, etiam b e, sic erit, quare K f, maior est, vel dupla longitudine & potētia propter similitudinem triangulorum b e K, b K f. Nam, vt se habet e b, ad h f, sic etiam se habet e K ad K f, quare e K, maior est ipsa K f, vel potētia dupla, & e f, sesquialtera potentia est ipsius e K, igitur e f, maior est potentia his e K, & K f. Nam, si ex lineis e K, & K f, illa e K, dupla potentia fuerit illius K f. sesquialtera autem g e, huius e K, erit h f, æqualis potentia his e K, K f, ceu in his numeris 6. 4. 2. liquet: quoniam ergo e K, maior vel dupla potentia est ipsius K e, igitur obtusus est angulus K, ergo sectio, in qua est, minor semicirculo erit. Hunc igitur in modum Hippocrates omnem lunulam quadrauit, siquidem eam, quæ semicirculi atq; illam eo maiorem, & eam, quæ exteriorem circunferentiam minorem habet, & non solum eam, quæ est in quadrati latere, vt Alexan. narrauit. Item neq; circulum quadrare tentauit per lunulas descriptas circa exagoni latus, vt hoc etiam Alexā. asserit, sed simul lunulam & circulum hoc modo quadrauit. Sint circa centrum K, duo circuli, & Diameter circuli exterioris sit potentia sex vicibus tantę longitudinis, quantæ est Diameter interioris circuli, & descripto Exagono in circulo interiori, quod videlicet sit a b, c d, e f, & K a, K b, K c, ex centro copulatæ egrediantur, vsq; ad circunferentiam exterioris circuli, & g h, & h i, copulentur, & sunt. s. linea g h, & h, a g h, sunt latera exagoni descripti in maiori circulo, & circa latus g, circunscribatur similis portio sublatæ: cum igitur necessarium sit, vt h, sit ipsius lateris h g, exagoni potentia tripli. nam quę duabus exagoni lateribus subtenditur cum vna aliarum continens angulum rectum, qui est in semicirculo idem valet quod Diameter, & Diametræ quadruplum valet lateris exagoni æqualis ei, quod à centro ducitur, eo quòd illa, quæ sunt longitudine dupla potentia quadrupla sunt, & h g, sexcupla est lineæ a b, profecto sectionem circa g, descriptam contingit esse æqualem his & quæ ab exteriore circulo ex g h, & h i, atq; his, quæ ab interiori circulo ex omnibus lateribus exagoni auferuntur. Nam portiones circulorum sunt inter se similes, ceu sunt quadrata basium: quocirca & circuli sunt inter se similes, ceu quadrata, quæ à Diametris veniunt. Si. n. g, triplum valet lineæ g h, idem autem valet linea h i, quod linea g h: valent autem vtraque horum idem, & sex latera interioris hexagoni, quia Diameter exterioris circuli sexcuplum valere ponitur interioris, aut autem Diameter ad Diametrum, ita etiam lineæ à centro ductæ, quæ autem à centro ducta est, æqualis est exagoni lateri, vt dicit corollarium penultimi theorematis in 4. lib. Elementorum Euclidis, vt autem se habent latera, ita etiam sectiones: quare lunula quidem trianguli g h, minor erit triangulo, super quem sunt eædem literæ cum ijs sectionibus, quę auferuntur ex lateribus exagoni ab interiori circulo. Nam portio h, æqualis erat & portionibus g h, h i, atq; his, quæ ab hexagono demuntur. itaque g h, & h i portiones, minores sunt portionibus, quæ sunt circa h, atque his, quæ ab hexagono auferuntur: communi igitur addita, quæ supra sectionem est, quæ est circa h, parti ipsius trianguli, ex hoc, & ex portione, quæ est circa g, triangulus erit, ex quo & sectionibus g h, & h i, constat lunula. igitur erit lunula quadrati minor, sublatis portionibus, exagoni: igitur lunula & hæ sectiones, quæ ab hexagono demuntur, æquales erunt triāgulo, & communi addito hexagono triangulus hic, & hexagonus sunt æquales lunulæ, quam diximus, & ipsi circulo, qui exterior est. Nam triangulus æqualis est lunulæ, & sectionibus interioris circuli ab hexagono sublatis. Si ergo supradicta rectilinea possunt quadrari etiam & circulus cum lunula quadrari poterit. Quæ igitur ad Hippocratem Chium pertinent magis concedendum est Eudemo, vt sciat qui fuit temporibus vicinior, & Aristotelis auditor. Quadratio autem nāq; circuli per sectiones, quam velut falso descriptam Aristot. accusat & refellit, vel eam, quæ fit per lunulas innuit. vnde pulchre Alexander dubitauit dicens. An eadem est quadratura, quę fit per lunulas, vel non respicit ad opiniones Hippocratis, sed ad quasdam alias, quarum vnam Alexander quoque adiecit, vel denique reiecit quadrationem circuli cum lunula Hippocratis, quam reuera per tres sectiones portionesúe in minori demonstrauit. Nam forsitan ipsa demonstratio, quæ fit per sectiones, magis proprie dicetur fieri, quam illa, quæ per lunulas, nam sectio portioúe circuli (vt Euclides in suo Tertio lib. Elementorū definiuit) figura est quæ continetur à recta & circuli circunferentia. lunulę ergo, neque portiones proprie sunt, & erit, quo ad hoc, falsa descriptio vnà cum lunula quadretur circulus, & non seipsum, cùm omnia, quæ ad demonstrationem conficiendam sumuntur, ex principijs Geometricis accepta sint. sed, si lunulæ quadratio vniuersalis ab ipso Hippocr. tradita videtur. omnis enim lunula vel est sectionis semicirculi, vel minoris, quispiam forsitan assereret posse se ex quadrato lunulæ & circulo æquali, sublato quadrato æquali lunulæ, reliquum rectilineum quadrantem, quadratum soli circulo æquale fecisse. Sed quomodo Hippocratis quadratio falso describi videbitur, si nondum inuentam fuisse Arist. censuerit, dicens in libro Prædicamentorum, ceu circuli quadratio, si scibilis est scientia quędam eius nondum est, licet scibile sit, cùm tamen Hippocrates Chius ante Aristotelem fuerit, vt Eudemus quoq; ipsum inter antiquiores numeret. Num igitur ab Hippocrate non vniuersaliter omnis lunula quadrata est. nam & si circunferentia exterior lunulæ definita fuerit, tamen illa posita circunferentias interiores lunulæ infinitas, vel aliam atq; aliam describere possumus, cum superficies in infinitum diuidi queat, ut exteriore circunferentia eodē modo manente, aliæ maiores, & aliæ minores lunulæ esse possint, & tamen ipse circunferentiam interiorem definitam & terminatā accepit: quippe qui eā portionem diuidentē similem portionibus extra peripheriam cōstitutis acceperit, cui quæ sunt quidē primi Theorematis erāt in latere quadrato: aliæ autem in alijs in indefinitis, quare non omnis lunula quadrata est, sed hæ solæ, quæ habēt interiorē circunferentiā similē ꝓ-

portionibus constitutis in exteriori, quę etiam sunt aliquo modo definitæ. Hæc igitur de falsa lunularum descriptione dicta sint, nos vero ad cætera proficiscamur.

Tex. 12. *Verum enimuero, quoniam de natura quidem, non autem naturales dubitationes contingit dicere ipsos, forsitan quidem operæpretium erit aliquantulum disputare de ipsis. Habet. n. philosophiam hæc consideratio.*

Cōm. 13. Cùm plures causas tradiderit, quibus munus proprium Naturali non est disputationem habere contra Parmenidem & Melissum, ijs tamen contradicere cupiens: ne frustra temereq; illis contradicat, primum disputationis, quæ cum illis, explicat causam. Bifariam aũt Alexan. interpuncta oratione dupliciter eam interpretatur: primũ quidem intelligens, q̃ hi de natura quidem dicunt, licet dicta eorum non sint naturalia. Nã qui aliquid tollit, & si non vtatur illo, attamen de illo verba facit, quocirca cum illis prorsus de natura verba faciant, consentaneum erit aliquid dicere contra illos de rebus naturalibus. quatenus aũt non naturalia aiunt, parum in disputando aduersus illos immorabitur. Vnde etiam Porphyrius huic interpunctioni acquiescere videtur, verba hoc modo percurrens. { Verũ cum de natura quidem verba faciant, quanq̃ ignorantes naturam tollant, & naturales dubitationes eis non sint, oportet parum de his disserere. } & est hæc expositio valde rationi consentanea, q̃nquidem prius dixit Melissus, ita librum de Natura, vel de ente inscripsit (Alexã. inquit) prædicta verba & hoc modo distingui, verum cùm de natura quidem non, deinde ab alio principio. Naturales aũt dubitationes:

Phrasis loquẽdi Aris. propria.

Nam inquit hic modus interpõendi explicandiq; illi solitus est, quo sane in libris Elenc. vtitur dicens, Est quidem non, apparet autem. Item, alij autem hoc faciunt quidem non, videntur aũt. Et id quod inquit, dicitur, pulchre conuenerit.

Proprie de aliquo dicere q̃s nam dicatur.

Nam is proprie de aliquo dicit, qui de eo quale sit disserit. nã de anima dicere non vtiq; videbitur is, qui animam tollit, quanquam ille de anima ambigere videretur, qui num anima sit anceps dubiusq; foret. Sic ea, quę de natura dubitãtur dubitationes naturales quispiam dicet, non autem disserentem de natura aliquis appellabit eum, qui naturam tollit. Quinetiam ijs, quæ prædicta sunt, consequens esse dicit sic distinguere. Nam dixit considerare igitur si id quod est vnum sit atq; immobile non ad eum attinet, qui de natura disserit. Huic autẽ pulchræ expositioni. Themist. in sua paraphrase consentit. his autem subiungit Alexan. illos nihil dixisse de natura. Non enim, cùm de natura agere proposuerint, deinde naturam tollunt, sed sequebatur ex eorum sententijs naturã demi. Disputatio autẽ de motu, vacuo, & infinito, de quibus disserunt Naturales dubitationes habent. Et hæc quidem pulchre dicta sunt, quo pacto aũt nihil eos de natura dicere hic Alexan. dicit, qui prius bis verbis affirmauerit Parmenidẽ iuxta multorum opinionem, & ea, quæ apparebant philosophantem non amplius vnum esse id quod est, neq; ingenitum asserentem ignem & terrã eorum, quę ortui subdita sunt statuisse principia. Item Melissus, & si non proprie de natura disseruit, attamen de natura, vel de ente libri inscriptionẽ fecit. cum autẽ explicasset causam qua breuiter contra illos disserendum esset, quanquam hæ rationes, quas prius diximus, is contradicere nos vetarent, eandẽ rursus causam in aliam magis finalem deduxit. Nã operæpretium est prorsus illis reluctari & cõtradicere, tum quia de natura, vel naturales dubitationes. His aũt contradicere oportet, quia consideratio illorum dictorum quandã philosophiam habet: nam de ente vñr & de natura vel de naturalibus dubitationibus inquisitio ad nullum alium spectat citra Philosophum.

Principium autem maxime omnium proprium. quoniam multipliciter dicitur id, quod est, quomodo dicunt dicentes vnum esse omnia? vtrum substantiam omnia, an quanta, aut qualia? & iterum vtrum substantiam vnam omnia, vt hominem vnum, aut equum vnum, aut animam vnam? vel quantitatem. eam autem vnam vt albedinem aut caliditatem, aut aliquid talium? hæc. n. omnia differunt multum, & sunt impossibilia dictu. Tex. 13

Si. n. fuerint & substantia, & qualitas, & quantitas, & hæc siue separata à se inuicem, siue non multa sunt quæ sunt: Si vero omnia qualitas, aut quantitas, siue sit substantia, siue non sit. inconueniens est, si oportet inconueniens dicere, quod impossibile: nullum. n. aliorum separabile est, præter substantiam. Omnia namq; de subiecta dicuntur substantia. Tex. 14.

Melissus autem, id quod est, infinitum esse dicit. quantum itaq; aliquid est id, quod est. Infinitum. n. in quanto est. substantiam autem infinitum, aut qualitatem, aut passionem esse non contingit, nisi secundum accidens, si simul & quanta aliqua sint. Infiniti. n. ratio quãtitate vtitur & non substantia, neq; qualitate. Si igitur & substantia est & quantitas, duo & non vnum est id quod est: si vero substantia solum sit, non infinitum est, neque magnitudinem habebit vllam. quantum. n. quoddam erit. Tex. 15.

Argumentã de forma in contradicendo cuipiã positioni.

Qui alicui opinioni contradicere vult, bifariam argumentatur: vel. n. rationes, quæ illam confirmant, euertit, vel funditus radicitusq; eam destruit & euellit. Verum qui duntaxat rationes confirmãtes illam tollit, non dum dogma illius fregit sustulitq; de medio. nã quid si aliæ quoque sunt rationes, quæ eandem opinionem probent ijs, quæ euersæ sunt validiores? At hi, qui non rationibus, sed dogmati institutoúe repugnãt, atq; funditus opinionem demunt destruuntque, dogma quidem certe auferunt, dubitationes autem relinquunt, nisi etiam rationes confirmantes opinionem sustulerint. Iccirco, cum decreuisset Arist. Parmenidis & Melissi sermonem confutare, primum quidem in illum vniuersaliter instat id quod est vnum esse, si quis vt in promptu est audiat ex diuisione refellens, deinde rationes quoq; eorum destruens, siquis eas velut confirmantes vnum esse id quod est approbet. Fit autem ab eo argumentum Dialecticum orsum à diuisione entiũ.

Dialectici munus est probare aliarũ sciẽtiarũ principia.

Nam illis, qui Dialectica vtuntur, licet ꝓbare scientiarum principia. Et est tota rationis tractatio talis. Posteaquam aiunt id quod est, seu ens vnum esse, & vtrunq; horum, s. ens, & vnum multifariam dicitur, vtrunq; diuidendum est. Cùm igitur ens dici decem modis ostensum sit, vel vt substãtia, vel vt qualitas, vel vt quãtitas, vel ceu aliquid aliud decem prædicamentorum: idcirco ab his, qui asserunt vnum ens esse, perscrutandũ est, num illis ens vnum nomine dũtaxat esse affirmant, re vero multa, perinde ac omnia appellẽtur substantia, quamuis re ipsa decẽ sint, vel plura quædam ex eis. adijciatur. n. hoc diuisioni: vel re vnum cũcta sunt, ceu substantia, aut quãtitas, aut qualitas, perinde ac omnia sint vna substantia numero. Nam, si cuncta vnum esse genere vel specie dicẽt, profecto multa numero erunt. Vel igitur tradunt oĩa esse vnum hoc modo vnum accipientes, velut hoiem vnum, aut equum vnum, aut animam vnã, vel qualitatẽ non genere: multa. n. rursus continuo fuerint. sed vnũ hoc, ceu albedinem, vt caliditatẽ, aut aliquid aliorum tale. Nam hi oẽs modi sunt, quibus vnum accipi potest, qui nimium inter se differunt, & eorũ nullus potest dici. Nam si id, quod dicitur ens cum nomine solũ vnum sit, re substãtia, qualitas, & quãtitas est, atq; omnia genera, uel aliqua illorum saltem, siue seiuncta inter se, siue inter se unita & coniuncta, multa profecto erunt entia, seu ea quæ sunt. Si

autem

autem omnia fuerint vnum aliquod decem generum, ceu substantia, vel qualitas, vel quantitas, & ob id cuncta sunt vnum, quia in vnum decem generum rediguntur, siue substantia adfuerit, siue non adfuerit, aliquod profecto absurdum & incómodum sequetur. Nam, si subiecta, vt eius est natura substātia, horū aliquid in ea est, ipsa rursus ens non erit vnum, sed substantia & qualitas, vel quodcunq; posuerint ex decem prædicamentis. Sin vero id statuant, cùm non sit substantia, etiam hoc erit impossibile, q̄nquidem nullum aliorum generum, sine substātia subsistere potest. nam substātia alijs generibus subijcitur, atq; in ea illa suum esse habent. Etenim sic quoq; adijciatur. ſ̄m n. Melissum, & Parmenidem (nam communis erit etiam in hac ratio, quoniam hic quidē infinitum dicit ens, siue non finitum) continuo & quantitas introducetur. nam infinitum & finitum in quantitate sunt, & nec substantia nec qualitas, vel affectio potest esse finita, vel infinita, nisi secundum accidens, si simul etiam fuerint quanta. Nam infiniti & finiti definitio quantitate vtitur & non substantia, neq; qualitate. At ego Porphyrium magis sequens hunc in modum & diuisionē Aristotelis feci, & instantiam ſ̄m vnamquamq; partem diuisionis. Veruntamen Alexā. accuratissimus sic coniunxit diuisionē, quæ est in eo quod est, & in eo quod vnum est. Qui aiunt ens esse vnum, vel vnum nomine asserunt, vnum nomen de cunctis, quæ sunt, prædicatur, vel re: quod si nomine, cùm nomē multifariam capiatur, nam vnum decem modis dicitur, profecto ea, quæ sunt, multa erunt subsistentia & rebus: q̄ si re vnū dixerint, vel vnum genere, vel specie, vel numero dicent, si vero genere vel specie, multa profecto erunt ea, quæ sunt, quandoquidem tam genus, q̄ species de multis prædicatur: si autem numero, cùm vnum numero trifariam sic diuidat, vel vt continuum erit, vel vt indiuisibile, vel vt quorum ratio eadem est. Aristo. post, vniuersam entis diuisionem vnius partitionem subiunxerit in quibus inquit. Præterea, cùm multifariam & ipsum vnum dicatur, quemadmodum & id, quod est, & non censuerit accipere vnum genere, vel specie, vt quæ plane multitudinē introducant, sed in eo, quod est vnum numero enti occurrerit. Latuit autem id Alexandrum, qui non proprie eadem diuisione Aristotelis dicta acceperit. Nam putat Aristotelem principio illos interrogare, quonam pacto dicunt ens vnum esse, num genere vnum, vt dicant omnia esse substātiam: vel aliquid aliorum decem generum: quod si hoc modo, rursus quonam pacto vnumquodq; horum, ceu si dicerent vnam substantiam, q̄uo aiunt, num velut hominem vnum substātiam dicunt, vel vnum equum, vel animam vnam, similiter & de qualitate, & alijs huiusmodi interrogationem æque ostendens in vnoquoq; genere, multitudine, & absurdum incómodumque, quod rationi ab eis dictæ accidit. Sed, cùm hæc Alexan. proferat, si in eis quidem mansisset, fortasse nobis suspicandum reliquisset, quod illud, vtrum genere, vt substantiam, omnia dicant, non de positione vnum genere dicente acceperit, sed, cum ipse recte interpretatus sit illud. si enim erit & substantia & quantitas, & qualitas, infert. non videtur autem hoc conuenienter iis, quæ prædicta sunt, intulisse. Nam cùm prius dixerit, velut interrogans, quonam pacto dicunt ens vnum esse, qui hanc opinionē tuendi prouinciā sumpserunt, vnum velut substantiam, an ceu qualitatē, vel aliquid aliud decem prædicamentorum, vel vt vnum aliquid eorum, quæ sub aliquo horum generum collocantur, ceu substantiā vnam numero, vel vnam quantitatem, vel vnam qualitatem, omittens absurdum, quod vtriq; parti, quæ concederetur, demonstrare quoddā aliud accipit, quod neq; interrogauit, neq; erat verisimile, vt illi dicerent, qui tuebantur vnum esse ens, sed faciunda erat ab eo, inquit, perfecta diuisio ſ̄m interrogationē ipsam. Nam vnum vel nomine, vel significato vnum. non infert igitur, ait, absurda vt ei rei, quæ prius interrogata fuerit, sed vt probet eos euadere nō posse, quin prorsus aliquid eorum, quæ numerauit, non asserant. Sed Porphyrius pulchre inquit, interrogationem ab initio factam, quę dicit, num omnia substantiam, vel quantitatem, hoc innuere num vnum esse nomen, cùm res omnes multæ sint, vel num omnia dicunt esse aliquod vnum, s. indiuiduum, ceu hoīem vnum, vel equum vnum. Nam, cùm genus, vel spēm dicant, cum vnumquodq; horum de multis prædicetur, multaq; complectatur, profecto multitudinem eorum, quæ sunt, fatentur. Nam, si non ita interrogasset, quid sibi opus erat prius accipere ens multis modis dici, si vero hoc modo illis statuentibus hoc absurdum manifestum accidit, vt multę res protinus sub vno nomine contineantur, non mirandū est, si manifeste absurdū posuerit ob diuisionis perfectionem. Cur autem ei quidem contradixisset, non sustinuisset antem ipsum interrogare? At prorsus vniuersā positio eorū, qui vnum ens esse ferunt, siquis ipsam sic superficietenus acceperit, absurda & dissentanea est. & tñ simpliciorum misericordia ductus Aristo. eam dignam censuit, cui contradiceret. Verū enimuero Eudemus strictius magisq; cōcise sic aggreditur rationem. Nam, cùm ens multis modis dicatur, etenim substantiam, quantitatem, & qualitatem, & reliqua aliorum quæ sunt in diuisionibus esse dicimus, propter quod horum non aliquid aliud erit, i. quo existente potest alia non esse? Et certe inquit, propter substātiam maxime quispiam dicet. nam cætera alia in quodam semper esse apparent, quare, cùm illa fuerint, etiam erit illud in quo. At, si substantia fuerit, nihil videtur esse quod subijciatur. si autem nihil subijcitur animalia autem erunt, itaq; incessus non erit, neque actio, neque motio, neq; honestum, neque quicquam aliorum. igitur qui fieri potest, vt hoc absurdum non sit. Neque vero eis contingit, vt non faciant quantitatem ex numero eorum, quæ sunt. nam neque assererent ens esse infinitum, neque finitum: siquidem hæc sint quantitatis affectiones. Sed q̄m ea quoque relata sunt, quæ dixit Eudemus, proponenda etiam sunt ea, quæ circa verba sunt digna annotatione, & consideratione. In primis itaque significata entis, quod sane nūc in quæstionem proponitur distinguere est eius qui suū obseruat pręceptum. primum oportere in vnoquoque problemate ac quæstione distinguere quid nomen significet, & deinde quid sit vnūquodq; dicere. qua in parte sectatur Platonem in Phædro dicentem. O puer in omnibus vnicum principium his, qui bene consulere volunt, est intelligere quid sit illud, de quo consulatur, vel prorsus errare necesse est. Nam qui idipsum ignorat, de quo disputatio exorta est, neque aduersus illud instare poterit. Illud autem, q̄m multis modis dicitur id, quod est, non est interrogantis, sed illius, qui ex euidētia postulat & sumit, atq; illius, qui ei diuisioni, quæ est in prędicamentis confisus, deinceps percunctatur, quonam modo hi, qui vnum esse ens asseruerunt, cùm illud multipliciter dicatur, queant id verum esse tueri. Cæterum, cùm dixerit absurdum esse, vt cuncta sint qualitas & quantitas, recte subdit, si liceat id, quod esse non potest, absurdum appellari. Etenim absurdum est simpliciter falsum, falsi autem intentio est impossibile. Item absurdum opponitur ei, quod rationi consentaneum est, quod sane significat vel illud, quod omnino præter omniū existimationē est, vel illud, quod locū non habet, impossibile vero

Nomen prius distinguendum est in unoquoque problemate.

Falsum minus est ipso impossibili.

necessario. Sed dices, quomodo itaq; hoc est impossibile? Respondeo, quia si fuerit substantia, vel idem erit substantia & qualitas, vel ens erit simul vnum & non vnum: si aût non fuerit substantia, cùm neque qualitas separari queat à substantia, neque id erit. Vt ergo ipsius consentanei ipsum necessariû intensio est, ita & absurdi impossibile. Primum autem dixit absurda, quæ accidunt illis, qui aiunt omnia esse qualitatê, vel aliquod aliorum generum, siue erit substâtia, siue non. Etenim, si erit, erit etiam præter eam aliud genus, si autem non erit, accidentia erunt sine substantia. Quòd vero non nihil suspicati sint eas esse aliquod aliud genus præter substantiam probatur, eo quod Melissus ens dicebat esse infinitum, quod sane quantitati proprium est. & illos, qui ens aliud quippiam à quantitate asserbant corrigit: tanquâ dissentiant à Melisso & Parmenide, quorum alter finitum esse ens, alter vero infinitum ponebat: & hoc modo, eos, qui statuunt ens esse substantiam, eodem argumento refellit, quo & eos confutat, qui qualitatem, vel aliquid aliud præter quantitatem ens esse putarunt, eo, quod non amplius possit illud infinitum appellari, immo nec finitum, quod forsitan nunc velut clarum euidensq; prætermisit. verum paulo post etiam hoc adiecit. Adducet item alia absurda, quę oriuntur illis, qui ens velut substantiâ esse asserunt, cùm propositum fuerit considerare id, quod vere est. Hoc autem vocabulo, de subiecto, nunc vtitur non pro eo, quod vniuersaliter significat, sed pro eo quod est in subiecto vtitur, & dixit de subiecto, non, quod ad significatum vniuersale, quo solet accipi, sed pro eo, quod est in subiecto. Nam ille solet ea quę per se non sunt, sed alterius subsidio egêt, de subiecto dicere, atq; vocare perinde, atq; dicantur de subiectis. Non. n. subiecta de accidêtibus prædicantur, sed accidentia de subiectis dicuntur. itaque (inquit Alexâ.) omnia de subiecto, quibus opus est subiecto, vt sint. Nam talia proprie, inquit, de subiecto, qm nihil nouit vniuersaliter esse separabile. Sed quomodo infinitum collocat in quantitate, vel quia est velut in genere quantitatis. Nam quantitatis alia est infinitum, & alia finita, vel quia infinitû de sola quâtitate per se prædicatur, & de nullo alio genere. Ea nâque per se prædicantur, quæcunq; in definitione alicuius assumuntur, vt de homine per se animal prædicatur: atq; ea, in quorum definitione côprehenduntur ea, quibus insunt, ceu par numero per se inest, cum in definitione paris numerus assumatur. Nam definientes par dicere consueuimus, est numerus, qui in æqualia diuiditur. Et hæc disputat sunt in libro de Posteriori Resolutione. Verum, si quis par, veluti numeri speciem esse contendens, non censet illius esse accidês, pro exemplo capiat nares & simitatem. nam in definitione simitatis nares assumuntur, ceu cùm dicimus simitatem esse cauitatê narium. Similiter & infinitû de quantitate per se prædicatur, propterea ꝙ in definitione infiniti quantitas accipitur. Sed duplex infinitum veluti & album, vnde infinitum qm significat infinitudinem quantitatis affectio est. infinitum autem, cui accidit infinitas, quantitas est, quę peruadi non potest. Vndiq; igitur & quouis modo in definitione infinitum quantitate vtitur, igitur ei per se inest, quare & soli inest: quandoquidem fieri nequeat, vt idem per se pluribus dissimilibus genere insit. quocirca, vt ipse inquit, infiniti ratio quantitate vtitur, sed non substantia, neq; qualitate: quod si quis substantiam dicens, id, quod est, dicit infinitum substantiæ per accidens inerit infinitum, non. n. per se substantia est finita, sed quatenus quanta est, quare non est vnum ens, siquidem substantia & quantitas sint. Sed qûo, cùm nunc aduersus eos generaliter decertet, Melisso au-

De Subiecto dici, est esse in subiecto.

Per se prædicari quæ nam dicantur, & quot modis.

Infinitum duplex.

tem postea contradicturus, qñ dicit, Et ex ijs, quæ monstrat, non est difficile solue e, in præsentia tamen videtur Melissi opinionem absurdo côplecti. An modo non principaliter ipsius, sed cû posuerit eum dicere ens esse aliquâ quantitatem, vel qualitatem, ne nulli tribuere, adscribereq; id, quod poneret, videtur, Melissi sententiam in medium adduxit. Num autem argumentum quidem generale ipse fecit. Nam necesse est eos infinitum vel finitum statui, & vtroq; modo necesse est ens dicere esse quantitatem: huius autem positionis testem adducit Melissum, deinceps vero Parmenidem adijcit annectitque, in nonnullis autê exem plaribus sic scriptum esse. Atqui Melissus id, quod est infinitum, esse asserit, ergo id, quod est quantitas aliqua erit, & fuerit apud eos id, quod vnum est, dicens id, quod est. Sed, cùm Alexan. Aphrodisieus censeat proprijs argumentis eis, qui vnum ... esse ens contradicere, age igitur videamus breuiter qua ratione ipse hoc recte dixisse videatur, & Vetus Philosophia irreprehensa maneat. Nâ inquit, aduersum asserêtes non esse alia quæ ortui interituiq; subdita sunt, vt interdum sint, interdumq; intereant, sed duntaxat sempiternam substantiâ esse, eo nunquam possit non esse, primum ab euidentia, cômuniq; sententia dicendum est. Nam quæ sunt, cunctis esse videntur, & ita sentiunt & dicunt. Deinde vero, si propterea, quod oriuntur & intereunt ipsa non esse aiunt, qm, quod generatur aliquod ens sit, & quod corrumpitur ex ente cedit atque corrûpitur, id quod gignitur & corrumpitur erit de numero eorum, quę sunt. Neque enim, si hæc sempiternis similia non sunt, idcirco non sunt, quod si, inquit, contendêt ea ob id nô esse, quia intereunt, qñ non intereunt, & quatenus non corrumpuntur, tunc quo ad illud erunt. Sed ad hęc & similia communis afferatur responsio, quod ceu album dicimus illud, quod est quomodocunque albedine coloratum, & si ex maiori parte sit cum côtrario cômixtum, & dicitur etiam album, quod contrarij expers est: similiter & honestum pulchrumúe dicitur, & horum vnumquodque proprie dicitur, cùm sincerum nullique mixtum tale fuerit. crasso autem modo, atque abusiue, quando contrario cômixtum fuerit: pariter & ens proprie quidê dicetur illud, quod est quo ad oîa simul omne, aliud vero, quod gignitur & interit ante quidem quâ generatur nondum est, posteaquam aût corruptum est, non amplius est. Porro aût etiam, cùm esse videtur, qñ quidem in eo quod est gigni & interire ese haber, cum nônûquam in eodem statu maneat, ne tunc quidem proprie dicatur esse, sed gigni & interire propter continuam, quæ omnia immutat, fluxionê. Quæ obscure significauit Heraclitus per hoc, quod in eundem fluuium bis non liceret ingredi, perpetuo fluxui generationem assimilans vt quæ magis id, quod non est eo, quod est. Nâ ens, vt inquit Parmenides, alia signa habet, vnde præstat audire quæ ille de ente dixerit & demonstrarit. Nâ, cùm accusasset eos, qui in mûdo intellectuali ens & nô ens conferût.

Veterum Philosophorû defensio contra Alexandrû.

Esse quomodo proprie dicatur.

Gigni atque interire quomodo, & quæ dicantur.

Fluuium eundem bis ingredi nô licere ait Heraclitus.

Quis idem esse, & non esse haud idemq; putatum est,
Et à via, quæ id, quod non est, quærit auertisset dicens.
Hanc re viam quærat mentem, sed tu procul arce.

Parmenidis carmina de eo, quod est.

Subiungit, Viæ adhuc ratio vnica tantum,
Restat in hac autem sunt longe plurima signa.
Et tradit deinceps eius, quod proprie est signa,
Ingenitum interituque carens, totum quoq; & vnum.
Est totum vnigenum re quietû, haud definit vnquam.
Non vnquam fuit, & nec erit totum simul vnum.
Cùm sit nunc & continuum, genus eius: at vnde,
Qui queres auctum vel qui sit dicere, nec te
Vnque permittam, sed nec sentire, quod id sit
Productum

Productum ex illo, quod non est dicier haud quid.
Sed nec mente vlla comprehendi quomodo non sit.
Quæue ipsum vtilitas mouit, quod cùm nihil ante.
Gigni cæptum esset generetur posterius sic.
Esset vt omnino factum hoc, vsus fuit an non?
Ex illo, sed nec quod non est posse creari.
Excepto ipso vis rationis sciuerit vnquam.
Quare nec gigni, vel id interisse relinquet
Iustitia iis vinclis quis id ligat optima legis.

Hæc igitur, cùm de proprie ente diceret, plane ostendit hoc ens ingenitum esse: nam neq; ex ente, quãdoquidem nullum aliud ens præfuerit: neque ex non ente, quia non ens non est. & cor tũc posterius factũ non est, & nõ prius, sed neque partim ex ente, partimque ex nõ ente, ceu genitum fit. Nam partim ens, & partim non ens, non præesset simpliciter enti, sed post ipsum subsistit. Vnde apud Plat. Timæus. Atque erat, & erit, inquit, quæ nati temporis species sunt, imprudentes ad æternam substantiam nõ recte transferimus. Dicimus.n. de illa est, erat, & erit. Sed illi reuera solum est competit, fuisse vero, & fore de gene ratione, quæ est in tẽpore dicenda sunt. Quare, si ea, quæ quomodocunque subsistunt in generatione, & ob id abu siue entia vocata eo ex maiori parte cum non ente cõmu nita sunt, magis non enti concreata sunt. vult Alex. osten dere, & cedit acquiescitque vsui nominis apud multos nõ erit multis verbis rationibusque opus. At si putat proprie ens id, quod fit & interit, in quo plus est non ens, ente, neque dicta à Parmenide signa intellexit, neq; id, quod dicit Arist. animaduertit: qui pulchre illud ens Parmenidis, quod vere est nuncupat, idest proprie ens. Præterea Alex. dãnat Parmen. & Melissum, qui ostendunt ens immobile esse, hoc argumento, quia quod mouetur, videtur mutari ex eo in quo est. si ergo, & ens moueretur, immutaretur ab eo, in quo est: sed ens est in ipso esse, & id quod immutatur ex esse corrũpitur, ens aũt incorruptibile est. Sed, si, inquit Alex. esset solus motus secundum substantiam, quem quispiam magis proprie mutationem, & non motum appellarit, forte quæ ab ipsis dicuntur consentanea essent. At neque id, quod secũdum suam substantiam mutatur in non esse simpliciter, sed in non esse, id, quod prius erat, sed aliud quiddam mutatur, sed si vtique id, quod secundũ substantiam mutatur simpliciter, nõ hanc, sed cùm plures sint motus, de quorũ numero est motus, qui in qualitate fit distinctus à motu in substantia, vanus profecto, vt inquit, est eorum metus. Sed mirum est, quia ipse, tum concesserit, quod id, quod mutatur f m substantiam non f m hanc, sed simpliciter in non ens abibit, dam nat eos, qui aiunt, quod si ens simpliciter, & proprie mutaretur, dubio procul corrumperetur. Nam, si tale ens esset mutatum ex tali, nihil quidem vetaret in aliud tale mu tari, sed si simpliciter ens ex hoc mutaretur, quid fieret? Item quõ illud ens alterari potest, quod semper f m idẽ eodemq; modo se habet, quod neque ipsum est alteri accidens, neque aliquod aliud accidens habet, sed ipsum est id, quod vere est ens. Vnde pulchre recteq; Parmenides, cum superioribus dictis ostenderit ens expers ortus interitusque esse, subiunxit: Finibus et ipsum, est magnorum immobile vinclum. Principii finisque expers, generati namque interitusque hic valde errarũt. Vnde etiam constat ipsum nouisse aliud esse sensibile, in quo ortus, & interitus est, & aliud intellectuale ens. Item & Melissus ostendit ens immobile esse, prius vacuum, id est nõ ens ab ente secernens, & distinguens. Nam, inquit, si moueretur ens, esset aliquod entis vacuũ, in quod ens moueretur, sed non est. Nam plenum est ens, sicaũt scribit. Vacuum nõ est, quippe vacuum nihil est, igitur nõ erit, quod nihil est. Neque mouetur. nam nusquam sese recipere potest, sed plenum est. Nam si vacuum esset in vacuum reciperetur, at vacuo non existente, non habet quõ secedat ac recipiatur. Deinde, cum ostenderit, neque densum, neque rarum esse, infert. Hoc aũt iudiciũ& faciũdum est de pleno, & nõ pleno. si ergo recipit aliquid, & admittit illi aditum, plenũ non erit, si vero neque receperit, neque admiserit illi aditum, necesse est vt illud sit plenum, si ergo vacuum non est, necesse est vt sit, si igitur plenũ est, non mouetur. Hæc igitur prolixioribus agere coactus fuit ob ipsum Alexan. qui cum inter Arist. interpretes magis germanus legitimusq; sit, concisim tñ ignaueq; veterum dogma intelligit quorũ, & ipse Aristoteles æmulus cùm factus esset, ipse etiam demonstrauit primum ac rerum omnium principium esse immobile.

Ens immobile esse ex sententia Melissi.

Amplius, quoniam & ipsum vnum multipliciter dicitur, quemadmodum & id, quod est, considerandum est, quo modo dicunt vnum esse vniuersum. Dicitur aũt vnum, aut cõtinuum, aut indiuisibile, aut quorum ratio eadem, & vna est ipsius quod quid erat esse. quemadmodum merum & vinum. Si igitur continuum est, multa erit id, quod est. In infinitum.n. diuisibile est cõtinuum. Habet autem dubitationem de parte, & toto. fortassis aũt nihil ad rem, sed ipsam per se, vtrum vnum, an plura sint pars, & totum? Et quõ vnum, aut plura? & si plura, quõ plura. Et de partibus non continuis eadẽ est ratio. Et, si cum toto vtrunq; sit vnum, vt indiuisibile, quod eadem inter se. At vero, si velut indiuisibile, nullum erit quantum, neque quale. neque igitur infinitum id, quod est, sicut Melissus dicit, neque finitum, sicut Parmenides: terminus.n. indiuisibilis est, non id, quod est finitum. At vero si omnia, quæ sunt, ratione vnũ sunt, vt indumentum, & tunica, Heracl. orationem contingit ipsos dicere. Idem enim erit, & bono, & malo, & non bono esse & bono, quare idem erit bonum, & non bonum, & homo, & equus, & non de eo, quod vnum sint, quæ sicut sermo erit. sed de eo, quod nihil sunt, & quod tale, & tantum esse, idem sint.

Tex. 16. Tex. 17. Tex. 18. Tex. 19.

Cùm posuerit ens multipliciter dici, & ex diuisione acceperit opiniones, rursus vnum velut multipliciter dictum statuit, & ostendit iuxta vnumquodque significatũ vnius, dici, affirmarique non posse vnum esse ens, & propria vnius vtitur diuisione, non acquiescens puto his, quæ hic à Porphyrio dicuntur: quippe qui tradit vnum multa significare & primum ea quæcunque, & ens, atque inquit, cum diuiserimus vnum in totidem significata in quot ens pariter arguere licebit nobis, vt prius, percunctantibus quonam pacto illi inquiant vnum esse ens, nunquid velut substantiam, an velut qualitatem, vel aliquid aliorum generum? Sed exquisitius Arist. aliam entis, & aliam vnius significatorum partitionem propriam fecit. Nam vnum, vel genere, vel specie, vel numero vnum erit, sed vnum genere, vel specie, nunc ponendum esse non censuit, tanquã plane multitudinem vna secum introducat. Si.n. ens vnũ genere esse dicent, profecto multa erit spẽbus; & adhuc longe plura numero eorum quæ sunt indiuidua, & singularia, si vero ens vnum specie fatentur in primis eo ipso perspicuum est plura esse. Nam species est generis species, & genus prædicatur de pluribus & differentibus speciebus in eo, quod quid. Præterea, si specie vnum esse ens asserunt, numero plura erunt nam vna species prædicatur de pluribus numero. Nec igitur non cõmemorari oportere iudicauit. cum perspicua claraque essent, etiam his, qui rudimentis, & principiis Logicæ imbuti fuere, & quod est

Cõm. 15.

Vnum quot significat.

Vnum genere vel specie … multi … nem.

Vnum numero multifariã dicitur.

est vnũ numero multis quoq; dicitur modis: vel.n.vt continuum, ceu si vnam dixeris lineam: vel vt quod ex natura impartibile est, velut punctum, & vnitas: vel, vt illa, quę eandem habent definitionem, & si nominibus differunt, ceu indumentum, & tunica. Item alia diuisione vnũ aliud dicit potestate, aliud vero actu, & hæc adeo se habent inter se mutuo in generatione, vt quod vnum actu est plura sit potestate potentiaque, & contra vnum potentia multa sit actu, vt in cera, quæ, cùm continua sit, & vna actu, multa est potentia, quod diuidi in multa potest, & eadem dissecta: & cùm sit multa actu, potẽtia est vnum, quod potest in vnum redigi, atque coniungi. Ob hæc igitur, si velut vnum continuum asserãt ens esse vnũ, erit profecto vnum actu, sed plura potentia, & infinita. Nam continuum est, cuius partes copulãtur cõnectunturque ad vnum terminum cómunem, & quod diuidi potest semper in ea, quæ diuidi possint. si ergo ea de causa aiunt ipsum esse vnum, quod vniuntur eius partes, cùm illæ partes, quę cõnectuntur, & in vnum veniunt sint multæ, idcirco ipsi hoc modo multa esse fatebũtur, & quia ipsum est in infinita diuisibile, etiam ob id tradent infinita esse, vel multiplicatum in infinitum, si ergo ens vnum est, vt continuum, & continuum est multa, ergo vnum erit multa, sed vnum non est multa, ergo idem vnum erit vnum, & non vnum. Item, cùm plura sint continua, quonã igitur pacto ens vnum est, siquidem est vt continuum, nú ceu linea quædam, an ceu superficies, vel vt corpus, vel vt locus, vel vt motus, aut tẽpus. Nam hæc oĩa continua sunt, & horum vniuscuiusque multę sunt species. etenim linearum aliæ quidem rectæ, aliæ vero circulares: similiter superficiei alia plana, alia caua, aliaque conuexa, & planæ superficiei adhuc sunt plures figuræ. Rursus solidorum corporum atque locorum, quę cum eis eandem figuram suscipiunt, multæ sunt species. similiter & temporis, ceu præteritum, futurum, pręsens, horæ, dies, menses, & anni. Pręterea, & motus alius rectus, alter vero orbicularis, & oĩa hæc continua sunt, & cuncta simul actu multa sunt, & vnũquodq; potentia multa. Quod si ita vnum, ceu indiuidisile, cũ indiuisibile multifariam dicatur, ceu illud, quod nondum diuisum est, sed diuidi potest, quemadmodum vnumquodque continuũ, vel id, quod prorsus diuidi nequit, eo quod non habet partes, in quas diuidi posit, ceu punctum, & vnitas, vel id, qđ habet partes, & magnitudinem, verum diuisionis expers ob soliditatem, & densitatem, ceu singulæ atomi Democriti sunt. Si ergo vt continuum ens est vnum, iterum multa erit ens: si autem velut atomus, primum absurdum atque dissentaneum est dicere omnia esse vnam atomum. Deinde etiam ipsa est continua, & diuidua in infinitum, & ob id potentia multa. Item habebit quanitaté magnitudinis, & qualitatem figuræ, ceu angulum rectum, rotundum, & motũ, & sic denuo multa erit. Quòd si ens sit vnũ velut punctũ, & indiuisibile, neque aliquid eorum, quæ sunt, quale erit. Nam qualitas est in corporibus diuisibilibus, & simul diuiditur cũ corporibus, præsertim naturalibus. Item neque quantũ erit, nã indiuisibile est terminus quanti, quare neq; infinitũ erit ens, ceu Melissus tradit, neque finitũ, vt sentire Parmenides videtur. Etenim omne finitum, & infinitũ quantum est, sed nullum indiuisibile multitudine, aut magnitudine quantũ est. Nam finis indiuisibilis est, non autem finitum, sed Arist. hoc in loco hoc solum significatũ indiuisibilis accipiendum esse, cui contradiceret, censuit, tanquã alia soluta facilia sint. Et huic non velut puncto contradixit, quemadmodum interpretes dicunt, sed tanquam ei, quod posuerunt Parmenides, quod expers quãtitatis, & qualitatis esset. Cęterũ, si vnum esse aiunt, ceu temetum & vinum, vel indumentum & tunica, vel prorsus multiuoca (nã adhuc superest istud vnius significatum) profecto cuncta erunt vnũ multiuocatio, & qualitas cum quãtitate, & cætera alia erunt eadẽ inter se, & sententia Heracliti vera erit, qui autumauit bonum, & malum idem esse, & concurret contradictio, idem nãque bonum, & nõ bonum, siquidem malum non bonum est. Scias quoque hic, quòd ab affirmatione cõtrarij, vt ad maiorem negationis oppositionẽ, deuenit. Erit autẽ idem homo equus: quare homo, & non homo, atque vnũ, & non vnum, quare non amplius erit disputatio, quod ens vnum sit, sed, quod nihil, quandoquidẽ in vnoquoq; ęque sit vera affirmatio, & negatio. Vel vt Porphyrius concludit, siquidem ens nõ est. Etenim quemadmodum homo, & nõ homo simul veræ sunt, sic ens, & non ens. Hoc autẽ existimo concluderetur, si aliquid omnium esset vnum ens, velut homo. Nam oĩa alia essent non entia, igitur simpliciter neque hoc modo est vnum ens: si ergo secundum nullum significatum vnius põt esse vnum ens, prorsus negandũ est ens vnum esse, sed plura entia, quemadmodũ testantur ea, quæ apparent. Sic igitur erit ordo diuisionis, quæ fiunt ad membra diuisionis obiectionũ. ipse autem primum parti diuisionis ita vnum esse ens, vt continuũ dicenti, cũ occurrisset, antequam cætera solueret quadã interiecta dubitatione, vt cætera aperiret enucleatius, quandam dubitationem de toto, & parte, nũ idem sint vel diuersa, immo nunquid ambo vnum sint, rationẽ nimis obscuram fecit. Porphyrius autem inquit, hanc dubitationẽ inuexisse propter nonnullos, qui repugnaturi essent illi, eo quod tres modos subsistentiæ vnius dixerit, & non adiecerit. 4. quem nonnulli introducebant existimantes partẽ non continuã alteri parti, & totum idem esse, vt Socratis manus, & Socr. vnum essent, qui sane modus, cũ nullo eorũ, quos ante recensuimus idem est. Refellit igitur hos primũ tanquã absurde temereque putantes, & ita ad confutationẽ vnius, vt indiuisibile, proficiscitur. Horũ autem confutatio, quod si manus Socr. dextra, & Socr. Vnũ sunt, & sinistra læuaq;, & Socr. rursus sunt vnũ, igitur dextra ac leua vnũ erunt. Nam hoc est, quod ipse dicit, etiã si toto vtrunque sit vnũ, vt quod diuidi nõ posit, quoniã sic etiam sibiipsis eadem sunt. Alexan. autem inquit, Aris. soluere dubitationem de parte, & toto, dicentẽ partem eandẽ esse cum toto, vt cùm demõstrauerit non esse vnum atque idem, tutius habeat, quòd non solum partes diuisę auulsęque à toto plures sint, sed etiã, cùm fuerint acceptæ in ipsa continuatione, & coniunctione, siquidem illę, & inter se discrepent, & ab ipso toto. Illud autem, fortasse autẽ nihil ad rationem, & si ad rationem sint, ea, quæ dicta sunt, inquit, dictum esse, quoniam ea, quæ dicta prius sunt, satis erunt ad cõfutandum eos, qui ita ens vnum esse dicebant velut continuũ. Et forte, quia, vt Eudemus tradit, erat quædam externa rationis dubitatio magis Dialectica. paulopost autem exponam Eudemi verba, quæ plane orationis intentionẽ declarant. Nunc autẽ quæ Alexan. dixit adducamus in mediũ. Nam inquit, sit quidem de eodem vsitatius id quod ostensum est, quę enim eidem sunt eadem, & inter se sunt eadem, iccirco, & Eudem. sic vtebatur demõstratione. & Aris. autem, vt puto, diligentius faciens vnius significatum seruauit. Nam multo magis sequitur, vt quę sunt eidem vnũ, sint vnum, & inter se, quàm sane quæ eidem eadem, & inter se eadem sint, iccirco, & vtrunque vnum velut indiuisibile dixit, nam vnum magis quàm idem vnit illa, quibus accesserit. Sed iam, & hoc modo vnum multa erit, siquidem

Vnũ in actu multa in potentia esse contingit & ecõtra.

Vnum continuum multa est potentia.

Partem parti non cõtinuam & totum non esse vnum & idem.

dem vnaquæque eius toti eadem sit: totum.n. ex multis vniuersis totisque constabit, & suimet pars erit. Nam pars totius est pars, si ergo pars, & totum vnũ sunt, igitur pars erit totum, & cùm pars sit eadem toti, ipsum ex multis totis erit, & totum erit pars partis. quod igitur non idem sit pars, & totum ex his ostensum est, quòd vero etiam si ponatur esse aliud, ita quoque dubia sit ratio, deinceps ostendendum est, vt perspicuum sit, cur Aris. adiecit, Habet autem dubitationem de parte, & toto. fortasse autẽ non ad rationem, sed ipsam per se. Nam, si ponatur diuersa esse pars à toto, constat profectò, vt vnaquæque pars sit altera diuersaq; à toto, quare & omnes: omnes partes autem sunt ipsum totum, quare totum ipsum erit diuersum à seipso. Item quæ sunt diuersa videntur à se inuicem seiungi: at totum à partibus seiungi, separarique nõ potest. cùm autem Arist. orsus esset dubitationẽ à cõtinuis partibus inquit, eadem æque incidere de partibus discretis: hæ.n. sunt non continuæ. Etenim later vel est idem cum domo, vel diuersus, & si idem, profectò later erit domus, & cõtra, domus later. si autem diuersus, sic etiam erũt omnes partes, quibus domus constat, diuersæ, aliæq; à domo: atqui omnes partes vidẽtur esse domus: igitur eadẽ domus à seipsa alia erit. Sed quoniam facile intelligetur partes, & totũ nõ simpliciter vnum esse, sed vnum ordine, & compositione, Alexander ambitiose sic etiam dubitationem interrogat: si alterum est à domo fundamentum, quod ita se habet, & dispositum est, & paries etiam in fundamento collocatus diuersus ab vniuersa domo erit. Præterea tectũ, quod ita supra parietes iacet, alterũ erit à tota domo: igitur, & vnaquæq; pars domus in dispositione erit altera à domo, itaque oẽs partes cũ domus dispositione erunt diuersæ à domo. At domus quid aliud est quàm omnes partes tali ordine collocatæ ac dispositę: igitur, & vniuersa domus erit altera à seipsa. Num autem nõ frustra hoc adiecit Arist. (atque de partibus non continuis eadem est dubitatio) Nam si his partibus, quæ sunt, consensu omnium, aliæ à toto, & in quibus multitudo esse videtur, eadem dubitatio conuenit, profectò nec tollenda erit multitudo à partibus continuis propter dubitationem. Dubitatio igitur hunc in modum ad vtranq; partem procedit. Solutio at dubitationis est, quoniam nõ verum est, vt si vnaquæque pars seorsum accepta sit alia à toto, vt etiam omnes simul iunctæ acceptæq; à toto sint aliæ, atque diuersę. Nam omnia sunt alia ab vnoquoque eorum, quæ in se sunt, ceu, & totum. Sed Alexander inquit, quempiam posse etiam intelligere hoc modo de partibus non cõtinuis, ceu sit interrogatum illis de partibus dicti continui, q̃ non se habent consequenter, neq; sunt cõnectendæ inter se, ceu manus & pes, num ipsæ sint eędẽ inter se vel non eędem. Nã si non eædẽ igitur diuersæ & continuũ plura erit: si aũt cõtinuum ex his dictũ idem erit talibus partibus, & ipsæ inter se eædẽ erunt, quod videtur absurdum fateri, manum eãdem pede esse. Veruntamen Porphyrius totam dubitationem de his partibus dici existimat, quanquam plane Arist. uelut de alijs dicat, subiungens, Atque de partibus non continuis. sed Alexander inquit, si vero aliquis dicat partem in similaribus non continuis, eandem esse toti licet in dissimilaribus secus sit: Respondemus huic, quod neque in similarijs idẽ esse inueniet, vt pars & totum habeant identitatem quatenus & cõtinuum est. Nam si quatenus continuũ est, hac ratione dicit totum vnum & idem esse partibus suis, etiã eadem erit ratio de similaribus, quippe quę etiam sint cõtinuæ, si autem à se se muto diuiderentur, constaret profectò multa fore, q̃ sunt dissimilaria, si vero nõ asserunt eadem esse de partibus continuis, quæ sunt dissimilares, neque de similaribus eadem dicent propter continuitatem. Hæc igitur Alexander. Eudemus autem id dictum plane esse propterea dicit, quia ostensum est, continuũ non esse vnum ens, ipse vero partium cum separatarum, tum etiã continuarum meminit. Sic iacent verba Eudemi, postquã ostensum est ens non ita esse vnum, ceu indiuisibile, quod quidem & ipse absurdum appellauit, inducit, Atqui neq; secundum continuitatem, nam constet partes coniunctas distinctasque non esse easdem inter se. Sed idipsum habet dubitationem extraneam. si enim est vnaquæque pars lineæ toti eadem & ipsæ inter se ipsismet eædem erunt, quoniam quę vni eadem sunt similiter totis eadem sunt: si vero vnaquæque alia est a toto, igitur & omnes. quòd si hoc datur quomodo hæ sunt ipsum totum. sed hoc quidem dimittatur. Porro in his, si vnum id, quod est etiã velut cõtinuum diceretur, quod neque sit hoc modo vnum, ostendit, vt putò alia ratione atque conatu. Nam seiunctæ, inquit, partes non erunt eædem continuis: quare & si aliquis concederet vnũ esse continuũ, q̃m partes diuulsæ abiunctæque aliæ sunt à continuis, multa sunt entia & non vnum. Et de partibus quędam est dubitatio, quam ipse extraneam appellat. Verum Arist. nihil dicit ad destructionem. Etenim magis Dialectica est, cum in vtranque partem suadendo ex opinabilibus nitatur arguere, & nõ sufficiat eam continui rationem perturbare & inficiari, quæ dicit, contiuum esse diuidẽdum in semper diuidenda. Sed dubitatio soluta facilis est, ut demõstrauimus. Cæterũ Eudẽ. de solis partibus cõtinuis dubitationẽ exponit, qui adduxit argumentum & conclusiones ex his ad vtranque partem concludentes absurdum. Arist. autem de non cõtinuis, sed diuisis partibus plane eandem dubitationem esse tradit, & solum ponit absurdum, quod illis accidit, qui idẽ & vnum aiunt esse partem, & totũ. quod etiam impulit, vt puto, Porhpyriũ dicere cuncta obiter fuisse dicta contra eos, qui quartum modum vnius introducunt. Atqui non est quartus modus, sed dubitationis pars, quæ vult ostendere continuum esse vnum. idcirco Arist. commemorat vniuersam dubitationem dicẽs. Habet autem dubitationem de parte & toto, vtrum vnum vel plura pars & totũ, & solum infert absurdum, quod sequitur eos, qui ferunt esse vnum. Quòd vero hi aberrent, argumentum est, quòd alia dicentes corrigunt hæc atque quod hæc ratio videbatur probare arguereque cõtinuum multa esse, atque diuisibile in semper diuidẽda. Sed ego admiror Arist. illis vuius significatis contradixisse, quæ & Parmenides inquit, vnì enti aduenire adesseq;. Etenim cõtinuũ ipsũ ens esse canit,

Vnde continuum omne est. Nam est existens existenti propinquum.
Et indiuisibile est, cùm sit simile omne,
Item cunctarum vnam & eandem esse rationem, quę entis est, in his Parmenides inquit.
Oportet dicere intelligere ens manere, quippe sit esse,
Nihil autem non est.
Si ergo quod quis intelligat vel dicat ens est, omnium vna erit ratio, quę entis.
Nam nihil est, vel erit aliud pręter existens.

Cùm itaque fatum totum iunxit immobile manere, proinde omnia nomen erit, & ea, quę inducta sunt ab Arist. velut absurda eisdẽ suppositionibus illi viri admitterent, siquis benigne eos audierit. nam, cùm apud eos ens indiuisibile, neque finitum, neque infinitum velut corpus erit. Etenim Parmenides corpora inter opinabilia ponit: atque Melissus inquit, vnum existens, oportet idipsum corpus non

Partes discretæ haud sunt idem quod totum.

Vnum nõ habet corpus, [illegible] finitum est.

Corpus ex opinabilibus est. Vnum finis omnium est, & vna prima causa. Intelligentia, & id quod percipitur intelligentia idem est.

non haberet: si vero habet crassitudinem, profecto partes haberet, & iã desineret esse vnũ. Et quod itaq; indiuisibile est vt finis non ita erit vt finis corporis, sed velut oĩum finis & principium eorum, quę sunt: & eo modo prorsus, quo etiam Arist. mentem apud eum, siue primam causam vnum aliquid esse inquit, clamans non esse bonum multorum dominatum & principatum, & eandem ostendens impartilem esse, immobilem, omnium finẽ, intellectum simul & intelligibile, atque intellectionem. Et hoc non à solo Platone, sed etiam à Parmenide accepit. qui dicit,

Idem est intelligere & cuius gratia est intellectus,
Non enim sine existente, de quo dicitur, est inuenies intelligere.

Nam dicere, gratia intellecti est intelligere, idem est dictu gratia entis, quod est eius finis. Item Arist. totum & partem atque continuum velut de corpore dicta accipiẽs absurda intulit, quòd si iuxta mentem illorum, atque sententiam acciperentur, profecto admitterent ens habere partes in ordine entis, siquidem ipsum totum appellet dicens, totum vniforme atque propter cõtinuitatem in infinitum procedere diuisibile. Vnde,

Continuũ oẽ est quod existens existẽti propinquũ est. Sed apertius est hoc absurdum, quód apud Platonem Parmenides admisit de vno & ente, iuxta secundam petitionem & suppositionem dicens. Quid ergo? num hæ partes vnius entis, scilicet ens & vnum, ita seinuicem deserunt, vt vel vnum entis pars esse desit, & nec vel vnius ens? Non certe. Igitur rursus vtraque pars & vnum & ens simul complectitur, adeo vt pars quælibet ex duabus saltem particulis constituatur, & secundũ eandem rationem eodem modo semper quęcunque particula fit in eadem contineatur vtraque. Nam vnum semper ens, & ens vnũ mutuis nexibus amplectuntur. Vnde, cum vbique quauis particula duo emergant, necesse est nunquam vnum exteriore omnino. Nõ ne hac ratione vnum ens infinita multitudo erit? videtur. immo omnia illa habere rationẽ entis eandem, & inter se mutuo eadem esse nihil absurdi loquitur. Nam, si illa omnium causa est, atq; omnia est ante singula, liquet profecto, vt omnia in ea complectantur, & concludãtur secundum vnitatem continentem nexum vnius, quod est, per quam indiuisibiliter seiuncta vnumquodque eorum omnia est. Et hæc, vt puto, etiam Arist. videntur asserenti, omnium causam esse, quæ apud ipsum est prima mens, & affirmãti duplicem ordinem, hũc quidem in causa, illum autem in effectu. Et nisi viderer, quibusdam ea, quæ interseruimus explicauimusque, lubrice, ac minus liberaliter transferre, interpretarique, dicerem profecto, & Aristotelis. Tertio Parmenidis vnius entis ordini assentientem, hoc argumento in eum inuectum fuisse. Summum indiuisibiliter vnitum est, medium autem in vnitatem cõnectẽs descendit, totum igitur & pars sunt. Icirco & Arist. in ratione ipsa de continuo, posuit dubitationem de parte & toto. Tertium autẽ vnitum specialem separationem promens & producens, oĩa in seipso secundum causam complexus est. Vnde, cùm sit intellectualis separatio cuncta vnius, quod est, vnitate commiscentur & cõnectuntur. quod quidem si quis accipiat velut diuisum, & separatum, hoc seruans inueniet vnius entis intellectualem intellectionem: sed, cùm separatio quomodocunque per causam appareat etiam progressus generationis partiũ in infinitum, illinc accepit indeficientem & nunquam interituram multitudinem. Vnde quis tam demens dicere auderet Arist. videri his diuinis Decretis cõtradicere? aut ea, quæ in Naturalem Cõtemplationem adducta sunt veritatem perturbare, ac variare? Non. n. sensilis rerum distributio atq; separatio vnitatem intellectualem suscipit, velut neque intellectualibus vnita substantia per causam multiplicatam rerum distributionem atque distinctionem, continet, sed, vt eandẽ ibi inuenire & contemplari possumus, ita, & in sensibilibus vnius pfecta ratio vnionis conspici potest. Hic ergo indiuisibile, & continuum, & cõmunio conuenientiaque s'm vnã definitionem non cõuenit, neq; adaptari potest ipsi vni, de quo loquebatur Parmenid. Quòd aũt Parmenidi non contentiose contradictum est, pandit etiam Plato in Parmenide, qui cùm Parmenidem vnũ esse, quod est, accepit, & ex illo passim id, quod supra illud est inuenit, quod neque vnum quidẽ vocandum putat: qui vero post illud sint, vnius esse ordinis censet. At in Sophistei aduersatur, asserẽti vnum esse, quod est, atque secernit vnum ab ente tanquam superius ente. & ostẽdit primo hoc vnum ens vnitum participare vno, deinceps demõstrat idem esse diuersitate distinctum & multiplicatum. Sed, vt Platonis dicta melius percipiantur, forsitan melius erit conscribere ea, quæ Plato in Sophista dixit. Quid ad eos autem, qui vniuersum vnum esse tradunt, nonne perscrutandum est eos pro viribus quid ens vnum dicant. The. Cur non? Hospes. At hoc ergo respondeant, num dicitis esse vnum solum dictis? Dicimus. n. respondebunt, an non? The. ita. Hosp. non ne ens aliquid vocatis? The. certe. Hosp. nunquid idem, quod vnum nominibus ad idem duobus vtẽtes? an aliud? The. Quid ad hæc hospes hi respondebunt. Hosp. Patet o Theętete illum, qui hoc supposuit, non facile ad istas aliasq; modo interrogatas quasuis obiectiones responsurum. The. qua ratione. Ho. duo quidem nomina confiteri, cum vnũ duntaxat ponatur, ridiculum est. The. quid tum? Hosp. quin etiã dicente aliquo, quod nomen aliquod est ratione carens, admittere temerarium. The. quo pacto? Hosp. qui ponit nomen à re diuersum, duo quædam inducit. The. certe, hos propterea si idem cum re nomen esse posuerit, cogetur vel nullius esse nomen: vel si est, alicuius nominis nomen esse fateri, alteri vero nequaquã. The. sic est. Hosp. & vnum vnius vnum esse solum, & hoc ipsum vnũ esse. The. necesse est. Hosp. Quid porro? totum ab ente vno diuersum, an idem dicent? The. cur non dixerint? dicent enim, & dicunt. Hosp. si ergo totum est, quemadmodum inquit Parmenides, æqualis vndique sphæræ moli persimile à medio ad circunferentiam penitus æque distans: eo nanque nec maius quicquam, nec potentius est, necessariũ est ob talem circunferentiam illud, quod est medium, extrema habere, & idcirco partibus quoque cõstare, vel quomodo. The. sic oportet. Hosp. atqui nihil prohibet ipsum diuisum in partibus omnibus passionem vnius habere, atque hoc modo, & omne ens, & totum vnum existere. The. nihil penitus. Hosp. Quod autem hæc patitur, an non impossibile est idipsum vnum esse? The. quomodo? Hosp. quia s'm verã rationem impartibile omnino re vera ipsum vnũ est ponendũ. The. oportet sane. Hosp. Quod vero tale est, vt ex pluribus partibus construatur, cum vniuersi ratione minime consonabit. The. Intelligo. Hospes. Vtrum totum ipsum vnius recipiens passionem, ita, & vnũ, & totum erit? Vel oĩno nõ dicimus ipsum vnũ totum esse ens. The. difficilem eligendi mihi prouinciã proposuisti. Hosp. Atqui verissimũ dicis, cumq; ens vnũ esse admittar, cur non ens, & vnum idem apparet, & plura omnia vno erunt. The. certe. Hosp. quod si id, quod est, non sit totum ex eo, quod susceperit illius passionem, sit autem ipsum totũ, non erit sui ipsius egens? The. maxime.

Ordo duplex in causa, & in effectu. Summũ vnitũ est, absque diuisione. Medium est totũ & partes. Separatio & cognitionẽ apparens ex causa multiplicatur. Arist. non diuinis Theologiæ decretis aduersatur, & cur. Vnius perfecta vnio non est in sensibilibus. Vnum superius est ente.

» xime. Hosp. Enimuero s'm hunc sermonem cum se ip-
» so priuetur non ens erit ens ipsum. The. sequitur. Hosp.
» Atqui ita rursus oia plura quam vnum existunt, cum tam
» ens quam totum propriam naturam seorsum ab altero
» sit sortitum. The. profecto. Hosp. Et si omnino non sit to
» tum eadem hæc enti proueniunt, ac præter id, quod con-
» tingit non esse, cõtingit etiam neque factum fuisse. The.
» cur inquam? Hosp. Quicquid factum est semper factum
» est totum. Quamobrem neque essentiam, neq; generatio-
» nem tanquam existentem appellans debet qui vnum, vel
» totum in ordine eorum, quæ sunt non ponit. The. omni-
» no sic esse videtur. Hosp. Præterea, quod totum non est
» quãtum esse nullo modo potest. Nam quatenus quantum
» est, eatenus esse totum necesse est. The. prorsus. Multa er
» go alia pene infinitas dubitationes singula continere appa
» rebit ei, qui id, quod est, vel duo aliqua, siue vnum tantum
» dicat, minimum vero minime indicant, & quæ nũc se of-
» ferant. Vnum nãque connectitur ac pendet ex alio, in pre-
» dictis maiorem, ac grauiorem afferens errorem. Cæterũ,
si hæc quidem aliquanto longiorem habuerũt digressionem, amori, quo ad illa sum affectus, condonentur. Accedamus autem ad ea, quæ deinceps sequuntur.

Tex. 20. *Conturbabantur autem, & Posteriores, quemadmodum, & Antiqui, num illis eueniret, idem simul vnum esse, & multa. Quapropter, & alij quidem ipsum Est, auferebant, quemadmodum Lycophrõ. alij autem mutabant dictionem, nempe, quòd homo non albus est, sed albefactus, neque ambulans est, sed ambulat, ne ipsum Est, adijcientes, multa faciant esse vnum, ac si vno modo dicatur vnum, & id, quod*

Tex. 21. *est. Sed multa sunt, quæ sunt, aut ratione, vt aliud est albo esse, & musico, (idem vero vtraque. multa itaque, vnum) aut diuisione, quemadmodum totum & partes. Hic autẽ iam dubitabant, & confitebantur vnum multa esse, tanquã non contingeret, idem vnum & multa esse, non autem opposita. est enim vnum & potentia, & actu.*

Cõm. 26. Cùm demonstrauerit iuxta vnumquodque significatum vnius idem esse vnum, & multa, est etenim, vt continuum, diuisibile in infinitum est: &, cùm totum est, partiũ multitudinem, quæ sunt diuersæ à toto, habet. Item ea, quę sunt ratione ęędem, vnumquodque, vnum, & multa esse ostenduntsiquidem, cùm homo sit, etiam sint equus, bos, atque alia, quæ eandem rationem cum illis eius, quod est, habent. præterea indiuisibile est principium, terminus, & alia multa. Cùm ergo hæc explicasset, cùm præterea veteres in contradictionem inciderent, subiunxit hoc absurdum, scilicet idem vnum & multa esse. quod euenit illis, qui dicunt, vnum illud, quod est, esse, non solum illos, aduersum quos adductum fuit, concitauit ad conturbationẽ & ad ambiguitatem, sed etiam eos, qui post illos secuti sunt. Nam isti non dicebant vnum ens esse, sed ponentes vnumquodque sensibile esse, ceu Socratem, deinde propter prædicamenta accidentium, quæ dicuntur de ipsis, multa esse dicentes, vt Socrates simus, Philosophus, & forte fortuna albus est, conturbabantur quonam pacto fieri posset, vt idem vnum & multa esset, quocirca hoc verbũ est de substantia prædicari sentiebant, dicentes, Socr. est, sed, cùm accidentia prædicarentur de substantia, auferebant hoc verbum est, quippe verbum hoc cum substantia non efficit multitudinem. Nam idem de eodem dici autumabant, at si appositum fuerit esse, vel est accidentibus, quæ sint qualitates & accidentia propria, ipsum est copulat, & accidentia cum substãtia, ceu cum dixero, Soc. albus est. ibi.n. duo fiunt quæ sunt. Iccirco Lycophron demebat est, à prędicatis, dicens Soc. albus, perinde ac accidãtia per se sine hoc verbo est, nullum eius, quod est, additamentum facerent. Sed allucinantur hi, quia, si non efficiebant additamentum, idem dictu erat Soc. & Socr. albus. Item hæc prolatio pronuntiatione non efficit orationem enuntiatiuam: quippe nec verum, nec falsum significat, immo nec aliam orationis speciem facit. neq; oratio erit: quippe non est imperatiua, neque interrogatiua, neque optatiua. Præterea, quod dubium à principio non euaserunt in alia rursus inciderunt. Vnde alij, cùm vellent orationem enunciatiuam facere, prædicata, quæ nomina sunt, transformarunt in verba, dicentes, non homo albus est, sed albefactus, nec ambulans est, sed ambulat, ne adijcientes est, vnum multa efficerent. Et, cùm constaret, quòd accidentia, cùm naturã remissam exilemque habeãt, quemadmodum verbum actionem, & passionẽ significat, sunt entia substãtia quo ad naturam inferiora. Sed constat etiã hos non effugisse dubitationem, quanquam vertentes ac transformãtes dictionem prædicationem facerent. Nam omne verbum in participium, & substantiuum verbum est resoluitur. ceu ambulat, ambulans est. Sed Eretrienses dubitationẽ sic formidauerunt, quod faterentur, nec vnũ quidem de aliquo prædicari, sed vnumquodque per se dici, ceu homo homo, & album album, Sed hi neque euaserunt dubitationem. Etenim homo multa est, & albũ multa, vt definitiones indicãt. Item inciderunt in alterum absurdum, quod tollit orationem enũciatiuam. Sed hi vnũquodque sensibile multa esse, eo quod multa de ipsis prædicantur, sic existimarunt effugere, non intelligentes, quòd non s'm solam prædicationem vnum, & ens multa sunt, sed etiam hoc modo, cum aliqua ratione differunt, & ideo multa sunt, atque vni, & eidem insunt, & de eodẽ subiecto prędicantur. Item alio modo, quo continuum, & totum est vnum ens actu, & multa potentia, quia diuidi potest in multas partes, & econtra, multa, & diuisa actu vnum continuũ est potentia, quia possunt coniungi cohærereque in vnũ, ceu multę ceræ partes. Vnde ad illud quidẽ nisi sunt euadere his, quos diximus modis, sed ad hoc, cùm nequirent respondere seseq; verbis tueri, terga dederunt, & concessere id, quod absurdi loco habebant, scilicet idem vnum, & multa esse. sed illorum erroris, & absurdum concedendi causa fuit, quia non poterant perspicere, quonam pacto idem vnum, & multa possit esse, licet non secũdum idem vnum, & multa sit, sed vnum subiecto, accidentibus vero multa: quæ quidem inter se non opponuntur: vel vt actu vnum, & plura potentia, ceu continuum. Neque.n. hæc contraria sunt inter se, quoniam non de eodem sunt: quocirca simul esse possunt. Nam opponuntur ea, quæ in eodem, vel secũdum idem ambo actu sunt. ceu quando aliquis dicat. Socr. eodem tempore vnum digitũ, & plures habere. Nam alio atq; alio tempore s'm eandem particulã nullum absurdum est vnũ, & multa simul stare, atq; existere. Nam qui actu sine filiis est, profecto diceretur potentia vnum, atque multos filios habere. quocirca neque vni actu plures potentia, scilicet procreandi opponuntur neque inter se: idcirco, & simul sunt. Siquid enim sopitis sensibus accumbit & stat potentia, id profecto vigilare & dormire potentia dici posset. talis ergo videtur esse in promptu euidensque sententia contextus Arist. Sed, cum Porphyrius nouis recentioribusque cõgruenter dictis percurrat contextum, neq; illa, quæ videtur illi, omittenda sunt, cùm nonnulla dicta rescindit, nonnulla vera apposita in eisdem verbis, addit. inquit igitur, quod, cùm cõpleuisset absurda, quæ adducuntur iuxta vnumquodque significatum vnius, adducit aliam dubitationem, quam aduer-

Enunciatiua oratio absque verbo fieri nõ potest.

Verbum omne in participium, & substãtiuum verbum resoluitur.

Vni, et eidem multa insunt, & de eodem prædicantur subiecto.

Vnum actu, plura est potentia.

Vnum subiecto, multa accidentibus esse contingit.

aduersus ipsum nonnulli afferre possent. Nam quispiã diceret, quod hæc recte addubitauit, quia supposuit vnum multipliciter dici, pariter, & ens. quod si hoc minime concederetur, hæc dubia forsitan nõ adduxisset, Intulissetque cõtra quem instantiam obiectionemque validam, simul, & à nullo interprete perspectam, dicens, quòd si non supponeretur, petereturque ens decem modis dici, nõ solum Parmenides, & Melissus, sed etiam alij omnes tumultuabunt. Videamus igitur proprie vnum, quotuplex nobis occurrit. nonne simul cõstat, quatenus vnum excogitatur, & intelligitur, vt sit aliquod simplex, impartibile, & indiuisibile? cum igitur dixerint animal quidem esse vnum genere, multa autem specie, multi vero numero. Socratẽ quoque actu vnum, potentia autem partibus: & accidentibus multa, nonne hi ferunt nominãtque nomine vnum, sed notione vnum nequaquam fatentur? Nam in his non exigua apparet partitio, atque diuisio, quanquam genus, & species vno modo dicerentur: ceu multitudo ipsa, & equus, si singulariter diceretur multitudinem indicat, & ostendit. merito igitur in his dubitatio quędam erat. ceu in primis de subiectis, & accidentibus. Nam, si Socr. albus est, quonam pacto idipsum totum erit vnum? vel.n. album nihil est, & ita ipsum non amplius prædicabitur de Socr. vel si quidem album aliquid est, quamobrem non erit duo Socr. albus? Nam si eo, quod prædicatur nihil est, cur nõ magis Socr. qui subiicitur nihil erit? quippe vtrunque est. Similiter etiam de vno, quod est actu vnum, atque multa potẽtia. Quid.n. vtique dicemus? num partes nihil esse fatebimur? sed quomodo, si partes nõ sunt, & totum nõ erit, totum constet ex partibus? sed sunt partes? quomodo Socrates multa non erit? Item etiam de vno velut genere, vel vt specie dicendum est. Nam, cùm animal homini & homo Socr. inest, nunquid velut nihil accidit? quòd si velut nihil, quonã pacto animal ab ipso nõ animali & hominem ab equo differre dicemus. Et quo nam igitur modo homo cùm sit, & animal, nõ multa erunt? Item cur Socrati homo accidit, & non homini Socrates? Ingens ergo perturbatio, atque confusio est non modo aduersus Parmenidem, sed etiam aduersum omnes, qui supponunt ens esse vniuocum, & statuerunt ipsum esse velut vnum, cum nequeant tueri, ac seruare puram sinceramque vnius cõprehensionem, & notionem. Hisce ergo Lycophron, est non copulauit, neque immisit inter subiectum, & prædicatum, eo quod ex eo aliquid incommodi, absurdique accideret. Sed nonnulli prędicata transformarunt in verba, iudicãtes verba minus esse ǭ accidentia: Eretrienses autem, ne vnum quidem esse, quod de vllo prędicetur, dicunt, sed solum aliquod idem de seipso prędicari, ceu homo homo. Atqui neque priores, neque hi euaserunt quæstionem. Nã ipse homo quæreretur. verum negant hominem dignum esse quæstione. nam multa essent, si actu diuideretur, at modo nos fatemur vnum esse. Atqui ratio, & quæstio erat de illo, quod est indiuisibile partibus, num sit aliquid, vel nihil, quod sit adhuc in ipsis. quare non soluitur quęstio. talem igitur dubitationem solus Arist. agnouit, quomodo soluere oporteat. Nam, inquit, entia non æque eodemque modo entia esse, idcirco asserit ens nõ esse genus ipsorum, sed tale esse, quod etiã ipsum per se subsistere queat, proprium characterem seu peculiarem proprietatem, & designationem, qua à cæteris rebus seiungitur, ostẽdens, atque possidens. Entia vero, cùm non eodem modo participauerint ente, sed alio modo est in illis, & pendet ab illis, quoad esse. Nam pater, & filius fortuna ambo, atque dominus & seruus extiterunt. Iccirco ens multifariam dici tradit. Verum alia in substantia firmauit, qua etiam subiectum designatur. Vnde alij, ceu Stoici, auferebant alia, pręter ea, ǭ euidentia erant, sed is, qui omittit vnum substantia, magis peccat. Quæ enim sunt, multa faciat, & accumulabit, velut insectilia corpora. qui vero tradit ea aliquo modo esse, cum in substantia considerantur, & post illam sunt, & aliquo modo non esse, eo quod nequeunt sine illa subsistere, is profecto rectam veritatem assecutus est. Persequentes igitur modos vnius, non amplius multa esse vnum dicemus, quoniam partes aliter, & non, vt Socr. vnum dicimus. Nam Socr. secundum suam proprietatem characteris vnum esse, ac subsistere constat. partes autem sine toto non subsisterent, sed sunt adeo, vt cum toto vnũ sint. manet ergo Socr. vnus eodem modo; & specie non multiplicatus simul & homo fit, eo, quod species nunquã per se subsistere potest, neque substare homo sic potest, velut primæ substantię, sed aliter. Verum nemo diceret hanc multitudinem aliud esse nisi Socratem, & si ipsa non sit tale, quale est ipse Socr. sed secundum illum, & cum illo sit. neque enim illud, quod est, sic est æquiuocum, ceu sunt ea, quæ à fortuna prodeunt, & sunt, sed est æquiuocum velut id, quod competit his, quorum vnum emergit ab alio, ceu album, tunc est, quando alterius causa est, atque ea ratione est, qua alterius causa existit. Nam, vt superficies, quæ est corporis, vt sit, ceu corpus à corpore, sic etiam oportet intelligere aliorum entium substantiam. Nam, vt alterius sit substantia habet. idcirco albus Socr. non amplius erit multa, neque ipse, & partes, quippe alia quędam non conueniunt, & concurrunt, ceu concurrunt boues, & coniunguntur ad iugum, & homines in loco, quibus Socr. coexistat, sed, cùm ipse sit subiectum, eidem hac ratione insunt accidentia, vel in eodem subsistẽtia, vel in altero, & per illud etiam sunt. quòd si multa, & post illa alia diuersa fuerint. dico autem accidentia, certe non sublata est adhuc quæstio. vnde ex hoc de ente, & non ente dubitatio oritur & emergit. Nam ens est substantia, & accidentia, velut quæ insunt ipsi substantiæ, nõ sunt entia, & alio modo entia sunt, vt entia eiusdem substantiæ. Item, si dixeris idem esse vnum, & multa, sed non vnum, eodem modo est multa: quippe ex his vnitatibus hoc modo vnum non multiplicatum est. Similiter & de partibus Socr. non enim, vt Socr. illæ quoq;, vt Socrates sunt, sed velut eius, & quæ in eo sunt, eo, quod illius sunt, non aũt, vt illud. ita quoque animal, & homo Socrates, non ita, quòd sit Socr. & homo, & animal. quemadmodum dicebant hi, qui ponebant ens esse vniuocum, vel vt hi, qui dicentes ens vnum esse, alia ex entibus auferebant. Socrates igitur non est tria, neque vnum solum: quippe alia nõ sunt nihil, cùm sint, quia Socratis sunt. attamẽ non vt Socr. sunt, & sic denuo Socr. multa, & non multa nec erit, sed vnum, sed nõ illud vnũ, quod prorsus purum sit, & sincerum expersque compositionis secundũ intelligentiam, sed quod subsistit vna subsistentia, & producit vnam substantiam. non velut vnus later, quòd sit vnum nomen, sed quia vnitas, & illius recipiat demonstrationem, idest, & est hoc vnum demonstratum. Nam vnum est multa, si quis ens exponat esse æquiuocum, quemadmodum prius Arist. intellexit. Multa igitur entia, primo sunt prędicatione, ceu substantia prędicatione bonitatis, & aliarum rerum. & ſ͠m omnia prędicta, quædam sunt actu, quædam vero potestate: & adhuc vel genere, vel specie, vel numero. Præterea diuisione, vel ratione, vel nomine, & nihil absurdum est, si idem alio atque alio modo videatur, & dicatur vnũ, & multa esse, atque simul vnum, & multa, non tamen ea sint, quæ opponantur.

Vnum quatenus unum simplex & partium prorsus expers est.

Vnum dicitur, quod unã substantiã efficit.

Entia dicuntur multa uarijs modis.

nantur. Causa autem huius rei, quia ens, & vnum non vno modo dicũtur, sed vnũquodq; multipliciter. Quod, cùm antiquiores Arist. non conspexissent, conturbati fuere, & alij quidem dicentes multa & infinita entia esse, quæ alterum ab altero mutuo pendẽt, & inter se cõponuntur: alij vero vnum sic sensere, vt cùm sit vnum ens non simpliciter sit sine omni dimensione, neque ita multa, ceu chorus, sed vt vnum sit, atque non vnũ, vt exposuimus. Hęc igitur ipsa per se non exiguo studio animaduertenda, quæ etiam ad naturales quęstiones, & ad diuisionem prædicamentorum iuuant, Porphyrius sapiẽtissimus pulchre conscripsit, forsitan accipiens occasionem aggrediẽdi ab eo, quod dicit Arist. quod quãquam vno modo ens, & vnum dicerentur tamen multa entia sint. Sed Porphyrij venia, si multa prædicatione induxit, cõsentaneum erat, vt entis diuisionem, quod velut multipliciter dicitur, in solutionem dubitationis assumeret. At nũc, inquit, multa entia esse, & vnũ, vel ratione quidem multa, subiecto vero vnum, ceu liquet in substantia, & in accidentibus, quę illi inhærent: idcirco & ambo accidentis exempla in vno genere qualitatis accepit, vel actu & potentia. Verum enim vero, siquis preterea dubitauerit, num substantia, & ea, quæ accidentia appellantur, sint similiter entia, quonam pacto idem ens secundum idem possit vnum & multa esse, quod dictu est, vnum, & non vnum esse. Vnde merito aliquis induxerit hanc solutionem, qua scilicet dicitur substantiam, & accidens esse diuersa entia quod quidem, & nunc insinuauit dicens, nihil incommodi, absurdiq́ue accidere, si idem fuerit vnum, & multa: multa sane ſm diuersas rationes accidentium, vnum vero subiecto, & substantia, quæ quidem hoc modo vna est, & plura secundum illum. Cùm ergo duæ sint dubitationes, quæ concludunt vnum, & multa esse, altera quidem, quæ fit multitudine eorum accidẽtium, quæ vni substantiæ insunt, altera vero ex continuo, quod quidẽ est vnum toto, & plura diuisione. Hæc autem solui tur per ipsum discrimen inter potẽtiam, & actum, etenim actu quidem vnum est, plura autem potentia. Altera autẽ dubitatio ab expositoribus nõ est soluta, neq; intelligunt veluti solutionem dubitationis, cùm Arist. dicit. Multa autem sunt ea, quæ sunt, vel ratione. Porro Alexan. proposita dictione, pro interpretatione, hæc adducit. Vel ipse diuisionem efficit. quibus modis vnumquodque vnum simul, & multa est, ostendens non dici vno modo vnum, vt prædixit: vel quomodo Zeno vnumquodque sensibile multa esse demõstrauit: dicit qua ratione alij conturbarentur. Nam vel entiaratione multa sunt & subiecto vnũ, ceu musicus, & albus Socr. ratione quidem sunt multi: quippe ratio musici alia est, & alia ratio albi, quanquam subiecto vnus sit Socr. vel idẽ est simul multa, & vnum, ceu totum & partes. Nam, vt totum vnum est, vt vero partes, quibus totum constat, multa est, cùm demonstratum sit non idem esse totum, & partem. Cum igitur Alex. hæc dixisset, deinde subiungit ea, quibus ostenditur non solutam esse dubitationem, quæ fit de accidentibus, sed sola il la, quæ fit ex diuisione dicens. In his, quæ multa sunt ratione, vt diximus, putarunt hi facere aliquid, quos veteribus posteriores dixit, cùm alij verbum est, ab accidentibus auferrent, alij vero affugerent, & transformarent dictionem. Sed hi, cùm nullam haberent instantiam a sophisma de parte, & toto, terga dederunt, & victi rationi succubuerunt. Est autem, inquit, totum vnum, & multa non eodem modo, sed actu vnum, potentia vero multa. Quare, si etiam soluenda est dubitatio de accidentibus, pulchre Porphyrius per id, quod Arist. intulit ac subiunxit, videlicet, tanquam vel vnũ, vel id, quod est vno modo diceretur, multa entia esse intellexit, & insinuauit. Simile fere, cùm & Eudemus ostendat, ac eiusdem solutionem in actũ & potentiam concludat, & redigat, forsitan vtile erit, si ea, quæ Eudemus narrat, in medium afferamus causas sciẽdi ea, quę dicuntur. Sic iacẽt verba eius post obiectiones, quas per significata vnius fecit. Nunquid ergo hoc quidem non est vnum, vnum vero aliquid est? Nam hoc venit in dubitationem. Et Zenonem tradunt dicere, si quis definierit quid vnum sit, dicturum, oportet id per ea, quæ sunt tradere, quod vnumquodque sensibile ſm prædicationem, & partium diuisionem multa dicitur. Vnde Eudemus tradit Zenonem neque posuisse punctum vnum esse. Nam id, quod neque additũ alicui auget illud, neque sublatum minuit, putauit non esse inter entia numerandũ. Si quis autem, & reliquas appellationes adiecerit, is profecto rationem adhuc magis probabilem ostenderet, ac probaret. Nam punctum nec substãtiam, nec quantitatẽ, nec quicquã aliud diuisibile efficere videtur. quod si punctum tale quid est, dicemus sane vnumquodque multa esse, ceu albus musicus, & multa alia, similiter autem & lapis se habet. nam vniuscuiusque infinita est diuisio, ac fractio, quomodo ergo erit vnum? Nonnulli igitur, quo ad prędicata existimarunt subticẽdum esse verbum est, quorum vnus erat Licophron, qui hominem esse asserebant, sed hominem album esse non dicebant. similiter etiam de vnoquoque aliorum legem statuerunt, promulgarunt, quippe qui nullo quouis pacto ipsum esse adiici adiungiq́; voluerunt, sed vnum duntaxat singula esse dixerunt. Plato autem ipsum est, non putauit significare aliquid, quod esset in homine, sed veluti sapiens est, sapere, & sedens est, sedere, eodem etiam modo alia se habent, & si non ponantur nomina. Vnde ad vnum, quod erat prædicatione multa, hunc in modum resistebant. At contra ea, quę ſm diuisionem sectionemq́ue partium videbantur esse multa, nulla aderat illis dicendi facultas, quandoquidem operæprecium sit, atque conducat, ad veritatem explorandum, vt videtur, vnumquodque distinguere, & determinare, quot dicatur modis. Nam Plato introducens modũ distinguẽdi dupliciter, multas persoluit de rebus dubitationes, at quas nunc sophistę tanquam ad formas confugiunt. Præterea distinxit nomen a rationibus. Sed ad dubitationem vnius, opportuna visa est diuisio entis, quæ sane Philosophis erat impedimentum, & parum ipsa vtebantur. at sapientis est vti recte vnoquoque. Nam alii vtentes principiis nihil producunt, licet principium sit fœcundum, & fu sum: alij verò non facientes principia, nequeunt vltro procedere, quod non habeant à quo. Item dixere scientes, & fortes, & quæcunque huiusmodi esse cum actu, tum etiam potentia: at vnum esse non dixerunt, nec multa. Ied omnibus, vt ita dixerim, eadẽ diuisio accommodari potest. Nã, si nos, exempli gratia, oporteret numerare dormientes, illico hominẽ, & equum numerabimus, si multi dormiãt, saltem respiceremus ad potentiam ipsorum, quæ accubare queunt. Verũ de piscibus dubitabimus, & proficiscemur ad piscatores. sed, si domi dormientes numerabimus, plures sane assumemus homines, & equos, siquidem domi sint, & non dormiant. Constat igitur, quod prius in potentiam, postea vero in actum respicimus. Eodẽ modo vnũ, & multa sunt actu, & potẽtia: actu igitur ambo eidẽ simul inesse nunquam possunt. Sed dices, videtur hoc absurdum esse, vnum esse actu, plura potentia. At minime absurdum esse respondemus, cùm quod est vnum actu, multa sit potentia: siquidem illud vnum fuerit de numero partibiliũ ac diui-

Vnum non esse, existimauit Zeno.

Est quid significet.

Distinguendi dupliciter modum.

Plato primus induxit, & vsus est ad soluendas multas ambiguitates.

Definitio nominis oratio- num.

Diuisio valet ad solutionem dubitationis de vno.

Principium multiplex est.

Vnum est multa potentia.

ac diuisibilium, quippe non sunt contraria hæc. hoc etiam modo in eodem lapide multa erunt, ceu Mercurij, Hæraclitique simulacra, atque alia infinita. Ná omnia hęc sunt in eadem potentia, actu vero vnum solum. quæ vero multa sunt actu, vt sunt multa actu, vnú potentia esse nequeũt. velut quæcunque in vno conueniunt, & componuntur, eidemque cohærent, ceu sedere. Nam potentia simul circa vnum erunt, quod possunt esse simul in vno, sed non actu. Vnde si adesset nobis Zeno, ei responderemus, vnum actu non esse plura actu, quoniam eidem proprie inest vnum, sed plura secundum potentiam. igitur hoc modo idem fit vnum, & multa, vt alterum sit duntaxat actu, sed simul vtrunque eodem modo nunquam esse potest. Vnde, si ipsi crediderimus, assentiemusq; eadem dicentes, promissio implenda est, in quá hæc ratio Zenonis videtur alia quędam esse ab ea, quam in lib. affert, cuius Pla. in Parmenid. meminit. Nam ibi sub Zenonis persona ostendit non esse multa, qui contrario tuebatur Parme. pręceptorem asserẽtem vnum esse. at hic, vt inquit Eudemus, tollit vnum. Nam punctum velut vnum esse concedit. Veruntamen Alexáder putat Eudemum, & hic commemorasse Zenonem, velut multa de medio tollentem. Nam inquit, vt narrat Eudemus, Zeno Parme. familiaris conatus est ostẽdere non posse multa entia esse eo argumento, quod nihil est vnum in entibus, ac in his quæ sunt, & quod multa sunt multitudo constans vnitatibus. Sed quod Eudemus non meminerit Zenonem veluti tollentem multa, constat ex verbis eius. Vnde existimo neque tale argumentũ in lib. Zenonis ferri, quale Alex. inquit: quod sane censeo ex dictis perspicuum, quoniam etiam Eudemus dubitationem ex discrimine inter potentiam, & actum soluit. & forsitan Eudemus solutionem indicat ex differentia entis, vbi ait: Sed ad dubitationem eius, quod videbatur esse opportuna diuisio entis, quæ sane Philosophis erat impedimentum & raro illa vtebátur. erat forte fortuna impedimentum, quod non recte diuiderent, sed raro vterentur. Vnde hęc num sic se habeant, an secus iure explorare dignum est. In primis, cum Eudemus dicat Platonem non putasse ipsum verbum est, in prędicatione accidentium significare substantiæ participationem, sed solum dispositionem affectionẽque per accidens. veluti sapiens est, nihil aliud significat quam sapere, & sedens est nihil aliud quam sedere. Hæc itaque, cùm dicant Eudemus, Alexáder, Platonem inquit, fuisse illum, qui dictionem accidentium transformauit, & forsitan, quia eádem opinionem post eos, qui sustulere ipsum Est, Eudemus meminit. Verum, quod Plato nõ inciderit in eorum numero, qui conturbati fuerant ob dubitationem, nec Arist. hunc insinuauerit, patet ex his, quæ adduxit in Philebo. vbi inquit talem dubitationem, ambiguitatemque esse puerorum nugantium garrulitatem, scilicet Dialecticá litigiosam, sed in Sophista vniuersam dubitationem plane exponit, & studiosos illius deridet hunc in modum scribẽs. Hominem quidem multis quibusdam cognomentis denominamus, dum colores illi, figuras, magnitudines attribuimus, virtutesq;, & vitia, in quibus omnibus atque aliis fere infinitis, non tantũ hominem esse ipsum dicimus, sed & bonum, & alia infinita, atque in alijs similiter agimus, quodlibet. n. vnum ponentes, multa deinde, multisque nominibus appellemus. Th. Vera narras Hosp. Vnde iuuenibus, vt arbitror, & tardo ingenio senibus aduersandi occasionẽ dedimus. Nam illico quisque obiicere potest, quod impossibile sit multa vnum & vnum multa esse. Quapropter exultant dum hominem bonum dici nõ sinunt, sed bonum quidem, bonú, & hominem vero hominem vocari volunt. incidisti sæpenumero, vt arbitror Theætete in homines, qui argutiis huiusmodi student, plerunque etiam seniores, qui propter inopiam sapientię hæc admirantur, & putant hoc veluti quoddam vndiq; sapientia præclarum inuenisse. Vnde Plato eandem dubitationem soluit, ostendens, & species inuicem participari, easdem etiam s̃m seipsas voluit habere proprios characteres, s. designationes denominationesque ac proprias descriptiones. Item censuit s̃m cõmunem mixtionem ac complexionem, copulationemúe, qua inuicem res conmiscentur, vnum aliquod totum prodire & fieri. velut ex literis mutuo inter se commixtis, & copulatis, nomen, verbum, & vniuersa oratio proficiscitur, & vnumquodq; s̃m se ab alijs seiunctum, & non esi id, quod alia, multitudinem efficere ratus est. Nam reuera vbi multitudo, ibi etiã non ens. iccirco & Parm. cùm vellet ostẽdere ens vere vnum esse, confestim primo diuisit id, quod supra ens est, & substulit primo non ens. Itẽ Plato volens demónstrare non ens esse in his, quæ sunt, atque non modo esse in rebus sensibilibus, sed etiam in ente intellectuali, primo tradidit separationem, distinctionemq; & formarum multitudinem. qui etiam in lib. Parmenidis dicendo dubitationem nihil acuminis, atque eruditionis habere, qua solẽt ambigere quomodo in sensibilibus idem queat vnum, & multa esse, illam soluit: asserens, vnum quidem esse participatione vnius, multa vero participatione multorum. Sed ipsa Platonis verba audire, fortasse pręstabilius fuerit. Etenim siquis me vnum ac multa entia esse demõstrauerit, cur mirandum? siquidem volens multa me asserere, dixerit alia esse dextra mea, alia sinistra, alia anteriora, alia posteriora, superiora denique, & inferiora similiter. Nã multitudinis ipsa particeps suum: & quando me vnum ostendere velit dicat, ꝙ est nobis, qui septem sumus, ego vnus homo sum, vnius particeps: similiter nihil mirum est, quare vtraque vera affirmãtur. Si ergo quispiã talia conetur vnum, & multa eadem demõstrare. lapides videlicet, ligna, ac reliqua huiusmodi, vnum, & multa ipsum ostendisse fatebimur, non tamen vnum multa, neque multa vnum, neque mirabile quicquam prædicasse, sed, ꝙ omnes cõfiteremur. At si quis, ꝙ paulo ante dicebam, primum quidem species ipsas s̃m seipsas seorsum distinguеret, veluti similitudinem, dissimilitudinẽ, multitudinem, vnum, statum, motum, cęteraq; huiusmodi. deinde ista in seipsis commisceri & secerni posse demõstraret, obstupescerem equidem ò Zeno inquit. Vides ergo in sensibilibus idem vnum, & multa esse quomodo nihil mirum esse inquit. veluti neque mirum est, si idem in similia, atque dissimilia. Sed, si in intellectualium exẽplaribus talẽ mixtionem contemperationem ostendere voluerimus, ꝙ sane ipse in Sophista fecit dicens, id attinere ad Philosophum, erit profecto hoc non parua consideratione dignum. Nã necesse est eum vnitatem mixtam non confusam, & separationem discrimenq; nõ distinctum & diuulsum specierum contemplari, qui hæc demõstrare voluerit. Eiusdem igitur dubitationis solutiones, ꝙ idem vnum, & multa sit, habemus etiam apud Platonem. Aliam equidem de intellectualibus speciebus in Sophista, qm̃ vnum est, non s̃m participationem, sed magis secundum identitatem & vnitatem, qua vnumquodque solum non participat alijs, neque solum idem est illis, sed qua vnumquodq; vnitum ad ipsa oĩa est vnum. ꝙ sane in Parme. Socr. ostendere vult. multa vero postea sunt, si vnumquodq; consideratur s̃m suipsius proprietatem. Aliam autem solutionẽ de rebus sensibilibus habemus in Parm. s̃m participationẽ vnius & mul-

Est, quid nã apud Platonem significet.

Totum fieri per participationem, siue complexionẽ.

Multitudo inducit non ens.

Formarum multitudinẽ non ignorare oportet.

Hoc qui capiunt videre non ens in his quæ sunt.

Vnum participatione vnius.

& multorum in eodem. Solutio autem Arist. quam Porphyrius indicauit, ipsa est etiam de sensibilibus. Est autem ipsa ex discrimine rerũ, quæ nõ sunt vniuoca, sed, vt diximus, sunt veluti illa, quorũ vnum est alterius causa. Vnde substantia, cùm sit apta idoneaque per se substare, quo etiã subiectum manet quod vere est, & propter eandem vnum est, quod est totum: accidẽtia autem, vel partes, quę in substantia, & toto subsistunt sm multitudinem habentur eo vno non multiplicato, in quo sunt: quippe nihil illi additur eo, quod hęc per se subsistere nequeat, sed quædam, veluti remissa eius, quod est illa substantia, quę est multiplicata qualitas. Nam substantia ex his vnitatibus non multiplicatur. Et scitu dignũ est, ꝙ solutio ipsa etiã causam pulchre exhibet, affertq́;, per quã substãtia nõ in qualitate est, sed econtra, qualitas est in substãtia, & hoc est substãtia, illud vero qualitas. Sed, si genera, & species, atque accidẽtia sunt posteriora indiuidua substantia, tanquã, in illa subsistẽtia, profecto indiuidua substantia erit aliquid sine ijs considerata. Nã. Socr. sine homine, & animali atque sine accidẽtibus, quę velut Socr. cõplent, aliquo modo erit, si hoc modo fuerint posteriora tanquã secundæ partes totius, quãquam compleant totũ. Nam sm easdem partes indiuiduę substantiæ est quædam congestio, quędamq́ue conueniẽtia substantiæ existẽtis, & quo ad hoc subsistentis. Iccirco neq; exemplũ est principiale de vniuersitate indiuiduorũ, qm̃ hæc subsistunt sm quandã multarum rerũ conueniẽtia, & aĩa cognoscit ipsa cũ sensum ferunt redigens concursum eorũ ad costituendum vnũ conceptũ, & intelligibile.

Genera et species, & accidentia sunt posteriora ipsa substantia indiuidua.

CAP. III.

Tex. 22. *Hoc igitur modo dicentibus, impossibile videtur quæ sunt, vnum esse. Et ex quibus ostendunt, soluere non difficile est. vtrique enim contentiose ratiocinantur, & Melissus & Parmenides. Nam & falsa accipiunt, & non concludunt syllogistice. Est autem Melissi longe intollerabilior rõ, & non habens dubitationẽ. sed vno inconuenienti dato alia contingunt. hoc autem, nihil difficile est.* Tex. 23. *Quod igitur male raciocinatur Melissus, manifestum est. opinatur enim accipere. si quod genitum est, habet principium, quod & id, quod non genitum est, non habet.*

Com. 17. Cum prius acceperit vniuersalem destructionẽ suppositionis, ne videatur ob imbecillitatem rationum, quæ ipsi suppositioni fauent, refelli, deinceps proficiscitur ad cõfutandum ipsas rationes, quibus addicti fidemq́ue adhibentes asserebant vnum ens esse. qđ quidem facit Arist. nõ vt comprobet confirmetq́; suum dogma, sed vt consoletur atq; his consulat, qui coacti fuere ob rationes illorũ ambigere. Nam, si dogma eorũ prorsus de medio sublatũ fuerit, atq; euersum, & rationes probãtes ipsum dissolutæ fuerint, citra controuersiam opinio opposita deinde firmabitur. Præcedens. n. eorum, quæ aliquibus repugnant, cõfutatio, per accidens est eorum, quę repugnant conprobatio ac confirmatio. quare, si tolleretur ens vnũ esse, illico ostẽduntur, & confirmantur plura esse. Nam, & hoc modo Zenonis ratio, qua ostẽdebat plura absurda illis accidere, qui asserunt multa entia esse, opem ferre Parmenidi, asserenti vnum ens esse nõ latuit Socr. Dicit ergo non esse difficile soluere rationes illorum, qm̃ demonstrabit assumpta, scilicet propositiones, & præmissas esse falsas, neq; figuram, & formam syllogismi esse vitiosam. Verum magis reprehendit, & damnat Melissi rationẽ, vt prius diximus, vel quia ille, præter alia, quæ dixit, ens etiam esse infinitum asseruit, vel quia videtur assumpta falsa accipere, & vitiosa forma syllogismum componere, cùm dicat si factum habet principium, nõ factum non habet principium. in quo syllogismo consentaneum erat destruere consequens dicendo, qđ non habet principium, nõ esse factum. Nam secundus modus syllogismorum hypotheticorũ sic concluditur. Parmenides autẽ ponit quidẽ propositiones in ordine, verum non infert conclusionem, quę sequitur ex præmissis, sed aliquid aliud dicens: qđ est præter ens est non ens: qđ est non ens, nihil est: qui postea concludendo nõ infert, ergo qđ est præter ens est nihil, qđ sane sequi debet, sed infert, ergo vnum ens est. Sed hęc postea sedulo magis explorabimus, atq; diligenter tractabimus, nunc aũt Melissi rationem videamus, cui prius respondet. Nã, cum Melissus vsus esset dignitatibus, quas Naturales Philosophi admittebant de generatione, & corruptione, sic libri initium facit. Si quidẽ nihil est, de hoc profecto nõ diceretur aliquid, velut de quodã ente. si autem aliquid est, vel factũ est, vel semper est: sed, si factũ est, vel ergo ex ente, vel ex nõ ente, sed ex non ente non potest aliquid fieri, neq; aliud est nihil, multoque magis nec ens simpliciter ex ente. Nã hoc modo iam esset, & non fieret, igitur ens nõ est factũ: ergo semper ens est similiter neque corrumpetur ens: quippe nec ens possit in non ens mutari. Nam & hoc conceditur a Naturalibus Philosophis: neq; in ens. nam sic rursus ens maneret, & nõ interiret, igitur neq; ens factum est, neque interiturũ est, igitur semper fuit, & erit, sed cũ factum habet principium, non factum non habet principium, & ens non est factum, ergo nec principium teneret. Itẽ, qđ interiturum est, atq; interijt finẽ habet, si ergo aliquid est expers corruptionis incorruptibileúe, id finẽ non habebit. igitur, cum ens sit incorruptibile, finem non habet, sed qđ nec principium, nec finẽ habet, infinitum est. igitur ens infinitum est, si aũt infinitum est, ergo vnũ, alioquin si duo, nõ possent esse infinita, sed sese mutuo terminarent. sed ens est infinitũ, ergo nõ sunt plura entia, igitur vnũ ens est. Atqui, si vnum est, igitur & immobile. Nã vnum ens semper simile sibi est. Quod aũt est simile, neq; interiret, neque maius euaserit, nec potuerit in alium transformari ornatum, neque dolet, neque augeretur. Nam, si aliquid horũ pateretur, nõ esset, nec potuerit in alium transformari ornatũ: quippe qđ mouetur quouis motu ex quodam in aliquid alterum mutetur vnum, sed nihil aliud erat præter ens, igitur hoc nõ mouebitur. Itẽ alio modo põt adduci argumentũ, nullum vacuũ adest enti, in quo sese queat recipere. nam vacuũ nihil est, igitur nihil nõ erit, igitur ens non mouetur. Nam aliquò secedere nõ potest, si vacuũ non sit. sed neque in seipsum contrahi potest, alioquin idẽ esset seipso rarius atque densius, qđ sane fieri nequit: quippe impossibile sit rarũ esse similiter plenum, vt densum, sed iam rarum magis vacuum est quàm densum, sed vacuum non est. Num vero plenum sit ens, vel non ens, eo iudicandũ est, si recipiatur in eo aliquod aliud plenũ, an non: si. n. non recipitur, ergo plenũ, si autem reciperetur aliquid, non esset profecto plenũ: si ergo non est vacuũ: ergo necesse est plenũ esse, si autẽ hoc admittitur, ergo ens moueri nõ põt, non eo, qđ per plenũ moueri nequeat, ceu de corporibus dicimus, sed quia ens oẽ non põt in ens moueri, quippe nihil aliud sit præter ipsũ neq; in nõ ens, qm̃ non est nõ ens. Hæc igitur dicta Melissi sufficiũt Arist. vt in illũ inuehi possit. assũpta aũt ipsius, vt breuiter dicã, hęc sunt. ens non est factũ: qđ non est factũ, nõ habet principium, qm̃ factũ principiũ habet. qđ non habet principiũ est infinitum, & nullum infinitũ põt esse cũ alio scđm, sed vnum est: ergo, qđ vnũ & infinitũ, imobile est. In his ergo primũ corrigit primam rationẽ dicentẽ, & si factum habet principiũ, ergo non factũ non habet principiũ. Vnde primũ reprehen-

Syllogiſmus vitioſus eſt magis ex figura, quam ex propoſitionū falſitate.

dit formā vitioſam ſyllogiſmi, deinde falſitatem præmiſſarum, & aſſumptorum dānat. Nam maius in ſyllogiſmo vitium, atque delictum eſt ſm figuram, quàm ſm propoſitiones. Huius rei autem indicium eſt, quia cum figura peccat, nunquam fit ſyllogiſmus, ſed ex propoſitionibus falſis fit, ſi poni, admittique ſolum concederentur. ceu homo lapis: lapis riſibile: ergo homo riſibile. accuſauit ergo atque damnauit formam ratiocinandi inutilem, eo quod conſequens ecõtrario ſecuſque accepit quàm opus erat accipere: quippe non ſequatur hoc, ſ. factum principium habet, igitur quod nõ eſt factum non habet principium, ſed hoc ſequitur, illud ergo, quod non habet principium, non eſt factū. Nam in continuatiuis conditionalibuſq; ſyllogiſmis tunc recte accipitur conſequens ſm conuerſionem, quando oppoſitum cõſequentis accipientes inferimus oppoſitū antecedentis. Nā huius propoſitionis, in qua dicitur, ſi homo eſt, animal eſt, conuerſio erit, ſi animal nõ eſt, neque homo erit. & ſi primū eſt, ergo & ſcdm: ſed nõ ſequitur, ſi non eſt homo, ergo neque animal. quare ſimiliter in ratione Meliſſi recta ſanaque erit illatio, quam conſequentiam vocant, ſi oppoſitum conſequētis accipientes, ſcilicet, quod nõ habet principium, concluſerimus oppoſitum antecedentis, ſ. ergo non eſt factum. Et eſſet vniuerſa ratio hæc, ſi eſt factum habet principium, ſed non habet principium, ergo non eſt factum. ſcilicet, ſi primum, ergo ſecundum. ſed hoc non expediebat Meliſſo. Nam, ſi aſſumeretur propoſitio dicens, ens aūt non eſt factū, erit totus ſyllogiſmus, ens non eſt factum: quod non habet principiū non eſt factum: ergo ens non habet principium, vnde eſſet in ſecunda figura, licet coniugatio ſyllogiſmi ſit forma vitioſa, quia quanquam non ſint negatiuæ præmiſſæ, ſed ex tranſpoſitione affirmatiuę, tamen in ſecūda figura ex duabus ſimilibus vel negatiuis ſimul, vel affirmatiuis nihil neceſſarium concluditur. Meliſſus ergo, cū accipiat, quod nõ eſt factum non habet principium, & prius oſtendens, ꝙ ens non eſt factum, quippe nec ex ente, neque ex non ente ipſum fieri poteſt, concludit ens non habere principiū. Sed forſitan aliquis dicet etiā conuerſionem ex antecedēti ſępenumero verā eſſe, præſertim in his, in quibus cõſequens conuertitur cum antecedenti. Nam ſi homo eſt, animal rationale mortale eſt, & ſi nõ homo, neque animal rationale mortale. Sed ea, quæ Meliſſus accipit, non vidētur adæquari, & inuicem conuertibilia eſſe. Nam, & ſi omne factū habeat principium, quod eſt in re, quæ eſt finita, non tamen omne finitum eſt factum, ceu ſol, & luna, atque cœlum. Veruntamē Eudemus per hæc aſſumpta inquit, nihil aliud demonſtrari quàm id, quod à principio diximus, ſcilicet, quod ens ingenitum ſit. Nam recta conuerſio eſt, quod nõ habet principium, ingenitum eſt, ens autē non habet prin-
» cipium. Dicit autē ſic. Non enim ſi factū habet principiū,
» non factum principium non habet, ſed magis hoc modo
» dicendum eſt, quod non habet principium non eſt factū.
» Nam ita in negationibus atq; deſtructionibus, quibus de-
» ſtruitur genus, & antecedens illatio ſequelaque fit, apud
» eum igitur ens eſt ingenitum: quippe non habeat initium.

Poſtea & hoc eſt inconueniens, cuiuſuis rei eſſe principium, & nõ temporis, & generationis nõ abſolute, ſed & alterationis, tāquā momētanea fiat, atq; aceruatim mutatio.

Cõm. 19. Cùm oſtēderit complexionem ſyllogiſmi, & coniugationem forma vitioſam eſſe, deinceps calumniatur falſitatem præmiſſarum ſyllogiſmi, damnās hanc cõtinuationē, conſecutionem, deductionemúe; qm̄, cùm ſupponit factū habere principium vt verum de initio temporis, idipſum initium mutat in principium ſecundum rē, & propter cognationem vtriuſque principij fallit, & decipit. Nam conſentaneum erat ei, qui acceperat principium tēporis, velut omni facto inexiſtēs, de quo etiā Meliſſus faciebat rationem, idem ſeruare in demonſtratione: hic autē accipit principium, quod in re eſt, pro principio temporis, ceu conſtat ex eo, quod acceperit id, quod non habet principium, eſſe infinitum. Nam aliquod principiō tot modis dicitur, quot cauſa, ceu efficiens, & vnde motus principium: & illud, ex quo, & materia: & vt forma, & ratio ſubſtantiæ. præterea, cuius gratia & finis. Item alio modo dicitur principium magnitudinis, quod etiam finem appellamus. Et ſi aliquid habet hoc principium, ſeu hūc finem, ipſum ſane dicimus eſſe finitum, ꝙ ſi aliquis ſtatueretur nõ habere tale principium, illud dubio procul dicimus eſſe infinitū, quo etiā modo punctū eſt lineæ principiū, & linea ſuperficiei, atq; ſuperficies corporis. Item partes ordine primæ, & principia dicunt, ceu cor, vel caput, vel radix: quippe q̄ perficiāt abſoluāt, terminentq; ſua tota. Accedit etiam alius principij modus, quo ipſum tēpus dicitur principiū vniuſcuiuſque generationis ſm primam temporis partē, in qua aliquid cœpit fieri: quod ſane tempus definire difficile eſt, quoniam tempus eſt diuiſibile in infinitum. Item alijs modis dicitur principium, at in præſentia hi ſufficiant. Omne genitum ergo, vt dici ſolet, habet principium temporis, in quo cœpit fieri, quod etiam generationis principium eſt, & non omne habet principium rei, ſed alia quidem facta ſunt, fiuntque ſecundum ſubſtantiā, & horum generatio quædam ſimplex dicitur, quod quę hoc modo fiunt per ſe fiunt, & alia cæterorum prædicamentorum non dicuntur ſimpliciter fieri. Nam Socr. ipſe per ſeipſum fit: calidum autem non per ſe, ſed calidum corpus, & aer lucidus. Ea igitur, quæ ſunt facta ſm ſubſtantiam, & eorum ortus habet non ſolum principium temporis, ſed etiam ab aliqua rei parte incipit, ceu in animalibus ab vmbilico, vel corde, & in plantis à radicibus, atque domus à fondamento. Cùm vero, & alterata fieri dicantur, & ipſa alteratio eſt quędam generatio: quippe calidum ex frigido fit, atque album ex nigro: in his ſane nõ eſt verum, vt omne factū habeat principium ſm rem, ſed quædam partes ipſorū prorſus ſimul incipiunt alterari. ceu ſe habent ea, quæ congelātur, quorum mutatio nõ incipit ab aliqua parte ſecundum congregationem, ſed ſimul tota fit, & perficiuntur, præceduntque omnia ſimul ſm eandem. vnde, vt opinor, illud verbum ſimul, non ſignificat ſine tempore, ſcilicet mox, illico, repente in inſtanti, ceu Porphyrius intellexit, & nititur probare alterationem eſſe repentinam ſine tempore, ſed quod ſimul omnes partes alterētur. Nam congelatio, & illuſtratio aeris non abſque tempore fit, ſed habet principium temporis hanc temporis partem, & ſimul omnes partes patiuntur affectionem, paſsionemúe, vel quæcunque pars tota ſimul alteratur, & cùm ipſa ſit diuiſibilis in infinitum, & nõ ſm aliquam partem primam patiatur, vt etiam, & ipſe Ariſt. in Sexto libro huius operis demonſtra „
bit dicens; Neque ſane eius, quod tranſmutatur, eſt pri- „
mum, quod tranſmutatum ſit. Item clarius apertiuſq; hæc „
in vltimo libro ſcripſit. ſimiliter, & in quauis alteratione „
dicendum eſt. Non enim ſi id, quod alteratur, diuiſibile „
eſt in infinitum, ideo, & alteratio, ſed ſæpenumero tota ſi- „
mul ſit, ceu concretio. Item Theophr. in decimo de motu de hoc idē ſentire videtur. Sic nanque dicit: Moueri igi „
tur id, quod mouetur, & motū fuiſſe id, quod mutatū fuit, „
dicere oportet, quod etiam in corporibus, quæ alterantur „
accidit, cùm nõ ſemper dimidium prius alteretur, ſed ali- „
quando totū ſimul. Vnde ob hæc omnia videtur Meliſſus „
non

Conſequentia formalis, et uera per conuerſionem.

Principiū quot modis dicatur.

Genera ſimplex quæ dicatur.

Alteratio quædā generatio eſt.

Alteratio nō habeat principiū, quod ſit principiū rei.

Illuſtratio aeris, nam fiat in tempore.

non recte accepisse, quod omne factum habeat principiũ rei, quare nõ erit vera præmissa, & præassumptio dicens, atqui factum habet principium. Item propositio, quę conversa est, dicens, non factum nõ habet principium, nõ modo iuxta formam, & speciem conversionis peccasse videtur, cùm sit destructio antecedẽtis, sed etiam ipsa falsa est, si quis rursus acceperit principium sm rem, & non principium tẽporis. Nam Sol, Luna, Cœlum, atq; ea, quæ sunt in cœlo, & Vniversum, cùm sint ingenita sm tempus, tñ obtinent principium sm rem, cùm sint finita, & Parmenides asserens vnum, & quod est, esse ingenitum, vndique à medio æque distans omnino facit: hoc autem, cum finitum sit, principium sm rem habet. Quare ambæ propositiones falsæ sunt. Etiam ostensum est, figuram syllogismi vitiosam esse. & in hæc pulchre Arist. invectus est occurrens ad id, quod apparet ex dictis eorum. Sed, cùm Melissus esset vir sapiens, opus est ei, qui talia, ceu concepisse, atque intellexisse putat, dissoluere crimina, & obiecta, quæ contra illum adducuntur, & afferuntur. Et quod ipse nõ ens corporeum acceperit eo perspicuum est, quòd illud ostendit esse immobile, & indivisibile, cum corpora motum, & divisionẽ evidenter præ se ferant. qui præterea pro sensibili, & divisibili genitum complectitur, & accipit, quemadmodum etiam apud Platonem Timæus dicit, genitum est, quippe cernatur, tangatur, & corpus habeat. sic etiam pro intellectuali, & impartibili accepit ingenitũ, quod etiam Plato fecit, cùm dicat, quid est, quod semper est, generationẽ autem non habens? cùm igitur Melissus dicit genitum habere principium, tunc sensibile, & divisibile dimensumq; dicit, quæ cùm finita sint, habent finẽ & terminum, quippe corpus infinitum inter entia non sit. Vnde & Eudemus nobiscum cõvenit, & cõsentit, ꝙ quãquam in alijs quibusdam paucis genitis non sunt principia sm rẽ, tamen sunt in eo significato, quod accepit Melissus. Sic autem scribit Eudemus. Sed forsitan paucorũ non sunt principia, sed earum rerũ, quas accipit Melissus, esse principia cõsentaneum est. quocirca, hoc quidem cõcedendum est, & considerare oportet illationem rationis. Quãdo igitur Melissus infert, non factum nõ habet principium, tum dicit, quod id, quod vere est, impartibile sit, & quod non habet principium, neque finem, ideo & infinitum est, quo pacto neutrũ axioma falso assumptum fuit. Nam & si quædã sit tota simul alteratio, præsertim si omnes partes alterentur, & attamen nõ simul vniversa alteratio fit, sed ipsa quoque habet principium, & finem. Deinde, & in alteratione, ꝙ alteratur non est albedo, sed corpus, quod sm albedinem alteratur. At corpus alteratum habet finem, & principium similiter, & factum, quod est velut id, quod alteratur. Et ingenitum sm hoc significatum vere diceretur principium non habere, cùm sit indivisibile, & impartibile. Nam cœlum, & hic mundus, multa, eaq; præclara, & beata sortitus est ab eo, qui genuit, fuit nihilominus etiam corporis particeps, idcirco partes, principium, & finem habet. Quod vero ens sit ingenitum, & Arist. cõcedit. Et ipsam propositionem ipsiusque positionis Melissi demõstrationem libenter amplectitur. Quin etiam Eudemus etiam concedit ens absolute esse ingenitum, dicens: Nam omne ens non simul totum fieri, pulchre recteque concedendũ est, qm ipsum ex non ente fieri potest minime, sed partim multa fieri, & partim corrumpi profecto consentaneum est. Et id videmus. Quare propositiones à Melisso veræ assumptæ fuerunt. Item neque vetat aliquis, quin cõversio ex antecedẽti fiat in terminis, qui adęquantur, & cõvertuntur. ceu cùm dixerimus, si homo est, & animal rationale mortale est: & si nõ est homo, neque animal rationale mortale est. si ergo genitũ adæquatur huic, & cum eo convertitur, quod est habens principiũ & finem, nihil interest, si conversio fiet ex antecedente. Nam ingenitum adæquatur non habenti principiũ. Vnde exemplum de cœlo, & summatim de sempiternis corporibus nos non perturbat. Nã hæc ingenita sunt, non velut indivisibilia, sed ceu illa, quę non sunt facta in aliquo temporis principio. Refellitur ergo, damnatur Melissus, eo quod, cùm principium multifariam dicatur, acceperit pro principio temporis quod adest genito, principium rei, qđ sane non inest his, quæ tota simul mutantur. Sed videtur Melissus quoq; ante Arist. respexisse, quod omne corpus, etiam sempiternum, cùm sit finitum, habeat finitã potentiam, & quantum ex seipso semper in fine temporis est. sed obscurã & singularẽ producẽtis providentiã, qua semper movetur, in principio semper est, & sempiternũ est. Quare id, quod habet principium, & finem magnitudinis, etiã principium, & finem temporis obtinet, & econtra. Nam quod habet principium temporis atque finem, non est simul vniversum, ideo facit demonstrationem à principio, & fine temporis, & non hoc modo inquit esse sine principio, & sine fine, quod non omne est, idest id, quod nõ simul totũ est, quod sane competit indivisibilibus, & revera infinitis: sed id, quod simpliciter, & propriissime enti conveniat. Nam enti illud vocabulũ omne competit. Vnde Melissus hæc sic dicit. Quãdo igitur non est factũ, est autem, fuit, atque semper erit, & principiũ non habet, neque finẽ, sed infinitum est. Nã, si factum esset, proculdubio principium habuisset: quippe factũ interdum cœperit esse. habuit etiam finem, qm aliquando factum finiuit. quòd si non incœpit, neque finẽ habuit: igitur semper erit, nec finem, nec initium obtinens, qm non est semper efficax, atque existens, cùm nõ sit omne. Quod vero hoc adverbiũ aliquando sit temporale, cõstat. Quòd autem factum sm substantiam dixerit esse generabile, quod quidem dũ fuerit factum est, & est non ens, eo liquet, quod factum aliquando cessavit, atque eo, quod non semper est efficax, & sine termino, qm non est omne, velut semper sit. quod etiã omne est contrariũ genito. Quod etiam, vt aliquando factum finitum esse substantia dicit, & ita semper ens infinitũ substantia dicit, cõpertum fuit, cùm dixit, sed quemadmodum est semper, ita & magnitudinẽ infinitã semper esse oportet, vbi magnitudinẽ divisibilem non inquit, quippe qui ens indivisibile esse demonstret. Nam, si videretur, inquit ens, moveretur: sed id, quod movetur, nõ est semper simul. igitur magnitudinẽ illam dicit, quę est duratio ipsius substantiæ. Nam quod incorporeũ ens esse voluerit, significavit dicens, siquidem ens fuerit, oportet ipsum vnũ esse. quod vero est vnũ ens, id oportet corpus nõ habere. Item deinceps eidem enti sempiterno infinitum sm substantiam cõiunxit adiecitque dicens, qđ principiũ habet, & finem nec sempiternũ est, neq; infinitum: quare, quod non habet finẽ, & initium infinitũ est. Verum ex eo, qđ infinitum erat, vnà ratiocinatus est ipsum vnum esse: quòd si non vnũ esset alio terminaretur, quare non erit amplius infinitum: ergo vnũ est. Sed hoc damnat Eudemus veluti indefinite confuseq; dictũ sic scribens: Si aũt aliquis cõcederet infinitum esse ens, cur & ipsum vnũ erit? non enim aliquo modo sese terminant mutuo res, quia multæ sunt. Nam videtur pręteritũ tempus terminari dũtaxat pręsenti tempore. Vnde forsitan nõ erit nisi vnũ, quia plura infinita non erunt, sed viderẽtur diversa fieri posse, oportet igitur determinare quo modo infinita nõ erunt, si plura sunt.

Genitum atq; ingenitũ quot significent.

Ens absolute ingenitum est.

Finitum corpus, & si sempiternum sit, finitam tamẽ potentiam habet.

Sempiternum ens substantia infinitum est.

Magnitudo ipsa est substãtiae duratio ac celsitudo, apud Melissum.

Tex. 24. *Deinde, & propter quid non immobile, si vnum est? sicut enim & pars vnacùm sit hæc aqua, mouetur in seipsa, quare non & totum? Postea, alteratio propter quid non erit?*

Cõm. 20. Cùm patefecerit Melissus ens infinitum esse, eo quod nõ habet principiũ, neq; finem, & ex eo, quod infinitũ est vnum esse deinceps demõstrauit, quod esset immobile, vt Alexander inquit, qm̃ id, quod mouetur, oportet vel per plenum, vel per vacuũ moueri, & hoc modo aliquid aliud foret: sed quia nihil potest per plenum moueri, & vacuũ, inter ea, quæ sunt, numerari non potest: quippe vacuum nihil sit, & si sit non fore amplius infinitum ens. nam si esset, cùm possit in seipso transmutari, & moueri, planũ est, quod seipso maius fuerit: ad nihil est infinito maius. Hæc igitur Alexan. dicens ex cõtextu verborum haberi, perinde ac Melissus cum motum localem solum, bene etiã sustulerint de medio alterationẽ, sic exponit verba propter dictum Arist. Deinde, cur non erit alteratio. At mihi videtur, cum Melissus concludat dicta de ente, quod ingenitũ, sempiternum, infinitum, vnũ, & simile sit, ex his etiã omnes alios motus, qui circa generationem, & illius gratia fiunt ab ente auferre. & primo demonstrare, quod neque, vt dissolubile, neq;, vt id, qđ augetur, nec vt, quod diminuitur, nec velut alterabile, nec prorsus velut id, quod alterũ fit, quod quidem commune est auctioni & alterationi, ens moueri, alioquin non esset sempiternũ, neque infinitũ, neque vnum, neque simile, si hæc patiatur. Deinde neque ens mouetur, quia non est vacuum: nam vacuum, non corpore, sed eo, quod vacuũ, nihil est. Cùm igitur prius sumpsisset ens plenum esse, & demonstrasset vacuum nõ esse, concluditur ens non moueri s'm locum, neq; in alium locũ, præterquam in seipso: quippe non sit aliquod vacuum eo quod est, in quod sese recipiat, & moueri posit. neq; in seipsum, alioquin ex rariore fieri densius oporteret, sed dẽsum, & rarũ non erit, qm̃ rarum aliquid vacui habet, & vacuum prorsus non est, præsertim neque in seipso, qm̃ plenum est dũtaxat. Quòd vero ens plenum sit, ostendit eo, quod nihil in seipso recipere potest. Nã, si reciperet quippiam in se, vacuum profecto aliquid entis esset, & nõ esset. Quòd vero non vt Alex. intellexit, sic demonstratio processerit, scilicet ex eo, quod id, quod mouetur debet per plenũ, vel vacuum moueri, vt inquit, sed ex eo quia oportet ens plenum esse, constat, quia etiam Eudemus dixit. immobile autẽ: aliquo modo, qm̃ plenum est plenum autem, qm̃ infinitum non erit particeps vacui. Sed, cũ hæc Melissus olim magnifice planeque scripserit, afferantur in medium, q̃ ipse primo scripserat, vt qui hęc legerint possint euadere meliores diligẽtioresq; iudices optimarum, ac earum expositionum, quæ magis accõmodæ sunt verbis Arist. Melissus ergo sic ait, dicta prius concludens, & sic de motu quædam inducens. Sic igitur sempiternum, infinitum vnum, & simile omne est, vt nequeat dissolui interireúe, neq; maius fieri, neq; trãsformari, neq; dolere, neque angi. Nã, si aliquid horũ pateretur, nõ esset amplius vnum. Nã, si alterum fieret, necesse est, vt nõ simile esset, sed dissolueretur, quod prius erat, & qđ non erat fieret. Si itaq; pilo vno annis penè infinitis vniuersum euaserit diuersum peribit in vniuerso tẽpore: at impossibile est trãsformari: nam mundus, qui prius erat, non corrũpetur, neque is, qui non est fit. Sed qñ nihil aduenit, gignitur, neque aboletur, & corrũpitur idipsum, neq; alterum fit, quo ergo aliquod eorum, quæ sunt, transformatum erit? Nã si aliquid fieret alterum, iam & transformaretur. Item neque dolet, quoniam omne non erit molestia tristitiaq; affectũ, quippe nequeat semper res tristari, neque si algeret augereturq́ue haberet æqualem potentiam cũ sano. neque simile esset, qm̃ aliquo nuper accedente, vel abscedente laboraret et tristareturq́ue, & ita amplius nõ esset simile, neque sanũ, integrumúe dolere, angiq; poterit. Nã partim sanũ, & existens periret, & partim non existens fieret. Similiter eadem ratio, quæ fit de eo, q̃ dolet, etiã de illo, q̃ cruciatur, angiturq́ue fieri potest. Itẽ neque aliquid vacuum est, quippe vacuum nihil sit, igitur nõ erit, q̃ nihil est quæ mouetur. Nã aliquo secedere seseque recipere ens non potest, sed plenum est. Nam, si vacuum esset, profecto secederet, & in vacuũ sese reciperet, sed si vacuum non fuerit, non habebit quò sese recipiat. Item rarũ & densum non erunt. Nam rarum non est ita perfectum plenum, vt densum, sed iam rarum est magis vacuum quàm densum. idẽ quoque iudicium faciundum est de pleno, & non pleno. quoniam, si recipit aliquid vel intro assumit non est plenum. si autem neque capit, neque aliquid ingredi admittit plenum est: necesse igitur est, si vacuum nõ fuerit, plenum esse, si ergo plenum est, non mouetur. Hæc quidem igitur sunt verba Melissi. At Arist. primum accusat, & refellit, cur necesse est, si vnum sit nõ moueri s'm locum: siquidem tota queant, cùm vnũ sint, & in eodẽ loco maneãt, moueri partibus in eodem loco mutuo ipsismet cedentibus, quę vacuo quodam hoc modo non egent, ceu & hęc aqua, quę in vno, & eodem vase manet, & agitatur partibus. Quid ergo vetat, & vniuersum locum non deserendo, neque nouum occupando moueri motis partibus ipsismet inuicem cedentibus ipso. quemadmodũ, & tota sphæra moueri videtur circa polos, & axem. & omnis sphęra, conus, & cylindrus. Nam aliquid moueri s'm locum potest, & nõ mutare locũ ex loco, vt diximus. Inquit ergo, vt pars aquę mouetur in seipsa, sic etiam quid prohibet, & vniuersum ens moueri in seipso. Item, cùm Melissus ab ipso vno ente seiunxerit, separaueritq́ue alterationem, inquit, cur vnius entis alteratio nõ erit, cùm posit vnum, & idem s'm substantiam manens aliam, & aliam qualitatẽ recipere, ceu id, quod fit ex calido frigidum, vel ex albo nigrum, vel ex incolumi, & sano ægrum. Sed videtur Arist. dicendi breuitas plerisque in locis fallere interpretes. Nam, cùm ipse dixisset, Deinde cur alteratio non erit? Alexan. sic exponit, perinde ac Melissus diceret de ente prædicari immobile, omnino, quia non potuit ostendere ens moueri secundum locum. Hæc enim Alexan. in his verbis scripsit: quamuis Melissus tollat alios, ante motum locum, & ceu contextus prius expositus indicat. tanque vnum s'm substantiam, manens posit alterari atque diuersum, & alterum fieri, sic ei nunc obiicit repugnatq́; Aristoteles accipiẽs vnum communiter, vt consuetudo est. Nam dicimus vnum, & eundem manentem Socr. crure dolere angiq́ue & valere cessareq́ue à dolore: quanquam Melissus acceperit vnum magis proprie, sed non communius, latiusque, vt alia indicant dicta, & hoc mox, vbi dicit. Si itaque pilo vno annis pene infinitis vniuersum euaserit diuersum, peribit in vniuerso tempore: tanquam necessarium sit, si ens vnum sit, vt etiam simile, & sempiternum proprie sit. quare cum secundum omnia maneat, nõ habebit aliquid, quo mutationem suscipiet. Nam necesse erat, q̃ alteratur, & id, quod quomodocunque alterum fiebat, ex alia dispositione in aliam mutari. Quòd si moueretur s'm locum circũrotando, & circũuoluendo se, quemadmodũ aqua vacuo nõ existente, profecto necesse foret ei figuram rotundã, ceu sphęricum, & gibbosum vel ad instar coni vel cylindræ habere: quandoquidem aliæ figuræ, cùm circumuoluũtur, aliũ atque alium locũ occupẽt. At id, quod figura imprimitur, & for-

Ens nullos habet motus generationis.

Ens nõ est uacuum.

Ens non mouetur neque per locum, neque in seipso.

Vnum potest moueri.

Manens in eodem loco moueri potest per partium antiperistasim.

Manet per omnia nullo modo mutatur.

Melissus accepit unũ maxime proprie.

Figuræ quænam circumagantur.

& formatur, finitum est, & non infinitũ. Item, si prius ens immobile existẽs moueretur in eodẽ loco, necesse foret, vt alicuius partis raritate vel dẽsitate principiũ motus fieret. Sed, vt sũmatim cõplectar, circũuolutio est motus corporũ, at Melissus incorporeũ ens esse ĩmobile demõstrauit.

At vero, nec formas possibile est vnũ esse, nisi eo ex quo. Sic autem & Physicorum quidam dicunt vnum, illo autem modo non. Homo nanque ab equo alterũ est forma, & alterum alterius contrarium.

Cõm. 20.

Ens vnũ forma dicitur ꝗ materiam.

Cũ in rationibus vniuersalibus distinctis tribus significatis vnius, vno scilicet ſ'm cõtinuationem, alio ceu indiuisibile, & tertio, vt vnum ratione, ostenderit, ens iuxta nullum horum significatum vnum esse posse, & obiecerit ipsis rationibus Melissi, puto hanc, vt cõmunem rationem adducit, quod nequit prorsus esse vnum ens forma, nisi eo ex quo fit, idest nisi ſ'm materialem causam. Nam secundum eãdem, vt exponit Alexander, ens vnum forma, vel specie dici poterit, ceu & alij quidam Naturales dixerunt. Thales equidem. & Hippon aquam, Anaximenes autẽ aerem, Heraclitus vero ignẽ dixerunt: ipsa igitur entia vnũ esse forma, vel specie dicere per se absurdũ est. sed, si alqs hoc modo diceret entia vnum esse, quatenus ex vno quodam & vno principio cuncta fiunt, fateretur profecto aliquam sententiã, quam etiam quidã Naturales dixere. Nã apud quos est vnum rerum principium, etiam apud eosdẽ omnia essent vnum ratione, quatenus ex vno prodeũt, sed non quatenus sunt. Nam, si ſ'm hoc quædam differẽtes rationes, quędam contrarias habeant, quomodo erunt eadẽ inter se: ceu homo, & equus, atque animal rationale, quæ secundum materiam eadem erunt, sed ſ'm formam minime: constat autem, quòd contraria eadem esse sit magis inconueniens, & absurdum, quàm diuersa eadẽ esse. Scire dignum est Alexandrũ intuitum ad hoc dixisse entia vnũ forma quæ est in materia, dici posse. Nisi hoc, quod dicit entia esse vnum forma, quæ est in materia, sit durũ, & violentum. Iccirco melius est dicere, quòd prorsus forma, vel specie nequeunt vnum esse. Sed, si admittẽdum est omnia esse vnum, ſ'm communitatem oportet accipere vnũ, ceu materiam, & id ex quo, quemadmodum nonnulli Naturales dixerunt. Quocirca etiam subiunxit, nam homo specie est alter ab equo, atque contraria inter se simili modo, formam dicens, qua vnumquodq; est, sed non est ex quo. Item constat, quòd si hoc modo aliquis dixerit speciẽ formamq;, veluti compositã, cuius etiam definitio cõposita assignatur, Melissum non concedere admittereque formã speciemq; ens esse, sed si hoc modo velut immaterialẽ, & simplicissimã dixerit, forte cõcederet atq; admitteret Melissus talem formam esse ens. Nã, & ipse fatetur multa prædicari de eo, ceu ingenitum, immobile, infinitũ, sed neque sic vnum, ceu ex quo, & ceu materialem causam Melissus assereret, neque assentiretur Naturalibus, quippe qui ens incorporeum esse dicat, & esse materiale neget, quandoquidem dicat neque ens recipere aliquid, neque transformari. At materia recipit aliquid & tranformatur. Vnde inquit Melissus, ente vero nihil melius, materia autẽ pessima est.

Ens est forma simplex, materiæque prorsus expers.

Ente nihil est melius.

Tex. 25.

Et ad Parmenidem autem idem modus rationũ est, et si aliqui alij sunt proprij. Et solutio est, partim quidem quia falsa est, partim autem quia non concludit.

Cõm. 21.

In opinione, & probatione opinionis, cùm sint quędã Parmenidi, & Melisso communia, quædam vero vtrique propria. Communia nanque in opinione sunt, vnum ens, & immobile, propria vero, quia Melissus dicit ens esse infinitum. Parmenides autem finitum. Similiter in probatione cõmunes errores cõmittebant, eo quòd pariter vitiosa forma concludebant, & falsas propositiones accipiebant, propriis tamen vtrique vtebantur propositionibus. Nõ enim eisdem assumptis propositionibus ambo demõstrationes fecerunt. iure ergo Arist. contradicendo his, partim eundem modum obseruat, partim alium, atq; alium accipit. Nã quæcunq; vniuersaliter tollunt ens esse vnum, hęc pariter aduersus vtrunque dicta sunt, ceu etiam, quod ratio ab vtrisque adducta peccet, atque quod falsa assumant, & non concludant. etenim, & hoc cõmuniter inductũ est propter solutionẽ. Quęcunque vero dicuntur contra proprias vtriusq; propositiones, hæc etiam aduersus vtrunq; obijciuntur. Et quatenus in opinione discrepãt, cum alter ens esse infinitum dicat, & alter finitum, etiam iuxta hoc necesse est differentes obiectiones contra illos adduci.

Falsa quidem, quia quod est, accipit simpliciter dici, cùm multipliciter dicatur.

Cõm. 22.

Vt Alexander narrat, sic Theophrastus rationem Parmenidis explicat in Primo libro de Naturali historia. Pręter ens nõ ens: quod nõ ens nihil est: vnum igitur ens. Eudemus autem sic; pręter ens non ens: sed etiam vno modo dicitur ens: igitur vnum ens. At Alexandri venia, si hoc alibi Eudemus sic occulte scripserit, non habeo dicere. In Phisicis autẽ hæc de Parmenide scribit, ex quibus forsitã id, quod dictum est, colligi potest. Parmenides autem non videtur ostendere vnum ens esse, neq; si quis ei concederet ens dici vno modo, nisi, qđ in eo, quodquid est prædicatur de vnoquoq;, ceu de hominibus homo prędicatur, & traditis rationibus vniuscuiusque inerit vna, & eadẽ entis ratio in omnibus. quẽadmodũ, & ratio animalis in animalibus. Sed quemadmodũ, si oĩa entia forent pulchra, & nihil esset accipere, ꝙ non sit pulchrum, profecto cuncta erunt pulchra, attamẽ pulchrũ non erit vnum, sed multa; erit quidem color pulcher, pulchrum studium, ac quoduis aliud, sic etiam oĩa entia erunt, sed nõ vnum, neque idem: nam alia res ignis est, & alia aqua. Aliquis igitur admiraretur Parm. secutum fuisse rationes minime dignas fide, & à talibus deceptum, quæ nondum erant tunc clara, & manifesta. Neque enim sua ætate quisquam aliquod multipliciter dici asseruit, sed Plato prius introduxit modum distinguendi dupliciter. Itẽ neque ætate Parmenidis erat distinctio per se, & per accidens: videtur itaque ab his deceptus fuisse. Hęc autem ex rationibus, & ex contradictionibus contemplari cœperunt, & modo concludendi. Nõ enim concederetur aliquid cõcludi nisi appareret necessarium. Verum antiqui sine demonstratione asserebant suas opiniones. Vnde, cùm Eudemus hactenus dicta Parmenidis deduxisset, postea proficiscitur ad Anaxagoram. Sed ipse Porphyrius quędã ex dictis Parmenidis, vt existimo, & quædam ex dictis Arist. & ex his, quæ probabiliter dixerit quispiam cupiens Parmenidis opinionẽ exponere hæc scribit. Sic autem se habent eius verba. Si aliquid præter album est, illud non album est: similiter si quid est, præter bonum, illud nõ est bonũ: ita si aliquid est præter ens, illud non est ens, quod autẽ non est ens est nihil, igitur ens solum est nihil, igitur vnum ens. Etenim si vnũ non est sed plura entia, vel esse inuicem differunt, vel non esse: sed non differunt esse. nam ſ'm idem esse similia sunt, & similia, qua similia, non differunt, & entia non sunt diuersa, & quæ non sunt diuersa, vnum sunt, ergo. Item neque non esse differunt. nam ea, quæ differunt, prius esse oportet. quę autem nõ sunt neque mutuo inter se differũt. si ergo ea inquit, quæ plura ponuntur, neq; esse, neque non esse differre queunt, & esse diuersa inter se, perspicuum est, vt oĩa sint vnum, & hoc ingenitum, & incorruptibile. Veruntamen

Vnũ esse non probat Parmenid.

Distinctionibus minime veteres vtebantur.

Plato primus introduxit modũ distinguendi dupliciter.

Antiqui sine ratione suas proferebant opiniones.

Vnum omne esse quomodo probet Parmenides.

Ariſt. in ſequentibus videtur aliquo modo ad memoriam reuocare Parmenidis rationem dicens. Si vnum ſignificat ens & contradicentia ſimul eſſe nequeunt, igitur nō ens nihil erit. idem quoq; is intelligit in prioribus. nā ſi ens ſignificat vnum, & quod eſt præter illud eſt non ens, & nihil, ac cōtradictio ſimul eſſe nequit, alioquin idem ens ſimul eſſet, & nō eſſet: profecto, ꝙ eſt pręter ens nō ens erit, & non ens nihil eſt, igitur vnum ens eſt. At ſi quis cupit Parmenidem has propoſitiones dicentem audire, illam, præſertim, ꝙ eſt præter ens eſt non ens, & nihil, quæ eadē eſt huic, ens vno dici modo, inueniet in his dictis. Quo partim eſſe, partimq; non eſſe, vt nō eſt, iter perſuadēdi eſt.

Nam hæc ſequitur verum, vt nō eſt, atque, vt opportunum eſt non eſſe.
Viam, ſcilicet: dico eſſe vndique ſuadendi.
Neque enim noueris non ens, non enim ſupereſt, neque dixeris.

Contradictio non eſt ſimul vera.

Quod etiā contradictio non ſit ſimul verā per illa verba dicit, quibus accuſat eos, qui in idem oppoſita redigunt, quippe cùm prius dicat.
Nam eſt, eſſe, nihil vero, non eſſe, hæc te dicere iuſſi.
Prima enim ab hac via quærendi cohibe mentem.

Mox ipſe Parmenides ſubiungit.
Sed deinde ab hac, quam ſane mortales nihil ſcientes errant ancipites.
Nā hæſitatio errabilē in eorū pectoribus mentē regit.
Alij autem ſtolidi pariter, & ceu admirantes ferunt ſine diſcrimine gentes.
Apud quos idem eſſe, & non eſſe, atque nō idem ſtatutum eſt.
Omnium autem eſt contraria via.

Huius igitur rationis primo propoſitionem falſam Ariſt. refellit, deinde quia eſt aſyllogiſticā, ſcilicet inutilis ſyllogiſmo, & inquit, Parmenidem falli, mentirique, quod vno modo ens dici accipit, quod multipliciter dicitur, totidem ſcilicet modis, quot dici oſtenſum eſt in prædicamentis. nā hęc propoſitio, ſiquidem pręter ens, illud eſt non ens, forſitā vere diceretur, ſi ens vno modo acciperetur. ſed in his, quæ multipliciter dicuntur, ea propoſitio nō eſt amplius vera. ceu ſi quiſpiam dixerit, ſi aliquid eſt præter cācrum, illud non eſt cancer, ſtatim percunctabimur præter quem cancrum marinū, aquatilemque, cœleſtis cancer eſt, vel cāncer, qui ære formatus eſt: quandoquidē pręter cœleſtē aliquam aliam ſpeciem cancri eſſe nil vetat. Similiter autem, & ſi aliquid eſt præter ens, perinde ac pręter ſubſtantiam, illud non eſt ſubſtantia, hoc tamē nihil prohibet eſſe qualitatē, & quantitatē. Item ſi quid eſt pręter qualitatem nō eſt qualitas, ſubſtantia tamen vel qualitas eſſe poteſt. quo pacto nihil prohibet multa entia eſſe. atq; idem ens eſſe, & non eſſe, ſed non oppoſita. Socr. enim homo eſt, ſed non equus & ſubſtantia, & non qualitas. Præterea, & aliter aſſumptum eſt abſurdum. Nam, ſi aliquid, quod eſt præter ens, eſt nō ens; ſimul daremus cōcederemusq; idē aliquid eſſe, & eſſe, ſed nō oppoſita, Socr. enim homo eſt, ſed non equus, & ſubſtantia, & non qualitas. Præterea, & aliter aſſumptum eſt abſurdum. Nā, ſi aliquid, ꝙ eſt pręter ens, eſt non ens, ſimul daremus cōcederemusque idē aliquid eſſe, & non eſſe: hoc autem abſurdum eſt de illo, ꝙ per ſe dicitur, Sed ſiquis ita proferat primam propoſitionem, perinde ac ens multipliciter dicatur, ipſa quidem vera erit, tamen illa, quæ deinceps huic adijcitur, non erit amplius vera, dicens, non ens eſt nihil: quippe æque ſit dictu, quod nō eſt ſubſtantia, nihil eſt, quāuis plura ſint entia. Hunc igitur in modū, cùm propoſitiones falſæ ſint, apud Theophraſtū confutantur. Quòd vero non concludant hinc liquet. quoniam concluſio, quæ deinceps adducta fuit, hæc erit, ergo præter ens nihil, quæ induxit, igitur vnum ens. Et ſi quis ſtatueret ens vno modo dici, ceu meminit Eudemus, falſa adhuc eſſet propoſitio: quandoquidē ens non vno modo dicitur, ſiquidē decē modis accipit. Deinde neq; hoc modo concludit eſſe vnum ens, & ſi ſupponeret aliquis nihil aliud præter ſubſtantiam eſſe, nihil tamen vetaret ſolas eſſe ſubſtantias, & has plures eſſe, quemadmodū, & Eudemus explicauit, dicens. Neq; ob id, ſi aliquis cōcederet ei „ ens vno modo accipi, & cætera. Nam ſicut ſi omnia entia „ pulchra eſſent, & nihil haberetur quin eſſet pulchrū, cūcta „ pulchra forent, attamen pulchrum nō eſſet vnum, ſed plu „ ra. Nam color pulcher erit, alter quidē de induſtria, & arte „ pulcher, alter vero quouis modo. Idem etiā Ariſt. oſtendit de albo. hoc igitur modo, & omnia entia erunt, ſed nō vnum, neque idem. Vnde falſa eſt illatio dicens, ergo vnū eſt ens, & ex ipſis poſitis non eſt deducta. Nam, & ſi ens vno modo diceretur, non iam ens eſſet vnum, quippe id, quod vno modo dicatur etiam genus, & ſpecies, & vtroq; modo plura. Et iuxta exemplū de pulchro, quod Eudemus attulit, accidet oīa pulchra fore, licet nō ſit pulchrum vnum numero. Nam quæ ratione ſunt vnum, nō ſunt iam & vnum numero. Eadem etiam Ariſt. vt dixi de albo adduxit. Quòd ſi quis diceret Parmenidem non vnū numero, ſed ſpecie, vel genere concludere, is fatetur illum ex ſe multa entia numero afferre, qm̄ quæ ſunt genere vnum, ratione plura ſunt. Item, ſi hoc modo ſenſiūt ens vnum eſſe, quomodo eo, ꝙ vnum eſt, ipſum immobile eſſe dicent.

Non concludit autem, quia ſi ſola alba capiantur ſignificante vnum albo, nihilominus multa alba ſunt, et nō vnum. non enim continuatione erit album vnum, neque ratione. Aliud enim erit eſſe albo, & ſuſcipienti. & non erit præter albū nihil ſeparabile. non .n. quatenus ſeparabile eſt, ſed eſſe alterū eſt albo, et ei, cui ineſt: Sed hoc Parm. nōdū viderat.

Et, ſi aliquis, inquit Parmen. concederet ens nō multipliciter dici, ſed vno modo, perinde ac propoſitio ſit vera dicēs, præter ens nō ens, modo ens ſignificet vnum, neq; hoc modo vnum numero cōcluditur eſſe ens. Nā id, quod deducitur, eſt, quod eſt pręter ens, eſt nihil, vel non vnum. Quòd ſiquis velit conuerſum huius concludere tanquā ſequens deductum, quod ſane efficere videtur Parmenides, quoniā, cùm contrapoſitione eſt cōuerſio deductum erit, hoc vnum igitur ens. Nam, ſi illatio erat præter ens, ideſt non ens, non eſt vnum, ſit ſane ex conuerſione, igitur vnū eſt ens: quod quidē aliud eſt ab hoc, ens ergo vnū, vel vnū eſt id, quod eſt. Ariſt. autem exemplo albi oſtendit non cōcludere rationē Parmenidis, nūc ens, vt accidēs quoddam accipiens, paulo poſt vero, vt ſubſtātiam, & in vtroque oſtendit fieri non poſſe, vt ens vnum ſit. Nā, ſi ſolum eſſet album, & nihil aliud, perinde atque omne, quod eſſet præter album non ens foret, & nō ens nihil: neque hoc modo oſtendit album eſſe vnum numero, ſed ſi vnum eſt, vel genere, vel ſpecie, quod quidem, & multa eſt. Quòd autē non ſit vnum numero, oſtēdit reuocans ad memoriā eam diuiſionem vnius, quam prius accepit. Nā, ſi vnum numero eſſet, vel vt continuū debuit eſſe vnum, vel vt indiuiſibile, vel vt idē ratione: ſed neque vt continuū eſſe neceſſe eſt: poſſūt enim multa eſſe alba, & ſeparata, poſitis his propoſitionibus. Neque enim nix, cignus, & veſtis erunt vnū album continuatione, ſed diuiſa ſunt. Atqui, ſi aliquis etiā concederet ei ipſum eſſe cōtinuum, iam ſanè demōſtrauimus continuum eſſe plura diuiſione. Itē ſiquis admitteret album eſſe vnum continuum, nō erit vnum ratione. Nam

Ens multipliciter dicitur.

Cōm. 24

vnum-

vnumquodque album seorsum acceptū diuiditur in subiectum, quod cùm sit particeps albedinis, album dicitur, & in ipsum colorem, qui participatur. etenim vtrunque dicitur esse albū, & subiectum, & species albedinis, sed vnicuique propria tribuitur ratio: huic, ceu subiecto, velut colori, quoniam est animal tale album: & huic, velut id, quod de subiecto dicitur, vel in subiecto est. Nam vtroque modo de eodem subiecto accidens dicitur, quoniam est color, qui visum disgregare potest. quare multa erunt alba, quanquam maneret veritas huius propositionis, quod est præter album nihil est. nam alia est vtriusque definitio, & si ambo dicantur alba. Neque oportet turbari, ne cogamur dicentes à subiecto alterum ratione esse accidens, eidem afferre separabilem subsistentiam à subiecto: quippe non necesse sit quorum ratio est diuersa ipsa inter se mutuo seiungi secundum subsistentiam. Etenim ea, quę simul existunt, inter se habent proprias rationes, & propriam cóceptionem, & affirmationem habēt apud animam, ceu superficies, & corpus. non enim quatenus separabile propriā rationem habet. Sed hoc, vt inquit Parmenides, nondum vidit, scilicet, quòd possent entia, quę sunt vnum subsistentia, habere differentes rationes, & quo ad hoc plura esse. Vnde non erat mirum regulas definitionum tūc nondum fuisse distinctas, sed postea ex ipsis rebus inuentas, hoc modo conducunt ad inferendum diligenter plura esse, vt etiā Eudemus testatur dicens: Aliquis igitur Parmenidem sequentem rationes minime fide dignas admiraretur, & à talibus deceptū, quę tunc nondū clara, & manifesta erant. Nemo enim sua ętate aliquod dici multipliciter dixit, sed primus extitit Pla. qui distinguēdi dupliciter modum inuenit. Itē neque per se, neq; per accidens Parme. cognouit. Vnde his videt deceptus fuisse, ac mētitus, sed hæc ex rationibus, & contradictionibus spectata fuerūt, & modus côcludendi cognitus fuit. Non. n. concedebatur aliquid nisi appareret necessarium. Verum antiqui sine demonstratione asserebant suas opiniones. & propter ignorantiā concludendi syllogismo, & distinguēdi. Megarenses appellati Philosophi accipientes tanquam propositionē manifestam, quod quorum rationes diuersæ sint, & ipsa diuersa sint, atque, quod diuersa mutuo inter se separata sint, videbantur ostendere vnumquodque idem à seipso separatum esse. Nam, cùm fuerit alia ratio Socr. musici, & alia Socr. albi, erit profecto, & ipse Socr. à seipso separatus. constat autem, quòd, si côsideretur subiectū, per quod est, etiam Socr. idem sit, & si considerentur accidentia, alter. quemadmodum idem est vnum, & multa secundum aliud, & aliud. Veruntamen, quòd prętertim Parmenides inter omnes non ignorauerit talem differentiam perspicuum est: siquidem asserens vnum esse, idem velit prædicari de eo. Nam vnum est vniuersum, vnius generis, & quiescens, atque ingenitū, immobile, sempiternum, indiuisibile, atq; alia infinita, quæ quidem omnia propter talium distinctam vnitatē, vnionemque prędicatorum eius, erant vnum tanquam in causa omnium separatorum post ipsum, à quibus seiunctas prædicationes in vnū collectas in illo referimus. Attamen Parm. ipse nullibi regulam attulit, cùm regulas tradere minime côueniret antiquorū breuitati dicendi, sed Arist. quodammodo violentius, violebat etiam in illo, quod est idem in substantia, demonstrare exemplo corporis albi, quod album sit multa ratione, aliud, vt subiectū, aliud autem, vt in subiecto. At vero neq; est idem nomen horum. Nam subiectum albū non est, neq; dicitur per se albū, nisi quando acciperetur cum albedine. quare, si idē nomen est in diuersis rationibus, non tamen de subiecto dicitur, neq; in subiecto est, sed dicitur de aggregato ex vtroque: vnde & album, quod est particeps, dicemus album cū participatione, & ipsum colorē, qui participatur. Sed si exactius côsideremus neque horū idem nomē est, si quidem illud sit album, & illud albedo. Item illud quale, & illud qualitas. Iccirco etiā definimus albedinē esse colorē, qui visum disgregare potest, sed album dicimus corpus, quod est particeps albedinis. Hæc igitur, vt patet Eudemus, videns nō conatus est ostendere differentiam rationum in eo, quod est vnum in substantia, sed à cómuni quodam pulchro, demonstrationem pulchri fecit, quod competebat multis differentibus ratione, vt quod rursus vnum esse apparet secundum communionem, plura ac multa sit per rationes, & plura ratione. Sic nanque scribit. Ceu si omnia entia essent pulchra, & nihil esset accipere, quod non sit pulchrum, oīa profecto pulchra erunt, quanquā pulchrum non vnum, sed plura sit. Nam hic color pulcher est, alter de industria & arte, alter quouis modo. sic etiam, & oīa entia erunt, sed nō vnū neq; idem. Nam aqua est aliud, & ignis aliud. Sed forsitan hunc demōstrationis modum Arist. nō obseruauit, quoniam, si velut cómune vnum id, quod est, esse statuit, siue vt genus, siue vt species, siue vt vox æquiuoca, statim, & multa fuissent introducta. Nam cōe pluribus esse cōe necesse est. quocirca statuens potius velut vnum numero, quoniam tale vnum vel ut côtinuū est, vel vt ratione idē, vel vt indiuisibile demonstrauit, quod neque vt continuū, neque vt ratione idem. Verum vt indiuisibile tanquā manifeste absurdum corrigere ac confutare prætermisit, perinde ac indiuisibile supponatur esse corporalis terminus.

Substantia unum multas rationes habere contingit, & ad eo multa sunt.

Distinctiones ignorabant antiqui, sed Plato primus Duplex inuenit.

Necesse est igitur accipere iis, qui dicunt quod est, vnum esse, nō solum vnum significare quod est, de quo vtique prædicetur, sed & quod vere est, & quod vere vnum est. Accidens enim de subiecto quodam dicitur. Quare cui accidat quod est, non erit. aliud enim erit ab eo, quod est. erit itaque aliquid, quod non est. non itaque erit alij inexistens, quod vere est. non enim erit enti ipsi esse, nisi multa quod est significet sic, vt sit aliquid vnumquodque. Sed supponitur quod est significare vnum. Si igitur quod vere est nulli accidit, sed illi potius aliquid, magis quod vere est significat quod est, quàm quod non est. Si enim erit, quod vere est, idem, & album: album aūt esse non est, quod vere est (neq;. n. accidere ipsi possibile est, quod est. nihil. n. quod est, est quod non vere sit) non ergo, quod est album est non sic autem, vt aliquid non sit. sed omnino non sit erit. quod vere itaq; est, non est. verū. n. est dicere, quod vere est, quod album. hoc autem, quod non est significabat. quare, si & album significat, quod vere est, multa ergo significat quod est. Tex. 26. Tex. 27.

Possunt proxime dicta, & hæc non modo cōtra Parmenidem dici, sed etiā contra Melissum. Nam, cū eorum, quę sunt, alia sic se habeant velut accidentia, aliqua vero, vt subiecta, quibus accidunt accidentia, & hęc non solum inter se eadem nō sunt, sed etiam aliquo modo subcontraria, cū subiectum per se subsistat, hoc vero, scilicet accidēs in alio sit, iure necesse est, vt ens asseratur esse alterum horum, vel accidens, vel quod est eius subiectū. Iccirco initio, cū cœpisset illis contradicere, dixit: Principium autem omniū nobis accómodatissimū est ab illis percūctari, cū id, quod est multipliciter dicatur, quonam pacto dicant asserentes omnia esse vnum. Vtrum velut omnia substantiā, an quantitatem, an qualitatem. supponens igitur exemplo albi ens esse naturam accidētis, demōstrauit iuxta hāc suppositionem vnum ens esse nō posse. Nam quorū rationes sunt diuersæ, hæc etiam sunt diuersa inter se, & non vnū, sed plura. Sed alia est ratio accidentis, & alia illius, cui hoc acci- Cōm. 24.

dit, etiã si vnum esset ab altero inseparabile. Oportet vero subiectum esse, si debeat esse accidẽs, quippe sit talis eius natura: si ergo hęc ambo sunt, igitur non est vnum ens. & hoc prius demõstratũ est. Cui adijcit modo, & talem eiusdem demonstrationem. Nam, si accidẽs est ens, illud ergo, cui hoc accidens accidit, erit ens, & nõ ens sm idem. Nam quatenus ipsi accidit ens est alterum ab ente: quod est alterum ab ente non est ens: quippe solum accidens erat ens. Rursus quatenus eidem accidit ens, sm hoc est ens. Nam subiectum alicuius prædicationem sui accidentis recipit, vel æquiuoce, vel denominanter: idcirco cui accidit albũ, hoc dicimus esse album: quare erit ens id, cui accidit ens: ergo erit idem sm idem ens, & nõ ens, scilicet subiectum erit ens, & non ens, quod sane absurdum est, quare nõ potest accidens esse ens. Verum, quia simul absurdum erat his ita Claris hominibus tale obijcere crimẽ, vt ignorarẽt accidens vnà secũ prorsus aliquid aliud introducere, quippiam, s. aliud cui accidit. idcirco oportet supponere, eos dixisse vnum ens, ꝙ proprie est, & maxime ens, ꝙ Plato quidem vocaret per se ens, seu idipsum ens, & Arist. quod vere est. Nã apud Arist. idem significat proprie ens, & maxime ens, quod sane substantiam esse existimat, velut per se subsistentem, & causam, vt cætera sint. Igitur non erat verisimile eos dixisse ens velut accidens, neque vnum, sed potius ens dixere, quod vere est ens, atque vnum, quod vere est vnum: & vtrunque simul, quod quid erat tale esse, & non cuidam alteri accidens, sed ipsum per se subsistens. Vnde Adrastus volens explicare, indicareque vere ens paulo digressus est à propositis. sed, cum sint verba eius vtilia, & conferant ad hãc rem, quę etiã Porphyrius meminit, optimum esse duco ea non prætermittẽda esse. Inquit ergo, Rerum omniũ alia sunt subiecta, alia vero sunt, quæ subiectis insunt, & de ipsis prædicantur. Equidẽ peculiare primis substantijs est, vt vnaquæq; subiiciatur aliis, ceu quidam homo, vt Socr. vel hic lapis, sed cõmunius est omne, de quo aliquid aliud prædicare aptum est. Nam album aliquod, & quædam ars literaria per se quidem nullo pacto subiiciuntur, sed sunt in subiecto, alterum quidem in hoc corpore, alia vero in hac anima, & tamẽ hæc subiectorum rationem habent, s. possunt esse subiecta, cum de hoc albo album, vel color prædicetur, & de hac arte literaria ars literaria, vel simpliciter scientia. Veruntamen omnium, quę de quibusdam dicuntur, alia quidem, vt propria, & per se prædicantur de subiectis, alia vero extrinsecus aliquo modo, & vt accidentia. Ea vero per se, & proprie prædicantur quæcunque quid est, & substantiam significant subiectorum ceu definitiones, & quæcunque complent substãtiam eorũ, & in definitionibus ponũtur. ceu genera, & differẽtiæ, & ipsæ species, & propria, atq; ea, quæ solum nominibus distinguũtur, ceu in multiuocis. Nam in omnibus his modo quodam vnumquodque idem de seipso prædicatur & fit vniuoca illius prædicatio, cum subiectum nomen, & diffinitionem prædicati suscipiat, vt vere subiectũ sit idẽ ipsum quod prædicatum, & ita dicatur. Nam Socra. animal rationale mortale dicitur, & ꝙ sane animal rationale mortale dicitur, etiam econtra Socr. appellatur, & est hoc verè animal, & hoc verè rationale, & homo, & hic verè homo. Similiter etiam album se habet, ceu album huius coloris album dicitur, & hoc vere album fertur. & color, qui visus aspectusque disgregare potest, & vere color, qui aspectus disgregare valet. veruntamẽ, si album accidens, & per accidens de quodam altero prædicaretur, ceu albũ de veste, hæc sane alba dicetur esse, sed non quod vere est alba: quippe nemo diceret ipsam esse colorẽ, qui visum disgregare potest. Similiter etiam nec in aliquo illorum, quæ velut accidens prædicantur, licet, illud vere prædicatũ prædicare. nam Socr. accidit simum esse, sedere, atque disputare, & alia plura. sed Socr. dicitur simus, & nõ simitas, neq; quod vere est simitas, cum Socr. non sit cauitas in naribus. Item si forte grammaticus, literatusque fuerit, nõ suscipiet definitionem grammatices, qm̃ nunquam subiectum recipit diffinitionẽ accidentis, neque dicitur, quod vere accidens sit. Sed scire operæpretium est, vt puto, num sicut nunquam id, quod participat accidente, non est id, quod verè est accidens, qm̃ grammaticus non est grammatices, ita etiam, quod differentiæ est particeps, nõ est quod verè est differẽtia. Nam rationale non est id, quod vere est rationalitas, & summatim, quod denominatur, non est illud, à quo denominatum est, sed homo vere animal dicitur, qm̃ non denominatione animal dicitur. Cæterum inquit, cum accidentium alia quidẽ semper adsint his, quorum sunt accidentia, ceu simum, vel blęsum: alia vero interdum insint, interdum vero non, ceu sopitis sensibus dormire, vel ambulare, & quæcunque queunt alicui eidem aliquando inesse, aliquando vero non, subiectum nullius accidentis definitionem accipit, immo neque in definitione subiectorũ cõprehenditur aliquod ad accidentia spectans. Vnde non dicitur subiectũ, quod vere sit accidens. Non enim nasus dicitur simitas, neque Socr. est disputatio. at econtra in definitionibus accidentium, quæ semper insunt, subiectum semper cõprehẽditur. ceu in definitione simitatis capitur nasus, & in definitione blęsitatis, s. cauitatis mẽbrorũ, accipiuntur membra, quæ curua fieri queunt. Nã definitur simitas, in naribus nasóue cauitas, & blesitas, cauitas incuruatioque membrorũ: non tñ in his est subiectum id, qđ vere prædicatur, neque prædicatum est id, quod vere est subiectum. Præterea, & hæc determinanda sunt, quò simpliciter oĩs oratio quibusdam partibus constat, ceu nominibus, & verbis. Nam in hac oratione, Socr. disputat, partes nãq; eius sunt, Socr. & disputat. Similiter definitio esse, & substantiæ. etenim hæc completur perficiturque ex genere, & differentia: Item in vnaquaque definitione totius partes eius comprehenduntur, atq; earum rationes, idest definitiones continẽtur: sed in partibus, & diffinitionibus ipsarum, definitiones, & totius non recipiuntur totorum. ceu in definitione hominis, dico. s. aĩal rationale mortale, vel pedestre bipede. (Nam Arist. hanc hominis definitionem ponit, tanquam sic Plato eum definiuerit) inest etiã animalis ratio, & bipedis definitio, sic etiam in aliis est. at in animali vel bipede, vel in definitionibus horũ, hominis ratio non compreh[e]̃ditur, neq; inest. similis est etiam oratio non diffinitiua, quæ dicit Socr. deambulat, in qua tota oratione inest, & Socr. ratio, & deambulandi ratio, sed in his vtrisque ratio totius amplius non est. His porro determinatis perspicuum est, ꝙ si vnum est ens, ceu sectatores Parm. aiunt, nihil erit alterum, cui hoc accidat, sed de quo prædicaretur necesse est hoc statim dici, ꝙ vere ens est, & qđ vere vnum, quasi idẽ ens de seipso prędicetur. Nam, si nõ hoc modo, sed velut accidẽs ens ipsum de aliquo alio dicetur, profecto erit illud alterũ, diuersumq; ab ente. quare simul erit ens, & non ens: ꝙ quidẽ absudum est. nã esse aliquid, & idẽ non esse, fieri non potest. Quare, si vnũ est ens, & quod vere ens erit, & nulli alteri accidet, quoniam non erit ens aliquod, cui acciderit, siquidem diuersum sit ab ente, nisi multa forent entia hoc modo, vt & aliquid alterum sit præter ens, ceu præter substantiam accidens. At supponit postulaturq; ens vnum significare, relinquitur ergo magis substantiam, & subiectũ accidentis

Varia accidentis genera.

esse proprie ens, si quidem non sit accidens. Nam hoc est etiam magis consequens, & congruum, quoniam, quod est causa, vt alia sint. hoc erit maxime ens. hoc autem substantia est. Nam omnia alia vel de subiecta substantia dicuntur, vel in substantia sunt, vt in subiecto, ceu in prædicamentis didicimus. verum etiam sola substantia dicitur vnum proprie. Nam vnumquodque aliorum appellatur vnum per accidens, eo quod substantia sit vna, cui accidit accidens. Sed neq; ens potest esse substantia. Nam si ens, quod vere appellamus ens, nulli alij accidit, sed illi aliquid aliud accidit, siquidem subiectum est, cur magis ens significat, quod vere ens, quam non ens. Nam si solum subiectum, & quod verè est, hoc est ens, accidens profecto eius non erit ens, ceu album. si ergo quod vere ens album est, qm accidit ei album, & accidens eiusdem quo album esse dicimus, i. albedo non ens est, & non vt aliquod non ens, sed simpliciter non ens, quippe nihil aliud sit quam vere ens, igitur id, quod particeps est accidentis, & id, cui accidit accidens, erit non ens simpliciter, qm cui non ens accidit, ipsum est non ens, sicut id, cui accidit ens, est ens: igitur & substantia, aut vere ens erit non ens simpliciter, atq; idem erit proprie ens, & proprie non ens. Nam, quod accidit subiecto, si accidens erat, quod vere ens, poterit simul esse, & non esse, quod idem accidebat vere enti, si supponeretur subiectum esse, nisi quod illud subiectum est propter accidēs, & non est per seipsum: huic autem econtrario euenit, cum hic sit, quod vere est ipsum subiectum, ibi vero accidens esse vere ens assumptum sit. Si ergo omnia hæc fieri nequeunt, & ens est, quod vere ens, ceu supposuimus, ac post nlauimus, necesse est etiam accidens eius esse ens, & id, quod vere ens est, siquidē nihil aliud sit præter quod vere est ens. Quare plura ens significat, & non amplius erit vnum ens, sed etiam accidentia, quæ substātiæ insunt. Verum enimuero mihi videtur per hæc Arist. Parmenidē ostēdere, quod cum velit Parmen. non ens tollere de medio, & ob id vnum ens esse statuit, quoniam, quod est præter ens, nihil est, vt non solum introducit aliquod non ens propter suppositionem, sed etiam ipsum ens non ens esse demonstrat. Et hoc sane iam apud Platonem in Sophista demōstratum est: atq; quod, cum vnum ens sit, multa non extent, quoniam neq; motus, neq; statio, neq; alia generā sunt ipsum ens. Veruntamen Aristo. dicentibus vnum ens esse non modo demonstrabit non esse aliquod non ens, sed simpliciter non ens. Verum verba obscura fecit, eo quod supponit ipsum ens esse substantiam, & postea demonstrat non esse accidens, vbi dicit. Nam accidens &c.

Tex. 28. *Neque igitur magnitudinem habebit, quod est, si quidem quod vere est, est quod est. vtriq; .n. partium aliud est esse.*

Com. 28. Deinceps, quod nō oporteat ens vnum dici infinitum, vel finitum simul ostendit, ad Parmen. pariter, & ad Melissum respiciens. Nam, si vnum est ens, inquit, neq; magnitudinem habebit. Sed quod non habet magnitudinem id sane neq; finitum, neq; infinitum est. ergo vnum ens non erit finitum, neq; infinitum. At Parmenides videtur affirmare magnitudinem per se de ipso eo, quod totum est, & partes habet dicens. Aequalis vndiq; moli Sphæræ mobilis persimile à medio eque distās. Quòd vero si ens vnum sit magnitudinem non habeat perspicuum est: quandoquidem vnum non sit multa, neque habeat multa. Id autem, quod habet magnitudinē, habet etiā partes. & Id, quod habet partes, multa habet, & multa est, ꝓpterea, quod vniuscuiusq; partis diuersa est ratio: sed quibus est ratio diuersa hæc inter se differunt, & plura sunt. Sed, si hoc modo argumentum sit, videtur Arist. à superiore proposito discedere, cum argumentum ostendat multa esse. Vnde videtur magis Aristo. occurrere, obijcereque ad id, quod vere est. Nam supponit modo vnum ens esse substantiam, & adijcit in his verbis, siquidem id, quod vere est, sit id, quod est, proinde puto nihil aliud dicere, quam quod si substantia solum est, non erit ens diuisibile. Nam, quod diuiditur in plures partes, id quantitatis est particeps. Verum, quia dixit, vtriusq; partis diuersa est ratio, Alexan. tradit magis peculiare, congruumq; esse, vt non intelligamus magnitudinis partes, sed quod si magnitudo, & substantia duæ partes erunt entis, sane erit quantitas, & substantia. Equidem nunquam dixit (vtriusq;) quia, quod componitur ex partibus ex minimis prius debet componi, vnde ex duabus, & non pluribus est componendum. sed forsitan dixit vtriusque, vt id vocabulum significet numerum determinatum duorum, & propter hoc significat quantitatis participationem in eo, quod est euidenter ens. Sed nunquam illud primum absurdum ipsis infert Arist. quod pleriq; interpretes putant. s. ens non habere magnitudinem. tamen ab ipsis dicatur esse finitum, vel infinitum, quippe Aristo. non ignorauerit eos voluisse, & demonstrasse ens esse absque magnitudine, & indiuisibile, sed quoniam si vnum solum ens esse supponeretur, nihil inter ea, quę sunt, haberetur, quod magnitudine potiretur. item neq; quippiam esset totum, nec partes adessent. quod sane ab euidentia longe alienum est, quoniam cuncta corpora sensibilia, & naturalia habent magnitudinem.

Quod autem diuiditur, quod vere est, in quod vere est aliquid aliud, etiam ratione manifestum est. vt homo, si est, quod vere est aliquid necesse est & animal. quod vere aliquid est esse, & bipes. Si.n. non, quod vere est, est, accidentia erunt: aut igitur homini, aut alicui alij subiecto. sed impossibile est. Accidens etenim dicitur hoc, aut quod contingit esse, & non esse, aut cuius est in ratione hoc cui accidit. vt sedere quidem, velut separabile. in simo autem est ratio nasi, cui dicimus accidisse simum. Amplius quæcunq; in diffinitiua ratione insunt, aut ex quibus sunt, in ratione horum non inest ratio totius. vt in bipede ratio hominis, aut in albo ratio albi hominis. Si igitur hæc hoc se habent modo, & homini accidit bipes, necesse est separabile esse ipsum, Quare contingit vtiq; non bipedem esse hominem, aut in ratione bipedis inerit hominis ratio. sed impossibile est, illud.n. in illius ratione inest. Tex. 29. *Si autem alij accidunt bipes, & animal, & non est vtrunque, quod vere est aliquid, & homo vtiq; erit accidentium alteri. Sed quod vere aliquid est, sit accidens nulli.* Tex. 30. *Et de quo ambo, & vtrunque, & quod est ex his dicatur. Ex indiuisibilibus itaque est omne.*

Com. 30. Alexander inquit, quòd, cum ostendisset accidētia vna cum eo, quod proprie est, introduci, in præsentia ostendit, quod, & si daretur ipsis, quod est vere ens solum esse eo quod proprie est, & accidentia alio modo, sic etiam apud eos ens non vnum erit, sed id, quod vere est plura erit entia. Nam, vt magnitudinis diuisio, quam meminit, erit in vere entia. Item necesse erit, vt diuidatur s'm rationem in plura entia proprie, i. secundum definitionem. Cum igitur ostēdisset secundum magnitudinem, & diuisionem eiusdem in partes id, quod vere est fieri plura, & dissimilia, siquidem diuersæ partes diuersas habeant definitiones deinceps intulit, & diuisionem s'm definitionem, ac si Aristo. ostenderit iam in his id, quod vere est, magnitudinem habere. sic Alexan. exposuit. Atqui pace Alexandri contrarium dicit, qm inquit, nunquam igitur magnitudinem habebit id, quod est, siquidem, quod est ens vere ens sit. Nunquam igitur supponens Arist. illorū suppositionem, & ens

ens vnum esse, tollit ex eadem finitum, vel infinitum esse, vel esse Sphæræ mobilis moli persimile vndique à medio distans æqualiter, ceu Parmen. inquit. Nam hæc, cum sint magnitudo, & diuisibilia plura sunt, & non vnũ, Sed propter hoc, quia cum hoc, quod quidẽ supponunt ens vnum id, quod vere est, diuiditur in vere entia ſm definitionem ostendit, quod non sit vnum ens: perinde ac vndique, & quoquo verterint euadere nequeant confutationem, & argumentum, virtute sic efficiens syllogismum ſm conuersionem, quę appellatur cum oppositione. Si vnum ens est, non habet magnitudinem, quoniam non diuiditur: quod si diuiditur, quemadmodum apparet secundum definitionem, non erit vnum: & hoc deductum demonstrauit argumento, quod magnitudo diuiditur. Quod autem diuidatur, quod est vere ens, per hoc ostendit quoniam constat ipsum ens vere diuidi in vere entia plura, atq; ratione differentia, si quis illius afferat definitionem. Nam, vt se habet definitio, ita etiam se habet diffinibile: si ergo hominis ratio diffinitiua est animal pedestre bipes, & hæc sunt partes eius, dico inquam, animal pedestre, & bipes, quæ sunt aliqua vere, & substantia, atq; definitionibus diuersa. vel ergo substantia sunt, vel accidantia, i. vel vnum subiecto, vel non vnum subiecto, & propter hæc non sunt: & si accidentia, vel eidem homini, vel alteri alicui: at hæc fieri nequeunt. Nam, si accidunt homini, vel vt separabilia accidentia eius accidunt eidem, ceu sedere, quod sane fit, vt sit homo non animal, vel non pedestre, vel non bipes, quod sane absurdum est: vel erunt accidentia velut inseparabilia. sed accidens inseparabile est id, in cuius definitione ponitur subiectum, cui accidit. Nam simitas est accidens inseparabile nasi. idcirco definientes simitatem complectimur nasum in eius diffinitione, quippe qui definire soleamus simitatem esse cauitatem in naso. hæc nanq; in Posterioribus Analiticis tradit esse per se: quoniam sunt accidẽtia per se inhærentia suis subiectis. si ergo in ratione animalis, pedestris, bipedis, & omnium denique, quæ complent definitionem, non comprehenditur homo: quippe qui definientes animal non complectamur hominem in eius definitione, sed econtra hominem definientes animal cõprehendimus, perspicuum sane est, quod hęc non sint accidentia inseparabilia homini: quod si alij hæc acciderint, iam sequitur, vt plura entia habeantur. etenim id, cui accident, erit substantia, & id, quod vere est ens. Verum ipse non ad hoc deduxit rationẽ, sed ad illud, quod proposuit se ostensurum, quod vere ens diuiditur in vere entia ratione diuersa. si ergo hęc alicui alij accidunt, cõstat profecto, vt etiam totum ex his perfectum, & constitutum, i. homo, illi accidet, Nam si alicui animali inest pedestre, & bipes, profecto, & eidem inerit homo: sed hic homo est etiam, quod vere est: & id, quod vere est, atq; substantia est, subijcitur, & nulli accidens est: quare neq; ea, quæ assumuntur in definitione, eius erunt accidẽtia, sed cuncta erunt vere entia. Quare, si diuideretur ens in vere entia, iterum plura erunt hoc modo entia, si autem non plura, sed vnum, quod est vnum ens, ergo per conuersionem cum oppositione non habebit magnitudinem, & ita neque totum, neque partes erunt, immo neque erit alicuius definitio: quippe definitio non habebit partes, sed & ipsa erit indiuisibilis, itaque ex indiuisibilibus entibus ſm partem erit, ceu ex homine, equo, atque alijs vniuersum erit, siquidem horum nullum sit diuisibile. quo dato profecto, & ipsum omne vniuersumque erit indiuiduum expersque diuisionis, quod tamen diuisibile est, & diuidi concedebatur prius. Nam plura indiuisibilia non erunt nisi fuerit multitudo in vno ente, & si plura erunt, cõpositum ex ipsis indiuisibile erit. Nam pluribus coeuntibus, in vnumq; conuenientibus punctis, omnia puncta, quæ conueniunt, fiunt vnum punctũ, vt etiam ipse demonstrabit. hæc autem absurda sunt. Etenim apparet, & ostensum est non solum omne, vniuersumque diuisibile esse, sed etiam vnumquodque ens, quod etiam videtur ostendere ex abundanti quadam copia, scilicet, quod non solum totum plura erit, sed etiam vnumquodque ens. Alexan. autem, cum Arist. infert, ipsum igitur vniuersum, totumque ex indiuisibilibus constat, putat hoc etiam modo intelligendum esse, tanquam ex accidentibus, quæ nequeunt separari ab ipso vniuerso, neq; alia natura esse, sed natura vniuersi sunt. At vniuersum est substãtia, & ens: igitur partes ipsius erunt substantiæ. quasi diceret, ex substãtijs igitur erit vniuersum compositum ex his, quibus constat, & diuiditur in eas. Quare demonstratum est propositum, vt vere ens diuidatur in vere entia: quare nõ vt absurdum illatum est. ipsum igitur vniuersum, totumque ex indiuisibilibus constat, sed veluti consequens solum ex dictis. Hæc igitur, & vniuersa eorum, quæ diximus, sententia. Cęterum ad verba contextus proficiscendum est, cum dicit. Præterea quęcunq; in definitiua oratione cuiuspiam sunt, aut eorum, ex quibus aliquid constat, ex his indicat, quod licet aliquorum non sit diffinitio, quemadmodum se habent substantiæ indiuiduæ, tamen in eis aliqua sunt, ex quibus constat. Item cum dicit, Et de quo ambo dicuntur, atq; vtrunq; dicatur, & id, quod ex his componitur, indicat, vel quod vniuersaliter compositum ex partibus suis sit, & dicatur id, quod quidẽ sunt ambę partes, & vtrunq;, quod si partes accidẽtia fuerint, & totum erit accidens. vel magis econuerso, quod etiam partes dicantur, & sint illud, quod quidem est id, quod partibus constat. vt si, quod constat partibus, s. totum, fuerit substãtia, atq; vere ens, nulliq; accidens, partes quoq; erunt substantiæ, vereque entia, ac non accidentia. Scribit nanq; Aristo. sic, Et de quo ambo dicuntur, atq; vtrunque, & id, quod de eis dicatur, & id: id est de quo diceretur & vtrunque, s. vnaquæq; pars, de eodem etiam, quod constat ex his dicatur. Huic autem erat hoc consequens, Homo profecto etiam erit ex his, quę alij accidunt. inter quæ posuit, atq; accepit hoc, Sed id, quod proprie est, nulli sit accidens. Accedit præterea hoc in his animaduertendum, quod vere ens, quod nunc diuiditur, neq; vt genus, neq; vt species diuiditur. quod sane constat, quia dixit hominem non in indiuidua, sed in partes diffinitionis diuidi. Quoniam autem Alexan. maxima diligentia collegit quæ ad hunc locum spectant rationes, age, vt nos etiam, sicut illi videtur, illas exponamus. Ergo ratio, quæ principio instituta, adductaq; fuit, hæc est. Nam qui aiunt, ens vnum esse, vel assentiunt ens multipliciter dici, vel vno modo: quod si ens multifariam dici asserunt, plane plura entia esse fatebatur. Etenim substãtia, qualitas, quantitas, & alia quæcunq;, in quæ ens diuiditur, & non vnum: quare ens nõ multipliciter dicitur, si volunt tueri suam positionem. igitur ens vno modo dicetur iuxta quintum modum indemonstrabilẽ. Deinde secundus syllogismus supponens ens dici vno modo, qui quidem per diuisionem procedens, talis est. Istud ens vnum, vel est substantia, vel accidens, ſm diuisionem duplicem rerum, quę fit in prędicamentis, quando dicitur, Rerum aliæ in subiecto, aliæ vero non in subiecto. sed ens vnum non est accidẽs, igitur substantia: & hic syllogismus iuxta quintum modum indemõstrabilem etiam collectus est. Quod vero ens vnum non sit accidens, tertius syllogismus sic ostendit, Si accidens est illud, quod est illi subiectum, simul est, & non est: at hoc

Vnum non esse ens ex definitione ostenditur.

Vnum non esse id, quod est.

Vnum non esse accidens.

at hoc fieri non potest: igitur ens non erit accidens, in secundo modo indemonstrabili. Demonstrauit aũt deductum eo, quod subiectum tantum vnius entis cum aliud diuersumq; præter ipsum tautum sit, ens non est, quippe non erat aliquid aliud preter ens, verum quia ei inerat ens, *Ens non est substantia.* etiam ipsum subiectum fiebat ens. Quod vero neq; substautia sit proprie ens, vel, vt ipse dicit, vere ens, rursus hoc modo ostendit, si substantia est vere ens, nihil magis ens significat vere ens quam non ens: quare, quod est vere ens, erit pariter ens, & nõ ens. Quare ens plura significat: quod suppositum erat vuum significare. sed hæc sunt impossibilia, igitur substantia non est vere ens. Sed, quod ipsum vere ens non magis ens erit quam non ens, sic ostendit, si vere ens substantia est, & subiectum, & substantię accidentia sunt, quæ quidem sunt non entia, eo quod sunt præter ens, sed cui non ens inest, & ipsum non ens est, igitur substãtia, & subiectũ non ens erit, & neq; aliquod non ens, sed prorsus non ens. Nam hoc erat accidens, quod erat non ens inhærens illi. Quod etiam vere ens plura significet hoc modo ostẽdit. Si subiectum est vere ens, & potest ab accidente illud nominare; ceu ab albedine album nominatur: ergo subiectum albefiet; & ita vnum cum subiecto asserit accidens, & erit id, quod vere est, quippe nil aliud est præter ens vere: quare ens multa erit. Quòd etiam ens vnum neq; magnitudinẽ habebit, ostendit hoc modo: Quod vere est, & sulum subiectũ, & non plura, non habet multitudinem: quod habet magnitudinem est multa: igitur, quod est veræ ens non habet magnitudinẽ. Quòd vero id, quod habet magnitudinem, plura sit, hunc in modum ostendit. *Magnitudinem habẽs plura est.* Magnitudo habet partes: quod habet partes, plura ratione diuersa habet: & quod habet plura diuersa ratione plura in seipso habet, & plura est. Et deinde in calce, ac deniq; ostendit, quod vere ens diuidatur in vere entia, & ratione differentia; de quodam, quod vere est ens, diffinitionem accipiẽs, & concludẽs partes diffinitionis, & ipsa vere entia esse. Concludit ergo sic, Necesse est ipsas partes vel esse substanuas, vel accidentia: atqui accidentia non suut: igitur substantia. secundum quintum indemonstratẽ etiam hic syllogismus est. Si ergo vnum, vt dictum est prius, esset vel vt coutinuum, vel vt quorũ ratio eadem est, vel vt indiuisibile: ostensum est aũt, ens vnum nun posse habere magnitudinem, neq; definitionem; neq; indiuisibile esse: profecto liquet, ꝙ secundum nullum significatum vnius ens erit vnum. Sed qm̃ ipse in tota expositione, quod vere est, velut substantiam accepit, & eam substautiam, quæ est vna numero, & indiuidua, quidam Aris. interpretes, quorum unus Aspasius est, quod vere est ens accipiunt, tanquã genus entium. Quibus sufficienter contradixit Alexan. Aphrodisieus. Ponantur illius dicta breuiter; & succincte inquit enim, Quidam intellexerunt verba Arist. perinde ac ipse diceret, necessarium esse his, qui aiunt ens dici vno modo, aliquod cõmune genus omnium eorum, quæ sunt, accipere, in quo omnia particularia recipiuntur, & hoc fatentur ens esse, & hoc modo unum: qm̃ nihil eorum, quæ sub ente sunt, accipientes, amplius ens vnũ affirmare possunt, quod eo posito, & alia simul introducantur: etenim cum substantia accidentia, & cum accidentibus, substãtia, introducũtur, vt demonstrauit. Item confirmat rationem, ac fidem facit, ꝙ ens ponat, vt genus, ex dictis ab illo, in libro, qui inscribitur Liber Topicorum. Nam ibi Arist. dicit, homo est vere animal, pro hoc, homo est in genere animalis. Sed, qđ modo uon sic asserat uere ens dici, sed quod substãtiam significet, ex his, quæ prius narrauimus, liquet. Nam si operæpretium est cõtradicere positioni, iam contradixit in his, quibus dixit. Nam si erunt substantia, quantitas, & qualitas, siue hæc abiuncta separataq; fuerint inter se, siue non, plura suut quæ sunt. Nam hæc omnia ponit dicens, asserensq; ens dici uelut genus. Quare in hãc opinionem iam iu uectus fuisset, si aliqua uia contradicendi illi necessaria fuisset. Nam rationabile est. eum magis illã neglexisse ac paruifecisse tanquã dicentem contrarium. Qui.n. vnum aliquod, vt vnum numero esse uult, nõ quasi unum genus posuerit, quando genus mox multitudinem specierum, & indiuiduorum secum introducit. Sed aliquis dicet, unde nam ex uerbis Arist. constat Parmenidem dixisse ens esse unum numero? Respondemus etiã ex illo perspicuum esse, quia non, vt genus dicit uere ens esse, sed uelut substantiam. nam ostendit ens unum nun esse accidẽs, quod accidens de subiecto dicitur, quare id, quod non de subiecto dicitur, sed subiectum est, quod quidem est substantia per se subsistens, & non eget aliquo alio, ut sit. At genus prædicatur de subiecto, quare, quod uere est non erit genus; si plane id, quod dicitur de subiecto diuisit contra id, quod uere est. Item paulopost ipse dicet. Quisnam ipsum ens intelligit aliquid esse, nisi quod uere est? si ergo per se, ac uero ens non generi, sed substãtiæ conuenit, profecto uere ens erit substantia. Sed ad hoc dici potest, Platonem asserere ipsum uere ens dici de generibus, licet ipsum non de diuersis genere dici uelit, sed de his omnibus, quæ vnam naturam recipiunt. Item, si accipit oppositum accidẽti, ceu ex his verbis eius constat, sed, quod proprie est eus nulli sit accidens, & accidenti genus non opponitur, sed substãtia: ipsa profecto erit id, quod vere est. Item cum ex diuisione contradicit eis, diuisit ens in accideus, & quod vere est ens. Nam necessaria non erat interrogatio quid per ens dicerent, vnum accidens, vel genus: quippe ens est aliquid præter hæc. quare diuisit ens in accidẽs, & substantiam, igitur vere ens est substantia. Item, cum diuideret vnum, quod multipliciter dicitur, vnum numero diuisit: & vnum genere, vel specie, non cõmemorauit, perinde ac huiusmodi vnum introduceret multitudinem. Item genus duo habet, substantiale sibi aliquid, & cõe: at substantia est solum substantia: si ergo nullibi in communitatem, sed velut in substantiam, duntaxat, inuectus est, igitur, quod vere est, non genus, sed substantia est. Præterea procedẽdo, continuãdoq; dicta sua dixit. Si ergo, quod vere est nulli accidit: at genera sunt quædam accidentia: & si non sunt eorum accidentia, quorum suut genera, saltem substantiæ accidentium genera dicuntur accidere, ceu homini color. si ergo in genere est aliquid, & de ipso accidẽs dicitur, & de substantia nihil tale asseritur, atq; ipse, quod est vere ens velut oppositum accidenti ponit: igitur, quod vere est substantiam dixit, & non genus, quod etiam competit naturæ accidentis. Item adijciendo vlteriusque procedẽdo Arist. dicit. Si ergo, quod vere est nulli accidit, sed illi aliquid, si ergo illud, cui accidunt accidentia, substantia est, & nun genus, igitur, quod vere est, substantia erit, & non genus. Item diuidens, quod vere est non in species, & indiuidua ipsum diuidit: quæ sane partitio est, diuisioq; generis, sed in definitionem, & in ea, quæ collocantur in ea, s. in genus, & differentias, quæ sane diuisio substantiæ erit, & non generis, propterea, quod substantiæ est genus. sed supremo omnium generi non est supraueniens genus. Item ostendit genera; & differentias esse vere entia, qm̃ sunt partes vere entis: si ergo genus per aliquid aliud est vere ens, ipsum saue per se non erit vere ens, sed substãtia, per quam & genus substantiæ fit substantia, ceu accidentis accidens est. Item neque positio, neque opinio præter

omnium

omnium sententiam tale quid opinata esse videretur, cum non modo Parmenidi, sed etiam plerisq; Philosophis videatur vnum esse ens, veluti genus. Item, si genus esset vere ens, statueretur q̃uo album, vel aliquod aliud accidens non esse diceretur, quandoquidem hæc sint veluti substantiæ entis species. at ipse accipiens accidentia non esse, sic conclusit, quod vere est non esse ens, cui vere enti accidit ens, non aliquod non ens, sed simpliciter non ens. Atqui quonam pacto accidens erit simpliciter non ens, si genus ipsius erit, quod vere est. Item si quod vere est genus est, cur non omnia, quæ sub ipso collocantur non entia, vel entia erunt? quippe non oĩa, quæ sub genere sunt, ipsa etiam genera sunt. Item inquit, si.n.est, quod vere ens est etiam album: & genus aliquis non diceret album: & substantiam participantem albo dicimus. quare ex hoc constat, & substantiam velut indiuiduam dicat, & non generalem. Item exploratissimũ euidentissimumq́; erat demonstrare multa entia esse, exponendo definitionem generis. Quippe genus est id, quod de pluribus dicitur. At, cum ipse nullibi meminerit genus, neq; eius definitionem, quæ plane ostendit, indicatq; plura entia esse, perspicuum est ipsum nõ accepisse ens vere, vt genus appellandum esse, qm̃ genus in alijs libris locisq; vere ens appellat, videat quoq; ipsum dicere vocareq́; differentiã vere ens. Etenim hic eandem velut id, quod cõplet, & perficit vere ens nuncupat vere ens. attamen in his locis, quibus genus vere ens vocat, tãquam substantialiter prædicatum, & efficiens illud vere ens, de quo prędicatur sic vere ens appellat. Et Eudemus in oĩbus sequẽs Arist. non intellexit vere ens, vt genus. Porro in Primo lib. de Naturalibus rebus, vt de Parmenidis sententia differit, hæc scripsit, vt Alexan. tradit, qm̃ ipse non nactus sum in Eudemo hęc verba. Commune igitur non dixerit, quippe talia non dum quęrebantur, sed posterius ex rationibus proficiscuntur. neq; admiserit ea, quæ de ipso ente tradit. Nam, si commune dixisset Parmenides, quomodo, hoc tueretur esse id, quod à medio æqualiter distat, & similia? At inquit Eudemus, omnes huiusmodi rationes fere cœlo competunt, & congruunt.

Tex. 31.

Quidam autem rationibus vtrisq; acquieuerunt. illi quidem, quod omnia vnum sunt, si, quod est vnum significat, quod id est etiam, quod non est. huic autem, cum ex duplici diuisione, indiuiduas fecissent magnitudines. Manifestum autem est, & quod non verum est, quod si vnum significat, quod est, & non possibile est simul contradictionem essenihil erit, quod non est. nihil.n. prohibet, non simpliciter sit, sed non ens aliquid sit, quod non est. Dicere igitur, quòd si præter ipsum quod est, aliquid aliud non erit, vnum omnia fore inconueniens est. Quis.n. discit ipsum quod est, nisi quod vere est aliquid esse? Si autem hoc, nihil sic prohibet multa, quod est esse, sicut dictum est. Quòd igitur sic vnum esse, quod est, impossibile sit, manifestum est.

Cõm. 17.

Cum ipse confutasset rationem Parmenidis, tum quia illas ꝓpositiones falsas assumebat (nam erat ꝓpositio ens vno dici modo, aut, quod est præter ens est non ens, aut quod est non ens, nihil esse) hæ.n. propositiones æquiualent: tum etiã quia vitiosa forma concludebat, quippe non sequebatur ex assumptis illata conclusio: inquit modo, quosdam cessisse vtrisq; ꝓpositionibus, illi.s. Parmenidis, & illi Zenonis, qui auxiliũ ferre, succurrereq́; rationi Parmenidis voluit aduersus eos, qui eum ludificari, & obiurgare nitebantur, ꝙ si vnum est, plura contingit afferre ipsam rationem, & ridicula, & sibi ipsi contraria asserere. Cum ergo Zeno demonstraret eorum positionẽ pati adhuc ridicula magis, incidereq; in ea, quæ sunt magis risu digna, quæ asserit multa esse, quam illi, quæ asserit vnum esse, inquit hoc manifestum esse, siquis sufficienter aduertat. Nam ipse Zeno videtur hæc testari de ratione Parmenidis, & confirmare, ceu liquet in Platonis libro, qui inscribitur Parm. Et ratio Parmenidis est, ꝙ omnia sint vnum ens, siquidem ens significat vnum. Nam quod est præter ipsum, nihil erit. Verum, vt Theophrastus deduxit, sic ratio est, quod est præter ens, non est id, quod est, & non ens nihil, &c. huic ergo rationi, inquit Arist. quosdam cessisse. Cessisse vero rationi, nihil aliud est quam assentiri propositionibus probantibus ipsam, vel combinationi coniugationiq; earum. Inquit ergo, Platonem cessisse propositioni dicenti, quod est pręter ens non ens est. Etenim motum & statum idem, atq; diuersum, inquit, in Sophista esse ab ente diuersa: sed aliam propositionem, s. non ens nihil est, non amplius concedebat. Etenim sunt diuersa ab ente, & si non entia sint, attamen ea esse inquit. & hac ratione non ens introducit. At Alexan. inquit, Platonem si concessetit ens vnum esse tñ non amplius omnia vnum esse concedere, cum ipse numeret inter omnia nõ solum ens, sed etiam non ens. & refert Alexã. Platonem non ita dixisse non ens in rerum natura esse, tanquã sit aliquod ens sub ente, quippe non sit partim non ens, partimq; ens, neque contineatur ab ente posito, sed cum habeat aliam naturam circa concessum ens, & positum esse dixit. cum itaque admiserit ens vnum esse, & vno modo dici, atque concessetit propositionem dicentem, quod præter non ens est, non ens est, & dixerit esse aliud quid ab ente accepto in propositione, contradictionem dixit. Nam, cum admittat circa ens non esse, rursus asserit circa ens esse, in cõtradictionem incidit dicentem non ens absolute esse. Atqui siquis contenderet non ens esse, sed non absolute non ens, sed aliquod nõ ens, is profecto non incidet in cõtradictionem. nam quoddam aliud ens non est aliud ens: quandoquidẽ non demonstretur ens vno numero dici. cum assumit ens vno modo dici. Hæc igitur Alexan. inquit. Porphyrius vero inquit, Platonem, & non ens esse asserere, sic tñ esse, vt non ens, quippe qui vere ens asserebat esse ideam, & hanc vere substãtiam esse, at extremã, & primam substantiã dixit esse materiam informem, & sine specie, ex qua omnia fiunt, quæ quidem est, sed nihil est eorum, quæ sunt. Nam ipsa in seipsa considerata, & intellecta, est potẽtia omnia, sed actu nihil est. Effectum autem, & constitutũ ex materia, & forma, quatenus formæ est particeps, est aliquid, & per formam appellatur, & denominatur, quatenus vero materia participat, & per hanc in continuo fluxu, & mutatione uersatur, sic non est simpliciter, neq; secure ac firmiter. Porro horum vnum ab altero diuidens atque distinguens inquit: Quid est, qđ semper est, carens generatione: quid uero est, quod gignitur quidem, neque est unquam. Et dixit non ens esse, non autem hoc dicit, ut uelit ens, non ens esse, & econtra, non ens esse ens, alioquin hæc essent opposita ſm contradictionem: quippe nequeat homo simul esse, atque non esse homo, uerum hominem non esse equum uerum est dicere. Verum contra Alexãdrum sufficiant uerba Platonis in medium posuisse, quæ ipse meminit, cum ipsa plane, ut existimo, insinuent, ostendantque Platonem non absolute non ens, sed aliquod nõ ens introduxisse. Sic uerba iacẽt, Aduertisne q̃ longe Parmenidem à dubitatione auocauimus. The. curnam? Hosp. cum ulterius quam ille statuit nos considerare, quærendo transgressi multo plura quam ille ostenderimus. Theætetus. quo pacto? Hospes. qm̃ inquit ille, Non.n. nunquam nusquam sunt non entia, sed tu ab hoc progressu quærendi cohibe mentem. Hæc ille. Nos

autem

» autem non solum non entia esse ostendimus, sed quæ sunt
» entis formam protulimus. Cum.n.demonstrauissemus al-
» terius naturam esse, quæ in omnibus entibus inuicem dif-
» fusa, dispersaq; est, tūc partem eius oppositam ei, quod cu-
» iusque ens est, ipsum reuera non ens esse asserere ausi fui-
» mus, tanquam idipsum sit vere non ens. The. Vera prorsus
» ô Hosp. dixisse mihi videris. Nemo itaq; dicat, quod post-
» quam non ens entis contrarium esse ostendimus, quod ip-
» sum esse dicere audeamus. Nos.n.iamdiu prætermisimus
» vtrum esse contrarium, necne, quod habeat ratioñ, ne ali
» cui enti. Quod aūt nunc diximus, esse non ens, vel quispiá cum reprobauerit persuadeat nos minime recte dixisse: vel quousq; reprobare non valet, illi dicendum est, nobis cunq; sentiendum, quemadmodum.& nos dicimus, quod videlicet genera inuicem sint cōmixta, atq; ens, & alterum per omnia, & per se inuicem penetrando sese mutuo capiant, dum alterum diuersumue ab ente participat. Equidem est propter hanc participationem, non tñ est illud ipsum, quo participauit, sed aliud quiddam: cum vero alterum sit ab eo, quod est euidentissime necessario sequitur, vt non ens esse dicatur. Non ens quoque, qm̄ est alterius diuersique particeps, alterum ab alijs generibus erit. cumq; alterum sit ab illis omnibus, ens nullum illorum est, neq; alia omnia simul sine ipso. quapropter ens absq; dubio in plurimis plurima non est, & alia quoq; vniuersa, & singula multifariam quidem sunt, & multifariam non sunt. Ex his igitur verbis Alexā. censuit Platonem simpliciter non ens asserere introducereque, perinde atq; accipiat simpliciter ens tanquam genus. & satis fuisset audire Platonem dicentem. Nemo itaq; dicat, postquam non ens entis contrarium esse ostēdimus, quod ipsum esse dicere audeamus. Item, quia Plato dicit vnumquodq; esse per participationem entis, nō tamen esse ens. Et ante hęc verba quale non ens introducit, plane indicauit dicens, quando non ens dicimus, vt videtur, non contrarium aliquod enti dicimus, sed solum alterum ab ente. suffecisset ergo Alexan. audire dicta Platonis de simpliciter non ente, & de contrario enti. Verum qualēcunq; sermonem de non ente Plato excipiat, afferatque, crimine cōfutationeq; non vacat, cum ipsum non ens, neq; esse, neque non esse, neque quippiam de ipso tutum, firmum, ratumque plane dixerit. Suffecissent igitur hæc, vt dixi Alexan. Sed intelligere oportet, quod ens, quod Plato accepit, consideratur secundum ipsam tantum proprietatem ipsius esse, quod etiam diuiditur contra alia genera, & contra ipsum non ens. Etenim hoc ens sic acceptum dicit genus esse, sed non prorsus ens, & id, quod omnia genera in seipso complectitur, cui omnino non ens opponitur, si quippiam dici potest illi opponi. Tale autem non erit genus, si quidem genera contraria sint diuisione, qua inter se discrepant, & s̄m vnam proprietatem circūscribuntur, quæ sane ipsa iam sunt diuisa ac separata ab intellectuali vnitate, in qua omnia erant vnum, ceu Parmen. inquit: & cum primum occurrunt in separationem distinctionemq; intellectualem, indiuisibiliter impartibiliterúe partiuntur, & in sensibilium rerum distractionē membratimq; distributionem veniunt, quibus medijs proficiscuntur ad animalem compaginem. quare non tam facile introducitur, simpliciter non ens simpliciter enti contrarium. Verumenimuero Porphyrius pulchre riteq; cōtemplatus est, asserens Platonem non introduxisse non ens absolute, quippe qui tradit Platonē in Sophista vocasse assignasseq; non ens ipsum genitum, generabileq; ens, de quo dicit in Timæo. Quid vero quod gignitur, neq; est vnquam. Sed hoc dignum esse annotatione mihi videtur. qm̄ Plato videtur inuenire non ens in separatione segregationeque intellectualium, non autem sensibilium. Nam de materialibus & sensibilibus hęc qn̄ dixisset? Quid vero, dic per Iouem reuera motum, viam, animam, sapientiam, nunquid ab eo quod omnino ac vere est, abesse existimabimus, neque viuere ipsum, neque sapere, sed venerandum ac sanctum mentem non habens, immobile stabileque esse? Vnde cōiter ad Alexandrum & Porphyrium dico, ꝙ non adeo plane Plato introduxit aliquod non ens esse, vt Arist. obijcit ei, introduxisse simpliciter non ens. Et quanquam obijciat, non tñ in Platonē in his inuehitur, perinde ac ipse demonstraret, si quod est præter ens est non ens: ergo non omnia erunt vnum, & ex his verbis introduceret non ens. Non.n.eo quod non ens Plato introducit plura entia esse ostendit, sed hoc quidem demonstrauit indicās aliud esse vnum, & aliud esse ens, quod quidem etiam ostendit ex eo quod totum est vndique sphæræ mobilis moli persimile à medio vndique distans. Non ens autem ostenderat dicens Sophistam esse simulachrorum authorē, & simulachrum aliquid falsi habere, falsum quoq; non esse, si non sit id, quod non est, quod si non est, neq; non ens est. Nam qui decipit & fallit mentiturque, vel ens non esse, vel non ens esse dicit. Hæc igitur de altero modo concedendi rationem dicta sint, cum Arist. neque concedat ens vno modo dici, neque assentiat propositioni dicenti, quod est præter ens est non ens: nisi quis dixerit non ens hoc modo velut aliquid quod non est substātia, sed aliquid aliud esse nihil prohibet, quod etiam Plato ante Arist. clamat. Vnde perspicuum est etiam Arist. vna cum Platone vidisse, sciuisseque, quod non ens simul cum multitudine introducitur. Nam inquit, Nihil.n. vetat, vt id, quod non est, non sit absolute non ens, sed non ens quippiam. Veruntamen deinceps inquit, quod quanquam vera esset propositio dicens, quod est præter ens est non ens, tamen non ob id necesse est, omnia esse vnum numero. Nam ipsum per se ens, quod ipsi statuunt & supponunt, nemo quippiam aliud esse intelligeret quā quod vere ens, id est proprie ens, s. substantiam. Cum hoc itaque sic se habeat, ostēsum est prius, quod siue vere ens participet accidēte, siue non, plura sint entia: quippe & ipsa per se entia plura sint, propter ea, quæ comprehenduntur substantialiter in definitione vere entis. Sed scitu dignum est, quod ipsum per se ens, seu propriissime ens, & vere ens sic appellata sunt more Platonico. Cæterum secundam rationem, quę diuisionem in duas partes continet, Zenonis fuisse Alexan. inquit, qui dicit, si ens haberet magnitudinem, & diuideretur, ens profecto plura & non vnum foret: atque ostēdit per hoc, ꝙ nullum ens sit vnum. Verum de hac ratione inquit Arist. prius dixisse vbi tulit, conturbabantur autem & Posteri, cuius solutionem adiecit per illud, quod subiunxit, perinde ac non posset vnum plura esse, non tamen ea, quę opponuntur. Est enim ipsum vnum potentia & actu. Huic quoque rationi, scilicet de binaria diuisione semper in partes Alexan. tradit Xenocratem chalchedoniū allusisseque, assensitque, concedentem omne, totumque diuisibile plura esse. Nam pars est alia à toto. & cum nequeat idem simul vnum & plura esse, qm̄ contradictio simul vera esse nequit, negabat omnem magnitudinem diuisibilem esse, ac partes habere. Nam esse aliquas insectiles lineas, in quibus amplius verum non est has plura esse tradidit. Nam hoc modo putabat vnius naturam inuenire & euadere cōtradictionem, quia vnum non est diuisibile, sed plura, neq; lineæ indiuisibiles sunt plura, sed vnum solum. Sed, cum hæc Alexan. explicet, quærendum, immorandumq; est, in primis quidem,

Nullum ens esse autem qua ratione Zenoni ascribatur.

dem, quonam pacto hoc sit proprium Zenoni, s. asserere nullum ens esse vnum, quinimmo in contrariũ plura scripserit argumenta, quibus tollit de medio plura esse, vt per destructionem plurium omnia esse vnum statuat & confirmet, quod quidem & Parmen. voluit asserere. Deinde opus est dicere occasionem & opportunitatem, qua nunc Arist. meminit rationis Zenonis, & eorum, qui temere rationi cesserũt, quemadmodum allata est causa eorum, qui cesserunt rationi Parmenidi: at eorum, qui non ens introducunt, clara perspicuaq; est oportunitas. Nã occasio erat, vt plura entia esse demonstrarentur, quod quidem Parmenides negauit. Si ergo Zeno tollit vnum esse, ostẽdens plura esse, sermo, ratioq; non indigeret aliquo patrocinio, atq; alterius ope: nisi quis dicat eum meminisse hanc rationem velut oppositam dicentem solum plura entia esse. Sed videtur Alexan. ex rationibus verbisq; Eudemi opinionem Zenonis hausisse, vt qui sustulerit, deleueritque vnum de medio. Nam Eudemus in libris naturalibus inquit. Nonne hoc itaq; non est, est autem aliquid vnum? Nam hoc dubitabatur, in quæstionemq́ue veniebat. Et Zenonem ferunt dicere, siquis vnum ipsi assignauerit quidnã sit, cum dicturum esse entia, cum assignauerit definitionem. Dubitauit autem, vt videtur, q̃m vnumquodque sensibile per prædicationem & partitionem plura dicitur esse, proinde punctum, cum nihil ponat, neque efficiat, quippe neq; alicui additum augeat, neque sublatum diminuat, inter entia numerandum non esse censuit. Et verisimile est Zenonem dubitantem de vno, cum ad vtranq; partem exercitij causa argueret, quocirca bilinguis esse fertur, tales rationes protulisse, adduxisseque in medium. Veruntamen in eo libro, quo plura argumenta conscripsit, in vnoquoque argumento ostendit accidere dicenti plura esse, vt contraria & pugnantia sibi dicat. Quorum vnum est argumentum, in quo ostẽdit, quod si plura sint, & magna erunt & parua: magna, inquam, vt habeant infinitam magnitudinem: parua vero sic, vt nullam magnitudinem habeant. In hoc igitur ostendit, quod id, cuius neque magnitudo, neque crassitudo, neque moles vlla est, neque hoc erit. Non enim, inquit, si alicui alteri enti adueniret, maius quicquam efficeret. Nam, cum id, quod aduenit, nulla sit magnitudo, non poterit in magnitudinem verti, & eam augere & ita adueniens iam nihil erit. similiter, si abfuerit ab eo, nihil tamen illud alterum minus est, neque econtra, adueniens augebitur, neque absens diminuetur: q̃m id, quod aduenit, atque abest, nihil erit. Et hæc Zeno non affirmat vt vnũ esse adimeret, sed quod, si magnitudo vnaquæque habet plura & infinita, nihil erit præcise præsertimq́ue vnum, ob sectionem in infinitum. at oportet vnum esse. quod ostẽdit, cum prius indicasset nullam habere magnitudinem, eo quod vnumquodque ex multis sibimet idẽ est, atque vnum & multa. Themistius quoq; inquit Zenonis rationem probare vnum ens esse, eo quod continuum idem est, & indiuisibile. Nam si diuideretur, inquit, nihil erit præcise vnũ, propter sectionem corporum in infinitũ. Verum videtur magis Zeno dicere, quod neque plura erunt. Porphyrius tamen inquit etiam eam rationem, quæ est ex diuisione in duas partes, esse Parmenidis, ex qua tentat ostendere ens vnum esse. Sic.n. Porphyrius scribit. Altera erat ratio Parmenidis, quam adducebat ex diuisione semper in duas partes, putans ostendere duntaxat vnum ens esse, & hoc impartibile & indiuisibile. Nam, inquit, si erit diuisibile, secetur in duas partes; & deinde vtraque pars bifariam secetur quo semper facto, constat, inquit, vel quod remanent aliquę extremę magnitudines minimæ ĩdiuisibiles, licet sint multitudine infinitæ, & totum ex minimis, licet multitudine infinitis, constituetur: vel vacuum inaneq; erit. & non poterit amplius in aliquo diuidi, & ita ex nullo constabit: quæ sane absurda sunt. igitur non diuidetur, sed manebit vnum. Etenim, cum omni ex parte, & vndique simile sit, siquidem diuidi potest, vndique profecto similiter diuidi poterit, & minime partim diuideretur, partim non. diuidatur ergo vndique. liquet igitur, ꝙ rursus nil remanebit, sed erit vanum, incassum illud. & siquidem constituetur, rursus ex nihilo constituetur. Nam, si remanserit aliquid diuidẽdum, ergo non erit vndique diuisum. Quare ex his perspicuum esse inquit, ꝙ ens erit indiuisibile, impartibile, & vnum. Sed alij, qui primam argumenti illationem ad Xenocratem referendam esse contẽdunt, hanc, s. quòd, si vnum est ens, indiuisibile erit, aiunt, non tñ ens indiuisibile esse. quocirca rursus ens non erit dũtaxat vnum, sed plura, licet illud nõ sit diuisibile in infinitum, sed in quasdam insectiles magnitudines decidere, atque desinere, tamen hæc dixere non indiuisibilia esse tanquam impartibilia & minima, sed ſm quãtitatem & materiam sectibilia, & partes habentia, specie quidem insectiles & primas supponens quasdam primas lineas indiuisibiles esse, ex quibus prima plana & solida constant. Hanc igitur dubitationem ex diuisione in duas partes, atq; ex sectione absolute, & diuisione in infinitum, occurrentem Xenocrates putat dissolui, cum lineas insecabiles afferat, atq; efficiat magnitudines simpliciter indiuisibiles, euadendo rationem, ꝙ si ens diuisibile esset, in non ens dissolueretur & consumeretur manentibus insectibilibus lineis hoc modo, vt nequeant diuidi, neq; secari, ex quibus subsistunt ea, quæ sunt. Porro dicta Porphyrij, quibus ad verbum fit mentio rationis ex diuisione in duas partes ob absurdum, quod sequitur ex diuisione, & introducit vnum & indiuisibile, recte habẽtur. Vnde inquisitione dignum est, num hæc secunda ratio sit Parmenidis, ac non Zenonis, vt etiam videtur Alexã. Sed mediusfidius in dictis Parmenidis aliqđ huiusmodi non dicitur, sed magna pars historiæ, & narrationis dubitationem, quæ est ex diuisione in duas partes Zenoni adscribit, atq; attribuit. Item in rationibus de Motu, quæ Sexto lib. Physicę auscultationis afferuntur, hanc rationem velut Zenonis fuisse meminit. Sed quid plura dici oportet, cum & eadem afferatur in libro ipsius Zenonis. Nam, cum ostendat si plura sint eadem esse infinita & finita, hæc verba ad vnguem scribit. si plura sunt, necesse est tot esse quot sunt, & neq; plura, neq; pauciora eisdem: si vero tot sunt quot sunt finita erũt. Et rursus: Si plura erunt infinita entia sunt. nam semper diuersa entia intermedia sunt, & rursus illorum intermediorum alia, & ita infinita entia sunt. Sic itaq; ex diuisione in duas partes infinitum multitudine demonstrauit, sed infinitum magnitudine ostẽdit prius per idem argumentum. Nam prius cum ostendisset, ꝙ si ens non habet magnitudinem, neq; erit, infert, si autem est, necesse profecto est vnumquodq; aliquam obtinere magnitudinem & crassitudinẽ, neq; in eodem alterum ab altero abesse. eadem quoq; ratio est de eo, quod excedit: etenim illud habebit magnitudinem & illius aliquid excedet: vnde simile erit de vno diuisibili, quod semel diuidendum diximus, & de omnibus semper idem dici. quippe nullum sit eiusdem extremum, neq; vllum diuisile habuerit terminum, cum vltro diuidi possit, neq; alterum ad alterum terminatum erit. Vnde, si plura fuerint hoc modo, necesse est eadem esse parua & magna: parua quidem non habent magnitudinem, magna autem, cum sint infinita. quare Zenonis erat ratio de diuisione in duas partes, vt Alexã. vult,

tamen non eo quod Zeno sustulit de medio vnum, sed potius plura, accidit supponentibus ea dicere contraria, qua ratione etiam rationem Parmenidis dicẽtis vnum esse ens tuebatur & cõfirmabat:quare rationabiliter fit nunc mentio rationis,quæ est ex diuisione in duas partes,& eorum, qui non rectè cesserunt Zenoni. quod si non erunt aliquæ magnitudines insectiles,necesse est infinita esse entia multitudine & magnitudine, quocirca etiam temere statuere lineas insectiles,vt plura entia esse & non abire, recipique multitudinem , magnitudinemq́; in infinitum tuerentur. Quãuis iterum in contradictionem incidere videntur dicentes, magnitudinem esse non magnitudinem,quandoquidem lineam magnitudinem quandam indiuisibilem aiunt.Iccirco Arist.eorum concesionem & confirmationem repellit & respuit. qm̃ & si magnitudo est in infinitum diuisibilis, non tamen partes eius actu infinitæ sunt, sed vna quidem actu,potẽtia vero multæ,iccirco hęc non sunt opposita. Vel talem solutionem intulit rectè Arist.in his dictis,quibus idem vnum & multa esse demonstrauit. In his vero, qui demonstrant infinita esse, non est verum dicere partes continui esse potẽtia infinitas , alioquin actu infinita aliquando forent,si illud,quod est potẽtia,frustra, incassumq́; habere non debent. Verum dicendum est , vt Porphyrius tradit , quod aliud est continuum esse diuisibile in infinitum,& aliud esse in infinita diuisum.Nam diuisio fieri semper potest,& hoc est ipsam esse in infinitũ,at diuisam esse desinere nunquam potest, qm̃ cum cessat diuisio terminatur & finitur.Nam plurimum refert dicere, aliquod esse diuisum in infinitum, & aliquid in infinitum diuidi:quippe aliud non aliqñ fieret,neq́; termino clauderetur , aliud vero nunquam deficeret , cum semper fieret. Nam,eo quod alterum semper fit & desinere non potest, alterum non terminaretur. itaq́; nemo conturbetur, quonam pacto diuisibile in infinitum potentia diuidi queat : nam diuisibile potest diuidi, attamen nunquam in infinita diuiditur.Vnde ad argumentum,illa potentia frustra tẽmereq́; habetur , quæ nunquam reducitur proficisciturq́; ad actum.Hoc igitur neminem turbet.quandoquidem diuisibile in infinitum non sit potentia in infinita diuisum, sed in infinita diuidendum: hoc aũt semper habet in actu, siquidem omne quod sumptum est actu,id etiam fit diuisibile,& diuiditur, si nihil prohibet, & si non à nobis,saltem à natura,quę continuo addit & diuidit. Quoniam ergo omne continuum est in infinitum diuisibile , statuitur & confirmatur, nihil esse magnitudinis quod sit diuidendum in magnitudines indiuisibiles, & non magnitudines. Nam cuiusuis assumpti continui est aliqua pars,quę etiam est continua,& hoc in infinitum.vnde,si omnis diuisio est in magnitudines , profectò diuisio erit infinitum. Quod vero diuisio fiat in magnitudines, & in infinitum, perspicuum est:siquidem puncta sese inuicem tangere nequeãt, neq́; distãtiam spaciumúe efficere possint. Nam punctum puncto additum facit punctum , sed non magnitudinem, quæ neq́; ex punctis componitur, neq́; in punctis diuiditur.Sed neq́; magnitudines in infinita aliquando diuidentur,cum fuerint finitæ: qm̃ in quæ diuiditur,ex illis etiam constat.at id,quod cõstat ex magnitudinibus infinitis multitudine,erit magnitudine infinitum. Nam,si finitum est, sane acciperet additione alicuius alterius similis illis, quæ component ipsum,& ita illa non erunt multitudine infinita. Sed, cum Xenocrates & ipse esset vir sapiens, quonam pacto igitur statuit lineas indiuisiles insectilesque, quippe qui nec ignorauerit naturam magnitudinis ? Item neque dixit esse forma,vel specie indiuisibiles, lineas. Nam non solum minimæ lineæ sunt specie indiuisibiles, sed etiam maxima corpora . Sed forte Xenocrates non instat repugnatq́; sectioni in infinitum.nam, cum Geometriam calluerit,non sustulit principium Geometriæ,sed negauit lineas esse diuisas in infinita,cum semper sint quædam magnitudines insectiles,quę neq́; à natura per se diuidi queãt propter paruitatem , sed rursus alijs corporibus vnitæ,atq; iunctæ,sic toto diuiso illæ in seipsis recipiunt diuisionem, quam separatæ à corpore lineæ de se,existentes , non sustinerent,neque reciperẽt.Vt ergo Plato dixit traditq́ue plana prima esse, atque prima corpora, ita Xenocrates lineas insectiles propter paruitatem,licet suapte natura sint diuisiles. Cæterum , qm̃ peruenimus iam ad finem rationum Parmenidis,rectè,riteq́; faciemus,si Parmenidis opinionem de vno ente,q̃ conueniat & congrua sit pręposítis ponderabimus,examinabimusq́ue,etiam si contradictiones,seu rationes,quibus Arist.cõtradixit illi,propter quid adductæ fuerint considerabimus.Quòd igitur Parm.non posuerit aliquod generabile vel corruptibile esse vnũ ens, indicio est eius sententia , cum dicit in illis verbis, vnum esse ingenitũ, & expers interitus esse , in quibus sic inquit:

Superest adhuc vnum via verbum vt est
Hac ratione in signa plurima sunt,
Vt ingenitum existens interitusq́ue expers.

Item neque prorsus illud vnum esse corporeum voluit, quippe qui asserat ipsum esse indiuisibile , dicens.

Neque diuisibile est, cum omne sit vndique simile,

Quare neq́; dicta eius cœlo cõpetunt,& coaptari queunt. ceu Eudemus inquit , quosdam audientes ipsum dixisse, omne esse vndique sphæræ mobilis moli persimile , ratos fuisse,ac præsertim,quia cęlum non est diuisibile.Sed non satis hi perspiciunt , qm̃ cœlum non est similis sphæra, sed sphæra est naturalium omnium exactissima . Item quod Parmenides vnum ens , neque dixerit esse quoddam animal cõstat,eo quod tulit ipsum esse immobile,cum immobile perfectum fiat, atque finitum omne nuncupatum , & minime nomen sortitum est substantiæ animatæ habentis motum,vt putarunt Eleatici philosophi.Item dicit,ens simul omne esse cum modo simul sit omne,tum quia secundum eadem est,tum etiam quia eodẽ modo se habet idem existens in seipsoq́; manens, & per seipsum stat,atq́; iacet. Et perspicuum est, q secundum substãtiam & potentiam atque actum idem manet omne , simulque , ac secundum eadem est: quæ sanè sunt supra animæ substantiam. Neq́; vnquam ipsum intellectuale dixit , quoniam intellectuale sustineret distinctionem ab eo,quod intelligitur,& cõuersionem ad intelligibile , sed quod ipse dixerit esse vnum ens intelligere, intellectile & cuius gratia est intellectum. Non.n.sine ente,i.intelligibili,in quo separatum inueniens intelligere. Item intelligens diuisum,seiunctumq́ue in species est , ceu intelligibile vnitum specierum separationem prius accepit. at vbi est separatio , ibi etiam est diuersitas, qua existente etiam non ens esse cõmonstrabitur. Nam alterum diuersumq́ue non est id,quod vere alterum est.Parmenides autem non ens ex vno ente prorsus seiunxit, exterminauitq́ue. Nam inquit, nũquam & nullo modo sunt illa, quæ non sunt:Sed tu hoc tramite quęrens cohibe mentem.Item neque sensit vnum ens esse aliquam communitatem,neque eam, quæ posterius est,genus ex nostris notionibus conceptionibusq́; animę per abstractionem subsistens : alioquin ipsum vnum ens non esset ingenitum, & incorruptibile, sicut dixit. Neque eam cõmunitatem esse dixit, quæ in rebus est. Nam hæc est sensibilis ex his profecta,quæ opinabilia & deceptibilia sunt.de quibus posterius

rius dicit. Item alia est differentia præter has, quoniam hæc iam patitur diuersitatem & non ens. Vnde quomodo de eadem communitate vere diceret, nunc simul omne esse, vel contrahere in seipsa mentem & intelligibile. Sed nunquid substantiam indiuidua vnum ens esse dicat? an ipsa est potius dissonans differentiaq; ab ente? etenim substantia indiuidua est generabilis, & diuersitate diuisim comprehenditur materialis sensibilis, atq; alia ab accidente. Item substantia indiuidua est diuisilis & motui obnoxia. Relinquitur ergo, vnum ens esse apud Parmenidem intelligibile, quandam omnium rerum causam, propter quam mens est intelligere, in qua cuncta sunt secundum vnitatem con tracte & vnitate accepta, in qua etiam est vnius & entis natura. Quocirca & Zeno dicebat, si quis ipsum vnum recte demonstrauerit ipse definiet ens, non quod separet ens ab vno, sed quod simul cum ente subsistat. Vnde huic vni enti omnes Parmenidis conclusiones competunt & conueniunt. Etenim ingenitum & expers interitus hoc ens est. Item totum & eiusdem generis. Nam reuera post alterum secundum non erit, cum sit ante omnem separationem. Item huic enti competit omne simul esse, atq; nihil loci in eo non ens habebit. Præterea indiuisibile est & immobile omni specie motus & diuisionis. Item idem est secundum idem & eodem modo. Rursus finis est. Nam hoc est finis omnium & si est hoc ens id cuius gratia est intelligere, profecto erit intelligibile. Nam gratia intelligibilis est intelligere & mens, quod si idem est intelligere & intelligibile in ipso, ineffabilis erit excellentia vnitatis eius. Et ne alicui videar temulentus quasiq; somniare dicta Parmenidis, libenter dicta eius inseruerim commentarijs, vt fidem dictis meis adhibeam, atq propter raram copiam libri Parmenidis conscribam, sic autem inquit.

Vnum adhuc restabit viæ verbum vt est:
Hac ratione in signa plurima sunt.
Vt ingenitum existens, atque interitus expers
Est totum vnius generis, immotum absque fine
Nunquam fuit neque erit,
Cum modo simul omne sit vnum continuum:
Quem.n.ortum ipsius inuestigabis, quo vndeque actum
Neque ex non ente dici sinam, neq; intelligere:
Non enim hoc dici potest, neq; est intelligibile vt non est.
Cur autem illud potius cœpit posterius quam prius cum à nullo cœperit nasci.
Sic vel omnino esse oportunum est, vel omnino non esse,
Nunquam ex non ente fidei vis dicet aliquid fieri præter ipsum huius gratia, nec fieri, nec perire dea iustitiæ permisit impedimentum vinculumq; infundens, sed habet.
Iudicium de his est in hoc, est, vel non est.
Iudicarum igitur, ceu necessitas aliam sinere futilem, sine nomine.
Non enim vera est via,
Aliam autem vt esse & veram
Quo pacto deinde existens esset, quomodoq; fieret,
Siquidem fieret non est, neque si aliquando futurum sit,
Quare ortus abeat & perfidus interitus,
Neque diuisibile est, cum omne sit simile,
Neque aliquid hac magis & si vetarem connecti
Neque eius aliquid deterius
Omne autem est existente refertum
Quo continuum est omne
Nam existens est affine germanumq; existenti
Verum immobile in magnorum vinculorum terminis sine principio & quietum.
Cum ortus & interitus, huc maxime formarentur.
Abfuit fides vera,
Idem in eodem manens per seipsum iacet
Sic stabile illic manet.
Nam pollens necessitas terminum in vinculis habet vndique detinens ipsum.
Ob id non est fas existens sine termino esse
Nam nullo eget, non ens autem omnis egebat
Idem est intelligere & id cuius gratia est intelligibile
Non enim sine existente in quo separatum sit inuenies intelligere
Neque sit tempus est, vel erit, aliud præter existens
Cum parca dea ligauit totum immobile esse.
Vnde nomen omne habet quæcunq; mortales constituunt vera esse persuasi fieri, perire, esse, non esse, locumq; mutare quod mutar clarum colorem.
Sed cum terminus vltimum habet finitum est
Vndiq; sphæræ mobilis moli persimile à medio vndique distans.
Nam neque aliquid maius, neque aliquid violentius hac vel hac esse oportet,
Neq;.n.non existes est si cessaret ipsum moueri in eodem
Neque ens est, vt sit vacuum existentis hac parte magis hac vero minus,
Cum sit omne id à quo nihil auferri potest,
Erit enim vndique æquale pariter in terminis,
Credendæ rationis & vere notitiæ tibi facio finem
Opiniones vero ab hoc mortali disce
Ornatum meorum verborum fallacem audiens.

Hæc igitur dicta Parmenidis sunt de vno ente. Quibus dictis deinceps de opinabilibus disserit, alia principia in illis statuens, quæ etiã meminit A. ist. in sequentibus dicēs. Etenim Parm. calidum, frigidumq; principia effi. it, atq; hæc ignem & terrã appellat. S ergo vnum ens, inquit, esset sphæræ mobilis moli persimile, non admireris. Nam ob poesim tangit quodda fabulæ figmentum. nam quid inter fuit hoc dicere, quã vt Orpheus cecinit (Ores splendida.) Et sane nonnulla plane dicta à Parmenide etiã al js ab vno ente competunt, ceu ingenitum & interitus expers animæ & menti congruunt. Item immobile & in seipso manens competit menti, sed cuncta simul & sincere intellecta vni enti cõpetunt. Nam & si iuxta aliquod significatum anima atq; mens sit ingenita, tñ ab intelligibili hoc productum est. Item vnum ens immobile pprie est, in quo nullus motus actu discernitur. Item proprie manenti conuenit manere in seipso. At anima & mens præclara à manẽre, & conuertitur ad idem. Constat aũt quod quæcunq; illi competere dicuntur in eodem vnita sint: separatæ autem ac diuisim, velut per intellectũ ab eo formata post ipsum postea emersere. Vnde mihi videtur his oĩbus, Parmenidem assignasse primam causam, siquidem vnum ens sit simul, omne, & terminus vltimus, li t si non simpliciter vnum, sed vnum ens dixit, atq; vnius generis, & terminũ licet finitum, forsitã indicat ex his causam oĩum occultam supra ipsum ens collocari. igitur videndum est, quõ Plato & Arist. contradicere Parmenidi videãtur, quorum alter. s. Plato cum ipsi dupliciter cõtradicere videatur, in primis, quia vnum ens esse dixit: deinde quia sustulit de medio non ens, inuehitur in eum, tum ex intellectuali mundo, tum etiã ex eo, qui est diuisus atq; distinctus, in quo ens ab vno seiungitur, & non sunt ambo vnum, ceu partes à toto. Nam ex his ostẽdit Plato non esse vnum, sed plura vno entia esse. Item non ens demonstrauit esse ex diuersitate, quæ est in seiunctis ac diuisis formis, per quã ibi ens sumptum secundum vnam proprietatem ens quidem est, sed motus, vel statio nõ est: atque

atq; vnumquodq; aliorum est, quoniam est, sed alia non est. constat autem quod hoc ibi omnino est vbi distinctio & diuersitas apparet, sed intellectualibus per formas, vel ideas, in sensibilibus vero per distãtiam & dimensionem. Sed medius fidius, pace Platonis, hoc non ens etiã Parmenides in his, quę conscripsit de opinabilibus, concedere videtur, siquidem appellat ornatum verborum suorum fallacem fucatumq;, qui iuxta opiniones humanas, vulgaresq; suscipitur & fit. At vbi est deceptio, fraus q;, ibi etiam non ens est, Nam is decipitur, qui non ens esse, vel ens non esse putat. Atqui prorsus non ens solus Parmen. non sustulit, sed etiam Plato, qui etiam quęstionem de eo quærere recusat, dicens: Nemo itaq; nos dicat ꝙ postquam non ens entis contrarium esse ostendimus ipsum esse audeamus dicere. Nos.n. iamdiu prętermisimus vtrum esse contrarium ipsi, necne, habeat rationem, vel prorsus non habeat. quod autem nunc diximus esse non ens, vel quispiam, si reprobare voluerit, persuadeat nos minime recte dixisse, vel quousq; reprobare non valet, nobis eousq; assentiat. Et mirum non est de tali ente modo secundum vnam proprietatem auferatur, ostẽdere tale esse non ens, sed de illo ente quod est integrum, intelligibile, & per vnionem omnia ante omnia in quo non ens nullum locum habet. At Arist. cum cõtradictionem adducat ex diuisione inquit, vel multipliciter dicitur ens, & ita plura erunt: vel vno modo. & si multipliciter, vel substantia, vel accidens. & sane constat vt nihil horum enti intelligibili & supremæ causæ conueniat, cum hæc diuisio sit de ente generabili, ꝙ si intelligibili enti primo competit sane accepta prius erit de intellectuali diuisione & separatione, quæ fit secundum causam. Nemo tamen Platonem & Arist. accuset & damnet, quia cum repugnant Parmenidi contra alias causas instãt. Nam benignę prius repellũt propulsantq; illorum interpretationes, quibus de sententia Parmenidis nonnulli pessimi meriti eua sum essent. Quòd vero putauit Parmenidem sapientem esse suis verbis indicant. Nam Plato testatur vndiq; generosam præclaramq; viri sententiæ profunditatem & altitudinem, atque tradit ipsum esse præceptorem disciplinarum Socratis, quæ audiebantur. Arist. autem cum suspicatus esset ipsum alibi aspicere altioraq; intueri, contra Naturales ipsum distinxit. Item, cum etiam Plato in libro, quem inscripsit Parmenides, hoc vnum tradiderit, excellentiam atq; præstantiam eius cecinit. Item Aristo. in libro metaphysices vnum esse proponens & inuulgans non esse bonum, vt plures dominentur ante ipsum summum omnium principem, cecinit hanc vnitatem, atq; ibi recte spectauit posuitq; idem esse mentem & intelligibile, atq; substantiam potentiam & actum. Sed de his satis, ne videamur Theologorum altissima in hoc opere de natura inijcientes, vt in prouerbio est, vltra præscriptos terminos saltare.

CAP. IIII.

Tex. 32. *Vt autem Physici dicunt, duo modi sunt. Hi.n. vnum facientes, quod est corpus subiectum, aut ex tribus aliquod, aut aliud, quod est igne quidem densius, aere vero subtilius, alia generant densitate, & raritate multa facientes. ea autem sunt contraria, vniuersaliter autem excessus & defectus. Sicut magnum dicit Plato, & paruum: nisi quod hic quidem hæc facit materiam, vnum autem formam. Alij vero, vnum quidem subiectum, materiam: contraria autem, differentias & formas. Quidam autem ex vno, quæ insunt contraria segregant, quemadmodũ Anaximan. dicit.*

Com. 28. Cum refutauerit opinionem dicentium vnum ens, & ita vnum vt ipsum sit solum, & etiam immobile, quæ opinio sane Naturalium non est, sed eorum, qui ea, quæ supra naturam collocantur, indagare conantur. Arist.n. per hoc, ꝙ sapienter distinxit eos contra Naturales, & item eos, qui statuunt id, ꝙ est, corpus esse, demonstrauit eos non de natura disserere, atq; indicauit eo quod idem esse ens principium accipiebant, eos de principio dixisse. Cum itaque ostenderit sic vnum ens, atq; principium esse non posse, cæterum quonam pacto Naturales vnum esse id, ex quo & elementum dixerint, quærere proponit. Etenim Naturalium, Alij quidem vnum esse elementum dicunt, alij vero plura. Item eorum, qui vnum esse aiunt, ex quo fiunt ea, quæ sunt, duos modos esse inquit. Nam omnes hoc vnum, aliquod corporeum esse statuunt. verum alij vnum trium elementorum, ceu Thales & Hippon aquam dixere principium, Anaximenes vero & Diogenes aerem, Heraclitus autem & Hippasus ignem: Terram autem nemo putauit statuendam solam esse principium, ꝙ difficilis est ad mutandum & alterandũ. Sed quidam alij statuerũt quoddam aliud à tribus elementis principium, quod sane est igne densius, aere vero subtilius: vel, vt alibi dicit, aere quidem densius, aqua vero subtilius. Vnde Alexander putat Anaximandrum aliam quandam naturam corporis præter elementa principium statuisse. Veruntamen Porphyrius, perinde ac Aristo. eos diuidat, qui fecere vnum subiectum corpus indeterminatum, contra eos, qui vnum aliquod trium elementorum, vel aliquid inter ignem & aerem dixere, tradit Anaximandrum asseruisse corpus subiectum infinitum indeterminatę esse principium, quod forma non esset certum, ac definitum, siue sit ignis, siue aer, siue aqua. Illud vero intermedium inter aerem & ignem, vel aerem & aquam, Porphyrius, vti Nicolaus Damascenus, tribuit Diogeni Apolloniadi. Sed Porphyrij pace, mihi videtur accõmodatius iuxta verba intelligendum esse, corpus non fuisse diuisum ab Arist. contra elementa, & illud intermedium, sed potius veluti diuisum in tria elementa, & intermedium. Nam inquit, corpus subiectum, vel est aliquod triũm, vel aliquid aliud, quod est igne quidem densius, aere vero subtilius. Quinimo de prædictis intulit, ꝙ hi cætera sentiunt raritate & densitate generari, tamen inquit ipse, Anaximandrum non ita cætera generari dixisse, sed segregatione, quæ fit ab infinito cuncta in ortum prodire. Quo igitur pacto, si dixit, Anaximandrum statuisse corpus indeterminatum esse principium, cõmuniter intulit eos sensisse generationem esse alterationem? Sed, cum hi omnes conueniant statuentes vnum esse principium, in duos modos generationis diuiduntur. Etenim alij ex vnius elementi materialis raritate & densitate cætera fieri aiunt, ceu Anaximenes tradit aerem rarefactum ignem fieri, densum autem postea in ventum conuerti, & deinde nebulam, & si vltro densaretur in aquã, deinde in terram, vltroq; in lapides, & c. alia ex his. Nam Theophrastus in sua historia de natura in hoc solo dixit, raritatem & densitatem. Sed constat etiam alios vsos fuisse raritate & densitate ad tradendam generationem rerum. Etenim Aristot. hos omnes asserit communiter dixisse cætera generari densitate & raritate, asserentes omnia ex vna materia fieri: Sed si raritas & densitas sunt contraria, quemadmodum etiam est vniuersalior contrarietas excessus & defectus, vt etiam Plato magnum & paruum dixit, profecto constat hos omnes non solum vnum principium asseruisse, sed tria, atque contrarietate vsos fuisse. Verum Plato magnum & paruum dixit esse contraria testatus ex vna contrarietate & oppositione omnes oppositiones potentia adesse. Alij autem dixere subiectum vnum, scilicet

Principium quomodo Physici posuerunt.

Diogenes Apolloniates.

Generationis varij modi apud asserentes vnum principium.

materiam, et raritatem & densitatem, quæ sunt contraria, esse differentias, & formas. Quare omnes hi tria statuerũt principia, ipsa videlicet contraria, & aliquod aliud vnum: Verum Plato magnum & paruum non vt duo principia statuit materiam esse, sed ænigmatice & metaphorice ea dixit esse materiam, ceu etiam dualitatem dicit esse indefinitam & commensurationem, cuius partes excessus & defectus, atq; multo magis, & ipsum minus & inæqualitas hæc omnia materiæ competunt, quæ sane per magnum & paruum, forsitan Plato demonstrauit, perinde atq; materia sit incorporea & sine magnitudine, & ob id dicatur parua, atq; sit causa omnis molis, omnisq; distantiæ dimensionis, & ob id dicatur magna. Et hic est vnus modus eorum, qui statuunt vnum ens esse, quo raritate & densitate multitudo rerum subsistit. Alter autẽ modus est, quo non amplius tradunt causam multitudinis mutationem materiæ esse, quo etiam non assignant generationes rerum fieri secundum alterationem, sed secundum segregationem. Nam Anaximander inquit, contraria, quæ in subiecto infinito incorporeo sunt, sequestrari: qui primus nominauit vocauitq; principium subiectum. Contrarietates autem sunt calidum, frigidum, siccum, & humidum, & alia. Quare hæc est vniuersa dictorum sententia, atq; intelligentia. Sciendum autem est Arist. putasse rarum cum tenui subire seque concurrere, & densum cum crasso & pingui, iccirco ignem velut rarum pariter & tenue, subtileue accipit dicens, igne quidem densius, aere autem subtilius: perinde atq; aer sit crassior & densior quam ipse ignis. Plato quoq; tradidit aerem esse crassiorem, & vniuersaliter elementa, quæ magis deorsum, & ad centrum magis accedunt, crassiora esse secundum suas partes his, quæ magis sursum iacent, & in circunferentia cœli sunt, propterea quod putaret rarum & dẽsum positione partium definiri, ceu Arist. dixit in prædicamentis. Quod, cum ita se habeat, necesse est maiorum partium, maiora etiam esse interualla, idcirco totum, quod est rarius, velut magis vacuum & non vnum ens posuit, ceu in cumulo, aceruoque, vel lapidum, vel nucum, & minorum minores intercapedines, iccirco totum densius vt compactum & stipatum est, ceu in cumulo & cõgerie arenæ. Verum Alexander dicit Platonem statuisse principium omnium, & ipsarum idearum etiam vnum & indefinitam dualitatem, quam magnum & paruum dixit, ceu Aristo. in libris de bono meminit. sed hoc quispiam potius accipiat à Speusippo Xenocrate, atq; alijs, qui interfuerant lectionibus Platonis de bono. Nam omnes conscripserunt & defenderunt opinionem eius, qui aiunt Platonem his principijs vsum fuisse. Sed quod Plato asseruerit omnium rerum principia esse vnum & indefinitam dualitatem, verisimile consentaneumq; est. Nam hæc fuit mens sententiaque Pythagoreorum, quam Plato plerisq; in locis sequutus esse videtur. Sed, si indefinitam dualitatem & idearum principia esse assentit, magnum & paruum, quæ significare materiam traditur, quõ hoc conuenit consentaneumq; illi sententiæ est, qua materiam in solo sensibili mundo Plato definiuit, ac statuit, quinimo plane in Timæo dicat ipsam esse peculiarem generationi, & in ea fieri id quod gignitur. Et ideas intellectu, menteq; concipi posse dixit, & materiam adulterina ratione & cognitione comprehendi? Cæterum, cum plerique narrent Diogenem Apolloniatem pariter cum Anaximene, ponere primum elementum esse aerem. Nicolaus autem Damascenus in libro de deorum natura, narrat Diogenem asserere medium inter ignem & aerem principium esse, quem sequutus est doctissimus Philosophorum Porphyrius: Sciendum est plura opera fuisse ab hoc Diogene conscripta, vt ipse meminit in lib. de Natura, qui refert se inuectum fuisse in Naturales Philosophos, quos vocat & ipse Sophistas: præterea tradit se scripsisse Commentaria de rebus meteorologicis, scilicet de his rebus, quæ apparent & fiunt in sublimi tractationes, in quo etiam libro fatetur de principio dixisse, atq; de hominis natura tractasse. Sed in lib. de natura, qui inter alios solus ad me peruenit, proponit quidem pluribus se demonstraturum in principio, quod ipse posuit, multam esse intelligẽtiam. Scribit nanq; hæc hunc inmodum post procemium. Mihi autem videtur vniuersum, si dicitur esse cuncta quæ sunt, ab eodem alterari, atq; idem esse. & hoc perspicuum est. Nam si in hoc mundo existunt modo terra, aqua, & alia quæcunque videntur existentia in ipso, & aliquid eorum erat ens alterum, diuersumq; ab altero suapte natura, ac propria, & non extitit idem, sæpe etiam mutatũ & diuersum factum fuit, quę neq; potuere inter se misceri, neq; alteri iuuamen, neq; nociuum quicquam, accidere potuit. Item neq; ex terra planta nasci, neq; animal, neq; aliud quicquam fieri valuit, nisi ita constituatur vt idem sit, sed hæc omnia ab eodem sunt diuersa, atq; aliud & aliud fit, & in idem recidit remeatque. Vnde cum ipse in hęc prima verba incidissem, putaui Diogenem aliquod aliud dicere commune subiectum præter quatuor elementa, siquidem dicit hæc inuicem non misceri, neq; transmutari mutuo, siquidem vnum aliquid ex his esset principium, & non idem omnibus subiiceretur, à quo cuncta alterantur. Sed, cum inde demonstret in eodem principio magnam esse intelligentiam, videtur secus sentiendum esse. Non. n. inquit poterat sine intelligentia ita dari, vt cunctorum, hiemis, scilicet, æstatis, noctis, diei, imbrium, ventorum, & serenitatis mensuras habeat, & si quis vult animaduertere cætera alia inueniet profecto ita esse affecta & disposita, vt inferat illud peroptime efficax esse, quoniam homo aliaq; animalia, ex eodem principio, quod est aer, viuam, animam & intelligẽtiam habent, hunc in modum itaq; dicit. Præterea, adhuc hæc magna signa sunt. Nam homo, & alia animalia, quæ inspirant, viuunt aere, & ipse est anima eorum & intelligentia, vt demonstratum est plane in hoc opere. &, si hoc discesserit, funditus intereunt, & intelligentia deficit. Deinde post paulo plane intulit, Et mihi videtur id, quod habet intelligentiam, esse id, quod appellatur ab hominibus aer, & eiusdem ope cuncta administrari gubernariq; & in omnes imperare. Nam mihi videtur ab hoc mores consuetudines, ac leges statui ipsum in singula sese miscere, omnia disponere in cunctis esse, & nihil esse quin illo participet. Verum similiter vnum non participat altero, sed plures sunt modi ipsius aeris, & ipsius intelligentię. Nam est multiplex, varijs scilicet modis participatur, quippe qui calidior interdum, atq; frigidior aliquando, pariter humidior, siccior, stabilior & velocior, atq; aliæ multę diuersitates eius sunt, ac infiniti modi voluptatis & coloris expertes. Item omnium animalium eadem res est anima. Aer nanq; calidior est eo, qui est extra, in quo nos sumus, sed comparatus Soli longe eo frigidior est: hic autem aer calidus nullius animalis est, quoniam neq; hominum est quo inter se conueniant, sed nimiũ non differt à calore animaliũ, sed sunt quàmsimilima, licet non vere, simile cum sit. Neq; potest fieri eorum, quæ alterantur, alterum alteri diuersum fiat, alterum nisi prius fiat. Cum igitur hæc sint varij modi diuersitatis, varia quoq; genera animantium, multiplicia; animantia erunt, & neq; specie ad inuicem similia, nec in victus ratione, vel iudicio, aut intelli-

gentia

Tria principia hi omnes statuerũt, qui vnum affirmabãt principium, ipsa s. contraria, & subiectum.

Magnum & paruum Plato materiam intellexit.

Generatio per segregationẽ.

Rarum cum tenui concurrere.

Elementa centro propinquiora his crassiora sunt, quæ in circũferentia cœli sita sunt. Totum rarius est inter ea, quæ sũt maiorum partium, & densius est inter ea, quæ sunt minorum partium.

Vnũ & dualitatem Pythag. & Plato. posuerunt principia. Dualitatem.

Plato non intellexit materiam.

Materia adulterina ratiocinatione cognoscitur.

Diogenes, multã esse intelligẽtiam in rerum generatione dicit.

Aer multã habet intelligentiam.

Anima omnium animantium res eadem est.

gentia erunt propter multitudinem diuersitatum, tamen cuncta eodem aere viuunt, vident, audiunt, atque omnia habent aliam notitiam ab ipso. Quibus habitis, deinde ostendit semen genitale esse spiritale & aereum, atq; intelligentias fieri, cum aer complectitur totum corpus cum sanguine per venas, in quibus etiam sectionem exactam & optimam venarum tradit. Vnde in his plane videtur dicere, ens, quod homines appellant aerem, hoc esse principium. Verum mirum est eum dixisse alia oriri secundum alterationem eius, sempiternum tamen ipsum asserit dicens. Et ipse aer est hoc sempiternum, immortaleq; corpus, cæterorum vero alia fiunt, alia intereunt & deficiunt. Item alibi inquit, sed hoc mihi perspicuum esse videtur, q ipse sit magnus, fortis, sempiternus, immortalis, & plura speciei est. Hæc igitur de Diogene narrata sint. Cæterum descendit Arist. ab his, qui vnum dicunt, ad eos, qui vnum & plura principia dicunt.

Et quicunque etiam vnum & multa dicunt esse ea, quæ sunt, sicut Empedocles, et Anaxagoras. Ex eo nanque, quod commixtum est, & etiam alia segregant. Differunt autem ab inuicem, eo quod illi circulationem facit horum, hic autem, semel. & hi quidem, infinita similes partes habentia, & contraria, ille vero vocata elementa solum.

Cōm. 29. Cum dixerit eos, qui vnum tradunt principium naturale, q subiectum vocant, & assignauerit discrimen secundum duos modos, quibus fit generatio ex subiecto, quorum alter est secundum alterationem, alter vero secūdum segregationem, deinceps proficiscitur ad Anaxagoram & Empedoclem, qui vnum & plura principia statuerunt. Et enim Anaxagoras, cum posuerit principium subiectum esse ipsa similaria, eadem dixit esse infinita, & causam efficientem vnam esse, quæ erat mens separans. Empedocles autem posuit plura principia secundum subiectum, quatuor s. elemēta. vnum vero efficiens, amicitiam & odium, quoniam seorsum semper alterum præualet & efficit, sed non ambo simul efficiunt, quippe apud Empedoclem fit semper vnum efficiens. Vel dicendum est, ipsos non asserere vnum esse principium efficiens, sed idipsum, quod mixtum est, quod erat secundum Anaxagoram mixtum ex infinitis multitudine similaribus: & secundum Empedoclem ex quatuor elementis interdum amicitia coeuntibus & congregatis, interdum odio, liteque seiunctis, quæ tunc faciebant hunc mundum. Et Theophrastus Anaxagoræ, & Anaximandri sententiam redigens in eandem, ita explicauit verba Anaxagoræ, tanquam ipse posuerit vnam naturam communem ipsum subiectum. Sic autem scribit in libro suæ Naturalis Historiæ. His itaque acceptis videretur statuere materialia principia infinita, vt dictum est, & motus, generationisq; vnam causam. sed siquis mixtionem congeriemq; omnium opinaretur vnam esse naturam, forma & magnitudine infinitam, quod sane videbatur dicere velle accidit dubio procul, vt ipse duo principia asserat, s. naturam infiniti, & mentem: Quare omnino apparet corporalia elementa similiter asserere, vt statuit Anaximander. Cæterum merito post eos, qui vnum tradunt principium esse, siue immobile, siue mobile, & ante eos, qui videntur, duntaxat plura principia statuere, ceu Democritus, posuit eos, qui vnum, & plura autumāt principia. Nam medium ordinem tenent. hi nanque dicentes vnum principium, conueniunt cum illis, qui congregatione & separatione rerum ortum, & generationem fieri tradunt. Anaxag. autem cum his magis conuenit, qui separatione ortum fieri aiunt. Differunt autē illi, qui aiunt vnum esse solum principium, & hi, qui vnum & plura tradunt principia inter se. in primis quidem, quoniam Anaxag. fert mundum semel ex mixtura & congerie ortum, deinceps vero permanere rectum, gubernatum ac separatum ab ipsa mente, quę ei præest. At Empedocles successu quodam partium iuxta quasdam conuersiones semper, & reditus aliquando quatuor elementorum congregationem ab amicitia fieri, aliquādo ab odio segregationem statuit. Deinde Anaxag. supposuit multa principia, ex quibus vniuersum constabat esse infinita, & hæc similaria vocauit. Emped. autem statuit ea esse finita. Nam posuit quatuor principia, quæ omnium sapientum fama, elementa nuncupata fuere. Et ille quidem similaria esse principia tulit, hic vero elementa. Et vt Alexan. refert, adiecit Arist. & contraria tribuendo Anax. hanc particulam, quoniam contrarietates sunt in ipsis similaribus, ceu etiam sunt omnes differentiæ. Iccirco inquit, id, quod paulo supra dictum est, scilicet, vel & contraria, magis ad Anaxagoræ opinionem referendum esse. At nonne etiam in elementis sunt contrarietates, ceu calidum, frigidum, siccum humidum, graue leue, & alia id genus, quare communiter hæc particula, (& contraria,) vtriq; opinioni conuenit. Nisi ergo in elementis duntaxat nullæ contrarietates sint, at in ipsis similaribus simul omnia contraria sunt, ceu etiam omnes differentiæ, & ob id Anaxagoræ opinioni magis ea particula dicta cum articulo (& contraria,) conuenit, quam Empedocli. Vel forte & in elementis sunt omnia contraria, siquidem sint elemēta principia, sed non proxime contraria, ceu in similaribus ea sunt. Nam dulce & amarum, si forte fortuna ex constitutione elementorū proueniunt, non tamen primo insunt elementis, sed per caliditatem, frigiditatem, siccitatem, & humiditatem insunt. At in ipsis similaribus, veluti prima & per se insunt, ceu & cōtrarietates colorum. Vel etiam dici potest quod in similaribus aliæ ante alias contrarietates insunt, & per primas secundæ insunt. Porro Anaxag. dicit in Primo suorum Naturalium, ex nebulis quidem aqua separatur, ex aqua terra: ex terra lapis ab ipso frigido condensatur, sed hi lapides magis aqua spoliantur. Quòd autem Anaxagoras inquiat ex quadam omnium congerie, similaria multitudine infinita secerni, cum omnia in quolibet insunt, & vnūquodque denominetur & designetur secundum id, quod dominatur & cæteris præualet, indicat initio sui Primi libri de rebus Naturalibus dicens. Simul res omnes erant multitudine & paruitate infinitæ. Etenim paruum erat infinitum. & cum omnia simul essent, nihil erat manifestum ob paruitatem suam. Nam cuncta continebant aer & ignis, quæ ambo erant infinita: quippe hæc elementa omnibus multitudine & magnitudine insunt. Et paulo post dicit. {Etenim aer & æther seiunguntur ab ipso cōtinente multo, & continens est ipsa multitudo infinita.} Et post pauca inquit. His ita se habentibus, oportet existimare plura esse, eaque omnis generis, in simul concretis, & commixtis: ac semina veluti genitalia rerum, quæ habeant species, colores, & voluptates cuiusuis generis. vnde inquit, priusquam secernerentur cunctis simul existentibus nullus patens, manifestusque color aderat. Nam tum vetabat omnium rerum commixtio, ceu humidi, sicci, calidi, frigidi, splendidi, obscuri, tenebrosi, offusci terræ, quæ non exigua inerat, & seminum infinitorum multitudinis, quæ inter se nihil sibijpsis similia erant, nihil enim aliorum alterum alteri simile est. Item quod neque aliquid similarium fiat, neque corrumpatur, sed talia sempiterna sint, indicat dicens. His sic seiunctis cognoscere oportet cuncta, neque pauciora, neque magis plura

Anaxa. similares partes principia materialia posuit mentem vero, efficiens. Empedocles Quatuor elementa principia ponit, amicitiam & odium efficientes mundum.

In elementis omnia sunt contraria, sed non proxime. In similaribus autem sic: omnia simul contraria.

Similarium partium excretio.

euadere:neq; id, quod maius est esse, aut multum esse efficacius omnibus, sed cuncta viribus semper æquantur continuoq; æqualia sunt. Hæc igitur de mixto ex similaribus tulit Anaxagoras. Sed de mente hæc scripsit. Mens autem infinita & suopte imperio cuncta potest, atq; nulli rei miscetur, sed ipsa sola in seipso est. Quod si in seipsa non esset, sed alicui alteri mixta, profecto participasset omnibus rebus, si alicui mixta fuisset, in quolibet.n.cuiuslibet portio est, ceu dixi superioribus verbis: & vetuissent commixta ipsam misceri, vt similiter cunctis rebus imperaret, atque vt sola in seipsa esset. nam mens est omnium rerum subtilissima & purissima, quæ de omnibus rebus, atque vniuerso iudicium & cognitionem omnem obtinet, atque est potentia, viq; immensa. Item omnibus quæcunque animam habent, & minora, maioraque sunt, mens dominatur, & atque in vniuersum ambitum mens ipsa imperium obtinuit, quò etiam principium ipsum ambiat. Et à paruo primum quidem cœpit ambire. Quoniam vero plus ambit, magis, ac amplius adhuc etiam ambiet. & ita mens omnia commixta ac separata nouit: atq; cuncta, quę futura erant, quæ erant, & quæ modo sunt, & quæ erunt omnia optimo mens ac pulchro disposuit ordine. Et quo nunc ambitu ambit, Sol Astra, Luna & aer atque ætherea sunt, quæ segregantur. Quo ambitu factum est vt segregarentur. Et à raro quidem excernitur ac segregatur densum, & à frigido calidum, ab obscuro splendidum, ab humido siccum, atque alia multa & infinita ab alijs multis & infinitis separantur. Verum nihil prorsus separatur ab altero præter mentem, quæ vniuersa similis est maior & minor. Nullum nanque alterum est alteri simile, sed cum vni alicui plura insint, hæc manifestissime vnumquodque vnum est

Mundus duplex ex sententia Anaxag.

& erit. Sed quod vltra hæc Anaxagoras duplicem rerum ordinem, atque dispositionem descriptionemúe statuerit, aliam quidem intellectualem, & aliam sensibilem ab illa proficiscētem, perspicuum, inquam, est ex dictis, sed etiam ex his liquet. Mens vero quęcunque est ea modo etiam ad modum est, vt etiam alia sint in eo, ab illa cōtinentur multa tam in his, quæ coniuncta, quam in his, quæ separata sunt. Et quanquam dixerit inesse plura & varia in singulis congregatis, atque semina omnium rerum, ideasq; varias, diuersosque prorsus habentia colores & voluptates, ac homines commisceri & alia animalia, quæcunque animam habēt, infert tamen, ab hominibus esse ciuitates constructas, atque opera constructa, ceu à nobis elaborata, & illis adesse Solem, Lunam, atque alia, quemadmodum sunt apud nos. Idem eisdem terram producere plura, & varia, quibus illi maxime vtilia in domum trahentes vtuntur. Item, quòd aliam dispositionem & ordinem præter eam, quę apud nos, indicet, insinuetque, ex his indicatur, ꝙ non semel dixit illud, sicut apud nos. Quòd etiam neque sensibilem illam rerum digestionem, descriptionemq́; putet tempore hanc præcedere his verbis liquet, cum dicit, quibus illi, quæ maxime viuant trahentes in domum vtūtur. Non enim dixit vtebantur, sed vtuntur. Item neque velut secundum quasdam alias domos illas constitutiones similes existētes constitutioni ciuitatum nostrarum apud nos dixit. Non enim tulit Solem & Lunam esse eodem modo apud illos, & apud nos, sed Solem & Lunam, quemadmodum apud nos, tanquam de alijs dicens, scilicet de rebus sensibilibus, quæ sunt apud nos. Sed nunquid hæc ita, vel alio modo se habeant, inquisitione dignum est, quibus missis veniamus ad Empedoclem, qui vnum & plura fini ta principia ac instaurationē vicissitudinariam rerum secundum conuersionem successiuisq; vicibus reditum, & generationem & corruptionem fieri secundum congregationem segregationemq́ue asserens, sic in Primo Suorum Naturalium tradit. Duplicia dico.

Tunc enim augeretur solum esse ex pluribus,
Tunc vero econtra ex vno diminuitur pluribus constans,
Duplex mortalium ortus, duplex interitusq́ue
Illum enim cunctorum coitus parit & perdit,
Hic autem rursus enascentia molliens metit.
Et hæc cum sese mutuo alternant successu nunquā desinunt,
Interdum amore cuncta in vnum conuenire,
Interdum singula econtra seiuncta lis odio habet,
Qua rursus vno consistente id pluribus constās perficitur,
Qua etiam fiunt, nec æuum quidem manet stabile ipsis,
Qua sese successu alternant assiduo nunquam desunt,
Hac semper Imobilia sunt circuli ad instar reditus in idē.
Sed age fabulas audi.
Nam ebrietas mentes augebit,
Vt enim & priusquam dixi nuncians terminos fabularum duplia dico,
Tunc enim vnum augeretur solum esse ex pluribus,
Tunc autem econtra diminuitur ex vno pluribus constās
Ignis, aqua, terra, vasta aeris altitudo, atque odium in ira cuncta diuisit
Eorum vnumquodque æquiualens,
Et amicitia in quibusdam æquam latitudinem & longitudinem habet,
Aliam cum mente aspice, neque oculis clara erit,
Quæ etiam mortalibus articulis iuncturisque innata esse putatur,
Hac quoque amica intelligentes similia opera perficiunt,
Eas appellantes letitiam cognomine & venerem,
Aliam cum singulis inuolutam nemo mortalis intellexit,
Tu autem audi verborum concursum non fallacem.
Nam hæc cuncta æqualia & coæua progenie sunt,
Alij honori, aliud imperat,
Propter consuetudinem vnicuique,
Vicissim orbis reuoluti imperant,
Præterea neque adnascuntur, neque subdeficiunt,
Nam si alterno interirent interitu amplius non essent,
Hoc aūt vniuersū adaugeretur, sed siquid & vnde veniēs,
Et vbi interiret, cum nihil sit quod caret istis?
Sed hæc sunt eadem, & se peruadentia semper
Aliud atque aliud continuum
Alternit alia fiunt, similesq; figuræ.

Vnde Empedocles his verbis tradit vnum fieri ex pluribus, s. quatuor elementis, & hoc fieri interdum dominante amicitia, interdum odio superante indicat. Nam quod neutrum horum prorsus deficiat hisce verbis insinuat, quibus dicit cuncta æqualia, ac eandem quantitatem habentia in generatione, atq; nihil accedat, neq; decedat. Vnde plura esse dixit, ex quibus vnum fit. Non enim amicitia duntaxat vnum est, sed etiam lis, odiumúe in vnum redigit. Verum alia plura dicens, infert vniuscuiusque dicti characterem & determinationē, cum appellet ignem, Solem, aerem, splēdorem & Solem, aquam vero imbrem & mare. Sic autem dicit,

Sed age coaptans priora in testimonium respice,
Si aliquid & in prioribus erat pingui forma lignum,
Solem quidem calidum videre & lucidum prorsus
Immortalia quæcunque indigebant & aliquid splendore,
In cunctis nubibus ac rigidus imber,
Ex terra radices, ac solida effluunt,
In ira cuncta biformia & diuisa sunt,
Coeunt amore ac se mutuo desiderio iungunt,

Ex his enim cuncta fuere quæcunque sunt & erunt,
Arbores germinarunt, viri, atque mulieres,
Feræ aues & pisces aqua nutriti,
Dij quoque longæui laudibus clari,
Nam hæc sunt eadem,
Et mutuo cum sese miscent diuersa variaque fiunt,
Nam hæc lis discrimenq; mutat.

Vnde euidens, manifestumq; exemplum, quod ex eisdem diuersa fiant, adiecit dicens.

Pictores variant, necnon velut donaria quorum
Artis ingenio est præclara peritia parta
Hi cum ergo capiunt manibus pigmenta multorũ colorũ,
Statim coaptant alia magis, alia minus,
Ex his formas prorsus similes ornant,
Arborum scilicet, parietum, hominum, atque mulierum
Ferarum, auium, piscium, qui aqua nutriuntur,
Deorum, qui longæui sunt laudibus clari,
Sic neq; decipiuntur mentes, cũ aliunde mortaliũ fontem,
Quæcunque immensa manifesta fecere,
Sed grauiter hæc scias dei præter fabulam audiens.

Et quod quidem plura huiusmodi in mũdo generabili spectet, & non modo odium, sed amicitiã eo constat, quod dicit ab his fieri arbores, homines, mulieres, & feras. Quod etiam sese mutuo & inter se mutent, indicat dicẽs.

Vicissim imperant reuoluti orbis,
Et mutuo sese perimunt & augent successu fortunæ:
Quod præterea successione perpetua sint, quæ ortui, interituique obnoxia sunt, declarauit dicens.
Qua sese mutuo alternant successu nunquam deficiunt,
Hac ratione semper immobilia sunt circuli instar reditus in idem.

Mundus duplex. Item, ꝙ duplicem rerum dispositionem, duplicemque mundi ordinem, alterum. s. intellectualem, & aliũ sensibilem, atq; alium diuinum, alium vero caducum, vicissitudiniq; obnoxium: quorum alter habet hæc exemplari modo, alter vero modo simulachri impressi ea tenet, indicauit, cum dicat, non modo generabilia corruptibiliaque ex his constare, sed etiam deos. Nisi forsitan quispiam hoc more Empedoclis interpretaretur, & ex his putaret aliquis duplicem insinuasse dispositionem mundi, cum dicit.

Nam hæc sibipsis eadem partibus,
Tellus, Sol, Cœlum, atque Mare,
Quæcunque in mortalibus ipsam apta sunt formare,
Ita eodem modo quæcunque complexionem suppeditant magis sunt,
Ea mutuo Venus connectit similia facta.
Pugnant inimicitia stirpem, ac complexionem eorum inter se maxime diuidit,
Et speciebus formatis prorsus nasci insueta & valde difficilia,
Odio generati quod ipsimet soboles concupiscunt & concitant.

Etenim quod in mortalibus hæc coniuncta sint significauit, sed in intellectualibus magis vniuntur, & inuicem Venus coniungit facta similia, & si vndique tamen magis intellectualia assimilantur, sensibilia vero cum eius domi natur odium, & sunt maxime dispersa ortu, qui fit secundum congregationem & complexionem, in ipsis speciebus formatis & similibus sustinent subeuntque generationes odij, & inter se vniri minime consueuerunt. Quod vero & ipse generationem secundum segregationem quandam & congregationem statuerit, quæ proposita sunt à principio indicant. Nam dicebat ipse.

Generatio per congregationem & segregationem ex Emped. sententia.

Tunc enim vnum augeretur solum esse ex pluribus,
Tunc econtra diminueretur constans pluribus ex vno.

Et illa sane generatio & corruptio nihil aliud est quam sola mixtio & separatio miscibilium & congressio & fati euolutio vicissitudine fit.

Videtur autem Anaxag. sic infinita opinasse, quoniam putabat communem opinionem Physicorum esse veram, quod nihil fit ex eo quod non est. Propter hoc. n. sic dicunt, Erant simul omnia, & fieri huiusmodi, statuerunt alterari. Alij autem, congregationem, & segregationem. Tex. 30.

Et in hoc Platonis equitatem & modestiam Arist. æmulatus, vult introducere veteres, virosque fama & opinione præclaros, tanquam non prorsus absurda dicentes, neque eos iudicium & sententiã suam proferentes decernentesq; despicere, atque negligere, sed quasdam rationes afferre vult, quibus ipsi ad astruendas demonstrandasq; suas opiniones, plane absurdas, & minime ꝓbabiles, deducti sunt. Et in primis aggreditur Anaxagoram. Vnde post eos, qui vnum esse ens tradunt, eos, qui astruunt infinita principia diligenter examinare, proponit. Nam longe stultior absurdiorque videtur esse opinio eorum, qui vnum esse principium & immobile dicunt, eo quod tollunt principium & naturam de medio. Secũda autem opinio absurda est eorum, qui ponunt infinita principia, eo quod infinitum definiri describi cognoscique non potest. His ergo confutatis, deinceps introducitur eorum sententia, quæ statuit plura, sed finita principia. Inquit igitur, Anaxagoram in opinionem de similaribus incidisse ꝓpter duas causas. Quarum vna est, quia putauit cõmunem opinionem Naturalium veram esse, quæ asserit, nihil fieri ex non ente, sed omnia, quæ fiunt, ex ente trahere ortum atque originem. Etenim Parmenides quoq; ostendit vere ens ingenitum esse, quia ipsum neque ex ente, neque ex non ente fieri potest. Nam oportet ex quodam fieri. Et non ens nihil est. Vnde causam, cur omne quod gignitur ex ente fieri debeat, Parmenides pulchre recteque adiecit. In summa etenim inquit, si prorsus ex non ente fit: quę est ista assignatio, quęque maior ratio est vt hoc fieret quando genitum est, & non prius, vel posterius? Scribit autem hunc in modum. Genus eius, at vnde. *Nihil fit ex nihilo.*

Nam quem ortũ ipsius fuisse quæres, vbi vndeq; auctum,
Neque sinam ex non ente dicere, neque intelligere,
Non enim dici potest, neque intelligi quomodo non est.
Quęnam opportunitas quicquid illud impetu sciuit, postea magis quam prius à nullo inchoatum nasci.

Etiam Melissus ens demonstrauit ingenitum, cum hoc axiomate, hacq; dignitate cõmuni vsus sit. Scribit autem sic. Semper fuit quod fuit, & semper erit. Nam si factum fuit necessarium est priusquam factum fuisset nihil esse. Si autẽ nihil fuit, profecto nihil prorsus fieret ex nihilo. Hoc igitur proloquium, & commune concessum accipiens Anaxagoras, veluti dignitatem, scilicet nihil ex non ente fieri, videtur vi verborum suorum talem rationem interrogare rogareque, num id, quod fit, ex ente, an ex non ente fiat. Sed ex non ente fieri nequit: igitur ex ente. Si autem hoc admittitur & illud inest ei ex quo fit, quoniam extrinsecus nihil ingredi apparet. ceu cum ex equis fiunt vespæ, vel aer ex aqua. Igitur in similaritate, idest in similari principio, inest caro, sanguis, aurum, plumbum, dulce, amarum, & album: sed hæc paruitate sua insensibilia nobis sunt, cum sint singula in singulis. Nam vnde videtur vnũquodque ex vnoquoq; fieri, quanquam etiam multis alijs interceptis id fieret, nisi singula essent in singulis? Verum vnumquodq; apparet & appellatur ex eo, quod præualet cęteris in ipsa mixtione. Etenim pure hoc album, nigrum, *Omnia in omnibus sunt ex Anaxa. sententia.*

grum, dulce, carnes, vel, os non est, sed illud, quo abundat res videtur esse natura rei, cum semper singula in singulis sint. Nam, vt tradit Anaxag. nulla res fit, neq; interijt, sed ab existentibus rebus, vel commiscetur, vel segregatur. Idcirco Anax. mox initio sui operis inquit, Erant simul omnia. Illud autem, Et fieri huiusmodi statuerunt alterari, dicit Alex. dictum fuisse, tanquam dictum sit aduersus Anaxagoram, quem in libro etiam de generatione Anaxagoram reprehēdit, tanquam qui appellauerit congregationem & disgregationem per quas generantur ea, quæ generantur alterationem, dicens: Atqui Anaxago. vocem propriam ignorauit. Dicit igitur quod tale generari, & interire est alterari. Non enim proprio alterationis nomine per ipsam congregationem vsus est. At Porphyrius aliter sentit, dicens hoc, Erant simul omnes res, in Anaxagoram reiecisse, sed generationem esse alterationem, Anaximeni. congregationem autem & segregationem, Democrito & Empedocli tribuit. Sed pace Porphyrii, Anaxag. Primo Suorum Naturalium plane tradit generationē & corruptionem esse congregationem & segregationem. Sic inquam scribit generationem & interitum non recte existimant, feruntque esse. Nulla enim res fit, neque interit, sed ab his, quæ insunt, congregatur & secernitur. Vnde hoc modo recte appellarent generationem commixtionem coitumq; rerum, & corruptionem disgregationem. Hęc itaq; omnia scilicet erant simul omnia, atq; generationem esse per alterationem, vel congregationem & segregationem accepit ad faciendam fidem vt nihil ex non ente fieret, sed ex ente omni produci & oriri quæ fiunt. Nam alteratio est affectio, passioque circa ens, & congregatio & segregatio versantur circa entia.

Alterationem appellauit Anaxa. congregationem & segregationem.

Generatio & corruptio congregatio & segregatio ē.

Tex 34. *Amplius autem ex eo quod fiant ex alterutris contraria, inerant ergo. Si.n. omne, quod fit, necesse est fieri, aut ex his, quæ sunt, aut ex his, quæ non sunt: horum autem id quod est, ex his, quæ non sunt, fieri impossibile est (in hac.n. conueniunt opiniones omnes, qui de Natura scripserūt) reliquum. iam contingere ex necessitate putauerūt, ex his quidem quę sunt & insunt, fieri. sed propter paruitatem quantitatis minime à nobis sentiri possunt. Vnde dicunt, omne in quolibet mixtum esse, propterea quòd omne ex omni videbant fieri. Apparere autem differentia, & appellari alia ab inuicem, ex eo quòd maxime superabundat, propter multitudinem in mistura infinitorum. pure.n. totum album, aut nigrum, aut dulce, aut carnem, aut os non esse. sed cuius plurimum vnumquodque habet, hoc videri esse naturam rei.*

Com. 33. Hanc secundam causam assignat, cur Anaxag. statuerit esse principia similaria. Nam dicebat, si contraria suapte natura sese mutuò interimunt, atque perdunt, & vnum alterum non efficit, & videntur contraria ex contrarijs fieri, quid aliud ergo aliquis suspicaretur, quam contraria cum insint contrarijs, ex eisdem secernit: quippe contrarium ex cōtrario fieri nequeat. Et sane videtur absurdum contraria contrarijs inesse, sæpe tamen mutuo contraria simul sunt, non solum secundum appositionem, sed etiam secundum complexionem. Atqui contrarium fieri ex contrario, velut ab efficiente fieri, si aliquis dicat, absurdum per se est. Nam vnūquodque simile sibi efficit. Cæterum inferens adducensque secundam causam primæ eandem cur Anaxa. tradiderit hoc modo generationem, deinceps colligit dicta eius, quæ continent syllogismum & demonstrationem, & concludit ipsum dicere ex his ambobus, scilicet ex eo, quod nihil fit ex non ente, & eo, quod contraria ex contrariis fieri videntur ea, quæ videntur fieri cum insint secerni, ac separari.

Si igitur infinitum secundum quod infinitum, ignotum est, secundum multitudinem, aut magnitudinem infinitum cognosci non potest quantum sit, Secundum formam autem infinitum, quale sit cognosci non potest. principijs autem existentibus infinitis secundum multitudinem, & secundum formam, impossibile est ea, quæ sunt ex his, cognoscere. Sic enim cognoscere compositum arbitramur, cum cognoscimus ex quibus, & quantum sit. Tex. 35.

Cum primo id, quod suadebat verisimilemq; opinionem Anaxagoræ faciebat, attulerit, exposueritque, nequis secum aliquā cogitaret ac existimaret rationē eius eo quod nullo fulta auxilio, inopsq; esset confutari, vertitur modo ad destruendum, tollendumq; eam prorsus de medio. Verum mihi videtur, cum Anaxag. multas conclusiones, atque dignitates adferret, tunc Arist. vnicuique fere occurrere, atque contradicere. Etenim Anaxagoram asseruisse infinita illico libri exordio pāditur, quo ipse inquit. Erant simul omnia multitudine & paruitate, tulit, & in principijs non esse minimum, neq; maximum. Neque.n. inquit, parui est minimum sed semper minus. nam quod est, non esse non potest. Pariter & magni semper maius est, & quale est multitudine ipsi paruo. Item vnumquodque sibijpsi oblatum, magnum & paruum est. Nam si singula in singulis, & singula ex singulis secernuntur, etiam ab eo, quod minimum esse videtur, aliquod minus illo segregabitur, atque id, quod maximum videtur, seiungeretur secerneturque ab aliquo seipso maiore. Vnde plane dicit. Et quod in singulis vniuscuiusque pars inest præter mentem, in quibusdam tamen mens est: & rursus, quoniam alia vniuersi partem habēt, mens autem est infinita & præpotens, quæ nulli miscetur. Et alibi sic dicit: Quando etiam fuerint partes magni, paruique æquales, sic etiam multitudo erit, & in vnaquaq; singula erunt, neq; seorsum esse queūt, sed singula vniuscuiusque parte participant. Cum autem essentia minimi non sit, neque poterit separari, neque quicquam in seipso fieri, sed vti principio ortus se habebat, sic etiam nunc omnia simul sunt, sed in singulis plura sunt, & eorum, quæ separantur, æqualis est multitudo in maioribus & minoribus. Vnde Anaxag. putaret vnumquodque similare sensile secundum compositionem similium fieri, designari atque denominari. Nam dicit, sed cuius vni plura adsunt, hæc manifestissime vnūquodq; est & erat. Quibus videtur dicere, quod mens nititur periclitaturq; ipsa secernere, ac segregare, & ea non potest abiungere & semouere. Porro Aristoteles his dignitatibus contradicere cupiens, primo contradixit illi dignitati, quā tradit Anaxagoras infinita esse principia, & vtitur argumento, quod est commune, vt inquit Porphyrius, contra Leucippum, Democritum, Metrodorum, atque omnes, qui tradunt principia esse infinita. Cum autem duplex sit infinitum, vel secundum quantitatem, vel secundum qualitatem. & infinitum secundum quantitatem etiam duplex, vel multitudine, vel magnitudine, omnes, quos recensuimus, ferunt infinita elementa esse multitudine. Leucippus autem & Democritus magnitudine cum asseruerint vacuum infinitum, Anaxagoras vero forma infinita, videtur asserere ipsa similaria, quandoquidem asserat nullum alterum infinitum simile alteri esse. Si ergo infinitum, qua infinitum comprehendi nequit, profecto neque cognosci poterunt principia & elementa, quibus omnia constāt, quare etiam ea, quæ principijs constant, erunt ignota. Nam tunc putamus vnumquodq; cognoscere, cum causas primas, atque principia prima animo concipimus. Quare his, qui cupiunt aliquam scientiam eorum, quæ ex his suppositionibus

Infinitum duplex, quantitate & qualitate.

Infinitum, quo infinitū, comprehendi non potest.

bus inferuntur, accidit potius contrarium, id est ignorantiam assequi. Vnde argumẽtum, quod Arist. breuiter posuit, virtute tale est: Similaria & forma, & numero infinita: sed infinitum, qua infinitum, est ignotum: igitur similaria sunt ignota. cui argumento, si vltro adieceris, assumpserisq; Quorũ principia haud cognosci possunt, ea quoque incognita sunt: concludes, colligesque entia, & ea, quę sunt, cognosci non posse: siquidem sint eorũ principia infinita ignota. Sed ꝙ ea ignota maneant, quorum principia cognosci nequeunt, demonstrauit ex hoc, quia cõpositum scire, callereq; illius cognitionẽ arbitramur, cum scimus quę quotq; sint ea, ex quibus cõpositum constat. Verum ꝙ Anax. hunc in modum dixerit infinitum, s. infinitam principalium formarum multitudinem, ceu nobis incomprehensibilem, sed nõ velut natura infinitam, perspicuum est ex his, quæ in mediũ affert. Mens nouit ea, quæ simul miscentur, separantur & segregantur, & qualia futura hæc essent, qualiaque antea erant. Et qualia modo sunt & erunt cuncta mens ipsa digessit. Si ergo principia cognita perspectaque menti fuerunt, igitur non erunt natura infinita. Verumenimuero quod dicit Aristot. verum est, ꝙ si principiorum formæ sunt infinitæ, ignotaque, etiam ea, quæ ex hisce principijs constãt, ignota erunt. Sciendum autem est Porphyrium, vt dixi, existimasse cõmunem esse hanc obiectionem in omnes, qui infinita elementa statuunt. Alexã. autem tanquam contra solum Anax. adductam esse intelligit. Et salua pace Porphyrij, consentanea magis est sententia Alexã. quoniam Leucippus ac Democritus & si infinita statuerint principia, tamen ipsorum speciem & substantiam vnam, & definitam esse statuerunt, quare non erit secundum hos principium ignotum, nisi figura & alia quædam, quæ principijs accommodantur, specie sint infinita. Anaxagoras autem, cum principia infinita non solũ multitudine, sed etiã forma esse statuerit, concedet, admittetq; hoc absurdum, quod videtur inferri, scilicet ea etiam ignorari, quæ ex principijs constant.

Sciri nequeũt quæ sunt quorum principia ignorantur.

Tex. 36. *Amplius autem, si necesse est cuius partem contingit quantumcunq; esse secundum magnitudinem & paruitatem, ipsum etiam contingere. Dico autem talium aliquam partium, in quam, cum insit, diuiditur totum. Si autem impossibile est animal, aut plantam quantamcunq; esse secundum magnitudinem & paruitatem, manifestum est, quòd neq; partium quãlibet. erit. n. & totum similiter. Caro autem et os et huiusmodi partes sunt animalis, & fructus plantarum. Manifestum est igitur, quòd impossibile est carnem, aut os, aut aliquid aliud, quantumcunque esse magnitudine, aut in maius, aut minus.*

Com. 34. Cum dicat Anaxag. neq; parui minimum esse, sed semper minus est, neq; maximum, vt etiam ipsa verba Anaxag. indicant, & Theophrastus recensendo secundam rationem Anagoræ, hæc scribit. Deinde asserere singula esse in singulis, tum quia infinita sunt magnitudine & paruitate, tum etiam, ꝙ sumendum non est minimum, nec maximum, non sufficit ad persuadendum suam sententiam, hoc idem Arist. pariter destruit & tollit, atque simul tanquam opportunum, vtileq; sibi ad alia fere omnia demonstranda, prius ostendit quodam tali syllogismo minimum esse, & inquit. Si alicuius totius partes magnitudine & paruitate quãtæuis accipi queunt (nam hoc est nec minimum, nec maximum definire) profecto & ipsum totum potest magnitudine & paruitate quãtumuis esse: atqui totum non potest quantũuis esse: igitur neq; partes queunt quantæuis esse, per secundã formam syllogismorũ hypotheticorum, in qua ratione deductum, ceu manifestum, euidensq; posuit. Nam perspicuum est, ꝙ, si quippiam componitur ex quibusdam partibus, ceu ex pedibus, manibus, capite, & fieri põt, vt ne sint maiores semper & minores, patet etiam id, quod est compositione harum, cum illæ maiores minoresque fuerint, maius minusq; fore, & hoc abibit in infinitum, & tandiu vicissim maius, minusq; euadere, quandiu partes minuuntur & augentur. Assumptionem, s. destructionem cõsequentis, probat ex manifestis euidentibusq;. Nam ex similaribus concreta, compositaque tota, ceu animal quoduis, vel planta, non possunt quantæuis esse, quippe nec homo nec ficus, vt magnitudinem montis habeãt, impossibile est, sed eorum magnitudo in maius & in minus certa definitaq; est, igitur & magnitudo vniuscuiusq; partis ipsorum, in quam diuidũtur, finita ac terminata est. Neque potest quantauis caro accipi, siquidem caro sit animalis pars: alioquin erit etiam illud animal, cuius caro est pars, quantumuis. Ex his itaque similaribus animalia componuntur, & in easdem diuiduntur apud Anaxagoram. his namque nihil apud ipsum, superius est. Igitur horum certa erit ac definita magnitudo, quousq; attigerit propriam sedem. At siquis diceret, omnem magnitudinem esse diuisibilem in infinitum, idcirco quocunque accepto minus accipi posset, is sciat similaria non esse simpliciter magnitudines, sed tales iam magnitudines, caro, os, plumbum, aurum, &c. id genus, quę si in infinitum diuidantur, non possunt seruare suam formam & speciem. Nam hęc, vt magnitudines diuiderentur in infinitum, sed vt caro & os non amplius diuiderentur. item talia principia Anaxag. statuit, quæ non essent diuisibilia. Atque totum dixit ex illis constitui partibus, in quas actu separatas diuiditur, cuius modi ea sunt, quæ sunt similarium partium, minime autem corpora, vt corpora. Iccirco Aristoteles, vt tuto, secureque proferret, hoc adiecit. { Dico autem aliquam talium partium, quæ insunt, & in quas diuiditur totum. } Non. n. diuiditur totum in corpora, vel in ipsa incorporea, sed in carnes, ossa, & cætera id genus, quæ apud Anaxagoram sunt incorruptibilia expertiaque interitus. Quare non sustinerent diuisionem propriæ formæ vsque ad interitum. Partes itẽ, quæ ex diuisione in infinitũ fiunt, actu minime insunt, sed potestate. Item quod paulo prius diximus Arist. adiecit ob eas partes, quæ alicuius partes esse dicuntur, tñ totũ, in eas non diuideretur, quales sunt materia, & forma, quæ partes corporis dici solent. Cæterum, cum Arist. dicit & fructus plantarum, Alexander tradit ipsum dixisse pro hoc, s. semina plantarum. nam ex his componuntur plantæ. idcirco paulopost pro fructu, semina accipit, tanquam partem plantæ, in quibus dicit, (quare neque caro, nec os, nec semen plantarum quãtumuis esse potest.) Nam ex his tam fructus ꝙ̃ plantæ componuntur. Verum in ijs libris, qui ad me peruenerunt, illud dictum, s. nec semen plantarum, non inuenitur, quemadmodum nec aliud quod Alexand. hunc in modum adiecit. Si ergo animalia & plantæ nec quanta, neq; quot sunt, idest (inquit Alexan.) neque velut continua, neque velut discreta in infinitum habent incrementum seu processum, neq; profecto partes ipsorum quantæuis erunt, neq; auctionem diminutionemq; in infinitum habebunt. Sed vide iam quõ referantur dicta solum ad hanc particulam quanta, & minime ad hanc quot quàm indicare quantitatem discretam velut oppositã huic quanta Alex. tradit. Nam hisce verbis non demonstraute Aristo. ꝙ aliquid non componitur ex infinitis multitudine, sed magis proprie interpretatus esset si dixisset, si ergo animalia & plantæ neque quantauis, neque quotauis

Naturalia omnia maximo & minimo si speciem habent, definita sunt.

Similaria nõ sunt absolute magnitudines, sed tales magnitudines.

Fructus, pro plantarum semine, & contra non nunquã accipitur.

ſunt, pro hoc, neq; magnitudine, neq; multitudine in infinitum procedunt. Quippe non ſint idem quantū, & quantumuis, quæ particula.ſ. quantumuis, ſignificat ſ'm quantitatem in infinitum abire, atque creſcere. Deinde inquit Alexan. adiecit Ariſt. ſemen, tanquam ſint quædam partes ſimilares, ex quibus abundantibus plantę fiunt. Et plantarum differentiæ ſunt ex ſeminum, quæ in ipſis abundát, diſcrimine. Atqui pace Alex. ſemen, ex quo fit planta, non numeratur inter eas partes, in quas, cum inſunt, totū diuiditur: quippe nec in animali ſemen genitale ex quo fit, ſeruatur, tanquam in illud etiam animal diuidi queat. Videntur itaq; pleraq; exemplaria recte conſcripta eſſe, in quibus ſcribit, & fructus plantarum. nam vt rami, foliaque, ita etiam fructus & ſeminis inuolucra, quæ pericarpia Græci vocant, partes fructuum ſunt. Et diuiditur totum, & in ea, quæ inſunt, & quæ ſeiungi & ſeparari poſſunt. Sed hęc ſufficiant pro euariatione exēplarium. Poſtremo aliquis defendens Anaxa. diceret, quod ſi vnumquodq; animal, vel vnaquæq; planta ex vnaquaq; ſpē ſimilarium haberet vnā ſimilaritatem cōponentem, ceu vnam carnē, & vnum os, vnumq́; ſanguinem, neceſſarium eſſet differentias aīalium plantarum ſ'm magnitudinem ſequi auctionem & diminutionem ſimilarium. Sed, ſi animal multitudinē ex vnaquaque ſpecie ſimilarium haberet, ceu carnes multas, quid incōmodi abſurdiq́; eſſet ſi caro in infinitum diuideretur & non animal. Sed ſi plures ſint carnes, num ergo finitę numero ſunt vel infinitę? Et ſi quidē finitę, ceu duo, vel tres, vel quatuor, vel decē ſunt, profecto magnitudo minimi & maximi certa definitaq́; erit. Si vero multitudine infinitæ magnitudinē ergo, quę ex infinitis magnitudinibus cōſtat neceſſe erit infinitā eſſe. Nam finitū in finita diuiditur. ꝙ quidē & Ariſt. hiſce ſequētibus verbis cōtextus ſubiungit.

Cõm. 37. *Amplius, ſi quęcunq; quidem huiuſmodi ſunt, inter ſe ſunt alterum in altero, & non fiunt, ſed ſegregantur, cum inſint, dicuntur autem ab illo, quod in illis amplius eſt, fiunt autem ex quolibet quodlibet, vt ex carne aqua, quæ ſegregatur, & caro ex aqua: omne autem corpus finitum conſumitur à corpore finito manifeſtum eſt, quod non contingit in vnoquoq; vnumquodq; eſſe. Ablata.n. ex aqua carne, & iterum alia facta ex alia per ſegregationem, quamuis ſemper minor erit ſegregata, attamen non excedet magnitudinem aliquam paruitate. quare ſiquidem fuerit ſegregatio, nō omne in omni inerit: in reliqua.n. aqua non inerit caro. ſi vero non ſtabit, ſed habebit ſemper ablationem, infinita magnitudine, æqualia finita inerunt infinita ſecundum multitudinem. hoc autem impoſsibile eſt.*

Cõm. 38. Alexan. quidem tradit Ariſt. vti argumento, quod proxime fecit, ad oſtendendum modo neq; gñationem ſegregatione fieri, neq; ſingula in ſingulis eſſe, ceu videtur Anaxag. Cum igitur hic accipiat ceu conceſſum, & confeſſum, minimum corpus eſſe per hoc, quod dicit: Et ſi ſemper minor ea, quæ ſecernitur, erit, non tñ omni magnitudine minor euadet, quippe non ſit minor paruitate, ſ. minimo: ſi ergo ex aqua, exempli gratia, aliquis ſeparet minimam carnem, qm̃ demonſtratum eſt minimam eſſe: & is rurſus aliam ſecerneret, & id ſemper efficiat: vel deficiet aliquando ſeparatio, ꝙ definita & terminata ſit minima caro, vt aqua amplius non habeat reliquum carnis, & ita non erit quodlibet in quouis, ſeu ſingula non erunt in ſingulis: vel ſi non deficiat aliquando, hæc aqua, ex qua ſegregata eſt caro, terminatam aliquam habebit magnitudinem. quod ſi hoc admittitur, infinitæ numero carnes æquales inter ſe erunt. Nam minimæ carnes æquales magnitudine, in eadem aqua infinitæ numero erunt. Hoc autē fieri nequit, quoniam minima caro definita terminataq́; eſt, qua amplius minor ſegregari non poteſt. Nam ſuperiore argumento oſtenſum eſt, minimam carnem haberi. quod cum ita ſe habeat, non poteſt caro in infinitum ſecerni ex hac aqua, ſed neceſſe eſt ſtare ſegregationē. Quare non quoduis ex quouis ſegregabitur. Si autem ſemper ſeparata, inquit, minorem accipere liceret, tunc non deficeret ſegregatio, ceu, ſi à maxima continuo demeretur quippiam. Sic ergo Alexā. & Themiſt. expoſuere contextum. Sed nunquid queat hoc argumentum ſine concluſione prius oſtenſa nunc demonſtrari, forſitan Ariſt. id, quod ibi demonſtrauit, fieri non poſſe, ſ. quantamuis magnitudinem eſſe, cōcedit nunc de aliquo modo ipſos ſupponere his verbis, quibus dicit. Et ſi ſemper minor ea, quæ ſecernitur, erit, tamen non omni magnitudine minor euadet. Vnde, vt puto, nunc Ariſt. non oſtendit ſimpliciter ſegregationem deficere, ſed oſtendit ſiue deficiat, ſiue non deficiat, aliquid abſurdi illis accidere, qui ferunt ſingula in ſingulis eſſe, & ſingula ex ſingulis ſecerni. quod eſſe idem dictu, generari putant. Nam ex eo quod deficit, ambæ dignitates tolluntur. ſi.n. deficiat caro à carne ſeparata, profecto ſingula in ſingulis non erunt, neq; ſingula ex ſingulis ſecernūtur ſegregabunturq́ue, quippe in reliquo aquæ non aderit caro. Atqui, ſi dicerent non deficere, ſed ſemper demi auferriq́; poſſe, dubio procul in magnitudine finita huius aquæ infinitæ multitudine magnitudines erunt, quod fieri non poteſt. Porro videtur mihi hæc verba Ariſt. ſ. æqualia finita, & ea pariter verba, non tamen omni magnitudine minor euadet, fuiſſe in cauſa, vt talem expoſitionem Alexan. faceret. Nam, inquit, ſ'm vnamquamque ſegregationem erit quidam numerus ſeparatus eorum, quæ minima ſunt, & ita erunt ſemper aliquo modo æqualia ſublata, eo ꝙ omnia minima ſunt. At quæ ratio maior, quæúe potior aſsignatio eſt, vt plura minima ſint, & nunquam æqualia, ſ. æqualia magnitudine. Etenim, vt inquit, ſemꝑ minor erit ſeparata, ſed non adeo minor, vt omni magnitudine minor euadat, i. & ſi concederet aliquis ipſis ſemper minoribus minora accipi poſſe, non euaderet aliqua minor omni magnitudine. Etenim magnitudinū diuiſio in infinitum non niſi in magnitudines fit. tamen is, qui ſingula in ſingulis eſſe contendit ea actu eſſe dicit, & non potentia, vt in his, quæ in infinitum diuidi poſſunt. Sed etiā poſſunt intelligi hæc verba textus. ſ. æqualia finita pro ſimilia finita, ſed ſi finitum eſt affectio paſsioq́; quantitatis magis accōmodatius, magiſq́; proprie intelligemus æqualia finita, q̈ ſimilia finita eſſe dicendum. Totum igitur argumentum tollit ſingula in ſingulis eſſe, & quodlibet fieri vel ſegregari ex quolibet, quod prius accipit talem dignitatem, omne corpus finitum dimetitur & conſumitur à corpore finito. & quod nos diximus, conſumitur, ipſe Ariſt. dixit in proprijs verbis contextus, quæ propoſuimus, tollatur. Nam ſi à cubito, vel vlna finita ſemper aliquid auferatur, dubio procul vlna cubituſq́ue prorſus tolletur. fiat ergo ablatio non ratione & animi conſideratione poteſt conſiderari, qm̃ hoc modo nunquam deficiet, ſed fiat ſ'm eas partes, quæ actu inſunt, & ſi hæ minime æqualiter ineſſent. Hoc igitur aſſumpto, oſtendit fieri non poſſe, vt vnumquodq; in vnoquoque ſit, i. ſingula in ſingulis, neque ſingula ex ſingulis ſecerni hoc modo, ſi ex aqua ſeiungatur caro, & continuo alia atque alia, & ſi ſemper minor erit ſeparata, tamen magnitudinem aliquam habebit. & hoc velut dignitatem demonſtrationis prius accipere oportet. Vel igitur ſtabit ſegregatio, vel non ſtabit. ſed, ſi ſteterit, igitur non ſingula in ſingulis erunt. Nam in reliquo aquæ

Quodlibet finitum corpus dimetitur & conſumitur ab alio corpore finito.

non

non inerit. si autem non steterit, sed semper quippiam demi poterit, profecto magnitudines finitę erunt, similiter in magnitudine finita multitudine infinita. qđ quidē fieri nequit. Nā finita magnitudo semper alicuius finiti ſm numerum finitum eorum quę sunt in eadem sublati tolletur per dignitatem, quam diximus. Quare non erunt in magnitudine finita, multitudine īfinita. Patet ergo, qđ ipse dicebam, s. ablationem nō sola animi consideratione & contemplatione esse sectionē in infinitum. Nam hoc modo non deficiebat, neq; quippiam incommodi, absurdiq; sequebantur illud, s. finitum cōstitui, constareq; ex ijs, quæ in infinitum diuiditur. nā in his est infinitum potentia, sed non actu. At secundum Anax. segregatio est eorum infinitorum, quę actu insunt.

Tex. 38. *Ad hac autem, si omne quidem corpus remoto quodam minus necesse est fieri: carnis autem determinata est quantitas et magnitudine et paruitate: manifestū est, quòd ex minima carne nullū segregabitur corpus. erit. n. minus minimo.*

Cōm. 37. Singula in singulis esse, & quodlibet ex quolibet secerni, etiam hoc argumento agitat & dimouere conatur, prius denuo accipiens euidentem clarissimáq; dignitatē, omne, videlicet, corpus ablato aliquo eius, minus euadere necesse est: qm̄ & addito quopiam maius fit. & huic adiicit aliam dignitatem, quam sibi prius accōmodauit, videlicet, non quantamuis carnem esse, sed minimam dari certam, definitamq́;, quemadmodū quoq; necesse est maximam statui. Quibus prius acceptis, aliquis hunc in modū syllogismū conficere poterit. Si ex minima carne aliquid segregetur, erit sane aliqua caro, ex qua separata est minor minima. atqui hoc est impossibile. Quippe minima ea sit, qua minor secerni nequit. Igitur ex minima carne non seiungetur quodlibet corpus. & hæc consequentia & deductio vera est ob dignitatem. Assumptum autem, seu destructio consequentis, euidens est. vnde, si non potest ex minima carne aliquod corpus abiungi, igitur non erunt singula in singulis, neque quodlibet ex quolibet segregabitur. Immo & aliud absurdū sequit͂, si aliquid ex minima carne seiūgeretur. nā caro post separationē non erit. quandoquidem minima carne non sit minor. corrupta igitur est vt caro. igitur corrūpunt͂ similaria, qđ quidē nolūt, ac negāt. Igitur nō singula ī singulis sūt, neq; quodlibet fit ex quolibet.

Corpus omne ablato aliquo fit minus.

Tex. 39. *Amplius autem in infinitis corporibus inesset vtique iam caro infinita, & sanguis, & cerebrum, separata tamen ab inuicem, nihil autem minus entia & infinitum vnumquodque. Hoc autem irrationabile est.*

Cōm. 38. Quintum argumētum in his puto fortissimum, sententia Anaxagoræ recipit & sustinet, si quis iuxta id, quod apparet illud bene animo perpendat. & argumentū est contra omnem positionem, qua multitudine infinita similaria esse principia, atque omnia in omnibus Anaxagoras tradit, ceu principio sui operis ipse posuit dicens. Simul omnia erant infinita multitudine & paruitate. Etenim paruum infinit eratū, & in singulis vniuersi partes inesse præter mentem sæpenumero tradit. Si ergo infinitis existētibus similaribus partibus in vnaquaque oīa insunt, profecto actu inerit iam caro infinita, sanguis & cerebrum. Nam, cum in infinitis similaribus partibus infinitæ carnes multitudine sint, sic totam carnē esse magnitudine infinitam, similiter sanguinem, cerebrum, aurum & vnumquodque aliorum id genus asserunt. erunt igitur infinitæ magnitudines numero plures, seu magis innumerabilibus partibus infinitæ. Nam erunt in qualibet similari parte qđ quidem a ratione alienū esse constat. Quippe ea sit magnitudo infinita extra quam nulla magnitudo, & nō erit potētia infinitū in similari parte. ceu esse solet in his, q̃ successu infinito fiunt, & diuidi semper queunt: sed iam actu infinitū erit, quippe iam actu inter se abiuncta & separata subsistant & nihil minus sunt in his, in quibus sunt. Itē magis absurdum est hoc, vt separata sint, & tamen sint infinita; qm̄ ea, q̃ separantur inter se, sese quoq; mutuo terminãt. Separata nanque dicit esse hæc infinita non solum, quia caro, os, & cæterorum vnumquodque id genus est in similaritatibus infinitis separatis, sed qa & ipse Anaxag. inquit, Alterum nullum esse alteri simile, & hæc sunt suapte natura seiuncta inter se. Itē alio modo magis absurdū ab Arist. inductū, conclusumq́; esse uidebitur. Nā, si similares partes sunt infinitæ, & omnia in omnibus sunt, in quouis omnium etiam, quæ in eo sunt, infinitarum sunt oīa. & ita in vnaquaq; similariū partium carnes infinitæ erunt & ossa, atque sanguis, & cerebrū, & omnia alia, quæ sunt infinita. & hoc sequitur ad eos, qui procedūt in infinitum, cū vnūquodque habeat cuncta, & quodlibet illorum, quę in ipso sunt omni, atque semper hoc esse, licet actu oīa esse ponantur, & non potentia. Vnde multifariam absurdum accidet huic positioni, si admittantur. & quò in magnitudine finita infinitam magnitudinem esse, absurdū est, magis sanè absurdum erit infinita infinities infinita esse. nam infinita insunt carni. & in vnoquoq; infinito existente in carne, sunt infinita, & hoc in infinitum, igitur infinities infinita. Itē absurdum est, infinita à sese mutuo separata esse, non modo, quia separata sese mutuo claudunt, terminantque, sed quia neq; pōt esse aliqua infinita magnitudo ex separatis partibus. Nam esset hoc pacto aliquod infinito maius, qm̄ spatium interceptum partibus separatis infinito coniunctum infinito erit maius eodem infinito. Item multitudinem sæpe infinities infinitum erit, & hoc actu esse accidet, siquidem infinita sint inter se alterum ab altero separata, nihil minus vnumquodque essentia infinitum. nam hoc significauit cum dixit. {Singula tamen ab alijs separata & nihil minus sunt & vnumquodque infinitum} Sed Alexan. inquit, rationem nunquam hunc in modum dirigendam esse. nā singula in singulis misceri Anaxagoras nō dixit forte de principijs, vt in vnoquoque principio singula sint, alioquin non fuissent amplius principia, si confusa & concreta fuissent. Sed Anaxag. tulit singula misceri in vnoquoque sensibili corpore constituto ex principiis congregatis: quippe ex his generationes rerū & segregationes fiebant. Nā nec elemēta pura, sinceraque, nec sensilia esse principiū dixit, quæ neque sunt per se, s. nulli rei mixtæ, qm̄ hæc seiungi, secernique non possunt. At qui hæc dicit nil aliud uidetur facere, quam transferre confutationem ad concreta. Nam, si vnumquodque sensile, cū sit mixtum, omnibus constat, sane hoc aliquid esse videbitur ob id, qđ dominatur in mixtione: sed oīa sunt in commixtis, propterea, ꝙ maiorem obtineat dominatum quęlibet ex similaribus partibus, quæ infinitæ extant, alia ex alia designationem recipiens; quę etiam secernuntur, si oīa ex omnibus sunt: ergo sensilia sunt etiam infinita. Si ergo vnūquodque ipsorū ex oibus mixtū est, igitur caro infinita multitudine, magnitudine erit & vnāquęq; alia species similiter infinita habebitur. si autem ex singulis sensibilibus fiunt segregatione singula, sane & hoc modo erit infinities infinitū. nam in eo ꝙ separatur rursus singula inerunt, & separabuntur, quæ adhuc separata singula quoque habebunt, & ita in infinitum, quippe seiūcta sint mixta & sensile, quocirca immixta principio neque separari queunt vt singula non in singulis sint. Sed nonne ratio Anaxag. erit verisimilior nō ex vno sensibilium dicat separari

Separata esse infinita non possunt.

Infinita magnitudo ex infinitis partibus non est.

Omnia in omnibus esse, quomodo intelligebat Anaxagoras.

parari

Omnia insunt in unoquoque sensili, sed nō sensilia.

parari aliquod sensibile. ceu ex hac carne sola os sensile quippiam. & ex hoc rursus aliud quippiā sensile, sed vnicuique sensibili inesse oĩa, quæ sunt tamen insensilia, & separari cuncta ab vnoquoque sensibili, quæ separata manent insensibilia, quousque pluribus sensilibus plura eiusdem speciei separata commisceantur & insensibilia fierent, modo rursus oĩa commixta inessent vnicuique quod iuxta dominium prępotens vniuscuiusque designatur, nomenq́ue ac proprium characterẽ trahit. Sed, si hoc modo etiam dicerent, primum quidem vel non omne sensile ex quouis sensili fieret, qđ sane ipsi volunt: vel similiter sequetur infinities infinitum. Deinde etiam in elementis esset verum dicere, si infinita sint multitudine, modo insint in ipso finito sensibili, infinitæ similaritates multitudine simile absurdum euenire, qđ prius diximus. Veruntamen rationes pauci momenti sunt, cum non ita dixerit esse Anaxagoras elementa velut natura infinita, & inuariabilia, sed infinita, quatenus à nobis non comprehenduntur, qm̃ per se sunt specie, numeroq́; certa, ac definita, si quidem vt ipse inquit. Et commiscenda, separandaque ac seiuncta oĩa mens nouit & qualia futura essent, qualiaque fuere. Et quot modo sunt & erunt mẽs ipsa digessit, profecto rationes Arist. nihil efficiunt. Quòd, si apud Anaxag. elementa & commixta ex his specie ſm multitudinem actu sunt infinita, neque mens ea nouisset, neque disposuisset. Nam quidam ordo dispositio est, sed ordo non est in ipsis infinitis. Cognitio autem mentis est comprehensio terminata & non indefinita, quæ etiam fit ſm ea, quæ sunt finita specie, sed non ſm infinita. Quòd autem neque infinitum velut impercursibile prorsus multitudine dixerit, indicat dicens mentem esse infinitam, vbi sic dicit. Mens autem est infinita & præpotens suopte imperio. Si ergo Anaxagoras non asseruit elemẽta esse specie infinita, proculdubio neque ea, quæ ex his concreta, commixtaque sunt, infinita erunt, sed specie finita, & in vnoquoque erunt finitæ similares partes. Item neque Anaxagoras videtur quolibet ex quouis secerni abiũgiq́ue asserere, & si omnes res simul esse affirmet. Nam plane in separatione dicit cõtraria à contrarijs seiungi, sed minime quęuis temere à quibusuis secerni tradit, ceu quibusdā in locis dicit: Ambitus ipse fecit segregari, & seiungitur à raro densum, & frigido calidum, atque ab obscuro, tenebrisq́ue referto, lucidum, & ab humido siccum. Quare non quæuis temere separantur, neque ex aqua caro, vel cerebrum, & ita oĩa obiecta adducta contra Anaxa. ipse euadet. Nam, si non sunt principia infinita: neque ipsa ignota erunt, neque illa, quæ ex eisdem componuntur, neque infinitum erit, neque maius erit, neque qđ minus, neq; erit separatio in infinitum, velut infinitarum specierum. Quod, si confutandus est Anaxagoras, opus erit adducere alias rationes cõtra ipsum, cũ segregatione generationẽ fieri dicat. Quomodo.n. ex aqua vnius cyathi tantũ aquæ separaretur, nisi alteratio esset? Item, cũ hominem carnibus ossibusq́ue ac talibus huiusmodi aliqood efficiẽs facit, profecto hominẽ ex homine non efficit, quippe nõ insit homo. si autem hominem nõ ex homine genitũ videmus, quid ergo vetat, vt caro fiat non ex carne ab eodem homine, qui est causa efficiens, vel à mente si causa fuerit, vel ab aliquo alio? Et vniuersaliter, si dissimilaria, ceu animalia & plantæ tamũ sibi audaciæ non præsumunt, vt quippiam efficiant segregatione, q̃ ergo est necessitas, quidue vrgetur adeo, vt similaria eo modo fiant, vel cur similaria sunt actus interitusq́ue expertia & composita ex his sunt subdita ortui interituiq́ue, præsertim cũ vniuersa, totaque sint meliora, præstantioraque suis partibus? Scitu dignũ est, Aristo. hic accepisse cerebrum velut quoddam similare, quanquā sit quędā pars organica, instrumẽtariaúe, siquidẽ habeat venas, & arterias constituentes ipsum, & à pãniculis quibusdam, vel pelliculis ambientibus ipsum comprehendatur.

Infinita elementa nequaquam cõprehẽdi posse dicebat Anax.

Ordo in infinitis minime est.

Mentis comprehensio terminata est.

Non quodlibet ex quolibet fieri ait Anax.

Alteratione non existente nulla fit separatio.

Caro ex non carne fit, ita ut homo ex non homine similares partes separatione nõ fiunt, nec sunt ingenitæ.

Cerebrum esse quoddam similare dixit Aristo.

Nunquam autem segregatum iri, nõ scienter quidem dicitur, recte aut ẽdicitur. Passiones enim inseparabiles sunt. Si igitur misti sunt colores & habitus, si segregati fuerint, erit aliquid sanum, seu salubre, non aliud existens, neque de subiecto. Quare ineptus quidem & importunus est, impossibilia quærens intellectus, si vult quidem, segregat: hoc autem facere sit impossibile, & secundum quantum, & secundũ quale. secundum quantũ quidẽ, quia non est minima pars: secundum quale aũt, quia inseparabiles sunt passiones. Tex. 31.

Cum dixit Anaxagoras nihil prorsus secerni, separarique ab altero, propterea ꝙ omnia in omnibus sint: & alibi quoque dicat: neque securi abscissum fuit calidum à frigido, neque frigidum à calido, qm̃ nihil purum sincerumque per se est: hoc nunc Arist. inquit, qđ non scite dicitur, qm̃ non ea de causa accidit ea non secerni, quia oĩa in omnibus, quanquam accidat ea non secerni: Icc̃ireo & si non scite, attamen vere dicitur. Nam affectiones, idest accidẽtia, inseparabilia à substantia sunt, ceu colores & habitus. substantia.n. cum accidentibus simul commixta, si seiungeretur accidens, non amplius esset accidens, sed substantia, quę per se subsistit, atque accidens non esset in subiecto, cuius ope est, qđ etiam de subiecto minime diceretur. Et qđ pulchre Eudemus annotauit, non solum affectiones à substantijs non possunt seiungi, sed neque omnes simul passiones, affectiones esse queunt, vt oĩa in omnibus esse tueri Anaxagoras queat: non.n. calidum & scientia, sed omnia misceri accidit, mixtio vere fit ex his, quæ separata sunt. Separantur autem ea, quæ per se existunt, vel saltem queunt separari & per se esse. talia autem sunt substantiæ. Idcirco miscentur corpora, quorum ea, quæ sunt humida temperari & sicca misceri dicimus, ceu semina genitalia & ouium foetus. At hominem & album non dicimus mistum esse, neq; scientiam & animam, sed dicuntur accidentia hæc solis illis inesse, de quibus prædicantur. Sed qualia misceantur & quomodo simul oĩa erat exactius exquisitiusq́ue definiendum determinandumq́; est, qm̃ non oĩa oĩbus miscentur, quẽadmodũ neque quoduis ex quouis gignitur. Nā ex albo nõ generatur linea, sed nigrum, vel fuscum. Sed hæc ab Eudemo dicta vt proprio in loco apposui explicauiq́ue. Cęterum quõ Anaxago. vult mente dici similares partes separari, siquidem ab his, quæ sunt, mens absit, seiunctaque sit, tanquam ea secernens, & eius munus sit secernere, qđ quidem fieri nequit. Nā velle aggredi qđ fieri non põt potius est amentis, quam mentis munus. Nā res secerni impossibile est cum quantitatis, tũ etiam qualitatis ratione. Quãtitatis, inquam, fieri non potest, qm̃ minimum mens secernendo nunquam assequi, neq; efficere poterit, alioquin stabit segregatio, quippe si minima caro secerneretur hac minor seiungi non posset. Equidẽ quantitatis naturalis separatio minima est. Nā quousque aliquo accepto alterũ accipere & seiungi põt non quantũ naturale, secretũ seiunctumq́ue est, qđ si steterit ad indiuiduum & insectile separatum iam est, & nõ amplius separabitur: quod quidem non est. non.n. stabit. Quod quidẽ eueniet, non quia sectio sit in infinitũ, vt Alexan. intellexit, sed qm̃ staret separatio. Item neque qualitatis ratione potest separari: qm̃ affectiones sunt inseparabiles à materia. Si ergo quantitatis separatio vltra minimum progredi, & qualitatis species seiungi à materia hæc ambo nequeunt, quorum

Cõm. 38.

Affectiones aliquando pro accidẽtibus accipiuntur.

Affectiones omnes simul esse, est impossibile.

Mixtio ex segregatis fit.

Humida temperari sicca misceri dicuntur.

Secretio fieri non potest nec qualitate, nec quantitate.

rum alterum est ſm Anaxagoram, qm ſtatio in minimo tollit omnia in omnibus eſſe. alterum autem est ſm Ariſt. qui omnes qualitates inſeparabiles eſſe putat, igitur ſtulta temerariaq; mens eſt, vel qa ignorás impoſsibile, vel quia cognoſcens ſingula ſecerni impoſsibile eſſe, cōtendit ſedulo impoſsibilia aggredi atq; exequi. Hæc itaque dicta ſint ꝓ declaratione, explicationeq; verborum Ariſt. Sed pace Ariſt. non ita liquido Anaxag. mea ſententia dixit, ſcilicet ꝙ mens velit ſecernere ſimilares partes, qđ factu impoſsibile eſt, ſed tulit mentem eſſe motricem, vitæq; omnium datricem, ac mundani ordinis totiusque diſpoſitionis moderatricem & effectricem cuiuſcunq; ſegregationis. Nam, cum dixiſſet mentem eſſe cauſam ſeparationis, atque ambitus rerum cuiuſuis, infert, ambitus & ſeparatio vndique fecit ipſum ſecerni, & ſeiungitur ab ipſo raro denſum, & ab ipſo frigido calidū, atque ab ipſo tenebroſo tenebriſtiæ referto lucidum, etiam ab humido ſiccum. Quibus habitis paulopoſt infert, nec ſecernitur, nec abiungitur, diſpeſciturque alterum ab altero. Quibus ergo liquet aliter dictum eſſe, ſeparatur à raro denſum, & cætera: & aliter, neque ſecernitur alterum ab altero. Nam alterum dicit Anax. qm non omnium datur mutua generatio. non quæuis à quibuſuis mutuo generari licet, quandoquidem non dixit lineam fieri ſecernique ex albo, ſed ex contrarijs, alterū vero dicit, qm ea, quæ ſunt in vno mundo, nō ſeiunguntur inter ſe, neque abſcinduntur ſecuri, ceu alias inquit, ſed ſunt ſimul inter ſe, & ita inuicem ſeſe habent, vt ſint vnita. Quare ſpecies apud Anaxa. ſeiunguntur & vniuntur, & hæc ambo ope munereque ipſius mentis interce dente fiunt. Quam præclare admodum Anax. celebrauit dicens: Mens eſt infinita ſuopte imperio præpotens, quæ nulli mixta eſt rei, ſed ipſa duntaxat in ſeipſa eſt. Et rurſus ait. Eſt.n. quiddam rerum omnium ſubtiliſsimum & puriſsimum, qđ de vniuerſo ſingulisque rebus, cum omnem calleat cognitionem, tum etiam imperio cunctis præſtat. Item quæcunque animam cum maiora, tum etiam minora habent mens ipſa obtinet, cunctiſque imperat, quæ præterea vniuerſæ ſegregationi vndique præeſt. Item cuncta commiſcenda ſecernenda ac ſeparata mens nouit. Rurſus qualia futura eſſent, qualiaq; erant, quæ nunc ſunt & qualia erunt oīa mens digeſsit ſuoq; ordine collocauit. Quare apud Anax. non voluit mens impoſsibilia aggredi, ſed ipſa intellectuali ſegregatione ſeiunxit ſpecies, quæ ſunt in hoc mundo collocatæ, cū ab eiſdem eſſet ſeparata, & ſpecies in hoc mundo propter naturam intellectualem genitricem principalem eorundem, atque propter confuſionem generationis mutuo ſeſe miſcebant. Et qđ ſane in Phædone Socr. obijcit Anaxagoræ, illud ſcilicet qm Anaxagoræ, cum de particularibus cauſis ſermonem feciſſet, mentem omiſit. Sed me hercle erat naturali ſcientiæ peculiare, tunc materiales cauſas afferre. Porro etiam Plato in Timæo, cum prorſus primus effectricē cauſam aſsignaſſet, poſt vero diſcriminorum differentiarumq; magnitudinum figurarumq; cauſam ſtatuit caliditatem & frigiditatem, & in alijs ſimiliter. Veruntamen Socrates, cum aſsignationem per finalem cauſam ſuſcipi velit, meminit Anaxagoræ, qui potius in aſsignatione, materiali vſus eſt cauſa, quā finali. Sed ad cætera proficiſcendum nobis eſt.

Mentem ſimilaria ſecernere quomodo dixit Anaxagoras.

Mētem quomodo celebrauit Anaxagoras.

Mētem quā vſus fuit Anaxa. in reddēdis ſingularium cauſis.

Plato primus efficientē cauſam tradit, deinde ſingulis frigiditatē & caliditatē cauſatur.

Tex. 40. *Non recte autem generationem accipit eorum, quæ ſunt eiuſdem ſpeciei. fieri enim poteſt vt lutum in luti partes diuidatur, & fieri poteſt vt non. Et non idem modus eſt, vt lateres ex domo, & domus ex lateribus: ſic etiam aqua, & aer alter ex altero, & ſunt & fiunt.*

Com. 39. Cum ſegregatione fieri generationem Anaxago. dixerit, atque vnumquodq; proprium characterem propriaſq; denominationem accipere ab eo, cuius eſſet in eodem maior copia omnibus in omnibus exiſtentibus, patet vniuſcuiuſq; compoſiti ortum, generationemq; compoſitione ſimilium fieri perficiq; voluiſſe, qm & ea quoque diuidi in ſimilia intuitus eſt, ac vidit, ex quibus componūtur. Nā carnes in carnes, osque in oſſa diuidi oculis conſpexit. Videtur aūt vnumquodq; in illa diuidi, ex quibus componitur. Veruntamen nō eſt neceſſarium generationem ex ſimilaribus fieri, & maxime eam generationem, qua elemēta mutuo fiunt, immo neceſſarium magis eſt non ſimilia ex ſimilibus fieri. Nā, & ſi aliqua vniuerſa totaque ſimilia ſpecie fierent ex elemētis ſimilibus ſpecie, ceu lutū maius ex pluribus partibus leuioribus, tenuioribusq; luti, tñ id, qđ quibuſdā, velut ex elemētis fit, ex diſsimilibus & ſimplicioribus natura fit, & in eadem diuiditur, ceu lateres ex terra, aqua & palea, in quæ diuiditur, & quanto magis fit diſſolutio in elementa, tanto magis in diſsimile recidit, atque ex diſsimili fit. Porro carnis partes ſimiles ſunt, quippe ſint carnes, ſed partes elementares non ſunt carnes, ſed ſanguis, & quæ ſunt adhuc vlterius quatuor elementa, & eorum qualitates. Igitur generatio non fit ſm compoſitionem, ceu domus ex lateribus. neque in compoſita diuiditur, ceu in lateres domus, ſed alius eſt modus. nam per alterationem alterū & altero fiunt, & ſunt aer, & aqua: ſed non compoſitione, neque ſegregatione: qm quomodo ex aqua vnius cyathi tantus aer fieret? quare non ſeparatione fit, vt videtur Anaxag. aſſerere, ſed mutatione & alteratione, ceu Ariſt. & alij ſentiunt. Verum verborum conſtructionem dupliciter Alexander interpretatus eſt. Nam inquit, vel hoc dicit, qm non recte generationem ſimilarium per ſegregationem facit, vel quia non recte efficit generationem aliorum ex ſimilaribus, perinde atque deficiat in contextu verborum illud Ex:

Generatio fit alteratione potius quam ſeparatione, aut compoſitione.

CAP. V.

Tex. 41. *Melius autem eſt pauciora & finita facere vt facit Empedocles.*

Cōm. 40. Quanquam ſit communis modus generationis, qui tribuitur Empedocli & Anaxag. quatenus ambo ſentiunt traduntq; generationem fieri concretione & ſeparatione, tamen de numero principiorum inter ſe diſcrepant. Et melius eſt accipere pauciora, & finita principia, vt Empedocles accepit, quam plura & infinita, vt ſentit Anaxagoras. Nam finitum eſt melius longe infinito, qđ ſenſu, ſcientiaque capi poteſt: infinitum autem ſenſu, nec ſcientia percipi valet. Item, cum queant nonnulla paucioribus minoribuſque in vſum generationis venire, atque generari, quid opus eſt pluribus & infinitis? Cū ergo generabilium & corruptibilium alia generētur, aliaq; interitum ſubeant, ſufficit priora interire, vt generatione ſint alijs principia. Vnde hi, qui mundos infinitos aſtruunt, vt Democritus, neceſſario elemēta infinita numero eſſe aiūt, ſed ſpecie infinita eſſe non vrgentur aſſerere. Quicunque autem vnum eſſe mundum autumant, ceu Anaxagoras, & Empedocles, nullo pacto cōgūtur, premunturue infinitatem adducere. Quocirca melius, accuratiuſque Empedocles elemēta finita eſſe dicit. Etenim ea abſurda, quæ prius adducta ſunt, infinitatem confutabant & euadere contendebant. Sed ꝙ non ita infinita elementa tanquam multitudine infinita incōprehenſibiliaq; Anaxag. poſuerit, prius tentaui, periclitatusque ſum perſuadere, ac fidem facere. Et ſi finita ſpecie principia dicit, Empedocles tñ Anaxag. longe antea, quā ille tradidit eſſe ſimpliciora elemēta omnium,

Finitum infinito melius eſt.

rum, quæ fiunt, terram, aquam, aerem & ignem, & quisquam censuerit eadem elementa esse similia his, quæ componuntur ex eis. Equidem Anaxag. simplices & principales qualitates statuit esse elementa his verbis, quibus dicit. Ambitus vndique ac separatio fecit secerni, & seiungitur à raro dēsum, à calido frigidum, à tenebroso lucidum, & ab humido siccum. Et paulopost inquit, dēsum, humidum, frigidū, & tenebrosum huc concessere, vbi nunc terra manet, rarum autem & calidum, atque siccum sese illuc receperunt vbi modo æther iacet. Vnde tradit his principales species & simplices seiungi. Verum horum compositiora aliquādo commisceri dicit, ceu composita, aliquando secerni, vt terra. Nam hunc in modum inquit, his separatis terra concrescit. qm ex nebulis aqua seiungitur, ex aqua terra, ex terra lapides frigido intercedēte condēsant. Hoc igitur modo Anaxag. recurrens ad simplices species, videbitur longe antea quā Empedocles aliqua de elementis disseruisse. Verū forsitan Arist. & Plato & ante vtrunque Pythagorei exquisitius exploratiusque elementaria principia materiam & formam statuerunt, & adhuc diligentius hi disseruerunt de elementis, qui, cum putent illud corporis expertis qualitatis discrimen proximius materiæ esse, qđ per figuras habetur, subiecerunt differentiis elementorum s̄m qualitates, figuras, ceu igni Pyramidem, atque alteri & alteri elemento aliam atque aliam figuram, quod quidem etiam Democritus recte spectasse posuisseque videtur. Deficit tamen, quòd simplicia corpora dissolui in materiam & formam minima statuit.

Anax. ponit elementa & simplices qualitates et principales.

Pythagorici Plato et Arist. ponunt, materiam et formam principia.

Elementorum figuras ponunt, pia ponunt, ut sit sentiunt.

Tex. 42. *Omnes igitur contraria principia faciunt, & qui dicunt quod sit vnum omne & immobile. Etenim Parmenides calidum & frigidum principia facit. hæc autem appellat ignē & terrā. & qui rarum & densum. Et Democritus, solidū et inane, quorum aliud quidem, vt quod est: aliud autem, vt quod non est, esse dicit. Adhuc, positione, figura, & ordine. Hæc aūt genera cōtrariorum sunt. Positionis, sursum et deorsum, & retro: figuræ, angulare, inangulare, rectū, rotundum.*

Quod igitur contraria quodammodo omnes faciant principia, manifestum est.

Com. 41. Cum hactenus ostenderit nec vnum esse principium, nec infinita, & concluserit melius eos dicere, qui plura & finita principia ponunt, ceu Empedocles, mox debuit assignare quot sint ipsa plura: ille aūt hoc prætermisso, quæ sint primo ostendit, qđ sane non immerito facit. Verum ostensum, cum nobis fuerit quænam sint, vnà ostendetur quot sint. nam contraria prorsus extrema duo sunt. Quocirca demonstrat contraria esse principia, s. naturalium rerum elementaria, primum ex communi consensu concordiq; voce, quo ad hoc, omniū fere Naturalium, quāquam in cæteris dissentiant. Etenim hi, qui vnū ens, atque immobile dicunt, ceu Parm. naturalium rerum principia aiunt esse contraria: quippe qui in metris, quo ad opinionem, ac iuxta multorū vulgatā sententiā cecinit, calidum & frigidū principia efficiat. Hæc autem appellat ignem & aquā, & lumen, & noctē, vel tenebras. Nā post eas rhythmos, versusq;, quos scripsit de veritate, hæc inquit.

Contraria esse principia omnes naturales fatentur.

Nam formas constituere duabus sententiis nominare.
Harum vnam non est opus afferre, in qua errarunt.
Opposita secernebant corpus.
Et signa posuere seorsum abinuicem,
Altera quidem flammeum ethereumq; ignem, lenem rarum sibi vndique similem.
At alteri non idem, sed etiam illud per se erat,
Contraria habens nocturnū, densum, cōstans, atq; corpus.
Et post pauca rursus inquit,

Sed quoniam omnia lumen & nox appellantur,
Et suas ob vires aliquibus & his.
Vniversum plenū est lumine simul, atque obscura nocte.
Aequalia sunt ambo, cum nullum post alterum, neque in alio sit.

Si ergo nihil alterius cum altero esse potest, nec vnum est altero posterius, profecto indicatur, tam ea esse principia ę̄ contraria. Item hi, qui vnum, mobileq; principium statuerunt, ceu Thales & Anaximenes, raritate & densitate rerum ortum fieri asserentes, contraria posuere principia, scilicet raritatē & densitatem. Item Democritus facit principia contraria, cum accipiat plenum & vacuum esse principia, quorum alterum ens, alterum vero non ens dixit. Item is contrarietatem in ipsis atomis collocauit, quippe ipsas differre tribus vltimis differentiis dixerit, s. figura, positura, & ordine. Nam exempli & veritatis causa, differt A, elementum, literaque ab ipso m, figura: & ipsum z, ab ipso n, positione, & ipsa syllaba an ab hac Na, ordine. Sunt hæc autem, hæc tria genera contrariorum: aliud. n. positionis, ceu sursum deorsum, dextrum & sinistrum, ante & retro: aliud autem est figuræ, ceu angulis constans, & expers angulorum, atque rectum & circumflexum orbiculareúe; aliud vero ordinis est, vt primum & extremū, quæ sunt contraria. Omisit autē nunc Empedoclē & Anax. illum quidem quòd s̄m eum perspicua est contrarietas in elementis & inter amicitiam & odium, atque inter separationem & concretionem. Nam dicit, nil aliud esse generationem quam solam mixtionem & permutationem eorum, quæ mixta sunt. Omisit quoque Anaxag. quia illum prius commemorauit tanquam ponentē contraria in principiis, qū tradidit discrimen inter Empedoclem & Anaxag. dicens, Differunt tamen inter se, q̄ alter ambitum rerum faciat, hic autem semel cuncta secerni tradit. Et alter infinita ea, quæ sunt similium partium & contraria esse asserit, alter autē ea statuit, quæ vocātur elementa. Sed etiā hisce verbis plane contrarietates in generatione tradidit, quibus inquit. Secretio vndique ac separatio fecit secerni, & secernitur à raro dēsum, à frigido calidū, à tenebroso lucidū, & ab ipso humido siccū. Pythagorei quoq; non solū rerū naturalium, sed etiam oium simpliciter absoluteq; post ipsum vnū, qđ cunctarum rerum principium dixere, principia secunda, elementariaque contraria esse posuere, quibus non proprie existentibus principiis etiam duos ordines regione inuicem respondentes subiecere. Hęc autē scribit de his Eudorus. Secundum supremā disputationem, s. quatenus de diuinis Pythagorei differebant, dicendum est eos asseruisse vnū esse principiū, sed quo ad secundā disputationē, videlicet, qua de rebus sensibilibus disputabant, duo principia eorum, quæ perficiuntur & fiunt, scilicet vnum & naturam contrariam eidem, esse autumarunt. atque omnium, quę concipiuntur & intelligun tur secundum contrarietatem, subiecere vni melius ornatius, & naturæ huic aduersatio deterius & vilius. Iccirco neque sunt prorsus apud homines eadem principia. Nam, si aliud horum, & aliud aliorum principium est, profecto principia non sunt communia omnium, quemadmodum vnum est. Rursus, Iccirco, inquit, & alio modo dixerunt vnum esse omnium principium, à quo perinde ac materia & oia, q̄ sunt ex eodem traxerint originem, qđ Deum supremum in cœlis esse dixere. Deinceps etiam Eudorus cum exacte diligenterque ponderet tractetque dicta Pythagoreorum, tradit eos posuisse vnum principium, à quo fert illos cum elementa oriri dixisse, iam etiam plerisque nominibus eadē appellasse. Nā ait, Assero igitur Pythagoreos

Democri. principia in Plen. tum facit.

Figura posi tum ord. non quo differre.

Anax. contrarietate in principijs ponit.

Pythagorei vnum & duo principia con fitentur.

Materia & omnia. s. dei facta sunt.

thagoreos amisso post positoq; vno, qđ erat omnium principium, adduxisse inuectosque fuisse alio modo duo extrema elementa, & hæc duo elemẽta pluribus appellationibus nuncuparunt. Nã aliud ipsorum nominari aiunt his vocabulis, aliud huic contrarium oppositis vocabulis.

Ordinatum	Inordinatum.
Definitum	Indefinitum.
Cognoscibile	Ignotum.
Mas	Fœmina.
Impar	Par.
Dextrum	Sinistrum.
Lumen	Tenebiæ.

Quare vt principium quidem est vnum est, vt vero elementa vnum & indefinita dualitas, sunt ambo principia, quæ sunt iterum vnum. Et sane constat aliud quidem esse vnum principium cunctorũ, & aliud vnum dualitati oppositum, qđ etiam idest vnitatem monadem vocant. Scire animaduertereque dignum est, qũo dixit Arist. nõ omnes principia contraria facere, sed contraria aliquo modo. Dixit itaque Arist. hoc, qm̃ non proprie cõtraria principia veteres dicunt, sed hęc putant contraria esse: quippe vacuum & plenum non sint contraria, sed magis velut priuatio & habitus opponatur. Item nec angulis constans, neque expers angulorum, siue rectum & circumflexum, orbicularéque sint contraria. Etenim siquis dicit rectum, aliquam profectò figuram diceret, at ipse ostendit in figuris non esse contrarietatem. Sed forsitan neque illi posuere veluti propriè cõtraria, sed velut opposita. Etenim ipse, ceu paulopost dicemus, cum dicit principia esse contraria, primam maxime contrarietatẽ, formam & priuationẽ ponit, quę minime vt contraria aduersantur mutuo ipsimet, sed alio modo opponuntur. Dixit igitur, contraria quodammodo, idest s̃m differentes modos oppositionis.

Contraria pro oppositis sæpe ponuntur.

Tex 42. *Et hoc rationabiliter. Oportet enim principia neque alterum ex altero esse, neq; ex alijs, & ex his omnia. In contrarijs autem primis insunt hęc. ob id quidem, quod prima sunt, non sunt ex alijs. ob id vero, quod sunt contraria, non sunt alterum ex altero.*

Cõm. 41. Cum fidem fecisset, quòd contraria sint principia per communem aliorum consensum, quod quidem argumentum erat ex particularibus, idem hoc syllogismo vniuersaliter persuadet & confirmat. Prima contraria non ex alijs nec ex seipsis mutuo fiunt, sed cætera ex ipsis emergunt. Quæ autem nec ex alijs, nec ex ipsis mutuo fiunt, & ex eisdem alia proficiscuntur emerguntq́; hæc sunt principia: ergo prima contraria sunt principia. Dicit itaque prima contraria ea quæ sunt contraria maxime generalia. Quòd vero id, quod primum est, non ex alio oriatur, perspicuum est. Nam primum, quatenus primum, non esse ex alio, neque principium proficisci ex alio, plane liquet. Quòd etiam principia ex seipsis mutuo non fiant, hoc etiam constat. Nam si ex principio erit, Plato inquit, non erit principium, & si prorsus ex seipsis mutuo fierent non magis principia forent, quam ea, quæ ex principijs fiunt. Sed ambiges, quomodo contraria non ex seipsis mutuo fiant, cum ipse contrarium demõstrabit, & dicet, contraria mutuo à sese fieri, alterum ex altero. nam ex nigro album fit, & ex immusico musicum. Vel potius vnum fit post alterum: quandoquidem nequeat contrarium fieri ex contrario, velut ex elementis & permanentibus, ceu ex ligno lectus fieri dicitur. Vnde hic est proprie modus generationis ex aliquo, quippe materia nequeat esse aliquod contrarium, quod alteri contrario aduersetur, quoniam non potest vnum contrarium cum altero contrario permanere. Cæterum illud, quod de principijs dicitur, scilicet & ex eis cætera alia fiunt, absque vlla dubitatione principijs conuenit, sicut etiam conuenit his, quæ sunt post principium, ab ipso à primo esse, modo illud reuera sit principium. Conuenit etiam contrarijs, quoniam generatio eorum, quæ generantur, per permutationem fit. Oĩs autem mutatio, vt demonstrabitur, à contrario in contrariũ fit. Sed quonam pacto contraria sint principia, si quidem Duodecimo lib. Metaph. ipse diuinitus inuulgauit nõ expedire, nęc bonum esse, vt multi Principes habeãtur. Nisi rerum naturalium principia modo quęramus, & hæc non separata independentiaq;, sed elementaria, & ea prorsus, quibus constarent ea, quæ fiunt, ceu ipse etiam vltro procedendo demonstrat per id, quod dicit, igitur tria dicere elementa oportet. Nam cum naturalia versentur in mutatione, & oĩs mutatio à quodam in quoddam circa cõe subiectum fiat, igitur non erit vnum principium, sed vltra subiectum ad minus duo. Sed licet prima contraria prorsus, neq; ex alijs, neq; vnum ex altero vicissim fiat, tñ non sola contraria sic se habent, sed etiam differentia & diuersa, quæ sane contraria non sunt, qm̃ non omnia differentia & diuersa sunt contraria, ceu si quis dicat quale, quantũq; esse principia. Nam hæc neq; ex alijs, siquidem principia sunt: neq; vnum ex altero, siquidẽ ambo similiter & æque prima sunt. Nisi dicamus quantitatem & qualitatem non esse prima principia, quoniam communiter insit nouem prædicamentis in subiecto esse, sed substantiæ non conuenit esse in subiecto. nam prima & æque potentia cum aliqua oppositione spectari solent. Iccirco & non opposita quodammodo subalterna sunt, sinuicem sub eodem posita, & si non sit manifestus eorum ordo. Iccirco cuncti, tã hi, qui fabulose, quam qui naturaliter diuinos ordines indicarunt, post vnam omnium cãm, dualitatem statuerũt, quæ oẽm oppositionẽ velut dux præcedit. Quæ sane oppositio in diuinis, cui cum vnitas quæ ibi est imperet præualeatq́;, absconditur & occultatur. hic aũt vario specierũ multiformiq; ordine apparet. Verũ Ammonius preceptor noster non censuit ita intelligendam esse hãc sententiam, contrariorum vnum ab altero vicissim non fieri, i. vnum non fieri ex altero, veluti ex subiecto, neq; ob id veluti ex permanente, sed eadem conceptione & intelligentia vult eam intelligi, qua dictũ est, ipsa principia ex alijs non esse, qm̃ non possunt ante contraria accipi alia contraria principaliora, à quibus hæc diuidantur, & velut à generibus, vel à totis, vel ab efficientibus causis fiant. Nam primis qũo erit aliquod prius? & non erit aliquod prius illis, ceu subiectum, qm̃ vnum non vtitur altero, vt subiecto, sed non erunt aliqua priora illis sumenda, quibus hæc particulariora esse dicamus. Verbi gratia, vt calido, & frigido priora dicimus rarum & densum, quibus etiam priora sunt excessus & defectus, & his forma & priuatio. Quocirca clarius apertiusúe in sequentibus hunc in modum Arist. dicet. Præterea alia alijs priora contraria sunt, & ex alijs scilicet ex vniuersalioribus alia fiunt. Igitur videtur etiam iuxta eundem significatum in præsentia dicere contraria nõ fieri ex seipsis mutuo, perinde ac nequeat vnum esse altero principalius & vniuersalius. Iccirco etiam inquit, eadem esse contraria, idest æque valentia ac æque potentia inter se, & vnum alterum non excedere, neq; quicquam plus habere quod attinet ad rationem principij.

Prin cipia non mutuo fiunt.

Contraria quo sint, quo non fiant alterum ex altero.

Ex principijs alia fiunt.

Mutatio omnis ex contrario in contrarium fit.

Contraria quomodo principia sint.

Quæ sint diuersa, & non contraria nec ex alijs, nec alterum ex altero fit.

Dualitatem post vnam omnium causam.

Ammonius Simp. preceptor.

Tex 43. *Sed oportet hoc & in ratione considerare, qualiter contingit. Accipiendum igitur est primum, quod nulli eorum, quæ sunt à natura insitum est, ut quoduis à quouis patiatur, nec quodcunque à quocunque, nisi quis accipiat secundum accidens.*

accidens. qualiter.n.fiet album ex musico, nisi per accidens et albo, aut nigro, musicum? Sed album quidem fit ex non albo. & hoc non ex omni, sed ex nigro, aut medijs. Et musicum ex non musico, sed non ex omni, sed ex immusico, aut si aliquid ipsis medium. Neq; igitur corrumpitur in quoduis pri-
Tex. 44. *mum. vt album non in musicum, nisi forte secundum accidens, sed in non album. & in non album non in quodlibet sed in nigrum, aut medium. Similiter autem & musicum in non musicum. & hoc, non in contingens, sed in musicum, aut si ipsis aliquid medium est. Similiter autem his, & in alijs. Quo-*
Tex. 45. *niam & non simplicia eorum, quæ sunt, sed composita. secundum eandem se habent rationem. sed propterea, quod oppositæ dispositiones non nominatæ sunt, latet hoc contingere necesse est enim, omne consonans ex inconsonāti fieri, & inconsonans ex consonanti. & corrumpi consonans in inconsonan-*
Tex. 46. *tiam, & hanc non quamlibet, sed in oppositam. Differt autem nihil, inconsonantia dicere, aut ordine, aut compositione. manifestum.n.est, quòd eadem sit ratio. At vero & domus, & statua, & quodlibet aliud fit similiter. Domus.n. fit ex eo, quod non componantur, sed diuisa sint hæc sic. & statua & figuratorum aliquod ex infigurato. & vnumquodque horum, secundum alia quidem ordo, secundum alia vero com-*
Tex. 47. *positio quędam est. Si ergo hoc verum est: omne quod fit fiat, & corrumpatur quod corrumpitur aut ex contrarijs, aut in contraria, & horum media. Media autem ex cōtrarijs sunt, vt colores ex albo et nigro. Quare omnia quæ natura fiunt, aut sunt contraria aut ex contrarijs.*

Cōm. 43. Cum ostendisset principia esse contraria quadam communi conditione, quæ primis cōtrarijs & principijs inest: quæ talis erat, vt ipsa non ex alijs, neq; alterū ex altero fieret, sed cætera ex illis orirentur: vult etiam proprijssimam causam afferre, cur principia generationis, prima contraria sint. Nam, ut puto, rationem causam appellat. Quinetiam cum superiore syllogismo notum sit prima contraria non ex seipsis mutuo fieri, neque ex alijs: Ex alijs, inquam, non sunt, quia prima habentur: neque alterum ex altero, quoniam sunt contraria, deinceps quòd cætera ex his fierēt aliqua ratione, quæ causam attulisset, opus erat, quam nunc proponit afferre. Vnde prius accipit quædam velut dignitates generales vniuersalesq; generationi artificiali, & generationi naturali, quæ ipsa euidentia videntur credenda esse, & fide digna. Prima est, vt omne, quod fit & corrumpitur per se, ab aliquo efficiente fiat & interitum accipiat, & non quoduis à quouis fiat & corrumpatur, sed ab opposita causa effectrice oppositum fit. Nam quodcunq; in quodcunq; non agit: sed oppositum in oppositum, ceu calidum in frigidum transmutans ipsum ab opposito sibi habitu in habitum suum. Hæc igitur sint de ipsa causa agente. Sed de ipso quod fit postulatur, quod fit non simpliciter ex non ente, sed ex ente mutari in ens, & hoc pariter non ex quouis in quoduis mutatur, sed ex opposito in oppositum, i. in ipsum agens. Hęc igitur, cū prius vt dignitates accipiat, deinde assumens quæ natura fiūt & corrumpuntur concludit & colligit oīa, quæ natura sunt, qm̄ per se fiunt, & corrumpuntur a contrarijs in contraria mutari. Quod aūt neq; quoduis in quoduis agere, neque quoduis a quouis pati aptum sit, qm̄ aliud per se ageret, & aliud per se pateretur, sed oppositum in oppositum, & ab opposito oppositum hunc in modum didicerimus. Efficiens nāque suapte forma, specieq; proprium actum formans, per quem etiā subiectum informat, i. ex quo fit id, quod gignitur, immittit formam genito quatenus fit. At hæc erat in efficiente: seu ædificator tribuit lapidibus harmoniam figuram domus transmutans ipsorum priorem dispositionem in eam, quæ est in se ipso. Item non mutatur quod est eiusdem formæ: quippe fit, neque differens, cum queat simul esse: nam quid oportet, album in musicum mutari, cum ambo simul esse queant? Sed illa inter se mutantur, quæ antequam mutetur simul inter se esse nequeunt. Hęc autem sunt non proprie contraria sola, sed opposita secūdum omnem oppositionem. Quare necesse est omne quod fit aliquid, quod non erat prius, ex opposita prima effectione, in oppositā mutari ab opposito inquam transmutante, quod prius erat sub contraria dispositione, & postea simile illi dispositioni, quam attingit ipsa mutatio: nam ab ipso efficiēte ipsa dispositio fit. Quo pacto corpus aliquod, quod prius frigidum erat, fit calidum ab aliquo calido. Non.n. ex musico album fit per se, sed ex nigro, licet per accidens fieri nihil vetat, cum cōtingerit musicum nigrum euadere, vel non album, non quoduis non album, sed medium. Nam album fit ex non albo per se: Ex albo, inquam, fieri nequit, quoniam esset priusquam fieret album. Ergo ex non albo, & minime ex non albo, ceu ex hyppocentauro, sed ex opposita albi, quod quidem est, vel nigrum, vel medium aliquod, ceu flauum, rubeum, vel maxime fuscum, atq; prorsus id quod comparatum albo nigri locum tenet. Item musicum fit ex non musico, & non ex quouis, sed ex eo quod aptum est: tale autem est immusicum, & si quippiam medium fuerit inter musicum & immusicum. Nam quæri solet quid sit mediū inter malitiam & virtutem, ac inter musicam & immusicam. Vnde nonnulli dicunt, aliqua esse, quorum est medium per negationem, ceu medium inter marem & fœminam: quorundam autem est medium, quod fit ex vtriusq; mixtione, ceu fuscum est medium albi & nigri: quorūdam etiam mediū quod potest fieri vtrūq; & aptum est, vt sub vtrisq; sit. Similiter quoq; quoduis nō corrūpitur per se in quoduis, sed in contrarium & in medium. Quod non solum verum est in simplicibus, ceu albo, musico, & cæteris huius generis, sed etiam in compositis, ceu domo, & homine. etenim horum vnumquodq; ex cōposito opposito fit, non quouis, sed ex eo, quod est aptum in ipsa mutari, & corrūpitur in illa. Verum latet in his cōpositis hoc, quia non sunt imposita nomina ipsis oppositis, ceu ibi, s. in simplicibus, immusicum & album: tamen cōiter in compositis communiter dicerentur opposita esse, conueniens & inconueniens. Nam omne quod est constructum apteq; cohærens & conueniens ex eo quod non est apte riteq; costructum, ac est inconueniens fit, & vicissim inconueniens ex conueniente oritur, & vnum in alterum vicissim corrumpitur, sed non quæuis in quibusuis dissoluuntur. Non.n. hominis debitus concentus, & apta membrorum, complexionisq; conuenientia dissoluitur & mutatur in dissonantiam, in inconcentum, qui in fidicula, lyraque esse solet, sed in concentum, atq; proportionem, quæ hominis est: neq; concentus doricus quo dorici suos cecinere versus, aut quippiam aliud mutatur in ipsum inconcentum lydium, sed in proprium oppositum sibi. Sed omnia hæc exempla non de agente sumpta sunt, sed de ipso patiente: idem inquam dicere est, ex quo fit id quod gignitur, & id in quod corrumpitur id, quod corrumpi debet: ex immusico nanque fit musicum à Dęmone faciēte, & ex frigido calidum fit à calido faciente, & vnumquodq; dicitur corrumpi in illud in quod mutatur, & ab illo. Si autē aliquis putat concentum & inconcentum de sola musica dici, nihil tamen prohibet eadē dici de ordine & compositione. Nam cum domus sit aliquod compositum, fit sane ex diuisis & incompositis. Item figurata fiunt ex ipsa informatione, infigurationeq;

Quodlibet in quodlibet non agit.

Agens ex forma qua agit, tribuit suo effectui formam.

Mutari non id, quod est simile, vel simul esse potest, sed quod antequā mutetur esse simul non potest.

Medium triplex.

Conueniens & inconueniens sunt in ipsis compositis opposita.

gurationeque. Quocirca & hi, qui compositione & diuisione, quod dictu idem est, congregatione & segregatione generationem fieri aiunt, ex contrarijs in contraria generationem & interitum fieri astruūt. Quare collecta & redacta in summa ipsa inductione, erit verum dicere, vt omne, quod fit & corrumpitur, vel ex contrarijs in contraria, vel in media fiat & corrumpatur: quę sane media non sint separata ab vtrisque, sed constituta ex eisdem, vt cum sint contrarijs proxima & cognata eiusdemq; generis possunt etiam vtriq; vario ordine comparata aduersari. Igitur & omnia, quæ natura constant, ceu animal, ex non animali, generationem habēt ex oppositis: vnde animal fit ex non animali: non tali autem animali, quod aptum sit vt fiat animal. Cæterum liquet Aristo. sequentem dicta sua prius sibimet contradicere non putasse suspicatumq; fuisse, cum prius dixerit contrarium vnum ex altero vicissim non fieri, & nunc asserat contrarium fieri ex contrario. Nam ibi dicebatur, contraria non ex seipsis mutuo fieri, ceu ex materia, quādoquidem nigrum non fiat ex albo inexistente, ceu fit lectica ex ligno. Vel ibi dixit, vnum contrariū non fieri ex altero vicissim, ceu ex causa efficiente: quippe vnum contrarium non efficiat alterum. Hic vero ait, ꝙ forma contraria, cum è subiecto excesserit, aduenit illi contraria ab agente. Quod deinceps nihil suapte natura queat agere in quoduis, neq; pati à quouis, perspicuum sit: sed vnde nam manifestum fiet, natura insitum esse contrarijs, vt alterum in alterum agat, atq; alterū ab altero patiatur. Etenim anima dicitur à Deo illuminari, sed non contraria veluti à contrario illuminatur, quanquam ipsa vt agens imperfecta & ab ipso pleno perfectoq; patiatur, & mutetur ex ipso non diuino experteq; diuinitatis in ipsum diuinum. Vnde prorsus id, quod fit, non est id quod fit: non.n. fieret, quae ex non tali fit, verum non quouis non tali, sed eo quod aptum est fieri. Eidem nanq; natura insitum est, vt recipere possit contraria. Nam idem corpus est capax frigidi & calidi, albi atq; nigri. Similiter ipsa anima capax est musices, & ignorantiæ musices. Quando ergo anima suapte natura potest in musicum mutari? nonne cum musica est? nequaquam: igitur quando musica non est, tunc ipsa apta est musicam recipere. Item corpus quando fit album? num quando album est? minime, sed quando non album est, tamen est aptum fieri album: si ergo id suapte natura potest recipere vtrunq; contrarium modo non habeat illud, quod fieri fertur, profecto liquet ipsum habere oppositum illi, vel medium, & ab illo mutatur in id, quod generatur. Et cum principaliter ex non tali, quod tamen aptum est fieri id quod gignitur fit generatio, ideo à priuatione in habitum mutatio fit, quo pacto iam ex contrario, quatenus est hoc & non tale, licet aptum sit. Et prorsus ex opposito suo fit oppositum ſm quamlibet oppositionem. Non.n. necesse est album ex nigro fieri, quatenus nigrum, sed ex non albo, quod est aptum fieri album: illud vero, quod aptum est vt album fiat, natura etiam aptum est nigrum fieri. Quare qñ non erit album vel nigrum, vel inter medium, tunc contingit fieri, & propter hoc ex nigro vel intermedio fit: ex quo etiam aliquid fit, in illud etiam corrumpitur. Scire oportet aliud equidē esse compositionem, aliud vero ordinem. Compositio nanq; dicitur esse in his quæ habent cōpositionem inuicem concinna quædam eorum quæ fita sunt, ac posita appropinquatio, & si ibi nullus adsit ordo, ceu liquet ipsis lignis, quādo membra solum coaptaremus, & ibi non esset aliquod primum, vel aliquod secūdum. Ordo aūt dicitur, cum in his, quæ habent compositionem, quippe in ordine ita partes statuæ poni oportet, vt aliquæ primę sint, aliquę vero secundæ, & reliquæ deinceps, tum etiam in his, quæ non habent cōpositionem, ceu in numeris. Nam vnitas dualitatem præit ordine. Verū nulla artificialis, vel naturalis cum positio sine ordine est. Cum itaq; dicat, Atq; vnumquodque horum partim compositione quadam, partimq; ordine constat, sic dicit quasi domus & statua partim compositione, partimq; ordine participent: & minime quod domus subsistat ſm solam compositionem, & statua secundum solum ordinē. Pulchre autem annotauit Alexā. quod cui nihil est contrarium, vel quod non est capax contrariorum, hoc ingenitum esse, quo in loco pulchre adiecit ſm propter substantiam indiuiduam, vt existimo: huic nihil & contrarium, tamen est capax contrariorum: & ob id non solum formam, sed etiam priuationem formę recipit.

Contraria nō mutuo fieri, & ex contrario cōtrarium fieri, quomodo non sibimet aduersentur.

Contraria agunt naturaliter unum in alterū.

Anima a Deo illuminatur.

Compositio quidnam sit, & quomodo ab ordine differat.

Ingenitū est quod non potest contraria suscipere.

Hucusq; igitur fere secuti sunt et aliorum plurimi, quemadmodum diximus prius. Omnes.n. elementa, & ab ipsis vocata principia, quamuis sine ratione ponentes, tamen contraria dicunt, tanquam ab ipsa veritate coacti. Tex 48.

Plurimi aliorum sapientum hucusque, scontraria ponere principia, fere consentiunt. Verum illud (fere) vel adijcitur illi particulæ, (plurimi:) ad cautionem, qua vti nonnunquam solet Philosophus: vel adiicitur illi, secuti sunt, quoniam neq; illi absolute principia cōtraria vt contraria posuere, sed quæ dicebant, ea erant contraria, ceu lumen & tenebræ, odium & amor, concretio, atq; separatio, & id genus. Ceterum cum dicit (sine ratione) idest sine demonstratiua causa eos dixisse, sic tñ dixisse tanquam ab ipsa veritate inductos & impulsos, indicat præsertim veritatem dogmatis sententiæq; innatam & per se cuiq; ingenitam, quam adiacere illi sine ratione. Nos.n. adiecimus etiam causam ostendētes non quoduis à quouis fieri, sed ex contrario contrarium. Et ob id ea, quæ natura fiunt, vel contraria sunt, vel ex contrarijs: illi autem & si causam simul non intelligant, aut adiiciant, tamen eadem asserunt. Cōm. 44.

Differunt autem ab inuicem, ex eo quod illi quidem priora, hi vero posteriora accipiunt. & quod hi quidem notoria secundum rationem, illi autem secundum sensum. Hi.n. calidum & frigidum, illi autem humidum & siccum, Alij autem impar & par: Quidam autem litem & amicitiam causas ponunt generationis. Hęc autem ab inuicem differunt secundum dictum modum. Quare est eadem dicere quodammodo & altera abinuicem, altera quidem, quemadmodum & videtur plurimis: eadem autem, secundum analogiam. accipiunt enim ex eodem ordine. hæc enim continent, illa autem continentur contrariorum. Sic igitur similiter dicunt & aliter, & peius & melius. & hi quidem notiora secundum rationem, sicut dictum est prius: illi autem secundum sensum. Vniuersale enim secundum rationem notum est: Singulare autem secundum sensum. Ratio enim vniuersalis est, sensus autem particularis. vt magnum & paruum secundum rationem, Rarum autem & densum secundum sensum. Quod igitur contraria oportet esse principia manifestum est. Tex. 49.

Cum patefecerit consensum veterum Philosophorum circa principia, quo eadem posuere contraria, quoniam videntur multi dissentire inter se, dicētes diuersa, aliaq; principia esse, idcirco & discrimē ipsorum modo affert. Quod etiam deduci ad conuenientiam & consensum aliquo modo plane ac recte ostendit. Discrimen illorū indicat, quoniam dicit alios accipere principia priora naturæ, alios vero posteriora, alios item notiora ratione, alios vero notiora sensu: vel eadem dicens priora naturæ & notiora ratione, & Cōm. 45.

ne, & econtra pariter, posteriora naturæ & notiora sensu. Et exemplorum, illud scilicet, impar & par, odium atque amicitiam, tanquam de his, quæ priora naturæ sunt & ratione, sed minime de his, quæ notiora sensu sunt prioribus accommodauit, nam hæc intelligibilia sunt, iccirco Empedocles de amicitia inquit,

Sed mente aspicias, neque oculis respice fixis.

Cæterum calidum & frigidum, & humidum & siccum, tanquam natura posteriora & sensu notiora posterioribus tribuit. calidum autem & frigidum Parmen. inquit, humidum autem & siccum, Alexander sane inquit, vel eundem dixisse, qui calidum & frigidum principia astruxit, vel Empedoclem, qui vltra odium & amicitiam statuit quatuor eleméta principia esse. Veruntamen Porphyrius hanc opinionem magis proprie Anaximeni attribuit dicéti, terram & aquam esse cuncta quæcunq; fiunt & producuntur. Impar aút & par esse principia Pythagorei ponunt: ceu Empedocles posuit odium & amicitiam cum quatuor elementis. Sed forsitan exépla dicta de his, quę sunt sensu & ratione notiora, attulit, sed de posterioribus & prioribus minime. Nam priora oportet esse vlteriora, quæ etiam magis contineát, posteriora autem magis particularia & contenta. Sed ea, quæ dicta sunt, non sic se habent inter se: quare hac ratione non discrepant. Item quia pȩdixit de contrarijs, quæ differunt s'm prius & posterius, quando dixit: Cętera autem generari dicunt densitate, raritateq́; multa facientes. ea autem sunt contraria, & vniuersaliter excessus & defectus. queádmodum Plato magnum & paruum dicit. Nisi forsitan & horum intellectualia quædam sint, & ratione spectáda, ceu odium & amicitiam, impar, atq; par continere dicerentur, vt quæ ad omnia alia præueniant, & aliqua sensilia & materialia, quæ quidem sub illis sunt ordinata, & participant, ipsis contenta. Nam calidum & frigidum, siccum & humidum participant odio & amicitia, pari atq; impari s'm vnionem & segregationem, atq; secundum quod congregatiua & segregatiua sunt. Etenim calidum, ceu liquet in lib. de Generatione, est similium congregatiuum & in eo quod congregat designat & characterem format atq; imprimit, tamen non participatur ab illis. Verum Alexander inquit horum, quæ magis formam ore ferunt continere. ea autem, quæ sunt magis materialia, contineri: & in ipsis adductis primis contrarijs, quæ magis formalia sunt, hæc inquit esse calidum, siccum, impar, amicitia, magis vero materialia sunt his opposita: Sed pace Alexandri inquit Arist. hoc accipere priora & continentia, illos autem posteriora & contenta, cum nullus dixerit vt calidum & siccum, neq; alter asseruit frigidum & humidum principia, sed opposita simul, quæ mutuo respódent, Quo pacto dicerent principia esse contraria, sed non illo modo. Quæ quidem omnia habent oppositam naturam, & differunt, q̄ hæc sunt priora, illa vero sint posteriora. Iccirco etiam harum opinionum fautores authoresq́; eadem & diuersa aiunt. Diuersa, inquam, secundum id, quod apparet, q̄m alter litem & amicitiam, alter vero calidum & frigidum, & alius aliam tradit contrariorú oppositionem. Sed quanquam videantur diuersa differentiaq́; dicere, eadem tamen asserunt, quatenus ea principia proportionem & inter se conuenientiam habent. Nam, cum sint duo ordines oppositi inuicem, egregioneq́; respondétes, quorum alter est melioris generis rerum, in quo ponuntur amicitia impar, excessus, magnum, rarum, calidum: & alter peioris, in quo contraria horum ex eodem ordine melioris ponuntur, omnes accipiunt meliora opposita propriæ oppositionis, & peiora inferioris deteriorisúe ordinis, quáquam alij sumant vniuersaliores continentes oppositiones, alij vero magis particulares & contétas. Nam & defectus continent magnum & paruum, & hęc continent rarum & densum, quæ etiam complectuntur calidum & frigidum: & hæc opposita mutuam proportionem & conuenientiam habent inter se. Nam, vt se habet excessus ad defectum, ita magnum ad paruum, & rarum ad densum, & calidum ad frigidum: sed profecto rectius & exactiùs dicunt, qui priora & magis cótinentia ponunt principia, deterius minusq́; exquisite illi serunt, qui contenta & magis proxima principia esse asserunt. Nam & si hæc magis particularia principia aliorum sint principia, tñ & ipsa sunt, proficiscúturq́; ab alijs principiis. Hi quoque, qui asserunt principia intellectualia, quæ magis continent, & magis vniuersalia sunt, hæc quoq; ponunt esse notiora ratione. hi autem, qui magis particularia, atq; contenta tradunt principia, & notiora ratione. hi autem, qui magis particularia atq; contenta tradunt principia, & notiora sensu asciscunt. Quocirca vniuersale comprehenditur ratione, singulare autem sensu: Sed quomodo, inquit, magnú & paruum vniuersalia principia esse, & ratione notiora? Et rarum & densum numerat inter singularia principia & notiora sensu? nam vtraq; contraria vtriusque contrarietatis, sunt vniuersalia & particularia. Nisi quia rarum & densum sunt magis naturalia, magisq́; materialia, ceu calidum & frigidum sensibilia magis sunt, & ob id singularia esse dicuntur. Atqui magnum & paruum magis sunt à materia aliena, quæ fere in rebus corporeis spectantur: quocirca magis vniuersalia, magisque ratione perspecta & cognita esse dicit.

Principia continent quæ intellectualia sunt. Continentur autẽ quæ sunt sensilia.

Naturales in eo idem dicere videntur quod illa principia accipiũt, quæ inter se proportionem & conuenientiam habent.

Magnum & paruũ ratione esse principia cur dicat Aristot.

CAP. VI.

Onsequens autem erit dicere, vtrum duo, aut tria, aut plura sint. Vnum enim esse impoßibile est, quoniam vnum non sunt quæ sunt contraria: Infinita autẽ non, quoniam sciri non potest id, quod est. Et vna contrarietas in omni genere vno. Substantia aũt vnum quoddam genus est. Tex. 50.

Cum proposuerit principia rerum naturalium inuenire quot & quæ sint, & in medium adduxerit opiniones varias, dissentientesq́; de ipsis, in eisdem inspexit vnam hanc cómunitatem, q̄ in principiis ponantur contraria. Iccirco, cum assumat quoddam commune confessum & postulatum ad faciendam huiusce rei fidem, primo quædá principia esse contraria ostendit, quod etiam approbat & confirmat per demonstrationem. Vndé, cum hoc pariter quot sint principia demonstrabit, quoniam duo sunt contraria duntaxat, & vnum eidem subiectum, quod sane posterius adiiciet. propterea igitur quænam sint principia ostendit, & adiicit tunc quot sint. Interea vero eo, quod demonstrauit contraria esse principia, concludit etiam neque vnum principium esse posse, neque infinita. Quod autem non sit vnum, sic syllogismo concludit. Vnum non est ipsa contraria: principia aũt sunt contraria: igitur non erit vnum principium. Quòd vero principia sint cótraria, iam ostensum est: sed quod vnum non sit contraria, nunc ostendit è conuerso. Nam, si contraria non sunt vnum, neque vnum erit contraria: nam, si contrarium contrario, contrarium est, non erit vnum vni & sibimet contrariú. Præterea non esse infinita principia indicat eodé vtens argumento, quo sane prius vsus est. Nam, si infinita sunt principia, proculdubio erunt ignota, quia sunt infinita: quare & ea, quæ ab ipsis proficiscuntur & fiunt, erunt ignota: quoniam tunc arbitramur vnúquodq; cognoscere, cùm causas cognoscimus primas, & principia prima, & vsque ad elementa. Secundo, argumento vtitur tali ad ostendendú non esse infinita Com. 45.

Quod vnum est non est contraria.

nita principia. Substantia est vnum quoddam genus: sed in omni genere vno est vna côtrarietas: igitur in substantia est vna contrarietas. Sed vna côtrarietas inter duo contraria collocatur: ergo substantia duo côtraria habet principia quæ sunt in ipsa. Igitur non infinita erunt, siquidem principia sunt contraria. Sed in his inquirendum est primo quæ sit vna substantia, & quid significat nunc generis nomen, & q̃ sit illa vna contrarietas, quæ circa genus substantiæ spectatur. Item qua de causa, cũ proposuerit cõmuniter oĩum rerum naturalium principia inquirere, solam substantiam, & contrarietatem solam in ipsa acceperit. Nam quo pacto generibus aliorum prædicamentorũ contrarietas in substantia accõmodari poterit? Porro Alexan. per substantiam intelligit formam materialem, vel magis cõpositum ex materia, & forma, quod sane vnũ genus est substantiæ, cũ tria sint hæc, materia, forma, & cõpositum. Etenim in hoc solo in substantia, contrarietas considera- tur. Nam nec in oĩ substantia, nec in omnibus aliis prædicamentis habentibus contrarietatem plures sunt contrarietates, quippe in vnoquoq; genere, quod cõprehenditur sub qualitate, sit vna côtrarietas: ceu in colore, qui est vnũ genus, album & nigrum contraria: & in habitu, virtus & malitia: in liquore, sapore, condimentorũ, dulce, & acutũ, amarumúe: atq; in aliis similiter. Sic etiam in vno genere substantiæ, quod est s̃m formam materialem & generabilem, vna côtrarietas est, formæ, & priuationis. Genus aũt vnum illud esse inquit, cuius sectio est in species, sed non in genera: materialis aũt forma diuiditur in differentias formarum, ceu in oẽs species, & quatenus generabilis est vnam contrarietatem habet s̃m formam & priuationem. Quare argumentum est tale, si in omni genere vno est vna contrarietas, & vnum genus est substantia naturalis, quæ subdita est ortui & interitui, profecto erit etiã vna contrarietas in eadem substantia naturali, quæ erit principium generabilium substãtiarum: q̃ si vna est contrarietas & eadem est principium, igitur non erunt principia rerũ generabilium & corruptibilium infinita. Sed, si Aristo. dicit substantiam ipsam formam materialẽ, primo ipse negauit esse in substantia contrarietatem. Secundo, si quæreremus principia solius mutationis s̃m substãtiam, oportet profecto solam contrarietatem in substantia principium ponere. Si vero & prædicamento qualitatis ac cæteris aliis cõmunem contrarietatem hanc esse dicimus, oportebit aliam assumi côtrarietatem cõmunem. Nisi dicamus, vt substantiæ nil sit contrarium, q̃ aliam contrarietatem ibi substulit à substantia, quandoquidem de côtrarietate, ceu duarum formarum ibi dixerit, at hoc in loco ponit contrarietatem inter formam & priuationẽ. Nouimus enim priuationẽ non numerari inter entia, cũ sit quędam absentia & abiectio entis: quare rectè dicitur, nihil substãtiæ contrarium esse, atq; in substantia vnam esse contrarietatẽ. hæc de primo argumento. Ad secundum dixit præceptor noster Ammonius, nos inquirere principia essentiæ substantiarum, in quibus alia prædicamenta esse habent: quod sane & Alexã. exponens illud, pariter impossibile esse plures contrarietates primæ sint. Nam substantia quoddam genus est. Quemadmodum.n. ens primo quidem est in substantia, & ab eadem deinceps peruenit ad alia genera, ceu illa sunt, quę vni prius compe- tit, & per illud ad aliud vnum accõmodatur, ita etiã aliorum generum contrarietates ob eam, q̃ est in substantia, erunt. Itaq; consentaneum erit dicere formã & priuationem esse primam contrarietatẽ in substantia, secunda vero ratione ac posteriore transfertur, & accõmodatur ad

Substantiarũ tria sunt genera.

Substãtiæ nil esse côtrarium, & in substantia reperiri côtrarietatem, non repugnant. Oppositio, q̃ est in substantia, quo reperiatur in omnibus generibus.

alia prædicamẽta. nam in illis quoq; illud quidem forma, & aliud vero priuatio. quare illud in omni genere vno non dicit de genere proximo, quod diuiditur in species, nam secundum hoc non esset contrarietas prima, siquidem nec hoc genus sit primum genus, at principium primũ, & contrarietas aliarum côtrarietatum prima esse debet. Sed magnus Syrianus inquit, forsitan genus appellare prædicamentũ, & vnum idipsum habere contrarietatem. q̃m & si plures sint, tñ rediguntur ad vnam, quæ est excessus & defectus, quæ in vnoquoq; prædicamento esse proprie inuenitur. Nam semper id, quod est melius côtrariorum, dicitur esse excessus, & id, quod deterius, defectus. Porro alius excessus est in loco, alius in qualitate, aliusq; in ipso prædicamento, quod vbi, vel positio appellantur. Nam inquit Porphyrius, quot modis ens sumitur, totidẽq; excessus & defectus accipiuntur. Sed forte quispiam adiecerit an omne prædicamentum talem contrarietatem suscipiat. Ammonius aũt dixit in præsentia Arist. non dicere de proprio genere, neq; de proximo, neq; de supremo: q̃m contrarietas secundum differentias vtriusq; generis non efficit ortum, interitumq́; rerum, sed dicit illud, quod etiam Alexander ad calcem expositionis huius contextus annotauit, dicens, genus vnum nunc appellat Arist. vnum subiectum, quippe mos eius sit subiectam vnicuique naturam genus appellare. Quemadmodum igitur circa numerum consideratur vna contrarietas paris numeri, atq; imparis, & circa liquorem humidumq;, dulce, acutumq́;, & circa superficiem leuitas & asperitas: ita circa substantiam vna contrarietas animo concipitur, quæ est formæ, atque informis, quod priuationem ipse Aristoteles nuncupat. Vt igitur numerus ratione alter est à numero pari & impari, quoniam nullus horum cõprehenditur in definitione numeri, licet actu cum altero horum prorsus sit: similiter vt superficies ad equale & inæquale se habet, ita natura subiecta substantiæ se habet ad ipsam formam & formæ priuationem. Proinde Philosopho Syriano respondendum est, quòd si propriè defectum & excessum intellexerint, collocabunt vtriusq; contrarietatem solum in genere quantitatis. etenim in aliis prædicamentis est per quantitatem. Item, si Aristo. accipit ipsam contrarietatem secundum melius, & deterius, quomodo quærit paulopost, nunquid hanc côtrarietatem omne p̃dicamentum suscipiat? quippe perspicuum sit in vnoquoq; prædicamento esse differentias, & in eisdem esse aliquam meliorem, aliam vero deteriorem. Sed etiam ad ea, quæ dicit præceptor noster, testem etiam Alexandrum adhibens, insistendũ est: primum quo nã modo substantiæ contrarietas aliis etiam inest prædicamentis, cum vnumquodq; prædicamentum suã contrarietatẽ habere debeat, quemadmodũ etiam genus proprium habet. Nã, si à substantia est aliis prædicamentis contrarietas, esse, & genus, profecto substantia sola erit vnum primũ genus, & nõ decem prima genera. Item neq; ens à substantia defluit ens in aliis prædicamentis, neq; per ea cæteris competit, sed primo inest substantiæ, cæteris vero competit post ipsam. Ceu etiã ordo non proficiscitur a primo ad sc̃dm vt per primum secundo insit, sed vtrisque, atq; singulis cõpetit æque cõmunis ordo. Præterea videntur etiam præceptor meus & Alexander à vero longe abesse, cum asserant, Aristo. nunc appellare genus, ipsum subiectum & materiam. Nam quomodo appellat genus, ipsum subiectum & materiam, cum nondum ostenderit oportere tertio quoddam principium esse, quod contrariis subiiciatur, qđ sane paulopost faciet. Sed quod velit accipere contrarietatem,

Genus sumitur pro prædicamento.

Genus significat subiectũ.

quæ est inter formam & priuationem, sequentibus hoc liquido patebit, quæ non circa substantiam solam subsistit, sed etiam circa omne prædicamentum, quod recipit mutationem. Etenim albedo aliquando adest subiecto, aliquádo aút ab eodem abest, quæ cum præsens est subiecto forma albedinis dicitur eidem inesse, cum vero abest, priuatio tunc adesse dicitur; idq; similiter euenit in aliis prædicamentis. Forsitan ergo, cum dicit, substantia est vnum quoddam genus, non dicit, neq; vocat nunc substantiam, q̃ diuiditur contra alia prædicamenta, sed totam naturalẽ subsistentiam, quæ in mutatione versatur; existentiam, de quo modo sermo habetur, cuiusq; principia quærimus, atq; contrarietatem inter formam & priuationem, rimamur & speculamur, quæ ob mutationẽ inest ei. Quòd vero in tali substãtia oporteat esse vnam extremam contrarietatem, atq; supremá, ostendit accipiendo talem existentiam naturalẽ generabilẽ, & materialẽ esse veluti quoddã genus, quemadmodum diceret aliquis vnum esse genus substantiæ intellectualis ingenerabilis, & subsistẽtiæ prorsus immaterialis. Deinde assumens, q̃ in oĩ genere vno sit vna contrarietas summa cõmunissima, conclusit in genere hoc, qđ modo apud nos est subiectum, siue substantia naturalis, vnam esse contrarietatem principalẽ generis, & ob id non erunt infinita principia. Neq; admirabimur nomen substantiæ cõmuniter dictum esse. Nam in præsentia generationem corruptionẽ exacte perfecteq; dicẽs appellat mutationẽ s̃m substantiam, cum sæpe ortu interituq; soleat vti in qualitate, dicens album fieri ex nigro, atq; corrũpi nigrum in albo. Atqui quatenus nigrum fit album, nulla certe fit mutatio s̃m substantiam, sed s̃m qualitatem. Quòd aũt in omni genere vno sit vna cõtrarietas prima, hinc patet, q̃ genus significat cõmunitatem substantiæ, cõmunitas aũt vel superior est, vt sit causa differentiarum, vt substantia & materia sunt causę, quemadmodum decẽ prædicamenta: vel inferior, vt recipiat ipsas differentias. Si aũt causa est, profecto in latifundio productionis differẽtiarum, duo extrema inter se plurimum distantia producet: quod dictũ est, duo contraria: si vero fuerit subiectum, prorsus habebit in his, quę proxime mutantur circa ipsum, aliqua longe, plurimumq; inter se distantia, quæ non erunt plus numero quam duo, ceu patet hoc in ipsis rebus. Nam in qualitate vna est suprema contrarietas, quæ est inter simile & dissimile. & in quantitate est contrarietas inter ęquale & inęquale. Sic etiam in substantia cõmuni, forma & priuatio sunt contraria. Vel ergo hoc modo intelligẽda est substãtia, vel ipsum esse substãtiale, essentialeúe, quod vbiq; & singulis competit rebus. Etenim colorem congregatiuum visus substantialiter, essentialiterúe inesse nigro dicimus. Quo etiam pacto in omni prædicamento est substantiale, essentialeque vniuscuiusq; rei, s̃m quod fieri & corrũpi dicitur nigrũ, vel tricubitum, aut dextrum, quanquam subiecta his substantia horum generabilium & corruptibilium non dicatur fieri vel corrumpi, sed alterari: nunc igitur substantia dicitur ea, circa quam generatio & corruptio versatur, & illa quoq;, in qua etiam proprie substantia est, & subsistũt accidentia ope talis substantiæ, quandoquidem & ipsa participet generatione & corruptione. Si ergo Alexander hic substantiam pro forma materiali intellexerit eius sententia proculdubio deficit: siquidem proprie substantia sit ea, quę diuiditur contra alia prædicamẽta: si autem intellexerit hic substantiam, quæ communiter de omnibus formis generabilibus dicitur, recte sentit. Quin in eandem sententiam videntur mihi verba Eudemi ex Rhodo

Substantiã accipitur pro naturali substãtia quæ in mutatione cõsistit.

Generatio nõ modo in substãtia sed in qualitate est.

Contrarietas vna prima in quouis uno genere est.

Substantia nonnunquam substãtiale est vnicuique cõuenit.

incidare, quanquam & illa sint occulta. Sic inquit, Si autem est contrarietas duo ad minus erũt contraria, cum q; duo subiiciantur contraria prima, neutrum horum sane substantia esse poterit, qm̃ substantia non numeratur inter contraria. Si ergo Naturalis non de oĩbus rebus consideret, neq; sane oĩa entia numerabit neq; sumit communia omnium principia, sed substantiarum, & harum præsertim, quæ corporeæ sunt, ceu vnius cuiusdam generis: & cum non fiat quoduis à quouis, sed simile in genere à simili eiusdem generis, ceu color ex colore, succus ex succo, & cætera similiter, neq; substãtia fiat ex nõ substantiis, neq; corpus ex non corpore. Vnde his verbis, ceũ vnius cuiusdam generis sint ea quæ inuicem fiunt, & hoc, non quoduis à quouis, sed simile in genere à simili eiusdem, ceu color ex colore, Eudemus indicat sumi substantiam, non eam quę, est oĩum prędicamentorum primum, qm̃ talis non est ceu genus, sed reuera est genus, igitur de illa substantia, quæ essentia & esse substantiale, cum appellatur, etiam accidentia continet, & eisdem inest.

Et quòd contingit ex finitis. Melius autem ex finitis, quemadmodum Empedocles, quàm ex infinitis. omnia nanque assignare opinatur, quemadmodum Anaxagoras ex infinitis.

Tertiam rationem demõstratiuam adfert, quod finita sint principia, & non infinita. Nam si alia eadem sunt, s. finita, magis expedit, vt finita accipiantur principia quam infinita: sed alia hæc ipsa sunt: igitur magis expedit finita statuere principia: & deductum constat ex eo quod prius ostensum est. Nam, si infinita principia ignota sunt causa, vt ea, quæ ex ipsis proficiscũtur ignota sint, profecto melius erit ponere principia finita & maxime cum assignantur causæ aliarum rerum, quæ sunt eædẽ. Quod vero finitarum substantiarum causæ eorum, quæ fiũt, finitæ assignentur, perspicuum est testimonio eorum, quę cecinit Empedocles: qui, cũ asserat finita esse principia, putat oĩa reddere, quęcunq; Anaxagoras nititur ex infinitis assignare. Hoc insuper argumentum habet aliud quid vtile: nam contradicentes quod infinitum esset ignotum, diceretur, quod aliter facere nequit is, qui statuit reddere causas eorum quæ fiunt, siquidem ex eo, quod est, opus sit fieri ea, quæ fiunt, quanquã ex non ente fieri videantur. Et quamuis magis pateat finitum, iccirco non oportet vere omittere & aliquid aliud dicere, quandoquidem nõ nascantur natura eorum quæ constant poetæ seu artifices, sed vt sunt in rerum natura, sic contemplamur ea, & spectamus. Contra eos itaq;, qui hæc dicerent, adhibuit testem Empedoclem: qui, cũ dicat finita esse principia, omnia assignabat quæcunq; etiam illi, qui aiunt infinita principia esse. Cõm. 47.

Amplius, sunt alia aliis priora contraria. & fiunt alia ex aliis, vt dulce, & amarum, & album, & nigrum. Principia autẽ semper oportet manere. Quòd igitur neq; vnum, neq; infinita sint, manifestum est ex his.

Alexander inquit, hanc causam secundam adduci, q̃ oporteat in principiis vnam contrarietatem ponere, & nõ infinitas. Et secunda causa erit ea, quæ demonstrat vnam contrarietatẽ esse principium. Verum hoc est quartum argumentum, q̃ non sint principia infinita. Nam primum erat, quo dicebatur, esse infinita principia non posse, qm̃ non esset scibile id, quod est. Secundũ erat, quia vna contrarietas est in oĩ genere vno. Tertium vero, q̃ melius generatio potest fieri ex finitis. Quibus succedit hoc quartum, quod simul quandã obiectionem & instantiã soluit, Cõm. 48.

dicentem,

Contraria ad vnam supremam contrarietatē reducuntur.
Duo tantum sunt: supprema contraria.

dicentem, Quòd, quanquā principia essent cōtraria, quid vetat infinita esse contraria, pluribus cōtinuo prius adductis oppositionibus? Soluit ergo ostēdens oīa cōtraria in vnam oppositionem supremam reduci: pariterq; ostēdit non solum non infinita esse cōtraria, sed etiā plura quam duo extrema supremaq; & principalia esse non posse. Nā, etsi plura sint contraria, sunt tñ alia aliis semper priora, & eorum alia continent, aliaq; continentur, & fiunt ex prioribus posteriora, ac ex continētibus contēta: patet tñ ea esse principia, q̄ maxime prima sunt, & maxime continent, quippe oporteat principia prima esse & cūctis cōmunia. Et q̄ ita se habeant contraria, vt partim contineant, partimq; contineantur, atq; nonnulla aliis priora sint, & fieri alia ex aliis etiam prius asseruit, qñ dixit: Eadem aūt proportione, quippe ex eodē ordine accipiant. Nam contrariorum alia continent, alia vero continentur: nam q̄ continent, priora & causæ sunt: quod sane in pręsentia per exēpla demonstrauit. Nam dulce & amarum, album, & nigrum ex terra & igne fiunt, & hæc ex calido & frigido, & hæc rursus in raritatem & densitatem retulit, q̄ vltra in congregationem & segregationem reduxit. Similiter Democritus statuens infinita indiuisibilia, siue infinitas atomos eorundem differentias s̄m qualitatem, ope contrarietatis, quæ sunt s̄m positionem, figuras, & ordinem generat, asserens easdem esse priores illis. Nam oportet communia vt principia accipere. q̄, si dixero album & nigrū esse principia, profecto erunt principia eorum colorū, qui commiscentur inter se, sed earum rerum, quæ sunt coloris expertes, ceu duri & mollis, vel dulcis & amari minime erunt principia. Similiter dulce & amarum non erunt principia eorum, quæ sunt expertia saporis. Congregatio aūt & secretio oīum rerum naturalium sunt cōmunia contraria & principia: similiter terminus, seu finitum & infinitum, idem quoq; & diuersum oīum cōmunissima sunt, sed vt naturalia contraria & principia communia sunt forma & priuatio. Idcirco melius erit plures contrarietates in vnam redigere. Porro & Empedocles, quanquam duas contrarietates in elementis statuerit, scilicet contrarietatem calidi & frigidi atque contrarietatem humidi & sicci, has duas in vnam, quæ est inter odium & amicitiam, velut in capitalem & extremam redegit, quemadmodum & eadem in vnitatem & dualitatem necessitatis & fati reduxit. Verum illam vt vnum posuit principium, odium aūt & amicitiam vt efficientia, sed etiam vt elementaria, ceu concretio & secretio rerum principia sunt. Nam eandem cum illis potestatem habent. Si ergo videntur aliqua contraria ex aliis fieri contrariis, profecto non erunt oīa contraria principia: quippe principia sint prima: prima aūt nec ex aliis fiunt, nec vnum ex altero vicissim producitur: Si ergo cuncta in vnam contrarietatem reducuntur, q̄ sit vel concretio & secretio, vel excessus & defectus, vel forma & priuatio, iuxta eos, qui alia atq; alia conceptione & sententia primam contrarietatem spectant? proculdubio erit prima contrarietas principium, quę vna est. Sed ambiges, quonā pacto, cum tradat principia rerum, q̄ oriuntur & intereunt, contraria esse, induxit oportere principia semper manere. Alexāder igitur inquit, principia sempiterna esse. nam, si fierent, cum oē, quod fit, etiam corrumpatur, igitur principia interirent: quare & ea, quæ principiis constant: quare aliquādo deficiet generatio, cum nil corrupto principio supererit, ex quo quippiam fieri queat: quod si hoc absurdum est, fateri oportet principia semper esse. Deinde Alex. adiecit demōstrationem Platonis, quam fecit ipse de principiis. Nam, si fiant, ex principiis quidem fierent. si aūt hoc admittitur, ipsa non erunt principia. Duplicia autem sunt principia, inquit, vt postea ostendatur: alia quidem sunt, quæ, præexistunt ingenerabilia & numero sempiterna, ceu efficiens & materia, alia aūt sunt, quibus continuo seruatur generatio & corruptio, q̄ quidem contraria sunt, quę sane, nec ingenita, nec sempiterna sunt numero. Item cum sint plura principia non oīa sunt sempiterna, sed ea, quæ sunt maxime prima: proxima nāq; intereunt, quare non omne principium sempiternū est. Præterea, cum sint contrariorum alia vniuersalia, alia vero singularia, ea nāq; particularia & singularia, q̄ fiunt, etiam corrumpuntur, sed vniuersalia contraria reducuntur, quæ etiam generalissima sunt, forma & priuatio dicuntur esse, quę non corrumpuntur: nam vniuersalia corruptibilia sunt. Quibus ergo dictis ab Alexandro iuxta eius verba, dignum erit cōtra ipsum contraq; Arist. inquirere, quonam pacto proxima & elementaria principia accipies, & minime efficientia & separata? atque quō contraria ex contrariis fieri corrumpiq; in contraria dicens eadem ponens esse principia, posuerit nihil minus sempiterna esse principia, quinimmo ipse etiā Alexander ipsa principia, quibus generatio & corruptio absoluitur, quę etiam contraria sunt, dicit nec ingenita, neq; incorruptibilia esse numero? & tñ constat Aristo. differentem de principiis vt contrariis, adiecisse intulisseq;, Oportet principia semper manere? quare, si principalia principia, vt aiunt, sempiterna sunt, & proxima corruptibilia, profecto proxima essent contraria & non principalia. Item quomodo dicens contraria vniuersalia esse sempiterna, & particularia corruptibilia, non animaduertit quod non solum forma & priuatio sunt perpetua & sempiterna, sed etiā album vniuersale, & nigrum vniuersale: quare etiā hęc erūt principia. Præterea, ad demonstrandam vnam esse principalem contrarietatem, quid confert dicere principia esse sempiterna. Non.n. quia principia sunt sempiterna, iam duo erunt. Forsitan ergo melius est, vt noster præceptor corrigit, dicens hæc verba, s. oportet principia semper manere, non significare ea esse sempiterna, neq; indicare ea esse ingenerabilia & incorruptibilia, de quibus sermo fit. Nam quō amplius generatio corruptio erit secundū mutationem horum, si ingenerabilia sunt, quod sane in hoc libro inquiritur? sed dictum est, principia oportet semper manere, tanquam decens parq; sit inuenire in vnoquoq; quod generatur & corrumpitur, vel formam, vel mutationem in eo quod mutatur: vel potius formā & priuationem: in vnoquoq;.n. quælibet forma priuationem etiā habet, q̄ est absentia formæ illius, in quam mutari apta est. Nā corpus album cum habet albedinem formam, etiā priuationem nigri habet, in quod potest mutari. Et hoc erit reuera proprium peculiareq; principali contrarietati, idcirco & Arist. hoc intulit tāquam causam cur aliæ cōtrarietates nō sint principia, siquidem nō in oībus recipiantur, neq; locum habeāt. Nam particularium oppositionū, nullam inuenies extensam ad oīa entia naturalia, atq; in omnibus fusam: quippe nec omnia naturalia sint nigra, nec omnia alba, nec dulcia, vel amara. At in cunctis reperitur forma, quæ sola est in sempiternis: sed in generabilibus & corruptibilibus, cum forma est etiam priuatio nō eiusdem formæ, sed oppositæ, in quā potest suapte natura subiectū mutari. Sic ergo dicit principalis oppositio semper permanere, aliis vero non permanentibus oppositionibus. Ceu siquis primam materiam dicat semper permanere, cū in oībus materialibus esse videatur, & si lignum, æs, atque particulares materiæ non sint in omnibus. Cæte

Principia quo pacto semper maneant.

Principia proxima atq; elementaria sempiterna non sunt.

Forma sola in sempiternis est, forma vero & priuatio in materialibus.

rum forsitan istud, semper, non solum temporis vniuersitatem, scilicet pro omni tempore, sed etiã vniuersitatem rerum significat, quare semper, idest vndique & vbique principia esse nunc intelligitur.

Quoniam autem finita, non facere duo tantum, rationi aliquo modo consentaneum est. Dubitabit enim aliquis, qualiter densitas raritatem facere apta nata sit, aut hæc densitatem. Similiter autem, & alia quæcunque contrarietas: non enim amicitia litem congregat, & facit aliquid ex ipsa, neque lis, ex illa, sed vtraque alterum quiddam tertium. Quidam autem & plura sumunt, ex quibus conficiunt eorum, quę sunt, naturam.

Cõm. 48. Postquam ostendit prima contraria principia naturalium rerum duo esse, siquidem sint prima contraria, cæterum vult tertium principium introducere, quod subiiciat contrariis, & materia sit: itaq; introducit materiam, cum ostendat pluribus argumentis contraria sola non sufficere ad rationem principij, immo ostendit ipsa per se accepta penitus non esse principia. Vnde primũ argumentum ostendit contraria per se sumpta non esse principia, & sic virtute syllogismus conficitur. Principia, siquidem principia sunt, aliquid efficiunt: sed contraria non efficiunt aliquid, si per se erunt: igitur contraria non sunt principia. Quòd vero contraria per se sola nihil efficiant eo cõstat, quod agens efficit in aliquid, quod sustinet actionem, ceu nigrum in corpus: contraria autẽ si per se erunt in aliquo non agunt, quippe quæ mutuo sese perdant atq; expellãt, cum neq; albũ quippiam efficiat in igrum, neq; amicitia in litem odiumq́;, quandoquidẽ amicitia nequeat, deducere congregareq́; odium, sed congregat ipsa elementa, quæ subiiciunt. Nam efficiens agit aliquid in eo quod manet & sustinet contrarium non sustinet contrariũ: alioqui si aderit odium, etiam aderit amicitia, sed cũ vtrũq; ipsorũ in subiectum agat, quãto magis alterũ cõtrariorũ obtinet subiectum, eiusq; fit cópos, tanto magis reliquũ cedit, fugatur & eiicitur. Verum ad faciẽdam fidem, quod oporteat tertium quoddam afferere quod subiiciatur contrariis, quosdam adiecit, qui non vnum solum subiectum contrariorũ afferunt, sed plura. Ceu Democritus dixit infinitas atomos subiici cõtrariis, quæ ipse affirmabat, sc. quæ sunt in figura positione, & ordine. Empedocles autem statuit quatuor elementa, subesse odio & amicitiæ.

Contraria si sumpta nõ sunt principia si per se sumã tur, at sola.

Tex. 52. *Ad hæc autem, adhuc & hoc aliquis dubitauerit, nisi quis aliam supposuerit contrarijs naturam. Nullius enim videmus eorum, quæ sunt substantiæ, contraria. Principium autem non de subiecto oportet dici aliquo. erit enim principium principij. Subiectum enim principium, & prius videtur esse eo, quod prædicatur.*

Cõm. 50. Hũc contextũ in duos syllogismos Alex. partitus est, alter ex his verbis, Nisi quis alteram contrariis subiecerit naturam. hunc in modum vel vnus colligitur, Contraria nulli subiiciuntur: principia subiiciuntur: igitur principia non sunt contraria. Secũdus aũt syllogismus talis est, Principia non dicuntur de subiecto: sed contraria de subiecto dicuntur: quare principia non erunt contraria. Verum forsitã verbum illud, & id quispiam dubitauerit, nisi aliquis alteram contrariis naturã subiecerit, non habetur demonstratio, sed problema, & dubitationem, quã aliquis statueret contra eos, qui non supponunt alteram naturam, deinceps infert: quo circa adiecit illam particulam (enim) cum dicat. (Nullius enim, quæ sunt, videmus substantiã contrariã esse) perinde atq; hæc sit causa dubitandi aduersus illos, qui alteram naturam contrariis non supponunt, Vnde puto talem esse syllogismum, Contraria sunt in subiecto, & accidentia: principia non sunt accidentia: ergo contraria non sunt principia. Quod vero contraria sint accidentia prius accepit, eo quod nullius eorum, quæ sunt, videmus substantiã contrariam esse. si ergo substantia nulli est contraria, itaq; accidentia esse contraria constat, quod liquet etiã, quia contraria non sunt per se, sed in subiecto esse habẽt. Nam aliquæ differentiæ sunt contraria: sed differentiæ sunt alicuius differẽtiæ, idcirco inquit, nullius etiã videmus substantiã contrariam esse, perinde ac contraria debent esse eo qđ alterius ope sunt. Quod vero principiũ non de subiecto dicatur. i. non sit in subiecto, neq; accidẽs existat, hunc in modum ostendit; Quod dicitur de subiecto habet substantiam, quæ est eius principium: sed principium non habet principium: igitur principium non dẽ de subiecto, alioquin principij principium esset: sed principij principium non est, igitur nec principium dicetur de subiecto: sed minorem hoc modo demonstrat, eo, quod dicitur de subiecto, præexistit subiectum: sed quod præexistit principium est: igitur illius, quod dicitur de subiecto, principium erit subiectum.

Contraria sunt accidentia.

Principiũ nõ dicitur de subiecto, neque accidens.

Amplius, non esse dicimus substantiam cõtrariam substantiæ. Quomodo igitur ex nõ substantijs substantia vtiq; erit? Aut quo prius non substantia quam substantia erit?

His verbis videtur tres syllogismos, vel quatuor complecti: quorum primus est talis, Substantia contrariũ non habet: at contrarium habet sibi contrarium: igitur cõtrarium non est substantia. Secundus syllogismus, cum accepisset, ꝙ contraria non sunt substantia tanquam ex trãspositione affirmationem, & assumpsisset, ꝙ substantia non sit substantiæ causa, concludit contraria non esse substantiæ causas. Sed quæ non sunt substãtiæ causæ, etiã non sunt principia effectuũ naturalium. Tertius syllogismus est talis, Contraria non sunt substãtia priora: principia substantiæ sunt priora substantia: igitur contraria non sunt principia substantiæ. Quòd vero cõtraria non sint priora substantia ita ostendit, contraria sunt non substantia, quod est non substantia per substantiam & in substantia esse habet: sed quod habet esse per substantiam, & est in substantia non est prius substantia. Sed quænam substantia est, quam esse contrariorum negat. Alexander quidem in illis verbis (non dicimus esse substantiam contrariam substantiæ) hoc subintelligendum esse tradit, quæ, videlicet, est in subiecto. Nam cũ forma sit substantia, ei contraria priuatio esse videtur, nisi, inquit, priuatio appelletur cõmunius contrariũ. Sed ipse admiror, pace Alex. si modo opus sit per substantiam intelligi materiam: nam nec materia per se principium est, nec substantia proprie, sed si per substãtiam hic intelligere debemus materiam, potius tertio loco tertiaq; ratione substantiam esse debemus asserere. Quippe substantia proprie sit cõpositum, quod cõstat materia & forma, secũdo vero loco forma, & tertio materia. Et existimo hisce argumentis quempiam posse cõuincere materiã non esse per se principium, siquidem ipsa nõ sit per se substantia, & substantia ex non substantia nõ fit. Vnde hoc quæstione dignũ mihi esse videtur, quõ inquã illud dicatur, Quo nam igitur pacto ex non substantiis substantia erit. Etenim neq; oportebat principia, elementaq; substantiæ substantias esse: nam si prius esse elementa oportet quam ipsa, quæ ex elementis proficiscuntur, & sint substantię elemẽta substantiæ: antequam procederetur & fieret substantia, iã esset substãtia, imo nullibi prorsus elementa sunt ea q̃ ex elementis prodeunt, & cõstant, quippe

Cõm. 51.

Substantiam nõ esse substã tiæ cõtrariã.

Substãtia accipitur tribus modis.

quippe nec hominis elementa sunt homines, nec carnis caro. Nunquid ergo materia & forma, siue eius oppositio sunt principia propriæ substãtiæ, q̃ est ipsa substantia composita, vtraque sanè, s. forma & materia per se substantiæ non sunt, sed substantiales solum? Nec corpora sunt, sed corporea, vt etiã videtur Eudemus innuere, cũ vocet materiam corpoream. Verum, cum hæc ambo conuenerint, substantię, sunt, & substantias efficiunt: idcirco neutra per se substantia est, neque substantiæ effectrix. Veruntamen materia plus rationis substantiæ habet quam ipsa oppositio, quatenus materia potest per seipsam esse, quod sanè peculiare substãtiæ est. Oppositio aũt penitus habet esse in altero, atq; in subiecto collocatur, quo pacto oppositio longe magis à substantia distat quã materia. Quocirca ostendit contraria non esse magis principia q̃ materiã, quia sunt in subiecto, vocans subiectum principium, qm̃ præexistit prædicato. Sed adhuc videtur ratio quærere quænam sit præpositi cõtextus intentio. Nam q̃ velit per illa verba ostendere non esse per se sufficientẽ oppositionem in ratione principij perspicuum est, sed quæ sit illa substantia, cuius principia indagat, atque explorat, & q̃uo rationem formet & instruat, nõdum ex his, quæ diximus cõpertum esse puto. Num ergo substantiæ cõpositæ; quã & proprie substantiam in sequentibus vocabit, principia inquirens asserat non sufficere oppositionẽ formæ & priuationis, qm̃ & si forma aliquo modo sit substantia, illi tñ oppositum, s. priuatio nullo pacto est substantia. Nã substantia non est contraria substantiæ: igitur aliquo subiecto opus est, vt cum forma compositum efficiat, cum priuatio non insit, sed solum conferat ad rerum ortum, atque interitum. Cæterum, q̃ ipse non demonstret simpliciter contraria non esse principia, sed non esse per se principia, etiã per ea, quæ sequuntur indicat idipsum explicans, non aliter fieri posse, vt quæ prius & nunc dicta sunt simul vera esse, nisi vltra contraria etiã aliquod tertium contrariis subiectum supponatur. Ob id etiã ea, quæ dixit, dubitationes nuncupat, tãquam determinatione quadã egeant, quo in loco ostendit ipsa nõ esse per se principia, sed coniuncta cuidam tertio principia euadere.

Materia & forma substantiales potius sunt, quã substantia & corporea magis quã corpora.

Materia plus habet de ratione substantiæ quam oppositum.

Forma & priuatio non sunt sufficientia principia nisi materia adsit.

Tex. 53. *Quocirca siquis & priorem veram putauerit esse rationem, & hanc, necessarium est, si debet saluare vtrasque rationes, ponere quoddam tertium. Quemadmodum dicunt vnam quandam naturam dicentes esse vniuersum, vt aquã, aut ignem, aut medium horum. Videtur autem medium ma-*

Tex. 54 *gis: ignis enim, & terra, & aer, & aqua contrarietatibus connexa sunt. Ideo non irrationabiliter faciunt subiectum aliud ab his: aliorum autem, qui aerem. aer enim mixtione aliorum, minime habet differentias sensibiles. proxima autem est aqua.*

Cõm. 52. Cum prius ostendisset naturalium rerum principia esse contraria, eo quod nõ quoduis ex quouis fit, sed ex contrario, atq; non interire quoduis in quoduis, sed in cõtrarium: & deinde attulisset rationes, quæ hoc reuocabant in dubiũ; & contrariũ ostendere videbantur, s. principia non esse contraria, q̃ præterea rationes cũ hæc inter se pugnantia nõ deceptione & sophistico more, sed exacta syllogismi forma & ratione niterẽtur ostendere, ipse inuenit artẽ & ingeniosum modum, quo superiores retroq; habitæ rationes, quãquam inter se dissidentia probare viderẽtur, in idem consonent & conueniant. Hic ergo est modus, vt ipsa contraria sint principia: hoc. n. prius vere ostẽsum est: verum contraria per se sine vllo alio non sunt principia. Vnde rationes, quæ hoc sustulerunt de medio, veræ sunt; sed cõtraria sunt principia cum quodam alio tertio, quod subiicitur contrariis. Rursus etiam inuenit eos naturales Philosophos, vna voce conuenisse in assignanda ratione illius tertij principij, qui vnam naturam cum statuerint subiici ipsis contrariis, per quam oĩa dicebant esse vnum, ex eadem cuncta generari tradunt: ceu Thales dixit aquam, Heraclitus vero ignem, Anaximenes aerẽ, Diogenes aũt intermedium. Etenim hi oẽs supposuere vnam naturam contrariis, asserentes cætera congregatione & segregatione, vel raritate & dẽsitate ab hac fieri. Verum laudat magis eos, qui dicunt intermediũ esse principium: & causam affert. Nam elementa sunt cũ contrarietatibus iam cõmixta: quippe ignis calidus & siccus sit, aer vero calidus & humidus, aqua aũt frigida & humida, terra denique frigida & sicca, quæ oĩa sunt cum contrarietate. Nam omnia hæc materia & forma constant: at id, quod recepturũ est contraria, & cum eisdem rerum, quæ sunt, ortũ & interitum reddere, atque efficere, oportet sane suapte natura expertem esse cõtrariorum. Nam, si aliquod contrariorũ ei adesse debet, vel simul habebit contraria, atqui si cũ contrario penitus est, profecto non erit amplius simplex, sed compositum. Nam contraria sunt in subiecto. Quare id neq; principium erit: quippe principia ea sint, quibus constat compositum, sed non ipsum cõpositum est principiũ. Verum, si quispiam cupit penitus vnum elementorũ principium rebus naturalibus ponere, aerem fateri principiũ cæterorum melius expeditiusq; erit: qm̃ respectu aliorum sensiles fere videtur habere differentias. Videtur itaq; id, quod ponendum est, oportere qualitatis, ac contrarietatis per se expers esse: huic secundo succedit aqua, quæ suapte natura aptior est transmutari & verti in contraria, quippe quod facile calefiat & frigesiat & in glaciem concrescit, perinde ac videatur non habere humiditatem s̃m substãtiam. Atqui ignis euidentiores habet contrarietates, dico inquam ipsam caliditatem & frigiditatẽ, & præsertim ipsam caliditatẽ, qui dum ignis manet non est suapte natura capax contrariorũ. Cuius rei causa est, quia cæteris est magis actiuus, & assimilatur formæ & minime materiæ.

Aer aliis cõparatus sensibiles habet differentias.

Aqua post aerem aptior est ut in contraria cõmutetur.

Ignis manifestam cõtrarietatem habet.

Ignis cũ forma magis q̃ cum materia proportionem habet.

Sed omnes, vnum hoc contrarijs figurant, vt densitate & raritate, & eo, quod est magis & minus. Hæc autem omnino sunt superabundantia, videlicet & defectus, sicut dictum est prius. Et videtur antiqua esse etiam hæc opinio, quòd vnum & superabundantia & defectus, principia entium sint. Verum non eodem modo. sed antiqui, duo quidẽ agere, vnum aũt pati. Posteriorum aũt quidem contrariorum, vnum quidem agere, duo autem pati dicunt magis. Tex. 55.

Cum necessitate rationis & testimonio aliorum naturaliũ vnum tertium introduxisset, cæterum ostendit id solũ non sufficere dicens, quod neq; illi vnum duntaxat posuerint, sed cum contraria, quibus etiã testibus vult cõstituere tria principia, & inquit illos illud vnum contrariis figurari asseruisse, qui rerum discrimina iuxta contrariorum differentias asserunt, si quidem res distingui dicẽtes raritate & dẽsitate, alij autem eo quod maius, & eo quod minus dicunt. Nunquid aũt hi, qui cętera dẽsitate & raritate generant, propterea qui illam, quã habet quantitatem intendat, vel remittat, id faciunt. Nam raritas est quædam remissio, & densitas quædam intensio, quorũ intensio ad maius vergit, & remissio in minus, verum hæc omnia rediguntur ad excessum & defectum, & inquit: nõ videtur esse institutum nostrum designandi ponendi tria principia, cũ olim videatur fuisse quędã opinio, quæ excessum, defectum, & vnum rerum principia statuit. Nam & si nõ omnes eodem vtebãtur nomine excessus & defectus, sed Cõm. 53.

Tria principia ponunt etiam Physici veteres.

Vnum excessus & defectus tria principia.

alij appellabant contraria, cōgregationem & ſegregationem: alii aũt raritatem & denſitatem, vel maius & minus, aut magnum & paruum, tñ hæc oĩa reducuntur ad exceſſum & defectum, & hac ratione cũcti inter ſe conueniũt, quia tria tradunt eſſe principia. differunt aũt, eo quod veteres dixere duo quidem, quæ cōtraria ſunt agere, & vnũ pati, & materiale eſſe. At poſteriores ſecus dixere, cum aſſerant vnum eſſe actiuũ, duo vero paſſiua & materialia, inter quos videt Plato ſic dicere, qui vnũ efficiẽs poſuit, & patiẽs vel materiam eſſe defectum & exceſſum, aut magnum & paruum tulit, qua ratione duo dici eſſe idem. Verum perſpicuum eſt, quod, ſi Plato dixit cauſam proprie efficientem illud vnum eſſe, hanc non erat elementum. Si autem dixit formam eſſe illud vnum & illa duo materiã, more Pythagoreorum per numeros ſignificans ipſas res, merito dixit vnum eſſe formam, tãquam ipſa ſit quæ definiat & terminet id, quod perficit ac comprehendit, & duo eſſe materiam, quæ vti indefinita molis ac diuiſionis cauſa eſt, apta recipere cōtraria: ſcire oportet paulo poſt, & ipſum Ariſt. materiam & priuationem in idem trahere dicens. Eſt autem ſubiectum numero quidem vnum, forma vero duo. Et conſtat tamen, ipſum etiam dicere ſubiectum eſſe duo, vnam vero formam.

Formã unũ cũ dicat Pytagorã, materiam vero duo.

Tex. 56. *Tria igitur dicere elementa eſſe, & ex his, & ex huiuſmodi alijs, conſiderantibus videbitur vtique habere quandam rationem, ſicut prædiximus. plura autem tribus, non itidem. Ad patiendum enim ſufficiens eſt vnum. Si aũt quatuor exiſtentibus, duæ erunt contrarietates, oportebit ſeorſum ab vtraque, eſſe alteram quandam naturam mediam. Si autem ex ſeinuicem poſſunt generare, otioſa vtiq; altera contrarietatum erit.*

Com. 54. Cum ſapientiſſime non modo ſ'm neceſſitatem atque vim demõſtrationis, ſed etiam cõmuni cõſenſu, atq; vna cæterorum Philoſophorum voce oſtenderit tria ſtatuenda eſſe principia elementaria, quæ neque ſimpliciter principia, ſed elementa magis proprie appellarunt, gratia maioris exquiſitionis, ac oſtenſionis, iterum demonſtrat non eſſe plura principia, quã tria. Nam cum neceſſe ſit ſubiectum eſſe aliquod vnũ, atq; duo cōtraria præter ſubiectũ, ſiquidem neque contrarium agit in contrarium, ſed in cõmune ſubiectum, neq; quoduis ex quolibet fiat: quod ſiquis voluerit plura efficere principia, vel aliud ſubiectum adiiciet, vel aliam contrarietatem. Atqui fieri nequit, vt alterũ ſubiectum adiiciatur. Nam, ſi fuerit eadem natura capax illorum duorũ ſubiectorum, quæ ſanẽ & ſ'm idipſum ſubſiſtit quatenus eſt capax, profecto vnum dũtaxat ſubiectũ erit. At, ſi naturæ illorum inter ſe diſcrepãt, proculdubio iſtæ differentię erunt eorũ formæ, quo pacto nõ amplius erunt ſubſtantia, ſed compoſita, & coniuncta contrarietati: quippe differentiæ ſ'm oppoſitionem ſubſiſtãt. At ſubiectum ſimplex eius eſſe vult, vt ipſum queat recipere ſimpliciter trãſmutationem. Adde etiã quod quemadmodum principium quod educit prima contraria vnũ erat, ita etiam erit vnum id quod recipit extrema. Nam principium producens contraria, quod potentius eſt ipſis, quocirca amplius procedit, quam ea quę prognouerunt, poſt extremorum contrariorum ſubſtãtiam, vnam quandam naturam diſsimiliter ſeipſam imitatur. Nam vt illa ſecundum cauſam continet contraria, ita hæc apta eſt ad ſuſcipienda ambo contraria. atque vt illa poteſt generare contraria, ita illa capax eſt contrariorum. Itaque oportet vnum eſſe ſubiectum, quod aptum ſit, vt patiatur. Cæterum, ſiquis dicat duas eſſe contrarietates, & quatuor contraria poſuerit vel duo illarum ſubiecta ponet, quarum vnicuique ſuũ reſpondeat ſubiectum, quo ſanè modo nõ amplius erit vnũ ſubiectum, & tñ prius vnum eſſe demonſtrauimus, ſed admittantur duo ſubiecta, vel vtraque ſubiecta ſimul & vtraque contrarietas poterit oĩa generare, altera ſanẽ erit ſuperflua, quippe hoc modo vna ſit contrarietas, vel vtraq; ſeorſum aliquam peculiariter ſeparata, & definita genera non erunt profecto eadem principia oĩum. Atqui, ſi vnum ſubiectum duabus contrarietatibus quiſpiam ſtatuerit, dicens duas has contrarietates ex vno ſubiecto generare ea, quæ ſunt, rurſus ab eodem percunctabimur, num hæc cōtrarietas generabit aliam ex eodẽ ſubiecto, & alia contrarietas aliam, vel ambæ generabũt eadem, quo etiã modo eadem incõmoda, abſurdaque emergẽt. Nã, ſi vna generabit aliã, & altera producet aliã, nihilminus ex eodem ſubiecto, profecto ſubiectum erit vnum cõmune principium, at contrarietates non amplius cõmunes erunt. ꝙ ſi vna ſimul cũ alia, & non ſeorſum accepta oĩa generet, rurſus alia erit ſuperuacanea. nam hoc modo vna erit contrarietas. Item, ſi quis ita craſsi ingenij fuerit vt plures cōtrarietates primas quàm duas adhuc aſſerat, huic eadem abſurda accident, immo magis ſequentur abſurda. Verum Ariſt. harum ſectionum & partium diuiſionis atque abſurdorum nõnulla tanquàm immanifeſta omiſit, nõnulla vero poſuit. Nam poſuit hoc abſurdum, quod eos, qui aiunt duas eſſe contrarietates, neceſſe eſt ponere duo ſubiecta, propterea ꝙ aſſeruit ad patiendũ non vnũ ſufficere, ſed ſi contrarietates duæ eadem generarẽt, ſiue vnũ, ſiue duo admittãtur eſſe ſubiecta, cõmune abſurdum intulit, quod eſt, alteram eſſe ſuperuacaneam, quod ambaſq; vnam fore contrarietatem, atque eadẽ generare. At illud quod vtraq; ſeorſum generaret aliqua, nõ eget merito ratione, quia hinc differit de cõmunibus principiis. Verũtamen Porphyrius, cum Ariſt. dicit, (quod ſi ex ſeſe viciſsim generare poſſunt,) hoc modo intelligit, ꝙ ſi vna aliam generat, ceu ſi quis dicat rarũ & denſum, calidum & frigidum, velut prima contraria: & deinde aſſerat calidum ex raro, & frigidũ ex denſo, quo pacto nãque contrarietas denſi & rari ſat erit. Verum Porphyrij pace, ſi Ariſto. dixiſſet ex ſeſe viciſsim generari, expoſitio hæc Porphyrij poſſet verbis accommodari, ſed dixit in præſentia, ex ſeſe viciſsim generare.

Pricipia tria tantum eſſe.

Subiectũ cum ſimplex eſſe oportuit.

Simul autem & impoſsibile eſt, plures eſſe contrarietates primas. Subſtantia enim vnum quoddam genus eſt entis. quare eo quod prius & poſterius differrent ſolum abinuicem principia. ſed non genere. Semper enim in vno genere contrarietas vna eſt. omnes autem contrarietates reduci videntur ad vnam.

Cum oſtẽderit ſi quis ſupponeret duas primas contrarietates, & duas materiaſ, vel vnã alterã, contrarietatẽ fore ſuperuacaneam, demonſtrat in præſentia id, quod etiã poſtea dixit, ſ. fieri non poſſe, vt plures ſint contrarietates primæ quã vno. Et ratiocinũ ſyllogiſmumq; nunc hoc modo efficit, ſubſtantia eſt vnũ ſane genus: ſed in vno genere eſt vna contrarietas: cũ ergo ſubſtãtia ſit primũ cæterorum generũ, & in primo genere eſt vna prima cōtrarietas aliarũ contrarietatũ, quæ in cæteris generibus collocantur, iure ergo in ſubſtantia erit vna cōtrarietas prima cęterarũ contrarietatũ, quæ in alliis generibus ſitæ ſunt, immo ſe habent eo modo cōtrarietates in aliis generibus ad eã, ꝗ eſt in ſubſtantia, vt ſe habẽt genera ad ipſam ſubſtantiam. ſi ergo cætera genera ſunt, atque habent eſſe ab ipſa ſubſtantia, etiã contrarietates eorum erunt ab ipſa contrarietate, quæ eſt in ſubſtantia. igitur oĩs talis erit poſte-

Vna eſt in quouis genere principalis cõtrarietas.

rior ea & ſub illa, igitur vna prima contrarietas erit in ſubſtantia & principium ipſum. ſed, cum ſubſtantiæ principia quæramus, merito itaque ſermo, ratioq; oẽs contrarietates contrahit ad eam ſupremam, & primam, quæ eſt inter priuationẽ & formam, propterea quod hæc eſt maxime propria ſubſtantiæ, & ſm hanc generatio & corruptio perficitur & abſoluitur. Atqui ſi aliquis accipiat plures cõtrarietates in principiis, vt fateatur nõnullas primas eſſe, nonnullas vero poſt illas, quæ ſint eiuſdẽ generis, hæ tñ diſcrepabunt atque diſtabunt, eo quod priores & poſteriores ſunt. Nam, ſi ſubſtantia eſt cõmune genus, eius cõtrarietas profecto generalis erit. Cæterum cũ dicit, atq; oẽs contrarietates ad vnam reduci videntur, id dicit, vel quia fidem adducit ex euidentia eorum, q̃ ſunt manifeſta; & teſtimonio oĩum naturalium, qui ponunt vnam eſſe oĩum primam contrarietatem: vel quia ſuapte opinione reducit oẽs contrarietates in formã & priuationẽ. Nam cum etiã apud illum generationis proxime cõtrarietates duæ ſint, caliditas, frigiditas, humiditas, & ſiccitas, ceu, ſecundo libro de generatione oſtendit, qm̃ tñ hæ rediguntur in vnam, q̃ eſt habitus & priuationis; quocirca apud eum, vna eſt contrarietas principalis. Hoc modo etiam Alex. nunc expoſuit locum hunc, &; cum dicit Ariſt. ſemper. n. in vno genere eſt vna contrarietas, ipſe intelligit de proxima contrarietate generum. Nã album & nigrum eſt contrarietas coloris proxima, & non qualitatis. Vnde dicit, qualitas vel non habet proximam contrarietatẽ, vel ſi habet, ad ipſam albũ & nigrum reducetur. ſimiliter etiam alia contraria q̃ ſunt in qualitate. Verũtamen Porphyrius per ſubſtantiam intelligit materiam, & circa hanc vnam materiam, & ſubſtantiã inquit eſſe primã contrarietatẽ, qm̃ genus eſt ſubſtantia, & in omni genere eſt vna prima contrarietas. Vnde efficit rationẽ hunc in modũ. In omni genere eſt vna contrarietas prima: ſubſtantia aũt eſt genus: igitur in ea eſt vna prima cõtrarietas: ſed materia eſt ſubſtantia, quare circa eandẽ erit vna prima contrarietas: qꝫ, ſi plures forent, hæ ſane diſtarent, eo quod priores & poſteriores ſunt, ſed non genere. Nam ſemper in vno genere eſt vna contrarietas, hoc igitur modo exiſtimo eſſe melius intelligẽdum, quam de vniuerſali ſubſtantia, quę diuiditur contra alia genera. Nam dicere aliorum generum contrarietates eſſe ſub contrarietate ſubſtantiæ: propterea quod etiam ipſa genera habent eſſe à ſubſtantia, videtur id mihi dici ſine ratione & temere, ac ſine ſuaſione: nam alię contrarietates ita reducuntur ad primam, vt ipſa prima queat de alijs prædicari: quoniam vniuerſa exceſſus eſt & defectus, vel identitas & diuerſitas, vel quodcũq; aliud, quis primam cõtrarietatem dixerit, neq; tamen ſunt genere alia ſubſtantiæ, propterea enim quòd id, quod ſunt in ſubſtantia habere dicuntur, propter hoc ipſum minime ſubſtantiæ ſunt. Optimũ ergo forſitan eſſe duco, ſi per ſubſtantiam & genus ipſum totum generabile, quod eſt cõmune ad decem genera intelligamus; idcirco etiam eſt proxima contrarietas eius quę eſt cõmunis decem generibus, habitus, ſ. & priuatio. Poſſumus itẽ per ſubſtãtiam intelligere materiam, qꝫ per illam vnumquodq; generabile & materiale ſubſiſtat, non eo quia materia ſit proprie ſubſtantia. quippe materia non ſit intellectualis ſubſtantia, nec ſenſibilis. Illa vero prorſus eſt immaterialis, Alia vero ſenſibilis eſt obnoxia ortui & interitui, ſiquidem ſi generabilis ſubſtantia, at omne quod gignitur & interit ſubiecto ac materia eget, ceu in ſequentibus diſcemus: Atqui penitus abſurdum eſt materiæ materiam efficere, ne infinitum attingere videantur.

In omni genere eſt una contrarietas.

CAP. VII.

Tex. 57.

QVòd igitur neque vnum ſit elementum, neque plura duobus, vel tribus, manifeſtum eſt. Horum autem vtrum, quemadmodum diximus dubitationem habet multam. Sic igitur nos dicimus primum de omni generatione aggredientes. Eſt enim ſecundum naturam, communia primum, cum dixerimus, ſic, circa vnumquodq; propria ſpeculari.

Com. 56.

Cum rationibus hactenus pateſecerit vna dũtaxat contrarietate, vtroque ſubiecto contrariorum opus eſſe, concludit neque vnum eſſe elementum: quandoquidem ſit vnum ſubiectum aliquod, quod ſubiicitur ipſis cõtrariis & contraria ipſa, verũtamen neque plura quam duo, vel tria eſſe aſſentit. Nam ſubiectum vnum eſt, & contraria non plura quam duo. Verum enimuero an duo, ſiue tria ſint, hoc totũ enim, vt diximus, inquiſitione dignum eſt. Etenim, ſi contraria vt vnum principium acciperentur, duo eſſent proculdubio principia, materia, ſ. & contraria: ſi aũt acciperentur contraria vt duo, profecto erunt tria principia, & non duo. Verum illud eſſe dictum ambigue & non ſine dubitatione melius eſt aſſerendum, ꝑp priuationem, quę vel eadem videtur eſſe cũ materia vel ab eadem differre per accidens, cũ ſit principium: dubium igitur eſt, an duo ſint principia, materia & forma, an tria priuatione cõnumerata. Vel dubium eſt, qũo ſint duo, & qũo tria: quod quidem verũ eſſe videtur, qm̃ hæc ab ipſo deinceps ſunt determinata & definita. Sed etiam circa hæc ingens oritur dubitatio, nunquid æque ſint principia ipſa contraria, an hoc quidem per ſe, illud aũt per accidens. Vnde concludẽs has rationes, infert, quapropter ipſa principia tum duo, tum tria, tum vt contraria, tum etiã minime vt contraria dicenda ſunt. Cæterum, cum propoſuerit ex mutatione & generatione prĩcipia inuenire eorum, quæ fiunt, & eorum, quæ fiunt, alia fiunt ſecundum accidens, & aliquod ſubiectum perſpicuo habent, quod eſt ipſa ſubſtantia, & alia generantur ſecundum ſubſtantiam, quæ occultum ſubiectum habent, ob id in primis de omni generatione communiter facturus ſermonem, exempla adducens mutationis eorum, quæ fiunt ſm aliquod accidens, poſtea generationem illius quod fit ſecundum ſubſtantiam diſtinguit & diſcernit, atque oſtendit in illa ſubiecto opus eſſe, & qũo ſe habeat ad illud priuatio. Vnde communiorem rationem dixit, tum quia non modo naturali generatione, ſed etiã artificiali vtitur. Nã hac ratione ſe habet generatio muſici. Quòd vero communium, & eorum, quæ ſunt magis confuſa, contemplatio, ceu quo ad nos, prior ſit ſpeculatione propriorũ, mox tulit huius operis principio. Vnde ex his dictis etiã liquet ibi intellexiſſet vniuerſalia, ex quibus dixit proficiſcendũ eſſe ad ſingularia, nihil aliud quàm ipſa cõmunia, & totalia, quæ ſanè ſunt notiora nobis.

Cõtraria an ſint æque principia.

Tex. 58.

Dicimus enim fieri ex alio aliud, & ex altero alterum, aut ſimplicia dicentes, aut compoſita. Dico autem hoc ſic. eſt enim, fieri hominem muſicum, eſt aũt & non muſicum quippiam fieri muſicum, aut non muſicum hominem, hominẽ muſicum. Simplex igitur dico hoc: nẽpe hominem qui fit, & hoc ſcilicet non muſicum: & quod fit ſimplex, nempe muſicum: compoſitum aũt, & quod fit, & illud quod fit, cum non muſicum hominem. dixerimus fieri muſicum hominem. Horum autem, hoc quidem non ſolũ dicitur hoc aliquid fieri, ſed etiam ex hoc: vt ex nõ muſico muſicus. hoc aũt non dicitur in oĩbus. Nõ. n. ex homine factus eſt muſicus, ſed homo factus eſt muſicus. Eorũ aũt, q̃ vt ſimplicia dicimus fieri, hoc quidem permanẽs fit, aliud vero nõ permanẽs. homo. n. per-

Tex. 59.

manet factus musicus homo, non musicum aũt & immusicũ, neq; simplex, neq; compositum permanet. Determinatis aũt his, ex omnibus, que fiunt, hoc licet accipere, siquis inspexerit, sicut diximus, quod oportet semper aliquid subiici, quod fit. & hoc, etsi numero est vnum at forma quidem non vnum: forma enim dico & ratione idem. Non enim idem est esse homini & immusicum, & hoc quidem permanet, illud vero non permanet. homo enim permanet, musicum autem & immusicum, non permanet, neque ex ambobus compositum, vt immusicus homo. Sed ex aliquo fieri aliquid, & non hoc fieri magis quidem dicitur in non permanentibus: vt ex immusico, musicum fieri, ex homine autem, non. At vero, & in permanentibus, aliquando dicitur similiter. ex ære enim statuam dicimus fieri, non ęs statuam. Hoc tamen ex opposito & non permanente, vtroque modo dicitur. & ex hoc, hoc, & hoc, hoc. nũq; ex immusico, & immusicus fit musicus. Quocirca, & in composito similiter: etenim ex immusico homine, & immusicus homo fieri dicitur musicus.

Tex. 60.

Tex. 61.

Com. 59.

Subiectum à priuatiõe quo diuersificetur.

Generatio duplex simplex & composita

Hic proponit euidentius inuestigare naturã subiecti, & si iam eandem quòd sit inuenerit, atque pulchre statuerit eam esse. Veruntamen discrimen inter subiectum & priuationem nobis affert, & primum id nititur facere ex diuerso dicendi modo, deinde ex ipsa rerum natura. Rem itaque hunc in modum aggreditur. Generatio nãque & prorsus omnis mutatio uel simplex est, vel cõposita: simplex, inquam, est, ceu, cum dicimus hominem fieri musicum, vbi hominem, qui fit, accipientes, musicum facimus esse id quod fit, vel quando dicimus immusicum fieri musicum. Composita autem est, quando non musicum hominem dicimus fieri musicum hominem per hæc existimo tandem quod ipse ostendat conuenientiam inter subiectũ & priuationem. Subiectum inquã, est homo, priuatio aũt immusicus: & vtrunque dicimus fieri id, quod est forma. Cæterum hac data diuisione differentias affert, & primã rursus a modo dicendi tradit. Nam horum inquit, immusicum & id genus, nõ modo dicitur hoc aliquid fieri, ceu immusicum fieri musicum, sed etiam ex hoc dicitur fieri, ceu ex non musico musicum. At homo & id genus nõ similiter se habent: quippe non consueuimus dicere ex homine fieri musicum, sed hominem musicum euaderei & hoc discrimen est iuxta dicendi modum. Secunda autem differentia est ex rebus: qm eorum, quæ fiunt aliqua forma, alia quidem permanent cum fiunt, nam homo permanet cum fit musicus, quædã vero priuãtur & desunt, quippe immusicum non permaneat simul cum musico. His ergo definitis, & ꝙ ea, quę fiunt, vel simplicia sunt, vel composita, atq; eo quod factum differt tñ dicendi modo, tum etiam quo ad permanentiã eius & non permanentiã, profecto vndique hoc est accipiendum, vt oporteat prorsus aliquod quod fiat subiici: quod quidẽ est hoc, vel ex quo dicimus fieri, ceu immusicum ex quo fit, vel id quod dicitur fieri vt homo, quæ sanè & si numero vnum sunt, qm alterum per se subsistere nequit, tñ ratione sunt diuersa, quippe non idem sint homo & immusicus: sed deinceps ea, quæ dixit, accõmodat subiecto & priuationi: & primo differentiam ſm rem distribuit dicẽs, subiectum permanere, sed priuationem aboleri. Vnde cum inuenerit supremam differentiã discrimen tradidit illius perspicuã causam. Nam subiectũ, cum non sit contrarium formæ, permanet adueniente forma: priuatio aũt, cum sit opposita & inconiuncta, neque cum illa connectenda, prorsus excluditur, cedit, & corrumpitur ingressu formæ: sed deinde vsu dicendi differentiã adhibet, qm priuationi tribuimus accõmodamusq; vtrunque modum dicendi, cum dicimus ab hoc fieri hoc, atque ex hoc fieri hoc: subiecto aũt solum tribuitur ab hoc, cum dicamus ab hoc fieri hoc. Quòd si aliquando etiã de subiecto dicimus ex hoc fieri, ceu ex ære dicimus fieri statuã, tñ de quo dicimus ex hoc fieri, nõ amplius de eodem dicetur, & hoc fieri, quippe nõ cõsueuimus dicere, æs fit statua. Quare, si priuationi vterque modus dicendi, & hoc, & ex hoc cõpetit, & subiecto alter tñ propriè tribuatur, hac sane ratione etiam priuatio, & subiectum inter se distabunt; verum, si operæpretium est penitus definire cui magis cõpetat iste dicẽdi modus, s. ex hoc fieri, potius nõ permanenti, idest priuationi competere dicimus. Nam potest priuatio significari, cũ hoc dicẽdi modo, s. post hoc. Atqui hoc fieri hoc permanẽti potius competit, quippe aliquid manere oporteat, quod sanè fit. Porro, cum dicimus immusicum fieri musicum, id solemus dicere respectu subiecti, quod sub ea voce concreta continetur. Nam illi congruit hoc fieri hoc, & minimè dici solet immusica fit musicũ, sed subiectum musices fit musicum, quod etiam eandem habet, ceu, cum dicimus ex ære fieri statuam quatenus in ære est priuatio statuæ, quæ nomine caret, hoc profecto dicimus. Nam cũ ex priuatione fiat generatio qñ nobis deerit priuationis nomen per subiectum significabimus ipsam, perinde atq; in ipso etiam priuatio sit. Id etiam æque in simplicibus, & cõpositis se habet, quippe in his subiectum sit cum ipsa priuatione, ceu immusicus homo, quod non permanet cũ forma, idest cũ musico homine, eo quod opponuntur musicum & immusicũ, licet etiã dicamus ex immusico homine, & immusicũ hominem fieri musicum hominẽ. Hæc quidẽ est vniuersa eorum, q̃ dicit Arist. sententia. Verum adnotato ipsum dicere, in particularibus cõpositum & factum subiectum & priuationem, ceu hominem & immusicum, & id, quod fit, formã appellat, ceu musicum. dixit aũt factum subiici, non eo quod hic velit afferere materiã duntaxat subiici, sed totum factum, in quo materia & priuatio est. Hoc igitur id, quod inquit, & si numero vnum sit, qm in idem subiectum & priuatio concurrunt, nẽpe ꝙ priuatio per se subsistere nequeat, tñ forma nõ est vnum, sed differentia est. Sed, quia nõ propriè de subiecto & priuatione dici potest ea forma differre, cum materia prorsus informis sit, & priuatio sit absentia formæ, sumpsit pro eo repente illud (non vnũ forma) quod est, ratione differens. Nam forma & ratione idẽ dico. Non. n. est eadem ratio hominis & immusici. Sed quod priuatio insit materię, & velut accidẽs progressu huius Primi Libri perspicuũ erit: sed nunc paucis immoremur. Nam, si non aderit priuatio, nec erit generatio, quippe rerum ortus sit ex nõ tali, quod aptũ est fieri tale, q̃, si nõ per acccidẽs inerit, sed per se, dubio procul subiectum vna cũ priuatione abeunte interiret, si quidem essentia subiecti consistat in priuatione, Sed id solet reuocari in dubium, qm, si subiectũ in potentia est, & ꝙ est in potẽtia etiam in priuatione ponitur. quo igitur pacto priuatio non est propria ratione subiectum. nisi asseramus subiectum esse actu & non in potentia, & hoc non habet potentiam. Pręterea accidit eidẽ formis participare, quare concludemus priuationem formarum esse accidens subiecto, quod recepturum est formas. Nam inquit Alex. cum accipitur subiectum velut alicuius materia, tunc est cum priuatione, cum vero accipitur subiectum ſm seipsum, non amplius erit cum priuatione. Verũtamen Boethus dixit materiam esse informem & sine figura dici, quippe quæ nominata videatur materia ab eo, quod in ea futurum est, sed cum susceperit formam, nõ amplius materia, sed subiectum dicitur. nam subiici formæ

Priuatio quo modo insit materiæ.

Materia dicitur forma, & figura prorsus expers.

Subiectū dicitur ratione formæ, siue eā habeat, siue non.

mæ quæ inest dicitur. Sed num materia dicitur velut extrema, subiectum autem cum ad formam respicit, siue habeat secundam formam, siue debeat suscipere ipsam. Materia nanque, vt inquit Alexand. est suapte ratione expers qualitatis, non eo quod priuata sit qualitate: quandoquidem priuatio est qualitas, sed quia est in negatione qualitatis, quoniam vt est formæ, ita etiam est priuationis capax. Verum, cum Alexan. hæc proferat, aliquis posset inuehi in illum. Primum, quoniam, si priuatio est qualitas, & qualitas quædam forma est, atque cuiusuis formæ generabilis est priuatio, igitur erit priuationis priuatio, & cum priuatio sit quædam absentia, erit profecto absentia absentiæ, & hoc abibit in infinitum. Præterea, si materia ut capax est formæ, ita etiam priuationis, cum ergo aderit forma materiæ, tunc ipsa habebit priuationem priuationis, vel ergo forma introducta est priuatio priuationis, quod sanè absurdum est, vel erit quędam alia priuatio coexistens formæ: sed quæ forma erit opposita illi, si quidem omnis priuatio formæ opponatur. Nisi ergo alia sit priuatio, quæ dicitur in prædicamentis aduersari habitui, ceu cæcitas visui, quæ non potest reduci ad habitum, quæ etiā particeps est aliquo modo qualitatis, & seiuncta forma, cu ius dicitur priuatio hæc, de qua Arist. scripsit, cum fieri nequeat in priuatione & habitu, vt alterum in alterum mutetur. Nam ab habitu in priuationem mutatio fit, sed à priuatione in habitum fieri non potest. Nam, si quispiam euaserit cæcus, visum iterum recipere non potest, neque caluus denuo fiet crinitus, neque edentulus rursus naturales dentes obtinebit. Alia quoque est priuatio, quæ opponitur figuræ & reuertitur in ipsum subiectum: vt ortus atque interitus rerum perficiatur per mutationem vicissitudinariam vnius in alterum, & illa prima priuatio post formam est, cum sit cæcitas visus & formæ. hæc autem ante formam, & post formam, velut quædam absentia cum quadam aptitudine ad formam spectatur, & consideratur, quare neque erit priuatio priuationis, sed forma & priuatio erit duntaxat quædam absentia formæ, sed quando aderit forma, non adest priuatio, non tamen absentia, tunc priuationis adest, ceu alia priuatio. Nam formæ absentia priuatio est, sed non priuatio priuationis, quemadmodū neque diceretur præsentia adesse & abesse, perinde atq; alia præsentia sit præsentiæ, quamuis forma adesse & abesse dicatur, ita etiam neq; absentia absentiæ dicitur. Etenim, cum aliqua connectuntur & separantur inter se, non dicimus separationis esse separationem.

Priuationem intellectus.

Tex. 63. ***Multipliciter autem cum dicatur fieri, & hoc quidem non simpliciter fieri, sed hæc aliquid fieri, simpliciter autem fieri substantiæ solum dicantur manifestum est, quòd secundum alia quidem necesse est subiici aliquid quod fit: Etenim Quantum, & Quale, & Ad alterū, & Quando, & vbi, fiunt subiecto aliquo, propterea quod sola substantia de nullo alio dicatur subiecto, sed alia omnia de substantia.***

Com. 58. Cum proposuerit in omni generatione subiectum inuenire, atq; discrimen inter ipsum & priuationem afferre, & cœperit ab his, quæ nobis faciliora sunt, nā clarior dilucidiorq; est accidētium generatio, quæ in subiecta substantia perficitur, cæterum transit ad ostendendum ad generationem, corruptionemq; substantiæ opus esse aliqua substantia subiecta, atque priuatione. Et primo adnotat & indicat cum multis modis fieri dicatur, quot etiam sunt ea, quæ fiunt, g. nerationem simpliciter non dici fieri in nouem prædicamentis, sed hoc quippiam fieri. Nam subiectam substantiam nō dicimus fieri simpliciter, sed album fieri, vel tricubitum, vel dextrum. At vero in substantia, ceu in homine, dicimus fieri hominē, sed non hoc quippiam fieri. Huius autem rei causa est, qđ substātia ipsa, quæ per se subsistit, per seipsam fiat. At, cum alia habeant esse in substantia, dicuntur fieri s̄m eam, sed non simpliciter s̄m seipsam. Idcirco in perfecta generatione aliorum perspicuum est, vt ibi aliquod subijciatur, qđ sit factum: quippe prorsus oporteat esse qđ dicimus fieri hoc aliquid, ceu album, vel tricubitum. qm omnia accidentia colliguntur in substantia, quæ eis subijcitur, sed cum substantia non sit in subiecto, ceu alia, idcirco non adeo dilucidū est generationis & corruptionis eiusdē subiectū esse.

Substātia sola simpliciter fieri dicitur.

Quòd autem substantia, & quecunque alia simpliciter entia ex subiecto quodam fiant, consideranti fiet vtique manifestum. Semper enim est aliquid, quod subijcitur, ex quo fit id, quod fit, vt plantæ, & animalia ex semine. Fiunt autem quæ fiunt simpliciter, alia quidem transfiguratione, vt statua ex ære. alia vero, appositione, vt quæ augmentantur: alia vero ablatione, vt ex lapide, Mercurius. compositione autem alia, vt domus: alia vero alteratione, vt quæ cōuertuntur in materiam. Tex. 64.

Quod quidem alia prædicamenta, quæ sunt in subiecto substantia, generantur & intereant in substantia, velut subiecto proximè constant quinetiam ipsa substantia genita, & vt breuiter dicam ea quæ retro diximus, quæ etiam hoc aliquid penitus esse dicimus, cum sint simpliciter entia: & non sint entia quæ dicuntur hoc aliquid: id est substantiæ, & non accidentia, etiam si quod fiunt in subiecto non habeant, tamen habet in ea ipsis aliquod subiectum propter qđ accidit eis fieri & interire. Quod quidem modo ostendit inductione, nam semper est subiectū in generationibus, ceu in plantis, & animalibus semen nā hoc, cum subijciatur, simulq; alteretur, frutices plantæque & animalia oriantur. Alexan. autem tradit Arist. post inductionem vti vniuersali demōstratione, & ostēdere iuxta omnes modos generationis quæcunque fiunt ex subiecto fieri, & simul hoc ostendunt vniuersaliter in substantia, quippe generatio substantiæ complectatur sub prædictis modis. Idcirco intelligit simpliciter, pro vniuersaliter atque prorsus, perinde ac ipse denuo redeat ad cōmunes modos generationis, in quibus generatio s̄m substantiam complectitur. Nam, vt inquit, alterationi subijcitur etiam generatio s̄m substantiam, & fortasse diceret quod generatio substantiæ non sit alteratio, sed qđ non sine alteratione fiat. Hunc igitur in modum Alexan. dicit, & magnus Syrianus videtur talem expositionē accipere & probare, sed nunquid ipsa diuisio est eorum, quæ fiunt s̄m substantiam. Etenim figura est forma & substātia statuę & non qualitas. nam forma alia fit & non altera, si ex globo fit statua. Quod si, pace Alexandri, alias formas Arist. complectitur, quonā pacto proprie alteratio, quæ est mutatio in qualitate manente subiecto, non trāsmutato nec depulso de sua forma substantiali, hic complectitur s̄m versionem & mutationem eius, quæ fanè est mutatio secundum substantiam? Item, qūo consentaneum est postquam alias generationes confirmàuit subiecto egere, quid opus est denuo ad eas redire, qđ si hoc fecit, cur non omnes, quas simul retro meminit hic recenset & numerat. Etenim in illis mentionem fecit de il o, quod est ad aliquid, & de eo, qđ Quando appellantur, ac de Vbi, & tamē hanc diuisionem expositor Alexander fatetur esse perfectam, ac non prætermittendam. Hæc itaque euadere nequimus, nisi Arist. intelligat per ea, quę simpliciter fiunt, quæcunque propriè & s̄m substantiam fiunt. Etenim retro dixit solas substantias simpliciter fieri, alia autem non simpli-

Com. 58.

Quæ fiunt habent aliquod subiectum.

Generatio nō est alteratio, sed nō sine alteratione.

Figura est forma statuæ.

simpliciter fieri, sed hoc aliquid. Et doctrina atque sententia sequens erit, vt postquam fecerit fidem per inductionem, quæ fides ex eo verbo (ex semine) habetur adiiciendo necessitatem ex diuisione, concludet non solum accidentia fieri ex subiecto & priuatione, vt prius ostẽsum est, sed etiam ipsas substantias. Et erit talis diuisio. Eorum, quę fiunt ſm substantiam alia quidem vt simplicia producuntur, alia vero vt composita: composita igitur compositione fiunt, vt domus, sed simplicium alia fiunt ſm profunditatem, alia vero in superficie: & quæ fiunt in superficie transformatione fiunt: etenim hæc est substantialis generatio, quando fit ex globo statua. Sed eorũ, quæ fiunt ſm profunditatem, alia quidem vniuersaliter, ceu homo ex semine geniali alterato, alia vero particulariter: & horum alia per additionem, ceu illa, quæ augentur, alia vero ablatione, ceu quæ diminuuntur. Et notato, qđ hic non complexus est alterationem ſm qualitatem solam, vel mutationem, sed alterationem ſm conuersionem materiæ, ceu seminis mutationem in plantis & animalibus, cuius ope generatio substantiæ perficitur. Quòd si qui fauent Alexandro instant cæteras mutationes his modis complecti, ac numerare, qũo prætermisit mutationẽ ſm locum: præterea quomodo mutationem ſm figuram diuidit contrà alterationem. Verum Alexan. cum inquisiuisset, quonam pacto posuerit Arist. mutationem ſm trãsformationem, & secundum alterationem, velut duos modos dici quasi qualitas & figura alteratio sit, tamen ſm figuram mutatio non est simplex alterationis mutatio, sed id, qđ transformatur, habet alienationem etiam in ordine & potentia subiecti: at alteratum passionem quandam, & qualitatem mutat, vbi nihil subiecti, vt subiectum est, in alteratione detrahitur: quippe alteratio propriè fit mutatio ſm passiuas qualitates. Sed Alexan. non videt, qũo infert alterationi subordinari & subiici generationem proprie, quippe mutatio ſm passiuas qualitates nõ fit propriè generatio.

Accidentia non tãtum ex subiecto et priuatione fiunt, sed etiam substantiæ.

Horum, quæ secundum substantiam fiunt diuisio.

Alteratio non tantum in qualitate, sed in materiæ cõuersione est.

Tex. 64. *Omnia autem, quæ sic fiunt, manifestum est, quòd ex subiectis fiunt. Quare manifestũ est ex dictis, quod omne, quod fit, semper compositum est. & est quidem aliquid quod fit, est aũt aliquid, quod hoc fit. et hoc duplex est. Aut enim subiectum, aut oppositum. Dicitur autem oppositum immusicũ, homo autem subiectum, et infigurationem quidem, & informitatem vel inordinationem, oppositum; æs autem, vel lapidem, vel aurum, subiectum.*

Cõm. 59. Si omnia, quæ propriè fiunt, aliquo eorum modorum fiunt, & quæ his modis fiunt, ex subiecto aguntur & fiunt, profecto cuncta quę propriè fiũt ex subiecto fiunt. Quòd vero vnumquodq; dictorum ex subiecto fiat, perspicuũ erit nobis, si ea sub oculos ponamus, quæ prius tractauimus. Etenim in eo, qđ formandum est aliquid est qđ formatur & figuratur. Item in eo, qđ ablatione fit, aliquid est à quo aufertur. Item in additione est aliquid, cui additur. Item in compositione composita sunt. Item in alteratione aliquid qđ alteratur esse oportet: si ergo est aliquod subiectum in omni generatione substantiali & accidentali, erit etiam id, quod subiecto aduenit: quandoquidem id, quod fit, compositum sit ex eo, quod fit, idest ex forma, ceu ex musica. Nam iterum exemplum veluti dilucidius promit & tractat, qđ etiam dedit fortasse suspicionem, vt ille rursus de omni generatione dicat. Cæterum subdit, & ex eo quod fit, hoc autem duplex est, aliud subiectũ, aliud vero oppositum formæ. Etenim hominem atque immusicum fieri musicum dicimus. Vnde in præsentia factum secus aliterque vocat, quando factum formam nuncupet, & id, quod fit, materiam & priuationem: insinuans opinor, qđ vtroque modo, tum formã, tum materia & priuatio appellari possit. Sed, cum exempla adduxisset, ex quibus fit id, quod fit, immusicum & hominem locat, sed facti non adiecit, tanquam planè id constat, cum posuerit oppositum, idcirco appellauit etiam priuationem oppositum: perspicuum namque est, vt musicum oppositum sit musico. verum hæc exempla adiecit, vt secernat & distinguat priuationem à subiecto.

Quod fit forma vocatur, & quòd illud fit materia.

atque priuatio, quomodo.

Tex. 65. *Manifestum igitur, quod si quidem sunt causæ & principia eorum, quæ natura sunt, ex quibus primis sunt, & facta sunt non secũdum accidens, sed vnumquodque, quod dicitur secundum substantiam omne, quod fit, ex subiecto & forma fit.* Tex. 66. *Componitur enim musicus homo ex homine & musico quodammodo. dissolues enim rationes rationes eorum. Manifestum igitur est. quod quæ fiunt, fiant ex his.*

Cõm. 60. Cum ostendisset oẽ factum esse compositum ex eo qđ ~~eo~~ fit, & ex eo fit, idest ex forma & subiecto, hisce deinceps patefacit factum, & id quod fit esse principia & elementa, atq; hæc aliquo modo duo esse, & aliquo modo tria syllogismum hunc in modum efficiens. Omne naturale & genitum componitur per se ex primis, subiecto videlicet & forma, sed compositum per se & non per accidens ex primo subiecto & forma principia habet subiectum & formam: nam homo musicus constat proxime ex homine & musico. Idcirco etiam dissoluitur in eadem. Quoniam ergo subiectum est vnum numero: forma vero & ratione duo, & hoc quidem per se materia est, hoc vero per accidens est priuatio: concluditur aliquo modo duo esse principia, si quis accipiet quæ quidem numerari possunt, & per se insunt composito elemento, ex quibus primis elementum constat per se & non per accidens: & aliquo modo tria, si quis vt principium & elementum priuationem acceperit, propterea q ipsa erat prius in subiecto quã fieret compositum, atque ex eo, quod compositum non fieret, nisi prius illa excessisset. Nam homo non factus fuisset musicus, nisi prius exiuisset ĩmusicus, & immusicus defecisset. Quare cuncta naturalia habẽt principia & elemẽta, duo quidem per se, formam, scilicet & materiam, per accidens vero etiam priuationem, quoniã ipsam materię accidit, quam causam esse per se demonstrauimus. Quę autem sunt causæ per accidens non sunt propriè causæ. talis igitur est dictorum sententia. Notandum autem est Arist. nomen principij, & causæ etiam materiæ tribuere, vbi inquit (siquidem sunt causæ & principia eorum, quæ sunt natura.) Illud autem (ex quibus primum sunt, & facta sunt) & cætera, indicant sermonẽ quęrere principia elementaria, ex quibus est id, quod est, & genitum est id, quod genitum est, quę sunt oĩa naturalia. Nam ex quibus facta sunt, ex his etiam sunt, & ex quibus sunt, ex eisdem etiam facta sunt. est modo accipiamus ea ex quibus fiunt non ſm accidens, sed secundum substantiam, idest quibus facti substantia completur. Nam ea, ex quibus hoc modo aliquid fit, principia & causę eiusdem propriè sunt. Adiecit autem (non per accidens etiam) propter priuationem, qm̃ dicitur factum fieri ex contrario & minime inexistente, verum per accidens, tanquam non sit in substantia facti, neq; compleat essentiam eius q fit. Illud deinde, cum dicit (sed vnumquodq; quod dicitur ſm substantiam) simile est alicui dicto in prędicamentis, capite de ęquiuocis, cum dicitur ratio substantiæ ſm nomen est diuersa. Nam vnumquodque componitur ex illis elementis, quæ complent substantiam vniuscuiusque eorum ſm quod dicitur, & habet nomen. Nam componitur homo musicus, inquit, ex homine & musico modo quodã. Non

Subiectũ numero quidem vnum est, ratione vero duo.

enim ceu seiuncta prorsus, & seorsum s'm proprietatem componuntur, ceu lateres & lapides, idcirco in eis compositum hoc modo non dissoluitur, sed in rationes & definitiones fit dissolutio, quare etiam ex his est compositio.

Mutationis ac rerum naturalium principia quærere diuersa sunt.

Sciendum est, qđ aliud est quærere vt principia & elemẽta naturalium, ex quibus primum sunt per se & non per accidens, & aliud quærere principia mutationis. Quoniam primo modo priuatio erit causa per accidens, tanquam non existens in cõposito. secundo autem modo erit causa per se. Nã vt forma est mutationis ad esse causa, ita priuatio est causa mutationis ad nõ esse. Item priuatio est causa facti s'm præsentiam, qm̃ ex non tali oportet fieri, & secundum absentiam, quoniam ipsa recedente atque corrupta aduenit forma.

Est autem subiectum numero quidem vnum, specie vero duo. Homo enim, & aurum, & omnino materia, numerabilis. nam hoc aliquid magis, & quod fit nõ secundum accidens. ex ipso fit. Priuatio autem & contrarietas est accidens. Vnum est autem species: vt ordo, aut musica, aut aliorum aliquid sic prædicantium.

Cõm. 71. Rursus in quonam conueniant, & in quod differant materia & priuatio tradit. Nam quo priuatio etiam est in materia, antequam adueniat forma, & cum ipsa conspicitur consideraturúe vt subiectum, eo saue subiectum dicitur esse vnum numero materia & priuatione conflatum. Quatenus autem materia permanet & fert formam, ceu homo, vel aurum iu formatione vasorum aureorum, sub demonstrationem cadit, & hoc aliquid dicitur. Nam ex

Materia numerari potest.

auro fit torques, & anulus, qui quod digito geritur. vnde, cum materia semper composito insit per se, s'm hoc etiã ipsa est numerabilis: nam quod per se subsistit & cadit sub demonstrationem id proprie numerabile. Etenim homo, aurum & indiuidua, quæ quidem etiam subiecta sunt, simpliciter numerabilia sunt, & vnumquodque eorũ est hoc
» aliquid: sed, cum adiecit illud (& prorsus materia,) materiam primam intelligit, quæ non amplius est eodem modo numerabilis, neq; hoc aliquid. vt homo, cum neq; possit sine forma sub demonstrationem cadere, propter hoc
» adiecit (est enim hoc aliquid magis) quippe materia non
» sit simpliciter hoc aliquid, sed quatenus cum aggregato & composito conuenit, & ipsi confert, vt ipsum sit hoc aliquid, ceu generabile & corruptibile in eodem permanens, & seruata: quod profecto insinuauit per hoc (& non s'm accidens, ex quo fit id quod gignitur) vnde materia prorsus est numerabilis & hoc aliquid, subsistit in composito. Nam etsi materia minus sit numerabilis, & hoc aliquid quam forma, m̃ magis hæc habet quam priuatio, immo priuatio cum non insit composito quod fit, quemadmodum forma & materia insunt, neq; ex eadem primo & per se fieri diceretur id quod fit. Neque compositum est hoc

Priuatio numerari nõ potest.

aliquid ꝑꝑ ipsam, siquidem non permaneat, atque solum absentia sit, quare neque numerabilis est, neque hoc aliquid. Nam priuatio est negatio, quãuis differat aliquo modo ab ipsa negatione, & ipsa negatio non est numerabilis, neque hoc aliquid, qm̃ indefinita est. Igitur neque priuatio dicit hoc aliquid, nec numerabilis est. Differt autẽ priuatio à negatione eo quod consignificat id in quo est. Nã immusicum non in quouis esse dicitur, sed in homine. Si

Priuatio est causa per accidens.

ergo priuatio non est causa per se, erit profecto per accidens, vnde priuatio accidit causæ per se, quæ est materia. Etenim ens non est per se, sed per accidens, siquidem sit absentia formæ in eo quod est aptum suscipere eam. Idcirco subiectum est vnum numero, licet sit duo ratione, & cum etiam forma sit vnum elementorum componentium compositum, perspicuum itaque erit vnum ex dictis, quomodo duo principia & tria dici queant. Sed in his attentione opus est, qũo Arist. conscripsit nunc ea, quæ consonant dictis Platonis in Timæo. Nam, si Plato scripsit.

Materiã primã ante Arist. descripsit Plato.

At vero illud in quo singula hæc semper fieri vi- »
dentur, ac rursus in eodem dissolui solum his pronomi- »
nibus, quibus hoc, vel hoc aliquid nominandum puto. Et »
paulopost inquit. Si quis. n. cunctas figuras ex eodem au- »
ro fictas continuo in alias & alias reformet, deq́ue vna il- »
larum quadam pręsens aliquis quid sit roget, vere admo- »
dum & tutissime respondere possumus aurum &c. Et, cũ aliquando hoc aliquid dicatur de illo quod permanet, & sub demonstratione cadit, & interdum de illo, qđ est ens in seipso, & non in alio, neq; alterius, & tale est compositum, hic sane cum Platone Arist. conuenit, qui vtitur ipso, scilicet hoc aliquid pro permanente. At paulopost, cũ vtetur eodem secundum esse perfectum & compositum, negabit materiam esse hoc aliquid.

Quocirca est quidem vt duo dicenda sint principia, est autem vt tria: & est quidem, vt contraria. vt si aliquis dicat musicum & immusicum, aut calidum & frigidum, aut cõgruens & incongruens. Est autem, vt nõ. A se inuicem enim contraria pati, impossibile. Soluitur autem et hoc, propterea quod aliud est subiectum. hoc enim nõ est contrariũ. Quare, neque plura contrarijs principia aliquo modo, sed duo (vt sic dixi) numero. Neque iterum penitus duo, propterea quòd alterum est esse ipsis, sed tria. aliud enim est homini, & non musico esse, & infigurato, & æri. Tex. 67.

Cõm. 72. Cum dixisset multam esse dubitationem, nunquid duo vel tria sint principia, & ostendisset aliquo modo illa duo esse, aliquo modo autẽ tria cõcludens dicta inquit. (Quapropter ipsa principia, tum duo, tum vero tria dicenda sunt.) Duo, inquam, sunt si quis proprie principia acceperit, s. subiectum & formam. tria autem, si quis assumpserit principium per accidens simul cum illis duobus, quod dicitur esse priuatio.

Priuatio quodãmodo duo, & quodammodo tria.

Adiecit etiam alium modum, quo principia possint duo esse, atque tria. Nam, duo sunt si quis contraria dicat esse principia, formam & priuationem: quocirca per eam, quæ est inter se inuicem mutationem, generatio & corruptio perficitur. Verum fieri non potest vt duo solum esse dicantur, quippe contraria sic se habeãt, vt vnum ab altero pati nequeat, modo sint entia per se secluso tertio. nam vnum cum altero permanere nõ potest, neque alterum recipit, neque vnum contrarium fit alterum. Sed tu dices, quomodo igitur ex contrarijs cætera fiunt: siquidem vnum contrarium quippiam non patitur ab altero. Soluitur dubium hoc, eo quod ponitur tertium principium, quod est subiectum contrariorum, in quo vnum contrarium vicissim cum alio agere & pugnare poterit. Nam hoc tertium, cum non sit contrarium, permanere potest cum vnoquoque, & vtrunque fere vicissim, quo pacto non amplius duo erunt principia, sed tria. Quare etiã hoc modo verũ est dicere principia esse. partim duo, partimq; tria, atque alio modo verum est dicere non plura esse principia quam contraria. Nam æquali numero cum contrarijs etiam principia propria vt forma & priuatio numerantur, quare rursus aliquo modo duo sunt principia. Verum non sunt duo, quia subiectum, licet sit vnum numero, tamen duo est ratione. Nam alia est ratio vt materiæ, & alia est ratio vt priuationis, etsi hæc vnum numero esse videantur. Sed videtur Arist. hisce verbis iuxta multos modos velle afferre, aliquo modo quidem duo, & alio vero modo tria principia dici posse. Primum dicit duo esse tanquam per se, tria quoque dici si adiiciatur principiũ

per

per accidens. Deinde tradit vt contraria duo esse, quę tñ, si cum subiecto complectantur & numerantur, tria. Tertio dicitur, principia per se, quatenus numero æquantur cum contrariis, duo esse, sed quatenus receptiuum & materia ratione distat ab altero, tria esse. Alexander autem illud (aliquo modo, & duo, vt ita dicam numero,) inquit ea de causa dictum esse (aliquo modo) qm̃ materia & forma non sunt duo ſm numerum, eo quod separatim vtraque subsistere non potest, at ea, quæ sunt numero diuersa, propria substantia, separata, atq; seiuncta sunt. Vel cũ dixisset duo aliquo modo, intulit modum inquiens, sed duo, vt ita dicam numero. Nam vnum numero est materia cũ ipsa priuatione, & vnum quoq; est ipsa forma: tria autem sunt, eo quod priuatio à materia seiungitur ratione. Anputat Alexan. nunc Arist. dicere cõmunius aduersari formæ. Nam opponitur quidem, sed & motus quieti. Qui quonã pacto quieti aduerseť, Quinto huius operis libro absoluiť. Quod vero quies vt priuatio motui opponatur constat. nam quies est absentia motus, & nihil aliud. Sed mehercle priuatio vltra dicit aptitudinem, qua nõ in omni re dicit absentiam motus, sed in ea, quę est apta moueri.

Priuatio quo formæ aduersetur.

Tex. 68. *Quod igitur principia sint rerum naturalium quæ circa generationem, et quo tot, dictum est. Et manifestum est, quòd oportet subijci aliquid contrarijs, & contraria duo esse.*

Cõm. 63. Accuratissime dixit Arist. principia naturalium quot sint inuenisse, quibus generatio competit. nam hæc non sunt simpliciter principia omnium quæ fiunt, quippe non sint principia eorum, quæ per voluntatem, & prælectionem geruntur, sed eorum, quæ naturaliter fiunt. Preterea, neque omnium naturalium hæc sunt principia diuinarum rerum, & sempiternarum, vt cœlestium. Etenim naturales quoque illæ sunt, quia versantur in motu, attamen non sunt generabiles, qm̃ demonstratum est alias esse sempiternas. Quocirca hoc primo libro non sunt tradita principia horum. neque. n. priuatio est in cælestibus cum sint sempiterna, immo neque talis materia, siquidem ibi non sit mutatio, à qua inducta sit materia. Idcirco & ipse 8. Metaphysicorum hęc inquit. Cum vero quispiam quærit causam, (qm̃ causa multifariam dicitur) oportet dicere omnes causas, quę possunt esse, seu hominis quæ causas sit interrogati, vt materiam esse fortasse menstrua. Quid vero vt mouens, forsitan sperma, quid item vt forma id, quod quid sit esse: quid deniq; vt cuius gratia, finem dicere proximas causas, quæ materia sit, non ignem, vel terram, sed propriã afferre oportet. De naturali igiť & generabili causa & substantia sic necesse est transigere, si quis rectè percurrit. Nam, si hæ tales, totidemque causæ sunt, eas profecto cognoscere operepræcium est. At de naturalibus & sempiternis nõ eadem sententia idemq; sermo habendus est, quippe aliqua materia fortasse non habeant, vel non talem, sed solum eam quæ in locum mobilis est. Nec quæcunque sanè natura constant modo nõ sint substantia, his materia tribuitur, sed his subiicitur substantia. Et paulo post dicit. Neque cuiusuis materia est, sed quorum generatio est & mutatio, alterius in alterum. quæcunque autem sine transmutatione sunt, aut non sunt, horum profectò materia non est. Præterea si elementaria principia tradita sunt, & talis sunt compositorũ principia, & alias ostẽditur corpus cæleste simplex esse, quod est quintæ essentiæ longe alienæ ab his quæ ortui interituiq; obnoxia sunt. igitur corpus celeste principia elementaria non habebit. Atqui, si hæc vera sunt, quonam pacto dicebamus exordio libri, intentionem huius operis atq; tractationis esse de his, quæ communiter consequũtur, oĩa naturalia, quandoquidem hæc non sint, vt diximus, corporum cælestium principia, quæ modo ostensa sunt ab Arist. Item quonam pacto librum inscripsit simpliciter de Auditu naturali, nisi non sint principia cælestium, quatenus mutantur. Luna, inquam, mutatur, cum vicissitudinarios luminum modos suo vario aspectu ad Solem suscipit. sed ne multa exempla afferamus, oĩa cælestia mutãtur motu locali, qua ratione etiam priuationem participant & subiecto, quod dicitur esse corpus mobile. Quod quidem est Arist. concessit. Sed cum prorsus cuncta naturalia dicimus, quatenus participant natura: & natura est principiũ motus & quietis, vt secundo libro addiscemus, atque omnis motus, vt intelligemus, est quædam mutatio, constat æquidem vt expertia motionis, quatenus expertia motionis sunt, non dici simpliciter naturalia. quare &, si vocat cęlestia naturalia, tamen ipsa sic vocat propter motum localem, & non ob substantialem mutationem. Quare de principijs cælestium his verbis non differit, sed eorum sermo continebitur, eo quod mouentur motu locali, quo etiam naturalia appellantur, in verbis atq; libris de motu, quatenus ibi cõmuniter tractatur genus motus localis & motus circularis, ad quem omnes rationes cunctaq; verba de motu, velut ad caput summum omnium motum rediguntur: quare hæc sunt principia communia omnium naturalium. sed eorum quæ versantur in generatione & corruptione sunt principia ſm substantiam, atque ſm alia accidentia quibus fiunt mutationes, sed sempiternorum sunt principia secundum motum localem. Et simpliciter sunt principia naturalium omnium, quatenus naturalia, quod dictũ est, quatenus habent principium mutationis & motus, & non cuiusuis mutationis principium. Nam motus voluntatis & libere eligentis non sunt principia, sed naturalis quæ est dictu, corporea. Nam natura corporea est quodam principium motus & quietis alterius atque alterius ſm locum. Et qm̃ euidentiora sunt priuatio & subiectum in his, quæ ad generationem, & corruptionẽ pertinent, ob mutationem magis vniuersalem, idcirco de his lõgum sermonem producit, perinde ac de ipsis videatur esse intentio. Non enim hoc dumtaxat dixit principia naturalium quibus cõpetit generatio tractare, sed etiam in Secundo libro idem tulit: quippe sic inquiat. Nã cum sciendi gratia sit naturalis pertractatio. Scire autem vnumquodque non prius putamus, quam circa vnumquodque propter quid est capiamus, idq; est primam accipere causam. Patet & hoc nobis agendũ esse, & de generatione, corruptioneq;, ac de omni mutatione naturali, vt ipsarum scientes principia enitamur, vnumquodque qđ quærimus in ipsa reducere. Vbi animaduertere operæprecium est, quòd dicens de generatione & corruptione subiunxit, & de omni naturali mutatione, in qua continetur etiam motio ſm locum. Quod vero cœlestia media esse locumq; medium obtinere velit, & peculiari pertractatione egeant significauit in Secundo huius cõmentationis libro, diuidens tripliciter pertractationes & facultates contemplandi. Nam, inquit, Alia est circa immobile, Alia autẽ circa mobile, sed incorruptibile, Alia autem circa corruptibilia.

Nõ sunt omnium naturalium naturalia principia.

Nõ sunt omnia naturalia genita.

In cœlestibus non est priuatio.

Cœlestia quo modo mutantur.

Libere eligentis a lunae principia mutantur alia mutationes.

Quodnam autem modo alio, non necessarium est. Sufficiens enim erit. alterum contrariorum absentia, & præsentia facere mutationem.

Cõm. 64. Postquam dixit tria esse principia, videlicet subiectum & contraria, iterum quòd duo necessarium sit dicere principia & non tria. Nam, si priuatio nihil aliud est quam absentia formæ in subiecto, qđ est aptum eam recipere, diceret quispiam sufficiens esse formam sui præsentia efficere

ella,

esse,atq; absentia non esse,& generationem,& corruptionem,partim quidem per se,partim vero per accidens.nam si sui absentia aliquid agit,illud per accidés efficit.Nisi eadem fortasse,de priuatione etiam dicendum esse aliquis putaret. Etenim ipsa etiam sui præsentia videtur efficere corruptionem per se,& absentia generationé per accidés. Vel dicendú,qđ priuatio nihil aliud est quã absentia.Quo modo igitur erit absentia absentiæ?nam alicuius existentis & per eodem habet substantiam, erit aliquid absentia, sed minime ipsius absentiæ, alioquin esset processus necessarius in infinitum,si quæreremus continuo absentiã ante absentiam, cum vna sit alterius absentia. At vero neq; præsentiæ præsentiam quęrere consentaneum est. Cũ igitur formæ est absentia,quo pót dici forma suimet absentia esse causa corruptionis per accidens?at absentia formę priuatio est, idcirco per accidens priuatio est causa. Verum differt ab alijs causis per accidens, qm nó modo quatenus materiæ accidit, quæ quidem est per se causa, dicitur esse causa,sed etiam qm nihil fieret ex materia sine priuatione, quam præesse etiam generationi oportet, vt ex non tali,licet apto,fit generatio, atq; cedere formæ aduenienti, alioquin forma materiæ non adueniret, nisi abiret priuatio.Atqui aliæ causæ per accidés, nihil prorsus conferunt ad ea,quæ fiunt.Nam,cũ dicimus album esse causam musici per accidens,neq; opus est album præire musico, neq; accedente musico tolli atq; decedere de subiecto, immo simul adest sæpe cum illo, sed forsitan quia aliud est principia elementaria rerum naturalium,vt naturalium, quęrere,& aliud indagare ea velut eorũ,quę mutantur,in primo quidem modo priuatio erit causa per accidens, quippe quæ composito non insit. secundo modo aũt erit causa per se. Nã,vt forma est causa mutationis adesse, ita priuatio est causa mutationis, quæ est ad non esse, vel forte eo priuatio est causa per se mutationis ad non esse,quia nó ex quouis vtcunq; temereq́ue fit mutatio, sed ex non tali licet apto qđ quidé est ex priuatione illius qđ assequi studet.Alexãder auté inquit,Arist.ob hæc.{Erit.n.sufficiens alterum contrariũ sui absentia efficere mutationem} insinuasse priuationem non esse aliquam naturã & formam, sed absentiam alicuius apti potentisq; informari definito opposito,quæ sane absentia non est in natura subiecti, qm subiectum suapte natura vacat forma, alioquin non posset accipere ipsam, quocirca nó habet in sua natura formam. Aliud nanque est habere in natura sua formam, & non habere. Nam vniuersaliter nihil potest fieri aliquod si illius priuationem in sua natura habuerit.Hic autem contextus Arist. Platonicis maxime placet, qm & Plato non duo efficit subiecta, sed vnum, quanquam oppositis verbis,appellationibus illud appellauerit, dicens,magnum & paruum vocans,qui ob aptitudinem, quam óbtinet materia ad opposita, noluit priuationem in aliqua natura contemplari.Sed constat etiam Arist.non tribuere præcedentem substantiam priuationi, cum appellat eam absentiam formę in subiecto apto nato.Seiungit nanq; ipsam rationé à materia,etsi non numero, vt perficiatur generatio ex oppositis suam Plato quoq; concedit materiã esse aptam ad capescendas formas per naturam & nominat ipsam,atque putat esse omnium capacem,locum præterea receptaculũ, quæ sedem, basimq; omnium, quæ fiunt Nam in Timęo inquit. Sed indiuisibile potius speciem quandam & informem omnium capacé. Et paulopost dicit.Tertium genus locus est,qui interit nunquam, sed omnibus, quæ gignuntur,sedem exhibet,licet deinceps posuerit materiam sufficere cum præsentia formæ ad ortum & interitum rerum. Iccirco posuit Plato etiam duo principia elemétaria materiam,s.& formam materialem. Nam inest & his,cópositum fieri ex his,quę insunt, vt etiam Arist.inquit.Nisi qđ Plato tradit proprie eleméta,& ea ...,ex quibus inexistentibus,ea, quæ fiunt constan,qualia sunt materia & forma. At Arist. etiam adiecit principium elementumq; per accidens, qđ sane priuatio est.Similiter discrepant in causa efficiente.Plato quidé proprie afficiens tradidit mentem effectricem & productricem.Arist.vero præter mentem adiecit naturam, quam Plato collocauit inter causas instrumentarias,veluti motam à causa,cú ipsa mouet alia, his etiam causis Arist.addidit fortunam & casum,quę sũt causæ per accidens. Veruntamé Plato apposuit vnde forma proficiscitur in materiam, qm à causa exemplari per causam efficientem in materia introducitur. Porro dicit in Timæo. Tria genera igitur in præsentia intelligenda sunt,vnum qđ gignitur,alterum in quo gignitur, tertium vnde nascitur id qđ fit. Iccirco hæc ita assimilares decet, quod recipit matri,vnde recipit patri,naturam aũt horum media,proli.Atqui Arist.materiã introducit, eo quod ea, quæ fiunt, ex contrarijs fiunt, & cũm contraria nequeant vicissim inter se agere,s.vnum non pôt in altero agere,neque pati vnum ab alio s̃m seipsa,quippe oportet id, quod patitur,dum permanet,pati, & cõtraria simul permanere, ac stare nequeũt.Iure ergo materia erit. Item eandem introducit, eo qđ contraria non sufficiunt ad rationem principij,siquidem sint accidentia & non substantia. Non.n. est contrarietas in substantia,at accidentia quodam subiecto egent, vt sint & esse habeant. Hęc.n. dicta Arist. puto esse propriissima eius, Plato autem & ipse introducit materiam ex mutatione eorum , quę fiunt, quæ debet prorsus fieri circa aliquod commune subiectum, quod quidem est subiectum mutationi.Nam eorum,quę mutãtur, nihil permanet,qui etiam vocat ea,quæ mutantur,contraria.Nam dicit vnumquodq; eorum,quod fit,ceu ignem, vel aquam, nihilo magis dici posse quàm aliud quippiam ab illo factum,qm fugit & non expectat,vel eã demonstrationem,quæ huius hoc & huic designat, vel appellationé, qua demonstrantur, & designãtur ea,quæ existunt & stabilia sunt, sic ergo inquit.At vero in quo fieri singula hæc videntur, & deinde dissonat, solũ his pronominibus,quibus hoc & hoc ipsum signamus appellandum est. qualecunq; autem aliquid calidum, album, vel aliquid tale contrariorũ, atq; omnia ea, quæ ex cõtrarijs prodeũt, nó est appellandum his pronominibus.Vides itaq; ipsum etiã asserere generationem fieri ex cõtrarijs, atq; contraria nó permanere, & ob id ea indigere subiecto permanente. Adiecit etiam Plato, atque oĩa ea, quæ ex contrarijs prodeunt,qm non solum calidum fit & siccum, sed etiã ignis ipse, & prorsus substantia,quæ constant contrarijs & fiunt per mutationem contrarietatum. Nam ex aqua frigida & humida, quoties mutatur frigidum in calidum, aer fit:& rursus quoties mutatur humidum in siccũ calidi,fit ignis. Item fit homo ex semine genitali, & qm haud facile in his qualitates contrariæ assignantur, quibus mutatis inter se fit substantia ex substantia, idcirco Arist. complexus est oppositionem formæ & priuationis. Nam calidum fit ex frigido,& cum ita sit etiam verum est dicere, calidum fit ex non calido.Plato aũt adiecit etiã aliam causam propriissimam,cur oporteat subijci aliquod subiectum formis generabilibus. Nam, cum prius ostendisset aliam esse formam intellectualé, quã nuncupat archetypum & exemplarem,atq; in seipsa existenté,& aliud id, qđ habet sensilem naturam formatã, quo circa est simulachrũ & imago illius;

Priuatio quo differt ab alijs causis per accidens.

Principia naturalium ut naturalium quęrere, & naturalium ut mutationi subijciuntur differt.

Magnum et paruum materiam, seu subiectum Plato appellabat.

Plato à Arist. quo imprimendis principijs elementorum diuersi fuerunt.

Efficientem causam Plato posuit mentem

Naturam Plato posuit instrumentariam causam,

Causam exemplarem posuit Plato.

Formis generabilibus subijci oportet aliquod subiectum.

illius :tum merito inducit hoc simulachrum & formam omnino fore in subiecto diuerso ab eo,cui assimilatur.Nõ enim est per se assimilatio & simulachrum, sed est assimilatio quatenus est in eo qđ assimilatur,& est imago simulachrumúe qđ sane subiectum est. Sed fortasse satius erit audire verba pulcherrima , accuratissimaque Platonis.

Formarũ duplex genus apud Platonem.

Quæ,cum ita se habeant, fateri oportet esse formam,quæ semper eadem sit sine ortu atq; interitu,quæ neq; in se accipiat quicquam aliud aliunde , nec ipsa procedat ad aliud quicquam,sensuq; corporis nullo percipiatur,atq; hæc sit,
» quæ ad solam intelligentiã pertinet , eiusq; intentionis est
» proprium.Sed aliud quoque est,qđ nomine simile illi est,
» sensibile genitũ, quod fertur & sustẽtatur ab alio semper,
» & in aliquo loco gignitur , rursusq; inde recedit opinione
» vna cum sensu comprehẽditur . Tertium genus locus est,
» qui interit quidem nunquã, sed omnibus,quæ gignuntur,
» sedem exhibet,hic sine tangentis sensu tangitur, quadam
» adulterina ratione vix opinabilis . Ad qđ sane genus cum
» animo respicimus & somniamus quodãmodo,& dicimus
» necessarium esse in aliquo loco quicquid est , & regionem
» quãdam occupare, & quod neq; in terra, neq; in cœlo est,
» nec etiã esse credimus . has porro affectiones & similes his
» germanas, atq; ea, quæ circa peruigilem & veram naturã
» sunt, nos somnijs occupati cernere nõ valemus , neq; verũ
» dicere definiẽtes possumus qđ imagini quidem postquã id
» ipsum,in quo facta est non ipsius est , sed ea semper fertur
» alterius simulachrum,quocirca conuenit, vt in alio quo-
» dam sit , atq; ita substantiæ aliquo modo fiat particeps ,&
» aliter prorsus esse nõ posit.Ei autem,ꝙ vere est vera hæc,
» & exquisita ratio suffragatur.docens, quod res,dum ita se
» habet,vt hoc quidẽ aliud sit,& illud aliud neutrum in neu
» tro vnquam factum vnum simul idem & duo fieri. Sciendum est quod iuxta eandem disputationem de causis ,in qua sermo de materia venit, etiam cœlestes formæ aliquo modo sunt materiales,siquidem & ipsæ sint simulachra & effigiata intellectualium exemplarium causarum . quare Plato & Arist. in his sermonibus de elementis nullo fere modo dissentiunt,nihilq; dissonum affirmarunt, præterquam,ꝙ Plato aliam adiecit causam, cur oporteat oĩno esse aliquo subiectum , sed iam ad cætera proficiscendũ est.

CAP. VIII.

Tex. 69. *Subiecta autem natura sciri potest per analogiam & conuenientiam. Vt enim ad statuam æs , aut ad lectum lignum , aut ad aliud aliquid habentium formam, materia & informe se habet priusquàm accipiat formam , sic hæc ad substantiam & hoc aliquid , & quod est, se habet . Vnum igitur principium hæc : non sic vnum existens,neque*

Tex. 70. *sic ens, vt hoc aliquid. Vnum autem, secundum quod ratio. Amplius autem contrarium huic priuatio. Hęc autem quomodo duo , & quomodo plura , dictum est in præcedentibus. Primum igitur dictum est , quod contraria solum principia sunt. postea autem , quod necesse est & aliud quippiam subijci, & esse tria.*

Côm. 71. Quoniam exempla de materia hæc apposita fuerant , ceu homo & femina,atq; si quid aliud huiusmodi, quæ licet ad ea, quæ fiunt, rationem materię obtineant , tñ ipsa etiam sunt formæ,quocirca quisq; posset rogare ac percũctari ab Arist.nũquid.nã materia sit per se subiecta formis. Etenim esto materia hominis sperma, & spermatis fortasse sanguis & huius cibus & potus,atq; horum quatuor elementa,sed qm etiam hæc vicissim,&vnum in altero mutantur per qualitates contrarias, prorsus egent communi quodam subiecto, quod nullã retineat suapte natura qualitatem. Nã qualitates sunt formæ & opposita . si ergo oĩs cognitio fit per affirmationem & ea,quæ descripsimus locoexempli, habent aliquem characterem, vt sint materiæ signatæ, atq; per qualitatem & formã secernantur ab alijs, oportebit sane subiectum formis & qualitatibus prorsus expers qualitatis,esse atq; informe. Nam,vt inquit Plato, si erit alicuius eorum,quę in se recipit,simile, cum contrariam eius cuius est simile naturam , aut aliam prorsus suscipiet,nequaquam eius similitudinem & effigiem exprimet,vnde erit hoc cognoscendum aliquo modo per similitudinem,quam cum alijs habet, vt inquit Arist.Vt enim æs ad statuam , aut ad lecticam lignũ, vel ad aliquid aliorum artificialium quæ formam habent, prius informe est antequam recipiat formam, ita materia prima in rebus naturalibus ad substantiam & ens se habet . Recte aũt accepit exemplum ab artificialibus , qm in his tempore præit informe,& per se videtur,equidẽ substantię alijs subiicitur, & materia subiicitur substantiæ, quo iure etiam omnibus alijs subiicitur . Verum non æqualiter,qm substãtiæ & composito subiicitur per se,alijs vero per accidens . Idcirco etiam ipse Arist.hoc modo dixit . Sic ad substantiã & hoc aliquid,i.ad compositum & proprie substantiam se habet.Quocirca materia nondum est hoc aliquid, & si est hoc aliquid magis est quàm ipsa priuatio. Sed annotatione dignum est,Platonem,cum speculatus sit materia, quatenus subiicitur & permanet , eidem tribuisse magis hoc pronomen hoc aliquid,ceu ostẽdit in formatione eorum,quæ vasa aurea sunt,&, qđ dicit . At vero in quo fieri hæc singula videntur & deinde dissolui in eodem , solum illud ijs pronominibus , quibus hoc & hoc ipsum assignamus appellandum est.At Arist.cum cõtemplatus sit hoc aliquid,vel hoc ipsum aliquid ſm formam, tale pronomẽ formis tribuit.Verum aduerte , ꝙ post ipsum pronomen {hoc aliquid} intulit {ac id qđ est} idest ad oĩa entia seu q̃ sunt,quorum alia quidem substantiæ sunt, alia vero accidentia . etiam alia quidem sunt hoc aliquid principaliter, alia vero sunt per illud hoc aliquid.Item,cum dicit Arist. in contextu similitudine vel proportione sub scientia cadit , Plato vocauit eam cognitionem per similitudinem, adulterinam rationem ,qm non fit cognitio per affirmationem formæ, sed per denudationem,spoliationemq;,ac negationem formarũ.Equidem mens opinioq; velut quispiam clausis oculis cernit materiam,& de ipsa hoc modo habet notitiam,immo non notitiam, sed magis inscitiam, ideo erit cogitatio eiusdem adulterina & non legitima. Nam vt ea, quæ sunt supra primã formã , nun percipimus comprehensione & affirmatione formarum, sed quia cum intelligimus non esse primas formas in eadem natura formarum,quæ est distincta & seiũcta,ac debet ante seipsam vnitam esse, atq; vnum habere, profecto cognoscimus ea, quæ sunt supra formam per negationem formarum , quæ negatio non ducit , nec facit nos fluere labique simpliciter in infinitum & indeterminatum, sed nos ducit in causam formæ, atq; in id , quod est supra terminum formalem constitutum & collocatum . ita etiã contẽplantes extremas formas, quæ sunt simulachra, & vna earum vicissim in alteram mutatur, quocirca etiam quodam subiecto egent quod sit vtriusq; oppositi diuisim & successu quodã capax peruenimus in notitiam materiæ per negationem formarum:quæ negatio ducit nos in receptaculum , & id quod est capax earum . Quod si dum quærimus materiã, ipsam definite determinateq; hoc aliquid ab alijs existentibus distinctum statuerimus . pculdubio in aliud quàm in materiam incidimus . Nam illa nullum discrimẽ habet ad

Materia prima est subiectum omnium.

Materia quæ formis et qualitatibus subiectum est, formæ & qualitatis expers esse oportet.

Materiæ primæ proportio ad materiam artificialem.

Materia est substãtiæ substratum per se, aliarum vero per accidens.

Materiam Plato appellauit hoc aliquid, formã vero Arist.

Cognitionem materiæ per proportionem vocat Plato adulterinã ratiocinationẽ.

Quæ supra primam formam sunt, per negationẽ formæ quæ ad formas causa deduci cognoscimus.

Materia cognoscitur per formæ negationem quæ ad subiectum deducit.

ad aliquid aliud siquidẽ oĩs differẽtia sit qualitas formalis, quare cognitio materiæ est potius eiusdẽ ignorantia, quãdoquidem formas extremas, quæ circa ipsam mutantur, vltimam cognitionem sensilem recipiat. Quocirca & Plato dixit materiam sine sensu tactus percipi, significans non per affirmationẽ eius simulachrum & effigiem animo cõcipi, vt ostenderet ita sensu adulterino concipi, quemadmodum apprehenditur ratione adulterina; sed conceptio eiusdem per adulterinã rationem ac per negationẽ, & qua de causa fiat ex his, quæ in Prima Philosophia aguntur, haberi põt. Porro illud cõtextus similitudine vel proportione, seruat modos cognitionis ipsorum naturalium elementorum. Qm̃ vt Grãmatices est scire confusiora de ipsis viginti quatuor literis, & ad Musicẽ attinet docere cognitionẽ exactã & perfectã de ipsis, ita Primus Philosophus docet naturalia elementa. Idcirco paucis post dictis contemplationem de forma delegat Primo Philosopho. Verũ enimuero sciẽdũ est Arist. illud verbũ {ſm similitudinẽ, vel proportionem} deduxisse, traxisseq; a Timæo Pythagorico, quemadmodum Plato ab eodem accepit dicens materiam esse cõprehendẽdam adulterina ratione. Nam in proprio libro, vel opere sic dicit Timæus. Materiã aũt adulterina ratione comprehendi, qđ nondum cõprehensa est recto tramite, rectoque processu, sed per similitudinem proportionemúe. Sed qm̃ nonnulli non leuis in philosophia autoritatis viri, etiã apud Platonem & Arist. materiam maxime primã fatentur esse corpus quoddam expers qualitatis, ceu veterum Stoici, & iuniorum Pericles Lydius dixerunt, recte facturi sumus, si paulo immoremur circa cõtemplationem & disputationem huius opinionis. Etenim Plato & Arist. cum materiã introduxerint ex mutatione prima, quæ mutantur volunt esse qualitates elementorũ, calidum, s. frigidum, siccum & humidũ, quæ cum habeãt cõe subiectum corpus, mutãtur circa ipsum, quare prima materia erit corpus. Itẽ, si t esset aliquid aliud corpori subiectum qm̃ ex contrarijs generationes fiunt, oportet sane corpori aliquod subiectum esse, vt opposita circa cõe subiectum mutentur. Itẽ qđ permanet in oĩ mutatione hoc materiã esse dicimus. Sed corpus expers qualitatis permanet, quippe nil sit, in qđ corrumpatur corpus. Quòd vero Plato etiam inquiat materiam esse id, qđ est proxime subiectum qualitatibus quatuor elementorum, & hoc sit corpus sine qualitate, his perspicuum est, quibus dicit. Generationis nutricem humefactam & ignitam, terræ item & aeris formã suscipientem. & rursus, At vero vbi Deus in ordinem & pulchritudinẽ cuncta redigi voluit, ignem primum, terram & aerem, quæ quidem ipsorum met præ se ferebant vestigia collocauit, sed ita antea erant affecta, vt par est vniuersum esse, qñ ab eo Deus abest, ita hæc oĩa apta & capacia ordinis, & distinctis formis & numeris exornauit. Si ergo opifex imposuit materię primæ primas elementorũ formas, & horum erat cõe subiectũ corpus sine qualitate, qđ qdẽ est materia, ergo Plato materiã esse corpus asserit. Idem quoq; asserit Arist, s. primum subiectum esse corpus sine qualitate & materiam. Nam, si corpus veluti aliqua alia forma aduenit materiæ & ab eadem secedit, profecto ante ingressum corporis, & post successum esset priuatio corporis circa materiã, quæ quidem est incorporea & erit quædam naturalis substantia incorporea, qđ plane videtur dissentire ab Arist. vbiq; dicente, quod naturales substantiæ corpora sunt, & circa corpora versantur. Sed horũ pace, q̃ Plato noluerit corpus esse primum subiectũ, qđ vocamus materiã, perspicuum erit. Ex hoc etiã q̃ corporis elemẽta accipit esse plana, quæ apud ipsum plane sunt principalia elemẽta. Sic ergo in Timæo scribit. Primũ itaq; q̃ ignis, aqua, aer, & terra corpora sint, cuiq; perspicuum est. Et, cum oĩs corporis forma profunditatẽ habeat, & profunditatem planis constare natura necesse est. Pręterea corpus ſm Platonem est trifariam diuisibile, ac dimensum. Nã hoc significat illud verbum cum dicit, {& cum oĩs corporis forma profunditatem habeat.} Insuper tale corpus habet numerum substantię internum, ac figuras, præsertim si vniuersum corpus fuerit finitum, quemadmodũ videtur Platoni & Arist. at materia nihil horum habet suapte natura, sed qñ formis formatur easq; obtinet, tunc formis & numeris figuratur. Quòd vero nec Arist. velit corpus esse primũ subiectum plane indicauit, vbi inquit. {Est. n. eadem materia corporis magni & parui.} Nam corporis materia nõ erit corpus, neq; idem est subiectũ magni & parui, neq; magnum erit, neq; paruũ, corpus aũt, & maxime finitum est aliquid tanta mole constitutum, & non idem simul erit per se magnum & paruum. Itẽ corpus prorsus rõne & affirmatione comprehenditur & cognoscitur. Plato aũt inquit, eam animo esse concipiendã per adulterinam rationem. Arist. vero & ante ipsum Timæus Locrensis Pythagoricus dicit, duntaxat proportione & comparatione cognosci: igitur apud istos non põt esse corpus prima materia. Porro in Quarto huius operis vult materiã magnitudinis esse quãdã indefinitã dimensionẽ definitã à magnitudine formali & specifica. Dicit in quã. Quare videbitur species & forma vniuscuiusque locus esse quo definitur magnitudo & materia magnitudinis. Nam, cũ dixisset magnitudinẽ, qm̃ etiam magnitudo specifica formalisq; est, intulit etiã atq; subiunxit, & materia magnitudinis exponẽs quid per magnitudinem intelligebat. Item consideranti idem problema p se videbitur, fieri non posse, vt materia sit corpus sine qualitate, vt etiam Plotinus demonstrauit. Nam si nulla forma naturalis inest ſm substãtiam materiæ, quæ subiicitur cũctis naturalibus rebus, profecto nec figura, nec magnitudo inerit ei: quippe quæ species sint & formæ. Atqui, si prima materia erit corpus, dubio procul erit figurata & magnitudine impressa, quo pacto non erit amplius simplex, sed compositũ ex materia & forma. at materia simplex est. Quare hunc in modum syllogismum syllogizare poteris. Materia nec magnitudinem, nec figuram, nec numerum p se habet: sed corpus per se obtinet magnitudinem, figuram, & numerum: igitur materia non est corpus. Item materia non est compositum ex materia & forma: corpus aũt vtrisq; constat, materia, s. & forma: ergo materia non est corpus. Pręterea, si materia est corpus, habebit profecto aliquam magnitudinem propriam: quocirca opifex non amplius producet ex seipso iuxta suum cõsilium ac placitum oẽs formas, immo neq; natura iuxta rões seminales, quas in seipsa continet, sed iuxta capacitatem magnitudinis materiæ obstrictus erit pducere formas, quasi inseruire magnitudini materiæ debeat. Rursus, si magnitudinem habeat habere quoq; ſm suam rationem figurã oportet, qđ quidem absurdum est, non modo, quia figura est forma & qualitas, sed etiam quia materiæ, cum obtinetur ab aliqua forma definita, & coniuncta eidẽ est, prorsus inepta est capescendam oẽm figuram. Itẽ, cum materiam forma adit secũ fert propria & sibi peculiaria, quare etiam magnitudo si erit in materia propria secum habebit. Nam alia est magnitudo hoĩs, & alia auis, atq; talis auis, igitur magnitudo nõ erit propria materiæ, neq; quãtitas, igitur materia nõ est corpus. Prætereа, si materia esset corpus, erit profecto quãtum quoddã & magnitudine con-

Literarum perfectam non etiam docet musica.

Elementorum naturaliũ perfectam cognitionem tradit Philosoph. primus.

Materia primæ cognitionem ex Timæo cepit Plato et Arist.

Non materia sit corpus.

constans. Aliud nanq; est quantum,& aliud quantitas,etiã aliud est magnitudine formarum,& aliud ipsa magnitudo,& q̃ sunt formæ incorporeæ hę simplices sunt, & quæ his participant composita existunt. Si ergo materia est corpus,ipsa profectò erit compositum quoddam & non simplex,neq; elementum. Quòd si hæc absurda sunt,dicendũ est, qđ antequam ipsa quantitas capiatur a materia,quantitas non inesse eidem visa est,quemadmodũ qualitas cum comprehensa est corpus quale efficit cum prius esset qualitatis expers. Item & hæc dici potest,qm̃ materia vel potentia est oẽs formæ,vel aliquid est potentia, & vltra habet id quod est potentia in seipsa. q̃ si f̃m datur,quo corpus erit impotentia incorporeum? at hoc necesse est si materia susceptrix est etiam formarum incorporalium,si autem incorporea existens potentia dicitur,sciendum est etiam,qđ incorporeum non vi quędam natura definita est,sed velut negatio corporis est. Sed forsitan dicendum est,quod non primo materia recipit formã incorpoream,sed intercedẽte corpore. At iterum pugnandum est, corpus constitutũ est genere & differentijs, quippe sit substantia trifariam diuisibilis:sed tale est forma,& nõ materia: ergo. Item corpus à qualitatibus incorporeis distinguitur, sed materia similiter se habet ad oĩa,ergo. Item corpus tribus dimẽsionibus clauditur & definitur: sed materia est prorsus indefinita:ergo. Cum igitur vtrinq; hunc in modum adducte, allatæq; sint rationes,dicendum est,perspicuum esse,quod nõ oporteat formam esse subiectum formis. Quocirca,si corpus forma est,substantia primũ non erit corpus. Quod vero illud,qđ communiter subiicitur, atq; inest omnibus naturalibus & sensibilibus, ceu talibus oportet esse materiam, etiam hoc puto cuique cõpertũ esse. Ceterum cõmune est oĩbus vt in magnitudine & dimensione extendatur. Quocirca Arist. inquit,Scientia Naturalis circa corpora & magnitudines,horumq; affectione versatur. Nisi igitur duplex ponendum sit corpus:aliud quidẽ velut specie & ratione subsistens, ac tribus definitũ dimẽsionibus. aliud aũt velut remissio & inesio, atq; in circũscriptio incorporeę natura indiuisibilis,ac intellectualis naturę qđ non sit tribus formaliter dimẽsionibus impressum, atq; definitum,sed oĩno remissum & resoluendum,& vndiq; ex ente in nõ ens defluxibile, & hanc fortasis dimẽsionẽ materiã esse constituendum est & non forma corporea, quæ metiatur iam & definiat,terminetq; infinitatẽ & incircunscriptionem talis dimensionis,& hanc dimensionẽ fugientem vergentemq; ab ente in nõ ens firmet. Scire dignũ est, qđ illud,quo differunt materialis ab immaterialibus,esse materiam conuenit. Differunt autẽ mole dimensione, partitione,ac his id genus,quę nõ sint definita mensura,sed sine absq; mensura,& indefinita,quæ possint terminis ipsis, videlicet formis,definiri. Hanc aũt de materia cogitationem visi sunt primi inter Græcos Pythagorei obtinuisse: post autem illos Plato,vt etiã Moderatus narrat. Nã is f̃m Pythagoreos ostendit esse vnũ primum supra essentiam rerũ & oẽm substantiam: & vnũ secundo , qđ est reuera ens, & intellectuale,dicit esse formas,vel ideas tertium.deinde qđ ad animam pertinet,vno & formis participare ait. Verum extremam post hoc, naturam,quæ est sensibilium his non participare antedictis, sed per illorum repræsentationem ornatã esse, cum materia in eis, quæ est non ens, primo in quantitate sit vmbra, immo magis pendet & producitur ab eodem. Vnde hic Porphyrius in Secundo lib.de Materia,cum adducat sententiam Moderati scripsit. Quoniã aliqua mens,ratioq; cum voluisset,vt sane Plato inquit,generationem eorum, quæ sunt in ipsa constituendam esse,

Materia est vltra id quod est potentia.

Corpus duplex.

Vnũ primũ, sup id qđ est. Vnum secundum, quod uere est.s. ideæ. Vnum tertiũ, quod animale est: unus, & formarũ particeps.

Materia illius,quod non est adumbratio quædam est ex Pythagoreorũ sententia.

ab ipsa seiunxit per priuationem ipsam quantitatem, cum priuauerit eandem oĩbus rationibus & formis. Hoc autẽ vocauit quantitatem informem,quæ diuidi,& figurari nõ posit,verum suscipit formam,figuram,diuisionem,qualitatem,& cætera id genus. Præterea inquit Porphyrius, visus est Plato de eadem quantitate plura nomina prædicasse,cum eam vocet oĩcapacem, informem,inuisibilem,mente comprehendenda, adulterina ratione vix opinabilem, atq; omne his simile,quæ item quantitas & hęc forma f̃m priuationem alicuius rationis intellecta cum vniuersa in seipsa capiat rationes eorum,quæ sunt, exemplum est materiæ corporis,quam Pythagoreos & Platonem appellasse quantum dixit, non tñ velut formam quantam, sed quantum per priuationem & dissolutionẽ, extentionem,& separationem, atq; propter vicissitudinẽ alternationemq; ab ente,quibus materia videtur malum esse tanquam bonum fugiens ab eoq; aliena, quæ capitur & occupatur ab eodẽ, & egredi terminos non permittitur, cum extensio rationẽ magnitudinis formalis recipiat, & eadem terminetur, & separatio numeratili segregatione specificetur. Et igitur materia f̃m hanc rationem nil aliud quam sensibilium formarum ad Intellectuales permutatio ac vicissitudo, cum inde deflectuntur,& ad non ens deferuntur. Quod n.alia sit moles sensibilium propria, & alia formalis magnitudo, atque alia sit separatio sensibilium formarum,& alia secretio & segregatio numeratilis sane constat, eo qđ illa sunt rationes ac formæ sine dimensionibus & impartibiles. Etenim tricubitalis magnitudinis ratio, & trinitatis ratio vacant dimensione & impartibiles sunt, atq; incorporeæ: verum ea q̃ sunt sensibiliũ propria, & ratione carent & sunt corporalia,& dimensa, quæ eo distrahuntur in molem & separationem, quod generationi subiiciuntur,ac remeant rediẽtq; per dissolutionem in extremam viam , quod dictu est in materiam. Nam fex & materia reuera est semper extremum, ideo Aegyptij fecẽ primę vitæ quã ænigmatis verbis aquam appellabant materiam esse dicebant, ceu hylem quandam existentẽ,& est ceu receptaculũ generabilium & sensilium,quæ non est aliqua forma definita,sed quidem substantiæ status, quemadmodum impartile,immateriale ac vera ons,& id genus constitutio est naturæ intellectualis: & cum oẽs sane formæ ibi & hic sint,tamen ibi sunt sine materia. hic aũt cum materia, hoc est dictu,ibi quidem impartibiliter & vere. hic aũt partibiliter & veluti vmbra est,iccirco & vnaquæq; forma hic disiuncta est f̃m materialem distantiam. Sed quomodo hęc concordant sententijs Arist. & Platonis, qui volunt aliquod subiectum contrarietatis materiam esse? Num ea, quæ ab alijs dicuntur de materia, ad vltimum vero abducuntur corpus. Nam corpori nihil est oppositum. & ita ingenerabile erit & incorruptibile. quo fit,vt nõ solum cœlum sit expers ortus, & interitus, sed etiam aliquod corpus infra Lunam,sed quæ modo dicebatur sententia,corpoream dimensionem eorum, quæ sub Luna collocantur, genitã, atque interituram suapte natura cum forma extensa seruat, veluti cum forma hominis, vel equi, quando id, quod fit,substantia esset,& mutatio fit semper circa vicissitudinem materialem,quæ semper manet. Nam accidentia circa substantias mutantur substantiæ autem circa id quantum,quod ita à Pythagoreis vocatur, vel secundum priuationem,vel circa vicissitudinem eorum, quæ ex ente decedunt:hoc est dictu,circa dimensionem & molem naturalem. Nam ex aqua aer fit non modo transmutatis qualitatibus,sed etiam formali magnitudine. Nam alia est vtrinque magnitudo,& non est minor pars maioris, sed est definita

Materia quæ sit quantitas apud Pythagoreos.

Materia malum est.

Materia est sensibilium formarum commutatio cum his quæ intellectualia sunt.

Materia est uelut fex, & omnium extrema.

Materia est tanquam locus eorũ, quæ gignuntur, et substantiæ status.

finita vtràq; forma, quanquam materialis dimensio maneat vtrinq;. Nam materiales similiter ambæ magnitudines sunt, ac eodem modo partibiles, sensibiles, atq; indifferentes secundum materiam. Nam differentiæ per formas spectantur & habentur. Quod vero Aristoteles talem sententiam habeat de materia secundum dimensionem & quantum facile intelligere possumus ex his, quæ in Quarto huius operis volumine dixit. Nam ibi dicit. Qua videtur aũt locus esse interuallum magnitudinis, eatenus materia esse videbitur. Nam hoc aliud est à magnitudine, hoc aũt est contentum à forma & definitum, ceu à superficie & fine. Est aũt tale materia & indefinitum. cæterum quicunq; putant materiam intelligendam esse, quatenus ens est formis deterius, vel per negationem figuræ vnius primi, nescio quo pacto hoc recte sentiant. Nam ens quando nihil aliud quam vnum, & ens speculantur, proprie est quod etiam vere dicitur, & primo. Materia aũt extrema est & ab ente decedit & distat, ac multo magis ab vno. Et in permutatione & diuersione a d1d, quod est, consistit. cũ propter eius, quod est genitalem potestatem, necessarium fuerat entis consistere repræsentationem. Sed hæc dixi, vt tuerer sententiam de materia, (quippe quæ mea non sit) & sermonem produxi ac longior in differẽdo fui. Postremo ad verba contextus veniamus. Illud quidem. Vnum hoc etiam ratio est, significat vnum esse principium ſm rationem & formã. Causa aũt huius occultationis & difficultatis est hæc particula addita, s. hec ratio est, vbi in græco fœmininus articulus cum masculino construitur. Verum non construitur cum hac parte {ratio} sed cum hoc nomine principium, perinde ac dici voluerit hunc in modum. vnum autem hoc secundum rationem, vel magis vnũ principium ratio & forma est. Veruntamen Alexander inquit, contextũ scribi sine eo fœminino articulo in Græco, quem nos traduximus hoc. Sed forte quidã propter obscuritatem illum articulum deleuerũt, cum etiam interpretatio conuenientissima eo addito habeatur.

Materia est quãtitas ex Arist. sententia.

Ex ijs autem, quæ nunc dicta sunt, manifestum est quæ sit differentia contrariorum, & quomodo se habent principia adinuicem, & quidnam subiectum sit.

Cõm. 66. Inquit quõ se habent principia contraria, qm̃ alterum adest absentia alterius. Dicit itẽ & quid sit subiectum, qm̃ est illud, quod ſm proportionem & similitudinem capitur, & non habet contrariũ. Dixit etiam. quænam sit differentia contrariorum, qm̃ aliud est quod fit, & aliud factũ, & aliud est ex quo fit. Itẽ dixit, ꝙ materia permanet & est ingenita. Etiam constat ex oĩbus dictis, priuationẽ non esse aliquam naturam ſm Arist. sed absentiam in subiecto, quod est aptum accipere formã. Vnde, cum dicitur priuatio esse accidens materiæ, non vt forma dicitur, sed vt mihi accidit non esse in foro. At, si tale est priuatio, quispiam quęreret non immerito sub quo prædicamento collocabitur priuatio. Num si forma est substantia, etiam priuatio substantia erit. nam sub quo alterũ oppositorum collocatur, etiam alterum ponitur: veruntamen non tanquam contraria; Quæ. n. ad aliquid referuntur sub eodem genere sunt. sed, qm̃ priuationes quorundam collocantur in eisdem generibus cum illis. Nam ipsæ specificantur & designant, ac tales fiunt à suis formis. quocirca Arist. cũ aspexerit ad hoc dixit, forma. n. aliquo modo est priuatio.

Priuatio non est aliqua natura sed absentia.
Priuatio in quoñ sit prædicamento.

Vtrum autem substantia forma, aut subiectum sit, nondum manifestum est. Sed quòd principia tria sint. & quomodo tria, & quis modus eorum, manifestum est. Quot igitur & quænam sint principia, ex his consideretur:

Tex. 75.

Cõm. 69. In libro decem prædicamentorum Arist. diuisit substantiam in primam & secundam, i. in indiuiduam, in formalem, ac generalem. Archytas vero in materiam, formam, & compositum: quod secutus consequenter Arist. in 8. Lib. Metaph. exactius visus est diuidere trifariam substantiam, vbi dicit congregatum, compositumq; in rebus generabilibus esse maxime substantiam. Secundo vero loco succedere formam & materiam, quibus compositum cõstitutum est. Verũ inter hæc quo ad sempiternitatem & quatenus subiicit substantia, tradit materiam magis esse substãtiam. quatenus aũt vnumquodq; est per formam, quam etiam differt à cæteris suapte natura, hoc modo videtur ipsi formam esse magis substantiam. Eandem igitur in præsentia insinuat comparationem, cõtentus afferre in sermone de principiis naturalibus, & quot & q̃ sint principia. At Alex. ambigit, inquiens, si forma interit, quo pacto erit principium, quippe principium videatur esse incorruptibile. Nã, vt ait Plato, corruptio deletioq; principio neq; ipsum ex aliquo est, neq; aliud ex eo fiet, generabiturq;. Sed soluit Alex. dubitationẽ, dicens non oẽ principium rerũ ortui interituiq; subditarũ incorruptibile esse posse, immo nec elementaria, alioquin non etiã generatio & corruptio rerum, sed esse aliquod principium incorruptibile oportet, sed omne esse expers corruptionis non potest. Præterea, inquit, quod si forma numero sit corruptibilis, attamen specie est incorruptibilis. nam semper est calidum & frigidum, sed non semper idem calidum, vel frigidum numero: alioquin non foret generatio in his quæ sunt. Sed hæc quidem dicta sint satis. Plato nãq; principiũ elementale corporum, quod est forma, non dixit esse ingenitum in Phædro, sed principium & fontem, originẽq; motus, quod sane principium erat seipsum mouẽs, & oĩno dixit primam proprietatem efficientem in oĩbus, modo sit principium efficiens, sed nõ elemẽtare, ingenitã esse. Itẽ subdit Alexã. & hæc pro responsione ad idem argumentũ dictum inquiens. Vel nec forma corrumpitur, quippe factum corrumpatur: at materia, nec forma gignitur, sed vtrũq; simul cõiunctum, igitur & hoc corrumpitur. Quare principia sunt incorruptibilia. Verum non sequitur q̃d incorruptibile sit, etiam numero forma sit perpetua. Nam compositum corrumpitur & eius corruptio fit quatenus forma pellitur & abiicitur. Sed hęc q̃ dicũtur naturaliter ab Alex. in dubium reuocant, quõ id, quod prius non est, & postea est, fieri non dicatur, atq; id quod prius est & postea non est interire non asseratur. Item quõ cum compositum dicamus corrumpi, qm̃ pellitur forma, cum non seruetur forma nec subsistat post exclusionem expulsionẽq;, sed potius secedit habeatq; in non ens. Tale nãq; est forma, quippe quæ seiungi nequeat, & ipsamet non interiret, si compositum interire diceretur. Item quõ si est incorruptibilis, non est etiam sempiterna. Vnde pulcherrimũ esse reor verum fateri atq; dicere, vel Attico more hæc tractare. Atqui nos dicimus formam indiuiduam generabilem interire, & compositum per formam. Nam necesse nõ est statuere rerum corruptibilium principia elementaria incorruptibilia. Vnde Arist. cum obseruet quædam corruptibilia esse in non ens quæ non sunt, & rursus non sunt, ea vocat incorruptibilia: quippe quæ non simpliciter intereant in non ens, sed est aliqua alia omnino forma, quæ succedit formæ abeunti & corruptæ.

Substãtia diuiditur in materiam, formam, & compositum, iuxta Archytæ placitum.

Forma quõ sit principiũ si corrumpatur.

Ingenitum principiũ & fons oĩs motus est.

Quod aũt vno modo sic etiam soluatur & antiquorum dubitatio, dicamus post hæc. Quærẽtes. n. Philosophi primi veritatẽ, et naturã entiũ, cõuersi sunt, veluti in viã quandã aliam, depulsi ob inexperientiam. dicuntq;, neq; fieri eorum quæ sunt vllum, neq; corrumpi, propterea quòd necessarium

sit fieri quod fit aut ex eo, quod est, aut ex eo quod non est. ex his autem vtrisque impossibile esse. neq; enim quod est fieri. esse enim iam: & ex eo quod non est nihil vtiq; fieri. Subiici enim quippiam oportet. Et sic itaq; quod consequenter Tex. 72. *accidit augentes, neq; esse multa dicunt, sed tantum ipsum id quod est. Illi ergo, talem acceperunt openionem propter ea, quæ dicta sunt.*

Cõm. 69. Quod pulchre pręter materiã, priuationem numerauerit inter principia, ostẽdit, eo quod nonnulli veterũ philosophorum eam nõ intellexerunt, q illius inscitia atq; quadam victi & superati dubitatione ortum rerũ atq; interitum de medico sustulere, qui pterea in alia absurda inciderunt. Vocat aũt primos in philosophia nõ solum eos, q tpe præcesserunt, sed etiam eos, qui primos conati sunt veritatem indagare, atq; inquirere. Verum in præsentia de *Generationē qui nam philosophi tollerẽt.* cunctis Philosophis nõ dicit, sed eos meminit, qui rerum ortum abstulerunt. Hi aũt bifariam partiuntur, vel potius trifariã. Nam aliqui eorum asserebant vnũ ens, & hoc ipsum ingenitum. Alij aũt autumabant plura esse entia, atq; principia: q, cum in vnum coirent, segregatione fieri affirmabant, tollentes generationem de medio, ceu Anaxim. & Anaxag. Alij aũt compositione & segregatione ortum primorum elementorum fieri contendebant, ceu Democritus & Empedocles. Nam hi dicebant non esse generationem sed solum mixtionẽ & separationem, vel immutationem eorũ, q mixta sunt. Quocirca inquit modo Arist. auferebant hi generationem, quadã conuicti dubitatione, quam dissoluere nõ voluerunt, Quæ tñ diluitur & soluitur statutis his principiis naturalib⁹, qualia nos posuimus Sed, cum posuisset Aristo. primo dubitationẽ, qua pulsi de via, quæ ducit ad veritatem, generationem sustulerunt, ac absurdum quod sequit̃ dubitationem, tunc solutionẽ adducit. Dubitatio aũt talis est. Quod fit vel ex non ente, vel ex ente fieri necesse est. Quòd, si ergo vtraq; impossibilia sint, igit̃ generatio non erit. Quòd vero ambo impossibilia sint pspicuum est, nam ex ente fieri nõ põt: quippe ens foret, antequam fieret. Nec ex non ente, qm̃ oportet esse aliquid ex quo fiat, & oĩno non ens nihil est, & talis sane est dubitatio. Addit aũt quod deinceps accidit, qño aliqui ab hac, vt videntur, dubitatione superati, ad quam per cognitionem entis & non entis deducti fuerunt, qua solum quod proprie est, & qđ propriè non est nouerunt, ad illud quoq;, quod deinceps ex dubitatione videtur contingere, processerunt. Quod sane est ens vnum esse, ceu Parm. & Melissus dixere dicentes qđ est præter ens est nõ ens. Nã, si plura essent entia, pfecto & inter se mutuo discreparẽt ac differrẽt, quo pacto differentiæ erunt præter ens. si aũt aliquid erit præter ens, vel id erit ens, vel non ens: sed neq; ens esse potest præter ens, neq; nõ ens esse. Verum tanquã absurdius quàm non esse generationem subiunxit ex dubitatione vnum ens esse, & hoc ipsis accidebat.

Tex. 73. *Nos autem dicimus quod ex eo quod est, aut ex eo quod non est fieri: aut quod non est, aut quod est facere aliquid, aut pati, aut quodcũq; hoc fieri, vno quidem modo nihil differt, an medicum dicas facere aliquid, aut pati, aut ex medico es* Tex. 74. *se, aut fieri. Quare, cum hoc dupliciter dicatur, manifestum est, quod & ex eo quod est, & id quod est aut facere aliquid, aut pati. ędificat igitur medicus, nõ secundũ quod medicus, sed secũdum quod ędificator. & albus fit non quatenus medicus, sed quatenus niger. Medetur aũt, & nõ medetur, quatenus est medicus. Cum aũt maxime proprie dicamus medicum facere aliqiud, aut pati, aut fieri ex medico. si secundum quod medicus hæc patiatur, aut faciat manifestum quod ex non ente fieri, & hoc significat, quatenus non est. Quod illi quidem non partientes, aberrauerunt. & propter hanc ignorantiam tũ insuper ignorauerunt, quòd nihil aliorum opinati sunt fieri, aut esse, sed auferebant oẽm generationem. Nos aũt et ipsi dicimus fieri quidem nihil simpliciter ex eo quod* Tex. 75. *non est, sed tamen fieri ex eo quod non est, per accidens. Ex* *Nihil fit simpliciter ex nõ ente, sed per accidens.* *priuatione enim, quæ est per se non ens, non ex eo quod inest, fit. Mirabile autem est hoc & impossibile sic videtur, fieri aliquid ex eo quod non est: Similiter autem, neq; ex eo quod* Tex. 76. *est, neq; id quod est fieri, nisi secundum accidens. sic aũt & hoc fieri eodem modo, vt si ex animali, animal vtiq; fiat, etsi ex quodam animali, quoddam animal. vt si canis ex equo fiat. fiet enim non solum ex quodam animali canis, sed etiam ex animali, at non quatenus est animal. est enim iam hoc. Si autem aliquid debet fieri animal, non secun-* Tex. 77. *dum accidens, non ex animali erit. Et si aliquid fit, non ex eo quod est, neq; ex eo quod non est. quod enim ex eo quod nõ est, dictum est nobis quid significet, quod quatenus non est.*

Cõm. 70. Veteres eo quod ens fieri nõ poterat ex ente, nec ex nõ ente demebant ortũ rerum. Vnde Arist. hoc in loco soluit dubitationem distincte indicans, necesse esse, vt quod fit, ex ente & nõ ente fiat, id est partim ente, partimq; nõ ente quod sane dupliciter dici põt. Vel. n. hæc per se & p accidens differunt, vel discrepant actu & potentia. Qui ergo aiunt, nec ex ente, nec ex non ente quicquã fieri posse, hi dicebant ens, quod idem erat cum eo, quod fit. qm̃ dicũt, iam. n. est hoc, & per non ens intelligebant non ens prorsus. Nam aiunt iam esse id ex quo. Et reuera hunc in modum nihil fieri põt ex ente, nec ex non ente. Veruntamen, *Ex priuatione fieri per accidens.* si aliquis priuationem, q est non ens, inter principia collocans, dixerit ex eadem fieri id, quod fit, non per se. sed per accidens, qm̃ non inest genito, sed eo fit, q gignitur, quia ipsa non inest, is sane ex nõ ente per se, licet non per se, sed per accidens, diceret fieri ens. igitur non quatenus materia est ens ex ea fit ens, sed per accidens qm̃ accidit eidem non esse hoc ens, quod fit, ob priuationem eius, quod fit, quæ psens ei est. quare neq; ex ente quatenus ens, neq; ens quatenus ens fit, sed ex ente per accidẽs, & est quodã ente aliquod ens fit. Quo igitur modo generatio fit nec ex ente, nec ex non ente per se, sed partim ex ente, & partim ex non ente. Nam materia quidem est, sed nõ illud quod fit. Cæterum Arist. sermonem cum reduxisset in notiora & vniuersaliora, sic soluit dubitationem. Nam dicit ex ente fieri, perinde atq; dixerit ens fieri. similiter cum dicit {ex non ente fieri} æque dictu est cum hoc; non ens fieri. Nã idẽ est dictu ex imusico fieri musicũ, & immusicum fieri musicum. Deinde intulit vniuersalius, vbi hæc contineñ {vel ens, vel nõ ens facere aliquid, vel pati.} Nam cõius est facere aliquid, vel pati, quã pati solum. & cũ dicit {quodcunq; hoc fieri} cõius est quam proprie fieri. Etenim album, quod fit, ac deãbulans, & quoduis aliud sub hoc contineñ. Hæc igit̃, inquit, illud ex ente vel ex nõ ente vel ens vel non ens, aut facere, aut pati. q loco exẽpli cũ posuisset, Inquit, nihil interesse inter hęc, s. medicum facere aliquid, vel pati, vel ex medico esse aliquid, vel fieri. Quæ dupliciter dici asserit, qm̃ inter ea, quæ multipliciter dicunt̃, profecto cõnumerantur. Et primo de medico hoc quod dupliciter dicit̃ ostendit, deinde transfert sermonem ad ens & non ens. Nam medicus facere aliquid vel pati dicit̃, vel quà medicus est, vel per accidens: quatenus aũt medicus agit, qñ medetur & curat. patitur aũt quà medicus quando expers medicinæ ac ignarus euaserit. Per accidens aũt facit, quando ædificaret, quoniam accidit medico ædificatorem esse, patitur quoq; per accidens, quando ex nigro fieret albus, ppterea quod medico accidit nigrũ esse. Et

patet

patet ſane tūc medicū facere vel pati nos dicere, qn̄ quam medicus ageret vel pateretur. Hoc igitur modo etiam ex non ente fieri aliqd dupliciter dr̄. Vel.n.ex nō ente quatenus non ens, vel ex non ente per accidens: qm̄ ei, quod appellatur ex quo, ceu materiæ, accidit nō ens, id eſt priuatio. Non.n.ex quouis, ſed non ex tali, quod eſt aptū fieri, id quod gignitur, ſane fit. Et conſtat, quod quēadmodum de medico, proprie medicū tum dicimus facere aliquid, vel pati qn̄ quatenus medicus aliquid faceret, vel pateref, ſic etiā de non ente proprie, tunc dicimus ex non ente fieri aliquid, qn̄ quatenus non ens acciperetur. Veteres itaq; vno modo non ens proprie, & quatenus non ens accipientes & non diuidentes ſeiungenteſq́; non ens per ſe, & quatenus nō ens ab eo quod eſt per accidēs non ens, abſtinuerunt affirmare aliquid fieri ex ente, vel ex non ente. Et ob ignorantiam huius diuiſionis per ſe & per accidens, ſimul etiam ignorarunt cætera, vt nihil putarent fieri: ſiquidē ex non ente, quatenus non ens nihil fit. Nam oportet eſſe id, ex quo res generentur atq; conſtat, ꝗ neq; ex ente, quatenus ens, aliquid generatur: quippe iam ſit. Qui vltro in eā ignorantiā deuenere, qua nihil aliorū eſſe aſſeruerunt, ſed vnum eſſe ens: ſiquidem nihil fiat ex ente, contenderunt. Nos vero fieri aliquid ſimpliciter ex nō ente, id eſt quatenus non ens, negamus tn̄ fieri ex non ente per accidens fatemur. Nam ex materia quatenus ei ineſt priuatio, quæ eſt

» per ſe non ens, aliquid fit. Quocirca etiā Plato de ipſa in-
» quit. Nemo itaq; dicat, quod poſtquā non ens entis cōtra-
» rium eſſe oſtendimus, quod ipſum eſſe dicere audeamus.
» Nos.n.iādiu prætermiſimus vtrū ſi ſit necne aliqua ratio
» habeatur, vel prorſus id ſit abſurdum. Quod aūt nunc di-
» ximus eſſe non ens, vel quiſpiam cū reprobauerit, perſua-
» deat nos minime recte dixiſſe, vel quouſq; reprobare nō
» valet, illi quoq; dicēdum eſt, quēadmodum nos diximus.

Non ens per diuerſitatem diuerſum ab illo eſt, quod nō eſt per priuationem.

Non ens, duplex, non ens proprie, & nō ens per accidens.

Vnde a Platone etiam definitum eſt, quod ſit partim ens, partimq́; non ens, atq; per ſe non ens, per accidens ſit ens, qm̄ tale hmōi accidit. Veruntamen non ens per diuerſitatem, differt ab illo, quod nō eſt per priuationem quatenus aliud, ſ.nō ens, formarum quidem eſt inter ſe, alterum vero, ſ.priuatio, materiæ ineſt. Porro hāc expoſitionē Alex. approbat, quæ diuidit non ens in non ens, proprie nō ens, & in ipſum nō ens per accidens. Sed adiecit etiā aliam interpretationem. inquit.n.quiſpiam poſſet ex dictis intelligere, quod etiam non ens vno modo dicatur, ſ.quod non ens proprie ſit, & quatenus nō ens, ſed ex non ente tali fieri quippiam dupliciter intelligi poteſt. Nam hoc vel erit ꝑ ſe, vel ꝑ accidens. Etenim nos ex priuatione, q̄ eſt per ſe non ens, dicimus fieri, ſed per accidens, qm̄ non eo quod ipſa ineſt ei quod fit, ſed quiā non ineſt, ex ea fieri aliquid tradimus. Nam ea, ex q̄bus aliquid fit per ſe, inſunt ei, qd̄ gignitur. Præterea, patet quod ſi etiam priuatio nō ens ꝑ ſe dicatur, tn̄ ipſa cuiuſmodicunq; ſubſtantiā. Nam ſi nullo modo eſſet, ex ea vtiq; nihil per accidens fieret, quare illud, ſ.{Nos aūt & ipſi dicimus, nihil fieri ſimpliciter ex nō ente} dupliciter intelligendū eſſe. Vel.n.nihil fieri ex ſimpliciter nō ente, vel nihil propriè & ſimpliciter fieri ex nō ente. nam propriè & ſimpl̄r ex aliquo illud fit, quod ex permanente fit. Quo pacto id, quod fit, illi putarunt fieri debere ex non ente & exiſtente ingenito. At hoc fieri nō pōt. Quod aūt Plato ante Ariſt. nō ignorauerit duplicem ſignificatum non entis, ea, quæ in Sophiſta declarauit plane indicant. vbi adiecit hæc. Cum.n.demonſtrauerimus

Nō entis duplex ſignificatū Plato ante Ariſt. ſciuit.

» alterius naturam eſſe, quæ in omnibus entibus inuicem
» diffuſa diſperſaq́; eſt, tunc partem eius oppoſitā ei, quod cu
» iuſq; ens eſt, ipſum reuera nō ens eſſe aſſerere audebimus,
» tanquā idipſum ſit vere non ens. Hoſpes. Verum prorſus
» o hoſpes dixiſſe mihi videris. Nemo itaq; dicat, ꝗ poſt-
» quā non ens entis contrariū eſſe oſtendimus, ꝗ ipſum eſſe
» dicere audeamus. Nos.n.iādiu eius aliqd̄ cōtrarium præ-
» termiſimus, vtrū ſi ſit, necne aliqua rō habeatur, vel pror-
» ſus eſſe abſurdum ſit. Quòd aūt nūc diximus eſſe nō ens,
» vel quiſpiam cum reprobauerit, ꝑſuadeat nos minime re-
» cte dixiſſe, vel quouſq; reprobare non valet, illi quidē di-
» cendū eſt ac nobis ſentiēdum, quēadmodū etiam nos di-
» cimus. Hæc aūt Plató. Ariſt. aūt dicit. {Similiter aūt neq;
» ex eo qd̄ eſt, neq; ens, quatenus ens fieri pōt} alioqui iam

eſſet antequā fieret ens, tn̄ ex ente per accidens nihil ꝓhibet fieri & aliquod ens. Vnde cum dicit {ex aīali aīal fieri} non dicit hoc, vt quatenus aīal intelligendum ſit, quippe aīal non trāſmutetur quatenus aīal in ipſum animal quod fit, immo nec genitū aīal, ſi animal fieret ex animali, quatenus aīal produceretur, ſed fit ex ſpermate, ſi aūt ex animali trāſmutato quatenus animal cui accidit animal, iſta ratio aliquid fieret. cui etiam eidem animalia ratio ineſt, hoc ſane per accidens eſt, ſ.aīal fieri ex animali. Non.n. quatenus animal qn̄ mutatur in animali, quatenus animal mutatur, ſed quatenus quoddam aīal in aliud quoddam animal facit mutationem. Ceu, ſi cum canis ex equo produceretur, vel potius ex equo veſpæ, vel apes ex tauro. Nam veſparū ortus equi ſunt, & tauri apū, diceretur aīal ex animali fieri, non tn̄ quatenus animal, ſed per accidens. Nam ex alio quoddam animali, quod non mutatur aliquod animal, fit, quippe vtriſque, ſ.animali mutato, vt ei quod fit ratio animalis inſit, quare per accidens animal fit ex animali. Non enim ſermo modo eſt de cauſa effectrice, ſed de materiali, ſub qua contineri equus non pōt, ſed materia equi. attamen, qn̄ ex ſpermate fit animal, non amplius per accidens ex animali fit, ſed duntaxat ex non animali. Sic igitur etiam, ſi aliquod ens non per ſe, ſed per accidens fieret, ex nō ente profecto prodiret. Sed contextus hoc etiā modo ſcribif, ceu ſi canis ex cane, vel equus.}

» Nam etſi ex aliquo animali, quoddā animal gigneretur,
» ceu ſi canis ex cane, vel equus ex equo emergeret, certe

nō quatenus canis, nec qua equus produceretur, ſed quatenus quidam equus & quidam canis. Si autem quatenus animal quoddam debuit fieri & non per accidens, certe non ex animali fiebat, ſed ex non animali, ceu ex ſpermate. Et quatenus non ex corpore fit, ſed ex incorporeo: ſic itaque, ſi aliquod ens fiat non per accidens, ſed per ſe, ex nō ente fiat, nec tn̄ ex non ente quatenus non ens. nam hoc iam oſtenſum eſt fieri non poſſe. ſi ergo ens quatenus ens nec ex ente fit, nec ex non ente, ens nāq; quatenus ens vniuerſaliter non fit, neq; erunt generationes ortuſq́; rerū generabilium quatenus entia ſunt, ſed quatenus ignis & quatenus aer. Niſi fortaſsis veteres in hunc modum dixere nullum ens qua ens fieri, nec interire: Nam iam eſſent antequam fierent entia, ceu homo eſt cum albus fit, ſed nil eorum quę ſunt, proprie fit, nec corrumpitur, ſed indiuidua fiunt & intereunt.

Amplius autem & eſſe vniuerſum, aut non eſſe non remouemus. Vnus igitur modus hic eſt. Tex. 78.

Quoniā oſtenſum eſt id, quod fit, nec ex ente ſimpliciter, nec ex non ente prorſus gigni, ſed ſimul ex ente, atq; ex non ente ne aut oīno inquirēdum, qm̄ pacto idem dicentes eſſe, & nō eſſe, ex quo aſſerimus fieri id, quod producitur, non tollamus de medio dignitatē contradictionis. vel quo nam pacto dicētes ex aliquo naſci id, quod gignif, non cogimur aſſerere ex ente, vel ex non ente fieri. Porrò dicit {non tollimus} quippe qui non aſſeremus il- Cōm. 71.

lud iuxta idem esse & nõ esse, sed ex ente per se, & nõ ente per accidens generationem esse dicimus. Nam tale ens materia est. Præterea põt illud, neq; hoc esse vniuersum, aut nõ esse tollimus, id significare, id est neq; nos diuisionem spernimus, reiicimusúe, quæ asserit omne quod fit, vel ex ente, vel ex nõ ente fieri. Nã scimus quod de quauis re id verum sit, vel est, vel nõ est, immo seruantes idẽ axioma æque etiam tuemur ac seruamus ortum & interitum rerum diuidentes cum ens, tum etiã non ens in per se & per accidens. sic igitur vno modo diluetur ac soluetur dubitatio. Alterum aũt proxime subiungit inquiens.

Alius autem quòd contingit eadem dicere secundum potentiam, & actum. Hoc autem in alijs determinatum est cum diligentia magis.

Cõm. 71. Cum dixit paulo ante aliquid fieri ex ente, vel ex nõ ente, aut medium facere aliquid, vel pati, quod sane dupliciter dr̃, aut per se, aut per accidens, & conclusit per hãc diuisionem, hunc esse vnum soluendi modum, adducit deinceps alium. Qui sane est, quod ens dici potest in potẽtia & in actu. Similiter etiam nõ ens. Cum igitur dixerimus, quod sit ex ente fieri, tunc sane asserimus ens actu fieri ex ente in potentia, qm̃ non ex ente iam in actu, alioqui iam esset id quod gignitur, Econtra aũt cum dixerimus ex nõ ente produci quippiam, sane dicimus ex non ente in actu, quod quidẽ esse ens potestate nihil vetat. Nã ex non ente, nec quod etiam potestate est, nihil certe fieret, ceu ex elemẽto. quippe operæpretium sit id, ex quo gignitur id, qđ fit, aptũ esse prius vt fiat, vnde ex ente in potentia, actu vero non ente quæcunq; fiunt certe prodeunt. Soluitur ergo hoc modo veterum dubitatio, quæ vrgebat vtrũq; pariter negare, s. ex ente fieri quicquam & ex non ente. nam fit ex ente in potentia, actu vero non ente. Nam materia potentia quidem est id, quod gignitur, actu vero nequaquam. Et dubio procul suscepta est hæc dissensionis determinatio à materia ipsa. quippe quæ sit potentia & nõ actu id quod veræ sit. sed causa cur talis naturæ sit materia, videtur esse priuatio. quæ cum sit quædam absentia in subiecto apto ad capescendam formam, efficit vt materia cum ei adest, actu non sit id quod fit, quæ item cum sit subiecto apto, facit vt materia ens potestate sit. Sed exactius actum est ac definitum de potentia & actu in nono Metaph. libro.

Materia est potẽtia id, qđ gignitur. Priuatio est causa ipsi materiæ, ut sit in potẽtia id qđ fit.

Quare, quod quidem dicebamus, dubitationes soluuntur, propter quas coacti, remouent dictorum quædam. propter hoc enim, tantum auersi sunt priores à via in generationem, & corruptionem, & omnino mutationem.

Cõm. 72. Alexander hunc contextũ, opinor, reliquit sine interpretatione. Sed magnus Syrianus inquit, eos, quædam eorum, quæ dicta sunt per dubitationem tollere, qm̃ generationem dementes per ipsam quoq; materiam & priuationem vna sustulerunt, quæ sane aliqua dictorum principiorum sunt. Nã propter dubitationem tollentes generationem aiunt præfuisse ea, quæ sunt, vel vnũ ens esse & ob id illi, nec materiam, nec priuationem esse autumarũt, ex quibus prodeunt ea, quæ fiunt. Et q̀ hæc significet per illud {quædam eorum quæ dicta sunt} indicio sunt ea, q̃ deinceps adducuntur. Sed fortassis potest intelligi illud, {quædam eorum, q̃ dicta sunt,} non de principiis dictum esse. Etenim formam etiam de medio tollunt, quia aiunt ita transmutari. quare non aliqua principia, sed quædam, quæ de natura dicta sunt, quorum est generatio & corruptio, hi tollebãt. Nam ea proxime deindeq; tollere videbantur ab ipsa dubitatione victi, quę dicit vel ex ente, vel ex nõ ente fieri id quod fit, & vtrũq; fieri nõ posse ostendit, sed iam priuatio vltra materiam intellecta & distinctio per se & per accidens, ac illius quod est potestate & actu, eandem dubitationem diluere & locum generationi & corruptioni dederunt, quæ sane illi sustulere de medio. Hæc aũt indicant etiam ea, quæ deinceps dicuntur.

Hæc enim visa natura, omnem soluit hanc ipsorum ignorantiam.

Cõm. 73. Inquit priuationem visam & perspectam aĩo oĩs quæstionis solutionem afferre. Nam propter priuationem introductum est ens, vel non ens per accidens. Nam priuatio est ens per accidens, qm̃ accidit enti. ecõtra aũt materia est nõ ens per accidẽs, qm̃ ipsi accidit priuatio, quæ est non ens per se. Item habetur ens potestate ob priuationẽ. his aũt duobus dissoluit dubitationem. hunc itaq; in modum Alex. exposuit. Nisi fortassis visa natura etiam dixerit nõ solum ob priuationem, sed etiam ob materiam. Nã hoc & ipse Alex. procedẽs animaduertit. Tamen ipse dicerem, q̀ illa natura est, de qua proxime dixerat, quæ est illius quod est per se, & illud quod est per accidẽs, ac eius quod potentia & actu.

Tex. 73. *Igitur & alij quidem tetigerunt ipsam, sed non sufficienter. Primum enim confitentur simpliciter fieri aliquid ex eo quod non est, quatenus Parmenidem recte dicere.*

Cõm. 74. Siue sit natura priuationis & materiæ, q̃ perspecta omnẽ abstulit, dissoluitq; dubitationem, siue sit natura diuisionis per se & per accidens, ac entis in potẽtia, & in actu, siue vtroq; modo. (Nam altera p̱ p̱ alteram nota fuit, atq; perspecta,) nunc sane inquit, quod eandem naturam nonnulli nec prorsus tetigere, qui præsertim ens vnũ esse asseruerunt, vel quicũq; contẽderunt actu prę esse oĩa, & simpliciter quicunq; generationem de medio tollunt. Quidam aũt eandem attigere, sed non sufficienter. & mehercle hæc in Platonem referens videtur dicere. Nam ipse in Timæo cũ dicat materiam nihil esse eorum, q̃ actu sunt, vbi inquit. Qm̃ subiectum formis non erit bene præparatum, nisi informe sit, & illarum oĩum formarum idearumúe, quas recepturum est, careat, plane videtur aliquo modo tetigisse materiã & priuationẽ. Nam id quod aptũ est recipere & non recipit, atq; tum non habet, iure, meritoq; diceretur eo esse priuatum. Item Plato ante Arist. videtur definisse determinasseq; hanc distinctionem per se, & per accidens, & illam in actu & in potentia, atq; illã, quam prius diximus, s. partim ens, & partim non ens. Etenim Plato etiam in alijs distinxit ea quę multipliciter dicũtur, vt etiam Eudemus testatur in libro de rebus Naturalibus, dicens. Plato enim, cum introduxerit modum distinguendi dupliciter, multas rerum ambiguitates diluit. His ergo Plato etiam hanc naturam tetigit. Verum videtur ob duos modos non sufficienter attigisse eandem quorũ alter est, quo videtur Parmenidi assentire, qui vnũ ens esse dicit. Nam hoc modo generationem ex non ente simpliciter & quatenus non ens fieri asserit. quippe fieri nequeat, cum vnum tm̃ sit ens, vt quippiam aliud sit ens per se, & per accidens non ens, similiter potentia ens, & actu non ens, ex quo prodeunt q̃ fiunt. Nam oẽ, quod nõ est illud simpliciter, non est. Qm̃ quod est præter ens, est non ens, & qđ est non ens. est nihil: igitur illud ens solum est. quare Plato, cũ laudet Parmenidem tanquam vnũ ens esse dicẽtem, videtur ipse etiam fateri generationẽ esse ex nõ ente simpliciter, & hoc modo oẽs fere interpretes hęc contextus verba interpretati sunt, quasi Arist. hic inuehatur in Platonem, qui assentit Parmenidi dicẽti vnum ens esse. quod sane admiror, qm̃ in Sophista contra sermonem

Esse per se sunt & per accidens, actu & potestate Plato primus definiuit.

Distinguendi dupliciter modum Plato introduxit.

nem

nem & ſententiã Parmenidis multis argumentis occurrit, & inſtat, quod vnum eſſe ens dicebat. Et argumẽta prius conſcripſimus eo in loco, vbi rationes adducebãtur in Parmenidem, ſed gratia cõmemorationis etiam nunc concluſio eorum argumentorum adhibeatur & ponatur, quę ſic ſe habet. Innumeræ quoque præter has dubitationes aduerſus eum inſurgũt quiſquis ens, aut vnum ſolũ, aut duo quædam dicit. Item nec Ariſtoteles dixit eos qui fatentur Parmenidem recte dicere, confeſſos fuiſſe ex nõ ente ſimpliciter aliquid fieri. Niſi ergo Platoni potius hoc obiiciat illumq; refellat eo quod recipiebat & admittebat minorẽ propoſitionem Parmenidis, qui dicebat, quod eſt præter ens eſt non ens, & hac ratione non ens eſſe Plato cõcedebat. Nam quod eſt alterum ab honeſto & præter pulchrũ id dicit eſſe non honeſtum, nõ pulchrum. Similiter quod eſt alterum a magno & ꝑter magnum, aſſerit non magnũ eſſe. & alia adiiciens huiuſmodi ſic ſubiungit. Oppoſitio ipſa, quæ eſt inter partem naturæ ipſius alterius, & partem entis, nihilominus ſi dictu fas eſt, cum ipſa ſit eiuſdem entis quippiam ſignificabit illius contrarium, ſed alterum quiddam dũtaxat. Theætetus apertiſsime inquá. Hoſpes. Quã igitur ipſam appellabimus? Theætetus. Cõſtat vtiq; non ens, quod nãq; gratia ſophiſtæ inquirebamus hoc ipſum eſt. At conſtat, quod Parmenides cum reſpexerit ad non ens ſimpliciter, tolli non ens, dicens. Nam quæ nunquam nuſquã nullo pacto ſunt entia, Sed tu quærens ab hac via cohibe mentem. Plato itaq; aſpiciens ad nõ ens ſm alteritatem & diuerſitatẽ minorem propoſitionem conceſsit, & ad maiorem inſtitit, quæ dicit, non ens nihil eſſe. Quod ſi ita ſe habet hoc, Ariſt. nunc obiicit Platoni, neq; aduerſatur tanquam ipſe diceret ex prorſus nõ entę generationem fieri, qm̃ Parmenidem confeſſus eſt recte dicere. Nam neq; Plato conceſsit omnino non ens, multo magis nec Parmenides, nunquam ergo cogimur dicere Platonem aſſentire Parmenidi dicenti, non ens eſſe. Nam & ſi conceſſerit maiorem propoſitionem dicẽtem, quod eſt præter ens eſt non ens, non tñ eam conceſsit tanquam Parmenides aſſeruerit eſſe non ens. Nam ille infert, quod non ens eſt nihil, & in Sophiſta Plato prorſus contra Parmenidem tollentem indefinite & promiſcue non ens, inuectus, introduxit non ens. Ne igitur interpretes ꝑteriſſe ianuam veræ expoſitionis videãtur, dicimus fortaſsis, qđ nunc Ariſt. inuectus ſit in dicta Platonis in dialogo Parmenidis, in quibus Plato viſus eſt admirari Parmenidem ſupponentem & demonſtrantem vnum eſſe. Cõſtat præterea, quod illud vnũ ens ſm alium & aliũ ordinem contẽplatus tulit multa eſſe. Hæc igiſ adductus dubitatione ſcripſi, ſi autem aliquis exquiſitius cõmodiusq; reſpõderet, quomodo ſcilicet Plato dixerit ex nõ ente generationẽ eſſe, qm̃ Parmenidẽ recte dicere fatetur, is vincat cum ſit amicus & non inimicus.

Non ens poſuiſſe arguitur Plato.

Poſtea videtur ipſis, ſi quidem eſt numero vna, & potentia tantum eſſe. Hoc autem differt plurimum.

Cõm. 76. Cum dixerit vnum modum, quo tetigerunt dictã naturam non ſufficienter, alterum ſubiungit. Dicit autem Alexander nunc quod ex dictis modo perſpicuum ſit, Ariſt. illud, tetigerũt quid eam etiam alij dixiſſe de natura, quæ eſt materia, & non de priuatione. nam de materia hoc dicit, cum dicat, ſi eſt vna numero & vna ſolum potẽtia ipſis eſſe videtur. nam priuatio non eſt vna numero, vel inquit, quod prius dixit. Ipſam igitur & alij quidam tetigere, de priuatione dictũ eſſe, ſed quod modo inquit, de materia dictum eſſe. At hoc modo dictũ eſt de materia, qm̃ illam in propria natura priuationem habere putãt. Idcirco quemadmodum vtraq; eſt vna numero, ita videbitur eiſdem ea eſſe vnum ratione & poteſtate, & non diſtincta & ſeparata ratione, ceu nos aſſerimus materiam, & priuationem ratione diuerſa eſſe. Sed dicendum eſt ad Alexandrum, quod longe melius & prius, &, nunc etiã intelligere illum dixiſſe de ſubiecto natura, ex qua oritur generatio, q̃ eſt materia ſimul cum priuatione. Nam ꝙ de eadẽ, quæ prius tulit etiam modo inquiat, continuatio ſententiarum & dictorum indicat. Item quia materia per ſe non erit numero vna, & ratione duo, ſed erit vna cum priuatione his modis. Si aũt Ariſt. in Platonem inuectus dicit non ſeiungi ratione materiam & priuationem, profecto ob id dicit, ꝙ Plato tradidit duo elementa, materiam & formam, cum ꝓpoſuerit his duobus ſeparatam cauſam, videlicet exemplarem, ſimulq; effectricem. Nam hæc in Timæo dicit. Quæ cum ita ſe habeant, fateri oportet vnam eſſe formam, quæ ſemper eadem ſit ſine ortu & interitu, quæ nec in ſe accipiat quicquã aliud aliunde, nec ipſa procedat ad quicquam aliud, ſenſuq; corporis nullo percipiatur: atq; hoc eſt quod ad ſolã intelligẽtiam pertinet, eiuſq; intẽtionis eſt proprium. ſed eſt aliquid poſt hoc, qđ cum ipſo noĩe, ſed non ratione conuenit, eiuſq; ſimilitudinẽ gerit, genitum, ſenſibus manifeſtum, quod fertur & ſuſtentatur ab alio ſemper, & in aliquo loco gigniſ: rurſus in idẽ interit opinione per ſenſum cõprehendẽdũ. Tertium genus locus eſt, qui interit quidem nunquam, ſed oĩbus, quę gignuntur ſedem exhibet hic ſiue tangentis ſenſu tangiſ, adulterina quadam ratione vix opinabilis. Hæc Plato. Itẽ quod Plato nõ ignorauerit priuationem eſſe circa materiam, quæ, ſ. priuatio eſt eadem dictu cum abſentia earum formarum, quæ ſunt aptæ recipi in materia, conſtat. Qm̃ dicit materiam eſſe omnicapacem, eo quod ei ſuapte natura oĩa recipere competit, & informem eſſe tradit illarum omnium idearum, quas receptura eſt. quod ſane indicat & ſignificat abſentiam idearum. Veruntamen cenſuit priuationem, & non ens ſecundum ſe nõ eſſe ponendam inter elementa rerum, propterea quod ipſa duntaxat eſt abſentia eius, quod aptum eſt fieri, quæ nihil aliud in ſeipſa introducit. Nam contentus fuit ſola forma, q̃ ſuapte ꝓſentia & abſentia poteſt ortum & interitum rerum efficere, atq; afferre. quod etiam Ariſt. ſuperioribus fatetur dicẽs. Erit.n. ſufficiens alterum contrarium ſui abſentia præſentiaq; ad faciendam mutationem. Atqui apud Platonẽ non ens ſm alteritatem ſtatim inducit ſe aliquod ens eſſe. nam motus, cum non ſit id quod idem appellatur, quamuis non ſit idem, tñ eſt aliquid. Cuius generis non ens, ipſe in Sophiſta inter formas numerauit dicens: Sic autem & nõ ens ſm idem erat, & eſt non ens, in numero multorum, quæ ſunt forma vna. Vnde non ſolum ob dicta, priuationem inter elementa non cõnumerauit, ſed etiam quia oportet elementa ineſſe genito, & ei qđ & elementis conſtat. priuatio aũt non præſentia, ſed abſentia ſui effici generationem. Item elementa ꝑ ſe oportet eſſe cauſas, priuatio aũt eſt cauſa per accidens. econtrario igitur aliquis corrigeret quęrentem principia elementaria rerum naturaliũ, & in ipſis ordinantem & collocantem priuationẽ, quam & ipſe Ariſt. fatetur non eſſe cauſam eo quod ineſt genito, ſed eo quod non ineſt, nec per ſe, ſed per accidens eſt ens. Niſi ergo Plato cauſas per ſe & proprie ac elementaria principia, quæ inſunt, inueſtigans, priuationem merito non collocauerit inter principia. At Ariſt. cum quæreret cauſas mutationis, priuationem etiam ſimul ordinauit & interpoſuit, tanquã ipſa aliud quid ſit ſeipſa rõne a materia diſcrepans. Etenim cauſam dici per accñs nihil prohi-

Priuationem Plato cognouit & ſi non numerauerit eã inter principia.

Cauſa poteſt eſſe ꝑ accidẽs.

Elementũ nõ poteſt eſſe per accidens.

bet, ſed elementum per accidens dici, nec facile fingi taleq; cõmentum & fictitium commode haberi poteſt, ſiquidem elemẽtũ in eſſe, & per ſe cõplere ipſum quod ex elementis conſtat, oporteat.

Nos.n.materiam & priuationem, aliud eſſe dicimus. et horum, materiam quidem non ens eſſe ſecundum accidens. priuationem aũt per ſe. & materiam quidem prope & quodammodo ſubſtantiam, priuationem aũt nequaquam. Qui autem quod non eſt, magnum & paruum ſimiliter, aut ſimul vtrunq;, aut ſeorſum alterutrũ. Quare penitus alter eſt modus hic trinitatis, & ille. hucuſque enim proceſſerunt, quod oporteat quãdam ſubiici naturam. hanc tamen vnam faciant. Etenim ſi aliquis dualitatem facit, dicens eam magnum & paruum, non minus idem facit. Alteram enim deſpexit priuationem.

Tex. 80.

Cõm. 77.

Diſcrimen ſuæ opinionis de materia & priuatione cõtra illam Platonis exponẽs inquit. Nos.n.materiam & priuationem diuerſa vt eſſe dicimus ratione, & harũ materiam aſſerimus eſſe non ens per accidens, qm̃ ei accidit priuatio: ſed ipſam priuationem dicimus eſſe non ens per ſe. Item aſſerimus materiam prope ſubſtantiã aliquo modo eſſe, Priuationem vero nullo pacto ſubſtantiam eſſe fatemur. Hoc aũt dicit quõ proprie & primo cõpoſitum eſt ſubſtantia, & deinde partes eius ſunt ſubſtantiæ. quare, cũ materia ſit pars ſubſtantiæ, erit prope ſubſtantiam per ſe, qm̃ completiua eſt ſubſtantiæ propriæ. priuatio aũt, cum ſit ſolũ abſentia, longe à ſubſtantia abeſt. Item, ſi ꝓprie & primo compoſitum eſt ſubſtantia, ſecũdo loco forma, deinde materia formæ capax, profecto materia erit prope ſubſtantiã. At priuatio, cum formæ ſit abſentia, ꝑ hoc ipſa longe aberit à ſubſtantia. Item apud Ariſt. ſubſtantia dr̃ etiam, quia ſubiicitur, ſed aliquo modo etiam materia ſubiicitur, etiam ſ. vt pars aggregati & compoſiti acciperetur: quod quidem proprie ſubiecto nõ competit, igitur proprie ſubſtantiam materia eſt. Item, ſi definitio ſubſtantiæ eſt ea, quæ dicit, ſubſtantiã eſſe, quæ cum ſit eadem, & vna numero capax eſt cõtrariorum, & hoc materię ineſt, vel multo magis erit prope ſubſtãtia non ſolũ, quia per ſe non eſt vna numero, ſed etiam, quia ei nihil eſt contrariũ, quod eſt vnum inter ea, quæ aſsignãtur peculiare ſubſtantię, qm̃ quo ad ſubiectum eſſe aſsignatur ſubſtantia. Hoc etiam cõpetit materiæ cum & ipſa ſit quã maxime ſubiectũ. Et dubio procul per accidens materia fit nõ ens quatenus, ſ. priuationis eſt particeps, priuatio vero ꝑ accidens, eſt ens, qm̃ accidit materię. & ne multis agã hæc eſt ſententia Ariſt. de materia & priuatione. Plato aũt & illud, quod eſt aliquo modo non ens, quod fit, ideſt ex quo fit generatio, non dicit eſſe materiam & priuationem, ſed illud vocat magnum & paruum, ſiue vtrunq; ſimul coniunctum, ſiue vtrunq; eorum ſeorſum de ipſa materia prædicetur. Qđ ſane inquit, non vt magnũ per ſe materia ſit & paruũ priuatio, vel econtra, ſed vtrunq; ſimul eſt materia. Quare modus trinitatis elementorum, in quem priuationẽ & formam contraria & ſubſtantiam cõmune vtriſq; ipſam materiam Ariſto. collocauit, diſcrepat ab illo Platonis, qui vnum principium ſtatuit formam & duo ſubiectum, ſ. magnum & paruũ. Quare, cum nobis plures conueniant quo ad hoc, ſ. vt ſubiiciatur quædam natura, ex qua fit generatio. Et ſi aliqui vno nomine vtuntur vocantes ipſam, & alij duobus nominibus, quæ de vno & eodem ſubiecto afferuntur, diſſentiunt aũt, qm̃ priuationem non ſeiungunt à ſubiecto ſ᷑m rationem. Nã & ſi quidam vtatur duobus nominibus in ſubiecto ceu is, qui magnũ & paruum eſſe materiam dicit, tñ de vna materia eiſdem vtitur, deſpiciẽs naturam priuationis. Quare & idem illis nominibus facit, vt illi, qui vno nomine appellant materiã & ſimiliter priuationem deſpicit. Quod aũt inquit Alexãder, cum dixet paulo prius, ipſam igitur & alij quidam, ſed non ſufficienter vtiq; tetigere, de materia dixerit, etiam hinc perſpicuũ eſt. Nam, ſi dicit eos deſpicere priuationem, neq; eã recte percepiſſe, certe ipſam non tetigerunt. Deinde pulchre recteq; diiudicat dicens, quod poſſunt eadem dici, & ſi non abſolute priuationẽ neglegerint, deſpexerintq; modo non ſeiunxerint eam, tanquã ſit quędam natura eadem cũ materia. Sed, cum multipliciter Ariſt. mentionem de Platone fecerit, tanquam de illo, qui magnum & paruum aſſeruit eſſe materiam. Sciendũ, quod Porphyrius narrat Dercilidem in 11. Philoſophiæ Platonis, vbi de materia ſermonẽ facit, cõſcripſiſſe verba Hermodori, qui fuerat Platonis ſocius, & ea verba accepit ex eodem libro: quem ipſe Plato conſcripſit, ex quo perſpicuum fit Platonẽ ſupponentem, ſtatuentemq; materiam eſſe infinitum quoddam & indeterminatum, ex illis nominibus ipſam patefaciebat, q̃ magis & minus reciperent, de quorũ numero magnũ & paruum ſunt. Nam, cum dicat eorum, q̃ ſunt, alia eſſe per ſe, ceu hoĩem & equum, alia vero ad alia referri: & horũ alia ceu ad contraria, vt bonum malo contrarium eſt: alia aũt ceu ad aliquid, & horum aliqua vt definita: alia aũt vt indefinita, infert. Et oĩa, quæ quidem dicunť vt magnum ad

Materiã plato ponit in infinito, & indeterminato.

" paruum, habẽt magis & minus. Nam eſſe maius, & minus
" in infinitum feruntur ſimiliter & latius & anguſtius, gra-
" uius & leuius, & cuncta huiuſmodi in infinitũ abeunt. Ea
" aũt, quæ vt æquale, manens & cohærens, apte, diſpoſiteq;
" conſtitutũ dicuntur, non habent magis & minus, ſed con-
" traria his habent magis & minus: quippe vnũ ſit inæqua-
" le magis quam alterum. & vnũ, quod mouetur, magis quã
" alterum mouetur. ac incontinuum & incongruum magis

quam alterum. Quare, cum oĩa poſsint eſſe harum vtrarunq; coniugationum, excipitur tñ elementum vnum, quod eſt capax magis & minus, inſtabile, infinitum, informe atque non ens tale: quatenus dr̃ non ens per negationem entis. Huiuſmodi aũt elemento non conuenit principium nec ſubſtantiã vocari, niſi quadam indiſcretione & citra vllũ iudiciũ. Nã indicat quẽadmodũ aliquo modo eã proprie, & differens aliquod, aliquo modo efficiens dr̃, ita eſt principium. materia aũt non eſt principium. Idcirco & ab his, qui Platonem ſequuti ſunt, profecto diceref, q̄ materia vnũ eſſet principium. Sed num materia ſit principium apud Platonẽ, necne, paulopoſt oſtendemus. Quõ autem Plato magnum & paruum dixit eſſe materiam ex his exiſtimo perſpicuum eſſe.

Materia nõ eſt principiũ.

Permanens enim cum forma cauſa eſt eorum, quæ fiunt, ſicut mater. Altera vero pars contrarietatis, ſiquis mentis aciem ad eius improbitatem maleficam intenderit, neq; eſſe penitus, viſione comprehendetur ab eo.

Cõm. 77.

Accuſaturus eos, qui non ſecernebãt materiam à priuatione, dixit iam plures differentias materię & priuationis arguens cũ ex rebus, tum etiam ex dicta vulgataq; cõſuetudine dicendi & loquẽdi: in præſentia aũt aliam etiã addit differentiam dicens, materiam ſubiectam vna cũ forma eſſe cauſam eorum, q̃ fiunt, ceu matrem. Etenim materiã præbet facto vti mater, & capax eſt formę in ſeipſam acceptę ex patre vniuerſorum. Idcirco Plato eã interdum matrem, interdum locum vocat. Sed dicas vltro aſsimilari materiã matri, quatenus ipſa eſt capax dimẽſionis & diuiſionis, qua formę diuiſibiliter recipiuntur in materia, ceu matres ea ſemina, q̃ ingerũt patres, & q̃bus infantes oriuntur, alunt & augent in molem maiorem. Il deo Plato ipſam quoq;

Materia eſt receptaculum formæ, quam vocat Plato matrem et locum.

Materiam Plato appellans matrẽ.

quoq; vocauit nutricē, & talis materia est causa vt aliquid sit. priuatio aūt, quam appellauit alterā partem contrarietatis, alicui respicienti ad eius maleficium & corruptionis efficiētiam, siquidem absentia est formæ; quatenus est essentia ac bonū vniuscuiusq;, profectò nihil prorsus esse vi debitur. Nam quid aliud erit absentia q̄ entis, ac essentiæ interitus? idcirco neq; priuatio permanet in cōposito, & tñ materia permanet. Nam p̄sente forma à quo poterit permanere absentia eius? Et dicit Alex. q eadē est causa malorum. Etenim, quanquam materia videat esse causa malorum, tñ ipsa ob priuationē est causa malorum, cū nequeat recipere sempiternorum rectam ordinationem & dispositionem. Et quāuis priuatio dicat malum, tñ materia cū priuatione non ita est malum, tanquā substantiam malam habens, neq; esset malū, vt hi, qui dicunt mali principium ingenitum cōtrarium bono. Etenim materia & priuatio, quæuis ea sit, ipsa diuinitus à deo profecta est ac pēdet, & ex bono constitit, q̄ etiam opificio conseruādo magnum cōmodum & adiumentum afferunt. Item bona ea etiam sunt, q̄ habēt vltimum locum & extremam partem in bonis. Extrema nāq; bona sunt non quę mala sunt, sed quæ à Philosophis appellantur necessaria: q̄ quidem principaliter non sunt appetenda, sed ob aliquod bonū constiterūt, quod quidem nō esset sine illis, sicut scalpellum, quo inciditur vena, & combustio, q̄ medici vtunt. Nam talia nec principalia summaq; bona sunt, qppe nemo suapte sponte hæc desideret, & capiat, nisi vrgēte necessitate, tñ nō sunt penitus mala, cum accipiātur & tolerentur ob sanitatem, q̄ bonum est, & tñ cōmodi afferant huiuscemodi bonis, vt neq; ea bona queāt esse sine his, i. venæ incisione & cōbustione ad medelam inuēta. Eodem etiā modo materia & priuatio non se habent vt prorsus mala, sed velut necessaria ab ipso opifice emersere & producta sunt, cum conferant ad vniuersi perfectionem. Nā materia & priuatio conferunt proxime ad subsistentiam generabiliū, & corruptibilium, quarum alia subiiciuntur mutationi, alia vero est causa mutationis. Hæc aūt generabilia & corruptibilia, cum sint pars quædam mundi sublunaris, siquidem non subsisterent, pfectò mundus esset imperfectus. Nā si hæc genita nō essent, vt etiā Plato inquit, cælum esset imperfectū & mācum, cū duntaxat haberet prima & media, immo extrema & ingenita ac materia reuera diuinissima eorū, q̄ sunt in mūdo, post tñ huius vniuersi partem, q̄ est sempiterna s̄m vniuersitates suas, & subsistit s̄m partes, quantum durare pōt, inter entia numeranda nō esset, neq; redigenda in ea, quod quidem nō est fas diuinæ bonitatis, quę non prima solū & media bona, sed etiam extrema, & quia cunq; ad bona sese extendunt, sane producere debet. Sed hæc, q̄ à nobis dicta sunt, ob eos, qui suas impias opiniones veteribus ascribunt & imponunt, satis superq; habeantur. Quòd aūt & si quibusdam videatur priuatio nō esse, qm̄ est absentia, ipsa tñ sit & substantiam habet, ac ratione à materia seiungitur deinceps demonstrat.

Materia malum non est tantū malā substātiam habens.

Extrema bona quænam sint.

Tex. 81. *Existente enim quodam diuino, & bono, & appetibili, aliud quidem cōtrarium ipsi dicimus esse. aliud autem, quod natura aptum est appetere, & desiderare ipsum secundum suam ipsius naturam. Quibusdam autem accidit contrarium appetere suam ipsius corruptionem. Attamen neque ipsum suam ipsius possibile est appetere formam (propterea quod non est indigens) neque contrarium. corruptiua enim sunt sui inuicem contraria. Sed hoc est materia, sicut si fæmina masculum, & turpe pulchrum. verum non per se turpe, sed secundum accidens: neque fæmina, sed secundum accidens.*

Discrimen inter materiam & priuationē cū attulisset, etiam s̄m habitudinē vtriusq; ad formā tradit. nā forma est quoddā diuinū bonum & appetibile, & hoc materia appetit suapte natura: contrariū aūt est priuatio, q̄ non expetenda est. Quòd si modo diuinum bonū, & appetendū primam formā separabilem Arist. inquit, quam etiam mentē & primam causam appellat, reuera oīa, quæ natura constant, eam appetunt, sic præparata deductaq; ab ipsa diuina natura, q̄ etiam causa est, vt vnūquodq; p viribus suis appetat illi assimilari. Similitudo aūt ipsis ppria perfectio est. Perfectio vero cōpositi, in forma est status, materiæ aūt est participare formā, ad quam etiā vergit, & ad eā suscipiendā idonea est, vel fortassis ad eā se habet ignaue nulla adhibita opera, cum sit quędam permutatio & vicissitudinarius formę situs, tñ ab ipsa pēdet & seruatur assistentia illius. quocirca etiā diceretur eam appetere. Nam id, quod est desideriū in ipsis aīatis, in rebus inanimatis naturalibus est appetitus. Si ergo materia formā appetit, & priuatio est contrarium formæ profectò non exiguū discrimē erit inter materiam & priuationē, quo inter se discrepant. Sed qūo primæ formæ priuatio est contraria, siquidem illi nihil sit contrarium. Nam inquit Arist. nō expedire vt multi dominentur. Item, si cūcta quouis modo entia illam appetūt, profectò priuatio etiā, si sit aliquid, illam prorsus appeteret. Atqui illius non est priuatio, quādoquidem priuatio sit absentia illius, quod aptum est adesse. & circa solas formas, quæ mutātur & intereunt spectatur & consideratur. Nisi diceretur priuatio contraria primæ formæ, quatenus est contraria formæ, q̄ aduenit et & desiderat primā formam. Vel fortassis diuinum, bonū, & appetibile appellat formā, quæ materiæ aduenit, cum sit, ceu proles diuini fati, quo etiam pacto materia appetit primā formā, & hæc est, quam habet in potentia, & ad quam apta est materia. Huic ergo formæ priuatio aduersatur, contrariaq; est. Cæterū inquit, siquis secernit materiam à priuatione, ceu ratione, ita etiam numero, plane inueniet materiā appetere formam, & contrarium esse priuationē. Quod, si aliquis in idē redigit materiam & priuationem, huic eueniet vt dicat, materiā sui interitum appetere, cū præsentiam formæ expetet. Nā præsentia contrarij est corruptio alterius in oī genere contrarietatis, sed nihil suipsius interitum cupit. igitur neq; contrarium appetit contrariū: qd̄ quidem accideret, si materia idē esset qd̄ priuatio. Item nec forma seipsam appetit quippe vnumquodq; appetat id, quo indiget. sed nihil sui indiget. si ergo aliquis id, qd̄ hēt, non expedit, cum eodē non indigeat, nec contrariū cupiat, ppterea qd̄ cōtrarium est corruptiuū: pſectò id, qd̄ appetit formā, nec erit forma, nec priuatio, sed materia, q̄ vtrūq; contrariū vicissim capit. Deinde dicit, quod materia appetit formā, ceu fœmina marē, id est id, quod eget & indeterminatum est, appetit id, qd̄ non eget aliquo & definitū est. Nām hi, qui de ipsa contendunt, eandē sententiā & notionem habent, quā illam vocēt matrē & nutricē. igitur materiæ appetit est alterius contrarij s̄m proprietatem, i. quatenus afficit materiam & nō quatenus est contrariū: qd̄ quidem esset, si materia foret priuatio, vel eadē cum priuatione. Et licet subiūgat, materiā appetere non aliter formam, atq; turpe pulchrum, tñ neq; hoc modo appetit cōtrarium, quippe nec turpe, quatenus per se turpe, aut turpitudo est, appetit pulchrū, alioqui semet interitum appeteret, sed potius iuncta cohæretq; illi turpitudine, q̄ est pulchri priuatio, necessario ad pulchrū se habet. qd̄ si priuatio esset quidē materia pulchri, certe nō appeteret pulchrū. & si eadem esset materia priuatio-

Com. 79.

Primam formam oīa desiderant.

Prima formæ quō priuatio est contraria.

Priuatio in appetēda forma à materia distinguitur.

ni non seruaretur, remaneretq; materia, cum esset alicuius materiæ particeps. At si quis dixerit priuationem semper vnam cum materia esse eiusdem substãtię, qm̃, & si aliqua forma participaret, & alia quadam priuaretur, intelligere oporteret, quod nulla priuatio esset eiusdem substantię cũ ipsa, siquidem oĩs formę apta sit vt particeps fiat. Et tandẽ siquis dixerit vnam priuationem esse eiusdẽ substãtiæ cũ materia, proculdubio & oẽs priuationes eiusdem substantiæ dicet. quare quæuis & quantumcunq; forma præsente materiæ substantia eius corrũperetur: siquidem admitteretur, priuatio esse materia. Quòd siquis dicat, dum materia particeps est formæ, simul cum materia illius etiã formæ priuationis substantia coniuncta est, qm̃ essentia materiæ est ipsa informitas, is profectò nõ seruat & tuet̃ significatũ priuationis. Nam aliud est diuersitas, qua etiã forma sine materia est, & aliud est formæ absentia, q̃ nequit simul cũ præsentia adesse. Sed ꝙ nec forma, nec priuatio appetat formã, atq; quod subiectum qđ aptum est forma participare, & ab eadẽ ornari, id etiã formã appetat, aliàs etiã ostensum est. Ex his aũt conclusum est etiã, ꝙ aliud sit priuatio à materia, non tñ ob id inter elementaria principia adnumerabitur priuatio. Nã elementũ, quod inexistit inestq; genito, illud est principiũ, sed non id, quod efficit absentiam. Sed qũo fœmina est per accidens materia, siquidẽ suiipsius ratione indiget forma, appetit ipsam, ac suscipit, & dimensionis, extensionisq; causa sit, nisi ob absentiã indigeat & appetat, qm̃ si semper obtineret formã, ceu liquet in cœlis, vbi materia semper formã habet, profectò nõ esset indigens, neq; appeteret eam, sed vna quædã natura esset vtrisq; consubstantialis semper cõstituta, cum illa, & hac rõne differt ab accidente, quod est in substantia. Nam accidens cũ subst-tia nullum cõpositum efficit. priuatio aũt est in subiecta materia, vt in subiecto, nõ efficiens aliquam substãtiam cũ ipsa materia, neq; fit pars genitæ substantiæ. Idcirco priuatio dr̃ accidens materiæ, forma aũt non. Et priuationis interitus per accidẽs dicitur esse materiæ, sed formæ corruptio nullo pacto tribuitur materiæ, qua ipsa materia corrũpi dicat̃. Quinimmo materia tum potissimum apparet, qñ forma corrũpitur, sed corrupta priuatione & forma adueniente occulratur materia, quæ etiã corrũpi videtur. Nisi fortassis Aris. nũc materiam vt vnum quoddam ex potẽtia & priuatione cum contẽplãs fuisset, idẽ dicat quo ad id, in quo id est sm priuationem, per se corrũpi, sed quo ad potentiã, esse ingenitam & nunquã interiturã. Hoc sane modo existimo etiã ea verba contextus erunt inter se magis cõparata & mutuo respondentia, quæ dicũt, vt {est id in quo} si velut de materia dicerentur, qm̃ sm priuationem per se corrumpitur, sm vero potentiam nec oritur, nec occidit. Etenim nec dixit, ꝙ materia per accidens corrumpatur, sed quod velut priuatio per se corrumpitur, & vt potentia nec fit, nec corrumpitur. Verũ interpretes aiũt eam corrũpi per accidẽs, qm̃ ens, quod est in ea quod priuatio est, corrumpitur, vt amphorã, vas, s. quoddam vinarium dicimus corrumpi, cum vinum quod erat in ea interierit & euaporarit. At quis assereret corrupto vino amphoram interisse? Cæterum & si longum Arist. produxerit sermonẽ secernens distinguensq; materiam a priuatione, tñ contẽplans materiam quo ad potentiam, illis verbis forsitan vsus est, sed qũo ostendat materiam esse expertem interitus, atq; ortus, quo ad potentiam, deinceps videbimus.

Priuatio est accidens materiæ. *Forma aũt non.*

Materia corrumpitur per priuationem. per potentiam aũt est ingenita & incorruptibilis.

Tex. 82. *Corrumpitur autem, & fit. Fieri quidem potest vt fit, fieri autem potest, vt non fit. Quatenus enim est id, in quo, secundum se corrumpitur: quod enim corrumpitur, in hoc est priuatio. quatenus autem secundum potentiam, non per se, sed incorruptibilem, & ingenitam necesse est ipsam esse.*

Cõm. 80. Cum ostendisset materiã esse, & qualis quæ sit & qũo cognitionis cõprehendendam, atq; ipsam differre a priuatione, & si ab ea distingui nõ videatur, deinceps ostendit ipsam esse per se incorruptibilem, quãuis per accidens corrũpatur, eo quod accidẽs ipsi corrũpitur per se, quod quidem priuatio est. Vnde etiã hæc est quædã differentia materiæ & priuationis, qua materia p accidens interit, & priuatio per se. Vocat aũt accidens ipsi, id in quo, pro eo qđ est in ipsa. Nã accidẽtis hæc est natura, vt sit in aliquo & illud in quo, ꝓprie quidẽ substãtiam indicat. Quippe aliud sit in quo aliquid est & aliud ꝙ in illo est. vtebat̃ aũt eodem sm hoc {id in quo} de eo quod est in subiecto, deinceps per hoc, sed vt aut sm suam naturã non corrũpitur per se, dixit, at suapte potẽtia, qm̃ materiæ essentia est ipsa potentia, ac posse. Nã materia est substantia per potentiã. Quòd si hoc ita se habet, profectò qñ etiã aderit actus potentia materiæ manebit, & hæc non trãsmutabitur aliquando in id, quod actu est, ne corrũpetur materia, q̃ per potentiam substantia est. igitur materia non fit alia, neque alterum quippiam, sed manẽs id, quod est, recepit formã, Quòd si hoc est, profectò conueniẽtius erit dicere, forma est in materia, quam compositum materia & forma constat. Sed, si etiam forma accidit materię, & est ipsa etiam corruptibilis, cur non dixit materiam esse corruptibilem per accidẽs, sed quia id, quod corrũpitur in ipsa, priuatio? Num primum, quia non similiter inest materiæ forma & priuatio, sed forma, vt in materia, efficit cõpositam substãtiam cum materia, & ẽst pars substantiæ cõpositæ simul

Materia per accidens, priuatio per se corrumpitur.

» *Si enim fiat, subijci aliquid oportet primum, ex quo inexistente fiat: hoc autem est ipsius natura: Quare erit antequam facta sit. Dico enim materiam, esse primum subiectum vniuscuiusque, ex quo fit aliquid, cum insit non secundum accidens, & si corrumpitur aliquid, in hoc abibit vltimum. Quare corrupta erit, antequam corrumpatur.*

Cõm. 81. Quatuor planè & euidenter dignitates in virtute cum assumat duabus indicat materiam esse ingenitã, cæteris vero duabus ostẽdit esse incorruptibilẽ. Duæ primæ sunt, vt qđ fit ex aliquo subiecto primo fiat, & qđ id, quod nondum est hoc, quod fit. Reliqua vero duo his similia sunt, scilicet omne quod corrumpitur in aliquod corrũpitur ex quo primo fit, & id quod corrũpitur, dum corrũpitur, nondũ corruptum est. Præterea diffinitionẽ materiæ pro dignitate assumit. Ex quibus primo ostendit, materiã esse ingenitam hoc modo. si fit materia, & oẽ quod fit ex subiecto quodã primo per se inexistente oritur, & tale ex quo primo inexistẽte per se aliquid fit, est materia. si ergo materia facta est, igitur ex materia, q̃ prius inest fit, ergo materia prius est quã fiat. Vnde si hoc iure optimo censet̃ fieri nõ posse, s. vt quod fit, prius sit quã fiat, profectò & antecedẽs est impossibile, s. materiã fieri. Et hæc cõcludunt̃ ex pręhabitis dignitatibus, ac postulatis, atq; ex diffinitione materiæ. Dixit aũt in definitione materiæ {ex quo fit aliquid cum insit non sm accidens} ad differẽtiam & discrimen priuationis. Nam, etsi dicatur ex eadem fieri id, quod gignitur, tñ ex ea ceu ex quodã inexistẽte ac per se non fieret, sed per accidẽs. Nã eo quod ipsa abest, id quod fit dr̃ nasci, ac fieri. Vel inquit Alex. adiectum est {nõ sm accidens} qm̃ insunt facto ac genito etiam accidentia, quę insunt subiecto, ceu inest statuę color ille, qui erat accidẽs ęri, sed non per se inest, sed per accidens. ideo color nõ est materia statuæ, neq; confert ad essentiã statuæ, vt ipsa sit.

Materia est ingenita.

Materia nõ corrumpitur.

Deinde, cum ostendisset materiam non fieri, ostendit etiã ipsam non interire. Nam oẽ quod corrumpitur non dr̃ resolui, ac prorsus redigi in nihilum, sed in eo, ex quo primo inexistente fiebat non ſm accidens: hæc aũt est materia: si ergo interiret materia, profecto in tale resolueretur, qđ est ipsa, & erit materia corrupta existens: sed materia est ante corruptionem, quare corrupta erit antequã corrumpatur. Quare si fit, oportet subiici in generatione ipsius talẽ naturam: qđ si est ipsa materia, erit ergo antequam fiat. Similiter si corrumpatur, oportet in hoc ipsam corrumpi, qđ est ipsa: & ita erit corrupta antequã corrumpatur. Sed materiam esse incorruptibilẽ à Platone & Pythagoreis Arist. accepit. Nimirum Timæus Platonis dicit. Tertium genus locus est, qui nunquam interit, sed oĩbus, quæ gignuntur, sedem exhibet, hic sine sensu tangentis tangitur, adulterina quadam ratione vix opinabilis. Sed oĩs demonstratio Arist. pendet & trahitur ex naturali dignitate, quæ dicit, nihil fieri simpliciter ex non ente, neq; corrumpi in simpliciter non ens. Quam dignitatẽ a principio ferre constituit, ac notauit, ostẽdens, qđ fit ex contrario fieri, corrũpi in cõtrarium atq; oportere aliquod esse subiectũ contrarijs, qđ partim est ens, & partim non est ens, ex quo inxistente per se fiunt ea, quæ gignuntur.

Materiã esse incorruptibilem a Pythagoricis et Platone accepit Arist.

Veruntamẽ (vt dictũ est prius) alio modo Plato ostendit q̃ fiunt ex aliquo subiecto prodire & oriri. Nam, cum imago eius, qđ est, sit id qđ fit, & oĩs autem imago assimilatur exẽplari, & oẽ, quod assimilatur participatione assimilationis assimilatᷣ ipsi exẽplari: aliud, quidẽ est id, qđ est particeps, aliud vero id, cuius est particeps & participatio, per quã assimilatur imago. Igiᷣ participans est id, in quo & ex quo fit imago, qđ quidem est illud, qđ fit. Porro Plato in Timæo dicit. Tria in præsentia genera sumenda sunt. Vnum, quod gignitur. Aliud in quo gignitur, aliud à quo similitudinẽ trahit, quod nascitur. Et si quidem ea vera sunt, q̃ prius dixi, id primũ profecto est ab ente mutatio vicissitudinaria & permutatio atq; in ipsum nõ ens inclinatio, quam entis participatio cõprehendẽs firma & qđ viribus efficit imaginem esse illius qđ est, & cum in non ens permutatio tãdem illud deduceret, obtinuit profecto participatio entis, vt in ens redigatur.

Quæ fiunt ex aliquo, alio modo ostendit Plato, quã Arist.

Sed quomodo materia est ingenita, & incorruptibilis: nũ sua ipsius cõmunitate? An hoc etiam competit formis? Nã nullius formæ cõmunitas prorsus corrumpitur, immo homo etiam semper est & equus, album virtus, & vnaquæq; species, qm̃ manet cõmunitas vniuscuiusque. Sed nũquid materia suapte natura indiuiduali sit ingenita & corruptibilis, vt mea materia, non quà materia: nã hoc est cõmunitatis quatenus materia mea & hęc materia ingenita & incorruptibilis sit. At qũo hæc non frustra est, corrupta mea forma? Nam alterius formæ nõ erit materia quatenus mea materia est. Item qũo non erit materia reuera melior, atq; magis substantia quã forma, siquidem indiuiduis formis corruptis materia indiuidualis signataúe manet. Nisi ergo dicatur materia Indiuidualis nõ esse per se, sed ab indiuiduis formis fit indiuidua, quemadmodum etiã formatur ab eisdem. Nam indiuiduo numero differentia diuisione multiplicantur & differẽtijs accidẽtium. At nec diuisio, nec numerus, nec accidentia sunt propria materiæ, sed formis.

Materia quomodo sit ingenita, & nõ forma.

Hęc igitur ab ente communis permutatio & vicissitudo, quę qm̃ est materia ingenerabilis & incorruptibilis est, sed talis permutatio & vicissitudo ac talis materia cõprehẽsa, deinde ab ipsa forma formatur & corrũpitur, quemadmodum etiã forma indiuidua perit. Nã & si aliquis diceret primum corpus esse materiã, & illud etiam ſm cõmunitatẽ incorruptibilẽ. Nam aquæ corpus cũ qualitatibus in aeris corpus, & in eiusdem qualitates mutatur, tñ non quatenus corpus. etenim hoc non mutatᷣ, sed tale corpus, quatenus tale, mutatur in tale. Nam quia materia hoc cõmune habet solum, quatenus materia, hac ratione proinde ingenerabile & incorruptibile ei conuenit. Et demõstratio Arist. qua ostendit materiã esse ingenerabilẽ, & incorruptibilẽ esse, inconcussa manet. Nã aliqua materia fit ex aliqua, & illa materia aeris fit ex illa aquæ, & nõ est materia aeris priusquã fiat. nam prius illa erat aquę. Similiter etiam corrũpitur materia aeris in illã aquæ, & non corrumpitur materia aeris priusquam corrumpatur. Non. n. erat materia aquæ priusquam fieret aqua, qm̃ autem hoc aliqua materia habet per formã, idcirco indeterminate Arist. dixit materiã esse ingenitã & incorruptibilẽ. Sed, si ingenita & incorruptibilis, aiunt quidã, materia est, qũo ergo ipsa nõ est aliquod principium, ac primũ, ceu etiam Deus. Nã si ex Deo proficisceretur & produceretur, non esset ingenita. Sed quod Arist. dicat nõ ingenitũ esse, eo qđ non pendet a causa, sed aliquo temporis initio non est factũ indicat is motus, quẽ in fine huius operis ostẽdit motũ ingenitũ & incorruptibilẽ esse, quãuis dixerit oẽ, qđ mouetur, ab aliquo moueri. Item eodem modo dixit ingenitas esse cõmunitates formarũ, vt multa statuat esse principia prima. Verũtamẽ ipse clamat non esse bonũ vt multi dominentur.

Materia, si non est ingenita, cur principium primũ non est sicut Deus.

Sed Arist. materiam prorsus vt elemẽtare principiũ ponit, qđ non erit contrarium efficienti, nec finali causæ, siquidẽ appetat etiã illinc ornamentũ & pulchritudinem, vt fœmina marẽ, & turpe pulchrum. Alij aũt diuersæ opinionis materiã dicentes esse malũ & ipsam contrarium principium bono ponentes, velut principium efficiẽs oppositũ illi bono ponũt. Proinde generationes ab eadẽ esse tradunt, & nugantur consilia & triũphos de ipso bono in ipso militiæ & huius belli imperio, quo vicit contrariũ.

Materiã qui malum affirmant, eã tanquam principium efficiens ponunt.

Verumenimuero Plato in Timæo causas proprię & cõcausas subsistentiæ mũdi afferens materiã inter concausas numerat & ordinat, eãq; incorruptibilẽ dicit, quemadmodũ & totum mundũ. Quod vero ipsam nõ velut primum principium censuit, dicendã esse, Hermodorus Platonis socius indicauit in lib. de Plato vbi scripsit ea, q̃ cum de alijs, tũ etiam de materia Platoni videbantur esse dicenda, vt Dercyllides narrauit. Sed ipse conclusionẽ dictorũ apponam, afferamq;. quare instabile informe, ĩdeterminatũ & nõ ens tale dici p negationẽ entis. Tali aũt non cõuenit esse principiũ, neq; substantia, sed in quadã confusione ferri, ac dici. Nã indicat, vt aliquomodo causa proprie & differens modo efficiens est, ita etiam principiũ. Materia aũt non est principium, quod etiã dicebatur ab imitatoribus Platonis vnum esse principium.

Materiã inter concausas computauit Plato.

Materia nõ est principium apud Pythagoricos.

De principio autem secundum formam, vtrum vnum, an plura, & quot, aut quę sunt, cum diligentia, Primæ Philosophię est determinare: quapropter in illud tempus differatur. De Physicis autem, & corruptibilibus formis, in posterius demonstrandis dicemus. Tex. 83.

Cum dixerit de materiali principio, qm̃ necesse est aliquod esse primũ subiectũ, ex quo cũ insit per se & non per accidens singula fiunt: atq; dixerit materiã aliam esse à priuatione, hãcq; ingenitã & incorruptibilem asseruerit esse, cæterũ debuit agere de formali principio. Nã consequens & decorũ erat illi, q tria dicit esse principia rerũ naturaliũ, materiam, s. priuationem, & formam, & de duobus disseruerit, vt tertiũ modo sequereᷣ. Sed materia hoc in lòco primã suimet substãtiã habet, & est vniuersæ generationis elementũ. Forma aũt vna est prima, & reuera principale principium, qđ quidẽ mentem bonam & primã causam efficiẽtem, & finalem alias appellat, quæ genera causarum in ipso Cõm. 83.

Materia hic habet suã substantiam.

Forma prima ac principale principium.

ciprium mens eſt, bonum eſt prima cauſa.
Forma naturalis cauſa propiqua eſt, & elementum eorũ, quæ generantur & corrũpuntur.

in ipſo eadem eſſe & multa alia dicit. Nam poſt vnã mentẽ oportet ſubſiſtere multitudinẽ, per quę etiam corpora, quę in orbem duci apta ſunt, ac mouentur. Altera aũt formam etiam eſt naturalis & corruptibilis, q̃ elementũ eſt eorum, quæ fiunt, & intereunt, ac proxima cauſa eſt. Et ſane cõſtat illud proprie eſſe principiũ formale, qđ primum & ſeparabile eſt à qua hæ formæ prodeunt. Quocirca de principio proprio formali ſeparato & intellectuali, atq; immobili, ſiue vnum, ſiue plura, vel qđ quidem verius eſt vnum & plura, & quodnã ſit, vel q̃ ſint, qm̃ immaterialia, & intellectualia, ac oĩno perfecti ſubſtantia actus ſunt, erit munus Primæ Philoſophiæ, qđ dictũ eſt facultatis ſupra naturales, quã ipſe Poſtphyſicã appellat, diligenter & accurate determinare. At de naturalibus & corruptibilibus, atq; de his formis, quæ prorſus in motu & mutatione verſantur & cõſiderantur, quæ ſunt elemẽtaria principia & proximę cauſę formales naturalium rerũ inquit, poſterius dicemus. Nã hæc forma eſt illa, quæ ineſt naturalibus, vt elementũ, cui etiã priuatio opponitur, ex qua & materia cuncta naturalia cõſtant, in quibus etiã compoſitum diſſoluitur, ſ. in materia, quæ permanet, & in forma non permanente. Dicit autem de hac forma mox in lib. ſequenti dupliciter contemplatur ſm naturam, quam etiã velut proximã cauſam tradit, ideo ſeruat ſermonẽ ibi habendum de ipſa, atq; ob alias cauſas ibi dicẽdas. Eandẽ etiam ſpectat in. 2. lib. quatenus eſt extẽſa, & explicata in materia, ſed hæc duo de forma conſiderata redigit in vnũ, quatenus eſt forma naturalium rerum elementare principium, qđ quidem propoſita nobis tractatio & facultas inquirit. Fortaſſis aũt dici põt Ariſt. in præſentia dixiſſe de formali principio non ſeparato, ſed elementari. Etenim elementa rerũ naturaliũ diligenter & accurate tradere nõ eſt Naturalis, ſed Primi Philoſophi munus, tñ de naturalibus formis, non vt formis ſimpliciter, ſed vt obnoxijs ortui & interitui, naturalis eſt dicere. Et certe de his dicet etiã ĩ lib. de Generatione & Corruptione, quas poſterius demonſtrandas eſſe inquit. perinde ac ordinate ſint poſt hoc opus de phyſica auſcult. Sed pulchrior ac melior eſt prior expoſitio, ꝗ Ariſt. nouerit cãm effectricẽ cœli. Verũ qa nõnulli putant Ariſt. negaſſe cauſam effectricẽ vniuerſi, ſed ſolam finalẽ dediſſe qđ etiam Alex. arridere ac placere admodũ exiſtimãt, mihi operæpretium eſſe videtur ac neceſſariũ, vt illi audiãt & intelligãt hoc in loco ea quæ ab Alex. inter alios Ariſt. interpretes legitimo & famoſiſsimo dicũtur, quæ ſic ſe habent. Prima autem forma, vt efficiens erit cauſa. nã dicit in cõmentarijs Metaph. quod id, qđ mouetur ab eodẽ eſt quintũ corpus, quod etiam alia mouet, quæ ſunt ortui & interitui, obnoxia. Quo igitur modo erit efficiens cauſa, ſed quatenus oĩa, huius primæ cauſæ affectu & deſiderio propriã perfectionem aſſequuntur, ceu pauloante dictũ eſt, & quatenus ipſe dixit denuo in Cõmẽtarijs Metaphyſices eadẽ prima cauſa mouet vt affectatũ & deſideratum, quo ſane modo erit finis & cauſa, quæ appellatur cuius gratia. Nam tale eſt appetibile. Ecce plane quod Alex. etiam tradidit ac ſtatuit mentem eſſe cauſam vt effectricem, partimque vt finalem cauſam.

Elementa rerum naturalium accurate contemplatur primus Philoſophus.
Formas generabilium et corruptibiliũ cõſiderat Philoſophus naturalis.
Efficientem cœli cauſam nouit Ariſt.

Quòd igitur ſint principia, & quæ, & quot numero, determinatum ſic à nobis ſit. Rurſus autem, aliud principium capientes, dicamus.

Cõm. 84. Nam eſſe principia rerum naturalium tanquam manifeſtum viſus eſt accepiſſe, ſeruans limites, quos egredi Naturali non licet, & cum determinaſſet quæ, quotq; eſſent principia, etiam illa eſſe ſuppeditaſſe adieciſſeq; viſus eſt, ad hęc vſque primum librum abſoluens & concludens.

SIMPLICII COMMENTARIVS in Secundum librum Ariſtotelis, de Phyſica Auſcultatione.

CVM propoſuerit in hoc opere principia & cauſas eorum quæ natura conſtant, afferre, quoniam principiorũ alia ſunt elementaria, alia efficientia, alia finalia, principia ſane elemẽtaria nobis in primis occurrunt. Quocirca id quod cognoſcendum eſt, eum qui hæc callere vult, ex propria ſuaque natura & conſtitutione ad indaginẽ inquiſitionemq; cauſarum ſuarum excitat, quam ea elementa, quæ eidem inſunt, conſtituunt: ob id in primo lib. poſteaquam opiniones Philoſophorum narrauit diligenter, accurateq; examinauit, principia elementaria inuenit, oſtendens rerũ ortus ex contrarijs fieri, quorum communiſsima ſunt forma & priuatio, atq; ex ſubiecto, qđ contrarijs viciſsim ſubijcitur. Itẽ iam de materia patefecit eam eſſe, & ſtatuit eandem eſſe ſubiectum contrariorum, atq; compoſito ineſſe. Adde modum cognitionis, quo à Naturali comprehenſa ſit, & quo pacto à priuatione differat. Præterea, tradidit ipſam eſſe ingenitam, & icorruptibilem, atq; pleraq; alia quæcunque decorum & non ſupra uires erat. Naturali de ipſa agere. Eodẽ etiam fere modo de priuatione dixiſſe, oſtẽdens ipſam eſſe abſentiam formæ in ſubiecto, qđ aptum eſt eam recipere. Item eandẽ aſſentit eſſe per ſe non ens, & per accidens ens, atq; non eſſe cauſam tanquã inexiſtentem compoſito, ſed per accidẽs venire in compoſitionem. Nam eo qđ abeſt compoſitum è forma & materia conſtat. Inſuper eam demonſtrauit eſſe obnoxiam ortui & interitui. Hæc igitur omnia, cum demõſtraſſet, deinceps debet ea dicere de formali principio elementari, quæ naturalem contemplationem nõ excedant, & hoc modo deſcendere ad cauſam effectricẽ & finalem. Et, cũ forma, vt elementum inſit compoſito, & vt cauſa effectrix ſm naturam & rationem conſideretur, merito, cũ etiam diſſerere debeat de formali & effectrice cauſa, prĩcipio huius lib. de natura diſputat, quã, vt formã, atq; vt effectricẽ cauſam eſſe, demõſtrabit. Secũdo aũt, qm̃ alij formã, alij vero materiã dixerunt eſſe naturam, & magis ꝓprie hi dicunt, qui aiunt eã eſſe formã, neceſſario cõtemplationẽ naturæ facit ad diſtinguẽdã formã à materia. Tertio materia cum ſit artificialibus ac naturalibus ſubiecta, iure in eandem contẽplationem incidit, & cum forma artificialis extrinſecus oẽ principium motus habeat, & naturalis intrinſecus, non ab re eum opõtet, qui de natura dicturus eſt, ĩ primis ſeparare ac diſtinguere ea, quæ natura ſunt, ab his, quæ natura non conſtant: perinde erit in his peculiaris, & proprius ſermo de natura. Nam in Primo lib. oĩa communia principia mutationis inueſtigabat. Ideo mutationum etiam, quæ ex arte fiunt attulit exẽpla ponens muſicum, & immuſicum: cæterum cum ſeiunxerit ea, quæ natura ſunt, ab his, quæ à natura ſunt aliena, de naturalibus diſſerit, omittẽs artificialia. Neceſſario itaq; de natura, & his, quæ natura ſunt, atque de his, quæ ſm naturam conſtant, agit, ſeparans ipſa in primis ab his, quæ natura nõ ſunt. Etenim in calce Primi Libri pollicitus eſt deinceps agere de naturalibus, ac corruptibilibus formis. Et prorſus tractãti de rebus naturalibus neceſſaria eſt cognitio naturæ, atq; illius qđ eſt natura, & ſm naturam, ac qđ habes

Pricipiorum diuiſione.
Elementaria principia primo loco tractanda ſunt.
Epilogus eorum que dicta ſun: ĩ primo libro.
Secundi libri intencio.

F

habet naturam, quid sit vnumquodque ipsorum & quonam pacto differát inter se. Hæc autem omnia naturæ cognitio præcedit. Idcirco de ipsa prius tractat: quæ núquid sit, ob euidentem manifestamque eius substantiam, non censuit inquirendum esse, ceu ipse post, ipsum quid est natura, respondebit plura de hoc dicens. Quid itaq; sit natura ostendit, & vnà cum hoc, ostendit si est. Et quoniam Mathematicus & Medicus attingunt ea, quæ à natura disponuntur & aguntur, & is, qui Naturalis vocatur, adhibet, affertq; discrimen horũ inter se, explicans interea quędam, atque distinguens quædam. de causis, scilicet quot modis dicantur, & adiiciet iuxta vnumquodq; significatum exempla. Et cum nónulli tradant fortunam & casum esse causas, ceu hi, qui contendunt ex fortuna & casu aliqua fieri, apud quos tale quid consequitur, & si id non sentiant, & quod apud illos qui aiunt duo suprema principia. Nam si deum & materiam dicunt esse principia, quomodo concurrunt inuicem id, quod facit, atq; materia, quæ patitur, cum non sit alia causa concursus. Itaque ex fortuna & casu talem concursum & coitionem dicunt, atq; nihil horum asserunt rem ex his, quæ consequuntur, sed ex his, quæ præexistunt. Alij quoque extitere, qui, cum dicerent bonum & malum esse duo principia, assererent etiá eorum distantiam, aut diuisionem in contraria & distributionem, quę ipsis fit à fortuna & casu ortum traxisse. Ob igitur de fortuna & casu etiam determinat, vbi eleganter refellit eos, qui eum precesserunt, cum illi fortunam & casum vt causas, complexi sint, & nihil de ipsis dixerint. Postremo hoc in lib. apertiorem docédi modum vtitur, quippe qui iuxta ordinem problematum quæstionemúe, ac secundum verba recta semper continuatione sua prosequatur sententiam.

SECTIO PRIMA.

CAPVT PRIMVM.

Tex. 1.



Orum, quæ sunt, alia quidem sunt natura, alia vero propter alias causas. Natura quidem sunt, & animalia, & partes ipsorum, & plantæ, & simplicia corpora, vt terra, & ignis, & aer, & aqua. Hæc enim, & quę sunt huiusmodi, natura esse dicimus.

Cõm. 1.



Nte omnia alia quid sit natura inquirit & ostendit. Nam nec id, quod est natura, nec id, quod dicitur secundum naturam, nec quippiam aliud naturale pôt cognosci natura non perspecta & cognita. Quid vero sit natura inuenit discrimine eorum, quæ sunt natura ab his, quæ natura non sunt. Dicit autem ea esse natura, quæ per naturam subsistunt, ea vero, quæ non sunt natura per alias causas subsistere inquit: cum aliæ permultæ eorum, quæ fiunt, causæ sint. Vt mens, & ratio tractandi, ac efficiendi quippiam. quæ cum appetitione quidem fiat electio, vel animi liberum institutum, quidem quę potissimum ad bonum & malum attinẽt, efficit, ceu iustam vel iniustam actionem. Quæ præterea mens sine appetitu vel appetitione facit, ea sunt, quæ arte confici dicuntur, ceu lecticam, domum, aulam, tibiam. Fiunt etiam nonnulla per fortunam, ceu aliqui fodiendo aliquando incidunt in thesaurum, quædam etiam à casu prodeunt, vt mõstri portentiue generatio, aut lapidis deorsum delatio, qua commodus positioneq; aptus fit, vt supra eum sedeatur. Iure ergo ceu manifestum accipiens, quędam fieri etiam ob alias causas, deinceps infert, quæ sunt natura, asserens esse natura

Non omnũ, quæ fiũt, causæ sunt naturales.

animalia, plantas, horum partes, atque simplicia corpora. Nam horum causa nec est liberum animi institutum siquidem liberum animi institutum indeterminatũ est, & horum generatio ecõtra sit definita & certa. Item eadem nec à fortuna, nec à casu fiunt. quippe quæ ac talia raro euenire soleát. at ea, quæ duce natura fiunt, ceu plurimum ac sæpenumero prodeunt. Postremo nec ab arte aguntur, qm̃ quæ arte magistra efficiuntur, extrinsecus sane mouentur: at ea, quæ à natura sunt, intrinsecus fiunt & absoluuntur. Perspicuum quoque est hæc omnia similiter, eodemq; modo natura esse dici, quatenus scilicet habent aliquid commune, non tñ per sensum dicuntur esse natura, qm̃ is est proprius animantibus. Nec eo dicuntur esse natura, quod nutriantur, augeantur, & similia procreant, sed ita appellantur, secundum eos motus, quos proprie peculiariterq; naturales vocamus, scilicet motus locales, alterationes, generationes quasdam, & corruptiones, diminutiones ac auctiones, quæ nullo animę impetu, vel nulla inclinatione, viq; fiunt, sed cum dixerit { & animalia } adiecit etiam {& horum partes, } ea de causa, inquit Alexander, qm̃ eorum, quæ sunt natura, etiam partes eorũ natura sunt, qđ aliter euenit artificialibus: quippe eorum omnes partes non sint artificiales. Nam, cum domus arte condita sit, eius tamen partes aliæ sunt per artem, aliæ vero per naturam. nam lateres ianuæ, hostiaq; per artem confecta sunt, lapides vero & ligna naturalia sunt. At rerum naturalium partes etiam ipsæ per naturam sunt. Et hoc merito. nam artibus subijciuntur naturalia corpora. Ideo & hæc sunt partes eorum, quæ per artem efficiuntur, sed his quæ natura fiunt, naturalia etiam subiiciũtur. idcirco & horum partes omnes sunt naturales. Sed num attendenda sunt, quæ dicta sunt. Etenim si eas modo dicimus partes, quæ proprie sunt, certe artificialium partes erunt etiam artificialia quædam. etenim statuæ caput & pedes artificiales partes sunt. partes etiam domus, ceu loca, vbi uiri versantur & ea, in quibus mulieres morantur, atq; porticus, sunt artificiales. Quòd si partes & eleméta appellamus ea ædium, qualia sunt ligna, lapides, & huiusmodi alia quæ non sunt artificialia, profecto nec in naturalibus prima elementa sunt naturalia. Nam nec materia naturalis est, quæ est per se immobilis. Sed fortasse est aliqua etiam differentia in his. etenim in artificialibus etiam proxima elementa naturalia sunt, & non artificialia, ceu in statua æs, in domo, ligna & lapides, sed in naturalibus, & si vltimum subiectum non sit naturale, ceu materia, tamen proxima naturalia sunt, ceu quatuor elementa. vnde erit etiam quo ad hoc quoddam discrimen inter ea, quæ natura sunt, & ea quæ natura non sunt. Cæterum, quomodo dicit animalia & plantas natura & per naturam esse, cum hæc sint animata. & per animam sint ea, quę sunt. Etenim cum definimus animal, dicimus ipsum esse substãtiam animatam sensilem. Item plantam asserimus ab anima * negatiua accipere vitam, quæ efficit vt planta nutriatur, augeatur, & similia procreat ac generet. Sed illud mirum quoq; est. qm̃ igitur Aris. paulopost inquit, ea quę mouentur motu auctionis, vel diminutionis, hæc pati, vt naturalia, quæ videlicet nutriri, augeri, & diminui, competere animæ vegetatiuæ in Lib. de Anima dixit. Præterea processu huius libri inquit, ligna, quę inseruntur, p naturã suã germinare, pullulareq;, quanquam germen, vel germinatio, & omnis generatio per animam sit. Item definitio animæ assignata, quæ dicit, animã esse internam perfectioné corporis naturalis organici & potẽtia vitam habentis, cõpetit plantis & animalibus, & minime simplicibus corporibus, ceu terræ, igni, & reliquis, cum nõ sint organica. ita-

que

Naturaliũ causarum discrimen ab electione, a fortuna, & fortuna.

Artificialũ partes naturales sunt.

Naturalium partes nõ omnes naturales.

Animalia et plantæ, quomodo dicuntur esse p naturam, cu sint animata.

* vegetatiua.

quę quomodo hic volens nancisci inuenireque discrimen eorum, quæ natura constant, ab his, quæ natura non sunt, perinde ac sit eadem natura, accipit plantas & animalia esse velut natura existentia, quamuis per animã sint talia entia designata, suoq; charactere à cæteris & inter se distincta. Nã igitur sola simplicia corpora naturalia sunt: & si autem habeãt animam animalia & plantæ, hę quidem vegetatiuam, illa verò vim appetendi habent, cæterum eam quæ hic quæritur, naturam, quam etiam corpora simplicia habent. Etenim perfectiora corpora, quę habẽt perfectiorem vitam, etiam habent inferiores & deteriores. ceu homo, qui ratiocinandi animam, vimq; appetẽdi, & vegetandi, ac naturam, quæ hic inquiritur. irrationale autẽ animal præter animam & vitam rationalem reliquas possidet, similiter planta habet vitam vegetandi & naturam. Simplicia autem corpora & cõposita ex his qm corpora sola sunt composita, ceu lapides ligna, ossa, & vniuersaliter, quæ sunt vitæ expertia habent solam naturam, quatenus est natura tãtum, & hoc necessario, siquidem anima adueniat corpori naturali cum sit corporis naturalis organici interna perfectio, ceu ipse in lib. de anima definiuit. Itẽ si natura inest simplicibus corporibus, non vt organica instrumẽtariaúe, sed quatenus constant materia & forma, cũ hæc etiam insit plantis & animalibus, siquidem hæc etiam ex quatuor componantur elementis, profecto etiam corpora plantarũ & animalium antequam sint plantæ & animalia, prorsus erunt naturalia. Et ob id fortassis adiecit, {& partes ipsorum} nã os, lignumq;, appetitionẽ, vel aĩam vegetãdi non habent, & tñ naturam retinent. Discrimen igitur horum cum his, quæ artificialia sunt demonstrauit, & accepit ipsa quatenus naturalia sunt. Et, cum dixit auctionem inesse naturalibus, vel quia nondum determinauit, quorũ esset propria, vel quia quibusdam proprie naturalibus, ceu igni à nonnullis cõcedebatur inesse, nunc accipit eam vt naturalis, de quo animalia & plãtę nõ qua sunt animalia & plantæ hic acceperit Arist. tanquam sint natura, sed quatenus ipsa entia sunt naturalia indicat Eudemus, qui lib. primo naturalium hæc scribit. Quoniam aũt dicimus plura esse natura, etenim hominem, equum, & oẽ animal ac horum partes: insuper oliuam & omnem plantam horumq; partes. item herbam & prorsus ea, quæ nascuntur: rursus terram, ignẽ, & plura inanimata, aliquid his omnibus inest. Nam sensus proprius est animalibus, & plura alia. Auctio autem propria est viuentibus. at omnia, vt ita dixerim, mouentur. Etenim lignum, ęs, ignis, & vniuersaliter oẽ corpus mouetur, sed nõ æque oẽs motus habent: ceu lapis & quęcunque habẽt grauitatem, quæ ad supremum locum, vel in obliquum ab altero mouentur deorsum aũt à seipsis. ignis quoque deorsum cietur ab altero. sursum autem per se, lignum quoq; mouetur deorsum, per se similiter lectica lignea mouetur deorsum, sed nõ quatenus lectica. Nam si alatus fieret, non moueretur deorsum. Si ergo artificialia non mouentur per se, sed mouentur quatenus ex corporibus constant naturalibus, & hæc quibusdam motibus mouentur ab alio, quibusdam per seipsam atque alios inesse eisdem pręter naturã, & alios s'm naturam dicimus, profecto inerit eis motio per naturam non ab aliqua causa externa, sed ab ea, quæ inest eis. Tale igitur principium motus dicendum est esse natura, cum insit oĩbus, quæ per naturã sunt. quod si ita se habet res, natura est principium motus in ipsis per se.

Naturalia sola sunt corpora simplicia.

Naturalium descriptio ex Eudemo.

Cõm. 2. *Omnia aũt quę dicta sunt, videtur differentia ab his, quę non natura existunt. Quæcunque enim natura sunt, videntur habere in seipsis principiũ motus, & status, alia quidem secundum locum, alia vero secundum augmentum & decrementum: alia autem secundum alterationem.*

Cum proposuerit inuenire quid sit natura, & inuenerit optima regula inueniendi per discrimen eorum, quæ constant natura, ab his, quæ nõ natura, sed ob aliquas alias causas sunt, eodem discrimine esse naturã syllogismo ostẽdit. Differunt ea quæ natura constant ab his, quæ non natura constant non alia de causa, q̃ eo quod ea, quæ natura constant, principium motus & status habent ex seipsis. Dicit autem principium velut causam effectricem, ceu naturalia quæ intrinsecus ex seipsis moueri videntur, quorum alia mouentur s'm locum, ceu terra deorsum, & ignis sursum: alia vero s'm auctionem & diminutionem, vt idem ignis: & quædã petræ narrantur s'm totam molem augeri, vel minui. nam hoc est auctio & diminutio. alia deniq; mouentur s'm alterationem, ceu cum aqua fit subtilis, atq; calesit, quæ etiam habent intrinsecus statum respondentem motui. nam extrinsecus non habent eum, nec in infinitum motus vel status fit, sed cum attigerit metrum & statum suæ formæ speciei úe cessat & stat. Animaduertit aũt Alex. Arist. hic dixisse eorum vnumquodque habere principiũ & status in seipso, quæ prius dixit, idest animalia, plãtas & simplicia corpora, sed non omnia naturalia. Etenim orbiculare corpus est etiam ipsum naturale, quod quidem habet in seipso principium motus, sed nõ status, cum moueat perẽni motu vlla intercedente quiete. Nisi fortassis etiã cœlestia corpora, quanquam non transmutentur ex motu in quietem statumúe, tamen etiam ipsa habent statum per centrum, & axem, atque polos secundum suam vniuersitatem. quod si erit eorum motus naturalis, status etiam erit talis. Sed non omnis status quies est, sed ille, qui est post motum. Porro Porphyrius rectius annotat, cum nunquam moueatur & quiescat, ceu ab aliquo principio & causa hæc sortiatur. illud { & } pro vel, acceptum est, qm̃ eorum, quæ natura constant, aliqua sunt, quæ semper mouentur, & nũquam quiescunt. & inquit Porphyrius, nõ dico corpus diuinum, quippe hoc à corruptibilibus secernatur & separetur, sed ignis nunquam quiescit, qm̃ vel sursum, vel deorsum, vel in gyrum & orbem ducitur. Alia tamen sunt, quæ vtriusq;, scilicet status & motus naturam habent. Naturalia ergo habent intrinsecus causam in seipsis motus & status, & non extrinsecus, quemadmodũ artificialia, & ea, quæ ob alias causas fiunt. Cæterum, cum Alex. dicit simplicia corpora habere principium forte in se seipsis solius motus ad locum, & animalia omnium motuum habere initium, ac plantas aliorum, præter motum s'm locum, putabimus merito ipsum accepisse, exẽplumq; fuisse hic motum animalium. neque animalia sunt, nec plantarum quo plantæ sunt, sed motum eorũ vt naturalia corpora sunt, vel prorsus ab his, quæ mox subiungit, excipiũtur & differũt.

Cõm. 2.

Naturalia quomodo in se habeant principium motus & status.

Cœlestia corpora habent statum in centro.

Tex. 3. *Lectus autem, & indumentũ, & si quid huiusmodi aliud genus est, secundum quod quidem sortitum est prædicationem vnamquanque & quatenus est ab arte, ne vnam quidẽ habet mutationis appetitionem. Quatenus autem accidit ipsis, lapidea: aut terrea esse, aut mista ex his, eatenus habẽt. Tanquam natura sit principium aliquod & causa mouendi, & quiescendi ei, in quo est primum, per se, & non secundum accidens. Dico autem non secundum accidens, quoniam fiet vtique sibiipsi aliquis causa sanitatis, cũ sit medicus. attamen non quatenus sanatur, medicinam habet, sed accidit eundem, medicum esse & sanari: quapropter & separantur aliquando abinuicem. Similiter aũt, & aliorum, quæ fiunt. vnũquodque, nullum .n. ipsorum habet in seipso factionis principium, sed alia quidem in alijs & ab exteriori, vt domus, & aliorũ manu.*

manufactorum vnumquodque. alia autem in seipsis quidem, sed non secundum seipsa, quęcunque secundum accidens causę fieri possunt ipsis.

Com. 3. Cum demonstrasset ex his, quæ liquido constant, & ex adiectione eorum, quæ non natura sunt, naturalia habere initium motus & status in seipsis, ostendit hoc etiam proprium esse his, quæ constant natura. Etenim ea, quæ natura sunt, quatenus ea dicuntur, quæ ex arte sunt, vtpote lectus, & indumentum: hoc.n. exigit illud, quatenus sortitū est prædicationem {nullam in seipsis mutationis habent appetitionem. Quam appellauit internū motus principiū. Veruntamen quidā scribunt pro appetitione naturali, principium. Nā naturalia causam motus in seipsis habent, artificialia aūt extrinsecus: quippe non habeant in seipsis artificem, nec artē. Etenim gleba terrea cietur deorsum non extrinsecus, at lectica extrinsecus figuratur. Similiter etiam se habet statio in his & quies. Nam, cum gleba occupauerit attigeritq; summet vniuersitatē intrinsecus, quiescet, sed lectica cū fuerit perfecta & figurata, quietem accipiet extrinsecus ab artifice. Vnde in his, quę natura sunt, atq; in his, quę arte elaborantur, vnde oritur trahiturq; motus, ibi etiam status. Etenim, quæ motu ad locum, atq; motu ad actionem, diminutionem, & ad alterationem cientur, cū alia in proprium secesserint locum, alia vero in peculiarem magnitudinem, alia deniq; in propriam formam deuenerint, ibi naturaliter quiescunt, nec in infinitum transmutantur, nec extrinsecus ipsis accidit quietis, statusúe causa, sed cum habent à seipsis. Veruntamē lectus quidem, & vestis, & vniuersaliter artificialia, quatenus artificialia, extrinsecus habent principium motus & status. sed quatenus vnicuiq; horum subiicitur aliquod corpus naturale, aut lignū, aut lana, vel aliquod aliud corpus simplex, vel mixtum, eatenus hęc etiam habent initium motus & status in seipsis. Si ergo naturalia oīa in seipsis habent hoc, & artificialia quatenus artificialia nō habent, quæ tñ vt naturalia idē etiam habēt: profecto hoc erit proprium naturalium, quo naturalia sunt, s. habere in seipsis principium motus. Quare ex his constat, naturam nil aliud esse, quam principium motus & quietis in quo est, primo, per se, & non per accidens. Et sane videtur in prima figura hoc concludi per syllogismum hoc modo. Natura est id, quo differunt ea, quæ sunt natura, ab his, quæ non sunt natura: quę vero sunt natura differūt ab his, quæ non sunt natura, eo qꝫ habent in seipsis principium motus, & status, primo, per se, & nō per accidēs: igitur natura est principiū motus & status in quo est primo per se, & non per accidens. Potest etiā in tertia figura colligi hoc modo. Ea, quæ sunt natura, differunt ab his, quæ non sunt natura, eo qꝫ habent naturam: quæ vero natura sunt ab his, quæ nō sunt natura, differunt, eo qꝫ principium motus & status in seipsis habent non per accidens: ergo ea, quæ habent naturam, habent principium motus & status, & cętera: igitur natura est principium motus & status per se & nō per accidens: Et is syllogismus est similis huic, oē risibile est homo: oē risibile est animal rationale mortale: concluditur, ergo, oēm hominem esse animal rationale mortale. Qn̄ syllogismus habet cōclusionē vniuersalem propter materiam: & si figura tertia sit ea, quæ colligitur ex particularibus conclusionibus. Nam propositiones, cum habēt propria ac definitiones loco prædicati vniuersales, & affirmatiue conuertuntur ob proprietatē materiæ vniuersaliter. Quapropter, & si in tertia figura habeāt cōcludere conclusionē particularem, tñ ꝑpter materiā vniuersalis conclusio vera erit, ceu dixit in Analyticis, idest in lib. de Priori Resolutione. Cæterū ea propositio, quæ dicit, quæ natura sunt ab his differunt, quæ natura non sunt, eo qđ habent principium causamq; motus & status, patet per illa verba contextus superioris. oīa autem, quæ dicta sunt, ab hisce, quæ non natura constant, differre videntur, & cætera. Potest etiam, vt inquit Alex. ratio deduci, conficiq; forma syllogismi hypothetici, qui quidem sit ex cōstitutione antecedentis ad consequens hoc modo. Si ea, quę natura constant, ac naturam habent ab his differunt, quæ non natura sunt, eo qꝫ ea, quę natura sunt, principiū motus & status in seipsis habent primo per se & non per accidēs: natura sane erit principiū motus & quietis in his, in quibus est, per se & non per accidens. si ergo antecedens & primum est verum. ergo & sc̄dm cōsequens erit verum. Quòd vero hac ratione differant ea, quæ habent naturam, ab his, quę non habent, fidem fecit inductione, cum adiiciat {artificialia.} Cæterum ad verba adiunxit opportunissime hæc, s. {in quo primo est per se & non per accidens.} Etenim lectus etiam habet principium motus & quietis in seipso, etenim dimissus deorsum fertur: & tñ non dicitur esse aliqua res naturalis, nec habere naturā, vt lectus est, qm̄ principium motus prorsus non inest lecto, sed ligno, per qđ etiam inest lectica eo, igitur necessaria est illa adiectio huius {primo} Quòd vero per se & non per accidens necessario assumptum sit, ipse Arist. explicauit. Nam oportet, si naturale ens debet esse, quatenus naturale, vt in seipso habeat principiū motus. Ceu terra, quā terra est, cū habet principium motus deorsum, dicitur habere naturam. Tamen, si quis medicus ægrotaret, ac se ab eo morbo curaret, sanaretq;, profecto ex seipso sanatum fuisse diceretur: quippe qui principium motus in seipso teneat, non per se tñ, sed per accidens: non.n. quā medicus à seipso sanatur medicus, sed quā morbo laborat. Nam curat, restituitq; pristinam salutem quā medicus, curatur aūt ac restituitur eidē quatenus infirmus est, ac ægrotat. Porro aliud est medicum esse, & aliud aliquo morbi genere laborare. Quocirca etiam vnum ab altero seiungitur, qm nec oīs medicus male se habet, nec oīs ægrotus corpore medicus est. quare, cum à seipso medicus curatur ac sanat, nō quatenus ægrotat seipsum sanat, sed quā medicus habet principiū motus ex seipso. Nam si qua aduersa valetudine laborat, seipsum curaret, profecto oīs infirmus seipsum sanaret: nā quā infirmus sanatur. Vnde motus & sanandi principium habet medicus in seipso, non quatenus ægrotat. Præterea, pulchre illud {per accidens} explicauit per hæc, cum dicit.

Naturalia habent principium motus intrinsecus, artificialia extrinsecus.

Primo inesse.

Per se inesse.

Per accidens inesse.

Quapropter, interdum vnum ab altero etiā separatur. Nam illud, qđ inest alicui per se, ab illo inseparabile est. Quod autem separatur nō per se inest, sed per accidens. Differt autem primo a per se. Nam oē per se non est id, quod primo, neq; quod primo est per se. Etenim, quando aliquid per se inerit alicui, & illud iterum alicui alij per se inerit, atque primum tertio inerit per se, sed non inest primo. ceu triangulo inest per se habere tres angulos æquales duobus rectis, quatenus triāgulus est, & triangulus per se inest triangulo isosceli, s. æquarum tibiarum, quocirca etiam isosceli inest ꝑ se habere tres angulos æquales duobus rectis. Etenim quā isosceles triangulus est, & quā triangulus habet tres æquales duobus rectis, quæ etiam inseparabilia sunt ab isoscele, s. triangulū esse & habere tres æquales duobus. Tamen non primo isosceli inest habere tres duobus æquos, sed per medium qđ est triangulus. Rursus album inest primo superficiei, & virtus & anima, quippe hæc ipsis insunt non per aliud quoddam medium, tñ hæc non per se insunt. Nam hæc non sunt ea, quæ possunt per se fa-

Primo inesse diuersū proprosus ab eo est, quod est per se inesse.

cere substantiam subiectorum, neq; in definitione complectuntur, itamo album aptum est seiūgi & separari à superficie, & virtus ab aīa. Verum ambo in idem concurrunt aliquando, tū maxime, qñ possunt perficere substantiam, cui etiam immediate inessent. ceu rationale homini per se & primo homini inesse. at duobus tres æquales habere ipsi triangulo, & isosceli triangulū diceretur. Vnde, si nauis dicitur habere in se ipsam gubernatorem, qui eam mouet, tamen non per se: quippe gubernator non naturam nauis, neq; explet. Alioquin oē nauigium, omnisq; nauis, quamprimum esset nauis condita & absoluta, non egeret extrinsecus moueri, neq; separaretur ab ea gubernator. Nam nihil eorum, quæ per se insunt alicui, seruato illo, separatur ab eodem. Item, si gubernator dum mouet nauem seipsum quoque moueret, tñ nec per se, nec primo moueret. Porrò non est concedendum assentiendumq; Alexandro dicenti ita seipsam mouere animā dum mouet corpus in quo est, ceu gubernator mouet se dum nauem impellit, vel mouet. Nam aliquis fortasis concedere posset hoc modo, motum animæ ad locum fieri. Sed consilia, discursus, ratiociniaúe, atque opiniones, & oēs appetitus inclinationes, viresq; esse ipsius animæ, quæ seipsam primo mouet, quippe hæc non insint animæ per quoddam aliud, sed per se. nam substantia ipsius est seipsam mouere. Sed eidem quoq; dicēñ, qm̄, scilicèt, notandum est, Arist. etiam animam complexum fuisse in definitione, nunc non est assentiendū, siquidē anima sit per se interna perfectio corporis naturalis organici. At natura proprie primo & per se inest corporibus simplicibus & non organicis instrumentariisúe. Equidē anima est interna perfectio corporis naturalis organici: Natura autem non est corporis organici & aliorum, ac aliorū principiū motuū. Item, si natura est in corpore, vt in subiecto, ceu vult Arist. Nā dictum est in quo est natura primo, in eodem esse vt in subiecto. nō oīs autem aīa est in subiecto. quippe mens sit inseparabilis, vt ipse dixit in libro de Anima, quamuis Alex. non de ipsa vi animæ, sed de diuina velit intelligendum esse Arist. qui temere sine persuasione illa verba suę opinioni de aīa contendit adaptare. Sed ꝙ anima etiā sit principium motus & magis proprie principium motus, & non solū principium, sed etiam fons etiam, nos asserimus, quæ tñ in ipso qđ mouetur non est velut in subiecto. sed in subiecto esse, vult conuenire naturæ, dicens. subiectum. n. quoddam est, & in subiecto semper natura est. Constat etiam hoc, qm̄ anima habet actiones separabiles à corpore, vt etiam Arist. in lib. de Anima vsus est, cum ibi ostenderit ipsam & substantiam eius esse separabilē à corpore. Postremo dixit Arist. in contextu, quæ efficiuntur, ꝑ his, quæ arte fiunt, propterea ꝙ ars est quidam habitus, qui potest efficere aliquid cum vera ratione, vt definiuit Arist. in libris de Moribus, & in 7. libro Metaph. dicit. Equidem fieri dicūtur proprie ea, quę duce natura fiunt, cęteras alias factiones actionesúe appellare debemus. Cuncta igitur, q̄ arte fiunt & facta sunt, motorē extrinsecū habent, vel si in seipsis habent motorem, tñ per accidens illum habent. Adnotat magnus Syrianus; ꝙ hæc tradita definitio naturæ omnibus pene conueniat significatis naturæ, peculiariter in vnoquoq; sumpta. Nam ceu nomen naturæ æquiuoce prædicatur de materia & forma, atq; de ea, quæ velut productio naturalis & generatio est, cuius nomē de ea, quæ est vt causa corporum naturalium proprie ordinatur, sic etiam definitio hic intelligitur de ea natura, quæ proprie dicitur natura, sed per comparationem etiam de alijs principijs: nam principia motuum & aliæ naturæ sunt, sed nō eodem modo,

Animā mouere seipsam ut nauem gubernator quomodo sit intelligendum.

De natura loquens Arist. animam minime cōprehendit.

Naturæ definitio omnibus ferè naturæ significatis conuenit, quanquam naturæ nomen æquiuocū sit.

Est itaque natura id, quod dictum est. Naturam autem habent quęcunque tale habēt principium. & sunt hæc omnia substantia. Subiectum enim quoddam, & in subiecto est natura semper. Secundum autem naturam sunt, & hæc, & quæcunque his insunt secundum se. vt igni ferri sursum. Hoc enim natura quidem non est, neq; habet naturam, sed natura sunt, & secundum naturam. Quid igitur sit natura dictum est: & quid sit natura esse, & secundum naturam. Tex. 4. Tex. 5. Tex. 6.

Cum definiuisset naturā, & ea, quæ in definitione occulta erant, distinctè exposuisset, infert qđ ea habent naturā, quæcunq; tale principiū habent. Atqui cum ostendisset ea, quæ habent naturam ex actione, ex postea conclusit, ac deduxit quid sit natura. Quomodo igitur rursus velut aliquid tale consequens naturam infert, hoc. s. ea habent naturam quæcunq; tale principium habent? Num hoc non velut demōstrationem subiunxit, sed velut manifestum vult hoc assumptum esse, cum reassumendi illud nūc opportunitas sit. Vel repetit ad distinguēdum & secernendū id, qđ habet naturam, ab eo, qđ est ſm naturam. Quod sane deinceps facit ad concludendū oē corpus naturale esse substantiam compositā, quæ habet aliquod subiectum in quo est natura, siquidē natura principium & causa est eius in quo est per se. Cum igitur substantia composita habeat aliquid in subiecto, s. naturam ipsam, ideo vt consequens inducit, cum sit compositum naturale, nonnullos dixisse naturā esse subiectū, ex quo inexistente fiunt quæcunq; producuntur, & nonnullos formam, vbi rationibus vtrinq; adductis ipse dabit sententiam & iudicabit velut huius litis arbiter. Distinguit autem id, qđ habet naturam, ab eo, qđ est ſm naturam, dicens, id habere naturam, qđ est composita substātia ex subiecto qđ habet, & ex natura, quæ est in ipso subiecto habēte eam. Nam habens naturam subiectum est, & natura est in subiecto. Et subdit, hæc omnia, s. quæ habent naturā sunt substantiæ. Etenim substantia aliquo modo materia & subiectum dicta est in Primo Lib. substātia etiam dr̄ id, qđ est in subiecto, qđ sane forma est. Sed compositum magis proprie substantia appellatur, igitur subiectum aliquod esse, & id, qđ est in subiecto, ostendunt ea, quæ habent naturam substantias esse, vtrunq; sane substātia est, & magis est substantia id, qđ vtrisq; constitutū est. Vel cū dicit {atq; hæc oīa substantia sunt} intelligendum est quod habēs naturā, idest subiectū, substantia est, & natura substantia etiam est, & multo magis & sane substantia ipsum compositū ex vtrisq;. Nam compositum vtrunque in se habet, qm̄ est aliquod subiectum, atq; id qđ est in subiecto. Vel cū dicit {hæc oīa sunt substantia} id est subiectum, & id, qđ est in subiecto, quod ostendit per medium, qđ est natura, dicens, qđ natura est aliquod subiectū & semper in subiecto. si ergo natura est substātia, & subiectum est natura, ac id, qđ est in subiecto est natura, id est materia & forma, sint ergo oīa hæc substantia. Vnde hac ratione videtur huic sententię consonare & consentire id, quod paulopost inquiritur, s. nū materia & subiectum sit natura, vel forma, & id qđ est in subiecto. Sed melior est prior expositio etiam, propter ea quæ deinceps inducuntur. Et ꝙ subiectum & id, quod in subiecto est, cum duo sint, non oīa appellasset Arist, qui tñ in libro de Cœlo hæc scripsit. Nam duo ambo quidem dicimus, & duos vtraq; sed hæc ambo oīa esse non dicimus, sed hanc appellationē protribuimus primo ipsis tribus. Idcirco & reliquas expositiones Alex. quæ in eandem sententiam tendunt, prætermitto, Omnia ergo, quæ habent naurā, sunt substantia. qm̄ habet aliquod subiectū, & est in subiecto id, qđ habetur, id est natura. qđ sane dictu est idē, materia & forma, quę est Com. 4.

pro-

Forma et natura quomodo sint in subiecto, si sunt substantiae.

proprie substantia. Annotat Alex. quod, quamuis Arist. velit formam & naturam substantias esse, tñ dicit eas esse in subiecto. Cui sententiæ aduersatur in Prædicamentis, vbi ait, nullam substantiam in subiecto esse. & mitigat instantiam dicens, vel dixit Arist. nullam substantiam earũ, quæ ibi dixit esse in subiecto. Non. n. ibi fecit sermonem de forma substantiali, sed de composita, & ea, quæ vtrisq; constat. Cui etiam dixit nil esse contrarium. Vel non propriè dicit appellatq; nunc id qđ est in subiecto, de quo in Prædicamentis fecit mentionem, sed vsus est, sibiq; accommodauit nunc id, qđ est in subiecto, pro eo, qđ facit ad essentiam alicuius subiecti, ceu etiam plerisq; in locis dicere solet esse accidens de subiecto. Cum ergo talia dixisset habere naturam, deinceps subiungit quæ sint illa, quæ sunt ſm naturam. Quod sane ſm naturã latius communiusq; est eo, quod habet naturam. Etenim quę habent naturam, sunt etiam ſm naturam, perinde ac sint designata, & naturam talem sortita per naturam, quam in seipsis habent, immo neque hæc solum dicuntur esse ſm naturam, sed etiã quæcunq; his insunt per se. Etenim ignis habet naturam in seipso, cum habeat principium motus sursum in seipso. ſm naturam autem & natura competit igni latio sursum, quæ amplius non habet naturam, nec est natura. Nam neq; latio sursum, substantia est, sed potestas & actio, quæ inest igni secundum rationem naturę. Quo pacto etiam dicitur secundum naturam & natura. Nam ob suam naturam, atque suam aptitudinem, habet talem potentiam & actum. Et quamuis igni competat sursum ferri ſm naturam & natura, tamen non sunt idem id quod est natura, & id, quod est ſm naturam, sed latius est id, quod est natura, quam id, quod est ſm naturam. Etenim dicimus esse secundũ naturam ea, quæ habent propriam perfectionem. Sunt nanque aliqua natura, quæ perinde fiunt, ac si fierent per actionem naturæ, quæ tamen ſm naturam non sunt. Ceu sunt cecitates ab ortu, natiuitateque, ac ea oïa, quæ oino in priuatione consistũt. Etenim hæc, eo quod sunt ea, quibus aliqua sunt apta fieri, talia sunt. Ob id priuatio est absentia in subiecto apto. Item id, quod est natura, diceretur de omni consequente substantiam naturalem, & de omni eo, qđ accidit substantiæ naturali, quatenus talis. ceu coloratum esse, corpori, & ægrotare: sed id, quod est ſm naturam, dicitur de solo quod accidit ex proposito naturæ. Idcirco ſm naturam dicimus sanari quempiam, sed ægrotare naturę accidere, cum sit præter naturam. Cum igitur dicat Aristot. {sed natura & secundum naturam} non dicit profecto vt hæc sint idem, sed dicit, ignem sursum ferri natura & secundum naturam.

Quaenam ea sint, quae sunt secundum naturam.

Natura esse quae dicuntur.

Quòd autem sit natura tentare demonstrare, ridiculum est. Manifestum enim est, quod huiusmodi entia sunt multa. Demonstrare autem manifesta per immanifesta, non potentis iudicare est quod per seipsum, & non per seipsum notum est. Quod autem contingat hoc ita affici, non immanifestum est. Syllogizare enim quis posset de coloribus, cum à natiuitate sit cæcus. Quare necesse est talibus, de nominibus esse sermonem, nihil autem intelligere.

Com. 5. Cum ante problema & quæstionem quid est, inuestigãdum sit num prorsus sit id, de quo est quęstio, ceu in 2. lib. de Posteriori Resolutione Arist. docet. Nam, si prorsus nõ fuerit id, de quo est quæstio, profecto futilis ac superuacanei otij disputationisue erit inquirere quid illud sit. Quippe non entis non sit definitio. Cũ igitur hoc ita se habeat, ipse non demonstrauit naturã esse, sed tradidit definitionē eiusdē ostendens se iure prætermisisse, An sit. Nã quæ habent manifestã subsistentiã, non egent demõstratione, quæ probentur esse, vt etiam hoc ipse in 2. libro de Posteriori Resolutione, si quid memoriter teneo, definiuit, ac determinauit. Cũ itaq; perspicuum sit, vt inquit, ex actione aliqua esse, quę habent in seipsis principiũ motus, qđ quidem est natura, profecto eniti naturam esse ostēdere ridiculum est. Nã qui vult ostēdere manifestum, is sane vrgebitur ad faciendam fidem de eo, qđ ostendendum est, accipere aliquid ignotius, atq; occultius. Quo fit Primo, vt is modus ostendendi sit hominis, qui ignoret, quòd ois doctrina & omnis disciplina fit ex præexistēti cognitione, vt ipse Arist. docet. Deinde is modus ostēsionis est eius, qui nequit id, quod est per se notum, ab eo, qđ non est per se notum discernere. cum is studeat per alia ostendere naturã, quæ est per se nota, perinde atq; non sit per se nota. Et qđ longe deterius est per ignotiora nitetur eam demõstrare qđ quidē accidit fieri in his, quæ sunt manifestissima. Itē demit prorsus demonstrationē, cum velit in omnibus vti demonstratione. Nã, si oportet principiũ demonstrationis esse manifestum: qui existimat manifesta egere demonstratione, is nõ amplius cōcedit aliquod esse manifestũ, immo nec principiũ demõstrationis relinquit, quare nec demõstrationem. Quod vero eniti ostendere manifesta p immanifesta accidat his, q corrupti sunt iudicio rerũ manifestarũ, & ea parte mutilati, cui iudicãdi vis tribuitur, facit testem cæcũ ipsum, q de coloribus ratiocinatur. Nã, cum sint colores p se manifesti, & de seipsis fidē faciant his, q intueri ac spectare queunt, si quis videndi vim amiserit q perspicuo colores iudicat, deinde ratiocinaretur de coloribus, is sane vtetur ignotioribus ad faciendũ fidem, ac persuadēdũ ea, quæ manifesta sunt & ignorat, atq; rationē facit de nominibus, nihil intelligens. Nam ratiocinatur ex his, q audit, sed nõ ex his, q sentit. siquidē amisit iam cognatã sensuum cognitionem, sine qua mens ratione nihil de coloribus intelligere poterit. Hoc igitur modo etiã q tentat manifesta ostēdere, ignorat naturam eorũ, quæ sunt p se nota, eo qđ non habet vim, qua hæc discernũtur & iudicantur. Hæc aũt vis mens est. nam mens est, inquit, qua terminos propositionum cognoscimus cũ fuerint propositiones per se dignæ fide, manifestæ, & simplices. Fortasis etiam definitiones debent esse manifestæ per se credēdę & sine syllogismo notæ, tanquam ex manifesta diuisione acceptæ. Mens aũt est id, qđ cognoscit, & problemata, q per se ipsa manifesta sunt, ac quæcunq; huiusmodi sunt, ceu quidã termini, non egent aliquo alio, per quod demõstrentur, ceu propositiones ambiguæ. Postremo cum dicit. Ratiocinaretur. n. de coloribus quispiam ortus cæcus, f. de his, quos audit, sed nõ de his quos simul sentit, ceu si dixerit fuscũ est oculis aspectuiq; commensuratum, atque congruens, atq; fuscum componitur ex disgregante albo, & congregante nigro, & tale est oculis proportionatum. Equidē is nõ sentit simul id quod disgregat, neq; quod congregare pōt, nec aliquid aliud, qđ se habet ad sensum oculumq; commēsurate, sed solum nomina profert. Animaduertere oportet ex dictis, quod cũ merito prætermisit quæstionem si est, tum etiam causam prætermissionis iure non à principio dixit, sed nunc illam aperuit, qñ quid est cum ipsam esse perspicuum sit, demonstrauit. Etenim omnia corpora apta sunt vt moueantur.

Euidentia nõ egent demonstratione.

Manifesta qui conatur demõstrare ea rerũ intelligentia caret.

Tex. 7. *Videtur autem nonnullis, natura & substantia eorum, quæ natura sunt, esse quod primum subiectum est vnicuiq;, non formatum per seipsum. vt lecti natura, lignum, statuę autem, æs. signum aũt dicit Antiphon, qñ si aliquis defoderit lectum & accipiat potentiam putredo vt fit germen, non vtiq; fieri lectum, sed lignum, tanquam quod secundum accidens est, esse dispositionem secundum legem & artem. substantiam*

stantiam autem esse illam, quæ etiam permanet, hæc patiens
Tex. 8. *continue. Si aūt & horum vnumquodq; ad aliud aliquid idē hoc patitur (vt æs quidem & aurū, ad aquam. ossa autem & ligna ad terram: similiter aūt & aliorū quodlibet) illā natu*
Tex. 9. *rā esse & substātiā ipsorum. Quocirca sane, hi quidē terrā, alij vero ignem, alij aerem dicunt: quidam aūt aquā, quidā vero quędam horum, quidam aūt oīa hęc, naturā esse eorum, quę sunt. Quod enim aliquis ipsorum existimauit huiusmodi, siue vnum, siue plura, hoc & tot dicit esse omnem substātiā.*
Tex. 10. *alia aūt oīa, passiones istorum, et habitus, & dispositiones. Et horum quidem, quodlibet esse perpetuum. Non.n. esse mutationem ipsis ex seipsis, alia aūt fieri et corrumpi in infinitum.*

Cōm. 4. Cum prius dixerit, ea quæ habent naturam, esse substantias, qm̄ habens est subiectum aliquod, atq; est ea in subiecto natura, quæ habetur, vel quia natura subiectum quoddam est & in subiecto, vt intellexit Alexan. f m aliam interpretationem, merito opiniones apposuit, seorum, qui dicunt eam esse subiectum, & eorū, qui illam tradunt esse in subiecto, & probationes, pprię scientię vtrorumq; proponit, & ita iudicium & sententiam de ijsdem facit: simulq; significata naturæ, quæ multipliciter dicitur tradit, ceu & ipse in calce sermonis compertum fecit dicens {cum autē determinatū sit quot modis dicitur natura} vbi ego singula significata annotabo. sed ad præsentē contextū veniamus, cum dicit. {Videtur autē natura} intulit {& substantia eorum, quæ natura sunt} qm̄ eorum, quę sunt natura, essentia & substantia f m naturam est. Et primo dicit de his, qui putant materiam esse vniuscuiusq; naturam, quę quidem est primum informe per se in vnoquoq;, ceu lecticæ natura est lignum, & statuæ æs. Dixit autē primum informe, qm̄ in vnoquoq; composito plura sępe sunt, quæ rationē subiecti habent, ceu in corporibus animaliū. Equidem quæ proximæ speciei & formæ subiiciuntur sunt partes instrumentariæ: post illas vero sunt similaria, & post hęc sunt quatuor, quæ elementa vocantur, quibus vltimo succedit prima materia, q̄ quidem est primum informe p se. Nam alia sunt informia comparata ad aliquid, q̄ etiam habent proprias formas, ceu organica, vel similaria, vel elementa. Nam hæc informia sunt respectu formæ recipiēdæ in illis. At materia prima p se informis est. Nā statuę ęs & lecticæ lignum sunt formata, sed ad aliquid comparata sunt informia: communis aūt materia per se informis est. Item æs & lignum habēt proportionem & relationē ad primā materiam, nam vt hęc se habent ad statuā & lecticam, ita prima materia se habet ad oīa formata. Hoc igitur primum p se, quod vnicuiq; per se inest informe, asserunt esse primā & communem naturam, ceu proximum subiectum, proximam naturam, ceu statuæ, æs, & lecti vero lignum. Signū autē, quod subiectum esset natura, & nō forma, Antiphon Sophista sumebat, q naturam esse productionem, siue pullulationem ad motum, atq; similis procreationi dicebat. Signum ergo afferebat in artificiarijs rebus dicens. Si quis lecticam humi obruerit, & putredo acceperit vim vt germē producat, non lectus, sed lignū inde emerget, atq; fiet. Hoc autem accidit, qa forma lege, modoq; perficitur, idest f m artes est statura & digesta ac diuisa cōtra id, qđ sit f m naturam, perinde atq; confecta sit, iuxta fœdus & congruentiam artis, q̄ per accidens cū insit, fit & corrumpitur. materia aūt permanet, qa ipsa est substātia & natura rei. Nam proprium substantiæ est manere, sed rerum naturaliū, ac eorum, q̄ sunt f m naturam, est substantia. Quare rediges hæc ad formā syllogismi hoc mō. Materia & subiectū est permanēs, & producens in naturalibus, & tale est substātia rerum naturalium: & substantia naturaliū est natura: igitur materia est natura ī rebus naturalibus. Quare etiā natura erit materia. Nam definitiones in seipsis conuertūtur. Sed qm̄ ex proximis subiectis vnaquæq; forma habet aliquod subiectum, merito adiecit. {Quod si cuilibet etiam istorū aliud quippiam hoc idē accidit, vt, si forma eorū mutetur & subiectum maneat, vt æri quidem, auroq; cum aqua accidit, ossibus quoq; ac lignis cum terra, & vnicuiq; ex aliis cum subiecto, qđ est in ipso profecto subiectū erit natura & substantia ipsorum. Et ob id qđ quidē vnusquisq; statuit primū subiectū, siue vnū, siue plura, hoc ipsum putauit esse naturā & substantiā horum. Quare Antiphō communiter visus est dicere subiectum esse naturā, sed aliorū vnusquisq; qđ quidem dixit esse primū subiectū hoc etiā naturam eorum, quæ sunt, appellauit, siue vnum esse hoc, ceu Thales aquam dixit: Anaximenes aūt aerem, Heraclitus vero ignem: siue plura, ceu Parm. ignē, & terram, siue quatuor, vt Empedocles. Terram aūt solam esse naturam nemo posuit, sed eandē concursu aliorum posuit Arist. Cętera vero, quæ circa subiectū essent, ceu generationes corruptiones & alterationes, non amplius materias appellarūt. Neque.n. substantia sunt, sed accidentia & affectiones substantiæ. Quarum eas, quæ facile abiici possunt, dispositiones appellarunt, eas vero, quæ immobiles, stabilesúe sunt, habitus cognominarunt: & subiectum, qđ quidem aliquis esse statuit, sempiternum esse dixerunt. Nam, si corruptio est mutatio, q̄ ex aliquo in aliquid fit circa subiectū, profecto mutabitur subiectum ex sua natura: quare non fert sui interitum, sed sempiternū est. Sin aūt etiam corrumpitur, & ea corrumpuntur quæ possunt mutari, hæc aūt sunt affectiones, quæ circa substantiam transmutantur, quæ sane amplius non appellantur naturæ, & hoc pōt etiam probare materiam esse naturam: siquidem eādem sempiternā & immutabilem oēs statuunt. nam conuenit vt natura & substantia omnium sit stabilis, atq; immobilis. Hæc igitur est vniuersa dictorum sententia. Cæterum quidam pro ea particula, dispositio, quæ lege arteq; conficitur, scribunt formitate & arte cōficiatur, & hoc est notius, quippe quia rhythmus quædam forma esse dicatur.

Vno igitur modo, natura sic dicitur, prima vnicuiq; subiecta materia habētiū in seipsis motus principiū, et mutationis.

Cōm. 5. Cum dicat vno modo dici naturā ipsam materiā subiectam, quæ est prima in vnoquoq;, adiecit, eorū, quæ motus mutationisq; principium habent in seipsis. Nam etiam est in artificialibus, quā artificialia sunt quędā prima subiecta materia manēs, ceu statuæ æs, & domui, lapides & ligna, sed hæc qua subiiciuntur artificialibus, & ita non erit natura qm̄ neq; corpus est rationale, sed artificiale id, quod conficitur. At naturam oportet esse in naturalibus. Quare in naturalibus materia subiecta erit vno modo natura iuxta eos, qui sic statuunt naturam, sed vniuersaliter artificialibus nō subiicitur prima materia, quam esse naturā volunt. Quare neq; in naturalibus quæuis materia est natura, sed prima subiecta, quam etiam extremū subiectum appellaut, quod olbus subiicitur, & ipsum nullum habet subiectum. Etenim in animalibus subiiciūtur partes organicæ & similaria, ac elemēta, sed nihil horū est proprie natura, qm̄ nihil horum est primum subiectum. Cæterum in artificialibus est etiā primum subiectum materia, nō quatenus artificialibus ipsa subiicitur, sed quatenus naturalibus, idcirco pulchre dicitur, natura esse prima subiecto materia, in vnoquoq;, quod habet in seipso principium motus, idest in vnoquoq;, quod est naturale. Etenim in syllogismis, ppositiones subiiciuntur vt materia, quæ tn̄ non sunt naturæ, qm̄ neq; totus syllogismus est naturalis. Nam om-

Natura varia sunt significata.

Materiā esse naturam.

Subiectum ipsa naturam.

Quæ sunt in subiecto accidentia substātiæ sunt. Et substantiæ affectiones sunt.

nia naturalia sunt corporalia, sed neq; in syllabis primum subiectū, elementa natura est. Quare ne quoduis subiectū est natura, sed primū:neq; in quouis, sed in re naturali.

Tex. 11. *Alio autem modo, forma & species, quæ est secundum rationem. Vt n. ars dicitur quod est secundum artem, & artificiale, sic & natura, & quod est secundum naturam, dicitur & naturale. Neq; autem illud adhuc dicimus habere secundum artem aliquid si potentia tantum est lectus, nondum autem habeat formam lecti. neq; esse artem in his, quæ natura constant. Potentia.n. caro aut os, neq; habet adhuc suppsius naturam priusquam acceperit formam, quæ est secundum rationem, quam diffinientes dicimus quid est caro, aut os: neq; natura est. Quare alio modo natura vtiq; erit habentium in seipsis motus principium, forma & species, non separabilis existens nisi secundum rationem.*

Tex. 12.

Com. 8. Cum compleuerit positionē eorum, qui dicūt naturam esse subiectum, & eādem dimiserit, proficiscitur modo ad eam, quę dicit formā esse naturam. Cum, aūt natura habeat hoc cōe cum arte, vt vtraq; formet & efficiat formā, licet differat quatenus natura efficit formam iuxta materiā artis, ceu lignum lecti & statuæ æs. Sed hi, qui volunt materiam esse naturam ab hac differentia argumentū sumunt, dicētes lectum, si humi obruatur, videri, & apparere naturam ſm lignum, & non ſm formam. alij vero, qui formā naturam esse astruunt, eo quod natura & ars conueniunt hac ratione, quia vtraq; formant, atq; efficiunt formam & spēm. Ab hac ergo conuenientia propriam argumētationis opem & defensionē fecere hoc modo, vt in his, q̄ fiunt arte, dī id ars, atq; artificiale, quod fit ſm artem. Nam solemus dicere mirā artem statuæ formam esse eiusdem, sic etiam in his, quę natura & per naturam constant id erit natura, ac naturale, quod ſm naturam fit. Nam mirabilem dicimus. v. g. ligni naturam secundum formā eius. nam id propositione efficitur, qm̄ vt ars se habet ad ea, quæ per artem fiunt, ita se habet natura ad ea, quę fiunt per naturam, & econtra aiunt geometrarum periti. nam vt id, quod est secundum artem est ars, ita id, quod est ſm naturam, est natura, sed in artificialibus nondum ea dicuntur, esse ſm artem, si non suscepta forma erit, sed adhuc solum erit in potētia, ideo neq; est in ipso ars. nam ars est in specie & forma: quippe quia ęs non est ars statuæ, sed forma. Igitur sic in his, quæ fiunt natura, quod est in potētia solum, non est iam ſm naturam, neq; habet naturam. Nam neq; idem est potentia caro, neq; potentia os habet carnis vel ossis naturam, antequam receperit formam. Si ergo eo quod recipit formam habet naturam ipsorum, forma profecto erit natura. Et ad formā syllogismi hoc modo rediges hæc. Id, cuius præsentia ea quę sunt natura esse natura dicuntur, est natura: sed formæ præsentia, quę sunt natura, esse natura dicuntur: igitur forma est natura. Et cum duplex sit forma, vna quidem ſm figuram, seu species, quæ solum format, & altera, quæ est secūdum rationem, per quam definimus quid sit vnumquodq;. Equidem secundum formā solam, quę à formatione duntaxat dicitur, superficiei figuram, colorem, & magnitudinem assignamus: sed ſm rationem il la tradimus, quæ est secundum vnum formādi typum suę definitionis, quæ etiam concurrit cum definitione, quemadmodum & nomen. Hęc autem continet etiam figuram, quæ solum à formatione dicitur. Hanc igitur formam ſm rationem, siue eandem formam dicit esse naturam. Idcirco addidit speciei formam, dicens. Alio vero modo forma & species { & rursus in calce contextus dicit, } forma & species quæ non est separabilis. Item in arte alio modo forma & species seu figura idem est, quoniā ac figuram constat artificis ratio. Et per hoc etiam naturā formā esse ostendere possumus. nam, si natura est essentia vniuscuiusque, cuius est natura: & essentia vniuscuiusq; est forma, quæ dicitur esse ſm rationem: ideo cōuertuntur definitiones cum definitis, igitur natura erit forma, quare iuxta superiores rationes materia erit natura ipsis naturalibus. At iuxta ea, quæ nunc dicta sunt, forma erit natura, quæ quidem inseparabilis est à subiecto, à quo sola ratione separari potest. Separabilia inquam ea dici solent, quæcunque separata ab his, à quibus separari dicuntur, manent, suam retinentia naturam: ea vero, quorum separatio est corruptio, non erunt separabilia, est forma materialis, ex illa nanq; quod sint naturalia habent, non autem ex separabili forma.

Natura cum arte in forma præbenda cōuenit. *Forma est natura.*

Forma ratione tantum à naturalibus separabilis est. Separabilia quænam dicantur.

Tex. 13. *Quod autem est ex, natura quidem non est, sed natura est, vel per naturam, vt homo. Et magis natura hęc est, quàm materia. Vnumquodq; .n. tunc dicitur, cum actu fuerit, magis, quam cum potētia. Amplius fit ex homine homo, sed non lectus ex lecto. Quapropter etiam dicunt figuram non esse naturam sed lignum, quoniam fiet, vtique si germinabit, non lectus, sed lignum. Si ergo hoc est ars, & forma est natura, fit enim ex homine homo.*

Com. 9. Cum dixerit aliquo modo materiam esse naturam, & alio modo formā, deinceps infert de cōposito, ꝙ id, quod constat ex materia & forma, non est natura. Nam natura est materia & forma, compositum autem est natura duce. Nam id, quod est potentia aliquid, qn̄ actu factum esset secundum naturam, id profecto naturam tum habet, atq; natura duce est. Nullus. n. hactenus tulit compositum esse naturam. Nam id, quod habet formam, quæ erat natura, id dicitur ſm naturam & esse natura duce. Ceu homo ex materia & forma: quippe qui nō sit natura, sed existat natura. Sed cum hæc interea de composito dixerit, cætera subiungit de forma. Quibus vult materiam esse naturam & formam, sed formā magis naturam. Et causas adducit, quibus magis formam naturam esse, vult, q̄ materiam, quod quidē multis modis ostendit. Veruntamen Porphyrius illud. { Hæc est magis natura quam materia } intelligit de cōposito respectu materiæ: quod, quamuis non sit proprie natura, sed natura duce sit, attamen magis est natura, quam materia, propterea quod forma quā habet in seipso, est magis natura. Est aūt primum argumētum tale, Natura est causa vnicuiq; rei naturali, vt sit illud, quod esse dicitur. at causa, vt aliqd sit illud, quod dicitur, est causa vt sit in actu perfecto, seu in perfectione interiore & non solū in potentia: & causa, vt hoc sit in actu, quod quidem dicitur esse, ipsa forma est: igitur natura est forma. Alexander aūt sic concludit rationem. Vnumquodque eorum, quæ sunt, tunc est quod est, qn̄ erit actu intrinsecus perfectum: sed omne est actu atq; intrinsecus perfectus, qn̄ habet formā. sed id, cuius præsentia, hæ, quę sunt natura, sunt natura, est forma, & præsentia formæ ea, quæ sunt natura sunt natura, igitur forma est natura. Sed cū adiecit { magis } significauit, ꝙ etiā ea, quę potestate sunt, & si nō similiter sunt, vt ea quę actu sunt, attamen dicūtur & ipsa esse. Quare etiam materia est natura, & si minus sit q̄ forma. Cæterum hoc nomen { entelechia } fertur esse peculiare ipsius Aristotelis inuentoris illius. Significat autem formam, quæ est actu, quatenus secundū hanc est vnius finis acceptio, vel receptio vnius essentiæ perfectæ, vel interni finis cōtinuatio, i. habitus in sua absolutum finē. Item inquit. Qui aiunt materiam, & non formam esse naturam, ob id dicunt, quoniam lectus, si defodiatur humi. fiat aūt germinatio, certe lectus non pullularet, ac eo germine pdiret, sed lignum ex ligno. Cum ergo & homo ex homine fit, & homo est homo per formā, erit

Compositum ex materia & forma non est natura, sed ꝑ naturam.

Forma ē magis natura.

animaduerte

syllog.

Forma duplex una per figuram, altera per rōnem.

Entelechia quid significet apud Aristot.

erit ergo forma natura. Et si nõ fiat igitur lectus ex lectio, tñ homo ex homine oritur, ceu lignum ex ligno, & vniuersaliter vnum artificiale non fit ex altero, sed naturalia hoc modo fiunt. Vnde, si hæc vera sunt, eam, qui de rebus naturalibus regulas & canones tradit, oportet fateri, formã esse naturam, ex canone rerum naturalium, & non rebus naturalibus decernere, atq; statuere. Nã ars non efficit formas, quæ sint instar prolis similes, ceu natura. Etenim lignum, quamuis sit materia lecti, tñ naturalis forma est, & ob id lignum habet generare simile. Sed id, quod velut cõclusio, antea prolatum est, s. fit homo ex hoie, rationem esse occultam fecit. At persecutio rationis talis est, fit homo ex homine naturalis, s. forma naturalis ex naturali, non tñ artificialis ex artificiali. Ad quam illi respicientes tradunt formam non esse naturam, Atqui eos oportebat magis respicere ad naturalia, quæ similia suæ formæ generãt. Quod si hoc est proprium naturæ, debebant certe, formã esse naturam fateri. Nam si eo quod materia permanet in gñatione ligni ex ligno, materia ipsis videtur esse natura, etiam quia forma permanet, videatur ens natura esse forma. Animaduertere dignum est, homo ex homine fit cum, num homo fiat ex forma vel non vtrunq; ex vtroq; coniuncte fit. an propterea hoc dixit. { Quod si hæc figura est ars, & ipsa forma profecto est natura } perinde atq; forma sit incomposito.

Tex. 14. *Amplius autem natura dicta, vt generatio, via est ad naturam. Non. n. vt medicatio dicitur non ad medicinam via, sed ad sanitatem (necesse. n. est à medicina, non ad medicinam, esse medicationem) sic natura se habet ad naturam. Sed quod nascitur, est ex quodam in quiddam venit, quatenus nascitur. Ad an quod igitur nascitur, non ad id, ex quo sed ad quod. Forma itaq; natura est.* Tex. 15.

Cõm. 10. Tertium hoc ponit argumentum, quo demonstrari potest forma esse natura, quod valde congruenter, ac magna diligentia est productum. Nam natura, quæ dr̃ productio naturalis, & generatio, natura dicitur, vt est via procedens in naturam illius, quod pducitur & in eadem desinit. Ceu itaq; in artificialibus omne, quod fit, dr̃ fieri, quia id, ad qđ peruenit via, fit, & non id, ex quo. Nam, cum ex ligno architectus ędificatorq; faceret gradum, aut fundamentum, certe nõ diceretur fieri lignum, sed gradus ab ædificatore. Similiter etiam in naturalibus, Nam, qñ aqua in aerem mutaretur, certe non dicimus aquam fieri, sed aerem. Sic igitur & id quod nascitur, qm̃ in naturam proficiscitur, dicitur, nascitur, sed non quia à natura emergit, aut proficiscitur; sed proficiscitur ad formã. igitur forma est natura. Et deductio rõnis talis est, natura est, id ad quod tendit id, qđ fit; sed in formam tale tendit & non in materiã: ergo natura est forma. Sed, cum nonnulla sint eorum, quæ fiunt, quę non denominantur ab his, ad quæ tendunt, sed ab his, quæ formam ingerunt ac intro pariunt, ad quam formã tendit id quod fit, ceu medicatio. nam hæc similiter dicitur f̃m figuram dictionis, vt natura quæ est vt generatio: non tñ vt natura in naturã via est, ita & medicatio in medicinam, sed in sanitatẽ, cuius effectrix est medicatio. Nam id, quod curatur, sanatur. idcirco diuisit talia. ostẽdens naturam aduersus naturam, naturã velut via, ad eum quæ est vt finis, non ita se habere, vt medicatio aduersus sanitatem. Causa autem huius differentiæ nominum est, quia id, quod fit in plurimis est æquiuocum agenti. Nam calidum facit, & in intermedia, ipsa. s. calefactio. In quibusdam vero quod fit est diuersum nomine ab agente, vt medicina sanitatẽ efficit. Nisi fortasis qs acciperet pro medicatione sanitatẽ, & in his similiter se habebit. Nam vt natura accepta vt generatio via est in naturam, quæ est vt finis: quippe natura est

Agens ut plurimum æquiuocum est ei, quod fit.

, id, in quod desinit id quod fit & nascitur sic & sanatio in sanitatem. Et est id, quod oritur ac pducitur materia, quod vero fit & nascitur, & id ad quod peruenit, & non ex quo, est forma. Si ergo id, quod nascitur accipit formã, & rursus quod nascitur naturã accipit: igitur forma est natura: quæ deductio facta est in tertia figura. & non ab re particulariter. Nam est aliqua forma, quæ non est naturalis. Veruntamen Arist. cum dixisset, quod nascitur, non ex quo est, sed id in quod, omittens deducere, qp illud, in quo est forma & natura, qm̃ manifesta hæc sunt, induxit conclusionem, ergo forma est natura. Cæterum cum dicit, ex quo in quod proficiscitur adiecit, qua nascitur, ostendens quod æquale est, hoc. s. ex quo in aliquod proficiscitur huic ex aliquo in aliquid nascitur. Nam id, ad quod proficiscitur quod nascitur, sane est. sed non ex quo, neq; quod accipitur vt subiectum, aut oppositum. Nam ambo appellantur ex quo.

Sed forma & natura dupliciter dicitur. Etenim priuatio forma quodammodo est. Si autem est priuatio & contrarium aliquod circa simplicem generationem, aut non est, posterius considerandum est.

Cum dixisset naturam vt via in natura & forma perueniet & desineret: qm̃ duplex est via, à priuatione in formã, altera vero à forma in priuationem, duplex quoq; talis natura f̃m viam erit. Quare duplices etiam fines habebuntur, alius erit forma, alius autẽ priuatio. Sed, si finis est forma & natura, quo igitur pacto erit priuatio, quæ opponitur formæ, finis. Item posuit in generatione elementa esse materiam & opposita, cum igitur alterum oppositorum nunc esse naturam posuit, in promptu erat dubitare, quo ambæ essent causæ, & alterum esset natura, idcirco & priuationi quantũ formę licet participare natura, tantundem etiam priuationi impertiuit, dicens { Etenim priuatio forma quodãmodo est. est aũt forma quodammodo, } vel vt distinguitur & diuiditur contra subiectũ, quocirca & ipsa cum inest subiecto, ceu ipsa forma, fit quędã forma & species subiecti. Nam accidẽtia sunt formæ aliquo modo his, quibus accidunt, qm̃ non simpliciter priuatio est absentia, sed in subiecto apto ad recipiẽdum formã. Porrò negatio formæ est ante eam aptitudo ac indoles quædam subiecti, quocirca etiã afficit aliquo modo subiectũ: quod quidem est proprium formæ. Vel diceretur priuatio, licet non oĩs, aliquo modo forma si ea spectetur quatenus id, quod est cõtrariorum deterius dici solet priuatio. Nam forma hæc deterior sub priuatione collocatur, vt ostẽdit in lib. de Generatione. quo pacto accepta priuatio est forma. Equidem in eo lib. iam dicunt si vtriuis contrariorum sumeretur alterius esse priuationẽ alterius. Si ergo priuatio est aliquo modo forma, certe etiam natura est, quę alia fit à subiecto & materia, & si in illa esse habeat. Item dicerentur esse natura ea, quæ sunt in priuatione, non tamen f̃m naturam. qm̃ subiectum appetit finem, & id cuius gratia, quod est secundum naturã, appetit autem formam. Quo circa etiam latius cõmunius est id, quod est natura eo, quod est f̃m naturam propter priuationem. Sed quo via in priuationem diceretur natura, cum non sit productio naturalis. nam ea via est corruptio & non generatio. Nisi eo quod priuatio est aliquo modo forma, etiam dicitur esse natura, ideo via, quæ ducit ad ipsam, est natura. Sed si priuatio forma est aliquo modo, profecto ex forma, forma fieret, & ita non erit amplius maxima ac suprema contrarietas inter formã & priuationem, vt dicebat in Primo libro. Atqui & si forma fieret ex forma, non tamen vt ex forma, sed velut ex priuatione, atq; ex non tali, quod aptum tamen est fieri tale, vt ante cõpertum fuit, & in Primo Libro definitũ & determinatum

Cõm. 11.

Priuatio quodãmodo forma est.

Priuationi subiecta sunt natura, sed nõ secundum naturam.

minatum est. Præterea, si priuatio ast aliquo modo forma, non amplius velut priuatio opponetur formæ, sed etiam vt contrarium. Nam oppositio est formarum, quæ simul esse in eodē subiecto nequeunt, quarū vna alteri velut contraria est, & non erit oppositio velut habitus & priuationis. Quòd si hoc admittitur, certe omnis gñatio non solum ex non tali erit, sed etiam ex contrarijs formis, quod si etiam hoc admittitur, vel non erit gñatio substantiæ, & erit omnis substātia ingenerabilis & incorruptibilis. At s̄m ipsum substantia proprie, quæ indiuidua est, in naturalibus fit & corrumpitur, atq; proprie generatio est s̄m substantiam transmutatio, vel si fieret substātia profecto & ipsam fieri ex aliquo contrario necesse est. At videtur Arist. dicere nihil asse contrarium substantiæ. Hanc igitur quęstionem, s. si priuatio aliquo modo dicatur forma, vtrum esset priuatio circa simplicem gñationem, modo sit aliqua forma cōtraria, necne, in vtranq; partem agitatam dubijs in præsentia prorogat & differt alias tractandam. Etenim si quidem non est, q̄m omnis generatio ex cōtrario est, tolleretur de medio substantiæ generatio, quæ sane sola apud ipsum est proprie generatio, alioquin si est substantiæ gñatio, erit etiam in substantia aliquid contrarium, quod quidē in pręsentia negauit. Verum soluit has dubitationēs alias dicens esse substātiam, cuius gñatio videtur esse quatenus ipsa est aliquod cōpositum ex materia & forma cōstitutum quam etiam dicit non simpliciter fieri, sed s̄m quid. nam secundum subiectum est ingenerabilis substantia cōposita quippe materia nec fiat, nec intereat, vt demonstrauit in calce Primi libri. fit autem substantia s̄m compositum & aggregatum, id est fit substātia per formam, quæ est in subiecto, quod est materia. Vt ergo se habet in gñatione substantia, atq; vt fit, ita eidem est aliquid contrarium. verum non ei quatenus est subiectū, sed quatenus est forma in subiecto, s̄m hoc est aliquid contrarium ei, s. non secundum subiectum, sed s̄m id, quod est in subiecto. Nam igni, quo est constitutum & compositum atq; substantia talis, nihil est contrarium sed s̄m formam. Nam s̄m caliditatem, siccitatem, & motum ad locum supremum, quo ad hæc habet contraria, & gñatio inest ei s̄m hæc. Cum igitur dicat in prædicamentis {substantiæ nihil esse contrarium} sic intelligendum est, q̄d substantiæ compositæ non sit contrarium. Nam ibi mentionē fecit de hac sola substantia, & ea, quæ diuiditur in generibus & spēbus. Quocirca substantiæ simpl'r, quo substantia est, nihil est contrarium. Neq; fit substantia quò substantia, nam fieret ex non substantia, & simpl'r non ente, sed quatenus hæc est aliqua substantia, & quatenus differentiæ sunt substantiæ, s̄m hoc est etiam contrarietas in ipsis. Etenim generatio fit s̄m hoc, differentiæ autem in substantijs sunt formę, ergo in his est contrarietas. Vel inquit Alexā. nec substantiæ formali aliquid est contrarium. nam priuatio non est proprie contrarium, ex qua gñatio formæ fiat, vel si alterum contrariorum est priuatio, etiam priuatio erit contrariū. Hæc igitur Alexāder. Sed fortassis nec ex tali priuatione quę est forma & dr̄ contrarium, quatenus deterius contrariorum dici solet priuatio, fit generatio. Nam & si ex contraria forma habetur generatio, non t̄n quatenus forma, sed quatenus coexistit, ac simul adest illi contrariæ formæ priuatio, cum priuatio sit absentia in subiecto apto ad recipiendū formā, subiectum autem est aptum recipere vtrunq; contrariorum. Nam vt genus cōē præit contraria, ita subiectum cōmune recipit ipsa contraria. Alio igitur modo nunquam est substantiæ formali contrarium, s. quatenus contraria spectantur in oppositione differentiarum, qua inter se opponuntur. Equidem forma non est differentia, sed comprehensio collectioq; differentiarū cum genere. Item contraria sunt qualitates, forma vero est substātia. Si igitur nihil est formæ contrarium, quō igitur fit forma? vel ergo nō fit, sed vna cum materia est ingenerabilis, & ita cōstitutum ex vtriusq; erit ingenerabile, ac omnia erunt ingenerabilia: vel oīa fient ex contrarijs. Nunquā igitur forma per se fit, nec corrūpitur. Nam ignis non modo s̄m compositum & materiā, vt dictum est prius, ingenitum est, sed etiam s̄m formam fit autem s̄m differentias constituētes eum, in quibus etiam spectat contrarietas. Nam caliditas, siccitas, atq; sursum latio, per se aliquid horū forma ignis nō est, sed hęc sunt differentiæ, hęc nanq; simul concurrentia ignē efficiunt. Quo ad gñationem igitur horū & corruptionem in cōtrarium ignis fit & corrūpitur. Hoc etiā modo in alijs formis vniuscuiusq; generatio & corruptio non per se formæ est, sed est s̄m differentias formæ. nā corruptis illis inter se, vna. s. ab altera simul etiam forma perit & concidit, quemadmodum etiā cum simul concurrunt, forma etiā fit & aduenit.

CAP. II.

QVoniam autem determinatum est quot modis natura dicitur, post hoc speculandum est. quo differt Mathematicus à Physico. Etenim plana, & solida habent physica corpora, & longitudines, & puncta, de quibus considerat Mathematicus. Amplius autem, si Astrologia alia est, an pars Physicæ. Si n. Physici est quid sit Sol, aut Luna scire, accidentium autem per se, nullum inconueniens est. & presertim cum videantur dicere, Qui circa naturam versantur: & de figura Solis & Lunæ. & vtrum sphærica sit terra, & mundus, an non. De his igitur negotiatur et Mathematicus, sed non quatenus physici corporis terminus est vnumquodque. neq; accidentia speculatur quatenus talibus existentibus accidunt. Quapropter, & abstrahit. abstracta enim sunt intellectu à motu, & nihil refert. Neq; est mendacium abstrahentium. Tex. 16. Tex. 17. Tex. 18.

Quod ad hoc ordinata sit vniuersa sermonis intentio, s. ad distinguendum significata naturæ, q̄m cum ipsa multipliciter dicatur, alius atq; alius veterū iuxta aliquod aliud significatorum accipiebat naturam, ipse manifestum fecit hunc in modum sermonem concludēs. Cum autem determinatum sit quot modis dr̄ natura: Illud autem, quot modis, dicitur de differentibus rebus in subiecto. Sed, q̄m alia significata plane tradidit, & proprijssimum simul occultauit, pulchre se habebit, si omnia breuiter percurramus, t̄m prius dicentes. Quod, cum naturale corpus habeat materiam & formam, & vtrunq; ex his constitutum, atq; sit generabile, & ob id habet motum in generationem, & causam motus ante omnia. nam, cum sit motus, oīno necesse est aliquod mouens esse, quinque modis dr̄ natura. Vno quidem modo materia, quę est in vnoquoq; corpore naturali: ipsa nāq; est id, quod primo inest vnicuiq; naturali rei informæ, ceu in artificialibus, vt in statua ęs, in naue lignū. Porrò in vnoquoq; naturali corpore prima materia est, vt dicunt moderni, vel vltimum subiectū est, vt hi quia veteribus trahunt hoc nomen appellantes materiā subiectum. Vnde videtur ipsa natura esse, quia oportet naturā vniuscuiusq; in diuersis varijsq; mutationibus suis permanentē videri, natura igitur hominis est quę homine accubante, vigilāte, moto, stante, & subeunte alios modos prorsus videtur & spectatur p̄manere. hoc igit modo etiā in omni naturali corpore q̄d permanet in diuersis transmutationibus ipsius, hoc ipsum sane erit natura: p̄manet aūt ac remanet materia. Quocirca Antiphō conatus est permanentiā ma- Com. 18. Natura quinque modis dicitur.

teriæ à germinatione & pullulatione sui similis ostendere, quanquam germinatio magis indicet formã ex forma fieri, quam materiam ex materia. Nam homo ex homine, & lignum ex ligno fit. forma aũt est lignum, quamuis compa ratione ad lectum habeat rationem materiæ. Secundo aũt significato naturę appellatur natura, ipsa forma, quę fit circa materiam. Nam vt nondum dicitur ſm nomen artis statua, nisi acceperit formam ſm artem, ita & materia nondum dicitur iuxta naturale nomẽ, nisi acceperit formam. nam materia potẽtia solum est illud, cuius est materia, ceu semen genitale est potentia animal. vnumquodq; autem designatur & tale naturam, ac appellationem habet, quatenus est in actu. Hoc autem est forma. Merito igitur forma magis naturam signat, & talem suo proprio charactere in formam facit, quam econtra. Tertio aũt significato natura dicitur cõpositũ ex materia & forma, ceu homo. Nam vt substantia tripliciter dicitur, materia, forma, & constitutum ex vtrisq;, ita & natura trifariam dicatur. Verũtamen Aristoteles dicit id quod ex vtrisq; constat, non esse naturam sed esse natura duce. Nam si vtrunq; componentium ipsum est natura, & aliud est prçter vtrunq; cõpositum per illa subsistens, non erit igitur natura proprie, sed natura duce est, & si natura magis dicitur de natura cõpositi quam de materia, vt intellexit Porphyrius, tũ constat compositum non esse proprie naturã, nam nec vllum simplicium est proprie natura, tamen vnumquodq; eorum est magis natura q̃ materia, quia habet in seipso formam quæ magis est natura, q̃ materia. Et ſm determinationem Antiphontis quoniam homo fit ex homine, & compositum ex composito, erit etiam cõpositum natura. Sed hęc tria sunt significata naturæ, f. compositum & elementa compositi, materia. f. & forma. Quarto aũt significato natura dicitur ceu naturalis productio, generatio & motus, per quam quod oritur ab eo quod pducit nascitur. Nam vt in veste & textor est, qui texit, & id, quod texitur vestis, & tertium est ipsa textura, quæ est quidã motus ab efficiẽte in eo quod agitur: sic etiam in te naturali, aliud est quod naturam accipit, & aliud quod naturã producit, & intermediũ est ipsa natura talis, vt motus efficientis, ceu medicatio medicinæ artis. Quinto autem significato & proprijssimo natura est causa, vt natura alia mouentur, ceu ars est causa effectrix artificialium, & eius motus. Hæc aũt natura incipit à natura, quæ materia dicitur, & desinit in naturam, quæ est forma tradens naturam compositi & efficiens. Vnde hac ratione effectrix natura conuenit cum arte, differt autem ab ipsa, eo quod ars, cum sit principium externũ, incipit à proprijs cõtemplationibus, theorematibusue, & desinit ac finitur in aliquid aliud effectum, quod est præter ipsam. Nam sic medicina in sanitatem desinit. Atqui natura cum insit ei quod producitur, ceu per naturalem productionẽ in naturam effecti desinit, f. natura in naturam per naturam. nisi & ars per artificialem motum in artificiale simile specie desinẽs, seruet ſm hoc similitudinem cum natura, & quatenus natura inest atq; actus internus est naturæ, differt ab arte. Cum igitur sint plura significata naturæ, nomen magis proprium naturæ conuenit, quæ est vt motus, & naturalis productio. Nam medicationi & texturę ac vniuersaliter motui respõdet, & cum his habet proportionem, sed conceptio & significatio nominis magis proprie conuenit ei naturæ, quæ accipitur vt effectrix causa est rerum naturalium. Veruntamen definitio oibus significatus proprie competet in vtraq; accepta. Etenim ꝑprie natura est principium & causa motus & quietis. Porro natura vt motus est velut causa instrumentalis. Nam per hanc naturã effectrix in naturalibus motum, & quietẽ efficit, ceu medicus per medicationem efficit sanitatem. Materia autem & forma, quæ sunt principia substantiæ, quæ est in actu ꝑ naturam, sunt veluti naturæ elementares. Et dicit Eudemus, quod etiam materia & forma recipiunt definitionem naturæ, Nam materia videtur esse principium motus & id cuius gratia. Nam vt plumbum deorsum petat, causam dicimus esse materiã subiectam. nam quod ex tali est materia fertur deorsum, & habet iam principium motus in seipso per seipsum. nam quatenus plumbũ descendit. Item forma erit principium vt finis. nam cum natura respicit in esse omnia tractat & efficit & operatur, quæ sunt in rebus naturalibus. Sed quõ compositum erit principium, & causa, cum sit duntaxat effectus? Nisi & hoc velut finis sit principium. Nam siue forma in materia sit cõpositum, siue id, quod constat à materia & forma, huius certe effectrix est natura, & non velut forma per se sit. Nisi fortasis etiam compositum sit velut efficiens causa, ac principium motus & quietis: siquidem actiones, quæ motus sunt ac actionum cessationes & fines, quietesue per compositum alsignentur & habeantur. nam ignis substãtia principium erit & causa calefactionis, ac lationis sursum. Sed hæc ita tractata sint. Cæterum quod mihi inquisitione dignum esse videtur, id est, quonam pacto Arist. in numeratione significatorum naturæ, proprijssimum significatorum naturæ omiserit, quonam dicimus esse effectricem causam naturalium, dicens naturam & formam appellari naturam: & siquidem opus est etiam compositum, atq; naturalem productionem & motum, quo in formã peruenitur, vbi nihil meminit naturæ vt effectricis causæ. Et dicendum est ad hoc, vt ego existimo, ꝙ mox initio sermonis de natura tradidit naturam proprie, quæ est causa effectrix, & eandem definiuit. Iccirco & explicans per accidens, accepit, exempli causa, medicum seipsum curantem, perinde atq; per se causam effectricem indagaret, quæ habet proportionem & similitudinem cum efficiente domum, & alia quæ manu extruuntur. Ibi ergo proprie naturam, cum assignauerit, hic deinde alia significata nominis naturæ persequutus est ac tradidit. Nisi fortasis naturam proprie nec hoc in loco prætermiserit, immo demonstrauit indicauitq; cum dicat à medicina medicationẽ non esse viam in medicinam, sed in sanitatem, naturam autem velut motum à natura in naturam. At natura, quæ habet similitudinem cum medicina, est illa, quæ effectrix est, & nulla alia iuxta quatuor significata antedicta naturę. Dicet autem existimo & paulo post de natura effectrice, quando causas distinguet & determinabit. Sed quoniam de natura dicta videntur iam finem habere, pulchre faciemus si rationẽ definitionemue illius repetamus & queramus, quæ sit natura apud Aristotelem & quam vim habeat in naturalibus. Nam pulchre à differentia eorum, quæ sunt natura, quæ non sunt natura, inuenit. Etenim Plato etiam hoc modo animam inuenit, scilicet à discrimine eorum, quę sunt inanimata, & eorum, quæ sunt animata, vbi inquit in Phædro, Omne namq; corpus, cui motus extrinsecus incidit, inanimatum est, cui vero intus ex seipso is inest, id animatum est, tanquam hæc natura animæ sit. Item in dialogis de legibus inquit, quod ab intrinseco mouetur, id viuere dicimus, quo etiã animatum differt ab inanimato. Quod quidem & Arist. in secundo libro de anima idem eisdem verbis pene tulit, cum dicit. Sumentes igitur exordium considerationis dicimus animatum ab inanimato distingui vitalis ea, quæ natura non sunt (vt eo vnde egressa referat se oratio) duplicia sane sunt, alia quidem supra naturã, ceu immaterialia, incorporea,

Compositum quomodo principium & causa sit, cum sit effectum duntaxat esse.

Effectricem causam naturalium cur omiserit Aristoteles.

Anima quomodo inuenerit Plato & Aristot.

Animati differentia ab inanimatis.

Super naturalia sunt immaterialia.

Artificialia sunt post naturam.

Natura quo cum arte conueniat, & in quo ab ea differt.

Naturæ proprium significatum quod nam sit.

Naturæ definitio omnibus significatis natura conuenit.

incorporea, ac separabilia à corporibus, quæ in puris speciebus sunt collocata. alia vero sunt, quæ naturalibus sunt deteriora, ceu illa, quę humana arte extruūtur, aguntur'ue, ceu lectus, vestis, & id genus, quæ sunt materialia corporea. Cõmune autem his, quæ sunt supra naturam, atq; his quę sunt post naturam, est immobile ex seipsis esse, atq; immutabile, quāuis alijs hoc insit deterius, alijs vero melius. Cum itaq; naturalia media sint inter vtraque, qm̄ substernuntur omni substantiæ immateriali, atq; incorporeæ, materialia & corporea sunt. quoniam vero non prodeunt ex humana arte, sed veluti à seipsis oriri & germinari, quāuis non appareat sensu eorum causa effectrix & opifex, naturalia dicuntur. Et ad vtriusq; rerum antedictæ naturæ discrimen, habent in seipsis principium motus & mutationis. Merito igitur hunc naturæ ac substantiæ characterem & distinctionem Aristo. tradidit, cum dicat eam esse principium motus & mutationis, ac quietis terminantis talem mutationem. Sed, cum sit apud Aristotelem & Platonem anima principium motus & mutationis in corporibus animatis, quæ igitur erit differētia. Nam ꝙ vltima anima, quę negatiua appellatur, alia sit à natura, etiam ſm Aristotelem quanquam prius diximus, tamen etiam nunc dicatur. Et si sæpe appellent animam vegetatiuam naturam tanquam propè naturam sit, eiq; vicina. Equidem quod omnis anima sit vltima perfectio interna corporis naturalis organici, ab ipso dictum est, quare corpori habenti naturam inest anima vegetatiua, quæ ꝑfectio alia est à natura. Sed nec sola corpora organica habent naturam, sed etiam similaria & quatuor elementa. Item dicimus animata, quę habent causam in seipsis nutriendi, augendi, & procreandi similia. At naturalia plura sunt, quæ huiusmodi non se habent, ceu lapides, & alia metalla, atq; corpora mortua & simplicia. Item omne corpus naturam habet. Etenim artificialium quædam, ceu statuæ, sunt naturalia, ceu lecti lignum, est naturale, non tñ omne corpus est animatū, quare anima non erit natura. Perspicuum, inquā, est naturam esse inferiorem ac deteriorem anima vegetatiua, siquidem vt forma materiæ talis aīa aduenit corpori naturali. Quo igitur Aristot. tradidit differentiam inter naturam & animam? Ego quidem existimo & illud, in quo est, sufficere ad hoc, & id deinceps apertius est dicēdum, naturam esse in subiecto. At omnis anima, cum habeat propriam vim mouendi secernitur & separatur ab eo, quod mouetur. Si autem hoc non suppetit his, qui putant etiam animam vegetalem & irrationalem in substātijs corporibus esse, illud saltem sufficiet proprissimum, quod ad perceptionē subsistentię naturalis & quo ad definitionem eiusdem, qua secernitur ac distinguitur ab anima. Nam principium motus corporibus naturam non ita Aristo. dicit, vt ipse & Plato dicunt esse animam. Nam apud vtrunq; anima est motrix corporum. At natura est principium motus, non quatenus mouet, sed quatenus mouetur, ac quietis non quatenus quiescere facit, sed quatenus quiescit & recipit quietē. Quocirca naturalia neq; à seipsis moueri dicuntur. Alioquin possent, vt inquit Aristoteles, etiam seipsa firmare, si possent etiam seipsa mouere, sed quædam idoneitas videtur esse, qua moueri & effici, disponiq; aliquid potest, ceu ea, quæ deorsum potius sursum orta, & quæ insita natura, ac suapte dispositiuæ causæ sunt. nam, si foret principium motus, vt quippiam mouens, certe ſm hoc non differet ab anima, & à causa primo motrice. Sed, quoniā corpora longe distant ab illa impartibili & indiuidua, experteque dimensionis substantia, atq; vita, quæ est in ipsa essentia, ꝓcul remota sunt, per se genita sunt mortua, & nequaquam spirantia, & ad omnem vitam refrigerata: obtinent aliquam extremam & vltimam formā vitæ in seipsis ſm potētiam & aptitudinem, quam etiam naturam appellamus, per quam etiam corpora mortua possunt moueri & transmutari, atq; hoc ipsum nasci, & aliquo modo agere in ea, quorum vnum ab altero vicissim patitur. Nam sinceræ, puræq; horum actiones non sunt, sed passiones. idcirco omnia naturalia, quę mouentur, mouent, quod autem est proprie immobile, id sane mouet, vt inquit Aristoteles. Quòd aūt ob id Arist. definiuerit naturam, eo quod est principium vt moueatur, & nõ vt moueat, hic quidem constat dicens. Perinde atq; natura sit principium quoddam & causa, vt id moueatur & quiescat. Item dicit, ꝙ natura est in subiecto. Sed illud, qđ est in subiecto, non erit proprie principium mouendi subiectum. Porro in vltimo libro huiusce operis dicens de quatuor elementis sic tulit. Quod quidem igitur nihil horum seipsum moueat perspicuum est, sed principium motus habet non agendi & mouendi, sed vt moueatur. Ideo etiam quæritur à quo moueantur elementa, cum à seipsis non moueantur: nam hoc vult esse proprium animalibus, quæ aīam habent: quam principium mouendi definit esse. Et ante hunc contextū inquit, Mobile aūt eodem modo natura, quod est potentia Quale, vel Quantum, vel Vbi, qñ habuerit tale principium in seipso naturam. s. Item 2. lib. de cœlo hæc scribit. Nam in nullo inanimatorum videmus vnde principium motus. Nam quędam sunt, quę prorsus non mouentur. Quædam vero, quæ mouentur, sed non omni ex parte similiter, ceu ignis duntaxat sursum, & terra ad mediū. Si ergo quatuor elementa sunt naturalia, & non habent in seipsis vnde motus principium, i. causam motricē, profecto natura nõ hoc modo dicetur principium motus, vt sic principiū mouendi, sed vt sit principium vt moueatur. Sed, si talis est natura, vt sit, quædam potentia & aptitudo, qua quippiam moueatur, quo ergo sæpe, ac pluribus in locis diximus ipsam naturam esse causam effectricē, & ipse Arist. dicit in hoc libro ipsam habere proportionem similitudinemue cum arte, & ad calcem libri ostendit naturam efficere gratia finis, atq; concludēs illam rationem inquit. Quòd quidem igitur natura sit causa hoc modo, velut gratia, cuius perspicuum est. Item in Primo lib. operis de Cœlo plane efficientiam naturę cum efficientia diuina simul ordinat dicēs: Deus & natura nihil temere, incassumq; efficiunt. Sed ad hoc existimo dicendum esse, ꝙ omne, quod fit, ex aliquo subiecto fit, quod sane potētia sit illud, quod futurum est, atq; ab aliquo actu efficiente. Vnde opus est vtrisq; ad efficiēdum effectum. Et ob id natura, quamuis sit aptitudo subiecti, dicitur efficere tanquam conferens ad effectum. Et, cum dicit ipsam agere alicuius gratia, ꝑfecto dicit tanquam ipsa natura sit id, quod ducit gnationem in certum & definitū finem, & perinde ac natura non sit dux eorum, quæ fiūt à fortuna, vel à casu, sed eorum, quæ sunt sic apta fieri vt fiunt. Porrò dicit in hoc libro, ꝙ in quibus aliquis finis est, huius gratia agitur alterum: & quidem deinceps. Proinde vt agitur, ita est aptum fieri, & econtra, vt natum est vnumquodq; fieri, ita agitur & fit, nisi quid impediuerit. Vides ergo quod id, quod aptum est, hoc dicit esse naturale. Et quāuis dixerit, Deum & naturam nihil frustra agere, sic dicit perinde atque hæc natura, s. deorsum præbeat exhibeatque aptitudinem, quæ ad finem & bonum respicit. & alter, scilicet Deus desuper lucens & illustrans tale actu producat. Arist. itaq; hoc modo ex differētia eorum, quæ natura non constāt, ab his, quæ ex natura non constant, inuenit substantiam naturæ. Veteres autem vidētur etiam

Naturalia sunt media inter super naturalia & artificialia.

Anima in quo differat a natura.

dub.

Principium motus aliter anima dicitur, & aliter natura.

Corpora per se genita mortua per naturam habent quandam vitæ speciem.

Quod in subiecto est, non dicitur esse quod mouet subiectum.

Natura quo dicitur principium effectiuum.

Natura alicuius gratia facere dicitur.

ipſi talem quandam naturæ ſententiam, & conceptionem habuiſſe, perinde ac illa conſideraretur ex aptitudine, qua vnumquodq; ad ſuum motum reſpicit, per quam etiam res naturales deſignantur, & proprium characterem habent. Sed, cum omnia naturalia habeant materiam & formam, alij materiæ talem potentiam aſsignarunt aſcripſeruntque, naturam dicentes eſſe, qua naturalia ſunt apta moueri. Qui item viderunt ea, quæ trãſmutantur ſm materiam, maxime mutari, ceu lectus ſm lignum mutatur. Alij vero dicentes naturam eſſe, per quam naturalia habent eſſe, eſſentiamque, qm̃ forma eſt vniuſcuiuſq; character, per quem vnumquodq; ſubſiſtit & dicitur eſſe, hoc quod eſt, ob id formam eſſe naturã dixerunt. Nam per eandem ſententiam naturæ, per quam vnumquodq; ſuum characterem, ſuamq; peculiarem deſignationem habere intelligitur, in oĩbus vtimur nomine naturæ, non euitantes dicere animę naturam mentis, immo dei. Ariſt. autem materiam per ſe non putauit eſſe appellandam naturam. Nam materia per ſe eſt ſubiectum imbecille, tenue, ineptumq;. Nec formam, nam forma eſt quoddam naturale, & non natura. Sed voluit naturam eſſe aptitudinẽ materiæ ad proprium motum & peculiarem, qm̃ ex hac forma in hanc mutaretur. Etenim formæ receptio participatione in materia fit ſm naturalem aptitudinem. forma quoq; ſecundum ſuam naturam fit ex oppoſito, & facta ſeruatur, quæ etiam agendo & patiendo mouetur, & magis patiendo agit. Quare materia & forma potius naturalia ſunt, ſed neutra eſt natura. Similiter neq; compoſitum eſt natura. Verum, ſi natura hæc appellari debẽt, magis forma erit natura quam materia, quia prębet characterem & deſignationem peculiarem vnicuiq; ac potentiam. Similiter cõpoſitum erit magis natura quam materia propter formam, qm̃ naturale prorſus fit hoc vel hoc, quando receperit formã. Nam materia per ſe indefinita eſt. Cum ergo aptitudo ad ſubſtantiam formæ recipiẽdam ſit natura, merito prior eſt aliquo modo quam forma, cum potentia ſit in materia, & prius in ſeipſa oſtendit formam, cuius eſt natura, & eſt, ceu ipſa naturalis productio, & germinatio à materia. Idcirco & hi qui dicunt extremã vitam eſſe naturam pulchre aiunt. Nam vt prima vis & pria vita, quæ ſubſiſtit ſm primum entis motum, à primo ente, ceu remotio quædam ac ſecretio in ſeparationem formalis ſubſtãtiæ, & abeſſe eſſentiaq; in actione abſtractio eſt, ſic etiam à prima materia naturalis productio formę & motus in eandem, ſm potentiam formæ conſiderata eſt extrema vltimaq; vita, atq; potentia & ob id ſupernum ens eſt ſupra vitam, & infima materia eſt poſt vitam, qm̃ reliquæ ſuperiores cauſæ ſæpe præueniunt his, quę ſunt deteriores. cum igitur vita ſit natura formæ, non ſolum naturalis productio eſt ipſius, ſed etiam facti eſt iam copulatio, & conſtantia coexiſtentia ad agendum & patiendũ ea, quæ apta eſt pati.

Natura, dicitur Deus, dei, & mens.

Naturam quod proprie noos Arist.

Natura est ultima vita.

Prima vita.

» {Poſt hæc contemplandũ eſt quo Mathematicus à Naturali Philoſopho differt.} Vult merito diſcrimen inter Mathematicum & Philoſophum Naturalem afferre, qm̃ videntur circa eadem verſari. Etenim Naturalis circa naturalia corpora verſatur. Hæc autem habent plana, ſolida, longitudines & puncta, de quibus etiam Mathematicus conſiderat. Vnde mathematica erit pars philoſophiæ, cum etiam ipſa contemplatiuis ſit res naturales. Similiter diſcrimen tradit inter Naturalem & Aſtrologiam, quippe quæ videatur etiam ipſa conuenire cum Naturali, & maxime quia etiam Aſtrologus verſatur circa ea, quę mouentur, quẽadmodum etiam Naturalis, & nõ circa immobilia, vt Geometra, quo circa de eiſdem eadẽ dicere Naturalis & Aſtrologus videntur. Nam & ſi Naturalis de ſubſtantia aſtrorum differit & Mathematicus de accidentibus, ceu de motu ipſorum, magnitudine, & figura, atq; de diſtantia eorum inter ſe, tamen Naturalis de his quoq; differit. Nam abſurdum ei eſt hæc ignorare, qui videtur conſiderare naturã eorum, quæ ſunt. Item videntur hi, qui de natura tractant, etiam de figura Solis & Lunę dicere, atq; oſtendere terram eſſe orbicularem & vniuerſum. Quod quidẽ ipſe fecit in libris de Cœlo, & Plato in Timæo, cum de his demonſtrarint has affectiones, vtentes naturalibus demonſtrationibus. Si ergo Naturalis, & de ſubſtantia aſtrorũ, & de accidentibus eorundẽ conſiderat, & Aſtrologus de ſolis accidẽtibus, pars Naturalis ſcientiæ videbitur eſſe Aſtrologia. Quo igitur pacto affines atq; cognatæ eiuſdẽq; generis & vicinæ cum naturali ſcientia mathematica & aſtrologia videntur. & propter hoc differẽtiam ipſarum oportuit tradere. Differt autẽ Mathematicus à Naturali, primum quidem, qm̃ Naturalis non ſolum de accidẽtibus, quæ inſunt naturalibus, dicit, ſed etiã de materia, cum Mathematicus minime de materia ſit ſolicitus. Deinde & de accidentibus, de quibus ambo dicunt, non eodẽ modo dicunt. Sed Naturalis quidem dicit de planis, & lineis, ac punctis, tanquã de terminis corporis naturalis & mobilis. Mathematicus aũt motum inſitum ſibi non vendicat, nec ea complectitur, aſſumitq; velut terminos naturalis corporis neq; ipſi ſubijcitur naturale ſolidum, ſed illud ſolidum, quod duntaxat eſt trifariam dimenſum, triplici. ſ. dimenſione conſtans perinde hæc, quæ conſiderat Mathematicus, ſint per ſeipſa nulliúe rei copulata, ſed abſtracta. Nam hæc verſantur circa ea, quæ ſunt mente, intellectioneq; ſeparabilia. idcirco etiã mathematici ſeparant ipſa, & nihil ob id falſi ſequit. Nam cum ſeparauerit ipſa mente & intelligentia à corporibus naturalibus, atq; ab omni motu, ſic accidentia ita ſubiectis accidere cõſiderat. Quare, ſi neq; velut de naturalibus dicit, neq; de his, quæ velut naturalibus inſunt, profecto nec Naturalis erit Mathematicus, neq; mathematica erit pars naturalis ſcientiæ. Item nec aſtrologia. Etenim ipſa etiam conſiderat accidentia rerum naturalium, ſed non quatenus naturalibus accidenti, ſed conſiderat quali figura ſint corpora figurata, & mota. Quare & Aſtrologus, quãquam dicat de his, quæ per ſe inſunt naturalibus corporibus, tamen nõ quatenus talia inſunt naturalibus quærit, neq; demonſtrat, quod tali naturæ tales figuræ, & magnitudines, ac motus competant. Ceu de cœleſti corpore, quod orbiculare ſit Naturalis oſtẽdit eo, quod ipſum ſolum eſt primum ſimplex, perfectũ, & vnius ſpeciei inter ſolidas figuras. Nam rectilineæ figuræ compoſitæ ſunt ex pluribus, & poſteriora ſunt, & ob id hęc primo corpori non cõpetunt, vt Ariſt. demonſtrat. Aſtrologus autem oſtendit cœleſte corpus eſſe orbiculare, eo qđ ſphæra inter figuras ſolidas iſoperimetrices. i. æquales vndiq; menſura ſphæra eſt capacior, maioriſúe ambitus. Hoc igitur pacto Ariſt. breuibus oſtendit diſcrimen inter Naturalem diſciplinam & Mathematicam, atq; Aſtrologiam. Alexander autẽ quædam verba Gemini diligẽter, & accurate in medium adducit ex compendio epitomeque expoſitionis Poſidonij in metheorologicis, quę ſane verba accipiunt occaſionem, ex dictis Ariſtotelis. Sic itaque ſe habent. » Naturalis quidem contemplationis eſt conſiderare de ſubſtantia Cœli, aſtrorum vi, qualitate, generatione & corruptione, & per hæc de magnitudine, figura, & ordine demonſtrare poteſt. At Aſtrologia de tali quidem nullo nititur dicere. demonſtrat autem ordinem cœlorum, quæ mundum reuera ſtatuit, ac enunciat aſſeritque cœlum eſſe, & dicit de

Mathematici a Physico differentia.

Astrologi a Physico differentia.

Naturalis et Astrologi differentia ex Gemino.

figuris,

figuris, magnitudine, interuallis, distantiisq; terræ, Lunæ, & Solis, de deliquijs & coniunctionibus astrorum, & de qualitate & quantitate motuum, lationemúe, eorundem. Vnde, qm astrologia tangit contemplationem circa quantum, & quátumuis & quale s'm figuram, merito indiguit Arithmetica & Geometria. Vnde de his, quorum rõnem duntaxat se traditurum pollicitus est, per Arithmeticam, & Geometriam, eam confirmare conatur. Sæpe igitur ac pluribus in locis demonstrans, & Astrologus & naturalis proponẽt idem caput, videlicet, q Sol magnus sit, q terra sit orbicularis, qui tñ non eadem via ingrediẽtur. Nam alter ex substantia vel vi, vel quod sic habeat melius, vel ex gñatione & transmutatione singula demonstrabit. alter autem ex accidẽtibus figurarum, vel magnitudinum, vel ex quantitate motus, & tẽpore, quód ei conuenit, singula explicabit. Et Naturalis quidem causas sępenumero speculabitur respiciens ad vim effectricem. Astrologus autem qñ ab extrinsecis accidentibus demonstrauerit, non est sufficiens speculator substantiæ. Ceu qñ terram esse orbicularem, & astra tradit. nonnumquam autem ne causam quidem accipere desiderat, ceu cum differit de eclipsi Solis & Lunæ. aliqñ autem per positionem inuenit, quosdã modos tradens, quibus existentibus seruabuntur ea, quę apparent. ceu si dixerimus, cur Sol & Luna & planetę difformiter, & non æquo incessu & ordine moueri indicantur. Rñdebit Astronomus, quia si supponamus eccentricos circulos ipsarum planetarum, vel astra polaria, s. polos & cardines esse eorum s'm epiciclum, seruabitur sane eorũ in motum difformitas, atq; irregularitas, quę videtur & apparet. Porro oportebit percurrere, ac narrare quot modis hæc, quæ apparent perfici queant, quare eo modo, quo fieri potest, tractario de astris errãtibus comitatur sermonem de causis. Proinde quidam (inquit) Heraclitus Pontius, olim dixit terram aliquo modo motã, & Solem manentem aliquo modo, potest seruari ea difformitas & varietas, quę apparet circa Solem. Verum prorsus Astrologi non interest cognoscere quid sit quietum natura, & quæ moueantur, sed suppositiones & postulata introducens, videlicet eorũ, quæ sunt, alia stare, alia vero moueri, considerat quę videntur in cœlo, nonnullis prius statutis postulatis. Sed ipsi sumẽda sunt principia à Naturali, simplicia esse, regulariaq; ac ordinatos rectéq; digestos esse motus astrorum, quibus demonstrabit, choream circularem esse olum, dum alia quidem per parallellos, alia vero per obliquos mouentur. Hæc igitur Geminus, siue Posidonius, qui hæc à Gemino accipiens Geminius, qui occasione ex dictis Aristotelis accepta, discrimen inter naturalem disciplinam & astrologiam tradidit. Cæterum ad verba contextus, inquit, { & nullum eorum, quę per se cõpetunt naturalibus, norit Physicus, } quæ quidem dicit merito. qm necesse est scientem aliquid iuxta suum peculiarem modum, etiã scire propria eiusdem ac proximas differentias. Nam, si hæc ignoraret, neq; si quæ sunt eiusdẽ, similisq; generis, an differant sciet. quod si ignorauerit, certe opinabitur omnia esse similis generis inter se. Quare, si hoc contigerit, etiam contraria accident. Si ergo figuræ, magnitudines, & tales motus astrorum sunt propria corporis diuini, necesse est naturalẽ hæc etiam callere. Postremo hic vsum nominum, quibus nunc vtitur Arist. perpendere explicareq; dignum est, qm nunc videtur mathematicum appellare Geometrã. Nam is est, qui plana, solida, longitudines, & puncta habet, quamuis proprie mathematice contineat arithmeticẽ, astrologiam, siue sphæricam harmonicem, vel regulatricem. Sic etiam nomen Astrologiæ, quæ nondum perfecta & absoluta ac

Mathematica quas scientias sub se contineat.

Astrologia ab Astronomia discrimẽ.

Græcos venit, vt videtur, de ea facultate dicitur, quæ nunc est Astronomia appellata. Iuniores aũt diuidentes nomen eam, quæ considerat motus cœlestium, appellant Astronomiam, illam vero, quæ versatur circa ea, quæ efficiuntur ex eis, Astrologiam proprie cognominarunt.

Hoc autem facere ij non attendunt, qui etiam dicunt. Physica.n. abstrahunt cum minus sint abstracta Mathematicis. Fiet autem hoc manifestum, si aliquis vtrorumq; tentauerit dicere definitiones, & ipsorum & accidentium. impar.n & par, & rectum & curuum, adhuc autem & numerus, & linea, & figura sunt sine motu. Caro autem, & os, & homo non vtiq;. Sed hæc, sicut nasus simus, sed non sicut curuum dicuntur. Demonstrant autem, & quæ ex Mathematicis magis Physica sunt, vt Perspectiua, & Harmonica, & Astrologia. e contrario.n. quodammodo se habent ad Geometriam. Geometria.n. de physica linea considerat sed non quatenus est physica. Perspectiua autem mathematicam quidem lineam, sed non quatenus mathematica, sed quatenus physica est. Tex. 19. Tex. 20.

Postquam dixit mathematicos ea, quæ sunt à substantia subsistentiaq; inseparabilia per conceptionem separantes hoc modo de eisdem verba facere, qm tres dimensiones à naturali corpore secernunt, & ab ipsis tribus, duo, s. planum accipiẽtes per se, atq; seorsum, & à duabus vnam, quando lineam studiose tractant vsuiq; semper accommodant suo: inquit, non attendere illos, qui aiunt ideas esse, immo quoddam absurdius agere videntur. Nam mathematici lineas & plana atq; talia separant à naturalibus corporibus, quæ quidem & si subsistentia sint inseparabilia, tamen intelligentia, conceptioneq; separata esse nullum impossibile sequitur? At hi naturales formas speciesq; separare nitũtur, ceu hominem, carnem, & huiuscemodi alia, quæ certe minus sunt separabilia quam mathematica. Illud autem { Minus } videtur Philosophus dicere propter cautionem, cum naturalia nullo pacto esse separabilia, nec conceptione velit. Et tradit regulam eorum, quæ possunt cõceptione separari, & eorũ, quæ minime abiungi queunt. Etenim, quando hæc, quę secernimus separamus definientes non complectimur in diffinitione illa, à quibus ipsa secernimus, neq; intelligentia simul ea concipimus, sed hæc per se definimus, & intelligimus, ceu definiẽtes corpus mathematicum dicimus esse id, quod habet tres dimẽsiones, nequaquam in hac diffinitione modum, vel motum naturalis corporis simul proferentes, atq; dicimus planum esse quod longitudinem & latitudinem solum habet, & in numeris similiter, tunc hæc ipsa dicimus esse ratione & cogitatione separabilia. Cum autem volentibus nobis definire ea, quæ separantur, prorsus vna apparent illa, à quibus seiunguntur, & nequirent sine illis, intelligi animoque concipi, tunc talia asserimus intelligentia & cogitatione inseparabilia esse. Hæc autem sunt caro, os, & homo nam non modo vnumquodq; horum naturale & materiale ac aggregatum est, sed etiam vt compositum cogitatur & percipitur. Quibus addit etiam, discrimen de figura, quæ aliquando potest per se intelligi, ceu quando per se diceretur, ceu gibbosa conuexaque figura, aut concaua, aliquando autem non potest, ceu nasi cauitas. Etenim similitudo est cauitas, sed non quæuis, sed illa, quæ in naribus est cauitas. ideo simitatẽ sine naso intelligi animoq; volui non potest. Porro definitionem assignantes dicimus simitatem esse cauitatem in naribus. Si ergo & hominem definientes animal rationale mortale dicimus, quod in idea dicitur hominis exẽplar, aut eum aliquid aliud sit, homo dicitur, & neq; in substãtia, nec in eius exemplari aliquã cum homi- Cõm. 18.

Abstrahi q̃ nõ conceptione & intelligẽtia possint.

Abstrahi quã à mente non possint.

ne naturali conuenientiã habuerit: vel siquidem & ipse animal rationale mortale est, & ab ipso exẽplari hac similitudine ad ipsum talis homo est talis qualẽ definimus esse, certe necesse est, vt etiam, illud exemplar hominis cum motu & corpore intelligamus. Nam animal est substantia animata sensitiua, & s'm locum motiua. Quomodo igitur sit ibi, animal, vel quomodo mortale, difficile est etiam fingere, vel quõ omnino naturalia materialia & in motu sunt, ceu caro, os, homo, & aliorum vnumquodq;. Quod vero nequeant omnia à naturalibus separari, ostendit ex hoc, qm quantuis mathematicæ disciplinæ aptæ sint, queantq; separari, tñ hæ, quæ sunt magis naturales & motum ipsismet accommodant, quales sunt perspectiua, musica, astrologia, cum iam sensibus vtantur & substantiis quę mouentur, nequeunt hæc separare à materia & à natura. Etenim perspectiua lineas, ceu geometer accipit. & musica proportiones numerales sesquioctauam, sesquitertiam, duplam, vt etiam Arithmetica. Item Astrologia sphæras & circulos, vt scientia de sphæris, quæ tñ nequeunt à naturalibus, motis, atq; materialibus separari, quemadmodum illæ separant hæc & eadem per seipsa definiunt, quibusq; velut separatis vtuntur, quamuis principia perspectiuus à geometra accipiat, & musicus ab arithmetico, & astrologus à sphærico, s. arutice, qui de sphæris tractat & hi artifices sunt sub illis, ceu medius sub Naturali. Quòd aũt neq; perspectiuus, nec musicus, nec astrologus queant separare à naturalibus ea, quę subijciuntur ipsismet naturalibus, perspicuum fiet, cum vnusquisq; deducitur in vsum, ceu is, qui opere, & agendo laborandoue contẽplatur. Nam sunt se habent econtrario etiam quodãmodo aduersus principaliores. Nam Geometra de linea naturali considerat, quę est vt terminus, sed non qua naturalis. Perspectiua aũt accipit lineam mathematicam, nam vt longitudinem solum sine latitudine illã considerat, sed non qua mathematicam sed qua naturalẽ. Quod vero perspectiua accipiat lineam mathematicam, indicio sunt ipsa interualla, ipseq; descriptiones, ac protractus perspectiui. Si ergo lineas, numeros, circulosquæ quãuis ratione secerni apta sint, separari semper non est possibile, quanto magis naturalia ipsa & composita, quorum etiam definitiones velut cõpositorum & naturalium asignãtur. Hæc pulchre itaq; Arist. aduersum sentẽtias & intelligẽtias vulgares & plebeias de ideis obiecit, quæ nullã idearum ibi esse consentiunt quæ etiam materiales formas absolute perfectasq; à materia nõ expoliãtes, eas imaginantur præesse in mente opificis, quas oium simpliciter eorum, quæ hic sunt, & eorum quæ cum materia spectantur, ac eorum, quæ cum modo subsistentiæ hac ratione accipiuntur, ideas esse putant. Intelligunt tñ similitudinem, non velut simulachrorum, fictorumq;, ceu esse exemplaria sint eorum, quæ hac ratione se habent ad illa, sed velut identitatem. Etenim si homo reuera materialis is est, qui sensu & motu vtitur, & corporeus est, ac habet mortalem suimet constitutionem, certe non erit ibi homo. Si autem ea, quæ sunt hic, generabilia sunt, & omne quod gignitur à causa necesse est generari, & nõ solũ à causa cõi, sed definita & ab hac subsistente, oportet prorsus pręinesse in mente opificis causas eorum, quę s'm formam fiunt ceu liquet in ędificatore, in quo alia est parietes ędificandi ratio, & alia tecti. Quod si nomina transferentes ab his hinc ad illa ibi, siquidem ea velut causas definitas, & velut hanc rationẽ ibi habentes, quam hic habent ea, quæ & efficiuntur eisdem nominibus appellabimus, nullũ opinor sequetur absurdum. Etenim ipse etiam Arist. duplicem asseruit esse ordinem, alium in mundo, alium vero in causa mũdi. Ceu aliũ dicimus esse ordinẽ in acie exercituq; re, & alium in duce Imperatoreq; belli ac exercitus. Atqui, si quis ordinem hic, velut hic est, definiuerit, certe mundus non cohæreret congrueretq; ordini, qui est in mente, quare neq; nomen. Etenim si quædã definitio vna est Socratis, sit vt fictus formatusq; est, hęc certe non congrueret adaptariq; posset exẽplari suo. Veruntamen, si iste complecteretur in definitione similitudinẽ effigiati ad suum exemplar, ceu simum, caluum, & oculis priuatum, omittens subiectã materiam, certe nec tunc definitio Socrati competet, tñ similis erit definitioni eius. Non.n. simitas est in simulachro effigiesq; Socratis, sed similis & simulachrũ illius est, sed quod sint causæ naturalium, & rationes præexistentes, ex quibus hæc emergunt, neq; hi qui venerantur & laudant Arist. dicta ambigunt. Qui aũt ideas ponunt, non modo ferunt ipsas esse causas, eorum, quæ sunt illic, sed etiã exemplaria, cum ea, quę hic sunt, s'm illorum similitudinẽ consistant, ideo nominibus eisdem vtuntur in vtrisq;. Quòd sane rationem non haberet, nisi etiam naturalis species intelligentia & consideratione separarent. Sed scitu dignum est, q etiam Arist. nouit aliud esse compositum ex materia & forma, & aliud esse ipsam formã. Et porro aliam diffinitionem materiæ, & aliam formæ, atq; aliam compositi asignandam esse vbiq; inquit, sed in his contẽplatur formam per se, quandoquidem dicat speciem & formam esse naturam: Non.n. dicit cõpositum tunc. cur igitur nascitur hic; non ex quo, sed in quod. igitur forma est natura. Et patet quod huius formę diffinitio non s'm compositum asignatur, neq; materiam assumit, sed est ex abstractione ea, quæ à composito est. Et nullum absurdum est in his dissoluere compositi rõnem in rationes simplicium, vt etiã ipse alias inquit. Quare non solum mathematicas formas intelligentia possibile est separare, sed etiã naturales, siquidẽ & propriæ diffinitiones sine materia sunt asignandæ. Equidem non est hoc exemplar, quod s'm intelligentiam est separatum, sed ratio separata s'm formam, potest aliquo modo competere exemplari, si quis ipsam velut æquiuocam, & non velut ipsam acciperet, & velut ipsum simulachrum, atq; effigie constructum ad exemplar asimilatum. Nam exemplar Plato vocat etiam animal, cum dicat in Timeo, cuius igitur mentis ideæ cum insit huic quod est aĩal. Et patet quod illud animal non est naturale, sed intellectuale naturalis animalis exemplum, vt etiam Soc. non pictus Socrates, sed picti exemplum & proprie Socra. est, cum similitudo sit non s'm materiam ad simulachrum, sed secundum formam, quæ intelligentia & consideratione separatur. Quòd vero earum formarum & specierũ causæ diffinitæ, sint ipsarum exempla, puto demonstrari posse, si positionibus Arist. aliquis vtatur. Nam naturalia dicimus esse ex materia & participatione formæ, cum materia participet forma s'm participationem in seipsa. Omnis autem participatio media est inter participantem, & id, quod participatur missa ipsi participanti ab ipso quod participatur. Et est participatio similis formę cum participato, & etiam caliditas & accẽsio ignitioue ab igne in corpore calefacto similis formæ est cum calefaciẽte. Nam vnũquodq; quod habet hoc cõmunicat participantibus, quare forma & hic, quia est participatio formę separatę, similis est formę separatæ, sed q simile est formæ separatæ, & ad ipsum factum atq; simulachrum eius est, formam separatã habet exemplar. Appellat autẽ Arist. etiam causas formas, & siquidem participationes illarum sunt ea, quæ sunt hic, erunt profecto ipsis prorsus similes specie & forte nihil absurdi est, si eandem appellationẽ habeant. Verum aliquis forsitan non concedet

Perspectiua, Harmonica, & Astrologia non separātur à materia.

Perspectiua considerat lineam mathematicã ut naturalem.

Ideæ Platonicæ defenduntur a Simplicio.

Ideæ sunt separatæ a materia.

Ordinem duplicem ponit

Arist. alterum in mundo, alterum in causa mundi.

Definitio considerat pro formis sola materia.

Ideæ sunt causæ & exemplaria.

Formam per se considerat Aristoteles.

Formæ naturales possunt intelligentia a materia separari.

Naturalia participãt formam abstractam.

concedet species & formas, quæ sunt hic, esse participationes, sed principalem substantiā. Nam neq; ibi esse hominem, vel equum assentiret, sed causas horum in alijs speciebus & formis subsistentes, & harum motrices, tanquā ex deo fit homo, & ex immobili mobile, non simile specie. Porro eos, qui sic dicunt, interrogandū est, si ibi nihil pulchri, nihil boni, nec substantiā, nec vitam vel cognitionē, vel actionem, vel numerum, vel aliquid ex his, quę præclara & honesta sunt, esse statuant. Et quod quidē Arist. hæc esse etiam ibi concedat, indicat dicendo plane illud esse quod oībus expetendum est, & mētem esse in sua substantia actionem, atq; substantiā vitam, mentem in idem ducens, atq; bonum ipsis tribuendo, & totidē esse causas immobiles cum ipsis corporibus cęlestibus. Sed manifestum est Arist. has intelligētias idearum, atq; sententias grauiter ferre, quæ cum nominibus quę sunt hic, & diffinitiones secum trahunt eas, quæ comprehendunt naturalem & materialem cām eorum, quę sunt hic. Ideo quædā nomina ęgre fert, & quędā non respueret etiam afferre his, quæ sunt priora, ceu bonum, substātiam, vitam, mentē, actum, actionemúe. Si ergo aliquis diceret hęc ibi esse, sed non eiusmodi qualia sunt ea quæ sunt hic, etiā nos fatebimur hoc, censebimusq; merito & ipsum eadē dicere de homine, equo, & cæteris, id genus. Neq; n. nos existimamus ibi hominē corporeum esse, siquidem neq; is est talis, qui in rōne naturali est, sed esse quādam similitudinem corporei hominis ad incorporalē, ceu corporei boni ad incorporeū bonum. Et prorsus, si generabilia sunt ea, quæ hic sunt, & omne, quod fit, ab aliqua causa fieri necesse est, quæ prius sumat rationem eius, quod fit, ne fiat temere & sine ratione, atq; in infinitū abeat, atq; quod fit assimiletur ration', talis profecto causa erit eorum, quę fiunt exēplum. Item, si ante ea, quæ sempiterno motu mouētur oportet esse immobilem causam motus indeficientis, & non solum cōem, sed etiam vnicuiq; eorsum determinatam, vt ipse Arist. ostēdit hic, & in tractatione de cœlo, & vnaquæq; formā, quæ est hic, sempiternam habet mutationē in indiuiduis, patet quod erit vniuscuiusq; causa determinata immobilis, vt homo stans, vt etiam qui mutatur habeat indeficientē mutationem. Item pluribus in locis Arist. naturam arti assimilat, vt etiam pauloante, cūm dixit. { vt. n. ars dicitur id, quod est s'm artem, & artificialē, sic natura dicitur id, quod est secundum naturam, & naturale.} Si ergo ars per rationes efficit, assimilans artificialibus rōnibus ea quæ fiunt, profecto etiam natura sic facit. Ideo nihil frustra facit. Si ergo non prima causa est natura, sed quippiam aliud est prima oīum causa, vt natura naturalium, patet q etiam illa, quæ fiunt, rationes & causas præaccepit, & illis rationibus assimulat quæ fiunt. Hæc igitur & plura alia dici possunt, quæ s'm suppositiones Arist. ostendent eorum, quæ fiunt, præesse causam exemplarem. Quædam aūt aliæ pulchre rationes sunt ostēdentes, quod omnis forma discretam habens substantiā, est quoddam principium ingenitum & immobile: neq; ea, quę est in materia primo, cum sit participatio & affectio materiæ: neq; ea, quæ est in natura cū ea etiam consistat in subiecto: neq; ea, quæ est in anima. Nam & si separabilis est, tñ cum sit seipsa mobilis, quādam duplicitatem habet, & nihil magis mouet quā mouetur, neq; est magis principium quam ex principio. Oportet igitur esse principium immobile & ingenitum & effectiuum sm, sed minime etiam quod generetur. Tales aūt sunt formæ in mente primo separatæ & immobiles, atq; ingenitæ & propriæ enua. q̄nquidem etiam dicuntur causæ eorum, quæ fiunt, ad quas similia fiunt ea, quæ fiunt. Si ergo quædam

Pulchrum, bonum, vitam, essentiam, per solā habemus participatione[m].

Generabilium formarum exēplar sit, ut esse est quod est idea.

Formas habēs diffinitā substantiam est principiū ingenitum & immobile.

sunt nomina, quæ non sunt formarū, quæ sunt hic, sed compositorum, non opus est horum similitudinē ad illa transferre, quia proprietates desuper vsq; ad extrema procedūt per submissionem. Modi aūt substantiarum, ceu immobilem esse, & seipsa mobilem, vel materialē, in proprijs locis manent non alijs cōicati. Si ergo fuerit aliquod exemplum formæ, quæ sit cum materia, non oportet huius exemplum quærere. Nam formarum, & non materiæ, sunt exempla. Nam simitas simul inferens nasum, quia & nasus quædam & forma est, non mirum est, si habet aliquod exēplum eorum, quæ sunt s'm naturam, licet non sit s'm passionem simi causa. Si aūt aliqua forma cum materia accipiatur, & simul nomen & intelligentia cōceptusq; secūdum nomen inferat materiam cum forma, non oportet huius exemplū quærere, cui maxime videtur Arist. repugnare. Quære & animalis formam, si ipsam per se intelligere poterit separans proprietatem participem naturæ, nihil absurdi, puto, etiam s'm Arist. rationem eius præsupponi, quę præbeat similitudinem eius ipsi materiæ. Et in homine, si est aliqua species formaq; homo à materia participata, nihil prohibet similitudinem eius eo reducere, si vero hoc nomen & res cum materiā duntaxat subsistit, vt simitas, qui tentauerit idem eo reducere, sustineat Aristo. rationes.

Forma quæ fit in materia nullum extra exēplar vel ideā quærēdum est

Cum autem natura duplex sit, & forma et materia, perinde ac de simitate quid sit consideremus, sic cōtemplandum est. Quare neque sine materia sunt, neque secundum materiam, quæ huiusmodi sunt. Tex. 23.

Postq̄ dixit, quod mathematicarum scientiarum aliæ quidem separantes terminos & accidentia à materia, sic ipsa considerant, vt Geometria de naturali linea quærit, sed non qua naturalis est, aliæ vero separatis à materia vtuntur, vt mathematica linea, sed non quatenus mathematica, sed quatenus naturali, vt perspectiua, merito subiungit, quō naturalis cognoscit naturalia. Et inquit, quod velut composita ipsa ex materia & forma cognoscit, sed non s'm materiam, sed secundum formam vt qui cognoscit simum cognoscit quidem cum naso, sed s'm cauitatem, & hoc merito. Nam Naturalis est contemplatio naturæ. sed dupliciter secundum materiam & formam dicitur natura & principalius secundum formam. Merito igitur qui cognoscit aggregatum ex ambabus secundum formā cognoscit. & siquidem materia fit cognoscibilis proportione, & forma merito ex forma ex eo qui sustineat, cognitio compositi nanciscitur & proficiscitur. Com. 14

Naturalis Philosophus cognoscit composita naturalia ex forma & forma.

Etenim iam & de hoc dupliciter dubitabit quis, cum duæ naturæ sint, de vtra nam sit Physici, an de eo quod est ex vtrisq; ? sed si de eo quod est ex vtrisque, & de vtraque. Vtrum igitur, eiusdem aut alterius est, vtranq; cognoscere? Ad antiquos. n. aspicienti, videbitur vtiq; esse materiæ. ad exiguam. n. partem quandam, Empedocles & Democritus formam & quod quid erat esse, tetigerunt. Si autem ars imitatur naturam, eiusdem autem est scientia cognoscere formam & materiam aliquousq; (vt Medici sanitatem, & choleram, & phlegma, in quibus est sanitas: similiter autem & ædificatoris, formam domus, & materiam, lateres, scilicet quod sint & ligna: similiter autem, & in alijs.) & Physica vtiq; esset cognoscere vtrasq; naturas. Insuper eiusdem est id cuius gratia & finem, et quæcunq; sunt eorum gratia. Natura autem finis & id cuius causa. Quorum. n. continuo motu existente est aliquis finis motus, hic vltimum est, & id cuius causa. Quocirca & Poeta, derisorie adductus est, vt diceret, Habet finem, cuius quidem causa factus est. vult. n. non omne vltimum esse finem, sed optimum. Tex. 24. Tex. 25.

Cum dixisset q dupliciter est natura, & quod de ambabus Com. 15.

babus Physici Naturalis est dicere, tñ de principaliori principaliter, & hæc enunciari sine demonstratione tanquam audienti superficietenus sic videretur, quia & ipse insinuauit demonstrationem. Si.n. dupliciter natura, & altera est principalior altera, atque notior, de ambabus erit Naturalis dicere f m principaliorem. Veruntamen velut hoc sine demõstratione dictum dignum esse dubitatione inquit: siquidem hæ duæ naturæ elementares sint, de vtra erit Naturalis dicere. Et ex diuisione aliquo modo produ cunt quæstionem. Vel.n. de altera, vel de vtraque, vel de eo quod est ex ambabus. & si de hoc, quod ambabus cõstat, profecto & de vtraq; dicere ad cum attinebit, & nã fieri nequit vt cõpositum aliquis cognoscat, si ignorarit simplicia. Quòd si de vtraq;, videlicet materia & forma, igitur eiusdem est cognoscere vtranq;, vel alterius & alterius. Verum in tali diuisione sectionẽ vtriusq; per se omisit, tanquam assignaturus idẽ cum ipso aggregato ex vtraq;. Sic igitur quæstionẽ diuidens, ostẽdit quod veteres naturales circa alterius quæstionẽ versati sunt, s. eius f m materiam, cum Emped. parum & Democritus naturam formæ attigerint. Equidem Empe. litem & amicitiam tanquam causas in specie quippiam ponentes facientesq; inter principia statuit. Democritus aũt figuram & positionem, atq; ordinẽ existimo, formam f m rationem determinat qua vnũquodq; faciebat. Etenim & quadam rõne facit carnes ossa, & vnũquodq; aliorũ, proinde dicit in Primo Naturalium.

Terra amabilis in gignendis optime formis,
Duæ partium octo sortitæ sunt ieiunum splendorem,
Quatuor autem vulcani, ossa autem alba facta fuerunt,
Harmoniæ diuinitus coherentia conglutinatione.

Idest à diuinis causis, & maxime ab amicitia, vel harmonia. nam eius glutino coeunt. Sed de Anaxagora mentionem non fecit, inquit Alex., quanquam ipse etiã mentem inter principia posuerit. forsitan inquit, quia non vtitur ipsa in generatione. Sed ꝓ vtatur, patet: siquidem generationem nihil aliud esse dixit quam aggregationem, & segregationem fieri à motu, & motus causam esse mentẽ. Nam sic dicit Anaxagoras, cum cœpisset mens mouere, ab vniuerso moto secreuit, & quatenus mouit mens vniuersum hoc ab ea secretum, atq; seiunctũ est. Eorum aũt, quæ mouentur & separantur secessio multò magis faciebat vt discernerentur. Sed ob id non fecit mentionẽ Anaxagoræ, quia mentem Anaxag. non dixit formam materialem, vt erat nunc quælibet, sed segregatrix & ornatrix causa separata ab his, quæ mouentur, & aliæ subsistentiæ ab ea, qua mota subsistunt. Nam mens, inquit, est infinita suapte imperio, & nulli rei mixta, sed sola ipsa in seipsa est, & causam huius addit. Nisi fortè & ꝓpter hoc non fecit mentionem de Anax. quia apud ipsum mens non facere, sed discernere formas existentes videtur. Hæc igitur, cum dixisset, deinceps inducit demonstratiuas rationes, huius, s. quod oporteat Physicum ambas cognoscere naturas, s. materiam & formam, & non solum materiam vt plures Naturales existimabant. Et est prima ratio ab inductione armonia. nam, si ars imitatur naturam, & est ipsius artis formã cognoscere & materiam, etiam Naturalis erit cognoscere ambas naturas. Et ꝙ quidem ars imitetur naturã tanquam manifestum accepit. Quòd vero ipsius artis sit cognoscere materiam & formã ex medicina & arte ædificandi fidem fecit. Secundo aũt arguit ex tali vtitur. Si eiusdem scientiæ est finẽ & id cuius grat à cognoscere & ea, quę sunt ad finem, vt ædificandi artis tectum & parietes: & natura, & forma est finis, & id cuius gratia, patet ꝙ erit Naturalis non solum materiam cognoscere, vt veteres Naturales dicũt, sed

etiam formam, vel non solum formã, quæ est principaliter natura, sed etiam materiã. Nam sic Alex. intelligit. Verum vtroq; modo potest intelligi. Sed demonstratio alia, quæ est huius, quod ad Naturalem spectet cognoscere formã, rectè se habet, tanquam ad Naturales dicta; & alia de materia tanquam ad ea, quæ deinceps dicenda sunt; sed tota intentio dictorum videtur rendere ad hoc, s. naturalem facultatem esse cognoscitricẽ materiæ & formæ. Quod vero forma & natura f m ipsam sit finis materiæ, sic virtute ostendit. Materia; & naturalis motus materię cõtinuus est. Sed continui motus est aliquis finis, qui est forma, cuius gratia motus fit, & in quem cum venerit, cessat: igitur materia & naturalis huius motus finem habet ipsam formã. Etenim materia gratia formæ nata est, & non forma gratia materia: nam perficitur subiectum, & est propè, cum formã acceperit. Quòd vero motus continuus in aliquem finem tendat, patet ex eo quod motus sine scopo & in non finem determinatum tendens non est cõtinuus, sed interruptus & inordinatus. Q m autem non omnis terminus & vltimum alicuius est id cuius gratia, sed solum optimum. Etenim motus sine intentione & eorum, quę fiunt f m imbecilitatem naturæ, est aliquis finis vt vltimum: sed non iam hoc est id, cuius gratia, merito, & hoc determinat. Et ridiculum esse, inquit Poetam, dicentẽ & habet terminum cuius gratia fiebat. Etenim libri vltimũ extremum quidẽ est, & terminus, non tñ finis est velut cuius gratia. Non.n. generatio, auctioq; mortis gratia fiebãt, sed formæ & perfectionis eius, qui augetur, ob quam auctum mouetur continue ad quam, cum deuenerit, vlterius progredi cessat. Atq; si natura respexit in ipsam mortẽ, velut in finem, simul dum alal compleretur, corruptum esset, sed nũc postquàm accepit propriã magnitudinẽ sæpe seruatur. Nisi ergò melius sit dicere quod non solũ plasmationis sed etiam naturalis vitæ finis est mors. Mors deniq; finis, & vltimũ est non velut scopus, sed velut necessarius casus, atq; opportunum euentum talis substantiæ. Sed Alex. inquit, melius esse scriptum. {Nam quorum motus existentis cõtinui est aliquod vltimũ, hoc finis & cuius gratia est} quia non omne vltimum est finis, atqui & ipse Arist. fatetur, non omne vltimum esse finem. Nisi forte igitur non necesse est transponere verba, nam quorũ inquit, continui existentis motus. i. ordinati & in scopum respicientis, est aliquis finis, vt terminus & vltimũ, hoc vltimũ finis est, velut id cuius gratia & non simplr vltimũ, vt erit etiã indeterminati motus.

Quoniam & faciunt artes materiam, aliæ quidem simpliciter, aliæ verò vt elaboretur facilem.

Hæc videntur afferre opem huic prius dictæ demõstratiuæ esse huius, naturalem facultatem materiæ cognoscitricem esse debere. Ni forsitã omnia dicta, velut etiam prius dixi in hoc tendãt, ꝙ sit theorema materiæ & formæ, atq; aggregati ex vtraq; pertinens ad vniuersalem facultatem. Vt.n. concessum habens quod de forma, sic nunc ꝙ etiam de materia dicere, Naturalis est dicere rursus à similitudine artis ostẽdit faciens argumentũ à maiori. Si.n. artes imitantes naturam non solum cognoscunt materiã, sed etiam præparant, aliæ quidem facientes ipsam simpliciter, velut ars ædificandi lateres, & medicina medicamenta: & ars formandi vasa, lutum & pingendi peritia mixtura colorum: & aliæ faciẽtes sunt aliquid quod bene apteq; effici queat, ceu ars figuli molliens ceram, & statuaria æs bene apteq; tractabile efficiens, & ædificatrix lateres prius formãs, multo magis igitur Naturalem oportet esse contemplatorem materiæ, quæ subijcitur naturalibus: siquidẽ artes imitantes naturam, sic cognoscunt materiam, ꝙ præparãt ipsam. vel

Anaxagoras non est mentionem factus in quo ratione.

Naturalem oportere considerare materiã & formam.

Forma finis est materiæ.

Finis non omnis cuius gratia est dicitur, sed vltimum, & id cuius gratia.

Tex. 24.
Com. 16.

Materia consideratio necessaria est Naturali.

vel in artibus effectiuis ars faciens formam, & materiã facit, & in speculatiuis scientia cõtemplatrix. Forsitan etiam argumentum fuerit maius si dicamus, ꝙ si natura magis materiam facit, quã ars, magis debet Naturalis cognoscere materiam q̃ artifex. igitur proponens ostendere ex eo ꝙ inter se cognitiones dependeant ex fine, & quæ sunt ad finem, ꝙ etiam formæ & materiæ Naturalis contẽplans est, quia finis velut id cuius gratia est, formam demonstrauit, quia continuus motus naturæ finit cessatque in formam. Quod vero ad formam velut ad finem, materia sit, paulopost ad memoriam reuocat, nunc vero quod etiam materiæ sit contemplator ex argumẽto à maiori demonstrauit, vt dictum est, non contentus testimonio antiquorum.

Et vtimur, tanquam propter nos, omnibus quæ sunt. Sumus.n. quodammodo & nos finis. Dupliciter.n. est id cuius causa. dictum est autem in eo, qui de Philosophia.

Com. 17. Quòd inuicem dependeant finis & ea, quę ad finẽ pertinent, ostendit ex hoc, quia etiam nos quoq; qui sumus fines, vtimur illis, quę assumuntur gratia nostri, & patet hoc dictum etiam in artibus, & in finibus amplificando id, qđ propositum est. Nam facere aliquid & vti cognitione eius solum, non æquantur. Sed quõ nos fines, & quomodo vtimur omnibus? Vel quia dupliciter finis. alter quidem vt id cuius gratia est appetitus, quem scopum iuniores appellant, ceu sanitas, quã medicus intendit, alter est in quo hoc est, & cui aduenit, ceu sanus. nam hic est finis, velut is cui, qui etiam nos sumus. Nam finis medici est is, qui sanãdus est, non velut id, quem intendit, ceu sanitas est, sed velut id, cui vult ipsam acquirere. Facta est autem diuisio ab ipso in libris de moribus ad Nichomacum. Vnde quæ de philosophia vocat, philosophiã separatæ magis vocans, omnẽ moralem facultatem & tractationem. Cum igitur dupliciter dicatur finis, alter cuius, & alter cui, cum ostẽderit de priore, cognitionem materiæ esse coniunctã cum finis cognitione, nunc demõstrat, & de altero fine, hoc est cui, & hoc sic se habet. Nos enim, cum simus sic fines, non solũ simus ea quæ sunt gratia nostrum, sed etiam vtimur eis: oĩa autem gratia nostrum esse dicit, non entia omnia, sed omnia ad nostram conseruationẽ, qualia sunt effecta artiũ. Nam his vtimur, & sumus fines nos eorum, quę fiunt ſm artes, tanquam ea, quæ insunt nobis, & habent relationẽ ad nos, & hæc coniunguntur finibus, & non solum sumus hęc, sed etiam vtimur ipsis, quod quidẽ in plus est, & vniuersaliter cuius finẽ est cognoscere, huius etiã est cognoscere ea, quę sunt gratia finis: quare, si Naturalis est formam, vt finem cognoscere, eiusdem erit etiam cognoscere id qđ est gratia formę, quod est materia. Si.n. materia & forma sunt de his, quæ sunt ad aliquid, vt ipse dicit, & eorum, quæ sunt ad aliquid simul cognitio est, profecto & horum alterum qui sciuerit, etiam alterum sciet.

Homines quodammodo fines sunt omnium & omnibus vtuntur.

Finis duplex cuius gratia, & cui.

Tex. 21. *Duæ igitur sunt artes, quæ dominantur ipsi materiæ, & quæ sunt cognoscentes. ea, quæ vtitur, & ex efficiente ea, quę architectonica est. Quapropter & quæ vtitur, architectonica quodammodo est. Differt autem, quatenus hæc quidem, quæ formam cognoscit, architectonica est: alia autem, vt effectrix materiæ. Gubernator.n. quænam sit forma temonis cognoscit, & præcipit: alter autem, ex quo ligno, & quibus ex motibus est. In his igitur, quæ sunt secundum artem, nos facimus materiam propter opus: Sed in physicis inest.*

Com. 18. Cum dixerit ꝙ nõnullæ artes etiam materiam faciunt, & non solum cognoscunt, nunc ostendit, ꝙ etiam principales artes architectonicæq; cum maxime videantur ad formam respicere, neq; ipsæ materiam ignorant. Duas aũt inquit, esse architectonicas, aliam vtentem, vt ars gubernandi nauem, quæ cognoscit qualem oporteat esse formam remi, iubens atq; ordinans figuram & magnitudinẽ atq; materiam definiẽs, quod & aliquod lignum esse oportet, neq; ad nostrum durum asperumq;, neq; valde inflexibile, altera est architectonica artium particularium efficientium formas & materias diffiniens, qualis cõiter dicta est nauis fabricatiua, cum plures artes circa nauem versantur, ipsa ad vniuersi vsum relata formã ligni, ex qua fieri debet remus definit, quia ex cupresso si contingerit tales ac tales motus sustinẽre vt definiuit nauis gubernator. Sed, si gubernator qualem formam remi cognoscit & iubet, quõ imperare & materiæ dicitur. Alexander, igitur inquit, ꝙ necessarium est huic vtenti ipsa naue cognoscere materiam non simpliciter à forma existente, sed cum materia tali. Nisi forte forma & materia remi materia sit vtentis, ideo formam remi cognoscentem & iubentẽ eundem, inquit materiæ imperare. Sed possibile est etiã ꝙ etsi proximã nesciuit, ꝙ oportet esse remum ex cupresso, sed cõiorem sciuit, scꝙ oportet esse lignum remi, quod facile flecti queat, sed neq; nimis durum, neq; valde inflexibile. Qui ergo cognoscit, & hoc iubet, merito, & ipse imperare materiæ dicitur. & inquit, quõ oportet esse architectonicam vtentẽ, quatenus & ipsa iubet qualem oporteat esse remũ. Nam ordinans architectonica est ipsi efficienti, & vtẽs igitur non solum vsum sciuit cum sit finis, sed etiam & quæ sunt ad vsum, qualis est materia, & qualis finis, i. forma, & hic attentius cognoscit ea, quę sunt ad finem. Dicens aũt, ꝙ quædã artes etiam faciunt materiã, bene animaduertit, ꝙ vt in his ſm artem materia ab arte fit, sic etiam in quibus non fit, sed est, vt in naturalibus est gratia formæ. Nisi forsitã & non hoc dicit ꝙ in his ſm artem ars materiam facit, sed in naturalibus non facit. Nam magis natura materiam facit quã ars, sed ꝙ Naturalis non facit materiam sed existentem considerans, reducitur & ipse ad formã, vt etiam facientes ipsam.

Artes architectonicæ duæ

plures reperiuntur.

Tex. 22. *Amplius, eorum, quæ ad aliquid materia est. ad aliam namque alia est materia.*

Com. 19. Et ex hoc, quod materia est ad aliquid, vt ad formam, ostendit quod eiusdem est formam & materiã cognoscere. Et ꝙ materia sit ad aliquid ostẽdit, quia alia est alterius formæ materia accepta ſm proprietatem quam habet ad formam. quare hæc materia huius formæ erit materia, & hæc forma huius materiæ. si vero hoc, necessariũ est scienti alterum scire. Sed quõ alia materia alteri formæ, siquidem vnã est cõmunis omnium materia. Vel patet ꝙ proxima materia sic est, vt autem vnaquæq; harum habet se per se ad formam, sic & cõmunis omnium ad simpliciter formam. Formam igitur naturalem qui sciuerit, & cognouerit, & materiam sciet, subiectam tali formę naturali. Est igitur & circa materiam & formam Naturalis, immo & circa priuationem. Nam eiusdem sunt sic opposita.

Formarum diuersarum diuersa est materia.

Quousq; ergo Physicum oportet cognoscere formam, & ipsum quid sit? an quemadmodum Medicum, neruum: aut fabrum, æs, vsq; ad aliquid: Alicuius.n. gratia vnumquodq;. & circa ea, quæ sunt separabilia quidem forma, in materia autem. Homo.n hominem generat, & Sol. Quomodo autem se habeat hoc, nempe separabile, & quid sit, Philosophiæ Primæ est officium determinare.

Com. 20. Cum ostenderit, ꝙ Naturalis est formam & materiam cognoscere, merito præaccipit dicere, vsquequo vtranq; harum oportet Physicum quærere. Sed de materia iam videtur determinasse, ꝙ eo Physicus considerat, vt referat contẽplationem ipsius ad formam. Ideo reliquum quærit, vsquequo formã, & quid est oportet scire. Vnde, cum dixisset Naturali sermonem principalẽ de forma fore, licet non

Formas materiales Na-

An sit cognoscere, supernaturalis vero Primus Philosophus.

non sina materia, merito nunc dubitat, quousq; Naturali, vt Naturali, formæ cognitio. naturalis conuenit, Possunt enim aliquæ etiam formæ supernaturales dici, quas contemplari Naturalis nequaquã est. & dicit, quod Naturalis de naturali forma, vt naturalis eo vsq; dicit, quo & ærarius de ipso ære, & medicus de neruo. Vterq; aũt horum dicet eo vsq;, quoad vnumquodq; est vtile suæ arti, prima principia nerui & æris neuter ipsorum alienis pluribusq; sese implicat. Et Naturalis de naturali forma dicet aliquousque. Hoc aũt quid est? Etenim est vnũquodq; quod fit natura alicuius gratia, & fit, & est: quod quidem est finis rei, & hoc inueniens ad finẽ venit contẽplationis eius de naturalibus formis, circa hæc considerationem faciens, quæ sunt rõne formæ separabiles, sed materiales. Quare & de materiali forma, sed non de omni forma, & vsq; ad hoc. s. cuius gratia est hoc vel fit, Naturalis considerabit. & mihi videnẽ verba cõtextus mutua, si & in hoc, vsq; ad aliquid graui accen

Finalis causa quomodo consideretur a Naturali.

» tu legerimus illud { aliq d. } Nam idem est cum hoc in tñ
» vsq;, & in hoc. nam { alicuius gratia vnumquodq; } graui accentu prius intulimus illud alicuius. nam significat illud vsq; ad finem, & vsq; ad id cuius gratia. si vero & scriberet vsq; ad aliquid gratia alicuius. nã alicuius gratia est vnum-
» quodq;. dicit. n. & hanc scripturã Alex. illud primum { alicuius } graui accentu legamus, sed ſ m acuamus. Dicens aũt, quod circa materiales formas Naturalis habebit cõsiderare, & hoc vsq; ad finem procedet, quod materiales naturales formę sunt, osidit ex hoc etiam causas ipsorũ proximas & superiores & ipsas materiales esse. Etenim proxime generans hominẽ homo est, cum sit & ipse materialis, & ea, quę his superior est efficiens oĩum, quę fiunt ſ m naturam est causa. Apparẽs quoq; sol & ipse materialis causa est. Vniuersale aũt inquit Alex. quod fit natura videtur ipsi ab eodem fieri, aut forma, aut genere, vel vniuersaliter ab actione. à Sole igitur sic facta fiunt, & velut ab actione. nam quæ calefiunt & frigida fiunt ab actione illius fiunt, & patet quidem quod facta ſ m artem ab actione fiunt, sed non naturali. Nisi forte aũt vt homo ex homine ab eodem forma & specie fit: & à Sole vt ab eodem genere, vt materialis à materiali. Notat autem Alex. & ex his dictis, quod ſ m Arist. generatio eorum, quę sunt hic, coniuncta est diuino corpori, & non est separata ab ipso. Sed quæres, quo oporteat quousq; Naturalem scire formam & quid est. aliquousq; inquit, vt medicum oportet scire neruum & ærarium æs. nam æs vt materia subijcitur ærario, & neruus medico. nã his afferunt formas ab arte, & ærarius in ęre formã amphoræ, quæ contigerit, medicus autem formã sanitatis in neruo. Q̃uo igitur quousq; de materia artifices quærunt eousq; de forma, inquit, Naturalem quærere? Proinde Alex. cum intellexisset hanc instantiam, & aliam expositionẽ inducit scribendo, vel dicendo. An cum primum dixisset Aliquousq; Naturalis de materia dicet, vt etiam artifices? Etenim { hi aliquousq; }. s. de subiecta materia ipsis considerantideinceps rursus de forma dicit, quousq;, & de quali forma Na-
» turalis cõtẽplatur. Nam alicuius gratia vnũquodq; eo-
» rum, quæ fiunt productiua, qd est naturalis forma & eo-
» rum quæ fiunt natura perfectio cõsiderat. De tali igit formã, cuius gratia vnumquodq; eorum, quæ fiunt, à natura fit, & de his formis, quæ sunt separabiles rõne materia, tñ subsistentia ipsarum est in materia, non amplius cognitionem extendẽs ad immateriales & separabiles formas, etiã bene se habuit expositio vsq; quo de materia naturalis cõsiderat proponens dicere induxit quousq; ærarius de ære, & medicus de neruis dicit. Nunc aũt dicens quousq; oportet Naturalem scire formã, & quid est, induxit, vel quemadmodum medicum neruum, vel ærarium æs. & aliam autem expõnẽm ad talem instantiam occurrentem adducit, tanquã congruam scripturæ dicenti, vel medicũ neruum, vel ærarium æs aliquousq;. Nam esset, inquit, dictu, quod medicus & ærarius aliquo vsq; de forma dicunt, & de hoc cuius gratia est materia, circa quã versantur. nam de forma hac dicunt cuius gratia, alter circa neruum & carnes versatur, & alter circa æs. nã facta forma in his, sed non de aliqua alia: sic oportet Naturalem de tali forma dicere, cuius est materia, materia, & cuius gratia est, hæc aũt est materialis & circa has, quæ sunt separabiles formæ, licet in materia, i. de talibus formis tractat, & tales considerabit. Videtur aũt mihi in his non assignare quousque artifices de forma dicunt, cuius gratia est materia, circa quam versantur: nisi fortè velit dicere, eousq; dum sint materiales. Nã hoc aptius de naturali dixit. Et videtur etiam Themistius sic intelligere. In sua paraphrase. n. hunc locum breuibus explicans inquit, de ipsa autem forma aliquousq; vel quatenus ipsa non separatur à materia, sed velut medicus neruum indagat, sic Naturalis hoĩem. Nisi forte igitur non cõsonet huic illud, quod deinceps inducitur. nã illud cuius gratia vnumquodq;. non. n. tendit hoc in cognitionem materialis formæ, sed de forma quidem est quæstio quousq; oportet scire Naturalem, circa quod versatur. Dicit aũt, quod eousq; ęrarius sciuit æs, & medicus neruum, non velut materiam harum artium hoc apponẽs, sed velut formas, circa quas versantur artes, vt Naturalis circa naturalem formam. Versantur aũt artes agendo & operando, sed naturalis circa proprium subiectum cognoscendo. vt igitur artes subiecta sua circa quæ agunt vsque ad vsum quem prębent effectibus, propter quos assumuntur, sic etiam naturalis vsque ad illud cognoscitur formã naturalem. s. vsq; ad vsum, cuius gratia fit & est. Etenim omnis cognitio ex causis accommodatissima est ad scientiam, quæ aũt ex causa finali oĩum est principalissima. Et videtur Socratem in Phædone Arist. sequens iubere Naturali, vsq; ad finalem causam producere quęstionem causæ. Nam dicit in illis Socrates. Si ergo aliquis voluerit cãm inuenire de vnoquoq; qualiter fit & corrumpitur, hoc oportet de ipso inuenire, qualiter optimum ipsi est, vel esse, vel aliud quodcunq; pati vel facere, hoc aũt est id cuius gratia fit, vel est vnumquodq;. Sed dicens quod naturalis circa ea, quę sunt separabilia ratione, sed subsistentia materialia versatur, merito inducit quod forma separabilis subsistentia quõ se habet ad materialem formã & per se, & quod philosophiæ primæ opus est determinare, quam assignat in tractatiõe metaphysices.

Forma naturalis vsque ad vsum, qui finis est, cognoscitur.

Physici contemplationem de causis, vsque ad finalem causam deducit.

Causæ rerum naturaliũ omnes sunt materiales.

CAP. III.

Determinatis autem his, considerandum est de causis, quænam & quot numero sint. Cum. n. sciendi gratia hoc negotium sit, scire autem non prius opinamur vnumquodque, quàm vtique cæperimus propter quid circa vnumquodque, hoc autem est accipere primam causam: manifestum quòd & nobis hoc faciendum est, & de generatione & corruptione, & de omni physica mutatione. vt scientes ipsorum principia, reducere ad ipsa tentemus quæsitorum vnumquodque. Tex. 27.

Cum sit tractatio hæc de principijs & causis naturalibus, propterea quod initio dixit, tunc arbitramur vnumquodq; cognoscere, qñ cognouerimus causas primas, & principia prima, & vsq; ad elementa, de principijs velut elementis primo propositũ considerare, & veterũ opiniones de his in mediũ proposuit, & ea, quę ipsi videntur, adiecit, ostendens aliquo modo opiniones veterum Philosopho- Com. 28.

rum

rum consentire sibi, quia & illi cõtraria posuere principia, sic materiam & formã, priuationem principia statuens naturalium rerũ, & quid est natura, ostendens, quod est principium, vnde motus: & quid naturale ens, & quid ſm naturam: & determinãs quot modis natura dicitur, & quod forma & materia est natura, & quod de ambabus proponitur Naturali quærere, & quousq;, quia vsq; ad naturalem causam, & cõplens totum de causis sermonem, siquidem & de his, velut elementis dixit de materia & forma, & de efficiente, quæ est natura, ac de finali, quia plura inter coordinationem causarũ adinuicem dicta sunt, repetens sermonem, deinceps ipsas enumerat conuenientes vnicuiq; inducens diffinitiones, & postea per se causas & per accidẽs oculis subijciens. Hic aũt rursus opportunitatem sermonis de principijs nobis in memoriã reuocat, ratiocinans & nunc sic virtute. Naturalis tractatio speculatiua est, & non practica, velut moralis: speculatiua aũt habet finẽ ipsum scire, & finem habens ipsum scire cognitionẽ causarum assumit ad quas singula referẽs habebit cognitionẽ ipsorum: quare naturali tractationi proprius sermo est de causis, vt etiam de generatione corruptione, & omni alia mutatione naturali ſm locum, & alterationem, forsitã autem ſm auctionem, de quibus naturali pponitur considerare causas assignare poterimus. nam propter quid vnumquodq; horum per se quæstionũ hunc modum habet, soluimus reducentes ad cãs ipsorum & principia. Vel.n. propter quid ex tali, vel propter quid tale, vel propter quid à tali, vel propter quid sic melius demonstrantes assignare causas videbimur.

Tex. 18.

Vno igitur modo causam dicimus, ex quo fit aliquid cum insit. vt æs statua. & argentum phiala, & quę eius genera.

Cõm. 12.

Materia in quo a forma & priuatione differat.

Cum quatuor modos causarum assignasset, oẽs dico, primum assignat illud, ex quo fit aliquid inexistente. hoc autem est materiale & subiectum, quod quidem ſm hoc q ex ipso fit aliquid videtur cõscare cum priuatione, sed ſm hoc, sed inexistente, differt. Nam ex illa quasi post illam, & velut illa excedente fit id, quod fit. Sed ex materia velut inexistẽte & transmutata ex alia dispositione in aliã. Perinde ac æquiuocum sit illud, Ex quo. Sed materia à forma differt, cum & ipsa insit. quia non ex forma fit, quod fit, neq;.n. ipsa manente, neq; mutata, sed ſm formam. Primam autem ipsam nominauit inter causas, quia omnium, vt ita dicam antiquiores causas in materiam referentes assignarunt. Nã deorsum dixerunt cubum ferri, quia ęreum est, atq; diuturnioris tẽporis esse lebetem, quam vas, quia alter est æreus, & alterum est testeum, & propter hoc primam nominauit, quia in deorsum ab ipso supremo loco progressum faciebat. Non solum aũt proxima materia causa est eius qđ fit, sed etiam eius genera. Non.n. solũ hoc æs est statuę causa, & hoc argentũ phiale, sed etiam ęs simpl'r, & argentũ, & si aqua hęc est, & aqua, atq; superius corpus.

Alio autem modo, forma & exemplar. hæc autem est ratio ipsius quod quid erat esse. Et illius genera. quemadmodum eius, adest diapason, hoc est per omnes duo ad vnum. Et in summa numerus. Et quæ in oratione sunt partes.

Cõm. 23.

Forma quæ ratione dicitur exemplar ab Aristot.

Secundam causam ſm formam assignat. Nam sanitas est causa vt sanũ sit, & cõmensuratio est forma essendi cõmensuratum, forma aũt non solum ſm superficialem figuram, sed etiam ſm rationem dicitur. Vocat autem exemplar formã, non velut ideas dicentes, supponens ipsam per se formalem substantiam per se, ad quam quæ sunt hic assimilãtur. Neq;.n. quæ agit natura, inquit Alex. primum intelligit ea, quæ facit sic facit, ne quis dicat conceptũ & intelligentiam esse exemplar eorum, quę fiunt ſm ipsam, vt in artibus se habet, sed quæ fit in materia forma, hanc appellat exẽplar, quia natura facit oĩa appetitu huius, quæ facit. patet aũt ex hoc, quia cum hæc facta est, cessat factio, atq; actio, tanquã sit forma quoddam definitum, & velut propositus scopus, in quẽ ordinata est natura, & ob id exẽplar dr. Non similiter aũt, inquit Alex. in cunctis facientibus gratia alicuius se habet finis & exẽplar, sed quæcunq; ſm prælectionem, artem & rõnem faciunt, in his finis cuius gratia alia fiunt, necesse est primum intel[illegible] ab hoc faciente hæc ponere scopum & exẽplar eorum, quæ [illegible] sunt, sed in his, quæ fiunt natura, non similiter. Non.n. ſm electionẽ natura operatur, neq; ſm rationem in ipsa. nam irrationalis, inquit, potentia est natura, sed principio iniecto primo receptiuo in materia, & principio, a[illegible] his, quæ in ipsa & ex ipsa futura sunt, hoc primum inie[illegible]ũ idipsum fecit, cuius existentis determinati est effe[illegible], sed factum ex hoc, aliud. nam vnũquodq; ipsorum est e[illegible]is, quod est post seipsum effectiu[illegible] & motiuu, si nihil impediat, & hoc vsq; ad aliquem finem & formã naturalem, cuius principium primũ erat in materia iniectũ. Nam vt principium motus interni artificialis primo in ipsis imaginibus, neruis quibusdã tactis, hoc eius post ipsum, & illud huius deinceps motiuũ fit, quousq; per oĩa motus peruaserit, nisi aliquid impediat non ſm rationem aliquam & prælectionem, quæ est in ipsius mouentis arte, & se, & post se. sic aũt & natura iniecta inspersaq; semini genitali & potentia in ppria materia facta cũ sit huius motrix mouet, quemadmodũ nata est mouere, & illud moueri. potentia aũt adueniens, & primo motu alium rursus motum ingerit & pōt quousq; cuius simile faceret ei à quo iniectũ est, & idem, vel specie, vel genere, vt in his aĩalibus, quæ fiunt ex dissimilibus, quales sunt muli. Nam genere ijdẽ sunt cum agentibus: & ipsa successio ſm quosdam numeros & ordinem fit donec pficiatur quod fit ſm formam, nisi aliquod fuerit impediens Hoc autem non ſm rationem & prælectionem eam, quę est in mouẽtibus & facientibus, vt pdictum est. Sed non qm̃ hoc non fit, ob id iam forte fortuna facit, & nõ gratia alicuius. Nam illud, gratia alicuius, non est nomen gñationis, quæ possit eligi, sed omne quod fit ſm aliquem ordinem & alterius gratia huius gratia fit, & hoc similiter, siue ſm prælectionem & rationem, siue etiam sine ratione, vt in natura nos dicimus. Nam & si quędam cõsequuntur ſm materiales necessitates naturalia non habentia relationem ad aliquid, ceu dicunt tricæmliq; sub situ brachiorum, siquidem ipsæ neq; aliquam opportunitatem & vsum prębent, non oportet per hæc ostendere naturam non agere alicuius gratia. Forma igitur exẽplar est, quia ad hanc tendit natura non pelectione, sed magis velut imagines quibusdã funibus, vel neruis motæ. Erit aũt, inquit, exẽplum in his, quæ fiunt, natura etiã forma agentis, cum sit eadẽ specie, vel genere cum eo quod fit. & vniuersaliter quia ad exẽplar facientes ad definitũ aliquid faciũt, & est proprium facti ad exẽplar fieri ad definitum & simile illi, & siquid ad definitum fit & simile illi ad exemplar erit factum, sic aũt fiunt quæ natura fiunt. Ad exẽpla igitur, hæc Alexãdro dicente, quod formã appellet Arist. non ſm ideam perspicuum est. Nam materialem formã vt causam accipit secũdam, quam quid erat esse habet cõpositum. Indicat aũt in sequentibus materiam & formam hanc in elementis numerans. Qũo itaq; cum ipse dicat de forma elementari, & hanc vocet exẽplar, non potest intelligi facientis forma exẽplar? nam & si aliquo modo idem est ei qđ fit, quia homo ex homine, tñ factum nunc vocat exemplum, & non faciens. nam facta est elementaris forma, ſm quam quod quid erat esse habet compositum: ad aliquod, autem

Natura minime operatur ex electione, ut uidetur … Alexand. Generatio … naturalium cũ … fiat.

Natura etsi ex ratione nõ agat non tamen forte fortuna agit.

Naturali necessitate aliqua fiunt quæ non habent relationem ad aliquid.

Finem sibi natura proponit.

autem definitum, & simile fit naturale. nam si ad faciens erit faciens exemplar, sed primum quidem quod quidem dixi non illud exemplar Arist. vocauit, sed quod fit. Deinde quo modo est possibile dicere, q naturalia non fiunt ad exéplar: siquidem concedimus exéplar esse faciens factu tanquá facti ad illud definitum & simile existens ei, quod fit. si aút ob id dicitur forma exéplum, quia natura efficit omnia appetitu huius finis, erit pp hoc, & non exéplar. Item ea, quæ dicuntur de gñatione naturalium mihi videntur digna annotatione & scitu. Nam si primú iniectum ipsum fecit hoc, cuius est ipsum effectiuú, & ex hoc factum aliud, & vnumquodq; eius qđ est post se est effectiuum & motiuum vsq; ad finem, & formá naturalem, cuius erat principium primú in materia iniectum, Si ergo sic gñatio perficitur, primum quidem triticum herbam facit, & herba stipulá, & stipula spicam, qui fit, vt imperfectiora sint eorum, quæ perfectiora sunt, efficientia? herba nanq; est stipula imperfectior, & stipula spica, deinde aliquá totius causam non habemus dicere. nam, cum sit vna forma, oportebat, & vnam causam esse ante particulares. Vniuersaliter aút, si alteratis prioribus fiunt cætera, materialia magis erunt priora & non effectiua. Nunquam. n. efficiés causa alterata fit effectus. Isté, si non quoduis ex quouis fit, sed ex potentia, patet etiam, q herba est poténtia stipula, & omne, quod est in poténtia, est materiale, sed non effectiuum: quare materia stipulæ merito diceret herba, sed nullo pacto causa effectrix. Deinde oé quod fit ex potentia in actu ab eo quod est actu producitur in id quod est actu: si ergo herba actu stipula non est, non efficeret stipulam actu, vniuersaliter aút si vniuscuiusq; natura principium cum sic & causa motur effectrix ex subiecti sui & non alterius: Patet qđ spermatis natura faciet sperma, & illa hominis hoiem. Et qõo facere proprie hoiem natura in spermate, nisi foret natura hominis priusquá homo fiat. Vel, vt dictú est prius, simul cum ipso, facit etiá ipsa fieri, quia est aptior ad productionem, & quia est vita quædá exiens & exurgens in spermam, ob maris & feminæ semen genitale, & naturá habet spermatis transmutationem, & apta est perfici & peruenire ad animal, proximam aút efficiens & propriam causam in aíalibus est materna natura & paterna. Sed in plantis natura ignis & terræ præexisténtis formæ actus in patre & matre, & in rationibus terræ stantibus ſm actum secundum, quas quę sunt potentia in actu dicuntur, & sic facti natura, si effectrix diceretur, sic erit effectrix, vt etiam ea, quæ fit, sed proprie effectrix talis actu est. Nam similis est natura generatrix & oia intermedia gratia illius pręaccipit, etiam si alteretur in intermedio natura perfecta & facta simul & faciens, tñ etiam vnam seriem conseruat, vsq; ad finem, in quem etiam cum peruenerit cessat ab actione. Dicit aút & Arist. q natura sunt quæcunq; ab aliquo principio in ipsis continue mo peruenunt in aliqué finem, in quo & cessant à motu. Quare 10 hoíe facti ratio prius accepta est, & ſm illum fit id quod fit, patre dáte principium & motum per sperma vsq; ad finem. Vt in imaginibus neruis quibusdam tractis, Artifex immittit principium motus & impetum vsq; ad finem ſm eam rationem, quæ præexistit in seipso vniuersi ordinati motus cum sit mater natura & attentius congruétiusq; formans. Quo ergo naturam irrationalem potétiam dicit, cum ipsa efficiat gratia alicuius finis & ordinate procedit ſm numeros & mensuras determinatas, Nisi duplex sit ratio effectrix, altera faciens per cognitionem, quá etiam solam rónes inter res putat, alia aút sine cognitione & reuersione in seipsam. ordinata aút & definita, & gratia alicuius finis principalis. Et quéadmodum non cognoscens irrationale est cóparatum ad rationé, quæ potest cognoscere, sic etiam faciens temere & inordinate irrationale est, comparatum ad agens ordinate & definité, & gratia alicuius. vt igitur ſm rationem tale fiunt quæ natura fiunt, sic etiam ſm exemplar non vt cognoscibile ppositum facienti, sed velut facientis ipsum esse & non pręeligere ad seipsum assimilantis factum, vt anulus signaculum. Et ipse Arist. in secundo tractationis de gñatione inuectus in Empedoclem naturam esse rationalem cócedit. Sed quo modo sine cognitione facientis est ordo & diffinitum in actione. non. n. naturalia talem habent constitutionem, vt & sine cognitione sui esse seruent ordiné & seriem in gñatione, & in definitú finé occurrere deuenireq;. vt se habet motus imaginum, quæ non nónullis neruis ac funibus trahunt. Sed si nó ex casu naturalia sunt. nam absurdú est hoc: vel seipsa talia constituerút, vel ex alio quodá constituta sunt. sed quouis modo se habet, prorsus constitutio & subsistentia cognita facta est. Nam id quod cómensurat potentiá ad ea, quæ fiunt, ambo cognoscens hoc faciebat. Ideo bene habet dicere magis concausam naturam. causæ auté proximæ eorú, quæ in gñatione & corruptione sunt, motus cęlestiú sunt, quibus vertuntur ea, quæ sunt hic, superiores aút causę motiuum aíales rationes sunt, & adhuc harú superiores intellectuales formæ, ex quibus primis formarú illustratio & decor ingeritur oíbus secundum aptitudinem recipiétium. Exemplar aút materialem formá vocat Arist. forsitan etiá vt intentionem naturæ, in quá non per cognitioné, sed substantialiter extensa cuncta efficit. Forsitan aút velut & exemplar artis factum: siquidé naturalia non vult ad exéplar fieri: sed, inquit, artificialia agere exéplo & plura prædicés de ipsa imitatione artis ad naturam, merito nunc meminit, quod naturalis forma est exéplar artis. Patet aút, quod si quidé mens est proprie efficiens causa ſm species in seipsa assimilans ad ea, quę fiunt, erút propria exéplaria, quæ sunt supra spés, sed de his satis. Rónem quid erat esse dixit & definitionem, diffinitio aút formę, specieíq; est indicatiua. Et huius genera, hoc est per oés: vt ipsius diapason, duo ad vnum, & oíno numerus, & partes quæ in róne. Vt in materiali causa dixit cám non esse solam proximam materiam, sed etiam eius genera, sic etiam de formali dicit. Nam cósonantia diapason, cum sit dupla ratione proportioneq;, est forma quędam dupli diapason, cuius genus est duplum, & eius genus est numerus. Et hæc igitur inquit, formales erunt causæ, tanquam simul cum specie & forma illatæ. Similiter aút & in definitione formæ specieíq; assumptæ partes, & ipsæ erunt formales causæ tanquam cópletiuæ formæ. nam, si animal rationale mortale est causa hominis vt forma, & vnaquæq; pars in diffinitione erit concausa ſm eundem modum causę, quo & totum, id est, formalis. Merito autem partes, quæ in ratione dixit, & non quæ in forma, quoniam vnaquæq; pars in ratione per totam speciem & formam tendit.

Naturã esse rationem existimat Aristot.

Natura est generationis causa coadiuuans.

Generationis causæ.

Forma illuminãtur a formis intelligentibus.

Mens est causa efficiens & exemplar.

Partes definitionis formæ sunt formales

continue motu

Efficiens duplex.

Tex. 19.

Amplius, vnde principium mutationis primum, aut quietis. vt consultor causa, & pater filij, & omnino faciens facti & transmutans transmutati.

Cõm. 25.

Efficientem causam rerum naturalium.

Tertiam in causis assignat efficientem, quia nobis quidem primú occurrit factum & huius elementa, & generabile ipsi inueniétes, quęrimus effectricem cám, & tunc causam cuius gratia facit agens, & fit factum. Vocat aút faciés vnde primum principium mutationis & quietis fit, volens proprie effectricem cám separatam esse & segregatam ab eo, quod factum est. Nam causa inexistens vt forma & natura copulat & vicina est cum principio ſm formam. Et oportet meminisse quod hic Alex. fatetur non esse proprie

effectricem

Instrumentũ non est propria efficiens causa.

effectricem cãm naturam, sed magis formalem, quia non est prima in efficientibus, & instrumenta motus videntur causæ fieri. Sed neq; hæc proprie effectrices sunt quia non primo, sed mota mouent, & de hoc mentionẽ facere oportet, quia concedit Alex. instrumẽtum etiam aliquo modo esse causam, & si non proprie effectricem, tñ effectricem instrumentalem. Quia autem eorum, quæ fiunt, alia mota fiunt, & alia manẽtia & mouens mota & stabiliens ea, quę stant, erit efficiẽs causa, alia motus, alia vero stationis, ideo dicens { vnde principiũ mutationis } adiecit { vel quietis primum } quare consultans aliquod bonum vel malum, erit efficiens causa principalior agentis. nam primum principium est à consultante. Et hic generales causas addit, vt in materiali & formali causa. nam pater & filius sub ipso agente & facto, & hęc sub transmutãte & transmutato reducuntur. Etenim factio substantialis videtur, mutatio autem etiam de alijs à motu dicitur.

Præterea autem vt finis. hic autem est id, cuius gratia: vt ambulandi, sanitas. Propter quid n. ambulat? Dicimus, vt sanus sit: & ita locuti, opinamur assignasse causam. Quinetiam quęcunq; cum aliud mouerit, inter finem media sunt. vt inter sanitatem macies, aut purgatio, aut medicamenta, aut instrumenta omnia: nanque hæc, finis gratia sunt: differunt tamen abinuicem, quòd illa quidem sunt opera, hæc vero instrumenta.

Cõm. 24. Quartam causam addit finalem. Hæc autẽ est, qua respõdemus interrogati cuius gratia fit id quod fit. Nam interrogati cur ambulat? dicimus, vt sanus sit. & hoc dicẽtes sufficienter opinamur causam assignasse. nam causa deambulandi est sanitas, vel bibendi medicamentum, ſm nullum aũt modum priorum dictarum causarum, sed qa gratia sanitatis ambulat, vel medicamentum accipit. Qm̃ autem de quodam vno mentionẽ fecit, de ipso videlicet ambulare, cuius causa vt finis est sanari, notauit quod & omnia intermedia inter effectricem & finalem causam, vt inter medicum & sanitatem. hæc antẽ sunt medicamentum, & medicamẽti potio, purgatio, & macies, & in finem referuntur, & gratia illius fiunt & causa vt ipsa fiant, finis est. Differunt aũt hæc inter se, quod alia ipsorum opera sunt & alia organa, instrumentaque, vt medicamenta & culter, quorum omnium sanitas est finalis causa, hæc autem sanitatis, vt Alex. inquit, effectrices causę sunt. Nisi forte instrumentales & has melius sit dicere. Etenim ipse etiam fatetur res, quæ non sunt primæ cãæ motus, instrumentales causas esse, sed non proprie effectrices, hic autẽ prima motus ſm sanitatem causa est medicus, sed intermedia non prima. Est igitur sanitatis causa medicina & intermediæ, alia quidem vt efficiens, aliæ vero instrumentales, sed medicinæ & intermediorũ finalis causa est sanitas. Possunt aũt, vt existimo, & materiales causas sanitatis hæc dici. Alexãder autem existimo, dixit efficientes respiciens ad ea, quæ paulopost ab Aristotele dicuntur, in quibus laborare effectiuum bonæ habitudinis inquit, & dicuntur hęc sana habentia ordinem inter se. Per quę, inquit Alexander, insinuauit nobis Arist. æquiuocationem eorum, quæ dicuntur sana, quibus omnibus vt hæc sint sanitas est causa vt finis.

Media inter efficientẽ causam & finem ad finem referuntur.

Medias causas inter efficientem ac finem instrumẽtarias dici.

Causæ igitur fere tot modis dicuntur.

Cõm. 25. Fere} adiecit, vel quia proprie causæ totidem modis dicuntur, cum plures sint per accidens causæ, vt dicet, vel ob reuerẽtiam Platonis dictum est, qui exẽplarem cãm inter causas proprie connumerauit, s. inter finalẽ & effectricem, illam aũt instrumentariã connumerauit cum ipsis cõcausis, s. materiali & formali. Si aũt tantus est ordo in causis, vt aliæ sint primæ, videlicet efficiens & finis, & ꝓpriæ causæ, & aliæ concausæ magis, vt materia & forma, merito causę sunt de numero eorum, quæ dñr multipliciter, sed non eorum, quę sunt diuisa sub vno genere. Quod vero totidem sint modi causarum, & neq; plures, neq; pauciores, forsitan quis ex diuisione ratiocinaretur tñ dicendo, ꝙ causæ illæ sunt, quibus est ens, vt est, & fit quod fit, & quoties interrogati ipsum ꝑꝑ quid assignamus: ipsa igitur naturalia composita cum sint ex materia & forma, sunt quæ vere sunt, & fiunt, quæ vere fiunt, vel ob ipsa cõplentia, vel ob ipsa, quæ extrinsecus qualitercunq; cõicant cum ipsis. Complent autem ipsa materia & forma, & ꝑꝑ hęc sunt materiales & naturales. Et interrogati, cur hæc, quæ sunt hic, sunt diuisibilia & dimẽsa, cur intellectualia sint indiuisibilia & sine dimensione, dicimus propterea quod materiales sunt hæc. propter quid aũt cælum est facile sic mobile, quia cum sit orbiculare in paruissimo pede pergit ſm Platonẽ. & sunt hæ cãrum assignationes à materia & à forma, in quas omñia reducuntur, quæ complent cõpositum sub ratione elementi. Quia autẽ omnia naturalia facta sunt, & ſm Arist. omne, quod fit habet causam gñationis oportet esse faciẽs & effectricem causam eorum, quæ fiunt, vnde primũ principium motus. Nam duplex est principium motus: hoc quidem per se mobile, illud vero immobile. nam id, quod ab altero est mobile, perspicuò nõ erit principium motus nobis accipientibus aliud ante aliud mobile ab altero. Sed mobile seipso principium erit motus, tanquã in seipso mouens habens: sed non proprie principiũ, quia & ipsum mouetur, principium aũt proprie motus esse mouens, sed non motum esse vult. Quare principalissima eorum, quæ fiunt causa efficiens immobilis erit, & ęterna, & semper ſm eadem & eodem modo se habẽs. Talis aũt est mens ipsa admodum veneranda, & post illam anima. Et si n. moueatur ipsa, tñ in se habet mouens. Ideo & immobilem ipsam magis Arist. appellandã esse censet, existimans sola mota corporaliter mutari. Cum aũt ea, quæ fiunt, & corrumpuntur naturalia proxime à corporibus circularibus, & sempiternis fiat. Nam homo hoĩem generat & Sol: patet, ꝙ ꝓprie efficiens non immediate proximus his, quæ fiunt, & corrũpuntur, facit, sed per media sempiterna. & sic nobis exorta est causa instrumentalis, & quæ est mota ab alio, & mouens alterũ. Et id, plane videtur in artificiali actione. Nam securis concausa est, quia mota mouet. Talis aũt & natura vniuersalis & particularis, vt etiã Alex. fatetur, bene sciens quod ꝓpter efficientem cãm separabilem esse oportet & seiunctam. Rursus aũt, quia naturalis & generabilis forma participatio formæ est in materia, omnis aũt participatio similitudo participati est, à qua etiam participatum & ad quã participans assimilatur: oportet oĩno esse & exemplarem causam materialium. Efficiens autem vel temere, & qũocunq; contigerit facit, vel in aliquam intentionem respicit, & finem ponit actionis, cuius gratia & faciens facit, & factum fit. Sed si primo & proprie efficiens temere, & qũocunq; contigerit facit, quid erit efficientium gratia boni efficiens: oportet igitur primum faciens alicuius gratia facere, & finẽ habere id cuius gratia. Et sic nobis etiam finalis cã ex primo agente, & alijs causis effectiuis, velut appetibili constituto patefit. Et quod hæ sint causæ eorum, quæ fiunt, patet. Quòd vero & solæ hæ ex diuisione inspiciendum est. Etenim factum quod naturale & cõpositum dicimus subiectum aliquod est, & in subiecto, & præter hæc nihil. & vel per se subsistẽs, vel ab altero esse habet. Si ergo per se subsistens esse impossibile est qđ fit in particulari tẽpore, & corporeum, & habet distantiã, ac diuisionẽ, habet aliquam aliam cãm præter seipsam, & vel motam

Duæ causæ naturaliter primæ.

Duæ autem adnumeratæ, vt illa, efficiens & finis, hæ vero materia & forma.

Causa complent composita sunt materia & forma.

Efficiens cã quadnam sit.

Generabilium propriæ efficiens cã mens est.

Instrumentariæ causæ homo & sol.

Efficientem causam separatã esse oportet.

Exemplarem causam materialiũ aliquã esse oportet.

Finalis causa est gratia cuius aliquid fit.

Causarum exactissima contemplatio.

hanc,

hanc, vel immobilem, & si motum, vel à seipsa, vel ab alia. Sed quod ab alio, non primo mouens: & quod aût à se, vel aliud quidem mouet, aliud vero mouetur, vel ſm totum seipsum mouet & mouetur, vt anima ſm Platonem, hoc aût motus est principium & gñationis. Verum nõ æternitatẽ præbet quatenus mouetur, neq; principale perfectionis est, quatenus duplicitatem quãdam mouentis & moti habet. Primum igitur immobile effectiuũ proprie & motiuum æternum est. Quòd aût aliqñ factum & motum ab æterno & immobili fieri & moueri proximè impossibile est, nã sempiternorũ est illud efficiens & motiuũ, & illud ab illo sempiterno motum ſm differentes suipsius dispositiones, eorũ, quæ aliquo fiunt & mouenť, est cã, vt instrumentalis, qa mota mouet. & si materialis forma, vel prima est, vel à pria, & ad primã. primum aũt nihil est, quod participatio est materialiũ. est igiť aliqua prima, ad quã assimilatur. & si pprie efficiẽs, vel temere, & vt cõtingit facit, vel in definitã intentionẽ respiciens, sed impoſe est agẽs temere: necesse etiã aliquem finem, & id cuius gratia semp esse.

Tex. 30. *Accidit autem, cum multipliciter dicantur causæ, et multas eiusdem causas esse, non secundum accidens. vt statua & ars statuaria et æs, non secundum alterum quid, sed quatenus est statua. sed non eodem modo. sed hoc quidem, vt materia, illud autem, vt vnde est motus. Sunt autem quædã, & adinuicem causa. vt laborare causa est bonæ habitudinis, & hæc laborandi: sed non eodem modo sed illud quidem, vt finis hoc autem, vt principium motus. Amplius aũt eadem est causa contrariorum. Quod.n. presens, causa huius est: hoc et absens facimus aliquando, causam contrarij. vt absentiam gubernatoris, nauis subuersionis: cuius erat præsentia causa salutis.*

Cõm. 26. Assignans plures differẽtias causarũ, ne quis existimet alias esse aliorum causas, vt materialem alterius, & formalem, vel effectricẽ alterius, bene annotauit quod ex effectis accidit eiusdem plures esse causas. Dicens autem, Accidit hoc, ne aliqñ quidem sic, aliquando autem aliter se habere suspiciemur, induxit. Non ſm accidens, sed quatenus tale est id quod fit. nam quatenus naturale, vel artificiale est & materiam habet, & formam & effectricem causam & materialem. Cæterum illud { non secũdum alterum quid, sed quatenus est statua} dictum est pro hoc non ſm accidens, sed per se. nam si per se, patet quod non secundum accidẽs, quia necesse est alterum horum inesse. Addit aũt & quod non solum facti causæ sunt hæc, sed etiam inuicem causæ similiter, efficiens & finis. Etenim laborare est causa bonæ habitudinis, vt effectrix, & bona habitudo laborãdi causa est vt finis, qm huius gratia est laborare. Nisi forte & effectrix causa laborandi est bona habitudo, nam bene effectus habitudine potest laborare & agere. Item dicẽs, quod omnẽs eiusdem & inuicem sunt causæ, addit quod etiam eadem est causa contrariorum, sed non eodẽ modo se habens, sed contrario dispositα. Nam quod præsens salutis est causa alicuius, vt gubernator nauis: hic absens est subuersionis. Et patet q̃ præsens quidem per se est causa, absens autem per accidens. Sic aũt dixit in Primo formã sui absentia & præsentia esse causam generationis & corruptionis.

Eiusdem multæ sunt cãæ.

Efficiens & finis inuicem cau_æ sunt.

Contrariorũ eadem est cã.

Tex. 31. *Omnes autem nunc dictæ causæ, in quatuor cadunt modos manifestissimos. Elementa.n. syllabarum: & materia factibilium: & ignis & huiusmodi, corporum: & partes totius: & suppositiones conclusionis, vt id, ex quo, causa sunt. Harum autem, aliæ quidem sunt vt subiectum, vt partes: aliæ autem, vt quod quid erat esse, & totum, et cõpositio, & forma.*

Cõm. 27. In assignatione causarum etiam genera causarũ vt causas assignans, & intermedias inter agentem & factum vel finẽ merito, redigens in capita eas, inquit, causarum quatuor esse modos, ad quos omnia dicta reducuntur: & proponẽs hæc breuiter numerarẽ, & primo materialẽ in medium producens, & per exẽplum ipsam manifestare volẽs. & differẽtias eius exponere gratia maioris manifestationis, & illa quorum est subiectum assumpsit dicens, elementa syllabarũ & materia factibilium, & ca in quibus subijciuntur elementa & materia artificialium, vt ligna, vel cera, vel oleum medicamenti, & ignis, & terra, & reliqua, & partes, & suppositiones. formæ aũt syllabæ, & scabellum, vel medicamentum, & animal, & totum, & conclusio, coordinãs igitur forma subiectis merito induxit. Harum autem aliæ quidem causæ sunt, vt subiectum, vt partes: aliæ aũt vt forma, & sic effectricem & finalẽ adiecit. Differentias autem subiecti tradit, quatenus aliter quidem ppria materia his, quæ ex ipsa sunt, subijcitur & fiunt ex ipso, quæ fiunt, & aliter elemẽta syllabis, & partes toti, & aliter ppositiones, quas suppositiones vocauit, conclusioni. Nam materia, vt Alexan. inquit, formam recipit, sed elementa & partes ſm compositionem. Syllaba.n. velut ex partibus ex elementis fit. tamen corpora simplicia, & prima, quę elementa appellantur, compositorum corporum, vt terra, aqua, aer, lignis, & secundum compositionem, & ſm alterationem perficiunt ea corpora, quæ ex ipsis constant. Sed hæc quidem omnia cum illi, quod ex his est constitutum insint, causæ fiunt intrinsecæ: Sed propositiones non insunt cõclusioni, sed huius effectrices magis sũt, & in omni syllogismo insunt, & in ipso materiæ rationem habent: &, Conclusio rationem formæ. Nisi forte autem & in conclusione aliquo modo sint propositiones vt vnum est. Vnus quidem modus causarum hic est varius, vt ostensum est. Alius autem est velut quid erat esse & forma: talia aut ẽ quæcunq; cum materialibus causis apposuit. totum, {non quod est cum partibus, sed partibus adueniens, tale autem est compositio, Etenim ipsa cum sit alia preter composita illis aduenit vt forma, vt in elementis orationis, syllabæ, & corporibus secundum compositionem forma vt hominis vel fici. & patet q̃ omnibus his congruit appellatio formæ. Proprius autem in habentibus materiam proprie subiectam. Oportet autem meminisse, q̃ Alexãder inquit, materiam secundum alterationem accipere formam. Ideo ex materia & forma compositum Peripatetici dicunt, {quasi simul alteratis inuicem simplicibus in generatione cõpositi. Platonici autem dicunt materiam immutabile sequentes dicta in Timæo, in quibus inquit. Eadem inquã, ratio, & de natura recipientia omnia corpora, idem semper est dicenda ipsa. Nam ex ipsius potentia, prorsus hoc non immutatur, & patet quod neq; alteratur. Nunquid igitur Platonici de prima materia dicentes experte qualitatis ipsam non concedunt alterari. nam alteratur id quod habet qualitatem, tanquam aliam qualitatem abijciens, aliam vero assumẽs, sed illud expers qualitatis qũo alteraretur, ob id igitur nõ ex materia & forma inquiunt esse compositum tanquam non simul alteratis inuicem, sed forma in materia, sed Peripatetici proximam accipientes materiam, velut elementa quatuor, vel sperma, & fœtum, merito & alterari hanc dicunt, & ex materia & forma dicunt compositum, materia in formam mutata, & forma facta materiali.

Subiecti differentiæ.

Differentia [illegible]

Semen autem, & medicus, & consultor, & omnino ipsum faciens, omnia sunt vnde est principium mutationis, aut status, aut motus.

Cõm. 28. Tertiam rursus enumerat effectricẽ causam, exẽpla & hic apponens proprie. ex quibus, vt existimo, & differẽtias effectricis causæ, vt differẽtias materialis & formalis prius insinuauit, nam aliter consultãs facit, & aliter medicus, & aliter

Efficiens causa differitur. aliter femen. Nã consultans principiũ actionis ingerit, ipse nõ attingẽs opus, sed medicus ipse operãdo facit, & semen mediũ aliquo modo est effectricis & materialis, siquidẽ sui ipsius mutatione & factũ simul facit, sed propriũ efficiens debet seiũgi ab eo qđ fit, vt Alex. fatef. Cæterũ illud {oĩa} nõ oportet cõstituere cum hoc {faciẽs} sed absolute legendo de tribus modis effectricis causæ suscipiendũ est.

Tex. 32. *Alię aũt, vt finis, et bonũ aliorũ. Id. n. cuius grã, optimũ et finis aliorũ vult esse. Differt aũt nihil, idẽ dicere bonum, vel apparens bonũ. Causæ igitur, tales, & tot sunt spẽ.*

Com. 32. Quartam & vltimã aliorum causam finalẽ inducit dicens hoc, velut finis & horum aliorũ. & inquit Alex. consequẽs esse ſm verba, hoc aũt vt finis aliorum, & bonum aliorum, videlicet quorum est finis. Num aũt cõiter ſm cõmunem de cõi fine & bono illud aliorum inductũ sit. Nã finalis cã vt sanitas, vt est finis aliorũ acceptorum grã eiusdẽ, vt deambulationis & potionis pharmaci, & taliũ, sic & bonum illorũ est, pp quid aũt huic {finis & bonum illud cuius grã} adiecit. nam hoc {cuius grã optimum} dicens, vel quia cuius grã. hoc est quod appetentes alia facimus. appetibile aũt bonũ est, & magis finis, & magis bonũ & optimum aliorũ. dicens aũt finem & id cuius grã bonũ esse, quia vt principio dixit libri de moribus ad Nicomachum, oĩs ars & oĩs via recte dicendi, simil'r & oĩs prælectio bonum aliquod appetere videtur, sed non oĩno & vere bonum est id cuius gratia facimus ea, quæ facimus, sed oĩno apparens bonum. apparens aũt dico id quod videtur, siue sit, siue non, pp hoc adiecit. {Differt aũt nihil dicere ipsum bonũ, vel apparẽs bonum} nã sic bonum id cuius grã dictum est vt apparens, bonum. nã mouent nos non bona ipsa, ô vtinam, sed quæ videntur bona, ideo & voluptas appetibilis & finis videt, non quia bonũ, non. n. erat nociuũ, sed quia videtur bonum. Cum igitur totidẽ sint causæ, dicit Eudemus, ꝑ subiectũ & mouens primo, oẽs esse causatos, sed formam plures, sed id cuius grã, pauciores & parum, sed nobis, videtur hæc causa pluriũ. Nã videt multiplex. Etenim nr̃æ actiones pene oẽs alicuius grã sunt & boni. Nam, si aliquãdo medicus ꝑparat febrẽ, atq; efficit, cum sit ipsa simpl'r malum, tñ ꝑ præparat & vt bonum facit. Simil'r autem & is, qui elegit ob cautionem de maioribus malis minus bonum, cõparat & quærit, vt eligens mortem pro diuersis malis. nã talia quidam cauillantur, soluere autem ipsa, melius forte & facilius est.

Finis est vel vere bonum, vel apparens.

Finalis causa est plurimorum.

Medicus febrem inducit id efficit tanquam bonũ.

Modi aũt causarum, numero quidem sunt multi. At in summam redacti, & hi etiam pauciores sunt. dicuntur. n. causæ multipliciter. Et ipsarum quæ similium specierũ sunt alia prior, ac posterior, vt sanitati Medicus & artifex, & eius, quod est diapason, duplum & numerus, & semper quæ continent, ad singuli relata. Amplius autem vt accidẽs, &

Tex. 33. *eorum genera. vt statuæ, aliter Polycletus, & aliter statuarius. quoniam accidit statuario, Polycletum esse. Et continentes etiam accidens: vt si homo causa sit statuę, aut oĩno animal. Sunt aũt accidentium alia alijs remotius & propinquius. vt si albus & musicus, causa dicatur statua.*

Com. 33. Prius quidem qñ dixit, Vno igitur modo causa dicitur aliquid ex quo fit aliquid inexistente, modos dixit, ipsas differentias primarũ causarũ, vt differẽtias solius materiæ & solius formæ, & aliarũ causarum. Nunc aũt modos differẽtias particulariũ causarum inquit, q́ similium spẽrum sunt. & dicit, ꝓ etiã modi ſm vnãquãq; causam numero sunt multi, in summã vero redacti & hi in sex differẽtias singulariũ causarũ reducunt. Etenim, ſm vnãquãq; spẽm causarum, vt ſm materiam, vel ſm formam, vel per se dicimus causam, vel per accidẽs. Amplius prior & posterior alia accipitur causa, veluti in causa efficiens. Nam est eiusdem vt sanitatis priores & posteriores accipere effectrices causas, accipientis oĩa per se, vt medicum & artificem. & ſm formalẽ consonantiæ diapason, duplum & numerum, & simpliciter continẽtia, & contenta, vel cõmunia & singularia vbiq;, cum sint priores proximiores, & posteriores, remotiores. Proximiores aũt sunt vbiq; singulares, quia non amplius cõmunes hæ, vt continẽtes ipsę. & de materiali causa, proximior quidẽ est hoc æs, sed remotius est æs, vel aqua, vel corpus. Et de finali proxima quidem est sanitas, remotior aũt & cõmunior sanitate est habitus & qualitas, & dicta est prius talis differentia qñ dixit {& horum genera.} Cũ ergo considerasset in dictis causis per se duas has differẽtias singularium & generis, easdem differentias etiam in causis dictis ꝑ accidens assignat, docẽs primo quæ sint causæ per accidens. Nã statuæ per se causa est statuarius, sed per accidens Polycletus, qa accidit statuario vt sit Polycletus. Quare accidentia his, quæ sunt ꝑ se, per accidens sunt causæ, & genera per se inexistentia accidẽti, quatenus causæ per accidens insunt, & ipsa per accidẽs causæ fiunt, vt Polycletus accidens causa est statuæ, sed Polycleto ꝑ se inest homo, & aĩal, igitur & homo per accidens causa statuę est, simul aũt & aĩal. Cum igitur sic ostẽdisset quæ sint causæ per accidens, his, inquit, diuidi in proximiorem & remotiorem, vt etiam ipse per se diuisæ ostendebãtur. Etenim, si ꝑ accidens causa statuæ est Polycletus & albus & musicus, proximior quidẽ causa est Polycletus, & remotior, albus & musicus, propter qđ hæc accidérũt Polycleto. Scire aũt existimo oportet, quod remotius & proximius accepit de ea, quę est per se ſm continentes & contentas causas, vt sunt genera & species. sed in ea, quæ est per accidens, accepit etiam hoc dicens. Est aũt velut accidens & horum genera, sed hæc coordinauit cũ accidẽte, & alia accipit proximius & remotius in his ꝑ accidens & inexistentibus ipsi accidenti. Nã albus vel musicus per accidens causa est statuæ remotior, qa accidit Polycleto albũ esse, per accidens quidẽ propinquior. Cũ igitur sint duæ differẽtiæ harum dualitatũ, altera in causis ꝑ se, & altera in causis ꝑ accidens, aliã tertiam addit post pauca ipse dicẽdo quędam intermedia. Est aũt hæc ſm quam per se & ꝑ accidens causæ, velut absolute inter se dicuntur, qñ dixero efficientẽ statuæ aliqñ statuificum, & aliquãdo Polycletum: vel vt connexe, qñ dixero statuæ non solũ Polycletum efficientem, neq; solum statuariũ, sed Polycletum statuariũ: & qđ hæc tertia duas cõnectat cũ duabus prioribus ipse Arist. indicauit tres deinceps ponẽs post pauca.

Causa soluta.

Causa connexa.

Tex. 34. *Præter omnes autem & proprie dictas & secũdum accidens, alia quidẽ vt quæ possint dicuntur, alia vero vt quæ operentur. veluti ædificandæ domus, ædificator domus: aut domum ædificans, ædificator domus.*

Com. 34. Communem quandam differentiam inducit oĩbus dictis causis per se & per accidens, solutis quoq; connexis hanc, qđ aliæ potentia causę, & aliæ actu. Quare, cum sex sint differentiæ & duplicatę per potentiam & actum, omnes duodecim fiũt. & ipse plane enumerat, in quibus inqt, tñ hæ oẽs multitudine sunt sex, dictæ autem dupliciter. Et quales sex sint īducit: Aut. n. vt singulare ꝑ se, videlicet aut vt genus eius. Et rursus vel vt accidẽs singulare, videlicet vel vt genus accidentis, & vel vt connexæ hæ, aut vt simpl'r dictæ. oẽs aũt hæ dupliciter dñr, aut vt ſm actum existẽtes, aut ſm potentiã. nam ædificandi domum efficiens causa est, potentia quidem ædificator, & si non ædificet, actu aũt ædificans ędificator.

Causa i potentia.

Causa i actu.

Tex. 35. *Eodem modo autem dicetur & in his, quorum causæ sunt ipsæ causæ: atque in bis, quæ dicta sunt, vt huius statua, aut etiam omnino imaginis, & æris huius, aut æris, aut omni-* Tex. 36. *no materiæ & in accidentibus similiter. Amplius autem, connexe & hæ & illæ dicentur, vt non Polycletus neq; statuarius, sed Polycletus statuarius. attamen oẽs hæ sunt mul titudine quidem sex, dicta aũt dupliciter. Aut.n. vt singulari, aut vt genus, aut vt quod secundum accidẽs, aut vt accidentis genus, aut vt connexe hæ, aut vt absolute dicta. Omnes aũt aut actu operantes, aut secundum potentiam.*

Cõm. 34. Illud deinceps verbum {eodem modo aũt dicetur, & in his, quorũ causæ sunt, ipsæ causæ}.i. in effectibus vel si diceretur etiã in causatis. Nam horum causę, sunt causæ. & in his igitur eosdem differentias esse inquit, quæ etiã in causis sunt, nam sunt ipsorum proximiores effectus, & alij remotiores, & alij per se, & alij per accidens. Vt effectus statuæ est hic proxime, sed remotior statua simpliciter, & adhuc hac remotior simulachrũ, & æs velut materialẽ causam assumens, sed velut effectum metalli & ipsum est proximum effectũ, vt hoc æs, & aliud remotius, vt æs simpliciter vel corpus, vel materia. Similiter inquit, se habet & in his, quæ accidũt effectis, & ipsa per accidens effectus sunt. Similiter aũt & in his alia sunt proximiora, aut remotiora. proximiora, idest singularibus, remotiora aũt horum genera & species. Nam hoc rubrum, siquidem factum æs talem habet colorẽ, proprius effectus per accidens est, sed remotius rubrũ, & in summa color. Et effecta vt causæ non solum absoluta & separata, sed etiam connexa dicent. nam dicens differentias causarũ & effectuũ induxit. {Amplius autem cõnexæ & hæ & illæ dicentur} idest effecta, & causæ. Sed ego quidẽ sex causarum differentias dicens, sic etiam æquales cum sint effectuum differentias subiunxit ordine dicto ab Arist. in sequentibus, ipse aũt post differentiam per se, per accidens & potentia & actu causarum easdem differentias etiam in effectis considerans differentias ſm connexionem & separationem communiter induxit effectis & causis, & sic enumerationem sex modorum faciens in causis & effectis oẽs potentia & actu diuidit. In ipso aũt connectere possibile est, vel propria proprijs connectere, vel accidentia accidẽtibus, vel vicissim, & horũ vel proxima proximis: vel remotiora remotioribus, vel vicissim, ipse tñ videtur solam connexionem accipere propriarum ad accidentia, vt dictus statuarius Polycletus. Nã cõnectitur causa per se statuarius causæ per accidens, s. Polycleto, Polycletus autem is est statuarius, de quo etiam Galenus meminit, qui statuam miro artificio struxit habentem oẽm commensurationem membrorum per se & adinuicem, & propter hoc Polycletus regulam appellari voluit.

Effectuum, seu causatorum eaedem sunt differentiae, quæ causarum.

Causarũ cõnexio varia est.

Polycletus regula vocatur.

Tex. 37. *Differunt autem tantum, quòd actu quidem operantes & singulares, & ea quorum sunt causæ, simul sunt & non sunt. vt hic medens cum hoc qui sanatur: & hic ædificator cũ hoc quod ædificatur. Quæ aũt sunt secundum potentiã, non semper. corrumpitur .n. non simul domus, & domus ædificator.*

Cõm. 35. Cum dixerit sex modos bifariam diuidi, potentia, s. & actu, differentiam eorum in potentia & actu assignat dicens, quod quę sunt actu causæ & effectu simul sunt, & nõ sunt. Dicens autem {actu operantes} adiecit {& singulares} non velut alias præter operantes actu dicens, sed quia operãtes actu singulares sunt. nã hæ agũt patiunt & faciũt, sed non horum species & genera. Neq;.n. aliquid sic cõmunium subsistit per se, sed singulares operantes actu, etiam inter se simul subsistunt, vt hic ædificans dum ædificat simul est cũ re ædificata. Sed causæ ſm potentiam non sunt simul semper. & huius exẽplum manifestum apposuit, q2 non simul corrũpitur domus & ædificator. Nam diuturnior est domus, quã ædificator. Sed, cũ fuerit aliquis ædificãs, prorsus erit aliquid ædificatum. non existente aũt ædificante, nõ ædificat: & cũ fuerit ædificatum aliquod, prorsus aliquid ædificat, & si nõ fuerit ædificans, neq; ædificat adeo, vt simul sint & non sint. Dicit aũt nunc potẽtia non de eo quod fieri põt. nã nõ amplius fieri possunt q̃ iã facta sunt. talis aũt est ædificator ædificans, & domus ædificata. Sed simpl̃r opposita agentibus. hæ aũt sunt non agẽtes: nõ agunt aũt ea, quæ possunt agere, & cessant ab actione.

Quæ in singularis actu sũt inter se simul sunt, quæ aũt potentia non semper.

Potestate esse oppositum est operanti.

Oportet aũt semper causam vniuscuiusq; supremã quærere. vt & in alijs. vt homo ædificat, q̃m ædificator est: ædificator aũt est secundum ædificandi artem. hac igitur prior causa est, & sic in omnibus. Amplius, aliæ quidem generum sunt generum, aliæ autem singularia singularium. vt statuarius quidem statuæ, hic autem huiusce. Et potentiæ quidem possibilium, actu autem existentes ad actu existentia. Quot igitur causæ, & quomodo causæ sunt, sint nobis determinata sufficienter. Tex. 38.

Cõm. 36. Supremam dicit causam, q̃ est propriissima dicta, quã alij nominant cõtinentem. Sed occultum ipsum per exemplum fecit. Nã cur homo ædificat interrogantes, audimus quod ædificator. cur aũt ædificator, quia ſm ædificandi artem, & in his cessat propter quid quæstio. Ideo & supremam hãc vocat, q̃m vsq; ad hanc ascendentes stamus. Nã propriissima causa ædificationis est ars ædificandi. Oportet aũt vt in aliis oĩbus propriæ ſm nomen dictum intelligamus, sic etiam in causis. Etenim drachmam proprie drachmã intelligimus, non adulterinã: & hominẽ, pprie, & non mortuum: sic etiam causa propriẽ causa sumenda est. Porrò sic dicens non naturam proprie effectricem causam corporum posuerit. nam & si ipsa moueret corpora, mota & ipsa mouet. Est igiẽ aliqd hoc, quod hãc mouet; & si, quidem motum, & illius motiuum quæremus: quia oẽ motum à mouente mouetur, vt ipse in Octauo huius tractationis demonstrauit. Si aũt immobile, hæc erit suprema & proprie motus causa. Adiecit aũt quod & genera generum causarum dici oportet, & hæc inuicem opponuntur, & singulares singularium. vt statuarius statuæ, & hic huius. Similiter aũt hæ ſm potentiam collatæ ad eas potentia, & ipsæ ſm actum ad eas actu. Aiaduertit Alex. in his, q̃ si assignaretur potentia ad id quod potẽtia, simul etiã scientia cum scibili erit, & sensus cum sensibili, & quę sunt etiam ipsa ad aliquid, siquidem dr̃ id quod est potentia de eo quod potest fieri, & non simpliciter de non agente, vt vtebatur pauloante ipso, dicens ædificatorem potentia ædificantem & non amplius ædificantem, & sic in prædicamentis dubitatio soluetur ea de tecto in profundo, si id quod est potentia dicatur de eo, quod potest fieri.

Causa propria est suprema.

Natura non propriè efficiẽs causa est, sed immobile.

Scientia simul est cũ scibili, quod scire potest & sensus cum sensibili.

SECTIO SECVNDA, de Fortuna & Casu. Cap. IIII.

ICITVR *autem & fortuna & casus de numero causarum esse, & multa, & esse & fieri per fortunam & casum. Quo igitur modo in his causis est fortuna & casus, & vtrum idem sint fortuna & casus, aut diuersum, & oĩno quid sit fortuna, et casus, considerandũ est. Quidã.n. an sint, an non, dubitant. Nihil.n. fieri à fortuna dicunt, sed oĩum esse aliquã causam determinatam, quæcũq; dicimus*

dicimus à casu fieri, aut à fortuna. Vt veniendi à fortuna in forum, & reperiendi quem volebat quidem. non aũt putabat, causa est, velle eum venire ad emendum rẽ. Similiter autem & in alijs, quæ à fortuna dicuntur, semper aliquam es-
Tex 41. *se accipere causam, sed non fortunam. Quoniam, si aliquid esset fortuna, inconueniens vtiq; per quàm verè videbitur. & dubitabit vtiq; aliquis propter quid nullus antiquorum Sapientum causas de generatione & corruptione dicens, de fortuna quicquam determinauit. Sed (vt videtur) nihil opinabantur illi esse à fortuna.*

Cõm. 37. Postquam dixit quæ, quotq́ causæ, & quinam modi, & differentiæ sigillatim considerantur, est etiam fortuna & casus causa, atq; multa sunt & fiunt ob fortunam & casum, consequens erat quærere si est, & quid est, & sub qua dictarum causarum reducantur hæ. Sed non frustra dixit Arist. dici hæc. Etenim plures putãt fortunã & casum esse cãm multorũ. Sed Naturales etsi non dixerint aliquid de ipsa, tñ velut existẽte & vtunt & nominãt. Etenim Emp. in qbus inquit, Sæpe alias aliter, sed nũc forte sic cucurrit.

Et rursus cum dixit, qualiter oĩa casu cõcurrerũt, vĩ efficere causam fortunã. Et qui eum, vel materiã principia esse dicunt, vel bonum & malum, illorum extẽsionem, ac laborum diuisionem & talia velut à fortuna vel à casu dicere coguntur. Item Democr. in quibus inquit, oportere ab vniuerso, omnimodas segregare species. quo aũt & à qua causa cum non dicat, videtur à casu & à fortuna hæc generare. Et Anaxagoras mẽtem dimittẽs, vt inquit Eu-
Fortuna & ars mutuo se amant. demus à casu statuens multa constituit. Et Poetarũ, Nonnulli cũcta fere in fortunam ducũt, perinde ac artis ipsam familiarem efficiant dicẽtes, Ars fortunam amauit, & fortuna artem. Dicunt item bene fortunatum prudenter agere. Præterea videmus quædam eorum, quæ fiunt ab arte, etiã à fortuna fieri. Etenim sanitas etiam à fortuna videt̃ fieri, vt etiã ab arte. Nam sitiens & bibens aliquis aquam frigidam sanus euasit, sed forsitan non, inquit, Democ. fortunam causam esse, sed sitiisse. Item plures tradunt oĩa fortunam causam esse, & optant, precanturq; deos, vt sĩt fortunati. Si ergo dicuntur hæ causæ, eũ, qui vult videri perfecte de causis assignasse, oportet quærere cũ qua dictarũ quatuor causarum fortuna & casus simul ordinabũtur, & ſm quem modum vniuscuiusq; assignatorũ. & ante hæc prius num fortuna & casus eadem sint, vel diuersa: & si diuersa, quo nã differunt inter se. Hoc autem præcedit quid est vtrunq; ipsorum. Non.n. ostensa vtriusq; natura, neque differentia manifesta erit, sed & ipsum qd est vtrũq; præcedit, si est vniuersaliter. Non.n. horum substantia est expers dubitationis. Sic igitur in ordine ponens problemata, resolutorie ab extremo ſm resolutionem inuenti problematis. hoc aũt erat, si sit prorsus fortuna & casus, incipit demonstrationẽ. & primo ponit argumenta ad vtrãq; partem præordinans duo argumenta. Eorum, qui non putant fortunã & casum in causis ordinanda esse, cũ non sint
Fortunã nõ esse locandam inter causas. causa alicuius. Quorum primum demonstratiuum est, & ſm probabile. & est primum tale, omnium, quæ fiunt & quæcunq; dicimus à fortuna, vel ex casu fieri, causa determinata sunt: sed nullius, quorum est causa definita, causa erit fortuna vel casus propterea quod etsi hæc causa dixerint, tamen fatẽtur prorsus ipsas esse indefinitas. igitur nullius definitorum causa erit fortuna vel casus. Sic quidem in prima figura ſm ipsum ſm demonstrandi modũ est concludere. Est aũt & in secunda figura concludere sic, omnium eorum, quæ fiunt, causæ definitæ sunt: fortuna & casus nullius est causa definita: igitur nullius eorum, quæ fiunt, fortuna est causa, neq; casus. Et q quidẽ oĩum eorũ, q̃ fiunt, & quæcũq; dicimus à casu fieri vel fortuna est aliqua causa definita, demonstrauit per exemplum. Nã procedens aliquis in forum, vt quæ fori sunt agat, idest vt versetur in foro, vel etiam emat & deprehendit ibi debitorẽ, quem volebat deprehendere, licet non putauerit se deprehensurum, & accepit argẽtum, hoc oẽs ſm fortunam, vel à casu fieri dicimus, & tamen est huius effectrix causa definita, s. veniendo in forũ velle in ea tractare ea, quæ ad forum attinent. Nam & ob id comprehendit debitorẽ & recipit argentũ. Similiter aũt & in aliis à fortuna est aliquã accipere semper causam definitam, & non fortunam. Quod vera & siquidẽ erat causa fortuna indefinita erat, neq; censuit demonstrandum esse. Nam talem conceptionem apud oẽs habent fortuna, & casus. Sed secunda ratio talis erit, si est eorum, quæ fiunt, causa fortuna & casus, absurdum aliquid & dubitabile sequetur, cur olim Sapientes causas generationis & corruptionis dicentes, non mentionem de his fecerũt. Sed cui accidit absurdum, hoc etiam absurdum erit, quare absurdum videbitur hoc, vt sit fortuna & casus vnius eorum, quæ fiũt, causa. Sed possibile est & sic concludere, si neq; veterũ sapientum aliquis fortunam & casum existimarunt, neq; ipsa esse causa verisimile est, atqui antecedens, igitur & sequens. Quòd vero nullus veterum existimauit sic ostendit: Si existimabãt dicẽtes causas de generatione & corruptione causam *Duplex negatio magis negans arguitur ab Aris.*
esse fortunã & casum, determinassent de ipsis: sed non determinarunt. Accusauit Alexand. contextum verborum tanquam non congruum cũm dicat, propter quid nullus antiquorum sapientum de fortuna quicquam determinauit. Nam oportebat, inquit, inferre de fortuna quid determinauit. propter qđ proponitur negatiuũ in hac nullus, & patet multo magis, si accusasset Platonem dicentẽ nullus ad nihil dignus, fieret nullius prætij. Sed & admirari magis opportebat locum, vt qui plane, & diligẽter, & accurate sit expositus.

Sed & hoc mirabile. multa enim & fiunt & sunt à fortuna & casu. quæ non ignorantes, quod licet reducere ad aliquam causam vnumquodq; eorum, quæ fiũt, vt antiquus sermo dixit, destruens fortunam, horum tamen alia quidem esse Tex. 42.
dicunt oẽs à fortuna, alia vero non à fortuna. Quocirca & quodammodo erat facienda ipsis illorum mentio. At vero neq; illorum quidem aliquid opinabantur est fortunam, vt amicitiam, aut litem, aut ignem, aut intellectum, aut aliquid aliud taliũ. Inconueniens est igitur, siue nõ putauerint esse, siue esse putantes prætermiserunt, præsertim aliquando vtentes. vt Empedocles, non semper aerem segregari supremè dicit, sed vt accidit. Dicit.n. in mundi creatione, Tex. 43.

Sæpe alias aliter, sed tunc sic forte cucurrit.

Et partes animalium à fortuna fieri plurimas, ait.

Tex. 44. *Sunt autem quidam qui & cæli huius, & mũdanorum omnium causam esse ponunt casum. à casu enim factam dicunt reuolutionem, & motum, qui discreuit & constituit in hunc ordinem vniuersum. Et valde hoc ipsum admiratione* Tex 45.
dignum est, quòd dicant ipsa quidem animalia, ac plantas à fortuna nec esse, nec fieri, sed aut naturam, aut intellectũ, aut quippiam tale aliud esse causam: non enim quoduis ex semine vnoquoq; fit, sed ex tali quidem olea, ex tali autem homo. Cælum autem, & diuiniora sensibilium, à casu fieri, talem autem causam nullam esse, qualem animaliũ & plantarum. Atqui si sic se habeat hoc ipsum, dignum est con- Tex. 46.
sideratione. & bene sese habet dici aliquid de hoc ipso. Nam præter hoc, quod dr̃, adhuc absurdius est dicere hoc, cũ videant in cælo nihil à casu factũ. in his aũt, quæ nõ à fortuna, multa cõtingere à fortuna. attamen par erat cõtrariũ fieri.

Cõm. 38.

Ad duas rationes ostendentes non esse fortunam & casum contradicit. & prius ad primã, quæ destruit fortunã, quia determinatæ sunt olum causæ,& fortuna est indefinita. Contradicit aũt, contrarium, quam vult ostendendo talem rationem cócludere. Nam vult destruere fortunã, sed ignorat cum magis fortificet ipsam. Nam, si habent oĩa, quę fiunt, ad definitas causas reducere, & hoc non ignoramus, tñ non omnia in easdem reducimus, sed etiam videntur nobis à fortuna fieri, & quædam dici à casu, patet, ꝙ causa aliqua est fortuna & casus præter definitam causam. Nam, si nunquam indigemus definitio principio, causam autem in aliquibus non definitã & perspicuum principiũ facimus sed fortunã, patet ꝙ alterum præter illa existere causam facimus. Nã cur Achiles ex prælectione dr̃ interfecisse Hectorem, Adrastus aũt casu filium Chrisi? Atque & hic si non prius elegisset hastam dimittere non interfectus fuisset filius Chresi, sed prius elegit dimittere hastam, prælegit aũt non ob filium Chræsi, sed ob feram. itaque diuisionis & iaciẽdi hastam dicendũ est esse causam prælectionem, sed homicidij nequaquam. Nã aliquo modo ꝑelegit, quod si prouidisset quid euẽturum non emisisset telum, hastãq;. Quare penedicitur à fortuna, & nõ ex industria tale homicidium factum. Ideo & veniã in talibus assequũtur tanquã eorum, quæ fiunt à nobis, partim, quædã à fortuna sint, q̃dam à prælectione. & oportebat propter hoc vtiq; sit fortuna, aliquam mẽtionem de ipsa afferre, sed non videntur mentionem fecisse. Nã neq; fortunã esse videntur existimasse, neq; aliquid nominatorũ ab ipsis idem fortunæ videtur, vt amicitia, vel odium, vel mẽs, vel ignis, vel aliud quid talium. Nam hæc determinatæ sunt causæ. Ideo aliæ quidem vicissim, mens aũt semper principatur, hoc vero vniuersum quodãmodo quoq; secũdæ occurrit rationi. Illud aũt, Vt antiquus sermo destruẽs fortunã, ad Democritũ vr̃ dictum esse. Nam ille, etsi videbatur dũ de mundi fabrica dissereret, fortuna vti, tñ particularioribus, nullius inquit fortunã esse cãm, referẽs in alias causas. Ceu inueniendi thesaurũ est causa ipsum fodere, vel oleę plantatio: frangẽdi aũt craniũ calui, cã est aquila ꝓiciendo testudinẽ, vt tegumentũ testudinis frãgeret. Nã sic Eudemus narrat. At secundã aũt rationem dicentẽ aliquid absurdi & indubitabile accidere ponentibus fortunã, illud cum Priores Naturales nihil de ipsa dicerent, ad hãc igit̃ occurrens absurdũ inquit, non ex dicentibus causam fortunã sequi, sed ex olim Naturalibus. Nam siue non opinabant̃ causam esse fortunã sic manifeste existentẽ absurdũ est, quod sapientes existimãtes, & de vniuersis potẽtes considerare hoc latuit. & ꝙ nõ suspicantes, tñ incredibile erat hoĩbus quod nomen vanũ ꝓferant, siue suspicantes esse, reliquerũt docere quid est, & quam hẽt potentiam fortuna: & hoc absurdum cũ enunciarẽt sententiã de causis, hanc omisere. Quod vero habuerint aliquẽ conceptũ & intelligentiam de his, q̃ f'm fortunam accidunt, patet, quia aliqñ vsi sunt hoc nomine, vt Empedocles non semper aerẽ ad supremũ separari, inquit, sed vt contingit. Dicit porrò in ipsa mũdi fabrica. Sæpe alias aliter sic tunc forte cucurrit. Et in aliis vbi oĩa concurrerunt. Et partes animaliũ plurimas fieri à fortuna inquit, vt quando dicebat:

Terra hisce æqualis maxime concurrit. Et rursus,
Flamma suauis animauit terra breui manentem:
Et in aliis,
In manibus veneris nactum talem formationem.

Et aliquis inueniret ex naturalibus Empedoclis plura huiusmodi poni posse, vt etiam hoc.

Hoc robore fortunæ omnia intellexit. Et paulopost,

Fortuna & casus aliquid sunt.

Democritus in mundi ortu fortunam adhibet, eam fert autem in singularibus.

Emped. multa fortunæ tribuit.

Et quatenus tenuissima cadentia concurrerunt, sed his cũ visus sit in paucis fortuna vti, erit minoris annotationis, dicemus, quid est fortuna non assignãs. Sed Democritus videtur pati aliquod absurdũ dupliciter. Primum quidẽ, ꝙ & cœli huius, cur dico huius cœli, quia etiam mundorum oium plurium, vel etiam infinitorum existẽtium f'm ipsos, qui causam efficiunt ipsum casum. Nam à casu tradũt reuolutionem & motum separantem & constituentem in ordinẽ ipsum vniuersum, tñ non dicunt quid est casus. Secundo est dignũ ipsos admirari, qũo aĩalia & plantas profiteantur neq; esse, neq; fieri à fortuna, sed vel naturã, vel mentem, sed vel aliquã alterã esse causam ipsorum definitam & nec inordinatam, neq; irrationalem. Nam perspicuum hoc erat: siquidem non quoduis ex quouis fit, sed ex semine humano homo, & ex olea, olea, & nullus, iquit, à fortuna equum ex equo ortum esse atq; ordinatum. Nõ enim à fortuna ordinatum & semper vel vt in pluribus similiter se habens, sed maxime diuinissima cœlum & astrorum choreã, in quibus nihil indeterminatũ & inordinatum est. Hæc in casum & fortunã reducũt, nullam eiusmodi causam ipsis esse statuentes, qualẽ aĩalium, vel plantarum dixerũt esse definitam & f'm ordinẽ & f'm rationes facientem, & tñ nihil de fortuna vel casu dicũt. Quãq; siquid dicerent hoc etiam dignum erat annotatione, si talia oportebat casui & fortunæ cõmittere, & bene se habet dici aliquid de ipso. Nam cum absurdum sit hoc, s. diuinissima eorum, quæ sunt in mundo, ab optimis causis nõ gubernari, adhuc absurdius est dictũ, si f'm cõparationem aliquis ipsa consideret videns in cœlo oĩa ordinata, & nihil indefinite vel à fortuna, vel à casu factum. Sed in his sub lunam, q̃ dicunt hi non à fortuna fieri, multa eueniunt à fortuna. Atqui f'm horum sententiã & contrarium parerat, cœlum quidem nullo certo ordine moueri, & quæ sunt in generatione ordinatam suam naturam haberent, & cœlestia essent breuiora duratione, nam talia sunt, quæ fiunt à fortuna, & ea quæ generantur, diuturniora. Videmus autem, quod multo plus ordine & tempore cœlestia differunt ab his, quæ sunt hic, quã magnitudine. Respondet autem Eudemus pro relinquentibus in causis fortunam dicens: Rationabiliter autem ipsam omiserunt, vt per accidens existentem. Nam talia neq; esse vidẽtur, sed ea, quæ sunt per se. Proinde in his omnibus locis Arist. planam & ordinatã faciebat assignationem. Comentaria aũt Alexandri & magis in defectu aliquo modo in his & cõfusa mihi videntur, forte vitio transcribentes, ordinẽ dictorum confundentis. Censeo aũt obiicientes Arist. voluit diceni non causam effectricem cœli, benigne, & prudenter audire quæ hic dicuntur. Nam si accusat dicentes cœlum & diuinissima apparentiũ à casu fieri, talem autẽ causam nullam esse, qualem animalium & plantarum: videlicet fieri & ipsa vult si & non in particulari tempore, & ab effectrice causa omnino definita & ordinata: siquidem accusat dicentes ea à casu fieri, etsi quidem omne factũ ab efficiente fit: & erit efficiens mens vel aliquid mente præstantius: siquidem & animalium, & plantarum, vel naturam, vel mẽtem, vel aliquam talem alteram esse causam concedit.

Fortunam in causis cur nõ numerarint antiqui.

Efficientem causam posuit Aristo.

Sunt autem quidam, quibus fortuna videtur quidem esse causa, immanifesta autem humano intellectui, tanquam diuinum quiddam existẽs, & ad diuina magis spectans. Quare considerandum est, & quid sit vtrunq;. & si idem, an aliud, & quomodo indeterminatas causas incidant. Tex. 47.

Quidam. n. non plane dicunt esse fortunã, sed ex his, q̃ dicunt, cogunt substantiam eius concedere. quidã aũt & Cõm. 39.

per

per se fatentur esse fortunam & causam esse ipsam dicunt, sed quid est non habent dicere, immanifestã ipsam humano intellectui existimantes, tanquam diuinũ quidam existens & ob id excedens humanã cognitionem, vt Stoici videntur dicere. Et ꝙ plures huius opinionis extiterint, patet ex eo, ꝙ adorant ipsam fortunã, vt deũ, & templa ędificãt ipsi, & hymnos canunt in eius cultũ. Videtur aũt alia opinio esse de fortuna vti de aliquo diuino apud Græcos etiã ante Arist. & non à primis existimari Stoicis vt quidã putant. Etenim Plato in legibus, ꝙ Deus oĩa, & post Deũ, inquit, fortuna & tẽpus cuncta humana gubernant. Illud autem, & quaidam fortunas ciuitatũ venerari & tẽpla ędificare, posterius videtur statutũ esse & existimatum. Non enim habemus apud veteres fortunæ ciuitatũ templa narrata, vel festa scriptis prodita. Atqui fortunæ rationem scimus, qđ etiam apud veteres fuit veneratũ. in Delphis etiã quo ad interrogationes primas habuit, o fortuna Apolloq; huic ne respondes? Itẽ apud Orpheum mentio de illa habita est. si ergo nõnulli assignantes diuinorũ corporũ in vniuerso causam attingere fortunã, quanquã non subiunxerint eã perinde aliquid sit, nõne vero mentionẽ nominis fecerunt, etsi de ipsa formonẽ non fecerint. alij item ipsam existimarunt quippiam diuinum esse, his quidem omnibus compertum fuit, quod ipsa est, proinde etiam quærendum est, quid sit fortuna & casus. item si hæc inter se diuersa sint, quóq; inter diffinitas causas incidant, idest nũnquid sit de numero causarum materialiũ formalium, an magis efficientium vel finalium, & nunquid collocetur inter causas per se, vel per accidens.

De fortuna diuinitate opinio apud veteres Græc. s. Deus, Fortuna, & occasio cũcta humana regit. Fortuna ciuitatis.

CAP. V.

Tex. 48. *PRimum igitur cum videamus alia quidem semper similiter fieri, alia autem frequenter: manifestum est, quòd neutrius horum causa fortuna dicitur. Id enim, quod à fortuna, neq; eius est quod ex necessitate & semper, neq; eius, quod est frequenter. Sed, qm̃ quædam fiunt etiam præter hæc, & omnes hæc dicũt esse à fortuna: manifestum quod aliquid est, fortuna & casus. Talia enim à fortuna, & quæ à fortuna, talia esse scimus. Eorum aũt, quæ fiunt, alia*
Tex. 49. *quidem propter aliquid fiunt, alia vero non. Horum aũt, alia quidem secundum propositum, alia vero non secundum propositum. ambo aũt sunt in his, quæ propter aliquid fiunt. Quare manifestum est, & in his, quę sunt præter necessarium, & quod frequenter, sunt quædam, circa quæ contingit esse id, quod est propter aliquid. Sunt aũt propter aliquid, & quæcunq; ab intellectu vtiq; aguntur, & quęcunq;*
Tex. 50. *à natura. Huiusicemodi igitur, cum secundum accidens fiunt, à fortuna dicimus esse. vt enim & quod est, aliud quidẽ per se est, aliud aũt secundum accidens, sic & causam contingit esse. vt ipsius domus, per se quidem causa est ædificatiuũ, secundum accidens autem, album, aut musicum Itaq; per se causa, definita est, quæ vero secundum accidens, inde-*
Tex. 51. *finita. infinita enim vni accidunt. Sicut igitur dictum est, cum in his quæ propter aliquid fiunt, hoc fiat, tunc dicitur à casu & à fortuna. Ipsa aũt, ad inuicem horum differentia, posterius determinanda est. Nunc vero hoc sit manifestum, quod vtraq; sunt in his, quæ propter aliquid sunt. Vt argentum reciperet, venisset, debitum reportaturus, si sciuisset. Venit aũt, non huius gratia, sed accidit venisse, & fecisse hoc reportandi gratia. hoc aũt, neq; frequenter veniens ad locum, neq; ex necessitate. Est aũt finis reportatio, non causarum quæ in ipso sed earum, quæ consulto, & ab intellectu agunt. & dicitur tunc à fortuna quidem venisse. Si autem proponens, & huius gratia, aut semper veniẽs, aut frequenter reportans, non à fortuna. Manifestum itaq; quòd fortuna causa est secundum accidens, in ijs, quæ secundum propositum eorum quæ propter aliquid sunt. Quapropter, circa idem, & cogitatio & fortuna est. Propositum enim non sine cogitatione est.* Tex. 52.

De fortuna & casu, cũ proposuisset dicere, & primum, an sit, necne quærere proposuisset, & ostẽdisset ipsam esse cõmuni oĩum testimonio & eorum nõ solum qui tradunt ipsam esse diuinã faustam, atq; felicẽ causam, & qui de ipsa veluti de causa mentionem fecerunt, quanquam quicquam de ipsa non dearticulate & distincte tractauerint, verum etiam eorum, qui conati sunt eam de medio tollere, etenim hi quoq; stabilire magis fortunam visi sunt, ꝓfectus est ad cætera problemata, quid sit vtrũq;, & quo hæc duo inter se differãt, & qũo ad definitas causas reducant. Sed primũ vtitur argumento simul quidẽ rursus ostẽdens fortunã esse nõ modo à cõi testimonio, verũetiam ab ipsis rebus. Proinde concludens hanc rationẽ inquit, ꝙ fortuna & casus est, & vna ꝓbens initiũ demonstrandi, de ipso qđ est. Sed talis sit, existimo, ab ipsa ratio, porrò cum accipiat cõcessum iam factum, scuiusuis effectus prorsus etiã eius causam effectricem esse, ostendit, res quæ raro fiũt & sunt in rerum natura, à fortuna & à casu fieri. Si ergo q̃ sunt raro & in minus facta, in natura consistunt, & fortuna casuq; proueniũt, cõpertum est quod fortuna, casusq; est. Et quod ea sint quæ raro fiunt, ostendit diuisione eorũ, quæ fiunt. Nam in rebus ingenitis non erit id quod in minus raroq; euenit. Nã eorum, quæ facta sunt, alia semper eodẽ modo fiunt, velut Solẽ oriri & occidere, alia vero nõ semper eodẽ modo. Horũ vero alia fiũt vt plerũq;, vt ea, quæ reperiuntur ſm naturam in his, quæ fiunt sub Luna, ceu hoĩem ex hoĩe, & equum ex equo fieri, aut hũc gratia huius ad forum proficisci, illum inueniendi causa, cuius gratia exiuit, alia vero non vt plerũq;, sed vel æqualiter, vel in minus, raroq;. Et illud, quod æqualiter est, comparatione eorum, q̃ semper, vel vt plerũq; sunt, in minus raroq; est. Et ob id puto, quod Arist. ipsum æqualiter & ipsum raro cõiter contra ipsum vt plerũq; vsus fuerit dicẽs. Quod aũt ea, quæ fiunt præter ipsum plerũq;, fortuna casuq; fiant, eo patet, ꝙ cuncti non modo tradunt, sed etiã cognoscunt, ꝙ talia à fortuna fiunt, & non hoc solũ, sed etiã quod conuertitur, videlicet quod ea, quæ fortuna & casu eueniunt, huiusmodi sunt. Nam neq; in ipsis ingenitis, quæ reuera ita sint, fortuna collocatur. Quippe nemo mentẽ, vel vniuersaliter immobiles causas à fortuna esse ait, neq; in his, quæ generantur, quæ semper eodem modo fiunt; neq; in his, q̃ vt plerũq; eueniunt, sed in his statuitur, quæ raro fiũt. Idcirco, cũ oñdat hæc entia esse, collegit conclusitq; fortuna esse, eãq; in his morari, atq; esse. Etenim fortuna cũ in artificialiũ tũ naturaliũ defectibus est. velut ĩ medicina, quo non ꝑtãsit ars, illuc fortuna ingredit̃. Ideo apud artifices ignaros multũ inuenit̃ illud, qđ est à fortuna, sed apud optimos rarissime. At fortuna in his maxime artibus inuenit̃, q̃ sunt diligẽtia admodũ exquisitæ ac traditæ. Sed contra euenit in naturalibus, qñquidem fortuna lõge à primis & honore ꝑstantissimis rebus absit. Nã hæ semper ſm naturã & eodem modo se habent, sed in his, q̃ fiunt & intereũt, quatenus natura deficit, & qua parte deficit, ipsa fortuna reperit̃. Constat aũt, quòd nondũ fortunam & casum separans fortunam solam nominat, & de vtrisq; sermonem facit. Sed videtur hic etiam testimonio multorum probare rationem dicẽs. {Et hęc oẽs aiunt esse à fortuna.} Verum hoc dixit nunc, vt compertũ, idcirco & subiunxit. Eorum quæ fiunt, alia quidem huius gratia fiunt, alia autem non,

Fortuna & casu hũc quæ rarius fiunt in natura eorũ, quæ sunt.

Rarius non est in his, quæ non fiunt.

In ingenitis non est fortuna.

Fortuna est in eo, quod rebus naturalibus & artificialibus deficit.

&eo quod ea, quæ raro e ueniunt, consistunt, & eo, quod circa hæc fortuna & casus versantur, ostendens quod hæc sunt, deinceps reliquum modum addens, quo fortuna horum causa atq; casus dicuntur, quia velut in his, quæ fiunt ſm prælectionem & naturam propemodũ subsistit fortuna per accñs, sic causa est, ex hoc & ipsum quid est ostẽdit. Nam ad ostendendũ ipsum si est id satis erat, ſ. effectus esse, sed ad cõmonstrandum quæ causæ sint, opus est modo subsistentiæ effectuum. Proinde diuidens rursus oĩa quæ fiunt ſm subdiuisionem in ea, quæ huius gratia fiunt, & in ea, quæ haud huiusmodi fiunt. Nam pleraq; temere, &, absq; finis præmeditatione fiunt, velut nõnulli praua consuetudine ducti capillos euellunt, vel suos vngues nedum auctos dentibus amputant, aut nares fricant, & ea gesta, q̃ relationem nõ habẽt ad aliquid. Et dicens quæ sunt alicuius gratia, quia hæc sunt ſm prælectionem, qualia sunt quæ ſm artem & ſm naturam. Etenim prælectio huius gratia facit, & natura, vt procedẽdo pluribus demonstrabit: Et non est prælectio, ob artẽ, velut in Topicis & moralibus dictum est, bene subiungit, quod ea huius gratia sunt, quæcunq; ex intellectu, cogitationeúe acta sunt, & quæcunq; à natura, etsi non sic gesta sint, tñ ita fieri poterant. Vt in forum proficisci & recipere debitũ huius gratia potuit esse, etsi non huius gratia forte in forum abiit, tñ receptio debiti fertur esse in his, quæ sunt huius gratia. Cũ ergo huiusmodi sint ea, quæ sunt huius gratia, ambo fortuna & casus in his, quæ sunt huius gratia versantur. Si ergo & prius ostensum est, quod fortuna & casus consistit in his, quæ raro eueniunt, cõcluditur in tertia figura hoc, ꝙ quædam, quæ raro fiunt, huius gratia fiũt. Quod quidem ipse significauit per hoc, Quare manifestum est, ꝙ & in his, quę præter necessarium, & id vt frequẽter, quædam sunt, circa quæ contingit inesse id cuius gratia, & illud, quare manifestum, cõclusiuum, dicendo intulit, quod tales effectus in his, quæ raro huius gratia fiũt, qñ per accidens fierent, à fortuna eos dicimus esse. Et quod accepit, ea, quæ huius gratia fiunt, non prorsus quæ huius gratia facimus, sed ea, quæ gratia huius à nobis geri, fieriq; possunt, compertum fecit paulopost ipse dicendo. Nunc aũt sit manifestum, ꝙ ambo sunt in his gratia huius, vt si gratia recipiendi argentum venit, reportaturus pecuniam, etsi sciuisset. Venit aũt nõ huius gratia, sed accidit venire & hoc facere gratia reportandi. Hoc aũt, inquit Alex. non absolutè fortunæ, sed malæ fortunę est exẽplum. Quod vero illud prius dictũ, ſ. ambo aũt in his gratia huius, non de his, quę fiũt ſm propositum dictum est, vt quidam rati sunt, sed de fortuna, & casu, indicat contextu proxime exposito per eadem colligens deductũ & conclusum. At inquit, Nunc sit manifestum quod ambo sint in his, quæ sunt alicuius gratia, eo videlicet, de quibus erat sermo. erat aũt de fortuna & casu, quorum differentiam postea determinare pollicitus est. At etiam siquis hoc non intellexerit de his, quæ sunt ſm propositum, non sequeretur deducta, illataq; conclusio. Non enim eo quod quædã à fortuna sunt in his, quæ sunt alicuius gratia, sequitur dicta conclusio, quandoquidem sermo cõtinnationem haud habebit, merito censuit dignum demõstratione esse hoc, ſ. id, quod est gratia cuius esse in quibusdam eorum, quę raro fiũt, propterea quod quibusdam nõnulla, q̃ raro eueniũt, videbantur esse temere gesta, & hoc non demonstrato, non cõcludebatur, quod quę à fortuna in his quæ raro eueniunt alicuius gratia sunt. Eudemus aũt sic demonstrat, quod fortuna sit in his, quæ gratia alicuius sunt, in quibus, inquit, est aduersa, prosperaq; fortuna vti, in his est fortuna: Hæc aũt sunt ea, in quibus boni comparatio & amissio, & ipsum gratia huius. Nam quicunq; agit huius gratia bonum appetit. Sed ratio hæc fortunam solam in his, quæ sunt alicuius gratia, posuit, sed non posuit casum. Qñ aũt aliqua facta alicuius gratia & hæc sunt, cum ab intellectu, tum etiam à natura in his, quæ raro fiunt per accidens fierent alicuius gratia, tunc facta à fortuna & casu fieri dicimus. Illud autem gratia huius spectatur animo, non quod gratia huius fiebat iter ambulatioúe, vt versandi in forum, sicut Porphyrius inquit, sed quod & huius finis gratia fiebat. Nam venit, inquit, reportaturus pecuniam, si sciuisset, verum tum per accidens ea, quæ sunt ab intellectu & natura fiunt causa, qñ hæc non fierent eorum gratia, quorum fiunt, sed quædam alia fierẽt, vt prodeo quidem in forum conuersandi gratia, & inueniẽs debitorem recepi debitum. Itẽ defertur lapis, vt capiat propriam vniuersitatem, & totam perfectionem, & in caput alicuius decidens vulnerauit. aut taliter cadens scamnum, sedesq; euasit. Dicẽs porro ea, quæ ab intellectu & natura, vt iter vel casus, qñ per accidens fierent causæ alicuius, tum ea, quæ facta sunt, à fortuna, casuq; fieri dicerentur, ꝑꝑ quod non fiebant iuxta illius rationem, merito deinceps ostendit, ꝙ sunt quædam prorsus causæ per accidens. Quod quidem prius etiam dixit, nunc etiam meminit exẽplo domus, cuius per se causa est ars ædificandi, & per ipsam artifex. per accidens aũt albus, aut musicus. Vt. n. inquit ens aliud per se, aliud vero per accidens. Dicit. n. ens per se substantiam, per accidens vero dicit accidentia substantiæ, sic etiã causa alia est per se, alia vero per accidens, vt inquit Alexan. Ni forte intelligendũ sit sincerius simpliciusúe ipsum ens, omne effectũ perinde dicat. Vt effectuũ aliud per se, aliud vero per accidens, sic & causa. Etenim præter substantiã cætera prædicamenta sunt accidentia, velut quæ semper sint in substantia, non sunt aũt per accidẽs semper. Cæterũ differt fortuna ab aliis causis per accñs, quia vnaquæq; illarum causa per accidẽs dr̃, quia accidit causæ per se. ceu album dr̃ causa per accñs domus, quia accidit ædificatori, qui est per se causa domus, esse albũ. Sed in ipsa fortuna vna & eadem actio alterius est causa per se, alterius vero per accidens. Nam fodere est causa per se plantandi, sed inueniendi thesaurum est causa per accidens. ideo ibi hæc est differentia in causis, nam alia per se, alia vero per accidens, sed hic eadem causa est, sed fines diuersi, quorũ alius per se sequitur, alius vero per accidẽs. Ni forsitan & si eadem causa videatur esse, vt fodere, tñ plantandi est per se causa, vt inueniendi thesaurum per accidẽs. Verum illud per accidens, hic non de causa effectrice sola consideratur, vt in alijs, sed etiam de fine. Vt enim fodere plantationis causa, forte per accidens est causa inueniendi thesaurum, sic etiã inuenire thesaurum est finis per accidens fodiendi ob plantationem, & finis per accidens à fortuna dicitur, & causa per accidens effectrix dicitur fortuna, nihil minus tamen fortuna habet indeterminationem, etsi non magis diceretur causa per accidẽs quam aliæ per accidens. Nam inuenire thesaurum ex pluribus peneq; infinitis causis accidit, quæ fiunt alicuius gratia. Etenim aliquis fodit & plantandi gratia & fundamentum iaciendi, inueniendiq; aquam, vel vt inde fluxus emergant, aut foueam subterraneam, vel sepulchrum efficiẽdi, & aliorum prope infinitorum gratia. Quod siquidem id quod fit nõ indeterminatum, sed ordinatum fuerit, non amplius hoc à fortuna erit, neq; fortuna erit efficiens. Verũ videt etiam Democritus, quãuis nõ nihil discrepet, huic sententiæ de fortuna consentire. Inquit. n. thesaurum inuenire non à fortuna,

Fortuna quo nam modo à casu differat.

Fortuna in his est quæ alicuius gratia fiunt.

Causa p accidens quenam sint.

Fortunæ ab aliis per accidens causis discrimen.

fortun ,sed quia fodit plantandi, vel aquam inueniēdi, aut aliquid eiusmodi, quorum causa inuētus est thesaurus, & horum eodem modo causa erit & fieret, quorū esset causa. Cum igitur plures sint ſm Democritū, indefinita erit, causa & sic, & non per se, sed per accidens. Nam est defectus, casusq; quorundam aliorum, quorum gratia est fossio cauatione. Si ergo quippiam indeterminatum est, id à fortuna, & fortuna indeterminata est, ꝓfecto neq; in ipsis ingenitis erit: quippe quæ habēt causam per se, immobilem, atq; intransmutabilem semper eodem modo, neq; in ipsis genitis modo necessario genita sint, immo neq; in his, quæ vt plerūq; fiunt. Etenim hæc quoq; magis determinata sunt, sed in his collocāda est fortuna, quæ raro eueniunt. Quod si etiam est quoddam sequens aliquem principem motum, & oīs motus in his, quæ vt plerūq; fiunt, vel ab intellectu, vel à natura est: equidem horum vtrūq; huius gratia fit, merito prorsus ordinata est inter ea quæ fiunt gratia alicuius, & nō in his quæ per se, sed in his quæ per accidens fiunt, siquidem indeterminata sunt. Vt enim causæ per se determinatæ, sic per accidens causæ indeterminatæ. Nam ædificator determinatæ est causa domus, sed per accidens non magis albus quàm musicus. Quare siquis existimet solum esse causas per se, nihil nimirū fieret à fortuna, ꝙ si admittat etiam causas per accidens, etiā quippiam fieret à fortuna. Verum quale hoc, exēplo patefecit. Nam quod assecutus est aliquam actionem, q̄ acta fuerat etiā propter id, quod sequutum est; licet non facta sit tum propter illud, à fortuna esse dicimus. Etenim quis produit recipiendi debitum, qui si ob id exiēs acciperet, non fortuna accepit, sed cum alterius gratia prodiens inueniret debitorem reportantem pecuniā & acciperet argentum. Hoc aūt exēplum non est simpliciter fortunæ, sed bonę fortunæ. Nam, quando occurreret talis finis actioni, quæ fit ſm præelectionem, propter quod etsi principaliter facta est actio, patet id, quod volumus & eligimus occurrisse. Interdum quoq; occurrit malum aliqđ & inuoluntarium, cum non agimus huius gratia, vel producimus, & hoc est à fortuna nihil minus quàm illud, & fortuna est causa, licet mala. Nam finis non eligibilis est, immo fugiendus. Et erit inquit Alex. fortunæ descriptio id, quod occurrit agenti secundum pręelectionem, & gratia huius, ꝙ occurrens est aliud ab illo cuius gratia factū est principaliter ſm pręelectionem. Sed hoc non est fortuna, sed à fortuna. Equidem fortuna est vt definit Arist. causa per accidens in his quæ ſm pręelectionem fiunt. Et patet quod fortuna est causa effectrix, vt dicetur, sed per accidens effectrix, vt etiam quod fit à fortuna, finis est per accidens. Oportet aūt, inquit, hanc per accidens causam esse eius quod est à fortuna, vt proficisci ad forum, neq; esse de numero eorum, quæ vel ex necessitate fiunt, vel vt plerūq;. Nā prodeunti quotidie ad forum necessario, vel vt plerūq; aliquando obuiam ire debitorem non à fortuna est. Nam oportebat aliquando & ipsum obuiam ire, & erat rationi consentaneum. Sed si raro, & semel alicubi ab aliquid aliud proficisci occurrerit, tunc à fortuna. Et merito hoc adiecit definitionem colligendo, qm in his, q̄ raro eueniunt pene posita erat fortuna. Finis aūt, inquit, qui est à fortuna, vt reportatio argenti, non causarum, quę in ipso, sed eligibilium & ab intellectu. Non.n. in numero talium finalium causarum eorū quæ sunt, fortuna est, quales sunt fines eorum, quæ fiunt natura, quorum gratia fiunt ea, quæ sunt in re eadem, quæ fit ſm naturā, sed est extra ea, quæ adueniunt, adnascunturq;. Nam talia sunt, quæ fiunt fortuna & præelectione. Nouit aūt Alex. etiam hanc scripturam, s. Sed intelligibilium & nō ab intellectu. Et si ita scriptum esset, inquit, tn̄ diceret finem esse à fortuna, qm̄ nihil præligeremus, neq; intelligeremus de ipso, neq; eius gratia occurrerent ea, quæ ante ipsum fecimus. Quòd vero quod fit à fortuna inter ea incidat, q̄ sub electione & intellectu cadunt pauloante dixit. Videtur autē & huic scripturæ etiā quod concluditur consonare, hoc, s. Si aūt huius præelecti gratia. Nam videtur esse cōclusum adductum, ob ipsum, s. intelligibile, hoc si præeligens. Sed prior scriptura finem à fortuna seiungit à fine naturali. Nam fines naturales non sunt pręeligibiles, neq; extrinsecus sunt, sed sunt in habentibus naturam. Nam & in his, quæ fiunt natura cum motus naturales fiunt alterius gratia est ipsum non cuius gratia, sed quidam alius finis occurrit, ceu sextus digitus in homine, vel cum est bouino vultu. Sed hæc non sunt à fortuna. Dicimus enim à fortuna id, quod occurrit in his quæ sunt ſm præelectionem, & extrinsecus adueniт eocum nihil nostri fuerit. Nam debitum reportare non natura inest reportanti, neq;.n. præeligere & venire in hunc locum natura est. Etenim natura ꝓelectiuus est homo, nō tn̄ ipsum præeligere est aliquid naturale. Verum potest & sic intelligi dictum, quod finis, qui est reportatio, non est effectus, nec finis causarum in ipso. Equidem causa in ipso est natura. Nam natura est initium motus in quo primo inest. Quare id, quod fit à fortuna, non habet effectricem causam ipsam naturam, sed cogitationem & præelectionem. Ideo circa idem cogitatio & fortuna versantur. Nam circa electionem & actionem fortuna est, vt demonstrabitur. Sed præelectiō non sine cogitatione est.

Causæ per se determinatæ sunt, quæ vero per accidēs indeterminatæ.

Fortuna est causa per accidens.

Finis eorum quæ à fortuna fiunt, proficiscitur ex agentibus per electionem.

Indefinitas igitur causas, necesse est esse, à quibus fiat quod est à fortuna. Vnde videtur fortuna indefiniti esse, & immanifesta homini. Tex. 53.

Cum dixisset quid est fortuna, & per diffinitionem tradidisset ipsam, quam ex exemplis collegit, nempe, ꝙ est fortuna causa, quod quidem vt genus assumpsit, & causa est per accidens in his quæ ſm præelectionem fiunt eorū gratia, quæ sunt gratia huius, & si est per accidens, etiā raro est. Cū igitur hęc dixerit, deinceps existimo, vult ſm suam consuetudinē, eos ostēdere, qui sunt eiusdem sententiæ cum illo, qui quippiam de fortuna ostēdunt, & dicūt. Verum hoc facit indicās traditam intelligentiam de fortuna cōpetere dictis circa ipsam. Etenim ab aliquibus dicitur causa, sed fortuna est causa indeterminati, & ab aliquibus nec prorsus causa esse eorum, quæ fiunt, dicitur, & ab aliquibus esse causa quidem dicitur, sed humano intellectui immanifesta. Item dicitur fortuna apud quosdam temeraria absq; ratione faciēs. Hæc oīa, inquit, recte dicuntur & consonant dictis nostris. Nam cū ipsa sit causa per accidens, & per accidens causæ sunt indeterminatæ, indefinitęq;, & hac ratione differunt à causis per se, quatenus in illis assignare possunt, definiētes hāc huius esse causam, sed in illis per accidēs nequaquam. Nam reportādi argentū cum venit is, qui non huius gratia venit quod quidē à fortuna esse dicimus, infinitæ causæ esse possunt. Etenim videre quędā cupiens venit, & persequens, & fugiēs, & visurus spectaculum quoddam, & infinitæ causæ, quotcūq; possunt causæ, huius, s. veniēdi ad hunc locum, q̄ quidem oīa per accidens fiunt causæ reportandi argentum & nulla est magis quam altera. Nam sola causa per se vt veniēs ad forū, vt reportet argentum est ipsum venire huius gratia. Ni forsitan inquit Alex. conuenientius prædictis sit dicere ꝓpter hoc quod fit alicuius gratia per accidēs esse causam huius alicubi, cuius gratia non fiebat, quia vnū

Com 41.

Fortunæ multiplex antiquorum definitio.

quidẽ est id, cuius gratia fit, sed infinita eidẽ possunt occurrere & accidere ea, quorum gratia nõ fiunt, inter quæ etiam est ipsum reportare argentum. Conuenientius aũt hoc inquit, quia dictũ est, quod fortuna est causa indeterminati. Et manifestum est, quod talis adiectio indeterminatã causam accipit, vt finem, qui quidẽ est id, quod à fortuna prouenit. Verum Arist. indefinitas causas nõ finales fortunæ inquit, sed eas, quę velut efficientes sunt. Nam hę sunt, à quibus fierent ea, quæ è fortuna fierent. & ad hoc deinceps exẽpla subiungit dicẽs: Infinitæ sunt multitudine causæ per accidens, huius, s. reportãdi argentũ, cum venit ad forũ, si igitur indefinitæ causæ sunt, inquit, eius qđ fit à fortuna, merito fortuna cũ sit indefinita, siquidem spectatur ſm indefinitas causas indefiniti incertiq; finis est & dicitur causa. Quod si etiã id quod fit à fortuna indefinitum est, & fortuna indefinita; merito immanifesta est humano intellectui, Nam indefinita ratiocinatione comprehẽdi nequeunt. Sed scitu dignum est, quod prius dixit nonnullis videri fortunam esse humano intellectui immanifestam, non eo quod indefinita sit, sed quia videtur esse quoddã diuinum ac felix, sed forsitan & hoc illi intellexerunt, quia non poterant aliquam certam definitamúe & perspicuam causam assignare eorum, quæ sic fiunt.

Tex. 54. *Et est, vt nihil à fortuna videatur vtiq; fieri. Omnia. n. hac recte dicuntur, quoniam rationabiliter. est enim, vt fiat à fortuna. secundum accidens enim fit. Et est causa, vt accidens, fortuna, absolute aũt, nullius. vt domus, ædificator quidem causa est, secundum accidens autem Tibicen. & vt veniens referat argentum, non huius causa veniens, infinitæ sunt multitudine. Etenim videre aliquem volens, & persequens, & visurus, & fugiens.*

Cõm. 42. Hoc tertium addit, quod etiam dicẽtes nihil fieri à fortuna, dicerent aliquo modo recte. Nã si quis propriè dictas & per se causas diceret solas esse, non amplius eas, q̃ sunt per accidens, fortuna non videbitur causa esse alicuius. Nam ipsa est inter causas per accidens dictas. Oĩa igitur, inquit, dicta de fortuna, quod homini immanifesta, quodq; nullius est causa, ꝙ item indefinitorum est causa, recte dicuntur, propterea ꝙ habent consentaneam rationem & consonant assignatæ distinitioni de fortuna. Et patet, ꝙ oĩum consensus etiã ipse nonnihil momenti põderisq; habeat ad confirmandum fortunam esse. Deinceps exemplum adducit, quod demonstrat fortunam esse causam per accidens, sed velut per se nullo pacto. item fortunam esse causam indefinitam, siquidem huius, videlicet quod veniẽs, cum nõ huius gratia venerit reportet argentum infinitæ multitudine causæ esse possunt. Verum, cũ dixerit fortunam esse causam per accidens, sed simpliciter nullius, exemplum adducit causæ cum ꝑ se, tum vero per accidens dicens. {Vt domus ædificator quidem causa est} ſm se, videlicet proprie, sed per accidens, Tibicen. Et tũc exemplum eius, quod fit à fortuna per accidens adducit; hoc, s. {vt veniens referat argentum non huius causa veniens.} Sed scitu dignum est, ꝙ nõn oĩs causa per accidẽs, & si præelectiua fuerit atq; raro & gratia alicuius fecerit, fortuna est, sicut neq; omne effectum per accidens est à fortuna, sed à fortuna est, quod à causa præelectiua per se, sed non per se fit, fortuna ipsa per se causa est, sed non vt per se accepta. Nam præelectio prodeundi gratia, salutandi, amplectendiq; amicum, per accidens causa huius, scilicet accipiendi argentum cum fit, fortuna est, & recipere à fortuna euenit. At causæ per se aliqua per accidens, alia ab ipsa. vt Tibicen ædificatori est, qua ratione nõ est fortuna, neq; id quod est ob hoc à fortuna dicitur esse, neque aliud quippiã elegit ædificator & aliud secutus est, quod quidem oportet videre in his, quæ fortuna proueniunt.

Non oĩs causa per accidẽs fortuna est.

Et dicere esse aliquid præter rationem fortunam, recte est. ratio. n. est aut eorũ, quæ semper sunt, aut eorum, quæ frequenter. Fortuna aũt est in his, quæ fiunt ꝑter hæc. Quare, cum indefinitæ sint q̃ sic sunt causæ, et fortuna indefinita est. Tex. 55.

Et dici fortunam esse præter rationẽ recte dici asserit. nam ratio definitorum est, quare & indefinita erunt præter rationem. Si ergo fortuna est indefinita, & indefinitũ est præter rõnem, fortunã merito dicitur expers rationis. Quód aũt fortuna indefinita sit mentione huius, videlicet, quod fortuna est in his, quæ raro eueniũt, comprobat. Nam, si fortuna inter causas, quæ raro ita sunt, collocatur, & q̃ sunt raro indefinita sunt, fortuna igitur indefinita est. Cõm. 43.

Attamen etiam in quibusdam dubitabit vtique aliquis, nunquid quęuis sint fortunæ, vt sanitatis aut spiritus, aut calor, sed non tonsum esse: sunt enim aliæ alijs propinquiores earum, quæ secundum accidens causarum.

Cum dixerit fortunã esse causam indefinitam, inquit, dubitatione dignũ esse, nunquid quæuis causæ sint similiter fortunæ, idest illius, quod prouenit à fortuna, & nõ alię aliorum sint causæ magis, vt etiam in aliis causis per accidens. Etenim statuę proximior causa est Polycletus, q̃ homo, vt etiam in causis per se proximior erit causa rei artificiarię statuarius, q̃ artifex. Nam qñ aliquis ægrotaret, & tonsus fuerit, per amputationẽ capillorum, vel aduenerit ei spiritus, qui in varias partes differatur, aut calor, id est calor Solis: nã solaris calefactio est calor, vnde etiã dicitur solari calefactione calefieri, & sequitur sanitas: num igitur sanitatis fortuna æqualiter est causa spiritus, aut solaris calor, sed nõ ipsum tonsum esse? siquidem sunt etiam causarum per accidens aliæ aliis proximiores. Si. n. hoc non simpliciter est causa fortuna, neq; simpl'r fortuna est aliquid indeterminatum, nam causa proximior est determinata. Dubitatio igitur talis est, vt existimo, solutionem nobis inquirendi prouinciã reliquit, quæ erit & ipsa talis: Equidem qñ accipientes causas per accidens comparamus, tũc non quasuis causas eorum quæ fiunt similiter à fortuna, sed magis proximiores, sed qñ simpliciter quærimus quæ causa sit eorum, quę à fortuna fiunt, tum non est definire hanc, cum infinitæ atq; indeterminate sumi queãt. Quærit aũt Alexander, si fortuna est causa per accidens, & causa per accidẽs est ea, quæ accidit ei, quæ est per se, erit etiã igitur aliquid quod erit per se causa eius, quod prouenit à fortuna, cui erit fortuna, vt accidens. Et dicit quod venisse est causa per se huius, propter quod venit, sed per accidẽs est causa huius, quod occurrerit alicui quod est à fortuna, & tum venire vt causa est fortuna, quando non per se simpliciter, sed per accidens causa sumpta fuerit.

Cõm. 44.

Nam fortuna sit indefinita absolute si aliæ sunt alijs propinquiora.

Eius, quod & à fortuna esse aliquam causam per se.

Fortuna aũt, bona quidem dicitur, cum bonum aliquid euenit, Mala autem, cum malum aliquid. Prosperitas vero fortunæ & infortunium, cum magnitudinem habent hæc. Quocirca, & cum parum abest, vt quis malum aut bonum capiat magnum est, vel infortunatum esse, vel bene fortunatum. qm̃ tanquam id, quod est, dicit intellectus. Quod enim parum abest, tanquam nihil distare videtur. Amplius autem incerta est prospera fortuna rationabiliter. fortuna enim incerta est. neq; enim semper, neq; frequenter possibile est esse eorum, quæ sunt à fortuna quicquam. Tex. 56.

Diuisio bonę & malę fortunæ, atq; prosperitatis fortunæ & infortunij patet. Etenim vbique illud aduerbium, {bene} amplitudinẽ & decẽs addit, vt dicere solemus inclytum nõ quemuis celebrem virũ, sed qui valde celebris est, Cõm. 45.

est,& similiter dicimus admodū doctum peritumúe. Item & alia particula graece {dys} similiter magnitudinem significat oppositam prædictæ. Quod vero fortunæ prosperitas consistat in rerum cum copia tū magnitudine ostēdit, opinor, sic virtute syllogismum efficiens. Fortunæ prosperitas atq; infortunium, si parum abest, vt quidam habeant maximum bonū & malum, cum prosperitas fortunæ, tum etiam infortunium sunt,& si parum abest quin habuerunt aliquod maius malum, vel bonum nihil minus sunt id qđ dicuntur. Hęc aūt sunt in magnitudine, ppter qđ in magnitudinibus illud qđ parum abest, non videtur abesse à toto, igitur fortunæ prosperitas & infortunium tanquā habentes magnitudinem habētes sic dicuntur. Et magis Porphyrius huic argumento adhæsit. Et Alex. ſm primam expositionem ipsius, parum abest, hic non vult, qđ intellectum sit, parum abest de eo, qui cum venit parum absuit, quin assequeretur nisi impeditum esset, sed de hoc toto parū abest vt quis malū & bonum capiat. Propter qđ eum admodum fortunatum appellamus, qui parum abest, quin maximum bonum caperet: perinde ac vniuersam magnitudinem acceperit ipsius boni. Item dicimus infortunatum admodū, qui parum absuit, quin in summū occurrerit malum, perinde nihil sit & si non occurrerit. Et aliter possimus intelligere qđ diximus. Nam si ipsum parū absuit de magnitudine dici consueuit: Equidem dicimus eos admodum infortunatos esse quicūq; parum abfuit, quin aliquod magnum acceperint, & admodum eos felices, quicunq; parum absuit, quin magnum bonū acceperint, profecto admodum fortunatum & infortunatū in magnitudine sunt. Vnde & Lacedæmones eos admittunt deos propemodum appellari vt seruatores, qm cum periculum subituri essent, parumq; absuit qūin in periculum inciderint, tum illi seruarunt eos. Et huic expositioni magis assentitur Alex. Cæterum illud illatum deductumq;, scilicet qm tanquā existeret, {dicit intellectus}. Nam hoc qđ parum abest, tanquam nihil distare videtur, magis consonat priori expositioni. Nam qūo dicit intellectus tanquam existeret, illud esse qđ parum abfuit quin fuerit? Si aūt dicat ceu cum esse admodum infortunatum, qui parū abest quin inciderit in magnum malum: siquidē ipsum parum, cum sit defectus, in nulla ratione sit, qūo hoc dicere potest? Itē, si admodū fortunatum dicimus eum, qui parum abest quin accipiat magnum bonum, & infortunatum admodum illum dicimus, qđ magno bono priuatus est, quod est magnum malum. Et vniuersaliter talis magnitudo, in qua tale, f. parum abest consideratur, non vt magna dicitur magnitudo, sed magnum & parum considerantur vt in eo qđ fit & factum est. Nisi forte igitur non ob ipsum parū dicit fortuna prospera admodū vel admodum aduersa vti in magnitudine esse, sed ob hoc venientes parum abest, quin incidant in magnum malum, aut magnum bonum, tanquam parū appropinquentur. Vnde qui propinqui fuerunt magno malo, vel magno bono, & non acceperunt, hos admodum fortunatos & admodum infortunatos vocamus, vt eos etiam, qui impediuntur ne assequantur. Et quod ita sit, vt dixit, indicat dicens. {Quocirca & parum abest, vt quis malum aut bonum capiat magnum, est vel infortunatum esse, vel fortunatum, qm tanquam existeret dicit intellectus.} Et assignauit huic parum abest, vt quis capiat malum, hoc fortunatum esse, & illi magnum bonum, infortunatum esse. Nam cum ostendisset prius ab ipsis qui hæc habent, etiam ab his, qui parum abest, quin hęc abiiciant amittant, idem ostendit. Et prosperitatem fortunæ incertā dici tradit consonare assignatis de fortuna conceptionibus. Nā si fortuna incerta, patet etiā, quòd prosperitas fortunę incerta instabilis q; sit. Quòd vero fortuna instabilis sit, eo patet ipsum qđ est à fortuna nō collocatæ neq; est in his rebus, quæ semper sunt, neq; his, quæ plerunq; & frequenter fiunt, sed in his, q̄ raro eueniunt. Omnia igitur dicta de fortuna afferūt atq; præstant qđ talis erat apud homines de fortuna intelligentia, qualem assignata ratio ab Arist. determinauit.

Dii quia vocantur apud Lacedæmones.

Fortuna instabilis est.

CAP. VI.

Svnt igitur ambæ causæ (quemadmodum dictum est) secundum accidens, & fortuna, & casus, in his, quæ possunt fieri non simpliciter, neque frequenter, & eorum, quęcunq; vtiq; facta fuerint in his, quę propter aliquid fiunt. Tex. 57.

Post sermonem de fortuna consequens erat deinceps de casu disserere quid sit & quo differat à fortuna. Primū aūt conuenientiam ipsorum tradit, φ sint ambo per accidens causæ in his, quæ raro & contingenter fiunt, sed non in his, quę simpliciter, idest necessario fiunt, neq; in his, quæ plerunq; eueniunt. Præterea est in his que fiunt raro, quæ alicuius gratia fiunt. Quia vero contingens prædicatur de necessario & de eo qđ fit vt plerunq; nam æquiuocum est. Cum ergo dicit fortunam esse in contingentibus, determinans illud, in contingentibus, adiecit, illud non simpliciter, neq; vt frequenter, vt contingens audiamus nunc prædicari de eo quod rarius accidit. Cōm. 45.

Contingens quid significet.

Differt autem, quòd casus in plus est. quod. n. est à fortuna, est & à casu. hoc autem non omne à fortuna est. Fortuna. n. & quod à fortuna est, his inest, quibus & fortunatos esse inerit, & omnino actio. Quocirca & necesse est circa agenda esse fortunam. Signum autem est, quoniam videtur vel idem esse cum felicitate prospera fortuna, aut prope. Felicitas autem actio quædam est: est enim bona actio. Quare quibuscunq; non contingit agere, his neq; à fortuna aliquid facere contingeet. Ob idq; neque inanimatum quippiam neque bestia, neque puerulus quicquam facit à fortuna: quoniam non habent propositum, neque prospera fortuna, neq; infortunium his inest, nisi secundum similitudinem. Vt dixit Protarchus fortunatos esse lapides, ex quibus sunt aræ, quod honorentur: copulati autem cum his, conculcentur. Pati autem à fortuna inest quodammodo & his: cum agens aliquid circa hæc, agat à fortuna, aliter autem non est. Tex. 58. Tex. 59.

Cum dixerit conuenientiam fortunæ & casus, deinceps tradit differentiam ipsorū, asserens in plus cōmuniorem q; esse casum ipsa fortuna. Propter quod omne à fortuna est etiam à casu, sed non oē à casu est à fortuna. Nam fortuna duntaxat locatur in actiuis rebus, quæ ſm præelectionem fiunt, vt in moralibus docuimus, iccirco, & dixit fortunā in his, quæ sunt ab intellectu, & à prçelectione. At casus est in his, atq; in aliis, quæcunq; gratia alicuius fiunt, quatenus frustra quippiam in illis factum est, & quędam alium finem obtinet cōsequens præcedentia, siue in naturalibus, siue in irrationalibus, siue in prçelectiuis hoc accidérit. Quoniam vero fortuna versatur in prçelectione, & actione, ostendit in his esse fortunam, in quibus etiam est prosperitas fortunæ, & prosperitatem fortunæ in actiuis, & circa actionem accipi contingit. Et hoc rursus ostendit, eo quod prosperitas fortunæ pergit petitq; in idem, aut prope cum felicitate, & felicitas est quædam actio & quędam felix bonaq; actio. si ergo fortuna in his est, in quibus etiam prosperitas fortunæ est, & ipsa fortunæ prosperitas est in his, in quibus est felicitas, quia aliquo modo eadem est cum felicitate, & felicitas est in actione, quia est quędā bona actio, igitur & fortuna est in actione. Verum non bene opinantur qui putant prosperitatem fortunæ esse felicitatem, tñ est de Cōm. 47. Casus & Fortuna differentia.

de numero eorum, quæ requiruntur ad felicitatem, non tñ idem, neq; ſimile: ſiquidem proſperitas fortunæ incerta inſtabiliſq; ſit, & felicitas ſtabiliſsima, ut de his determinatũ eſt in moralibus. Quod vero fortuna ſit in actione & præelectione, oſtendit ex oppoſito etiam: nã ſi in quibus actio non eſt, in his neque ea quæ fortuna eueniunt, profecto in quibus ſunt ea quæ à fortuna, in his etiam actio & circa actionem & præelectionem verſabitur fortuna. Quod aũt in quibus actio non eſt neq; ea quæ à fortuna ſunt, commune facit ex inanimatis beluis ac pueris. Nam hæc nec agere dicuntur, quia non habent præelectionem, neq; à fortuna quicquam agere dicuntur, neq; proſperitas fortunæ, neque aduerſitas ineſt eis, niſi ſ'm ſimilitudinem quandam & proportionem. ideo etiamſi dicit Protarchus fortunatos eſſe lapides, ex quibus areæ altariaq; extruuntur, quia venerantur: ſed copulati cum his conculcantur, ſic intelligendum eſt dictum tanquam ſ'm ſimilitudinem eam ad proſperitatem fortunæ. Nam ſimile habent ꝙ nihil ipſi cõtulerint, vt ex eis altaria extruerentur, vt neq; illud contulit quicquam principaliter in finem, qđ nõ præeligentibus ipſis dicimus ſ'm fortunã occurriſſe. cur igitur nullo pacto eſt in his à fortuna? Num hæc quidem effectrices cauſę eorum, quæ fiunt à fortuna eſſe non poſſunt, quia fortuna in electione & actione cõſiſtit, pati tñ hęc poſſunt à fortuna, quando agens, quem ſequitur id, qđ eſt à fortuna, aget quippiam à fortuna. vt prouidentia percutiens tyrãnum occidẽdi cauſa, pertundit autem vlcus & ſanauit. Nam gladius bene fortunatus ſic diceretur, & forſitan etiam veneraretur ab eo, qui curatus fuit. Item, dum pictor pingeret equum, & inuitus proiecisſet ſpongiam, ſpuma ex ore depicti equi ſecundum fortunam expreſſa eſt. Item ſi quis lapidem poliendo, vt quicquam aliud efficiat, conderet altare, fortuna area, altareq; factũ eſſet. Niſi forte hæc non ſint inanimatorum, ſed efficientiũ circa ipſa. Nã pictori & ei, qui polit lapides facientibus quippiã aliud accideret & his forte ſ'm ſimilitudinem, quia cum fierent ob aliud, occurrit aliud.

Lapides fortunati dicuntur.

Tex. 60. *Sed caſus, & alijs animalibus, & inanimatorum multis. vt equus caſu, dicimus, venit, quoniam ſaluatus quidem eſt veniens, non ſalutis autem gratia venit. Et tripos caſu cecidit, ſtetit enim ſedendi cauſa, ſed non ſedendi cauſa cecidit.*

Tex. 61. *Quare manifeſtum eſt, quod in his, quę ſimpliciter propter aliquid fiunt, cum non eius quod euenit gratia fiunt, cuius extra eſt cauſa, tunc à caſu dicimus. A fortuna autem, eorũ, quæcunq; conſultatione, & electione fiunt, à caſu fiunt, in habentibus propoſitum, & electionem.*

Cõm. 48. Caſus eſt in plus quã fortuna.

Alexãder etiam ſcribit & irrationalibus animalibus & inanimatis, cum nihil differens ſignificet ſcriptura. Sed demonſtratio hæc eſt, qđ caſus in plus ſit quam fortuna. Siquidem caſus non modo in hominibus, ſed etiam in aliis animalibus eſt, atq; in ipſis inanimatis. Fidem vero facit huius per exempla. nam captus equus ab hoſtibus deinde ſitiens veniensq; ad priora loca à domino capiatur, dicimus eũ caſu veniſſe, ideſt caſu ſaluus factus eſt equus, quandoquidẽ non venerit huius gratia vt ſaluaretur. Item tripos cadens & ſic ſtans vt ſedile fiat, dicitur caſu ſic cecidiſſe, quia cadendo euaſit ſedile, ſedesq;, ſed non huius gratia cecidit, vt euaderet ſcamnum, ſedileq;, ſed occupandi propriũ locum. Et vniuerſaliter, cum in his, quæ alicuius gratia fiunt, ea, quę non alicuius euentus gratia, cuius cauſa extra, & hic fieret alicuius gratia, ſed tum quicquam aliud ab eo euenerit cuius gratia fiebat, nunc cõmuniter à caſu dicimus fieri. Vnde recte dicit oportere, vt finis extrinſecus occurrat & non ex natura rei, ſi à caſu fiat. Nam, ſi lapis cadens habeat cubicam figuram, non caſu diceretur cadere, vt ſit idonea aptaue ad ſedendum. Nã ita erat in eius natura, prorſus ſi caderet hunc in modũ eius caſum fore, propter hoc neque ignis à caſu ſurſum mouetur. nam ipſa natura ignis ſic intus mouens. Propter hoc aĩt dicet, ꝙ neq; ea, q̃ ſunt præter naturam, caſu fiunt, quia non extra ipſa eſt cauſa, vel effectrix, vel finalis, vel forte & ambæ, vt eſt in his, quæ caſu proueniũt. Item oportet eſſe efficientẽ cauſam & finem extra, & occultam, velut cauſa percutiendi lapidem & ipſum percutere, extra qđ quidem eſt finis: non. n. ineſt lapidi cauſa effectrix percuſsionis, ideo hoc fieri caſu dicimus. & hæc cõmuniter à caſu fieri dicuntur. Sed eorum ea fortuna euenire, inquit, quæcunq; conſultatione, & electione fiunt à caſu fiunt in habentibus propoſitum & electionem. Et pulchre adiecit hoc, in habentibus propoſitum & electionem. Nam propter hoc ſeiunxit ea, quæ fiunt à caſu ab his, quæ fiunt fortuna. Etenim caſus eſt in eligibilibus, & ſi non præelectionem propoſitumq; habeãt hæc, quibus accidit. Nam illud, equum venire, erat præligibile domino, non tamẽ ſ'm præelectionem equus venit. Item tripos ſic ſ'm propoſitum ab aliquo poſitus, nõ tamen ſ'm propoſitum ſic cecidit. Dicit autem & ipſe Ariſt. de lapide percutiente caſu, quod cecidit ab aliquo & non gratia percutiendi, qñ hunc quis præelectione iecerit. Ob id igitur & hoc præeligibile & in his eſt, quę ſunt gratia alicuius: quare horum gratia huius & caſu alia ſimpliciter eligibilia, alia vero ſ'm propoſitum, quæ quidẽ ſunt à fortuna. Et ſ'm propoſitum, non quod illud qđ euenit prælegerit, alioqui nõ eſſet à fortuna, ſed quia præelectioni propoſitæ ad aliquid aliud euenit. Verũ inquit Alex. non prorſus in quibus præter præelectionẽ, aliquid aliud occurrit, ſtatim fortuna hoc eſt, & à fortuna, ſed ſi tale fuerit vt non neceſſario, neq; vt plerunq; ſequatur id, qđ fit gratia alterius. Nam ſi quis valetudinis bonæ, aut roboris gratia exercitium plus debito ſumat, & labore febricitet, equidem febre laborare non erat ei propoſitum, non tñ erit à fortuna hoc. Nam ſolitum eſt in plurimis exercitiis, quæ citra menſuram ſumuntur, aduenire laborem atque moleſtiam, & ob eam febris: Itẽ naufragium, hyeme nauiganti euenire plerunq; ſolet, nõ ſ'm propoſitum quidem, quod tamen non eſt à fortuna.

Signum aũt eſt ipſum temere, vel fruſtra. quod dicitur, cũ id, quod factũ fuerit alterius gratia, non factũ fuerit eius gratia. vt ambulare, ſi purgationis gratia eſt, ſi vero non facta fuit ambulanti, fruſtra dicimus ambulaſſe, & quod ambulatio fruſtra fuit: tanquam hoc ſit fruſtra, quod natum eſt alterius gratia, cum non perficiat illud cuius gratia erat, natumque erat. quoniam ſi aliquis ſe lotum dicat fruſtra, quia non defecit Sol, ridiculus vtiq; erit, non enim erat hoc illius gratia. Tex. 62.

Sic igitur caſus iuxta nomen eſt, cum ipſum fruſtra fit. decedit enim, non percutiendi gratia, lapis. à caſu igitur decidit lapis, quoniam cecidiſſe potuit vtique à quodam, & percutiendi gratia. Tex. 63.

Cum tum dixerit aliquid communiter fieri caſu qñ aliquid cum fit alicuius gratia non id cuius gratia fiebat euenerit, ſed quicquam aliud præter hoc, cuius principium nõ erat intrinſecum, ſignum huius, ſ. quod ita ſe habeat, facit, & hoc eſt quia illud, quod fit fruſtra, ob aliquid caſu eſſe dicimus. Etenim fruſtra aliquid fieri dicitur, qñ aliquid factum alterius gratia non illum finem obtinuerit, cuius gratia factum eſt. vt ſi quis ambularet ob ventris laxationem, ſi hoc non eueniret ambulanti, fruſtra dicimus ambulaſſe, & ambulatio fruſtra. Nam illud fruſtra eſt, quod aptum eſt alicuius gratia eſſe, qñ illud non attingeret finem, cuius gratia erat, aut idoneum habebatur. Porrò ſi quis diceret fruſtra lotum eſſe, quia nondum defecit Sol, ridiculus erit. Cõm. 49.

non

Frustra triplex est.

non enim gratia huius, vt Sol occumberet, occideretq́; lauabatur. Vnde duplex est, quinetiam triplex, ipsum frustra. Aut.n.nihil aliud euenit ei, qđ frustra factum est, sed solum à proprio fine aberrauit. vt ambulatio ob ventris purgationem. Aut quoties alter finis euenerit ab illo, cuius gratia fiebat illud, qđ prius erat factum. Vel etiam illud sequitur id cuius gratia, & aliud ab illo. Nã cecidit lapis non percutiendi causa, sed vt proprium locũ obtineret, equidẽ velut frustra ad percutiendum cecidit & vulnus casu factũ est, qđ si cecidisset ab aliquo iactus gratia percutiendi & propter hoc est in his, quæ sunt alicuius gratia, tñ non ob id tum cecidit. Item alia scriptura principio cõtextus habetur talis, Signum vero est ipsum temere, vel frustra, qm̃ dicitur cum non fiat qđ propter aliud est, sed id qđ prius fiebat propter illud prius factum, sequetur causa per accidẽs. Nam percutere qñ non fieret gratia alicuius, qui per se iacit lapidẽ, casu diceretur fieri, quia sequebatur ipsum frustra factum ad percutiendum, & hoc erat ipsa ad propriũ locum delatio, quæ non fiebat gratia percutiendi. Sed dictis hic Alexan. opinor immorandum esse. Nam inquit,

Casus & frustra quo differant.

Arist. non ait idem esse casum & ipsum frustra, vt quidam putauerunt, sed quo differt fortuna ab eo, qđ est à fortuna, eodem differt & ipsum frustra ab ipso casu. Nam fortuna erat efficiens causa per accidens, sed id, quod est à fortuna est, id, quod sequitur talem causam, & finalis causa est efficientis causæ talis. sic igitur & ipsum frustra efficiens erit causa per accidens facta aliquando ipsius casus, & casus est id, quod sequitur ipsum quod frustra fit. Differt quoq; ab eo quod euenit à fortuna, quia nõ prorsus ipse casus sequitur ipsum frustra, at ea quæ fortuna eueniunt, sequuntur semper fortunam, sed qñ sequeretur tum eundem ordinẽ habent id quod fit à fortuna & casus. Sed aliquos decepit, perinde Arist. dixerit idem esse frustra & casum, adductũ exemplum non proprie dictum. Nam, inquit, cecidit lapis non percutiendi gratia, igitur casu cecidit lapis, qm̃ cecidisse ab aliquo potuit, & percutiendi gratia. Exẽplum.n.se habet non vicissim, neq; modo hoc modoq́; illo est intelligendum. Nam frustra diceretur cecidisse lapis, si cuius gratia cecidit non fiebat. Nam hoc dixit esse frustra, casu vero fiebat ipsum percuti aliquẽ ab ipso, si alterius gratia est delatus, hoc igitur non fecit, sed quendam percussit. oportet igitur subintelligere cum hoc, cecidit igitur à casu illud, & percussit. Nam casu percussit, cecidit aũt frustra. Quod.n. hoc voluit significauit ꝑ hoc, quod infert dicens, qm̃ cecidisse potuit ab aliquo & percutiendi gratia. Nam vt percuteret, ipsum dicit casu factum, sed non cadere. Hæc igitur, cũ Alex. suismet verbis dicat. Illud primũ, ꝙ non idem sint frustra & casus bene dici videtur mihi. Etenim & illud frustra esse dicimus, qđ nihil consequitur, ceu frustra ambulare dicimus eum, ꝙ gratia purgãdi ventrẽ ambulat

Casus in quo differat ab eo, quod fit à fortuna.

& non purgatur. Ac casus est id, qđ prorsus aliquid sequitur, sed per accidens, tãquam ipsum quod præcesserit quãtum ad id, qđ postea sequitur frustra prius factum sit, & ob id casus appellatur, tñ eodem differt casu ab ipso frustra quo differt fortuna ab eo, qđ prouenit à fortuna, & id quod facit esse frustra à casu. Sed illud, qđ dicit, s. finem, & id, quod sequitur, esse casum, haud recte dici mihi videtur. Nã ipsi fortunæ non ipsum frustra comparatur, sed casus & ipsi qđ à fortuna ipsum qđ à casu euenit. Et causam effectricem cũ fortunã, tum vero casum esse inquit. Arist. sed non ipsum frustra, finales vero qđ fit à casu, & à fortuna, sed non ipse casus. Etenim cũ sermonis initiũ fuisset, inquit, Est autem fortuna & casus inter causas. Et paulopost, sunt igitur ambo causæ, vt dictum est, casus & fortuna, sed

Fortuna & casus non sic differunt ut fortuna, & id, quod est à fortuna.

de finibus inquit, oẽ quod à fortuna euenit, & à casu. & rursus à fortuna corũ quæcũq; à casu. Sed ipsum frustra neq; idem casu inquit, sed casus denominationẽ trahit ab ipso frustra, propter qđ ipsum, quod prius factum est, prius factum est quantum ad consequens, neq; efficiens est ipsius casus sed quatenus non factibile id quatenus in seipso, catenus eguit ipso: quæ oĩa dicta sunt ad fidem faciendã de assignatione casus, cum ipse talis sit. Sed ipsum vniuersaliter frustra quatenus frustra neq; est causa effectrix vt fortuna & casus. Nam idipsum frustra est, cui nõ aduenit finis, quod neq; est efficiens per accidens, sed cuius est efficiens, cui aduenit id, quod ex casu sequitur, quantũ equidẽ ad id, quod sequitur frustra prius facto id, qđ præficit, per accidens facta tñ consecutione. Sed neq; exemplum improprie incogniteq́; dictum est de lapide. Nam sicut dixit equũ venire casu, idest seruari à domino ita, inquit, casum percutientem cecidisse casu. Est igitur casus per accidens causa percussionis, sed a casu est plaga. sed ipsum frustra non quia lapis non amplius sortitus est proprium finem, sed quia velut ad ipsum percutere hoc casus frustra fiebat. Non.n. percutiendi gratia, sed proprium occupandi locũ. At siquidẽ cecidit ab aliquo iactus vt percuteret, tum percussio non esset à casu. Illud vero bene Alex. nouit, ꝙ cum voluerit id quod à casu prouenit in præeligendis & in his esse, quæ alicuius gratia fiunt, ostendere, adiecit illud: Quoniam cecidisse potuit ab aliquo & percutiendi gratia. Nam qñ id, qđ aduenit ipsi frustra tanquam prius facto cõparatione eius ad id quod aduenit, tale erit perinde ac eius gratia ante qđ quædam fiebant, casualiter factum est. Quod vero inquit Alex. dicat Arist. casum id, quod fit, eo patet, quia ipse & id, quod à fortuna ordinãtur sub casu, & qua dicit in plus esse casum, atq; communiorẽ ipso, qđ fit à fortuna. Nã qđ à fortuna peruenit dr̃ id esse qđ fit in fine, & seruari equũ talem. Et erit ordinans id qđ à fortuna sub casu in quibus inquit. Differt aũt quia casus in plus est, sed intelligendum erat deinceps, quippe subiungat hoc. Nam oẽ à fortuna est à casu, quare & prius est in plus eo quod est à fortuna: quod quidẽ appellauit causam illud quod à casu est, dixit. Nam hoc respõdet ei quod est à fortuna. Et equum casu inquit, venisse proprie dicendo, siquidem casus est ipsum venire, & à casu est venientẽ seruari. Si vero aliquãdo & casu vtitur pro eo quod euenit à casu, mirum non sit. Etenim Homerus sic vtitur in quibus inquit,

Casus autem venit bonus vociferans Menelaus.

Item dicit,

Casuales autem portæ crepuerunt cœli quasi dominantibus horis.

Quibus Homerus id, quod ex causa præcedente non perspicua effectum est, dicit casum. quod quidem à casu magis proprie diceretur comparando id ei, quod est à fortuna. Nam si casus est, effectum erit profecto aliquid à casu. Item id quod à fortuna euenit Arist. vocauit fortunam, in quibus dixit: Attamen etiam in quibusdam dubitaret vtique aliquis, num quęuis causæ sint fortunæ. Item Plato vocat id quod est fortuna ipsam fortunam cum in Phædone dicat, Fortuna quædam ipsi ò Echerrates accidit, vbi pro eo, quod est, à fortuna ei quippiam accidit.

Fortunã id, quod fit à fortuna uocarũt Plato & Arist.

Maxime autem est separatum, quod à fortuna est, in his, quæ natura fiunt. Nam cum fit aliquid præter naturam, tum non à fortuna, sed magis à casu factum esse dicimus. Est autem & hoc alterum. huius enim extra est causa, illius vero, intra. Quid igitur sit casus, & quid fortuna, dictum est, & quo à se inuicem differant. Tex. 64. Tex. 65.

Cum discrimen dixerit eorum, quæ à fortuna, & eorũ, Cõm. 50.

quæ

quæ à casu, quia quæ à fortuna eueniunt casu proueniunt, & non oĩa, quæ casu eueniunt à fortuna proueniunt: quia ipsa differentia velut totum quiddam & partem accipiens, cum multa cõuenientia ostenderat causatiuũ eius à fortuna & eius à casu. Atqui & quæcunq; eorũ, quæ à casu fieri videntur, non à fortuna fieri apparẽt, vt ea, quæ in aialibus rationis expertibus, & in ipsis inanimatis, qm̃ si præeligibilia fuerint fiebant etiam à fortuna: Etenim equus saluatus est & à fortuna: Equidẽ amisso à fortuna hoste cũ duceretur ab eodẽ ad bibendũ aufugiens, tũ profecto à domino seruatus est fortuna, quippe, qui prodibat alterius rei opportunitate adductus, videlicet sitiẽdæ aciei. Item tripos proiectus à fure, dum eũ quispiam insequitur, fortuna decidit in cathedram: nunc aliud discrimen inter ea, quæ casu & ea, quæ fortuna eueniunt nititur afferre per ea, quæ natura fiunt, & ea, quæ preter naturã. Nam ea, quæ præter naturam fiunt, à fortuna quidẽ non sunt. Nã in his quæ sunt ſm electionem haud inueniũtur, quinimmo magisue, inquit, casu factum esse dicimus. Et causam cur magis & non simpliciter ipse adiecit dicens. Est.n.& hoc alterum. Nã magis casu fieri dicentur ea, quæ præter naturã quam à fortuna, tñ hæc à casu non sunt. Et huius causam rursus addit, quia in his, quę facta sunt casu, causa extra est quã causam, velut per accidens, sequitur illud qđ casu factũ est. Nam huius, i. fieri tripedem cathedrã casu effectũ, effectrix causa est, quia aliquando erat, quam quidẽ vocamus casum & fortunam in his ſm prælectionem, modo sit extra naturã tripodis. Deniq; qđ prius etiam dicebam si cubus esset id quod deuoluitur deferturq;, certe extra naturã eius non foret, fieri, s. cathedram, & propter hoc neq; casu tunc diceretur fieri. Nam oportet quod casu accidit non intrinsecã apertamq; causam existentẽ sequi: alioqui non id casu, neq; fortuna euenisset; si perspicua esset causa effectrix, quã per se factum sequebatur. Illud ergo, extra significarit id etiã, quod, s. est extra naturam rei, significat etiam occultũ atq; incertum, sed proprie magis si ambo significet. Nã neque inesse oportet, neq; prorsus apertam causam huius, videlicet fieri tale qđ factum est, sicut est in his, quæ ſm naturã fiunt. Est enim aliquid, quod per se causa est eius, quod est preter naturam, quippe esse queat talis causa, aut constrictio, vel intemperamẽtum, vel copia materiæ nimia, vel inopia, vel quędã alia causa taliũ per se, quæ præter naturam fiunt: vel causa extra in his, quæ casu eueniunt, dicatur vt finis, vt etiam prius dixit, hanc non velut effectricem. Nam percutiendi causa aduenit extrinsecus, sicut etiam salvandi equum. Sed in illis, quæ præter naturam fiunt, finis est in ipsis, & non extrinsecus: quare hæc non erunt à casu. Eorum aũt, quæ natura sunt, & non ſm prælectionẽ, quæ extrinsecus habent causam effectricem & finalẽ, hæc erũt non à fortuna, sed à casu. Quocirca communiter ex casu ea oĩa sunt, quæcunq; non præcedentes causas sequuntur, & à fortuna ea, quæ his ſm prælectionẽ adueniunt, sed specialiter, vt ita dicam, magis quæ à casu prodeunt simul naturam consequuntur. Cæterum, cũ dicit naturam, intelligenda est omnis vita irrationalis. Postea vero his concludens ea, quæ dicta sunt, inquit, & quid sit fortuna & casus dictum est, & quo differant inter se.

Casu nõ contingit in his, quæ fiũt præter naturam.

Casu & à fortuna facta oportet non habere internam causam, sed externam & incognitam.

At de modis causarum, in quibus est vnde principium motus, vtrunq; ipsorum est. Aut enim eorum quę sunt natura, aut ab intellectu, causa semper est: sed eorum multitudo indeterminata est.

Cõm. 51. *Fortuna & casus sunt causæ efficientes.*

Cum ostendisset quid fortuna, quidq; casus, & quo inter se differant, deinceps sub qua causa earum, quę numerata sunt, reducãtur, addit, & dicit, qđ sub modo causæ effectricis vtrunq; ipsorum redigitur. Nam hæc est vnde motus principium, sic tñ vt per accidens causæ dicantur. Nam ob id adiecit, sed earum multitudo indeterminata est, pro hoc, sed hæ per accidens. Nam quorum multitudo indeterminata est, hęc per accidens sunt. qm̃ & multitudo causarum non per accidens, sed per se, determinata est. Verum demonstrationem huius, s. quod hæc sint effectrices causę, facit ex hoc, quia etiam causa per se, quibus hæ acciderunt, inter causas effectrices collocantur. Vel, n. eorum, quæ natura, vel eorum, quæ ab intellectu aliqua causarum semper est, quibus fortuna & casus adest. At natura & intellectus sunt de numero causarum efficientium. Etenim, si lapis ob grauitatẽ deorsum latus quempiam percusserit, tum natura erit per se causa efficiens illius delationis, sed casus erit causa percussionis. Item, si fundamẽtum quis fodiendo thesaurum inuenerit, intellectus quidem est per se causa effectrix, & fortuna per accidens, quandoquidem non foderit gratia inueniendi thesaurum, sed iaciendi fundamentum, vel quippiam aliud, quare si fortuna & casus sunt causę per accidens in his, quæ fiunt alicuius gratia, & horum semper est aliqua causa per se vel eorum, quæ natura, vel intellectu fiunt, hæ vero effectiuæ sunt causæ, patet etiam illas esse effectrices, quæ vna his assunt.

Per accidens sunt quorum multitudo est indeterminata.

Quoniam autem casus atq; fortuna, causę sunt eorum, quorum aut intellectus, aut natura causa fuerit, cum secundum accidens causa aliqua fuerit horum ipsorum, nihil autẽ secundum accidens est prius his, quæ per se sunt: manifestum est, quod neq; causa per accidens prior est ea, quæ est per se. Posterior itaq; casus est, atque fortuna, & intellectu & natura. Quare, si quammaxime cœli causa est casus, necesse est prius intellectum & naturam esse, & aliorum multorum, & huius vniuersi causam.

Tex. 66.

Tex. 67.

Cum ostendisset, quòd fortuna & casus & si sunt causæ, per accidens sunt causæ, & eorũ est causa per accidẽs, quorum per se mens & natura causæ sunt: siquidem ostensum est ea esse in his, quæ fiunt alicuius gratia: Accipiens igitur quod nihil eorum per accidens prius est aliquo per se: & propter hoc neq; causa per accidens prior est causa per se. Etenim causa per accidens est vnum aliquid eorum, quæ sunt per accidens, sed neq; æqualem ordinem habent causa per accidens & per se causa, quippe causa per accidens ei per se præcedenti aduenit. Ex his porrò concludit, quòd mens & natura priora sunt fortuna & casu, & deductio rationis talis est, Mens & natura sunt causæ per se. sed causæ per se priores sunt causis per accidens, sed quæ priora sunt causis per accidens sunt priora casu & fortuna, itaq; mens & natura sunt priores casu & fortuna. sed qm̃ causæ per accidens sunt posteriores his, quæ sunt per se, & illis præexistentibus hæ per accidens adueniunt, s. in quibus sunt causæ per accidẽs, in his oportet præinesse illas, quę sunt per se, in quibus igitur fortuna & casus per accidens in his prius esse mentem & naturam necesse est. Quare quicunq; fortunam & casum causas esse cœli, huiusq; vniuersi putant, hæc sequuntur, ex quibus tradunt causas priores his esse mentem & naturam. propter quod, vt inquit Alex. priores causæ sunt priorum in his, quæ sunt efficientes, & prima entia à prioribus causis facta sunt, quæ quidem sunt mens & natura. Quòd, si prorsus sunt aliquorum causę mens & natura, horum profecto erit quibus præsertim quicquã mentis inest, quale cœlũ est & hoc vniuersum. Ni forsitan ad fidem faciendam huius, s. à mente naturaq; fieri cœlum, haud opus est primas causas primorum in his, quæ sunt, efficientes esse. Nam hoc auxilium rursus eget alia ope ostẽdente, q; rerum primũ cœlum sit. At Arist. ratio suapte ope fulcitur,

Cõm. 52.

Mens & natura sunt casu & fortuna priores.

fulcitur, cum non simpliciter ostendat ante fortunam & casum esse mentem & naturam, sed quia in quibus fortuna & casus sunt causæ in his mens & natura ante casum, & fortunam sunt causa per se effecti per se, & per accidens, effectus per accidens. Nam eadem causa, vt exitus ob amicũ, & causam amplectendi osculandiq; amicum & inueniendi debitorem, sed vnius per se, alterius vero per accidens, proinde cum fortuna & casus sunt in naturalibus, huius rursus per se effecti erit causa mens, aut prælectio & per accidens. Etenim si inueniret debitorem in foro & præaccipiens aliquis, & equus ex prouidentia seruatus est, quare & cœlum si à fortuna sit & casu multo prius à mente & natura. Dicit & aliorum multorum & huius vniuersi, quia sempiternorum causam esse maxime mentem tanquã ordinatorum & determinatorum vult. Est aũt hoc vniuersum sempiternũ, vt demonstrauit in lib. de Cœlo & plura, quæ sunt in eo, vt cœli, astra, & elementorum vniuersitates, proinde in his Alexander, quod quidem inquit Plato in decimo de legibus vult ostendere & multis, idem ostendit, quod breuibus Arist. hic demonstrauit naturam, fortunæ quid sit diffiniens, & ostendens quod posteriora sunt. Nam quæ fierent à mente intellectuq; & natura, hæc à casu & fortuna dicuntur, qñ aliqua causa per accidens fieret. Sciendum autem quod Plato non demonstrauit fortunam esse intellectu & natura posteriorem, sed fortunam & naturam esse posteriores anima ostendit recensendo veterum opiniones. qui præsertim de causis materialibus disseruerunt, quę vtpote primæ essent, quæ in cognitionem venirent, & de efficientibus nondum aliquem sermonem fecere. Dicit autem Plato, vt dixi, ꝙ fortuna non est posterior mente & natura, sed ꝙ natura & fortuna priores sunt aĩa & arte, sic

Anima & natura prior est natura et fortuna.

» scribendo. Quod est planius dicam, ignem, aquam, terrã,
» aerem oĩa hęc non arte, sed natura & fortuna esse dicunt.
» corpora etiam, quæ post hæc sunt, terræ, s. Solis, Lunæ stel-
» larum omniũ ex istis carentibus anima prorsus facta fuisse
» tradunt. cum aũt fortuna ferrentur, vnicuiq; pro sua facul-
» tate vt contigerit apte coniungentia, calida cum frigidis,
» vel sicca cum humidis, & mollia cum duris, & oĩa quæcũ
» que cõtrariorum temperatura per fortunam ex necessitate
» contemperata sunt. Hoc pacto cœlum totum, & oĩa, quæ
» sunt in eo, animalia quoq; & plantas & anni tẽpora fuisse
» producta non per intellectum, neq; per deum aliquem, sed
» natura, vt diximus, atq; fortuna. Ex quibus artem posterio
» rem mortalem à mortalibus factam posteriores res non-
» nullas genuisse non penitus veritatis participes. Vnde his

cum ostendat nobis prius animam factam quam corpus, corpus vero deinde & anima posterius, quæ imperet ei vti

» subdito s̃m naturam, subiungit: Meminisse oportet, quæ
» superioribus cõfessi sumus, qđ si anima corpore antiquior
» videretur, etiam quæ spectant ad animã erunt antiquiora
» his, quæ ad corpus attinent.

Compertum igitur ex dictis est, quod Platonis sermo veteres Philosophos damnans in his fortunam cum natura in vnũ coordinauit, quibus vtrisque animam priorem esse ostendit. & in hoc multas adhibet rationes, vt ipsam substantiam seipsam mobilem, quæ est anima, demonstret omnis motus esse principium. Fortunam autem videtur Plato in his appellare opificem conuenientiæ virium naturalium inter se, sine euidente causa. Nam hoc significare existimo hæc, cum fortuna ferrentur vnicuique pro sua facultate vt contigerit apte coniungentia. At Eudemus naturam arte, & artem fortuna priorem ostendit. Sed dignum rursus in dictis ab Arist. adnotare ens, qui putant Arist. non dicere causam vniuersi effectricem. Nam, si necesse est prius mentem & naturam esse causam vniuersi aliorumq; plurium, & huius vniuersi, & sicut dicebatur ab aliquibus casus & fortuna erant. Hæc quidem sunt in his vnde principium, idest ordinata sunt inter causas effectrices: Patet quod mens & natura erunt vniuersi effectrices causæ. Et ignarus non sum, ꝙ contentiosus aliquis dicet rationem concludere ex suppositione, videlicet, qđ si fortuna & casus sunt cœli causæ, ante hæc erit mens & natura. Sed rememoranda sunt quæ Alex. dixit, quod priores causæ priorum effectuũ effectrices sunt, sunt aũt prius causæ mens & natura. sunt. n. primæ rerum, quare magis priores erunt his, quę qualitercunq; fiunt, & si cœlum nec vniuersum hoc temporis initium habeat.

Fortunã quã vocet Plato in rebus naturalibus.

Natura artem præcedit artemque fortunam.

Mens & natura sunt vniuersi effectrices causæ.

Sed, quoniam hactenus, cum secutus sim dicta Arist. de fortuna & casu, eius ꝓ viribus meis singula dicta explicaui, recte se habebit, si quemadmodũ exposui breuiter ea quę videntur ei de his, ita adiecero ea, quę à recentioribus philosophis tradita declarataq; sunt, & ostendero nihil ea, quæ dicũt, differre à veteri assignatione. Cũ igitur Arist. quæreret, causas eorum, quæ fiunt in naturalibus, qm̃ inuenit quædam casu & fortuna fieri, significat horum s̃m superficialem intelligentiam proponit determinare, atq; explicare. Cum igitur cuiuscunq; qđ fit causa effectrix est, & omnem effectum pręcedunt quædam, quibus aduenit id quod fit, & horum quædam prius agunt gratia eius, quod fit, & factum seqtur ꝓpriẽ id qđ prius agit, ceu cũ quis ꝓdeat gratia colloquẽdi cũ amico obuiã tũ ei venerit amicus, aut cum lapis decidat deorsum proprium obtinendi locum, & occupabit, cum vero id qđ aduenit. nam id qđ prius agit non sequitur quatenus tale, neq; id quod prius actum est ad suum nõ peruenit finem, cuius gratia prius factum, sed in quippiam aliud incideret & non s̃m præcedentem actionis intẽtionem, ceu prodire gratia amplectẽdi amicum, qñ hoc non eueniret, sed debitum reciperet, tum aliquem alium finem accidentem nactus est, & nõ illum cuius gratia prodibat. Itẽ lapis deiectus aut delatus, in terra, vt proprium occupet locum, quãdo sedile fieret, tum obtinuit alium quẽdam finẽ sequentem casum, cuius gratia non fiebat casus. Omnia aũt talia, in quibus alius finis euenit his, qui gratia alterius prius egerunt, ex casu dicimus fieri, quia fit ex prius agente, sed non fiebat gratia illius præcedentis. Nam si non prodisset, nõ inuenisset debitorem in foro, & si lapis nõ cecidisset haud sedile euasisset, & ob id casu fiebat, sed gratia eius qđ secutum est non fiebat. Et ob id rursus idẽ quãtum ad ipsum qđ secutũ est frustra fiebat, merito à casu tale nominatũ est, tanquã idem frustra prius factum sit ad talem finem. Causa aũt dicitur cur si non præcessisset non fiebat. Et qm̃ aliam causam nõ videmus naturaliter considerantes, causa tamen non per se est talis finis, sed per accidens. Vnde eorũ, quę ex casu, alia quidem adueniunt actionibus s̃m prælectionem, quæ à fortuna fieri dicunt, & fortunam vna cum prælectione & actionem s̃m prælectionem subsistẽtem causam ferunt, vt in egressu, qui fit ob amicum qñ ille finis nõ sequeretur, cuius gratia fiebat, sed quicquam aliud præter ipsum. reliqua aũt quæ eueniunt actionibus irrationalibus & naturalibus talia cõmuni nomine à casu rursus appellant & causam præcedentem, quam non per se finis, sed per accidens sequitur, casum vocant. Hæc igitur talia sunt Arist. consuetudinem nominum dearticulare magno studio studentis, quatenus conuenit doctrinæ naturali de causis. Sed primũ censeo animaduertendum esse nunquid veteres non modo ea à fortuna dixere, quæ adueniunt motibus prælectiuis, sed etiam ea, quæ sequuntur naturales inclinationes. Nam vt omitã plures de hoc sententias, quorũ nonnullos

Arist. opinio de fortuna, conuenit cum veterum sententia.

Fortuna est ab antiquis naturalibus non tantum dic-

Et ais motibus, sed etiam naturalibus inclinationibus ...

ex Empedocle prius apposui, sat sit quæ ab Aristo. apposita est, Nam de aere dicit Empedocles,

Contingit excurrens tunc sic, aliter quoque crebro.

Fortuna est in elementis et eorum temperaturis.

Fortuna est in his, quæ secundum præelectionem fiunt.

Et Plato narrans opiniones veterum philosophorũ de his, quæ à fortuna prodeunt in elementis & mixtionibus elementorũ fortunam esse causam dixit, vbi inquit, ignem, & aquam, & terram, & aeré, natura oĩa & fortuna aiunt. Et in sequentibus eorum, quæ paulo ante descripsi, Sæpe etiam quæ præelectionibus adueniunt, vocant causalia & à casu veteres. Nam tale apud Homerum,

Casu autem venit vociferans bonus Menelaus.

Nam, cum vocatus esset ab Agamennone conuentus optimatum præelectione, aduentus Menelai euenit. Si ergo in eisdem indifferenter fortunam & casum ordinant fortuná non ſ̃m intelligentiam fortunæ, sed ſ̃m conceptioné eius, qua vt forte accipiunt, cum non possint causam assignare. At casus ponentes per se non casum. Nam in quibus nulla est determinata causa in his, vt sors tulit & casum dicere consueuimus. Et illud, concusrunt, est huius intelligentiæ. Et est ipsa intelligentia fortuna ab ipso secundare fortunaue deducta, sed fortunare non ſ̃m rationem, neque ſ̃m precedentem intentionem, sed temere & vtcunque. Nam hoc significat illud, vt sors tulit. Hæc igitur de nominum discrimine definio. & si fortuna est solũ in his, quæ agunt secundum præelectionem, quærendum est, an in solis, quæ fiũt raro. Nam si fortuná assequi & à fortuna dicimus prorsus, dicimus aũt & optimum sagittantem assequi scopum, & optimum scriptorem nactum esse intentum, & prauum non assequi non raro, sed plerũque. Et Eudemus inquit effectum ſ̃m artem bona fortuna dicitur, quoties adeptus est, sin vero, infortunium, sed propositum quoduis agere quando propositum ageret assequi proprium finem dicimus, vt etiam qñ peccaret non assequi, quare neque per accidens adeptio, qñ assequeretur etiam proponens. Si ergo quemadmodum aliorum omnium idiomatum vt pulchritudinis, sanitatis, victoriæ diuinas quasdam causas preesse existimamus, à quibus participationes largiuntur participãtibus & causas appellare audemus nominibus eorũ bonorum, quæ impartiuntur, qm̃ & fortunatum esse est quicquam magnum aduenićtis boni, & diuinitus datum fuisse par est, qũo non est necessarium causam, vt fortunatus sit, facere ipsam bonitatem diuinam, hancq; fortunam dicere?

Fortuna non est tantum in his, quæ raro contingunt.

Fortuna diuina quædam bonaq; est assequendi causa: sed humano intellectui immanifesta.

Et recte visum est quibusdam fortuna esse causa, quæ esset humano intellectui incerta perinde ac sit quoddam diuinum. Si vero in illis maxime fortunam dicimus esse causam, in quibus nullam aliam causam per se vna cognitam videmus, ob id non opus est existimare per se causam alicuius, sed quando fieret alterius causa per accidens, tunc fortuna est appellanda causa, & effectum à fortuna, sed causa per se existimanda est illius causa, quod etiam fit. Vt prodire in forũ amici gratia est causa vt fuerit in foro, sed inueniendi debitorem concessa est præelectio & exitus, sed principalissima causa est fortuna, quæ & ob id egredientem fecit, fortuna assequi quod assecutus est operante tunc vna & præelectione. Sed si non ob id processerit, fortuna sola causa videtur, & tũc cooperãte præelectione ſ̃m ipsum prodire prorsus, cum non ob id prodiret aliquis qđ assecutus est, opus fuit quadam causa, quæ dirigeret eum ad id. Attamen Arist. vt sæpe dixi faciens naturalem tractationem, occultam causam reliquit theologis asserendam esse, sed causam cognitam qñ aliquẽ aliũ finẽ assecuta sit ab eo, quem proposuit, hãc fortunam vocat & finem à fortuna. In quibus autem sit fortunę imperium quęrentes inueniemus in omnes esse, qui egent ipsa fortuna & secundis

Fortunæ imperium in quibus sit.

rebus potiri. Egent autem quęcunque aliquo participare egent. Participant autem ea, quæ inter se distinctione & diuisione gaudent. Quare & in distinctione specierum intellectualium opus est fortuna, vt ea quæ distincta sunt assequantur participationem inter se. Quod si distinctio partitioúe illa est indistincta, & participatio est non participatio, sed magis consubsistentia: Patet ꝙ & fortunæ proprietas nunquam in illis est euidens. Sed in corporeo mundo, in quo perfecta est distinctio, ac aliquo modo facta rerum separatio, in eo & participatio & adeptio euidens, & fortuna in eo suam euidentiorem ostendit potestatem.

Fortuna & intelligentiis ... distinctione.

Etenim ob fortunam Sol & vnumquodque astrum errans assecutum est locum in Zodiaco, & sortita sunt figurationes erratica astra inter se. Et Luna lumẽ suum, & oĩa astra in cœlo sortita sunt iaculationes radiorum in alijs. Sed in cœlo ob necessitatem ordinis nõ sic rursus est vis fortunę manifesta. Proinde in mundo sublunari, in quo multum periculi est non potiundi rebus prosperis ob concursum plurium & indefinitarum causarum, hic maxime fortuna suũ imperium pandit, colligens oẽs causas & conducẽs vt non aberrent, vt sed vnũquodq; pro ęquitate, qđ ad se iure spectat, assequatur: qđ idem dictu est, pro meritis suis. Etenim sanitas Dea in his maxime illustris est, in quibus etiam ingredi quærunt morbi, & adhuc magis in quibus particulariores causæ non adsunt, & distributionis illius pro meritis causam dicimus esse iustitiam & deam iudiciorum. Sed potiundi rebus prosperis pro meritis causam asserimus esse fortunam. & tum maxime apparet, qñ neque intellectus neq; quædam alia causa manifesta videtur: est. n. etiam in his, in quibus aliæ causæ operantur. sed potiundi rebus fortuna est causa. sed in quibus nulla alia causa cognoscitur, in his maxime videtur. Et est aliquid à fortuna velut à Deo factum. At ex casu factum aliquid est tum, qñ non apparet particularis quædam causa eius. Igitur fortuna non solum est in his, quæ raro. quandoquidem diuitũ liberi plerunq; diuites & bene fortunati sunt, neq; ſ̃m accidens causa. Ná principalissima est causa eorum, quæ adipiscendis rebus incumbunt, & vtitur pro obsequio aut seruitute cunctis mortalibus causis per se & per accidens. Quod si dixerint in ipsis inordinatis & his, quæ raro eueniunt locari fortunam, aliquo modo id ipsis non admittimus: non. n. prorsus sunt inordinata ea, quæ sunt hic: sed quendam ordinem sortiuntur, neq; in solis, quę raro eueniunt, vt dictum est, collocatur. aliquo etiam modo eos asseremus benedicere.

Fortuna dominatur in cœlo.

Fortuna in regione sublunari.

Sanitas dea. Iustitia causa iustæ distributionis.

Fortuna est potiundi rebus causa.

Fortuna non est solum in his, quæ fiunt raro.

Fortuna vtitur omnibus causis ... tibus.

Etenim fortuna, imperiũ vniuersi sub Luna administrat, apud quod est natura cõtingentis, q̃ cum sit inordinata per se fortuna cum alijs principalibus causis dirigit, ordinat & gubernat. ideo & clauum fortunæ tribuunt vt gubernet nauigantem in pelago generationis. Et clauũ temonemúe collocant in sphæra tanquam aliquod instabile dirigendæ generationis. Et in altera manu cornucopiæ plenum fructibus, perinde ac sit causa assequendi oẽs fructus diuinos. Ob id autem & ciuitatibus, ædibus, & vnoquoq; fortunæ simulachra veneramur, qđ cum longe distemus à diuina vnitate periclitamur ne frustremur participatione oblata & adepta, & vota fortunę deo veluti effundimus, & his, q̃ habent proprietatem ad reddendas generationes meliores vt successus meliores eueniant. Et est, inquam, oĩs fortuna bona. Etenim oĩs adeptio alicuius boni est, neq; quicquam mali à Deo proficiscitur. Verum bonorum alia sunt principalia, alia vero, quę puniũt vel vlciscuntur, quæ quidẽ mala dicere consueuimus. & ob id fortunæ, aliam bonam nominamus, quæ causa est assequendi principalia bona, aliã vero malam, quę ad pœnam, aut vltionem subeũdum nos præpa-

Fortuna clauum tenet.

Fortuna in vna manu tenet cornucopiæ.

Vrbium fortunæ cur honorentur.

Fortuna omnis bona.

Bonorũ alia principalia, alia punientia.

Fortunā cū Deo Plato collocat.

præparat. Hanc etiā Plato dialogis de legibus tradit simul esse ordinatricem cum opifice, qñ inquit, Vt Deus quidē cuncta & vna cum Deo fortuna & tempus humana gubernant. Sed reliquum est vt ad ea, quę sequuntur Aristo. proficiscamur.

CAP. VII.

Tex. 68. *QVòd aūt sint causæ, & quòd tot numero quot dicimus, manifestum est. tot enim numero ipsum propter quid comprehendit. Aut n. ad ipsum quid est reducitur ipsum propter quid vltimum in immobilibus, vt in mathematicis. ad definitionem enim recti, aut commensura*

Tex. 69. *bilis, aut alius cuiuspiam, reducitur vltimū definitionē. Aut admouens primum. vt, propter quid certauerunt? quoniā furati sunt. Aut cuius gratia? vt dominentur: Aut ijs, quæ fiunt à materia. Quòd igitur causę hæ, & tot sint, manifestum est.*

Côm 53. Cum quærat id, quod liquido proposuit à principio de causis, quæ, s. & quot sint numero, & ostenderit quod omnes in quatuor modos incidunt manifestissimos, & qđ fortuna & casus sub vna harū, s. sub causa effectrice, quæ vnde principium motus est, qm ingens prouincia est tantam multitudinem particulariū causarum in genera adeo paucissima colligere: merito censet faciendum esse denuo sermonem solatij confirmationisq; gratia. Et quod totidem numero s'm genus sint causæ, virtute hunc in modum ostēdit. Causæ sunt quibus interrogati, ꝑpter quid assignamus: equidē interrogati propter quid, quatuor assignamus, aut effectricem, aut finem, aut formam, aut materiam: igitur causæ quatuor sunt. & affert collectionem reductionemq; in vnaquaq; harum exemplo. Vel enim in vltimam formā reducitur propter quid, vt in mathematicis. Nam hæc immobilia vocat ad distinctionem naturalium, quorum esse versatur in motu. Nam propter quid hæc recta? quia est minima earum, quæ habent terminos, & propter quid latus exagoni commensurabile est diametro? quia eodem metiuntur cum exeat per centrum. Item interrogati cur illæ, quæ ex centro egrediuntur in circulo, æquales sunt? respondemus qđ circulus est figura plana vna linea contenta, in qua ab vno puncto positorum intra figuram oēs incidentes ad circunferentiam rectę æquales sunt inter se. Nam si hanc dixerimus causam, nullam aliam amplius aliquis rogabit. Item interrogati cur Thebani bellum gessere cum Phocensibus, dicemus quia Phocenses templum spoliarūt, sic effectricem causam assignantes. At in materialibus vocat ea, quæ quidem fiunt. Nam fiunt plantæ, animalia, & horum partes, quæ quidem oïa materialia sunt, in his ergo propter quid sæpe reducimus ad materiam. Nam propter quid putrefactum scamnum? quia ligneum erat. aut propter quid homo quatuor est ortus digitis? dicimus qa deficit materia. propter quid homo est id qđ genitū est, quia ex spermate humano & mēstruo, & de eodem possunt oēs causæ reduci. Nā propter quid homo è vita excedit, quia animal rationale mortale, & quia eius effectrix causa adest & abest, & qđ est ex materia corruptibili, & quia melius est ei mori. Dicit aūt Porphyrius, qđ ipsum propter quid potest quadrupliciter assignari. Illud nāq; cuius gratia solum de fine interrogatur. Nam cuius gratia certarunt, vt inciperent. Verum obseruans id, qđ Alex. dixit, videlicet mathematica non habere finalem causam, & id qđ hoc in loco dicit Arist. quod ipsum propter quid in aliquod extremum reducitur in immobilibus, vt in mathematicis, ipse exponit, qm inquit, non est in mathematicis id cuius gratia aliud à forma. Nam illa erat in ipsis finalis & extrema causa, ideo vltimum in eis est forma & diffinitio. Sed quod sit mathematicarum rerum finis, cum prius dixit, tum etiam nunc dicam. Etenim inuenta sunt mathematicas, vt anima per ea traiiciatur à sensilibus ad intellectualia, verumtamē mathematicis, vt mathematicis non est notum talis ipsorum finis, sicut neq; naturalibus perspicua est vtilitas tractationis naturalis ad contemplatiuam philosophiam. vnde merito hi propter quid reducūt ad vltimum, qđ est diffinitio. Etenim diffinitionem habent pro principio, extra vero principium non potest exire. Quoniam ergo quod fit aliquid ob aliquā sui causam habet esse, aliud ob materiam, aliud vero ob formā, aliud vero ob efficiens, & aliud ob finem, merito interrogati propter quid ad propriam reducimus causam. Sæpe item eiusdem rei differentes causas assignamus. Nam propter quid sedeo? quia meum corpus multum terræ & ignis habet, ideo iacet & surgit corpus ob materiam. Item quia taliter meæ tibiæ cruraúe simul flectuntur curuāturq;, ob formam. Item quia sic anima mea præeligit, ob efficiens. Item quia sic putaui melius esse, ob finem. Item aliquis interrogatus propter quid simitas est simulachrum Socr. certe non reduceret in aliam causam quam in exemplarem. Nam haud in materiam existimo redigeret, nec in formam, nec in aliam quandam quatuor causarum, sed quia simus erat Socr. Quare, si etiam propter quid reducimus in exemplarem causam, erit etiā causa exemplar. Ideo cur vnus sit mundus Plato causam redu xit in exemplarem dicendo. Nunquid ergo recte vnum cœlum asseruimus, an plures & infinitos oportet dicere. Vel rectius vnum asserendum est, quandoquidem conditum sit ab opifice s'm vnum exemplar. Et prorsus, si materiales formæ speciesúe sunt participatione specierū formarūúe principaliū, ꝑfecto simulachra illis assimilabūtur. Oē igitur simulacbrum refertur ad exemplar. Sed necessitatē cur tot talesq; sint causæ, ex diuisione prius inuenire periclitatus sum, quocirca superuacaneum est rursus repetere eadem. Sed tantum in præsentia adiiciatur, qđ omnis res naturalis ex materia & forma constat, & omne qđ fit aliqua causa propter aliquod bonum fit. Cuncta igitur q̄cunq; habēt tale vel ob materiā vel ob formam habent, vel ob efficiens, vel ob finem. Sed, qm Alex. scribit illud contextus, {aut in his quæ fiunt materia} & huius particulæ audienda est expositio. Vel. n. inquit, ad diuisionem & distinctionem contra ingenita dixit hæc, perinde ac nō sit in his materia, vel quia in his, quæ proprie fiunt est inuenire materiam. Hæ aūt sunt substantiæ. Nam eorum, quæ fiunt per accidens & sunt, nō est materia per se, sed s'm relationem quam habent ad substantiam materia in his.

Causas quatuor esse à diuisione probatur.

Mathematica cur Aris. vocat immobilia.

Propter quid & cuius gratia differunt.

Finis non alius sit à forma in mathematicis.

Eiusdem rei diuersæ sæpe redduntur causæ rogantibus.

Exemplaris causa necessário ponenda est.

Materia nō est i ingenitis, nec in his, quæ fiunt per accidens nisi per relationem.

Tex. 70. *Cum autem causæ quatuor sint, de omnibus est Physici cognoscere. & ad omnes reducens ipsum propter quid, assignabit physice materiā, formam, ipsum mouens, & id cuius gratia. Veniunt autem tres in vnam plerunq;. Ipsum enim quid est, & id cuius gratia, vna est. Ipsum vero vnde motus primum, specie, eadem est his. homo enim hominem generat.*

Tex. 71. *Atque omnino, quęcunque mota moueant, quæcunq; autem non, non amplius Physica sunt. non enim in seipsis habentia motum, aut principium motus, mouent: sed cum immobilia sint. Quamobrem tria sunt negotia, hoc quidem, circa mobile: illud vero, circa mobile quidē, sed incorruptibile: aliud autem circa corruptibilia.*

Côm. 53. Cum dixerit quatuor esse causas rerū naturalium, qm causæ sunt, quibus respondemus interrogati propter quid, deinceps subiungit, qđ Naturalis ad quatuor reducens assignabit naturaliter propter quid assignādo. Nam est etiam Physici aliquid non naturaliter assignare, ceu Geome-

træ,

tre nõ geometricę, quoties nõ ex ꝓprijs principijs aſsignat. Qin igitur naturale corpus habet materiã, & forma potitur, habet item effectricẽ cauſam, ſiquidem genitum ſit, & obtinet id cuius gratia, cum agens gratia alicuius efficiat: patet Naturalem, cũ ſciat oẽs cauſas naturalis corporis, oportere propter quid ad vnamquãque reducere. Verum, inquit, tres cauſæ plerunq; in vnam veniunt, hæ videlicet, forma, finis, & vnde motus principium. Et eſt hæc peculiaris conſideratio dicenti de multitudine cauſarum, qđ ex quatuor tres in idem veniunt, & Naturali reducenti ad quatuor cauſas vtile eſt cognoſcere, vt tentando propter quid in formam vel in finem reducere non quippiam aliud & aliud primo quærat, in quod reducat formã, quia ſępe eadem forma eſt & finis. Nam cuncta, quæ prius geſsit natura, gratia formæ molita eſt, & hæ cauſæ ſunt duæ numero, ſed vnũ ſubiecto & duæ ratione. Nã, ſi fructuũ maturatio eſt, ꝙ ſemina quæ ſunt in fructus poſsint aliud tale efficere inuolucro, forma illico & finis eſt. Principium autẽ vnde motus & qñ idem fuerit his non ſ'm ſubiectũ, neq; numero eis, ſed ſpecie ſolum. Nam homo generat hominem, & eſt cauſa pater ipſius geniti, cui eſt idem ſ'm ſpeciem. Et prorſus inquit, quæcunq; mota mouent, ideſt quæcunque cum ſint & principium habent in ſeipſis, agunt. Nam de tali effectrice cauſa eſt ſermo. Hæc igitur ſi fuerint eadem genitis, ſpecies nanq; eadem ſunt. At quæcunq; non mota mouent, hæc conſiderare prorſus non ſpectat ad Naturalem tractationem, ſed ad Theologum attinet, quippe quæ non habent in ſeipſis principium motus, ſiquidem nõ mouentur, quare non ſunt naturales cauſæ, cum ſint immobiles, ſed neq; motus principium eſt vt natura. Nam ipſa mota mouent, quare neq; Naturalis eſt minus de his dicere. Niſi forſitã per hoc, atq; omnino quæcunq; mota mouent, inſiſtit contra eos, qui putant ideas eſſe cauſas ſimiles ſpecie eorum, quæ hic ſunt, cum ſint immobiles. Nam ſimile ſpecie eſt vniuocum, ſed hæc ſunt æquiuoca, vel de numero eorum, quæ ſunt analoga. Sic.n.quis interpretari poſſet. Si cũctæ cauſæ effectrices cũ formatione ſpẽ exiſtimarentur eadem, ſi motæ mouerentur. Equidem Sol etiam motus mouet & agit, qui haud tñ idem eſt his quę fiunt. neq; enim oĩa, quæ fiunt ab eodem, ſunt inter ſe ſpecie ſimilia, niſi ergo quatenus materialis forma & agens, & ea quę fiunt communicent materia, quæ dicitur ſubiectum. Nam etſi in cœlo ſecundum Ariſt. non ſit materia, quæ inuicem non transmutantur, tñ ſubiectum in illis corporibus cœleſtibus eſt, ideo mobilia ſunt ſ'm locũ, velut in Primo Metaphyſices inquit. Niſi vero & agens ſ'm rationes, quæ ſunt in ſeipſo, agat ſimilia rationibus. Poteſt item hæc particula. {Atqui oĩno quęcunq; mota mouent,} intelligi de proxima cauſa effectrice naturaliter, vt eſt natura. Nam hæc multum communionis cõuenientięq; habet cum forma, vt etiam ſuperioribus dictum eſt. Nam Sol eſt proxima cauſa, & ſi motus moueat. Et huic forte ea, quæ ſubiungit, conſonant. Nam quia mouentes & efficientes cauſæ triplices ſunt, aliæ quidem immobiles, aliæ vero mobiles, & horũ aliæ proximæ, & alię remotiores, oſtendit ex hoc tres facultates de rebus tripliciter diuidi. Etenim alia eſt de cauſa mouente, immobili tñ, qualis eſt Metaphyſices. Alia vero de cauſis, quę mouẽtur, ſed ſunt incorruptibiles, qualis eſt tractatio de cœlo. Alia vero de his, quæ mouentur & verſantur in generatione & corruptione, quę item ſunt proxima cauſa. Talis aũt eſt tractatio de generatione & corruptione, ac de his, q̃ videntur in ſublimi græce meteoron, & tractatio de aĩalibus plantiſq;, quæ facultates quærunt tales cauſas. Patet vero qđ præſens tractatio principia naturalium quærens de cauſis motis communiter facit inquiſitionem. Sed ſcitu dignum q̃uo dixit cauſam vnde primum motus, id eſt effectricem, eandem eſſe cum forma, ſed non ſubiecto & numero, vt finalis & formalis inter ſe ſunt. Etenim natura, cum ſit cauſa efficiens, & formalis eſſe oſtendebatur prius. Sed forſitan in natura ineſt vnũ numero eſſe cum forma. Sed oĩbus ſimpliciter effectiuis cauſis proximis eſſe idem ſpecie ineſt. Et ex his rurſus cõſpici poſſe reor, qđ Ariſt. nouit immobilem & primã cauſam non ſolum finalem, ſed etiam effectricem. Nam vnde motus primum, ideſt cauſam efficientẽ, diuidit in cauſam immobilem, & mobilem, quippe qui dicat quęcunq; mota mouent Naturalis tractationis ſunt, quæcunq; vero immobilia mouent, non amplius ad Naturalem ſpectant, vbi mouere pro facere accepit. Et Alex. in his inquit, Naturalis cõtemplationis eſt & de cauſa effectrice dicere, attamen nõ de oĩ, ſed de his ſolis quæcunq; mota ipſa motiua & effectiua ſunt aliquorũ: perinde ac dixerit, Atque omnino quæcunq; mota efficientium, tanquã perſpicuum ſit, ꝙ ſint cauſæ effectrices immobiles ſecundum ſuam ſententiam.

Tria cauſa ſæpe ad vnã reducunt.

Forma & finis idem ſunt in naturalibus.

Efficientes cauſas immobiles contemplatur Theologus.

Ideæ ſunt cauſæ immobiles.

Cœleſtia non habent materiam, ſed ſubiectum.

Natura eſt cauſa propinqua efficiens.

Facultatum & ſcientiarũ diuiſio ex Ariſt.

Efficientes cauſa propinqua ſunt eadem ſpecie.

Efficiẽtẽ primã cauſã exiſtimat.

Ariſt. non ſolam materialem.

Quare ipſum propter quid, et ad materiã reducenti, reddit, & ad ipſum quid eſt, et primũ mouens. de generatione.n. maxime hoc mõ cauſas conſiderãt. Quid poſt qd fiat, et quid primũ fecit, aut qd paſſum eſt, et ſic ſemper quod deinceps eſt. Tex 72.

Si finalis & formalis cauſa in vnum veniunt, merito ipſum propter quid in materiã reducenti aſsignatur, aliquãdo vero in formam, q̃ etiam ipſa finis eſt, aliquando item in efficientem. Nam huius videtur illud indicatiuum, ſ. prętermittere in enumeratione finalem cauſam. Simul autẽ videtur mihi indicaſſe cauſam remotiorẽ, propter quam Naturales omiſerunt finalẽ cauſam. Nam cum veniant in idem finalis cauſa & formalis, ob id cõtenti ſunt de formali dixiſſe. Quocirca & ſtatim ſubiũxit, q̃uo cauſas generationis conſiderantes, ad has cauſas reducerent. Nam cum quærunt quid poſt aliquid fit, formalem cauſam quærunt. Nam hoc eſt id qđ fit, ſed qñ quid primum fecit, proprie efficiẽs inueſtigant, quemadmodũ cum quæſiuerint patiẽs materialem cauſam admodũ curioſe & accurate tractant. Nam materia eſt patiens ab agente, & forma eſt affectio adueniens. Poteſt etiam hoc indicatiuum eſſe huius, ſ. Naturalem maxime ad has cauſas referre cũ quęrit quę prius, quidque poſterius agit, & quid patiens eſt, quia materia & quid fit. Nam hæc cum circa naturalia ſint Naturali diſputatori intereſt de his agere, ſed Primi Philoſophi eſt cauſam immobilem contemplari & ſubſtantiã immaterialem atque expertem paſsionis & ſeparatam ab ortu, quæ quidẽ ſunt oppoſita prædictis. Poteſt aũt inquit Alex. contextus hunc in modum dicens, De generatione.n. maxime, ſequi prædicta ſuperius, in quibus dixit: Quoniã aũt cauſæ quatuor ſunt, de quibus ſcire Naturalis eſt munus, & qui reduxerit & ad oẽs ipſum propter quid, aſsignabit formam, materiam mouentem, & cuius gratia. Nam generationis cauſas maxime hoc modo quærunt, interiecta etiam ad determinationem identitatis cauſarum, ipſa differentia cauſæ effectricis: ſiquidem alia ſit immobilis, alia vero mobilis, & huius quidem alia incorruptibilis, alia vero corruptibilis. Poſtremo illud cõtextus, Et ſic ſemper quod deinceps eſt, poteſt dicere qñ primũ herba à tritico & deinceps ſtipula & poſt hanc ſpica. Verũ poteſt, vt intelligit Alex. hoc ſubiunctum eſſe, ꝙ poſt primum efficiens, perueniant vſque ad proximum efficiens, & poſt primam materiam in proximam ſ'm ſimilitudinem, non in aliam quandam ſpeciem cauſæ, cuius gratia pertranſeuntes, ſed magis de vnaquaque cauſa quærunt deinceps.

Cõm. 95.

Finalẽ cãm cur Naturales omiſerunt.

Naturalis quærit quid poſt quid fiat.

Primus Philoſophus verſatur in cauſa immobili.

Duplicia

Tex. 73. *Duplicia autem sunt principia mouētia physicè, quorum alterum non physicum est. non enim habet motus principiū in seipso. Tale autem est, si aliquid mouet quod non mouetur: vt id, quod penitus est immobile, & quod omnium primum est. Et ipsum quod est, & forma. finis enim est, & cuius est gratia.*

Tex. 74.

Cōm. 56. Dudum quidem fecit diuisionem causæ effectricis dicendo, quod aliæ motæ mouent, & aliæ immotę: & nunc eandem facit, dicens, duplicia aūt sunt principia mouentia naturaliter. Et addens illud (naturaliter, physiceúe) facit hoc ad distinctionem cōtra ea quæ fiunt ſ m prælectionem & artem. Ni forsitan propter hoc rursus eiusdem effectricis causæ diuisionem assumpsit vt determinet exacte primum mouens eorum, quæ mouent arte & prælectione. Nam primo distinxit hæc abinuicē quæcunq; mota mouent, & quæcunq; sunt immobilia, & accepit primā causam mouentem sine sui motione. Nunc vero, quia ars & prælectio existens immobilis mouet motibus naturalibus, neq; .n. augetur, neq; alteratur, neq; ſ m locū mutaſ, primo distinguit artes & prælectione à natura & prima causa, eo quod hæc naturaliter mouent, quod dictu idem est, intus mouent, & illæ mouent extrinsecus, & ita primū mouens à natura distinguit, vel ab his, quæ mouēt ſ m naturam. Nō .n. per se natura mouet, sed cum corpore in quo est. Ab his igitur distinguit, eo quod hæc habent in seipsis principium motus, illæ vero non habent. Non .n. est naturale principium illud, sed naturalium. quod si haberet in seipsa principium motus, naturale principium esset. Item distinguit primum principium ab his, quæ ſ m artem & prælectionem mouent. eo quod illa & si per se motionibus naturalibus fuerint immobilia, tñ ſ m accidēs mouentur in naturalibus. Nam tales sunt animæ actiones mutatę secundum locum & ab aliis in alia transmutatę dum præeligunt & artificia condunt. At omnium primum mouens prorsus immobile est per se & per accidens, & quatenus est oīum primum mouentium, differt ab his, quæ mouent ſ m artem & prælectionem. Et illa contextus {vt id, quod penitus est immobile, & quod omnium primum est} nō ponuntur vt geminata vocabula idem significantia, sed quod vtriusq; discrimen pateat eorum, quæ mouent immobiliter manētia. Deinceps vero illud, quod est ſ m oēs modos primum paulopost docebit. Si ergo recte dicimus dicta intentionem hanc habere, non temere rursus facta est diuisio effectricis causæ. Et siquidem est effectricis causæ diuisio, vt etiam Alex. fatetur, patet quod etiam efficiens primum Arist. esse putat. Quod si motiui solum est diuisio, cum primum queat mouere vt finis, dicendo proinde immobile esse primū, significat quod forma immobilis est, qñ vt finis acciperetur & id cuius gratia. Nā finem oportet esse immobilem & determinatum. Nam motū alicuius gr̄a mouetur. Quod si moueref, neq; agens dum tenderet ad ipsum stabit. Verum forma nō vtcunq; accepta est finis, sed qñ sic acciperetur quod sit id quod melius est. Nam hac ratione, inquit Alex. differt forma mathematica ab ea, q̄ est in naturalibus: quia hæc quidem vt finis, & id cuius gr̄a accipitur, quia melius est sic. Nā melius erat talis forma vt erectū & nō flexū curuūq;. At in mathematicis eiusmodi nihil quæritur. Nam nugaēr, si quis niteretur ostendere, quod circulo melius esset habere lineas ex centro æquales. & quadrato continentes ipsum. Nisi forsitan siquis diffinitionē circuli & quadrati sic acceperit, vt etiam illam hominis accipimus nō ſ m formam, sed secundum potentiam, inueniet & formam tali diffinitioni propriam, vt in homine rectitudinem.

Discrimen eius, quod primo mouet ab his, quæ ex arte et electione.

Forma accepta vt finis immobilis est.

Forma Mathematicorum accipitur, vt id, quod est melius.

Quare, cum natura propter aliquid sit, & hanc cognoscere oportet, & penitus reddēdum est ipsum propter quid. vt quod ex hoc, necesse est hoc fieri: hoc autē ex hoc aut simpliciter, aut frequenter, & si debet hoc fieri, vt ex propositionibus conclusio. & qui hoc erat, quod quid erat esse. & quia melius est sic, non simpliciter, sed ad vniuscuiusque substantiam.

Quoniam naturalis forma finis est, & id cuius gratiā: equidem patet, quod natura effectrix formæ cuncta efficit gr̄a formæ. Si ergo natura alicuius gr̄a & non frustra facit, oportet Naturalē, cū naturalis sit Naturalis, scire naturam, & causas prorsus assignare eorum, quę fiunt. Hoc igitur modo si ad eam particulam contextus, propter aliquid, commam apposuerimus & huic prorsus addēda est coniunctio hæc, & quod si non additur, vt in quibusdam exemplaribus fertur, tñ ad hanc sequentem particulam: Et, hanc cognoscere oportet, comma punctumúe subscribendum est, vt dicat, causam assignandi propter quid est, quia oportet scire naturam alicuius gratia, vel propter qđ facientem, & causas assignare, videlicet effectricem. Nam significat hanc per hoc qđ dicit, s. {qđ ex hoc necesse est hoc fieri, hoc autem ex hoc, aut simpliciter, aut frequenter} Etenim in sempiternis & diuinis efficiens simpliciter efficit. Nā talis lunæ figuratio, talem prorsus efficit illuminationē eius, sed in his, quæ generantur, vt frequenter. Nā somnus vt plerunq; frequenterúe cōcoctionem nutritionēq; efficit, cum natura quiescat. Cæterū per illud: Et si debet hoc fieri, vt ex propositionibus conclusio, mentionem facit de materiali causa, quæ quidem est necessaria, cum contineat rationem eorum, sine quibus nihil eueniret. Nam, si oportet talem conclusionem sequi, oportet tales propositiones prius colligi, quæ habent in syllogismo materię rationem. Siquis igitur interrogaret, propter qđ talis conclusio, in materiam reducentes propter quid assignabimus. Nempe quoniam tales sunt propositiones. Et in naturalibus si debet fieri forma à natura, oportet materiam prius esse subiectam & substratam. Ceu si nauis extruenda sit, oportet prius ex tali ligno assumi, vt idonea sit ad nauigandum & coapte hæreant partes eius. Item per illud, {Et quia hoc erat quod quid erat esse} indicat causam formalem: Et per illud. {Et quia melius est sic} inuentionem facit de causa finali. Etenim Plato & Aristo. inquiunt, Naturali competere duplicem causam assignare. Aliam necessarij, aliā vero eius quod bene. Et est illa necessarij ſ m materiā & omnino corporeum, vt quia oportet ex calidis, siccis, humidis, frigidisq; corpus constare. Et illa ipsius bene, qua ostenditur sic melius quam secus se habere. Verum illud melius, non simpliciter sumēdum est, sed velut proprium ad vniuscuiusq; naturam. Nā simpliciter & oīum optimū non potest inesse mortali naturę, sed siquidem est, maxime inerit sempiternæ & diuinæ. Deinde foret etiam vnus cunctorum finis, qui sit vnum optimum. Deniq; illud. {Sed ad vniuscuiusq; naturā} quia aeris necessariæ sunt alæ, & vtiles, & talibus similiter talia, ceu pedestribus pedes, & serpentibus vēter, vt piscibus brāchia. Vt talis tractatio est ab Aristo. tradita de partibus animalium, vbi duplicem modū naturaliter disserendo, s. ſ m necessarium & ipsum bene affert.

Cōm. 57.

Efficiens causa i æternis absolute agunt, vt plurimum autē in generabilibus.

Cā duplex, vna quod est necessarii, & eius, quod bene est.

Optimum est solum in diuina natura.

Opus de aīalium partibus q̄uo differat.

CAP. VIII.

Tex. 75. *Dicendum igitur, primum quidem, cur natura earum cāsā est, quæ sunt propter aliquid: Postea de necessario, q̄uo se habet in physicis, Ad hanc .n. cām reducunt oēs, quod quoniam hoc est natura calidum, & frigidum,*

& vnumquodq; talium, hæc ex necessitate & sunt, & fiunt, & natura producta sunt. Etenim etiam, si aliam causam dicant, cum tantum attigerint, valere eam iubent: hic quidem, litem & amicitiam, ille vero intellectum.

Cōm 58. In his duo problemata ꝓponit. Vnum quidē est, quo ōndit naturam esse de numero causarum efficientiū alicuius gr̃a, quo sæpe vsus est, cum sit cōtrouersum. Secūdum vero est de necessario, quo pacto se habeat in naturalib⁹. quia oēs Naturales causas ad necessarium reducunt, dicentes necessario naturaliter fieri. Reducūt aūt ad materialē, perinde, eadem sit cum necessitate, dicentes ex tali subiectorum qualitate tale fieri ex necessitate. vt quia calidum leue est, & sursum fertur: & quia frigidum graue, & deorsum tendit. Ob id mundus hunc in modum constitutus est ex terra deorsum locata, & cœlo sursum. & quanquam aliam causam dixerint; vt Empedocles, qui statuit litem & amicitiam effectrices causas. Et Anaxag. mentem, tñ dicunt ita vt eam attingant, non vtentes eis in assignationibus causarum. Hoc aūt & Socr. in Phædone Anaxago. obiicere videtur, ob id igitur determinandum est de ipso necessario ſm materiam, qūo se habet ī ipsis naturalibus, idest quis modus sit talis causæ. Nonne per hāc fit id quod fit? Vel non sine hac, non tñ ob hanc simpliciter, & ob id necessaria & reuera necessaria. Nam hæc paulopost nos de ipsa docebit. Sed ostendere quod natura alicuius gratia facit, vtile est multipliciter ad perfectionem sermonis de causis. Nam si ea de causa necessarium est scire causas, vt in easdem reducentes propter quid assignemus, hoc inquam vtile est, propterea quod supponitur naturam alicuius gratia agere, & non temere. & vtrūq; oportebat hāc suppositionem ostendere. Item, si forma est finalis causa, & cuius gratia posita est quasi natura quæcūq; agit alicuius gratia agat, demonstrandum est hoc, quod natura alicuius gratia agat. Item veterum philosophorum alij statuere veluti effectrices oīum, quæ fiunt causas, ipsam fortunam & casum, immo causas eorum, quæ fiunt posuere fortunam & casum sine superioribus causis. Alij vero contenti fuere materiali necessitate. Cum igitur ostenderit, ꝓ fortuna & casus sunt causæ per accidēs, & oportet esse ante causam per accidens & ipsum frustra quantum ad effectum, quod aduenit, aliquam causam effectricem per se, opus erat ostendere quid hęc sit. quinetiam, cum ondisset ex processu causarum, quod est efficiens causa naturaliū, & hanc asseruisset esse naturam, quæ differt à fortuna & casu, eo qđ principaliter & alicuius gratia agit, deinceps opus erat hoc ostendere, videlicet ꝙ natura gratia alicuius agat, & de materiæ necessitate differere. Item, cum in toto libro disputasset de causa, ea etiam, quæ conueniunt causis adiecit, s. efficientem causam, quæ est natura, nō temere & vtcunq;, sed alicuius gratia agere, & ipsum cuius gratia est forma. Demum illud necessarium, quod de materia dicitur, nō sic dicitur, vt propter ipsam fiat. nam hoc competit fini, sed dicitur quod sine ipsa nō fit, quod quidem est proprium necessarium, quo ad necessitatem, sed non principaliter preassumptum.

Materia est necessitas.

Naturā agere propter finem scire, quid physico vtilitatis afferat.

Tex. 76. *Habet aūt dubitationem, quid prohibeat naturam non propter aliquid facere. neq; quia melius est, sed sicut pluit Iupiter, non vt frumētum augeat sed ex necessitate. Quod enim sursum latum est, frigefieri oportet: & quod frigefactum est aquam factum, deorsum venire. augeri autem, cum hoc fiat, accidit frumentum. Similiter autem & si cuipiam perit frumentum in area, non huius gratia pluit, vt pereat, sed hoc accidit. Quare quid prohibet, sic & partes se habere in natura? vt dentes ex necessitate oriri anteriores quidē acutos, aptos ad diuidēdum, maxillares autem latos & vtiles ad terendum cibum, cū non propter hoc facti sint, sed acciderit. Similiter autem est & de aliis partibus, in quibus videtur inesse ipsum propter aliquid. Vbi igitur omnia acciderint, perinde atq; si propter aliquid facta forent, ea quidem seruata sunt, à casu constituta apte. Quęcunq; vero nō sic, periere, pereūtq;. Quemadmodū Empedocles dicit,*

A tauro genita atque humano prædita vultu.

Ratio igitur, qua dubitauerit aliquis, hæc est, & si qua talis alia est.

Cum proposuerit Aristo. ostendere, ꝙ natura alicuius gr̃a agit, primum vt consueuit & eius magister Plato confirmat, contrariam rationē ei, quod dixit adducēs eo modo quo maiores confesso & consensu attulerunt. Et hoc vtile est ad hoc, vt instandi nullus locus relinquatur his, q aliqñ & ingeniosius instare queunt. Proinde nunc opem fert primo his, qui tradunt naturā non agere alicuius gr̃a, neq; quia melius sic: At qui volunt naturam alicuius gr̃a agere, hoc persuadēt ex vsu & opportunitate, ṕsertim partium in animalibus. Nam, si dentes anteriores ex necessitate ad diuidendum cibum fiunt, & maxillares ad terendum, patet quod non temere nec vtcunq; fiunt, sed agens respicit ad melius & vtile. Hæc igitur, cum illi dicant, alij volētes naturam nullius gratia agere, asserunt quæ fiūt, ex necessitate naturali, vel materiali fieri, & vtilia atq; ea, quę iuuāt, per accñs euenire, cum natura non efficiat quicquā alicuius gratia. Sed quēadmodum Iupiter pluerit in ęstate, non vt frumētum in area perderet, sed pluente, accidit perire frumentū. quo pacto itaq; quid vetat dici, non pluere, vt frumētum augeatur, immo facta pluuia accidere tū vt augeatur frumētum, & pluuiam fieri cum natura, tum etiam necessitate materiali? Sursum. n. eleuatum vaporem, cū fuerit frigefactus, & factus aqua, ob grauitatem descendit, & hęc pluuia est. Itē dixerunt melius nunquam gratia peioris fieri, neq; à mēte, neq; à natura. Quare neq; Solis circuitus, motusue, qui viuens est, & areæ imbrium, & talium est causa, fit gratia fructuum, sed accidit & horum nutrimentum vt pleraq; alia, perinde atq; horū gratia diligentissimus intellectus, atq; certissima agat. Sic ergo quid vetat partes animalium & plantarū ex necessitate materiali fieri, etsi natura nō coniectet scopūq; dirigat ad ipsum bene & vtile, neq; alicuius gratia agat. Etenim anteriores dentes acuti facta sunt, & maxillares lati, nō ob vsum, sed ob necessitatem naturalem. Laquearis nāq; circunferentia, quispiā dixerit, in suis finibus densior euasit propter curuitatem. Nam curua densantur ſm cauam vel conuexam superficiem, extensa partim partimq; constricta ſm illud, quo præsertim est rotundū, & quæ penetrāt transeuntq; per densius acuuntur, & acutiora magis pertranseunt, et penetrāt. Quæ cum ita fiant ob necessitatem materiæ, accidit vt ad vtilitatem animalium ipsa fiant, ac si facta sint alicuius gratia. Nam propter quid alia pereunt ob proprias partes, vt aquilæ ob rostrum incuruatum fame pereunt, & alia conseruantur, nisi casu hæc sic concurrissent. Et vbi quidem sic cūcta accidit vt cōcurrerent, perinde atq; facta sint alicuius gratia: hæc nempe etsi ex casu constituta sint, quoniam apta constituta sunt, conseruantur, at quęcunq; non sic constituta sunt, pereunt & intereunt, vt Empedocles inquit, principio amicitię fieri, vt sors tulit partes priores animalium, vt caput, manus, pedes, deinde coire hæc, scilicet homini prora & bouigena, videlicet partes priores & posteriores, & econtrario orita videlicet virigena & bouiprora, idest ex boue & homine, & quęcunq; sic inuicem constant, vt queant assequi salutem

Cōm. 59.

Materiā & naturali necessitate fieri à natura quæ probent aliqui.

lutem & conſeruationem, fiebant animalia & manebant, eo quod inuicē conueniētia vſum & opportunitatē adimplebant, vt dentes diuidentes & terentes cibum faciunt, quem venter concoquit, & hæpar in ſanguinem cōuertit. Item hominis caput conueniēs cū humano corpore facit vt totum ſeruetur, ſed cum illi parti bouis nō cohæret diſſoluit, ac funditus perit. Nā quæcunq; non conuenere ſm ꝓpriam proportionē, interierunt. Eodē quoq; modo & cuncta hodie, nuncq; accidūt. Huius ergo opinionis veterum Naturalium extitere quicunq; ferunt neceſsitatē materialem eſſe cauſam eorum, quæ fiunt, poſtea ſucceſſere Epicurei, qui lōge errarūt, vt inquit Alex. & erroris eorū cauſa fuit, quod putarunt oīa, quæ fiunt, alicuius gratia ſecundum prælectionem fieri & meditationem intellectumq;, & ea, quæ fiunt natura, ſic fieri non viderunt. Sed hæc non ita ſe habent, vt iam prædiximus, inquit, qñ dixit, quod natura alicuius gratia agit, & non ſm rationem. Ni forſitan ſic intelligenda ſit eorum ſentētia, quod ſi natura eſſet prima cauſa, ei opus eſſet prouidendo ſic alicuius gratia agere. At, cum adminiſtret efficienti proprie alicuius grā, ipſa etiam agit alicuius gratia, non tñ mente animoque prius diſcurrendo. Quandoquidem & ſecuris alicuius gratia ſcindat, & non animo prius diſcurrendo ratiocinandoq;, ſed adminiſtrando artifici, qui prius à ratiocinando meditandoq; egit.

Materiali neceſsitate omnia fieri volebant antiqui Naturales, & Epicurei.

Natura non eſt prima cauſa ſed inſtrumentaria.

Tex. 77. *Sed impoſsibile eſt, iſta hoc ſe habere modo. Hæc enim, & omnia, quæ natura fiunt, aut ſemper ſic fiūt, aut frequenter, ſed eorum, quæ fiunt à fortuna & caſu, nihil. Neq; enim à fortuna, neq; à caſu videtur pluere ſæpe hyeme, ſed ſi ſub cane. neque caumata ſub cane, ſed ſi hyeme. Si igitur aut à caſu videntur, aut propter aliquid eſſe, ſi non poſsibile eſt eſſe hæc aut à fortuna, aut à caſu, propter aliquid vtique erunt. At vero natura ſunt huiuſmodi omnia, quemadmodum & ipſi dixerunt, qui hæc dicunt. Eſt itaque ipſum propter aliquid in his, quæ natura fiunt, & ſunt.*

Cōm. 59. Cum defenſionem attuliſſet ſermoni dicenti, ꝙ vtilitas & iuuamen per accidens ſequuntur ea, quæ fiunt natura, cum ipſa non efficiat quicquam alicuius gratia, nūc oſtendit fieri non poſſe vt id ſic ſe habeat, accipiendo id, quod eſt manifeſtum, quod etiam poſterius adducit. quod quæ fiunt vel ſm prædefinitam imētionem & gratia alicuius, aut caſu, aut fortuna fiunt, & quod ea quæ ſunt partes animalium & prorſus omnia, quæ natura, vel ſemper, vt in ſempiternis, aut plerunq; fiunt, ſed quæ fortuna aut caſu eueniunt, demonſtratum eſt fieri raro. Et ſyllogiſmū formans hunc in modum deinceps ſic dicit. Quæ fiunt natura vel ſemper eodem modo fiunt, aut plerunque frequenterúe: nam homo ex homine, & equus ex equo, & natura dētium, atq; aliarum partium vt plurimum eodem modo fiunt. Sed quæ fiunt caſu vel fortuna aut prorſus per accidens, neq; ſemper, neq; plerunq; fiunt. Nam oſtenſum eſt raro hæc euenire. igitur quæ natura fiunt, non fortuna, caſu, aut prorſus per accidens fiunt. Et eſt ſyllogiſmus in ſecunda figura concluſus, cuius propoſitiones poſuit Ariſt. & concluſionem non intulit tāquam manifeſtam. Et maiorem propoſitionem dicentem, quæ fortuna aut caſu fiunt, nec ſemper, nec plerūq; fiunt, demonſtrauit ex oppoſito. Nam quæ plerūq; eueniunt, vt pluere hyeme, vel æſtum fieri ſub cane, neq; fortuna, neq; caſu fieri dicimus, ſed quādo ſub cane plueret ſæpe, aut hyeme æſtus ingētes orirentur, & prorſus raro talia emergunt. Poteſt quoq; ſyllogiſmus ſic in prima figura colligi. Quæ natura fiunt, vt plerunq; fiunt: ſed nihil eorum, quæ ſunt per accidens, vt plerunq; euenit: nihil igitur eorum, quæ natura oriuntur, per accidens euenit. Cum igitur oſtendiſſet, ꝙ neque ea, quę iuuant, nec vtilia, in his quæ natura fiunt, per accidēs fiunt, ſiquidem eueniunt vt frequenter, reliquū oſtendit, ꝙ gratia alicuius hæc fiunt & ſunt. Et diuiſio, quam aſſumit, eſt talis, Quæ fiunt, aut per accidens & caſu fiunt, aut alicuius gratia: ſed hæc non à caſu, vt oſtenſum eſt: igitur alicuius gratia. Illud vero diuiſio neceſſaria eſſe videtur; propterea, quod etiam illi dixere ipſum à caſu veluti deſtructiuum eius, quod alicuius gratia fit. Nam cū debeat prorſus quod fit vel illo modo vel hoc modo fieri, eo qđ demonſtrarunt quod fit, per accidens fieri, rati ſunt ſuſtuliſſe id, quod fit alicuius gratia. Quo fit, vt ſiquis principio aſſumat quæ natura proficiſcuntur, aut ſemper, aut velut plerūq; fieri, concludit per aſſumptam & diuiſiuum ſyllogiſmum, ꝙ ea, quę fiunt natura, gratia alicuius fiunt in ſecunda & tertia figura. Verum ipſe de partibus aīalium & talibus præſertim cū rationem collegiſſet; quod liquido vt plerunq; fiunt, & oſtēdiſſet quod partium illæ vel vtiliſsimæ ſunt, quia non per accidens alicuius gratia fiunt, & oſtendiſſet quod natura ſunt omnia eiuſmodi, perinde atq; illi hæc dicere cogantur, qui talia dicunt. Nam opera naturæ ſunt animalia, plantæ, & horum partes, in quibus nihil ſuperuacaneum, neq; deficiēs eſt, & ſubiectū feciſſet partes animaliū, & id genus & prædicatum ſtatuiſſet (alicuius gratia & natura) particularem concluſionem concludit in tertia figura, ſ. quod aliqua alicuius gratia ſunt natura. Proinde Alex. bene nouit, ꝙ non in prima figura, ſed in tertia magis fit deductio, concluſionem particularem concludens, dicentem, quod eorum, quæ fiunt alicuius grā, quædā ſunt natura. Etenim deductio in prima figura concludit, quod oīa alicuius gratia ſint natura, quod haud verum eſt. Nā cuncta, q̃ ſunt natura, alicuius gratia ſunt. Sed nō quæcūq; alicuius gratia, ſunt natura. Quippe ea etiam, quæ ſm prælectionem & artem fiunt ſint de numero eorum, quæ fiunt alicuius gratia, proinde ſic concludit. Quia animalia, plantæ & horum partes atq; vtilia ad modū ipſorum vt plurimum ſic fiunt, & quæ vt plurimum fiūt alicuius gratia fiunt, ſi aſſumpſerimus aliā propoſitionē dicentem: Aīalia & plantas & horum partes eſſe natura, qđ quidem etiā illi fatētur, cōcludetur hoc, quod aliqua eorum, quæ fiunt alicuius gratia, natura fieri, quod ſane ipſe etiā inſinuauit per hoc. Eſt igitur ipſum ꝑ aliquid in his, quæ natura fiunt & ſunt. Etenim ſi eſt ipſum alicuius gratia in his, quę fiunt natura, quæ ſane prorſus natura ſunt alicuius gratia ſunt, & non omnia, quæ alicuius gratia ſunt natura exiſtunt, vt quia eſt nutritio & auctio in animalibus. Equidem animalia nutriuntur & augētur, tñ non omne, quod alitur & adoleſcit augumētaturúe animal eſt. Niſi forte breuiter propoſitum ſimul ſyllogiſmo concluſerit & ſummatim vniuerſaliterq; dicendo, quod oīa, quæ ſunt natura vel ſemper, vel vt plerūq; fiunt, & aſſumendo quod quæ fortuna fiunt, nō ſemper fiunt, concludit in ſecunda & prima figura, vt dictum eſt prius. Et tñ proferens ſermonem de partibus ob euidentiam in tertia figura concluſit particularem concluſionē. Si ergo frumentum ob pluuiam augetur ſm naturā, & vt frequenter patet, ꝙ non per accidens frumentū augetur à pluuia. Quare & alicuius gratia fit pluuia, ſ. gratia augendi frumentum, vt etiam aliorum plurium gratia fit pluuia, quæ non per accidens ſequūtur pluuiam. Nam ipſa multorum grā fit, ſ. cum exiguorum, tum etiam eorum, q̃ ingenita magnaúe ſunt. At nōne fit pluuia etiā grā huius, vt putrefiat frumentū & marceſcat? Atqui hoc non eſt inter ea, q̃

Quæ natura fiunt, non caſu uel per accidens fiunt.

Naturalia fiunt alicuius gratia.

Non omnia, quæ alicuius gratia ſunt, natura eſſe ſiunt.

Naturalib. multa accidūt præter naturā fiunt.

vt plerũq; sequuntur pluuiam, sed Inter ea, quæ raro sequuntur. ideo etsi natura fieret, tamen fieret quatenus natura à suo scopo frustratur, vt etiam produci solent monstra, Verum si etiam pluuia sit vt putrefcat frumentum, tamen nõ fit à natura alicuius gratia, sed ab ipso Deo opifice, qui cum vtitur natura, tum etiam cuncta pro iure & æquitate dirigit.

Deus vtitur natura vt vult.

Tex. 78. *Amplius in quibuscunq; finis aliquis est, eius gratia agitur quod prius, quodq; consequens est. Ergo, vt agitur, sic aptum natura est. & vt aptum natura est, sic igitur, vnumquodq;, nisi quid impediat. agitur autem propter aliquid. Et aptum itaque natura est, eius gratia. vt si domus ex his, quæ natura fiunt, esset, sic vtique fieret, vt nunc ab arte. Si autem quę natura fiunt, non solum natura sed & arte fierent, similiter vtique fierent, vt apta natura sunt. Propter ergo alterum alterum.*

Com. 61. Hoc est ꝯm argumentum, Alex. aũt sic locum exponit, & inquit, cũ ostenderit, ꝙ quæ sunt natura, sunt alicuius gratia: quippe in ipsis est finis, qui est alicuius gratia: assumit hoc vt consequẽs: In quibus finis est aliquis & gr̃a aliquius, eius sane gratia aguntur ea, quæ ante ipsum fiunt, quam propositionem sequitur illa, Et in his, quæ fiunt natura, finis gratia fiunt ea, quæ ante finem fiunt. Sed ipse videor non intelligere dictum. Nam mihi nil aliud dicere videtur, quam si accipiat ipse, quæ natura fiunt gratia alicuius, & concludat ea, q̃ natura, alicuius gratia esse. Illud.n. In his quæ natura fiunt, finis gratia fiunt ea, quæ sunt ante finem, quid aliud est? Rursus, cum accepit dicens, In quibus finis est aliquis, q̃ ante finem geruntur gr̃a finis fiunt, vt concessum sumit, cum quo assumit hoc. {Vt agitur, sic aptum est etiam agi, & vt aptum est, sic agitur} Ex quibus concludit non solum gratia alicuius esse in his, quæ fiunt natura, sed hoc etiã. captã esse illa, vt gratia alicuius fiant, Hoc vero simul demõstrauit, ne quis dicat in his, quæ fiunt natura, esse ipsum alicuius gratia, haud tamen naturã huius gratia hæc agere. Atqui quõ se habet ratio, cum non agens ꝑ quod est, propter hoc non efficiat. Sed oĩo si prius assumptum est vt concessum, In quibus finis aliquis est, huius gratia etiam fieri ea, quæ ante finem sunt, præassumptum etiam est hoc, huius gratia fieri ea ab agente. Nisi forte igitur prima demõstratio talis sit, In quibus eorum, quæ fiũt, aliquis finis est vt terminus in quem terminatur motus & procedens continue definit, in his oĩa, quæ sunt ante finem, gratia finis fiunt: sed in his, quæ fiunt natura, est aliquis finis. Nam continuæ mouetur & procedit indeficienter vsquequo vniuersum finem attigerit. Etenim herba, stipula, spica, & id genus plurium formarum procedunt vsq; ad triticum, quod cum attigerint, tum quies & statio fit. Has ergo duas propositiones positas sequitur conclusio hæc, In his, quæ natura fiũt, gratia finis semper quod est ante illum & ipsum deinceps agitur, quod quidẽ est facere naturam gratia alicuius. Hoc aũt erat propositũ. Sed de duabus propositionibus solam primam, quam diximus, posuit dicendo, In quibus aliquis finis est, huius gr̃a agit id, quod prius & deinceps fit. Sed secundã propositionem & conclusionem omisit vti manifestam. Quod veræ aũt sint illæ duæ propositiones constat. Nam vbi est aliquis finis atq; cõtinua & ordinata in ipsum via, perspicuum est, ꝙ huius gratia oĩa, quæ ante finem, gerantur. Vt in artificialibus est finis sanitas, huius sane gratia cũcta quæ agit ante medicus, facit. Et quia in rebus naturalibus finis est forma & huius gratia vnumquodq; naturale agit, quod se formandi & recipiendi formã appetit, proinde cũ attigerit hanc formã cessat naturæ functio. His aũt positis

In naturalibus finis gratia fiunt quæ ad finem tendunt.

erit verum hoc, cuncta, s. in naturalibus præcedentia finem, gratia finis fieri, Vnde, si ita se habet, non accidit finis his, quæ sunt ante finem, sed eius gr̃a apta sunt fieri, & vt agitur sic aptũ est agi, & vt aptũ est sic agitur vnũquodq;, nisi quis impediat. quare & agitur gr̃a finis, & aptum est gratia huius esse. Nisi forte illud, {ergo vt agitur sic aptũ natura est & cætera} non est indicatiuum huius, s. non accidere finem. Nam si ipsum agere alicuius gratia vt concessum accepisset, taoquam consequens hoc, induceret illud, & aptum natura est alicuius gratia. sed illud, quod agitur alicuius gratia, non habet illud cuius gratia agitur, velut adueniens atq; accidens, patet, ꝙ nihil plus habet ipsum transmutare alicuius gratia factum in ipsum aptum esse gratia alicuius. Alexander aũt, vt dictũ est, ipsum aptum esse sic ostensum esse inquit, ne quis dicat ipsum alicuius gratia in his, quæ fiunt natura, velut de dentibus dicebatur, vbi ostẽdebatur nõ huius gratia naturam agere hæc, sed accidere vsum & opportunitatẽ sic. Itẽ inquit, vt etiã procedendo cõmemorabit, in his, quæ fiunt fortuna, est „ etiã id, cuius gratia & alicuius gratia, sed nõ sunt finis gr̃a „ ea, quæ præcedunt finem. Cum igitur ostendisset, ꝙ ea, q̃ „ sunt natura, alicuius gratia sunt, nunc cõmonstrauit, quod „ non ita gratia alicuius vt in his ꝯm fortunam, sed quia sic „ aptum est. Nisi forsitan neq; ad distinctionem contra id „ ꝯm fortunam adiecit, ipsum aptum esse. Nam quod agitur in his ꝯm fortunam, quatenus sine frustratur agitur. At nunc accipiens agere gratia finis vt concessum ex hoc ipsum aptum esse probauit. Quare neq; prima Alexandri expositio videbitur habere rationem. Nam, si concessum assumptum fuerit id, quod fit in naturalibus gratia finis agi, nullus quidem dixit in naturalibus esse id gratia alicuius, neq; naturam agere finis gratia. Sed forsitan dictũ est illud ad distinctionem contra hoc ꝯm fortunam. Nam in his factum gratia finis agitur, nõ tamen ꝯm naturam agitur. Cum igitur ostẽdisset cõmuniter, ꝙ in quibus est aliquis finis huius gratia fit id, quod præcedit finem & alia ante finem: quod quidem etiam in artificialibus & in his, quæ fiunt ꝑ prȩelectionem, conuenit, nunc ostendit, ꝙ in naturalibus ꝯm naturam est hoc, & natura est faciens gratia alicuius. Nam hoc, s. aptum esse sic significat. Quod vero hanc intelligentiam habeat ex eo quod subdit opinor, videlicet. {Vt si domus ex his, quæ natura fiunt, esset, &c.} per quæ verba nil aliud ostendit, quam vt in his, quæ fiunt ꝯm artem, quod sit artificialiter, alicuius gratia fit, i. cum ars facit vel artifex ꝯm artem agit, ita etiã in his, quæ fiunt natura, quod fit ab ea, gratia finis fit. Nam si domus esset è numero eorum, quæ fiunt natura, sic gratia finis id quod prius & deinceps sit in ipsa à natura fieret, vt nunc ab arte fit & non aliter. Item neque si ars animal faceret, haud aliter efficeret, atq; natura agit, ipsa inquã agit gr̃a finis ea, quę sunt ante finẽ. Nam illud contextus, s. {ꝑ ergo alterũ alterũ} hoc indicat, quod quidem adiecit ostendens ea conuertibilia esse, videlicet, qđ si aliquid eorũ, quæ natura fiũt, etiã ꝯm artem fieret, &c. Et bene adiecit exẽplum de domo, quæ natura extruitur ab irrationalibus, & arte ab hominibus. Si ergo & ꝯm artem similiter fieret, vt etiam ꝯm naturam: Et in his, quæ fiunt arte, perspicuo fiunt alicuius gratia, q̃ ante finẽ sunt, similiter se habet etiã in his, quæ sunt ꝯm naturam. Sed quãdo dicit. In quibus aliquis finis est, huius gratia agitur prius, & consequens, finẽ dicit non simpliciter illud cuius gratia: nã hoc erat quæsitũ, an alicuius gratia natura agat. Sed quod quidẽ prius & quod deinceps, simpliciter concludit processum in ordine, & id, quod motũ perficit, qui illis

Finis nõ est dictus his, quæ sunt ante finem.

Esse secundum naturam & naturalibus quod artificialibus esse in arte.

illi continuus est, & qđ postremo aduenit & terminat ipsum. Atqui Alex. inquit, finē dicit Arist. non id, quod simpliciter posterius aduenit, quandoquidē etiam in his, quæ fiunt casu, aliquid posterius occurrat, sed velut id, cuius gr̃a. Et inducit, quod cū hoc voluisset etiā nunc insinuare, adiecit hoc, Amplius in quibuscunq; finis aliquis est id cuius gratia. Non.n. sat erat simpľr dicere finem, sed adiecit hoc, alicuius gr̃a, ostendens qualē finem esse velit. Et hæc annotatu digna mihi esse videntur. Primo, ꝙ non ita se habet scriptura oīum exēplarium, quæ ad meā venerunt notitiam, sed hunc in modū se habet, Amplius in quibus finis est, eius gr̃a igiť id, quod fit. Deinde quod ipsum alicuius gratia non est finis, sed ipsum cuius gratia est finis. Volens ergo sic construere, quòd in quibus gr̃a alicuius aliquis finis est, inuenio non procedere constructionē, ob singularem articulum adiūctum huic, gratia alicuius. Vnde prorsus quod dicebā, hoc erat quæsitū, an natura alicuius gratia faciat. quod quidem ostēditur per hoc, & quod sequitur. Et procedētem ordine ad aliquem peruenire finē. Talis, inquam, terminus est id cuius gratia, & natura est id, quod sic procedit ad finem, vt etiā prius dixi, & deinceps declarabit dicens. Natura.n. sunt quæcunq; ab aliquo principio in seipsis cōtinue mota perueniunt ad finē.

Tex. 79. *Et omnino ars, alia quidem perficit, quæ natura non potest efficere, alia vero imitatur. Si ergo quæ secundum artem sunt propter aliquid fiant, manifestum quod & quæ secundum naturam. Similiter enim se habent inter sese in ijs, quæ secundum artem, atque in ijs, quæ secundum naturam posteriora ad priora.*

Cōm. 62. Ab arte, vt etiā apud illos pro confesso erat, gratia alicuius faciente, cum ostendisset quod etiā natura alicuius gr̃a agit, ꝙ propria vsus fuerit demonstratione, fidem facit ostendendo similitudinem artis ad naturam, & cōmunionē ad ipsam. Quarum cōmunionem conuenientiāue indicat, eo quod ars cooperatur naturæ adiuuando & efficiendo ea, quæ suis viribus haud natura assequi, efficereq́; potest. ceu medicina sanitatē & carnis restaurationē exhibet, qñ ad hæc agenda natura imbecilla est. Equidem ars imitatur naturam pingendo formandoq́; multipliciū diuersorumq́; animalium effigies. Nimirū quidam dudum ex ouis sine auibus pullos gignunt, vtentes arte, quæ imitatrix eorum est. Si ergo ars est cooperās naturæ, eiusq; imitatrix, & ea, quæ arte extruuntur sunt alicuius gratia, patet quod etiam quę fiunt natura alicuius gratia fiant. Nam similiter se habēt finis & ea, quæ sunt ad finem in his, quæ sunt ẜm artem & ẜm naturam: siquidem ars imitetur naturam, & regula eius sit. si ergo in his, quæ arte fiūt, priora fiunt gratia posteriorū, & in his quę sunt ẜm naturam, similiter se habebunt. Attamen Porphyrius inquit, hoc in loco fieri argumentum ex ipso magis & minus. Nam ars, cum sit infirmior natura, quemadmodum & simulachrū exemplari, & ea, quæ sunt ante finem gratia finis facit ars, igitur multo magis natura sic aget, cum sit longe melior arte. Sed qūo dicit artem esse deteriorē natura, siquidem ille inquit, artem perficere, quæ natura operari agereq́ue nequit. Nisi ergo hoc ita dixerit, quia ars supplet defectui naturæ, hoc autem & priorem facere potest, vel etiam tanquam æmula, imitatrixq́;.

Ars imitatur et adiuuat naturam.

Tex. 80. *Maxime autem manifestum est in cæteris animalibus, quę neq; arte, neq; inquirendo, neque deliberando faciunt. Quapropter dubitant quidam, vtrū intellectu, aut quodam alio operētur, & aranea, et formica, et huiusmodi. Paulatim aūt sic procedenti, & in plantis apparent conferentia quędam fieri ad finem, vt folia propter fructus cooperimentum. Quare, si & natura, & propter aliquid, hirundo nidum facit, & araneus telam, & plantæ folia gratia fructuum, & radices non sursum, sed deorsum, gratia nutrimenti, manifestum, quòd est causa talis in ijs, quæ natura fiunt, & sunt.*

Cōm. 63. Quod ea, quæ sunt ẜm naturam, fiunt alicuius gratia, simiľr cum his quæ fiunt arte præelectione & mēte, ostendit etiam ex animalibus irrationalibus admodum perite arguendo. Nam araneę & formicæ neq; arte, neq; præelectione, sed expertes rationis ẜm naturam agentes, plane adeo agunt alicuius gratia, vt merito indubium vocetur, nunquid mente, aut arte, aut rationis discursu operentur. Nimirum ita cuncta commodi sui & vtilitatis gr̃a agunt, sicut ea quæ mente & rationis quodam discursu vtuntur, araneæ inquam, vt muscas venentur capiantúe retia secura, firmaq́; admodum expandunt. At formicæ alimentū veluti aurum recondunt mirisq́; technis, viisq́; vtuntur, vt attrahant maiora pondera, & sæpe alimentum humectatum reducunt sub Sole, & exiccāt, & seruant ordinē dum incedūt. Amplius illud admirabilius est his, qđ sua latibula, quæ lustra latebrasq́; vocamus, tripliciter diuidunt, in vna quidem parte vescuntur degūtq́;, in altera cibos deponunt, in tertia vero sepeliunt mortuos. Item hirundo & luscinia nidum sibi cōdunt extruūtq́; lutum eligētes, quod ad conficiendum nidum aptum idoneumq́; sit. quēadmodum Medici etiam eo vtūtur pro siccioribus pharmacis, & cum festucis stipulisq́; colligūt lutum quo ad figuram capacissimū ambitus & tutissimum. Itē apis gaudet structura cōpositioneq; alueorum suorū, quę sunt exagona, lateū: sex videlicet. Item domū nidumúe alcedinis, alcyonisúe in aqua conditū minime aqua euertit. Et pleraq; alia aliquis in mediū afferre posset, indicans artificiū operū ipsorum aīal um irrationalium. Vnde, si videnť alicui irrationalia aīalia quadā ratione facere, videat etiā qūo agunt alicuius gratia. Deinde procedēdo per rationalia & irrationalia in plantis idē perspiciat, in quibus nulla relinquiť dubitatio, an mente agant, vel arte, in quibus præterea naturā agere alicuius gratia compertum habebit. Nam folia & inuolucra fructuū fiunt gratia fructuum. Et radices gratia nutrimenti. Cur.n. non supra radices collocantur, & rami deorsum? Item, cur sic secure tutoq́; semina circummuniunt, nisi curam prouidentiamq́; ingentem reciprocandæ generationis inuicē haberent? Et erit deductio rationis talis. Quæ in animalibus irrationalibus & maxime in plantis ẜm naturam fiunt similiter fiunt cum his, quæ arte & mente fiunt: sed quæ arte, & mente fiunt alicuius gratia fiunt: igitur natura alicuius gratia agit. Proinde in his rursus instandum esse censeo, quia Arist. accipit irrationalia animalia & plātas, vt naturalia, quanquam sint aīata & ab aīa gubernata, cū aīalia rationis expertia phantasia, sensu, & appetitu vtuntur in propriis functionibus. Quod si volebat in his, quæ propria natura sunt & solum natura ipsum alicuius gratia intueri, accepisset motum elementorum, qui fit gratia propriam vniuersitatem occupandi, accepisset item contrariorum qualitatum pugnam contrarietatem, quæ fit gratia conseruationis in subiecto, cum horum multorum generationis vniuscuiusque in generatione semper prior fiat gratia posterioris. Nam ab aqua ignis fit, per mediam euaporationem aeris. Nisi ergo Arist. vocet naturam etiam omne id animæ, quod versatur circa corpus, quocirca etiam tractationem de anima cū multa tractet de huiusmodi anima opinantur eam esse naturalis contemplationis.

Bruta operātur certum finem sibi proponentes.

Araneæ industria.

Formicarū industria.

Hirundinis & lusciniæ in nido construēdo industria.

Apum industria.

Alcyonū industria.

Plātæ faciūt alicuius gratia.

Animalia bruta sunt res naturales apud Aristo.

Tex. 81. *Et quoniam natura duplex est, alia quidem vt materia, alia vero vt forma: finis autem est hæc: propter finem aũt sunt cætera: hæc vtiq; erit causa cuius gratia.*

Cõm 64. Cum ostendisset, quod ea, quæ fiunt natura & alicuius gratia fiunt, vult oñdere quid sit hoc, quod cuius grã est. Cum ergo composita ex materia & forma sint naturalia, & vtrũq; eorum dicitur natura, vt ostensum est prius, & forma magis est natura quã materia, & est ipsa finis eius quod fit, & oĩa, quæ fiunt ante finem, gratia finis fiunt, forma igitur erit id cuius gratia alia fiũt. quod quidem prius demonstrauit, quando formam & finem in idem duxit. Sed Alexan. inquit, mihi videtur per hæc indicasse præstantiorem causam esse formam & non materiam, vt prisci dicere videbantur, qui cuncta ad materialem causam reducebant. Nam si materia gratia formæ est, præstantior erit causa ipsa forma quàm materia.

Forma est magis causa quã materia.

Tex. 82. *Peccatum autem fit & in his, quæ fiunt secundum artem. Scripsit enim non recte Grammaticus, & propinauit non recte Medicus medicamentum. Quare manifestum est, quòd id etiam contingit in his, quæ secundũ naturã fiunt. Si igitur sunt q̃dam secundum artem, in quibus quod recte fit propter aliquid fit. in his aũt, quæ peccantur, alicuius quidẽ gratia aggreditur, sed frustratur. similiter vtiq; se habet & in physicis, et mõstra peccata sunt illius, quod propter aliquid agit. Et in his, quæ à principio vtiq; compositionibus bouigena, si non ad aliquem finem & terminum peruenissent, corrupto vtique principio aliquo (vt nunc semine) facta fuissent.*

Tex. 83 *Amplius necesse est semen fieri primum, sed non statim animalia. Et erat prius semen totũ ac integrum.*

Cõm. 65. Contradicentes naturam alicuius gratia agere, instantia erat à monstris. Nam gratia cuius fierent bouigena, & vultu humano prædita ſm Empedoclem? Soluit igitur & hanc instantiam nunc dicendo, quod non omnia, quæ fiũt alicuius gratia ex necessitate iuxta scopum sine errore fiunt, sed etiam peccant nonnulla sæpe in his. Etenim in his, quę fiunt ſm artem alicuius gratia, vt oẽs fatentur, quædam oberrant, quamuis ars non errandi gratia agat, sed gratia illius quo frustratur & circa ipsum errat. Sic etiã natura facit alicuius gratia, peccat sæpe tñ circa id cuius gratia, & euenit quippiam aliud ab eo, quod cuius gratia fiebat.

Natura & ars sæpe numero à scopo aberrat.

Cõm. 66. Vt igitur illud pharmacum etsi non successerit recte prospereq; quo ad id, cuius gratia datũ est à medico, tñ gratia eius prorsus datum fuit. Item, si Grammaticus non recte scripserit, tñ gratia recte scribendi scripsit. Sic aũt & natura, & si non hominem efficeret, tñ vt produceret hominem agebat: verum frustrata est fine, vt etiam fieri solet in artibus. Igitur & monstra sunt peccata illius, quod cuius gratia est, ideo neq; admodũ aberrat summoueturq; ab ipso cuius gratia, sed maxime ex humano semine homo prodit. Sin vero, saltem animal, nunquam aũt ficus vel platanus. Eiusmodi etiã sunt Empedoclis bouigena, vultu humano prædita. Verum, quãdo Arist. dicit.
" {Et in physicis mõstra peccata} inquit esse peccata facien
" tis gratia alicuius. Dicens præterea, quòd similiter fit in peccatis artium, adnotat, quod etiam bouigena, vultu humano prædita, vel humano vultu prædita bouigena Empedoclis, si talia fierent, ſm peccatum principiorũ fierẽt, ex quibus, scilicet efficientibus & materialibus generatio fit, vt etiam nunc accidunt ob spermatis peccatum ipsa monstra, cum semen genitale debile fiat & corrumpatur principium. At neq; sufficiunt huiusmodi exẽpla ad ostendendum, quod natura haud alicuius gratia agat. Sed, cum concessisset primum Empedocli dicenti à principio animalia monstruosa fieri, s. bouigena humano vultu prædita, & hoc dato soluisset instantiam ex hoc, quod illa fiunt corrupto principio, deinceps etiam causam talis instãtiæ ex monstris Empedoclis destruit, ostendẽdo generationem animalium, quæ monstra sunt, haud constare posse, perinde atq; dixerit, Si etiam fierent animalia, quæ monstra sunt à principio ob id nõ tolleretur, quin natura alicuius gratia ageret. Nam cũ natura alicuius gratia agat peccatum quoddam vel ob efficiens, vel ob materiã factum quippiam aliud accidere fecit, & non illud cuius gratia agens agebat. Deinde neq; vera est instantiæ suppositio. Non enim possibile erat animalia ex necessitate fieri, sed semen genitale ante animalia, siquidem etiam necesse sit omne animal, quod recte producitur & mõstruosum ex proprio semine fieri, sed non illico ex dimidiatis animalibus, dimidiatis copulatis cõglutinatisq;. Quod si necessarium est ex semine genitali proprio accipere principiũ vniuscuiusq; generationis, patet quod ordo est in generatione, & primum est gratia secundi. Quinetiam in his id, quod cuius gratia vocatur, prorsus consideratur: quippe Empedocles dicit in Secundo de Naturalibus, ante corporum virorum & fœminarum dearticulationem, distinctionemq;, hæc carmina.

Monstra unde fiant.

Semen ante animalia est.

Ordo est in naturali generatione.

Nunc age quinque virum, lugubres fœmineosq;
Nocturnos ignis abiunctus duxerit ramos.
Audi. fabula nec enim à scopo abest, nec imperita.
Massam quidẽ seminis exoriẽs primo terra formauit.
Habentem partem amborũ aquæ videlicet & formæ.
Aliam sursum emisit, ignis ad simile venire.
Neq; mẽbrorum adhuc amabilem indicantẽ formam.
Neq; clamorẽ neq; patrium hominibus dicẽdi morẽ.

Hæc igitur, cum Empedocles dicat, instat, quod etiã ipse, vt videtur, inquit, semen genitale ante aĩalia genitũ fuisse. Nam ipse dicebat sperma semenue genitale esse massam seminis. Græce ἀυλοφυὶς, quod nondum indicabat amabilem mẽbrorum formam, quocirca aqua erat actu humida, sed potentia forma hominis. Nisi forte haud animalia ante semen genitale, neq; semen genitale ante aĩalia subsistere poterat. Vt. n. omne animal et planta ex proprio semine fit, sic etiã omne semen genitale ex proprio fit animali & planta. Instat igitur Arist. quod non semper ante animal semen genitale subsistere Empedocles inquit. Et patet, q̃ etiam ante semen genitale animal est, & determinãs instantiã subiunxit, Et ipsa massa quidem molis prius semen erat, perinde ac ipse Empedocles id ipsum prius viderit, quod oportebat prius esse semen genitale ante generationem animaliũ. Quod si semen erat, mirum mihi videtur ipsi massam mollem conuenire. Equidẽ massa mollis est proprie illud, quod ſm id, quod est ipsummet omne est quod est nondum in ipso facta distinctione. Nam oĩs pars seminis est oẽs partes corporis, & nulla corporis pars est alia pars corporis, cum fuerit facta diuisio in ipsis & dispersa ipsa massa vniuersorum seminum.

Animalia non præcedũt semen, nec semen præcedit animalia

Amplius & in plantis inest ipsum propter aliquid, minus autem distinctum est. Vtrum igitur & in plantis fiebãt vt bouigena, humano vultu prædita, sic vitigena, oleagina specie prædita, an non? Inconueniens enim est. sed tamen oportebat, si quidem & in animalibus. Amplius oporteret & in seminibus fieri, vt accidit. Tex. 84.

Cõm. 66. Et hoc contra instãtiam motã ab Empedocle dictum est. Nam quia & in plantis perspicuũ est ipsum gratia alicuius, vt prius dicebatur. Equidem folia sunt gratia fructuum, & radices deorsum collocantur, vt alimentum trahãt, igitur & in his quemadmodum etiam in animalibus sunt monstra ex vite & olea, quæ vitigena oleagino vultu

præ-

prædicta dicitur, quare etiam ex his instādum erat contra hoc, quod natura faciat gratia alicuius, vel non. Nam si est gratia alicuius in his, absurdo ipsa Empedocles prætermisit, si vero non est, qūo in animalibus est, sed in plantis non est? Verum Alexander inquit, videtur mihi huic particulæ {Amplius & in plantis inest ipsum propter quid seu ipsum gratia alicuius} additum esse illud sequens, scilicet, minus autem, vt indicet quoddam argumētum tale à magis & minus. Si in quibus natura genitis minus finis apparet & tamen est, hæc non vt accidit temereq; fiunt, sed in ipsis est ipsum alicuius gratia, neq; in quibus magis talia vt accidit, fiunt. Sed in plantis, in quibus minus dearticulatus est finis, quæ fiunt non fortuna fiunt, quod neq; fiūt virigenea oliuigena, igitur neq; in animalibus, in quibus magis euidens dearticulatusq; ipsum gratia cuius est, aliquid fit à fortuna, quare neq; bouigena humano vultu prodita consistūt. Item inquit, Amplius oportebat & in seminibus fieri ipsum vtcunq; accidit, siquidem ea, quæ constant natura, casu & fortuna fierēt, vt ex hoc semine oportebat aliquando indifferenter equum, aliquādo etiam hominem nasci, & aliquando aliquod aliud animal. Nūc vero determinatum fit vt prorsus ex semine fit generatio. Nam ex humano homo prodit, & ex equino equus. Igitur non secundum fortunam, neq; vt sors accidit, sed secundum ordinem & consecutionem & gratia illius, quod deinceps fit, prius factum est.

Omnino autem destruit sic dicens, tam qua natura sunt, quam naturam. Natura enim sunt, quæcunq; ab aliquo in seipsis principio continue mota perueniunt ad aliquem finem. Ab vnoquoque autem non idem singulis, neq; quiuis, semper tamen ad eundem, nisi aliquid impedierit.

Cōm. 65. Vt prius dixit, quod qui motum demūt, haud Naturales sint, cum naturam tollāt (siquidem motus initium & quietis natura statuta sit) ita etiam nunc ostēdit, φ qui auferunt naturam agere gratia alicuius, & ipsam naturam euertunt, & ea, quæ natura constāt. Sed qui dicunt vtcūq; accidit fieri ea, quæ fiunt, non seruant ea, quæ diximus. Et id ipsum ostendit ex intelligentia, quam habemus de his, quæ natura constant & de natura. Nam, si natura est principium motus & quietis in quo est, & quæcunq; natura sunt, hæc ab aliquo principio in ipsis mouentur continue in aliquem finem, neq; idem à quouis principio euergit. Non enim ex principio hominis vt humano spermate motus in canem cessat, in quem cessat is motus, qui fit à semine canis, tū semper in vnoquoq; principio & motu occurrit proprius finis, nisi aliquid impedierit. Nam principio hominis occurrit homo, & principio equi equus. quare neq; idē ab omnibus & indifferentibus, ne quiuis à quouis finis succedit. Si ergo talia sunt, videlicet quod ea, quæ mouentur cōtinue perueniant in aliquem determinatum finem, hoc modo, vt semper secundus sequatur priorem. Patet quod in talibus semper prius fit gratia secundi. Si ergo quæ natura constant, gratia alicuius sunt, & q̄ non gratia alicuius sunt nec natura constant. Et prorsus, si nō talem intelligentiam habemus eorum quæ natura sunt quod gratia alicuius fiant, neq; ea quæ sunt natura intelligimus. Nam tollitur natura sublato motu in finem determinatum. Nam motus talis est principium & nō cuiusuis. Et syllogismo demōstrationem sic Alexander exponit. Quæ natura sunt ab aliquo pricipio in ipsis existente continue mota perueniunt ad aliquem finem determinatum. Quæ non fiunt alicuius gratia nō ab aliquo principio in ipsis existente continue mota perueniunt ad aliquē finem determinatum: igitur quæ non sunt alicuius gratia

Naturā destruit qui affirmat ipsam non agere alicuius gratia.

non sunt natura. Quare qui tradunt ea, quæ natura fiunt, non alicuius gratia, sed vt sors tulit, fieri, hi naturam, & ea, quæ natura constant, plane dirimunt.

Id autem cuius gratis, & quod huius gratia, fieri vtiq; posset à fortuna. Sicuti dicimus, quod à fortuna venit hospes, lotusq; abiuit, cum tanquam gratia huius veniens egerit, non autem gratia huius venerit, & hoc secundum accidens. Fortuna enim est earum, quæ sunt secundum accidēs, causarum, quemadmodum & prius diximus. Sed cum hoc semper, aut frequenter factum fuerit, non secundum accidens, neque à fortuna est. In physicis autem semper sic, nisi quid impedierit. Tex. 85.

Cōm. 68. Q̄m etiam in his, quæ sunt à fortuna, videtur esse id cuius gratia & alicuius gratia, q̄ñ dicimus fortuna hospitem venisse, qui vbi redemit captiuum, vt apud Menandri tyrannidem Demea, abiicit, vel discessit. Nā vtroq; modo scribitur, vt etiam pro redemit, lotus scribitur. Et subdit, cum tanquam gratia alicuius veniens egerit, etsi non ob id, gratiaq; huius venerit. Nam hæc est causa per accidens, & ob id à fortuna dicitur, & prorsus in hac cōsideratur ipsum gratia alicuius, & ipsum cuius gratia. Sed est aliqua differentia huius, & illius principaliter talis, quod naturæ competit. Nam illud semper, vel vt plerūq; non per accidens, neq; à fortuna est, quippe hoc raro eueniat, sed in naturalibus semper sic, nisi quippiam impedimēto fuerit. Quare differunt id, q̄d est cuius gr̄a, gratiaq; alicuius, & ea, quæ sunt in his, quæ sunt à fortuna, & ea q̄ sunt in his, quæ sunt à natura: quod ea, quæ sunt in bis, quæ fortuna eueniunt, per accidens raroq; accedunt, sed quæ sunt in naturalibus, vt plerūque. Sed quomodo prorsus in his est id cuius gratia, & ipsum alicuius gratia, siquidem non venerit gratia redimendi. Quod quidem ipsum cuius gratia fiat à fortuna, quia finis vt vtile sequutus est ipsum iter redimendi, idest finis prosper aduenit proficiscenti, & si non huius gratia profectus sit. Et est hoc non proprie id cuius gr̄a, sed velut cuius gratia, & ipsum gratia alicuius est veleti hospitem venire: perinde gratia alicuius, & si non gratia eius venerit, scilicet liberandi redimendiue. Sic igitur Arist. Accipit autem hospitem non huius gratia venire, sed fortunam adornare aduentum huius gratia, & hunc finem aduentui accessuiq; præbere. Ideo Aristoteles concessit in his esse id cuius gratia, & illud gratia alicuius, & si nō prælectionem hic finis sequatur, tamen differentiam ipsorum adiecit secundum id quod vt plerunque & vt raro.

In fortuna quō fit etiam cuius gratia.

Inconueniens autem est, non opinari propter aliquid fieri, nisi videant ipsum mouens deliberasse. Attamen etiam ars non deliberat, atqui si esset in ligno nauis facienda ars, non aliter faceret quàm natura. Quare, si in arte inest ipsum propter aliquid, & in natura inest. Maxime autem manifestum est, cum quis medetur ipse sibiipsi. huic enim similis est natura. Quòd igitur causa sit natura, atque ita vt propter aliquid, manifestum est. Tex. 86.

Cōm. 69. Cum multis modis propositum ostēdisset, & nunc corripit sententiam, qua consilii, nolunt naturam alicuius gratia agere. Nam putant ea, quæ agunt alicuius gratia, prius deliberare, & prius definire decernereq; finē, & sic agendo in illum animum dirigere, atque intendere accepta sententia ex ipsis, quæ fiunt arte. Occurrit igitur ex ipsis artibus, ex quibus sententiam haud probe acceperunt. Nam inquit, nec ars deliberat. Nō enim artificibus opus est consilio ad agendū quippiam s̄m artem. Nam vnumquodq; eorum, quæ fiunt, certum definitumq́ue est, quando secundum artem ageretur. Nam cur Grammaticus eget

Nec natura, nec ars consultant, vel deliberant.

Consilium ac deliberatio in solis coniecturis locum habet.

consilio, vt sic scribat Dionis nomen, cũ scribit. At consilium, deliberatione duntaxat in cõiecturis locum habet, Et erit deductio rationis talis. Si ars alicuius gratia agit, non prius deliberãdo, multo magis nec naturæ opus est facere prius deliberando, aut consultando, sed primum datur, ergo & scd'm. Vnde rursus similitudinẽ naturæ ad artem indicat per hoc contextus. Nãq; si esset in ligno nauis faciendæ ars, haud secus atq; natura facere nauem. Perinde atq; ob nihil aliud inter se discrepent ea quæ fiunt natura, & ea, quæ fiunt arte, nisi quod ea quæ natura fiunt, intrinsecus fiunt, sed quæ arte fiunt, extrinsecus. Ideo cum transisset ad aliud quoddam exẽplum proximius & cognatius, Maxime aũt inquit, manifestum est, s. manifesta est similitudo artis ad naturam, qñ cum quis medetur sibi. Nam per hoc videtur tãquam natura habere aliquam intrinsecus causam. Sed ab ipso dicta est differentia huius cum natura prius, quia in his per accidens est motus principium. Non.n. qua medicus sibi medetur, sed quatenus accidit ipsum egrotare. At in his, quæ fiunt natura, per se est causa intrinseca motus, nã quatenus natura consistunt, eis inest principium motus. Veruntamen in his huiusmodi maxime est similitudo artium ad naturam, in quibus motus intrinsecus quomodocunque videtur.

Naturalia ab artificialibus ponens quid differãt.

CAP. IX.

Tex.87. *QVod autem ex necessitate est, vtrum ex suppositione sit, an & absolute? Nunc enim opinantur, quod ex necessitate est, esse in generatione. Quemadmodum, si aliquis murum ex necessitate existimet esse factum, qm̃ grauia quidem deorsum ferri apta natura sunt, leuia autem superne. Quapropter lapides quidem deorsum ac fundamenta, terra autem sursum propter leuitatem, supra aũt maxime, ligna: leuissima enim sunt.*

Tex.88. *Attamen non sine his quidem facta sunt, non tñ propter ea, nisi vt propter materiam, sed causa abscondendi quædam & saluandi. Similiter vero et in alijs oĩbus, in quibus ipsum propter aliqd est, non sunt quidem sine his, quæ necessariam habent naturam, non tamen sunt propterea, nisi vt materia sunt, sed propter aliquid. vt propter quid serra est talis? vt hoc, & huius gratia sit. Hoc tñ cuius gratia non potest fieri, si non ferrea sit. Necesse est igitur ferreã esse, si serra erit & opus ipsius. Ex suppositione igitur necessariũ est, sed nõ vt finis. Nã in materia necessarium est. Id aũt, cuius gr̃a fit, in rõne.*

Com.68. Postquam cõpleuit tractationem de causis duas quæstiones sermoni de causis proposuit. Nam determinat ea, quæ à nonnullis de materiali & effectrice causa subintellecta confuse fuerũt. Et primum, q̃ natura est inter eas causas, quæ agunt alicuius gratia, & non inter eas, q̃ temere, atq; vtcunq; agunt, quod quidem aliquibus videbatur. Secunda vero quæstio est, qũo illud, quod dicitur ex necessitate, ob materiã inest naturalibus, nunquid ob materiam ex necessitate sequantur ea, quæ deinceps fiunt, & ob hanc finis adueniat s'm vtilitatẽ, vt quidam videbantur putare, existimãtes maxime propriam atq; solam causam esse materiam, tanquam iudicet nunquid assignandæ sint omnes causæ s'm materiam. Itaq; est quæstio, nũquid materia naturalibus ipsum ex necessitate tribuat, qđ quidẽ absolute appellat, an magis ex suppositione, supposito scilicet fini aduenire succedereq; necessarium ex materia. Vt si domus extruenda sit, idest quædam tutela habitantium, necesse sit fieri tectum, parietes, & fundamentum iacere, non tamen si sic apta est materia, vt grauia deorsum deferri, & leuia superne, iam ob id fiat domus. Cum igitur hæc quæsita sint, absolute necessarium reprobat, vt videntur dicere qui causas assignant s'm materiã. Quoniam calidum sursum fertur, & leue, frigidum vero graue, & deorsum fertur, ob id sic constitutus est mundus, & facta est deorsum terra, & sursum ignis. Nisi terra potiatur medio ob reuolutionem. Etenim illo modo Empedocles & Anaxagoras dixerunt, non tamen quod bene est, & ipsum cuius gratia causam fecere, sed solam materiam existimantes hanc sequi necessario finem & vtile. Sic aũt & quis parietem ex necessitate fieri putaret, quia grauia deorsum ferri sunt apta, & leuia sursum. Hoc igitur necessarium ex materia dictum reprobat. Verum illud statuit necessarium ex suppositione ostendens per id, quod non sine meteria fiunt ea, quæ fiunt, non tñ ob materiam, velut ob quandam principaliter causam, sed velut propter materiam solam & materialem causam. Nam quæ ex suppositione sunt, vt posteriora his, quæ proponuntur, & minus causæ sunt. At proprie causa, est finis & id cuius gratia. Nam domus vel parietis proprie causa non sunt grauia, aut superne collocata, sed ipsum abscondere & seruare habitantes, vel sustinere tectũ. At materia necessarium habet ex suppositione. Nã supposito fine, & cuius gratia, sequitur necessitas materię. Quare est id necessarium sine quo effectum fieri nequit. vt si domus erit, opus est lapidibus & lignis necessario, non tñ econtra, si hæc sint, iam domũ esse necessarium est. Sic quoq; in naturalibus hoc modo necessariũ non est ponẽdum in ipso fine, sed in materia, non quia gratia materiæ, nec quia ex necessitate hanc sequatur vtile, sed quia non sine hac. Nam.n. lapides s'm eos nec lateres & ligna mota, vt apta sunt, constituunt habitationẽ, sed talis cõpositio & talis forma & ars, cum finis gratia oĩa facit, hæc haud efficit sine materia. Etenim materia est de numero earum, quæ sunt causæ per se, vt dictum est, sed est principalior forma, ratio & quod quid erat esse, & hæc non sequitur illius motus ex necessitate, sed illa magis huic præsuppositæ nata est adaptari. Non enim q̃ ferrum est, ob id ex necessitate securis, sed præsupposito, faciendã esse securim, oportet ex necessitate assumi ferrum, Quare materia sic necessitatem habet, non quidem ob seipsam, sed ob formam, Nam materiam nihil ex necessitate sequitur, sed ipsa ex necessitate debet prius subijci & supponi formę. Finis igitur non ex necessitate materiali sequitur ea, quæ sunt ante se, sed supponentibus hoc propter suppositionem hanc sequitur necessitatẽ materiæ necessitas finis, s'm quam necesse est vt finis sequat ea quæ præexistũt, nisi aliquid impedierit, propter ipsum finem est. Equidem cuius gratia & ea huiusmodi antecedentia s'm talem ordinem assumuntur, quare materia est necessarium propter finem, sed non finis ob materiam. Nam gratia finis fiunt ea, quæ fiunt, tñ non sine materia, præter id tamen, quia non propter materiam, veluti tanquam principalissimã causam, sed propter eam, veluti sine qua non. Illud vero cõtextus, vt hoc sit & huius gratia, significat formam & finem serrę. Quare qui materiam solam causam esse ponunt, & tradunt ea, quæ fiũt, sequi naturales motus illius, simpliciter ex necessitate fieri ea, quæ fiunt, dicerent. Sed, quia demonstratum est à nobis aliam esse præter materiam principaliorem causam, formam nẽpe, & huius gratia materiam adesse, & non materiã introducere formam, ideo neq; materia simpliciter diceretur necessarium, sed ex suppositione. Nam supponentibus formam sic, inuenitur materiæ necessarium. Est igitur in materia necessarium, & ipsum gratia cuius necessariũ est, in forma, cũ ea finis sit, & principaliter causa est. Etenim si ea nobis adesset, cætera alia reliqueremus & hoc habito

materia subest necessariũ ex suppositione.

Materia est causa sine qua non.

Materiæ necessitas ex forma est.

actiones finem facitur, cui quidem principium esse & causa maxime conuenit. Et vniuersaliter propositum est principium, & talis est finis. Quare concedit & ipse Arist. necessarium materię, sed nō hoc modo, vt ex necessitate sequatur forma, sed est inter ea necessaria ipsa materia, quæ sunt & dicuntur non sine quibus. Non.n. finis ex necessitate, sed propter finem illud ex necessitate. Et in hoc capite Arist. videtur inuolutus esse dictis Platonis. Quippe Plato in Timæo dicit. Hęc sane oīa tunc suæ naturæ ex necessitate ꝓducta, ipse pulcherrimi optimiq; opifex in his, quæ fiebant, assumpsit, qñ deum seipso sufficiētem & perfectissimū generebat, vtendo quidem causis ad hęc ministris, & ipsum bene in singulis quæ fiebant ipse fabricando. Quocirca sane duæ causæ iam determinandæ statuendæ sunt, vna quidē necessaria, altera vero diuina. Ac diuina in cunctis quærenda est gratia potiundi felici vita, quo ad naturæ nostræ vires. Necessaria quoq; causa illorū gratia indaganda est, tanquam sine his ea ipsa intelligi nequeant, quibus incumbimus, neq; capi, nec aliquomodo aliter obtineri. Eodem quoq; de his duabus causis in Phædone plane determinata sunt, in quibus inquit. Diuidi.n. potest, qđ alia sit vera rei alicuius causa & aliam vero illam sine quo causa esse nequit causa. Quod quidē multi mihi videntur quasi in tenebris attractantes alieno appellare nomine, dum cām appellant. Quapropter & quidam vertiginem circūponens terræ sub cœlo ipsam stabilē esse faciunt. Alter vero tanquā latam pistoris arcam, terræ aerem basis loco circundat. At potentiā ipsam, qua optime disponi poterant ipsa, vt modo iacent, neq; perquirit, neque vim quandam felicitatis habere putant. Sed ante hæc verba, alia quoq; Socr. breuioribus cōclusit. Cum ergo dicit Arist. ꝙ etiam in cunctis aliis ipsum gratia alicuius est, in quibus est etiā natura necessaria, non tñ propter ipsam sunt. Verum, quia ipsum propter quid est indicatiuū causæ, & materia quoq; causa est, cui competit & ſm hoc & propter hanc, merito adiecit, Nisi vt propter materiam, Hoc causa est, sed non propriū eius est esse simpliciter causa, sed magis finis est ꝓprie causa. At qui ipse dubito quō Alex. simpliciter necessarium dicit esse destructiuum ipsius gratia alicuius. Nam simpliciter necessariū est inquit, in quibus ex necessitate finis sequitur ea, quæ sunt ante ipsum: sed in sempiternis finis sequitur ea, quæ sunt ante finem, ceu Solis ortum, sequitur eiusdem occasus & hyemē ver, & hunc æstas, & similiter vnumquodq; horū est gratia alicuius. Etenim hyems præcedit gratia veris, & ortus gratia occasus. At forsitan Alex. intelligendo necessarium de sola causa materiali, & cōsecutione ſm materiam, merito dixit, qđ necessarium tollit ipsum gratia alicuius. Nā, si ob materiam solum fit id qđ fit, patet ꝙ non est aliquid ipsum alicuius gratia, quare neq; erit ipsum gratia alicuius. Quin & in naturalibus ipsum semper sic existens necessarium, nisi quid prohibeat, non tollit ipsum gratia alicuius.

Materia nō ē propria causa.

Necessarium non tollit id, quod est cuius gratia.

Tex. 89. *Est autem necessarium, & in disciplinis, & in his, quę secundum naturam fiunt, quodammodo similiter. Cum enim rectum hoc sit, necesse est triangulum duobus rectis aquales habere. sed non si hoc est, illud est. sed si hoc non est, neque illud rectum est. In his aūt, quæ propter aliquid fiunt, econtrario: si finis erit, aut est, & id, quod est ante, erit, aut est. si vero non, sicut ibi, si non sit conclusio, principium non erit, sic et hic finis, et id gratia cuius. principiū.n. & hoc est, non actionis, sed cogitationis, ibi aūt cogitationis, actiones.n. non sunt.*

Tex. 90. *Quare, si erit domus, hæc necesse est fieri, aut existere, aut esse, aut oīno materiā, quæ propter aliquid est. vt lateres, & lapides, si domus, non tñ propter hæc est finis, nisi vt materiam. neque erit propter hæc omnino tamen. si non sint, neque domus, neq; serra erit: illa quidem, si non sint lapides, hæc vero si non sit ferrum: neque enim ibi principia sunt, si non triangulum duobus rectis..*

Quale sit necessarium ex suppositione etiam per consecutionē illationemúe in mathematicis explicat. Est enim in mathematicis necessarium ex suppositione. At nō similiter est in his, & in illis, quæ fiūt natura, ideo adiecit, quodammodo similiter. Nam in mathematicis, si fuerint suppositiones, est etiam ex his deducta conclusio. vt quia hoc. rectum est, inquit, idest quia rectilineum est hoc, ceu triāgulus, necesse est vt habeat triangulus tres angulos æquales duobus rectis. si vero nō habet, neq; hoc est rectilineū, tamen, si tres duobus rectis æquales habet, non necesse est hoc rectilineum esse. Nam fieri pōt, vt quadrilateri tres anguli æquales sint duobus rectis, & nō solum anguli triāguli. Sed in numeris videre euidentius possumus. Nam si quinque & quinque, decē fiunt: tñ decem nō prorsus quinque & quinq;. Etenim decē est nouem & vnum, octo & duo, septem & tria, sex & quatuor. Tamen valet, si nō decem, nec quinque & quinque. Nam prorsus in talibus illationibus antecedentis positionem sequitur positio consequentis, sed positionem consequentis nō sequitur positio antecedentis. Sed ablationē consequentis sequitur ablatio antecedentis. Non.n. ostendūtur ex posterioribus priora, verum ex ipsis tolluntur. Et in naturalibus si est vel erit domus, necesse est talem materiā esse, etsi non est materia talis, non erit domus, non tñ si est materia talis, necesse est domum esse. Et ſm hanc figurā videtur necessarium ex suppositione in mathematicis esse, & in naturalibus, quæ fiunt. Differt tñ, quia in mathematicis deductum coniunctum est hoc, si priora & posteriora. Nā priores sunt propositiones & suppositiones ipsa conclusione, etsi non posteriora neque priora. Sed in naturalibus est conuerso. si enim est finis, ex necessitate etiam sunt ea, quæ ante finem erunt, haud tñ si sunt ea, quæ præcedunt finem, iam & finis est. Nam si domus, etiā lapis est, non tñ si lapides sunt, etiam domus est. Verum haberet illatio & consecutio similitudinem, siquis finem veluti primum natura esse censeret, quia etiam huius gratia est materia. Hoc vero rursus confirmabit artium argumento. Nam siquis illico à principio animo menteq; meditatur vsum domus, & vtilitatē & prius figuram exemplarq; describens, sic etiam materiam apponit. Et est cōceptio meditatioq; finis, principiū contemplationis, sed non actionis. Nam duplex principium, vnum cōtemplationis, alterum vero actionis. Et fit contemplationis initium, finis intelligentia & meditatio. Nam, quia opus est cooperimēto, ideo faciendū est tectū, igitur extruendi sunt parietes, itaque iaciēda sunt fundamenta, itaq; fodiēdum est. Finis vero cōtemplationis est principium actionis. Sed in mathematicis, in quibus actio non est, vnum est principium ſm contemplationem, qđ haud finis est, neq; id cuius gratia, sed quæ indicatiua sunt conclusionis. Sed cognatius adhuc protulit similitudinem eorum, quæ constant natura, ad ea, quæ sunt in mathematicis. Vt enim in mathematicis supposito fine, id est conclusione quæ erat in propositionibus ex necessitate positis propositiones, quæ fuerunt principia illis, non fuerunt ex necessitate, qđ potest eadem etiā per alia demonstrari. Sic neque in naturalibus materiæ necessarium non consequuntur principia ſm rationem. Non enim materiam sequitur finis. Itaque in ambubus suppositum necessarium haud consequuntur principia ſm rationem. Sunt autem in mathematicis, propositiones principia ſm rationem


Cōm. 71. Necessarium ex suppositione quo sit in mathematicis disciplinis.

Necessarium in mathematicis diuersum est à principio, quod est in naturalibus.

Principiū duplex, alterum actionis, alterum contemplationis.

Sed

Sed in naturalibus finis, quibus positis sequuntur ea, quæ sunt post hæc, videlicet materia in his quæ fiunt: sed in mathematicis conclusio. Quia autem obscure dictum est exemplũ trianguli, cum ostenderit solum eius demonstrationem, sciendum qđ ostensum est omnis rectilinei oẽs ocťo angulos æquales esse quatuor rectis, & qđ omnes anguli trianguli intra & extra sunt æquales rectis. Quia ergo triangulus est rectilineus, quem dixit ipse, dum dixit, rectum hoc, huius autem anguli intus & extra sunt æquales sex rectis, quorũ anguli extra sunt æquales ipsis quatuor, & reliqui intus sunt equales duobus rectis. si vero nõ hoc, neq; anguli extra equales sũt ipsis quatuor: sigđ oẽs sint æquales ipsis sex, quare neq; est rectilineũ hoc. At, si duobus rectis æquales tres intus sunt, nõ prorsus triãgulus est.



Omnis rectilinei octo angulos æquales esse quatuor rectis.

Tex.91. *Manifestum est igitur, quod necessarium est in physicis, quod vt materia dicitur, & motus eius. Et vtraq; quidem à Physico dicendæ sunt causæ, magis autem ea, cuius gratia. causa enim hæc materiæ est, sed non hęc ipsius finis. Et finis est id cuius gratia, & qui principium est, à diffinitione & ratione petitur. Sicuti in his, quæ secundum artem. quoniã si domus est tale, hæc oportet fieri, & esse ex necessitate. & quoniam sanitas, hoc est, oportet fieri ex necessitate & esse. sic, & si homo est hoc, hęc. Si vero hæc, hæc.*

Com.72. Cum ostendisset necessariũ in naturalibus esse in materia, vt etiam his, qui de natura disseruere, videbatur in eius mutationibus & alterationibus, licet nõ simpliciter, vt materiam forma, & prorsus finis ex necessitate sequatur, sed ex suppositione, vt dictum est, qđ & conclusit, subiungit deinceps, quod ambæ causæ dicendę sunt à Naturali, sed magis ea, quæ ſm finem est. Nam ipse principalior est causa, siquidem sit & materiæ causa. Nam illud est causa eius, quo posito ex necessitate reliquum sequitur. Si ergo materia posita non ex necessitate sequitur finis, sed fine posito ex necessitate sequitur materia, igitur finis erit causa materiæ. Quinetiam finis est causa formæ, vbi forma distincta est à fine. Si ergo finis est causa vt materia sit, merito Naturalis de causis sermonem faciens, de fine magis ꝙ de materia faciet. Verum, cum dicit materiã non esse causam finis, qui sit is finis, indicat adiiciendo. Is, cuius gratia est, ei, qđ est ante ipsum. Nam hic est causa & principium, sed non id, quod est vltimũ. Sed, quia in plurimis ipsum cuius gratia est forma, hoc indicans subiunxit, qđ ipsum cuius gratia est, & qđ talis finis est principium, qđ à diffinitione & ratione est acceptum, quod quidem forma est. Etenim ipsa est causa materiæ, vt in his, quæ ſm artem

Causa finalis est magis propria causa.

Forma & finis in rebus naturalibus et artificialibus.

sunt. Nam diffinientes formam domus, qđ est tegumentũ vt protegat habitãtes à vento, imbre, & æstu: ad faciendã hanc diffinitionem præparamus materiam. Sic autẽ & in his, quæ sunt ſm naturam. Nam, si erit homo, opus est semine hominis & mulieris matricem conuenisse. Eodem modo, si aliquod aliud animal, aut planta fuerit, opus est ad illud aptam idoneamúe materiam adornare præparareq;. Nam hoc significat illud, {Si vero hæc, hæc} Rursus hic etiã Arist. assecutus sententias, vt ita dixerim scientiales, suapte industria in idem concurrit cũ suo magistro. Nam ille dicit in Timæo horum duplicium principiorũ, videlicet materialis, & eius, qđ comprehenditur, ſm intellectualem prouidentiam & contemplationẽ assignans differentias. Hactenus quę ob mentem condita sunt dictis quibusdam paucis exceptis narrata, demonstrata sunt. Verum oportet ea etiam quæ propter necessitatem facta fuere rationi adiungere. Nam huius mundi generatio constat ex necessitate & mente. Nam cũ mens necessitati imperet quod eam persuadendo eorũ quæ fiunt plurima ad optimum exitum perduxit & ipsa eodem modo ob necessitatem cedentem à prudenti mente persuasa est, hunc in modũ iuxta sua principia cõstitutum est hoc vniuersum. Si quis ergo hæc qua ratione condita sint vere explicare voluerit, errantis quoque formæ causa, quatenus suapte natura apta est ferre, miscenda est.

Principia duo ex Platonis sententia cum Arist. materia, et forma.

Tex.92. *Fortassis autem, & in ratione est necessarium. determinãti n. opus serra, quod diuisio huiusmodi est. hæc autem non erit, nisi habeat dentes tales. hi vero non, nisi ferrea sit. Sunt enim & in ratione quadã partes, vt materia rationis.*

Com.73. Cum dixerit diffinitionem & rationem esse principiũ & causam materiæ, quæ erat necessitas in causis: quia & in multis diffinitionibus comprehenditur materia, interdum quidem potentia, vt in diffinitione formæ, vt ipse addit; aliquando vero actu, velut in cõposito, & tũ patet, quod diffinitio non amplius principium & causa materiæ erit, continens ipsam in seipso, propter hoc adiecit, qđ fortassis & in ratione est necessariũ. Nam tunc finis & forma erit principiũ & causa materiæ. Sed talis diffinitio est indicatiua aggregati ex vtraq;. Quare recte dictũ est, qđ de vtrisq; causis Naturalis sermonem faciet, sed magis de fine. Hic aũt est in naturalibus forma & diffinitio: quare de forma & diffinitione plurima verba faciet. tñ aliquando dum diffinit de ambabus causis dicet, in quibus diffinitionibus & rationibus materia comprehensa est. Vt. n. ipse alias dicit, Naturalium diffinitiones perfectę fiunt ſm formam, continent tñ & materiam. Nam forma naturalis est cum subiecto & materia. Et ob id aliquando diffinitiones sumuntur à materia, ceu cum dixerimus iram esse seruorem sanguinis circa cor. Aliquando autem à forma, ceu cum dixerimus iram esse appetitionem vltionis. Aliquando autem ab vtraq; simul: vt qñ dixerimus iram esse feruorem sanguinis circa cor ob appetitum vltionis. Et scire oportet, quod à diffinitione & assignatione substantiæ, & materia accepit necessitatem sui processus. Et cum in artibus ab intellectualibus artificiis, quæ iam ſm diffinitionem formæ subeunt intelligentiam producendę formæ, sic etiam materia subsistit. Ideo & ipsi eligunt ipsam ex intelligentia ſm formam idonei talem ipsius iudicantes. Nam domus vt diffinitionem primo accipit, quod est integumentum ob commodum hominum eget lignis & lapidibus ad constructionem, & sic procedit ad materiam, quare materia est propter formam, & posterius est velut materia. Et si aliquis definiret securim & diceret, Securis est instrumentum diuisiuum taliter lignorum.

Diffinitio quandoque à materia, quandoque à Forma, quandoque ab vtraque sumitur.

Ire def. cum materialis, cum formalis

rum, aut lapidum, quibusdā dentibus præparatum, simul apparet, q ex ferro oportet dentes esse. & Medicus statuēs finem, qui est sanitas, quæ est cōmensuratio calidorum, humidorum, frigidorum & siccorum, eligit materiam ad hoc. Similiter etiam in naturalibus. Et videtur etiam ob id ostendere, q forma aut finis est causa materiæ: siquidem per diffinitionem formæ & materię intelligentia apparet. Et si plane dicitur, materia erit in diffinitione, & tūc pars illius vt materia diffinitionis est, sed non vt propria causa. Et hactenus sic concludantur disputationes in Secundo Naturalis auscultationis diuini Aristotelis.

SIMPLICII COMMENTARIVS in Tertium librum Aristotelis, de Auditione Naturali.



Tertii libri intentio.



SVPERIORE libro, cum de causis disseruisset, & dixisset naturam esse causam effectricem, & definiuisset ipsam esse motus principium, merito deinceps de motu docet. Nam si natura subsistit in hoc, quod motus est principium, oportet prorsus eū, qui cogniturus est quid sit natura, etiā motum cognoscere: quippe qui in diffinitione naturæ complectitur. Item, si cognitio eorum, quæ sunt ad aliquid, simul est, equidem principium & id, cuius est principium, sunt ad aliquid, natura, inquam, est principium motus, igitur fieri nequit, vt qui motum ignorat, naturam cognoscat. Si ergo necessarium est differenti de natura scire quidnam sit natura, profecto necessarium est etiam ei, qui cogniturus est naturam, motū noscere. Proinde necessarius est illico post disputationē de natura sermo de motu, q, vt dixi, in diffinitione naturę cōplectitur. Deinde ob ipsam consecutionem, q̄a motus in continuo est, & quoddam continuū est motus, & in diffinitione motus cōplexus est continuum, necessarium quoq; est differere de cōtinuo. Equidē haud cognosci pōt diffinibile, nisi percipiatur vnumquodq; assumptum in diffinitione eiusdem. Rursus, quia continuū diffinientes vtimur infinito, dicentes, continuū esse id, qđ est diuisile in infinitum, necesse etiam est de infinito disserere, ei præsertim, qui cogniturus est motū, & naturam esse principium motus. Quia autem oē naturale est corporeum, & omne corporeum atq; corporeus motus, de quo sermo fit, in loco & tempore fit, necessarius etiam est sermo de loco & tempore Naturali, scienti motum & naturam. Sed apud quosdam cœlestis motus tēpus esse videtur, licet aliis videtur esse quædam imago sempiterna mobilis. Quare prorsus tēpus est cognatum motui. Item, cū nonnulli opinati sint locū esse vacuum & motum in vacuo oīno fieri tradiderint, vt Democritus necessarium est, etiam de vacuo quærere, an sit prorsus, an non? atq; si ea, quę mouentur in vacuo, velut in loco moueantur? Et ob hæc igitur de motu, continuo, loco, tēpore, infinito, & vacuo necesse est Naturali quærere. Atqui cum hæc etiā sint cūctis naturalibus cōmunia, & vniuersaliter oībus insunt, & operæpretium est, vt præcedat tractatio, q̄ affert ea, quę communiter cunctis insunt, qualis est nūc tractatio ex cōsideratione aliorū, quæ docent quæcunq; insunt vnicuiq; seorsum & sigillatim cōpetunt. Etenim oē corpus naturale habet motum, & vel finitum, vel infinitum est, & in loco mouetur, vel ſ'm totū, vel ſ'm partē, vt sphæra inenarrabilis, & à tēpore metiē motus, igitur hęc cōmunia sunt. Cōmunis itē est sermo de vacuo, q̄a nonnulli locū vacuū esse opinantur, & vacuum esse locū corpore priuatū. Hæc igitur Arist. tradidit. Illico aūt sumpto pricipio Tertij lib. docet in eodē motū & infinitū, & in Quarto locum, vacuum, tēpus. Etenim nunc pretermisit continuū, quia sine continuo necessarius est sermo de infinito Physico, ppterea quod naturalia corpora & naturales motus necesse est vel infinita, vel finita esse. Verū postea disputabit etiā de continuo. Sciendū autem est q multis in locis huius lib. contextus varius fertur, sed iam proficiscendum est ad singula contextus verba.

CAP. PRIMVM.

Tex. 1. *QVoniam autem natura quidem est principium motus & mutationis: scientia autem nobis de natura est: non latere nos oportet quid sit motus. necessarium enim est ignorato ipso, ignorari & naturam. Cum autem determinauerimus de motu, tentandum erit eodem aggredi modo de his, quę consequenter sunt. Videtur autem motus continuorum esse. Infinitum autem appares primum in continuo. Quapropter & diffinientibus continuum, accidit, vti sæpenumero ratione infiniti, cum in infinitum diuisibile continuum sit. Ad hæc autem, sine loco, & vacuo, &* *Tex. 2.* *tempore, impossibile est motum esse. Manifestum igitur est, quòd propter hæc, & propterea quod cunctis sunt communia, & generalia hęc omnibus, considerandum erit, cum proposuerimus de vnoquoque istorum. Posterior enim est de proprijs speculatio ea, quæ de communibus est. Primum autem sicuti diximus de motu.*

Com. 1. Motum quidem & mutationem nunc posuit æque significantia idem, qđ nondum distinctum est quid intersit inter motum & mutationem, & qđ communior sit ipsa mutatio, & specialior motus. qđ quidē principio Quinti lib. cōpertum facit. Ni forsitā motum, & mutationem propriis in locis distinguenda posterius produxerit. Nā dicet mutationem esse ſ'm substantiam, & non motum, sed motiones ad quantitatem, qualitatem, & locum, vocat motus esse. Dixit igitur, quod principaliter natura est principium motus & mutationis, quia est mutationis ſ'm substantiam, & aliorum est causa. Annotat Alex. quod cū Arist. dicit motum esse continuum, ipsum ponit penitus in quantitate. Nam quantitatis, continuum, & discretum est species, tñ in prædicamentis non ponit ipsum in quantitate. Item hic paulopost reducet ipsum ad aliquid. Respondet igitur Alex. dicens, vel propter hoc dixit. {Videtur aūt motus esse continuorum} tāquam sibi nō placeat, vel magis motus aliquomodo cōtinuus est & quantus, & aliquo modo ad aliquid, alio atq; alio modo acceptus. Nā ipse motus est quantus. sed illud, qđ est in motu, est ad aliquid, quādoquidem sit in quadam habitudine admouēs. Illud vero, Videtur, inquit, signum est ipsum cœpisse ab apparentibus & euidentibus. Item dicendo infinitum primum apparere in cōtinuis, indicat per hoc primum, quod proprie & per se non per aliud medium, infinitū apparet in continuo. Nam per se hæc insunt quæcunq; in definitione aliquorum assumuntur, & quæcunq; illorum diffinitionem complent. Item ea sunt per se, vbi ſ'm comparationem ad ea, quæ sunt eiusdem generis aliquid proprium diuiditur ab his, quæ oī generi insunt, & hoc per se inest vnicuiq; horum. Et est alius modus iste ab ipso per se. Sic igni per se, causa efficiens inest, quia omni corpori naturali

Mutatio propre est in substantia.

Motus est in quātitate qualitate, & ubi, seu loco.

Motus i quo nam sit p̄ali commento.

Per se oē quæ dicantur.

rali facere vel pati inest. Præterea adiecit illud sæpe, quia non semper hoc modo continuum diffinimus, dicentes, continuum est diuisibile in infinitum, sed etiam est quędam alia diffinitio, quam ipse ponit in prædicamentis dicens, continuum est, cuius partes copulantur ad vnum terminum communẽ. Alex. vero inquit, minime diffinientes quantitatem continuam vtimur infinito, quare & consentaneum est eum dixisse primo apparere in continuo. Vel sic dixit, quia infinitum in discreto habet ortum à continuo. Nam sectio continui in infinitum, prębet auctionem discretę quantitati in infinitum, sed haud econuerso continuum habet ex discreto infinitum, quippe haud est discretum infinitum, quia ex infinitis componatur, quia neque sunt infinita actu discreta, sed semper additionẽ in infinitum habent, sed semper additio fit ex seipsa sectione continui nunquam deficiente. neq; enim continuũ actu infinitum habet, sed diuisione in infinitum, sed nullũ infinitum actu est, sed in infinitũ. Propter quid igitur discretum habet infinitum ex cõtinuo & nõ continuum ex discreto? Vel quia diuisum in infinitum potest præstare discreto auctionem in infinitum, sed auctum in infinitũ in discreto non amplius ipsi continuo impertit ipsum infinitum. Cæterum, qñ dicit, Præterea sine tempore, vacuo, & loco motus esse nequit, hoc dicit non quia ipsi sic videatur, sed velut placitum eorũ Physicorũ, præsertim Democriti, qui ante ipsum extitere. Quandoquidẽ Democritus motum fieri per vacuum, & vacuum esse locũ priuatum corpore asseruit. Quare & in sermone de loco necessarius est sermo de vacuo. Igitur cum illis qui aiunt esse vacuum, tum illis qui negant esse necessarius est sermo de illo. Merito aũt primo de motu disputat, quia post naturã succedit sermo de motu, assumpto in diffinitione naturæ, & propter motum suscipitur disputatio de loco & tẽpore. Nam oportet esse tempus, quia motum aliquando mouetur: etiam oportet esse locum, quia motum aliquò tendit; non tñ necesse est motum esse, quia tẽpus est vel locus. Itẽ demonstrabitur haud penitus vacuum esse ens. Item qđ infinitum totum simul non subsistit, sed dum fit subsistit, & quod ipsum habet esse circa motum. Itẽ sermo de motu dignus attentione & studio est, quia à veteribus neglectus fuit, licet Plato pauca de ipso tractarit. Item oĩa entia aut motus sunt, vt generatio & alteratio, aut principia motus, vt deus, aĩa, natura: aut mota, vt corpora simplicia, & composita: aut in quibus sunt ea, quæ mouentur, vt tempus & locus. Sed scitu dignum est, num sicut necesse est motu existente tempus esse, sic tempore existente motũ esse; siquidem tẽpus est numerus motus. sed non propter tempus est motus, sed tempus propter motum est. Et nũc quidem substantiã motus quæ sit, describit. Sed quæcunq; theoremata sermoni de motu complicita, cùm plura sint, & varia, quatuor vltimis voluminibus concludet.

Discretũ habet infinitum à continuo, & non continuũ à discreto.

Tempus est propter motũ, & non motus propter tẽpus.

Tex. 3. *Est igitur eorum, quæ sunt, aliud quidẽ actu solum, aliud vero potentia. Et eorum, quę sunt actu: hoc quidem hoc aliquid, illud vero tantum. aliud autem tale, & in alijs entis prædicamentis, similiter.*

Cõm. 2. Ostẽsurus quid sit motus, & diffinitionem eius quoad fieri pôt collecturus, & in quo sit, quia in mobili: & tertiũ, quod motus est de numero eorum, quæ dicuntur multipliciter: & quartum, qđ vnaquæq; motus species in oppositas species diuiditur. vt in generationem & corruptionem ſm substantiam: & ſm colorem, in albedinem & nigredinem: & prorsus ſm qualitatem in oppositas inter se qualitates: & in quantitatem, vt in auctione & diminutione; & in ea, quæ est ſm locum, vt in ascensum & descensum & reliqua. Cum igitur hęc de motu docturus sit, vt etiam alia, quæ ad sermonẽ de ipso quid est, conferunt, & vt per se sufficienter ad vniuersalem integrãq; de ipso cognitionem, quatuor dignitates assumit, quarum vnaquæq; ad vnumquodq; dictorum seriatim cõfert. Et prima ex diuisione sumpta est huiusmodi. Rerum aliæ sunt solum actu, aliæ vero potentia, & actu. Et aliud hoc aliquid, aliud tale, & aliud tñ, & cæterorum aliorum prædicamentorũ entis. Ipsum igitur ens solum actu in substantiis ingenitis est, & subiectum ipsarum actionibus. Illud vero, qđ est partim potentia & partim actu, est in oĩbus generabilibus ſm uia prædicamenta. Item quæ sunt simpliciter actu tantum, sunt immateriales & primæ species formęq;. Nam nulla fieri aliter potest atq; fuit à principio. Quę vero sunt, partim potentia, partimq; actu sunt composita ex materia & forma: actu inquam sunt, quatenus habent quandã formam & affectionem actu, vt æs, potẽtia vero, quia & aliam pôt recipere, s. formam statuæ. At æthereum corpus ſm substantiam solum actu est, quãdoquidem nunquam transmutabitur ſm substantiã, participat autem aliquo potẽtia quo ad motũ suum localem, & ſm mutationes suas differẽtes inter se ſm ipsum motũ. Non enim vbiq; simul est: neque semper similis est omnium contemperatura, vt indicio sunt ea, quę ex differentibus figurationibus differenter effecta sunt. Et diuisio est ineuitabilis. Nam perfecta sic fuisset. Quod rerum aliæ sunt solum actu, aliæ solum potentia, aliæ vero partim potẽtia, partimq; actu. Sed nihil subsistit qđ est potentia solum. Nam omne, qđ est potentia aliqđ ens, habet potentiam in seipso imperfectam, qua pôt aliquid aliud præter se assumere, vt corpus actu existens potentia albũ, potentia albũ est, tanquam nondum existens album, sed aptum natum mutari in album, & ob id potẽtia dicitur album. Et si substantia vnũ tale sit, tñ ratione aliud quidem est subiectũ, quod dicimus posse & aptum esse, ceu corpus: & aliud est potentia imperfecta in ipso, qđ est ipsum potentia, vt visile esse, qđ partim est quale, partim ad aliquid. Sic autem & aliud est esse serræ, & aliud esse sectibilis. Nam si hæc idẽ essent, esset quoq; serrę esse, ipsum esse sectibilis. Sed quęcunque sunt eidem eadem inuicem sunt eadem, quare & sectiui esse idem erit ipsi esse sectilis, quare secasse ipsi sectum esse idem erit. Vt enim ea, quæ sunt potentia, ita ea, quæ sunt actu. Et Plotinus principio libri, quẽ de potẽtia & actu inscripsit, idem ostendit dicens. Oportet igitur quod est potentia aliud post se posse. vel cum illo, qđ illud faciat manens. vel seipsum præbens ei, qđ potest, cum ipsum interierit tale potentia dicitur. Nam aliter æs est potentia statua & aliter aqua est potentia æs, & aer ignis. Et vniuersaliter ipse inquit, oportet ipsum potentia non simpliciter dici: quandoquidem non est nullius ens potentia. vt æs est potentia statua. Nam si nihil ex ipso, neq; in ipso, neque quicquam futurum est post quod erat, neq; contingeret aliquid fieri: esset solummodo qđ esset. quod aũt erat iam inerat & nõ futurũ erat aliquid. igitur quid poterat aliud post ipsum præsens? quid igitur esset solum potentia? Sed cũ hæc dicat Plotinus in calce lib. inquit, materiam solũ esse potentia, cum nullum ens sit eorũ, quæ sunt actu. Nisi forte primum ens formam esse volens ens voluerit vsq; ad formas peruenire, ideo materiam à formis cũ decidat, hisceq; priuetur ab ente deflecti deficereq; videtur, & ob id cum non sit ens solum potentia est id qđ est, quanquam & id quod potentia est, sit non ens nondũ perfecte, penitusq; ab ente decesserit. Sed omnino si sic potentia

Actu solum quænã sint. Potentia & actu simul quænam sint.

Aethereum corpus per substantiam actu, per motum localem actu & potentia.

Potentia tantum, nihil est. Id quod actu est, imperfectum in se potentiam habet, per quam potest præter se aliquid suscipere.

Materia cũ sit solum potẽtia, et ex his quo sunt aliquo modo.

tia est vt transmutari queat in actu ens, vt aqua in aerem, corrumperetur materia. quod quidem nõ vult, si vero vt manens recipit id, qđ actu est, vt recipit figuram statuæ cum sit quippiã aliud actu, natũ est recipere formas. quod si nihil existens reciperet id quod est actu, idem.n. esset id quod est potentia, & id quod est actu: quod quidẽ non vult. Etenim neq; materia est potentia forma, sed manens quod est actu nata est recipere formas. Sed Porphyrius non admittit Alex. sic punctum facientem, vt contra id, quod est solum potentia, diuidatur id, quod est potentia & actu. Nam inquit, dicendo quod alia sunt actu, alia vero potentia, resumens quę sunt actu inquit, & quod est actu aliud hoc aliquid, & aliud tantum, & cætera. Illud vero potentia non diuiditur in prædicamenta. Equidem ipsum potentia non dicitur decẽ modis, sed vno modo, quippe materia est supreme id quod est potentia: quæ quidem vna est. At si accipit ipsum actu, siue sit id qđ est compositum, vt statua: siue id, quod est simplex, vt forma, vtrunque decem modis dicitur. Et inquit, nisi forte etiã ipsum potentia decem modis dicatur. Nam procedens Arist. ipse sic dixit. {Diuiso autem ſm vnumquodq; genus hoc quidem esse actu, aliud autem potentia} Hæc igitur dicit Porphyrius volens ab Arist. ipsum potentia oppositionẽ poni ipsi quod est actu, sed non ipsum qđ est simul potentia & actu. Et forsitan ex hoc contextu dicente, Diuisio autem ſm vnumquodque genus, hoc quidem esse actu, aliud autem potentia, sic suspicatus est. Sed si quidem vt plura exemplaria adducuntur, sic se habet antiqua scriptura. Est autem aliquid actu solum, aliud vero potentia & actu, hoc vero hoc aliquid, aliud autem tantum, & cætera: vbi plane hoc Solũ, additum indicat diuisionẽ ipsius actu fieri solummodo contra id, qđ est simul actu & potentia, vt Alex. & Themistius admiserunt. Nam si ei, quod est actu, opponitur id quod est potentia solum, nequaquam assumens vtrunq; simul, cur addidit Solum, ipsi, quod est actu? Quomodo autem interpretatio esset mutua cum distantia dicens, hoc quidem hoc aliquid, illud vero tãtum? Attamen, vt quidam libri scripti sunt, sic se habet contextus. Est sane aliquid hoc actu, illud vero potentia & actu, hoc quidem hoc aliquid, aliud vero tantum, potest quidẽ & sic pũctum fieri vt Porphyrius admisit. Sed cur ipsum actu solum in decem prædicaméta diuidit, cum & ipsum potentia in cunctis consideretur, vt Porphyrius confessus est & Arist. verba adducens dicentia, Diuisio autem ſm vnumquodque genus hoc quidem esse actu, illud vero potentia? Nam igitur diuisio à principio facta sit in eo, qđ est actu solum, & in id, quod est simul actu & potentia, & hoc diuidi inquit, in decem prædicamenta? Nam ei, quod solum actu est, quod est immaterialis & intellectualis forma, nec vbi neq; quãdo, neq; poni ei cõpetit. sed ipsum simul actu & potentia est ſm vnumquodq; genus consideratum, vt in qualitate aliquãdo quidem actu calidum, vel album est, quando iam accepit formam, aliquando vero potentia, quando præsertim nondum est, sed põt esse. Hoc igitur sic se habente merito dixit. Diuisio autem secundũ vnumquodq; genus hoc quidem potẽtia, illud vero actu. Nam hoc in principio diuisionis ipsum actu & potentia simul dixit considerari in omnibus prędicamentis, ipsum vero solum actu non dixit diuidi in decem prædicamẽta, neque ipsum accepit nũc, nisi gratia perfectæ diuisionis. Sciendum autem, quod ens non diuidit vt genus in ipsum potentia solum, & in ipsum qđ est simul potentia & actu, sed velut vocem æquiuocam. & quia aliud est ipsum potẽtia, & ipsa potentia, eo quod ipsi, quod est potentia, opponitur ipsum, quod est actu, sed potentiæ opponitur actus, seu operatio. Et potentia quidem est præparatio perfecta substantiæ & idoneitas quædam, non prohibita, quę actũ, vel operationem ad agendum deducere potest. At ipsum, quod est potentia, est, aptitudo quædam imperfecta ad id, ad quod dicitur esse in potẽtia, recipiens id, quod est actu, ab alio, & non à seipso recipiens. Ipsum vero actu est id, quod agere iam potest ſm illud secundum quod dicitur. Nam actu homo est, qui iam secundum humanam formã agit. Actus autem est oppositus potẽtię, & à potentia productus actiuus motus, & operãs est in opere. &, Opus siue factio est etiam actio. Et à potentia intus manente & non apparente ipsum potentiæ nomen deriuatum est, quod in sola idoneitate aptitudine substantię consideratur, substantiæ existens velut dispositio. Ab actu vero deducitũ id, quod actu est, quæ in substantia rursus cõsideratur, vt operanti & efficaci. Vtile autem est in hoc assumptum vt dixi, scilicet diuidere entia in ea, quæ sunt actu, & in ea quæ sunt potẽtia & actu, ad assignationem diffinitionis de motu, vt processu operis percipiemus.

Nam quod est potẽtia non numeratur in decem prædicamentis.

Ei, quod solum actu est, nec ubi, nec quando, nec situm esse cõuenit.

Quod est potentia et actu consideratur in oĩbus prædicamentis.

Id, quod est diuiditur in id, quod est actu, & id, quod est potestate actu tã-quã vox æquiuoca.

Potentia quid sit, & esse potentia.

Esse actu quid. Actus quid sit.

Eorum autem quę sunt ad aliquid, aliud quidem secundum superabundantiam & defectum dicitur: aliud autem secundum actiuum & passiuum, atque omnino motiuum & mobile. Motiuum enim, motiuum mobilis est: & mobile, à motiuo est mobile.

Hoc secundum assumptum assumit, cũ sit sibi vtile ad ostẽdendũ in quibus sit motus, quia in mobilibus. Sed diuisionem, in ipso assumpto facit eorũ, quę sunt ad, aliquid, non diuidendo oẽs species eorum, quæ sunt ad aliquid, sed de his solis mentionem facit, s. de ea, quæ secundum excessum & defectum dicitur: ac de illa, quæ est actiui & passiui, quia ipse putat esse motum in actiuo & passiuo, sed alij collocãt eũ in excessu & defectu, quos conabitur procedendo refellere. Etenim motus est in ipso ad aliquid. Sed Plato quidem posuit ipsum in excessu & defectu, dicens ipsum esse inæqualitatem & dissimilitudinẽ atq; diuersitatem. vel alteritatem mouentis ad motum, quæ sunt causæ motus. At Arist. non in hac specie, sed in effectiuo & passiuo, & vniuersaliter in motiuo & mobili. Nam in pluribus mouentis actio, cum sit factio, est passio, dum in quo actio collocatur. Vt verberantis actio, quæ est ſm ipsum verberare in verberato est passio, eo quod verberatur. Et effectiuum ad passiuum, & motiuum ad mobile respicit. Ea autem, quę sunt potentia, accepit in quibus est motus, quia horum actus est motus, vt ostendetur. Cæterum cum oppositũ effectiuo assignet passiuũ, iuxta nominum consuetudinem, quia ſm figuram dictionis ipsi effectiuo factile opponitur, & passiuo passibile, equidem nõ nomen traxit passiuum ab ipso agente passionem, sed ab ipso passibili, ad apertiora & propositis conuenientiora descendit cum ad motiuũ mobilis deuenit, in quibus plane est aliud actiuum & passiuũ, aliud etiam ſm dictionem. Quod vero quod est ſm excessum & defectum sit ad aliquid, indicat magnum & paruũ. Sunt quoq; pleræq; aliæ species ipsius ad aliquid. Nam aliæ sunt in æqualitate, aliæ vero in similitudine, aliæ autem ſm iudicium, & cõprehensionẽ. vt visiuum & visile, & scientia & scibile. At ipse has duntaxat species ipsius ad aliquid accepit, tanquam vtiles sibi ad tractandum de motu. Ex quibus ostẽdit, quod motus nõ versatur in excessu & defectu, vt quibusdam videbatur, sed in motiuo & mobili, siue effectiuo

Com. 3. Eorum, quæ sunt ad aliquid diuisio.

Motus non est in excessu & defectu, sed in mobili & eo, quod mouetur.

&

& pasſiuo, & vniuerſaliter in his, quæ tranſmutantur ab ente actu ex potentia in actũ. Quòd vero motiuum & mobile ſint ad aliquid oſtendit per conuerſionẽ dicens. Nam motiuũ mobilis motiuũ, & mobile à motiuo eſt mobile.

Tex. 4. *Non eſt autem motus præter res. Mutatur enim ſemper id quod mutatur, aut ſecundum ſubſtantiam, aut ſecundum quantum, aut ſecundum quale, aut ſecundum locum. commune vero in his nihil eſt accipere, ſicuti diximus, quod neque hoc, neque quantum, neque quale, neque aliorum prædicamentorum vllum ſit. Quare neque motus, neq; mutatio vllius erit præter ea, quæ dicta ſunt, cum nihil ſit præter ea, quæ dicta ſunt.*

Cõm. 4. Hoc tertium aſſumptum ſumit, quod non eſt aliquis motus præter res motas. Per quod conſtituit etiam prædictum, ſcilicet quod in mobilibus & motiuis eſt motus. Nam ſi motus non eſt præter eas res, in motis certe, vel mouentibus eſt motus, & non erit motus per ſe, neque vt idea motus idipſum exiſtens motus, tanquam nullius ſit motus, vt videtur Plato in ſophiſta & Parmenide dicere, neque ſubſtantia quædam eſt ipſe motus, ſicut Plato diffinit animam motum per ſe mobilem dicendo: Nam, ſi motus collocatur in motis, vel mouentibus rebus, motus eſt aliquod accidens, & non ſubſtantia per ſe conſiderata. Equidem oſtendet quod eſt in motis. Hæc igitur per dictum aſſumptum cõſtituit. Et adhuc exploratius & ſpecialius, quia motus eſt vox æquiuoca, & non eſt commune genus præter ſingularia. Vel hoc ipſum quod eſt generalis motus, ſiquidem in ipſis ſolis rebus eſt motus quadrupliciter ſubſiſtens, ſcilicet ſecundum ſubſtantiam, ſecundum qualitatem, ſecundum quantitatem, ſecundum locum, quibus nullum eſt commune genus: ſiquidem hæc cenſeantur prima genera eſſe. Et ob id reuocat ad memoriam, vt diximus, oſtendendo ens non eſſe commune genus decem prędicamentis. Nam ſi eſſet aliquod commune genus illorum, in quibus eſt motus, eſſet etiam motus primo in illo communi, & ipſe eſſet genus motuũ ſub eo, & non amplius eſſet de numero eorum, quæ multipliciter dicuntur. Nam ſic ſe habet motus vt ea in quibus eſt, quia non eſt extra res. Quod vero non ſit præter res motus, neque ſine illis contempletur, oſtendit inductione. Nam, inquit, quod mutatur aut ſecundum ſubſtantiam, aut ſecundum quantitatem, aut ſecundum qualitatem, aut ſecundum vbi mutatur. Et nullum mutari intelligi poteſt quin ſecundum aliquod horum mutetur. Sed quòd Ariſtoteles nunc aduerſus diffinitionem animæ inſtet, quæ dicit ipſam eſſe motum per ſe mobilem, neque ad ideam motus, patet animaduertenti, quòd motum vt genus deſtruens oſtendit ipſum eſſe de numero eorum, quæ multipliciter dicuntur. Item neque idea motuum, neque anima eſt genus motus, ſecundum Peripateticum ſignificatum generis. ſiquidem genera ſint completiua ſpecierum, & ſiquidem æqualiter ipſis inſint. Niſi forte inſtet contra quoſdam, qui tum motum connumerarunt in prædicamentis, vt fuit poſtea Plotinus. & ob id dicit motum non eſſe genus. Verum, ſi omnis motus eſt ſub ipſo ad aliquid, in motiuo & mobili conſideratus, quonam pacto ſub vno genere motus exiſtentes, non vniuoci ſunt, ſed æquiuoci? Aut nil vetat, inquit Alexander, aliqua exiſtentia ſub vno quodam genere inter ſe æquiuoca eſſe. Proinde Alexander quidem certe, qui ſunt ſub animali & homine & ſubſtantia, tamen æquiuoca ſunt inter ſe. Item æquale, quod eſt in predicamento ad aliquid, æquiuocum eſt æquali in continuo & in diſcreto. Sic autem & motus eſt ſub ipſo ad aliquid, eo quod vnuſquiſque ipſorum eſt ad aliud, tamen motus ſunt æquiuoci, eo quod ea, in quibus ſunt, non habent commune genus, ſed ſunt differentia genera. Nam ſubſtantia aliud genus eſt, in qua generatio & corruptio ſunt: & aliud qualitas, in qua eſt alteratio: & aliud quantitas, in qua auctio & diminutio: & aliud vbi prædicamentum, in quo eſt mutatio ad locum; quare & motuum, quæ ſunt in ipſo, differentes fient rationes. Hæc igitur Alexander, qui pulchre adnotauit ſub eodem genere eſſe, non efficere vniuocum, ſed eſſe ſub illa ipſa ſpecie, quæ communi nomine ſignificatur. Huius gratia & Ariſt. adiecit hoc (ſed quorum ſecundum nomen ratio) in Prędicamentis, ideo homo homini eſt vniuocus. Motus autem in ſubſtantia cum motu, in qualitate non eſt vniuocus, Sed opinor inſtandum eſſe, quia ſi ob id æquiuoci ſunt motus, quia ea, in quibus ſunt, non habent commune genus, profecto patet, quòd in quibus idem ineſt ordinatis ſub vno genere, etſi in alio genere fuerit, nihil prohibet ea vniuoca eſſe ſecundum illud. Ipſum igitur æquale in continuo & in diſcreto conſideratum, quę quidem ambo conſiderata ſunt ſub quantitate, quid prohibet vniuocum eſſe eiſdem: aliquo modo autem motus, quia in pluribus eſt generibus, æquiuocus eſt. Nam ſic & ipſum ad aliquid, quoniam in ſubſtantia, quantitate, qualitate, conſideratur, vox erit æquiuoca & non genus. Dicens autem quod differẽtium motuum cõmune nullum accipi poteſt, quale ſit illud cõmune, quod negat, ſignificauit in prędicamentis, in quibus motus, ſermonem transferens dicẽdo, quod neque hoc eſt, neque quantitas, neque qualitas. Tale autem eſt commune genus & ſpecies. Non enim quod continent omnia ſub ipſis hæc dicuntur communia, ſed quod nullum particulare ſunt, apparet tamen cunctis particularibus competere. Vt ars non eo quòd contẽplatrix, actiua, & factiua eſt, hac ratione eſt genus particulariũ artium, ſed eo quod nulla particularis eſt, tamen in particularibus omnibus apparet. At ſi motus æquiuocus eſt, quomodo diffinit ipſum? Nam æquiuocorum non ſunt diffinitiones. Niſi & diffinitio ſit æquiuoca æquiuocorum. Etenim principium cum ſit æquiuocum, etiam diffinitio æquiuoca erit, quæ dicit, principium eſſe vtriuſcuiuſque primum. igitur & actus mobilis, quà mobile, erit hæc diffinitio æquiuoca, per æquiuoca igitur ęquiuocum aſsignaretur. Neceſſario igitur & hoc aſſumptum ſumpſit, ne quis audiendo diffinitionem motus, putaret quòd veluti genus ipſius diffinitio aſsignaretur, ſed quatenus perfecte vox ęquiuoca eſt per æquiuoca aſsignatio fit. Quia aũt philoſophus ex Liceo hoc vnum & ſolum diſſidens dogma de motu à dogmate Platonis tradidit, licet alter dicat, quod motus non eſt præter res, & tollat motum eſſe genus, alter vero aſſerat motum eſſe vnum genus entis velut ſubſtantia, partim idem partimq́ue diuerſum. At optimum erit ſi poteſt cõcordia conciliatioq́ horum demõſtrari in diſſentione apparente. Et promptũ eſt dicere, quod Plato genera, quæ ab ipſo dicuntur entis conſiderans in mundo intellectuali, velut primas cauſas diſtinctas ab entibus, merito motum ſtationem, identitatem, & alteritatem diuerſitatemq́ue & alia velut in ſeipſa exiſtentia pandit. Nam vt vnitas ineffabilis eſt in illis, ſic etiam eſt puritas incommixta. At Ariſt. de naturali & materiali natura quęrens, merito in motis talẽ motum con-

Motus non eſt idea nec ſubſtantia.

Motus eſt æquiuocus.

Motus cur æquiuoci non ſunt ſi ſunt in eodem prædicamento. Aequiuoca ſunt quæ ſunt ſub eodem genere.

Genus & ſpecies quomodo dicantur cõmunia.

Motus ſi eſt æquiuocus quomodo diffinitur.

In motus ſententia quomodo Plato & Ariſt. concordent.

contemplatur. Non enim est hic motus per se, ideo etiam inducit. Mutatur enim id, quod mutatur, aut secundum substantiam, aut secũdum quantum, aut secundum quale, aut secundum locum. Quod vero in generabilibus mutiones & prædicamenta propriè sint, plane ostensum est in his, q̃ diligenter tractata fuerũt de ipsis: quinetiam ex hoc compertum est, siquidem motum in his, quæ sunt potentia, collocet. Sed adhuc attentius & propositis conuenientius dici posse existimo, quòd Arist. admodum mirabiliter proprietatem motus intuitus est, atque spectauit. Nam, cum ipsum posuit in actione passioneque versari, merito dixit motum non esse præter res, idest præter genera entis. ideo subiungit: Mutatur enim semper quod mutatur, aut secundum substantiam, aut secundum quantum, & cætera. Nam quomodo possent ipsa actio & passio per se considerari sine agente & patiente? Nouit etiam Plato talem differentiam in his, quæ sunt, secundum quam aliqua sunt per se, alia vero cum aliis & in aliis considerantur. Et tertio etiam dicatur, quòd propositum est ostendere non esse motum genus, vt neque putet ens esse genus, quia non omnibus entibus similiter competit. Quod quidem & amici Platonis fatẽtur, dicentes, ens competere entibus, vt analogum, vt etiam Arist. Ideo & aliud est hoc generis significatum, quod diuiditur in species, quę æqualiter participant genere. quod quidem negat motui Arist. quia plures motus vel à gradu motus different. Et aliud est generis significatum, secundum quod genera entis Plato appellat, quæ per omnia transeunt, etsi non æqualiter, neque secundum eandem proprietatem omnibus insint, quę deinceps sunt. Nihil igitur mirum est, si Plato motum genus vocet secundum hoc significatum generis: & Arist. tollens esse genus secundum alterum significatum vult motum non esse genus: Præsertim cum genera noluit per se esse, neque sine speciebus subsistere, neque species sine indiuiduis, quando ipsa vt species & genera, quod est dictu idem velut elemẽta indiuiduorum, consideret, sed non velut causas separatas. Nam tũ præinesse vult proprietatem participantium in speciis. Quare notandum esse existimo modum philosophorum, quia alius est motus, quem Plato velut vnum genus entis ponit, ipsum secundum aliud significatum considerans: & alius est atque aliam intelligentiam habet, de quo nunc Arist. docet. Etenim ille motus primam ab ente productionem exitumque in potentias & actus vitales & intellectuales significat prorsus existentem immutabilem, vt indicant dicta in Sophista, ex quibus motus emergere videtur. Sic inquit: Quid vero dic per Iouem, reuera motum vitam, animam, sapientiam facile persuadebimus enti prorsus non adesse, neque viuere ipsum neque sapere, sed venerandam & sanctam mentem habere, atque immobile stabileq; esse? Theætetus. Absurdum nimis id Hospes, si sermonem concesserimus. Hospes. Nunquid mentem habere, vitam vero minime dicemus? Theætetus. Et quomodo? Hosp. an hæc vtraque illi inesse dicemus, non tamen ab eo in anima contineri? Theætetus. At quonam modo alio contineret? Hosp. vtrum mentem, vitam, animam habere dicendum, immobile tamen, cum sit prorsus animatum stare. Theætetus. Hæc omnia mihi ridicula esse videntur. Hospes. Motum igitur & motionem tãquam existentia cõcedendum est adesse. Theætetus. Quid obstat? Hosp. Ex hoc ô Theætete, accidit igitur mentem nulli rerum mobilium vsquam de nullo esse. Ecce quod & ipse motus, quem Plato inuenit, adnumerat cum aliis, quibus tanquam in rebus ipsum consideratus sit, secundum vitam & sapientiam ipsius omnino entis manifestus. Quia autem ibi omnia, quod quidem dixi, cum immixta vnitate & insegregabilem & perfectam habent separationẽ propter hoc & per se motum accidebat ei considerare, & ipsum velut genus entis ponere. At hic traditus motus est mutatio semper fluens & actus eius, quod est in potentia dum manet in potentia, ideo & tempore mensuratur, vt ille apud Platonem mensuratur sempiternitate & viget in motis non habens per se substantiã. Causam autem opinor differẽtiæ talis intelligentiæ hanc, quòd Plato cum censeat exemplaria esse causas eorum, quæ sunt hic, eisdem nominibus appellauit. At Arist. talem nominis æquiuocationem cauere volunt, tanquam secundum nomen, & intelligentiam similem nobis propositam esse voluerit. Sed de his alias, satis nunc. cæterum ad reliqua eundem est.

Generis duplex significatio ex Platone & Arist.

Vnumquodque autem, dupliciter inest omnibus, vt hoc. vnum enim est forma eius & alterum priuatio. Et secundum quale: hoc enim est album, illud autem nigrum. Et secundum quantum. aliud enim perfectum est, aliud vero imperfectum. Similiter autem, & secundum lationem. hoc enim sursum, illud vero deorsum. aut aliud quidem leue, aliud vero graue. Quare motus & mutationis species, tot sunt, quot entis. *Tex. 5.* *Tex. 6.*

Quartam dignitatem sumit, quod vnumquodque dictorum, in quibus est motus, idest vel substantia, & quantum, & quale, & vbi, dupliciter inest omnibus existentibus. Etenim id, quod substantia participat, vel vt formam iam habens, vel vt priuatum forma participat. & id, qđ participat quali, secundum alterum vniuscuiusq; oppositionis in qualitate participat. Etenim secũdum colorem aut albo aut nigro participat: secundum sapores, aut dulce, aut amaro. Item secundum tactiles qualitates, frigido vel calido. Item in quantitate & vbi eadem ratio est. similiter de omnibus intermediis, quæ habent ordinem contrarij ad contrarium. Nam fuscum ad nigrum album est, sed ad album nigrum. Verum expositores formam & priuationem non de substantia solum dicta admittunt, sed etiam de quanto, quali & vbi: quia in omnibus quod deterius est contrariorum, videtur esse priuatio. Vt enim in substantia forma quidem statua, & priuatio est informitas æris, sic in quali forma est album, priuatio vero nigrum. Item forma est virtus, & priuatio malitia. & item in quantitate perfectum & imperfectum. Item in loco sursum & leue forma est, deorsum & graue, priuatio. Ideo & quæ deteriora sunt, sunt naturę tendentis deorsum & grauis. Et senectus flectitur, & morbus ingrauescit. Et diuina sursum, & mortalia deorsum. Item virtus dicitur ab eo, quod sursum erigat, & malitia ab ipso frangi flectiúe, & fractio & fractum incuruatumque deorsum. Hæc igitur Porphyrius verborum amicus narrat. Nisi forte Aristoteles principalius formam & priuationem posuit in substantia, & in aliis contraria apposuit. Etenim imperfectum & vt minus opposuit ipsi perfecto, & vt maius ipsi commensurato & mediocri ambo dicendo esse secundum quantitatem & secundum quale, & secundum lationem propria accipiens. Attamen si quis dixerit in vnaquaq; oppositione decẽtius esse vt melius tribuatur formæ, & peius priuationi, non immerito dicet, cum speciem & formam maxime substantiæ

Com. 5. Formæ, & priuationis oppositio reperitur in omnibus prædicamentis.

Priuatio in vnoquoque est id, quod deterius est ex contrariis.

Virtutis & malitiæ interpretatio.

Motus et mutatio duplex est in vnoquoque ex oppositis in oppositum.

tiæ competere vndique pateat. Cum igitur duplicitas sit secundum vnumquodque genus eorum, in quibus est motus, duplex quoque erit in vnoquoque horum motus & mutatio quæ fit ab vtroque oppositorum in oppositum. Etenim motus secundum substantiam alius est generatio, alius vero corruptio. Et motus secundum quantitatem, alius est auctio, alter vero diminutio. Et motus secundum quale, alius dealbatio, alter vero denigratio. similiter in aliis mutationibus secundum qualitatem à qualitatibus motus denominabuntur. Item secundum locum motus, alter sursum ascensus, alter vero deorsum descensus. Vbique autem ille motus, qui est via ad melius oppositorum, cum habeat rationem formæ, proportionem & conuenientiam habebit cum forma, sed motus ad peius & priuatiuum, assimilabitur priuationi. Vnde Alexander inquit, cum ostendisset, quòd vnumquodque eorum, in quibus est motus, dupliciter inest omnibus, merito intulit: Quare motus & mutationis species tot sunt quot entis. Nam, si non est motus præter res, merito simul diuidetur motus cum rebus, in quibus est. magis quoque, si actus quidam motus est, ab vtroque eorum in vnoquoque genere ad alterum, patet quod duplex erit etiam ipse. Erat autem inquit, conuenientior hic contextus præpositus, scilicet, Vnumquodque autem dupliciter inest, coordinatus cum superiore, scilicet, Non est autem motus præter res. Nisi forte suum propositum sit nunc assumere duplicitatem motus bene prius ostēderit in generibus entiū, in quibus est motus duplicitatem esse & secundum hanc duplicādo genera, tunc intulit. Quare & motus & mutationis species totidem sunt quot entis, idest etiam & ipsi motus duplicati erunt. Nam quia in substantia forma & priuatio sunt, etiam motus duplices in ipsa sunt, quorum alter in formam generatio, alter vero in priuationem corruptio. & in aliis eodem modo. At, si, vt Alexander putauit, oportet vt contextum prius ordinari, quam hunc, qui dicit, Vnumquodque autem dupliciter inest, quid opus erit eo contextu subiuncto. Species autem dicit nunc motus & mutationis non velut ex vno genere diuisas, sed velut differentes proprietates. Item bene dixit non solum motus, sed etiam mutationis, quia de motu secundum substantiam, qui est generatio & corruptio, postea quæret, num non sit motus, sed mutatio. Si ergo aliquis dubitet, quomodo motus & mutationis species totidem esse quot entis dixit: si quidem demonstrabit in quatuor solis prædicamentis esse motum, videlicet in substantia, quantitate, qualitate, & vbi, is sciat, quod dicendo vnumquodque generum vel specierum in quibus motus est dupliciter inest omnibus secundum oppositionem in vnoquoque, quoniam totidem modis etiā motus dicitur, merito subiunxit, Quare motus & mutationis species totidem sunt quot entis. non omne ens accipiens, sed illud ens, quod est ad motum æque respondens, quod erat id, in quo est motus, & hoc erat in quatuor generibus entis. Sed dignū quæstione est, cur, cum id, quod est potentia, & quod est actu in cunctis generibus entis sit, & motus, cum sit actus eius, quod est in potentia, quatenus tale est, in quatuor solis generibus entis, s. substantia, qualitate, quātitate, & vbi, motus est, vt etiam in prædicamentis ostensum est, & in Quinto huius tractationis ostendere diligenter studebit, & in aliis minime est. Quod vero in cunctis sit actus eius, quod est in potentia mouentis in potentia, liquet. Etenim mutatio dextri, cum aptum sit sinistrum

Motus et mutationis species sint tot species quot entis.

Motus cur in solis quatuor prædicamentis sit, cū in omnibus sit illud quod est potentia & actu.

fieri, est in sinistrum, quæ quidem est actus eius, quòd est in potentia, dum est in potentia dum mutatur. Et qui sedet, cum sit aptus recumbere & mutatus ab altero in alterum manente ipso in potentia in transmutationē cadit sub diffinitione motus secundum talem mutationem. Et in aliis prædicamentis non dubitabimus factas mutationes secundum differētes species sub genere cadē sub diffinitione motus. At Aristote. in Quinto huius tractationis causas dicit, cur motus subsistit in quatuor solis, vel tribus prædicamentis. Et expositores Aristo. ad illum vsque locum huius dubitationis solutionem differunt. At nec in præsentia malum esset fortitan breuibus ibi dictas causas considerare ob eos, qui non facile admittunt differri solutiones dubitationum ad aliam soluendi occasionem. Cur igitur Aristo. censeat motus & mutationes ex contrariis fieri in contraria, vel ex mediis habentibus rationem contrariorum, ob id inquit, secundum substantiā non est motus, quia nil est substantiæ contrarium. Item neque in his quæ sunt ad aliquid. Nam fieri potest vt alterum mutetur, & sit, verum quòd alterum non mutetur. Ceu qui prius stetit à dextris mutato sinistro in dextrum, erit etiam ipse sinister, quanquam non sit mutatus, quare per accidens est talis motus. Proinde neque in agente & patiente, neque in omni moto & mouente est. quā non est motus motus, neque mutationis mutatio prorsus. Arist. igitur horum prædicamentorum, cum sic assignasset considerationes, positionis & habere, & ipsum quando prædicamentum prætermisit. Etsi in substantia non est motus, quià non est contrarietas, tamen mutatio est. quod ipse plane fatetur, dicens etiam species mutationis esse generationem & corruptionem. Sed in ipsis ad aliquid, cur non sit motus cum sit contrarietas, vt etiam ipse Aristo. fatetur dicendo in prædicamentis, Inest autem & contrarietas in ipsis ad aliud, vt virtus & vitium contraria, cùm sit vtrunque ad aliquid, & scientia est contraria ignorantiæ. Nam etsi dextro moto, quòd prius extitit sinister, non motus ipse fieret dexter, tamen primum dexter prius stans & motus non secundum accidēs, sed per se mutauit, cum loco & dextri habitudinem cum sit factus sinister, & non motus autem, quia habitudo non in vno est, sed in vtrisque habitudinem in ipso non per accidens, sed per se simul motam retinuit, cum mutatione transmutati. Vt siquis virgæ alteram extremitatem deorsum detrudat, & alteram sursum moueri faciat, non per accidens, sed per se erit motus, quia vnus motus est ambarum extremitatum. Quod vero hæc etiam Alexandro placeant, audias velim quæ ille post pauca inquit, exponendo verba hæc, Ideo motus est actus mobilis qua mobile. Nam dicit: Vel etiam in ipso ad aliquid ipsum potentia duplum non motum est, tamen si potentia dimidium moueatur, vt ipsum duplum fiat. Non erat autem alia potentia ea, quæ est dupli potentia, & ea, quæ est dimidij. Quare secundum operationem potentiæ, & in illis motus vnius potentiæ existentis secundum subiectum, & fecit differentes habitudines eorum quæ sunt ad aliquid. Quod si facere & pati sunt motus, & propter hoc non est in his prædicamentis motus, quia haud esse potest motus motus ne in infinitum abeamus. primū quidem etiam facere & pati suscipiunt contrarietatem, vt dictum est in Prædicamentis. Nam, inquit, frigefacere est contrarium calefacere, & frigefieri calefieri, & lætari tristari, & est mutari ab altero in alterum contrariorum. Nam qui oblectatur cibo dum vescitur, si nimium

Tex. 10.

Motus non est in substantia, sed mutatio.

Motus est in his, quæ sunt ad aliquid.

Motus est in prædicamentis actionis et passionis.

mium impleatur & in oppilationem incurrat. profecto tristabitur. Item calidus frigefit. Item aer calidus prius in frigidum transmutatur. Si ergo hęc ita se habent, cur non erit motus secundum agere & pati mutatio non procedentibus nobis in infinitum? siquidem in species & ex speciebus sint mutationes? Nam haud in infinitum calefimus vel frigefimus. Item si corrumperetur & fieret ambulatio progressusque, quomodo non esset mutationis mutatio. Etenim ambulatio est quędā mutatio & ipsa generatio & corruptio quędam mutationes sunt. Vel si hoc, quia & ipse mutationes non prius existentes aliquando fiunt & intereunt, rursus erunt, & harum mutationes, & hoc in infinitum. Et siquidem hoc absurdum est, num non soluitur non esse mutationis mutationem? Nam hoc adhuc absurdius est, siquidem plane appareat ædificare, ambulare, & calefieri in esse mihi heri, etsi forte non extiterint, tamen hodie sunt: quod quidem non sine mutatione accidit. Nam licet ipse sim, qui transmutatus sum, tamen & ipse formæ, cum sint quædam entia, & quemadmodum subiecta ex non esse ad esse mutantur, & ab esse ad non esse: attamen non amplius harum mutationes vt subiecta sumpta sunt. Item dici potest, quod neque motus simpliciter est ipse motus, quatenus motus. Nam agens, quatenus agit, non mouetur, patiens vero, si moueretur ex alia passione in aliam, quatenus talis motus, sed non quatenus simpliciter motus mutatur. Et si quid dicit ratio hæc: in ipso agere & pati contrarietas est & motus vel mutatio à diuersis in diuersa, non amplius tamen in horum mutatione est mutatio, quia non sunt tales mutationes vt subiecti, sed solum mutationes: neque motus sunt motus, sed velut talis motus.

Sed hoc amplius latius ponderandum discernendumque est. At in prædicamento quando, cur non erit motus vel mutatio? Vt enim mutor ex albo in nigrum, & à loco in locum, sic etiam ex anno præterito ad annum præsentem, & ad nuper. Quomodo namque differt hoc à motu ex Liceo in Academiam? Etenim, si partes temporis corrumpantur, nihil est ob id. Nam neque si Liceum corrumperetur dum vadit aliquis in Academiam, iam ob id non esset motus ad locum. Etenim album etiam corrumpitur, quādo ab albo in nigrum mutor. Quod si aliquis dicat, quod motus secundum locum, latio est quædam per locum & successio, sed per tempus nihil fertur, sed tempus vna cum ijs, quæ feruntur, mutatur & pertransit: nam senectus, iuuentus, & talia omnia sunt alterationes & passiones corporum circa se ipsa & in seipsis: sed tempus aliter simul abit & pertransit: Si quis igitur hæc dicit, videtur his mihi nimio sensu vti & ob id non simul intelligere vim & efficaciam temporis, atque cursum, sed mutationem secundum locum, quandoquidem locum cadere sub sensu fateri, eam autem, quæ fit in tempore inficiari definitionem tanquam non videatur tempus. Verum intelligere oportebat, quòd semper aliquid in nos tempus agit. & quemadmodum ex albo in nigrum mutamur, sic à præteriti anni affectione in hodiernam & præsentem, non quatenus ab affectione in affectionem mutatio fit, ceu à iuuentute in senectutem secundum diuersam corporis dispositionem, sed secundum temporalem coapparentiam præteriti & præsentis anni. Huic sermoni Eudemus, qui inter amicos Arist. familiarissimus ei fuit, testimoniū affert dicens in Secundo de Naturalibus postquam dixit alios quatuor motus. Etenim quando, his, quæ fieri possunt quatenus mouentur accidit. Nam omnia in tempore mouentur, nisi quis dicat motum esse in tempore, sed non secundum tempus. Signum autem quidam esse inquiunt, quòd nullus motus fit proprie secundum tempus, quia nulla quies est secundum tempus. Nullum enim tempus est idem tempori, sed semper adueniens diuersum est, quare non erit permanens in eodem tempore, sed idem est in eodem loco & in eadem qualitate. At considerandum est nunquid hoc signum sit contrarij potius. Nam si nullum tempus nulli est idem, sed semper adueniens alterum, patet quòd tempus est dum fit & interit, quomodo igitur in hesterno tempore, quando in hodierno fieret, non diceretur secundum tempus mutari, cum sit hesternum tempus corruptum. Item secundum ipsum prædicamentum positionis erit motus, siquidem differentiæ positionis sint supinum & pronum, & hæc contraria sunt inter se, cur non diceretur itaque secundum positionem mutari, id quod mutatum est ex supino, demissoque ad summum, & superstans, cum alia sit in ipso secundum locum continentem mutatio, & alia secundum positionem & figuram positio. Similiter etiam ille, qui mutatur ex ipso, quod est esse armatum & spoliatur armis & inermis fit, cur non diceretur secundum ipsum habere mutari? Equidem in quibus prædicamentis est contrarietas, cur non & moueri diceretur subiectum secundum illa, in quibus autem non est, priuationes tum velut contrarietates circa subiectum subsistunt, ceu inerme nudumúe est oppositum ipsi armato. Deinde si non esset oppositio, tamen sufficeret ipsum esse, aut non esse quod est in prædicamento. Etenim in substantia est mutatio, quamuis non sit contrarietas. Nam sufficit omnium generum contrarietas secundum formam, & priuationem. Sic etiam prius armatus, si nudaretur, is mutaretur ex ipso habitu armorum ad non habitum. aliquando etiam potest mutari ex graviore armatura in leuiorem. Sed communiter sciendum est, quod cuncta prædicamenta in generatione considerata, cum subsistant in singularibus, sustinent mutationem. Vt enim hic substantia generabilis & corruptibilis est, sic etiam qualitates, quantitates, & alia prædicamenta sunt. Quemadmodum igitur substantia & si moueri non diceretur, quia non est ex subiecto in subiectum mutatio, cum requiratur prorsus aliquod esse subiectum in motu, tamen etiam substantia conceditur mutari per se & non per accidens: sic etiam vnumquodque aliorum prædicamentorum per se mutari concederetur, vt quod fiat & corrumpatur, vt albedo, tricubitum, & dexteritas. Et subiectum his participans proprie secundum hæc diceretur mutari: siquidem illo permanente fiunt & corrūpuntur hæc

Motus est in prædicamento quando.

Motus est in prædicamento positionis.

Motus est in prædicamento habere.

circa ipsum quod quidem esse proprium eorum, quę mouētur, Arist. dixit. Vnde, si in omnibus prędicamentis est ipsum potentia, & ostenditur quod motus est actus mobilis, qua tale est, quomodo non erit motus in cunctis? Equidem prorsus, quia mutatur ex dextro factus læuus, seu ad læuam, ex inimico amicus. Adhuc autem ex ipso calefacere in ipsum frigefacere, & ex ipso calefieri, ad frigefieri, qui mutatur non secundum qualitates solum, sed etiam secundum sub contrarias & differentes passiones patiendi, is mutetur cuique compertum est. Item qui mutatur ex anno præterito in præsentem procedens, & ex summo aut erecto in supinum, & ex armato in nudum, is nempe mutatur. Quoniam igitur vnaquæque mutatio secundum aliqua entia fit, & entia vna diuiduntur cum prædicamentis aliquis dicat, quomodo fieri potest, vt non vnaquæque mutatio sit secundum proprium prædicamentum, sed secundum aliud? Equidem noui, quòd videtur esse proteruum & temerarium emittere vocem cōtrariam Aristoteli. Sed donec poterimus cognoscere diligenter causam talis eius constitutionis & sententię contenti sumus patrocinio Eudemi ad corroborationem nostram, quod dictum est de ipso prædicamento quando, immo patrocinio Theophrasti, qui plane motum & mutationem considerauit in omnibus prædicamentis. Dicit proinde in Secundo de motu. Conuenientius autem quod quidem dicimus & est motum esse actum eius, quod est in potentia mobilis, qua mobile secundum vnumquodque genus prædicamentorum, vt substantiæ, quanti, qualis, per locum mobilis, & aliorum. Sic enim alteratio, auctio, latio, generatio, & contraria his. Sed in Tertio hæc apertius scripsit. In diffinitione motus totidem eius species esse dicimus quot prædicamenta. Nam motus est actus eius, quod est in potentia, qua tale. Et hoc in eodem libro quoque inquit, ipsius ad aliquid motus eius secundum rationem non est, sed secundum potentiam est. Nam & motus est actus per se. Sed hæc quidem etiam latius quærenda sunt nobis ad sententiam Aristot. annuentibus.

Motum & mutationem. Theophrastus in omnibus prædicamentis considerauit.

CAP. II.

Diuisio autem secundum vnumquodque genus, hoc quidem esse actu, aliud autem potentia: Eius, quod potentia existit actus, quatenus huiusmodi, motus est.

Com. 6. Cum præaccepisset assumpta vtilia ad contemplationem de motu, primo assumpto mox ad diffinitionem motus simul vsus est, immo magis illius quadam parte. Nam diuisio erat, quod aliud est actu solum, aliud vero potentia & actu, quod quidem secundum vnumquodque prædicamentum dictum est. de eo igitur, quod est potentia & actu, eius, quod est potentia, quatenus tale, motum actum esse dico. Etenim in substantia est aliud quidem potentia homo, vt semen genitale: aliud vero actu, vt Socrates. Et in quanto aliquod est in potentia bicubitum, & actu. Item in quali potentia album, & actu. Similiter quoque in reliquis generibus. Quod vero admirabiliter diffiniuerit motum, hinc discere possumus. Nam quod est actu id, quod dicitur, donec ita se habet, non diceretur secundum hoc moueri vt homo quousque homo erit, non moueretur secundum humanam formam. Immo neque si fuerit actu albus, donec albus fuerit, mouebitur secundum albedinem. At si homo actu existens albus, in potentia fuerit ad nigrum, vt possit niger fieri, cum ab albedine excesserit in nigredinem, quatenus aptus est, idest quatenus fieri niger potest, tunc dicitur moueri ad nigredinem. Et rursus, quando diceretur niger, tunc stat in ipso, & non amplius mouetur secundum nigrum, sed est actu niger. Sic igitur quatenus actu est nihil mouetur. Atqui neque quatenus potentia solum potentia, & in sola aptitudine existens diceretur moueri, sed cum ex potentia moueretur in actum manente in ipso potentia tūc dicitur moueri. Merito igitur adiecit, quatenus huiusmodi est, vt actus gradatim adueniat manente potentia. Nam cessante potentia non amplius est motus. Nam id vbi actum attigerit, quatenus actum attingit in statione & mansione est, haud vero in motu. Sed neque siquid solum est potentia, hoc iam mouetur, porrò ædificabile quod est possibile ædificari donec non elaboratur, etsi ædificabile sit, immobile est, sed cum quatenus ædificatile est secundum hoc ageretur & tractaretur adhuc ædificatile in seipso habens ipsum agi posse & tractari, tunc mouetur, idest quando ædificaretur, & dum ædificatio existens actus ædificatilis motus est. Nam vsquequo ædificatur, ædificatile est & secundum ipsum potentia agitur & mouetur. Sed sciendum est, quòd Aristo. diffiniens motum in principio dixit esse actum mobilis, quatenus huiusmodi. Alexan. autem, Porphyrius, Themistius alijque exponentes diffinitionem, audientes post pauca Aristotelem appellantem ipsum actum, Entelechiamque in quibusdam exemplaribus sic inuenientes scripturam, potentia entis, quatenus tale est, motus est actus, loco entelechiæ actum in diffinitione motus assumunt, tanquam idem sit apud Aristote. Nisi forte Aristote. entelechiam de perfectione intelligat, & si aliquando pro actu, vel operatione ponit ipsam, non in omni id facit, sed perfecta, quatenus habet perfectum. Quia tunc vnumquodque in suamet perfectione continetur, quando suas actiones secundum naturam reddit. Ideo & animam diffiniuit esse entelechiam corporis naturalis instrumentarijq́; aut organici habentis vitam in potentia, non quia anima sit actus, sed quia secundum ipsam aduenit perfectio corpori. At motum, cum sit imperfectus, non timere illico actum, & non entelechiam appellauit. Nam hac ratione bene nouit, atque notauit Alexāder, quòd si ab Aristotele motus dicatur entelechia eius, quod est potentia, profecto secundum hoc dicitur entelechia, quatenus est perfectio & actus per se eius, quod est in potentia. Vt in habitibus perfectio habitus est actus & actio per ipsum, sed in habitibus actio non tollit habitum, immo perfectiorem ipsum efficit. At actus eius, quod est in potentia, qua in potentia est tendens desinensque in eo quod est actu, tollit id, quod est potentia. igitur non erit proprie entelechia eius, quod

Motus diffinitio ab Aristotele ... ristot. traditus consideratur.

Entelechia quid significat apud Aristotelem.

quod est potentia. Vt enim dixi nomen entelechiæ indicat perfectionis continentiam. & quando de actu proprie diceretur, non de quouis, sed de illo, qui est eius, quod est perfectum, & subsistit ex eo quò actu est, & est in perfectione. Duplex igitur est entelechia proprie, altera quidem vt forma quiescens perfecta, vt anima dicitur entelechia; alia vero, qui secundum hæc, est actus. Quod si aliquando simpliciter actus dicetur entelechia, quatenus vnumquodque agens secundum suam naturam actiones efficit, siue natura perfecta sit, siue imperfecta, dicitur. Verum Porphyrius tradit motum imperfectum esse entelechiam, sed perfectum actum, vel operationem. Atqui, si eius quod est in potentia est actus: & id quod est potentia, est imperfectum, quomodo imperfecti actus perfectus erit actus? Vniuersaliter enim, si est imperfectus actus, erit etiam imperfecti actus. Et ipse Aristote. post pauca inquit, motus quidam actus esse videtur, sed imperfectus. Sed aduertendum est, quòd nunc nomen actus communiter posuit Aristote. de agente & patiente. Nam communiter in ambobus processus ex potentia in actum motus est. Et exemplum igitur posuit de ædificatili. Sed etiam de ædificatiuo erit verum dicere, quod motus est actus eius, quòd est potentia. Nam ædificator, dum versatur in agendo in potentia existens, quando ageret, tunc mouetur, quatenus tum ædificatiuus est. Et ædificatio motus est, cum sit actus ædificatoris, & domus passio. Sed ambo communi nomine Aristoteles actum appellauit, quatenus ipsum potentia vtrinque excitatur ad id, quod est actu. Nisi forte autem etiam agens, cum ex potentia in actu mutaretur, velut patiens mouetur, & non velut efficiens, & ob id exempla omnia de patientibus Arist. apposuit. Nam agentis vt agentis actus & actio perfecta est.

Vt alterabilis quidem, quatenus alterabile, est alteratio, Augmentabilis autem, & oppositi decrescibilis (nullum enim est commune nomen in vtrisque) augmentum & detrementum. Generabilis autem & corruptibilis generatio & corruptio. Eius vero, quod fertur, latio.

Cõm. 7. Quòd non vniuoce motus prædicetur de pluribus motibus, sed sit de numero eorum, quæ multipliciter dicuntur, prius diximus. Vnde, cum huiusmodi sit oportet etiam diffinitionem eius æquiuoce sumi. Hoc igitur Aristotel. indicans vnumquodque motum apposuit dicendo, alterationem esse alteratilis, quatenus alteratile est, & cætera. Sæpe, inquam, deficientibus nominibus annotat bene Aristotel. quod in qualitate est commune nomen positum, nempe alterationis. Nam etsi ab albo in nigrum, & econtra à nigro in album, etsi à calido in frigidum, & econtra ex frigido in calidum aliquid mutatur, & in mutatione omnium aliarum qualitatum nomen ponitur commune alterationis. Similiter quoque in mutatione secundum locum commune nomen ponitur latio. Sed in quanto & substantia haud ponitur commune nomen, sicut mutationibus, quæ sunt in vtrisque contrarijs. Sed in quanto mutatio ex minore in maius, incrementum dicitur, & contrariam diminutionem, vel vt ipse nominat decrescibilitatem non idem significans cum corruptione, quæ deducit ad non ens, sed diminutionem indicans. In substantiis vero mutatio ex non ente ad ens,

Alteratio nomen commune est motus in qualitate.

Latio est nomen commune motus per locum.

Motus in quantitate quæ nam nomina habeat.

Motus in substantia quæ nã habeat nomina.

generatio simpliciter dicitur, & contraria corruptio.

Quod autem hoc sit motus, hinc manifestum. Cum enim ædificabile, quatenus tale ipsum dicimus esse, actu fuerit, ædificatur. & hoc est ædificatio. Similiter autem & disciplina, & medicatio, & volutatio, & saltatio, & adolescentia, & senescentia. Tex. 7.

Cõm. 8. Diffinitionem motus cum adaptauerit motibus multipliciter dictis, deinceps quod diffinitio bene tradita sit ostendit syllogismo habente manifesta assumpta, quæ sola deductione per exempla egent. Et est syllogismus talis, actus ædificatilis quo ædificatile est, ædificatio est: Sed ædificatio motus est: igitur ædificatilis, quatenus ædificatile est, motus est actus. Nam dicitur ædificatile & quod iam ædificandum est. Sed eius actus & id quod actu est, forma est perfecta, & actus secundum se, & non amplius tale ædificatur, sed solum secundum relationem. Dicitur proprie ædificatile, quod adhuc potentia existens est, & donec fuerit in potentia. Hoc igitur, quando ageretur secundum quod est in potentia, quod quidem est actu, esse ædificatile. Nam id quod agit agiturúe, secundum aliquid, actu dicitur secundum illud, tunc etiam actus ipse, qui est ædificatio, dicitur motus. Similiter & in aliis, quæ sunt potentia. Et uniuersaliter igitur uerum est dicere, quod actus eius, quod est potentia, quatenus potentia, motus est. Sed durius videtur ipsum, quod est potentia actum dicere, quando ageret secundum id, quo est in potentia, sed quoniam uniuersaliter operans subiicitur, & operans actu dicitur propter hoc, & ipsum potentia actum dicit. At Alexander inquit, potest quis ex dictis mutando dicere motum esse primam eius, quod est in potentia; mutationem vel primam entelechiam. Nam ultima est in perfectionem mutatio, secundum quam actu factum est id, quod erat in potentia & deinceps quiescit secundum eam, prima autem via, quæ est ab illo, est motus. Hæc igitur, cum Alexand. in contextum ipsum dicat admittendum est, si non dicit motum esse primam mutationem ipsius imperfectæ potentiæ, & posteriorem ea, quæ est ad formam, sed ipsius potentis & apti nati. Nam hoc per motum ex imperfecto ad perfectum mutatur, & agit secundum talem mutationem imperfectam, donec imperfecta manserit. Etenim motus dicebatur non potentiæ, vel aptitudinis, sed apti nati, quatenus tale. Quærendum tamen est, cum sermo sit de motu simpliciter, inquit, ipsum esse primam mutationem. Nam si idem est motus & mutatio, diffinitus erit motus per seipsum. Perinde atque si quis quærens quid sit motus, respondeat: dicendo, motus est primus motus: quòd si velut generis ratioñe habens mutatio & communior motu est ob id generatio & corruptio mutationes sunt, haud vero motus: primum quidem nondum definitum est hoc, sed in eodem generationem & corruptionem considerat, sed in Quinto libro diuidet. Deinde motus, qui nunc quæritur, communis est, motum & mutationem continens. Nam illius motus principium est natura, sed quærit hunc modo, cuius est natura principium. si ergo pars, vel species talis motus mutatio est, totum itaque per partem definietur, vt si quis quærens quid est animal, dicat homo. Item vniuersaliter dicens pri-

Motum esse primam mutationem eius quod actu est nequaquam recte dicitur ab Alexandro.

mam mutationem entis in potentia esse motum, & vltimam mutationem, quæ est ad perfectionem, quia omne quod mutatur ab aliquo in aliquid mutatur, igitur hæc prima mutatio ab aliquo in aliquid est. Nam ab ipso imperfecto ad perfectum non est. Nam erat hæc vltima mutatio, quod si ab ipso non moueri in moueri mutatur, erit ante simpliciter motum motus, quod sane absurdum est. Sed num prima mutatio motus sit, & vltima in perfectionem non sit motus, cum ipsa sit etiam mutatio? Atqui omnis mutatio motus est iuxta motum qui in præsentia quæritur, & ex imperfectione ad perfectionem mutatio per motum fit. Sed scitu dignum, quòd posita exempla sunt de speciebus motus. disciplina quidem, & medicatio est alteratio quædam, alia vero circa animam, alia vero circa corpus. Volutatio autem & saltatio, est latio: alia est à seipsis in quibus est, alia vero extrinsecus. Adolescentia autem est secundum quantitatem mutatio, & senescentia secundum substantiam, quarum alia est auctio, alia vero corruptio. quarum & opposita dedit intelligere. Potest etiam ædificatio esse mutatio substantiæ, & adolescentia & senescentia quantitatis.

Tex. 8 *Quoniam autem quadam eadem potentia & actu sunt, aut non simul, aut non secundum idem, sed vt calidum quidem potentia, frigidum autem actu. multa iam agent et patientur inter se. omne enim erit simul actiuum & paßiuum. Quare & mouens physice, mobile est; omne enim huiusmodi mouet, cum & ipsum moueatur.*

Cõm. 9. *Naturalia mouet & mouetur, sed non secundum eandem rationẽ.* Cum dixisset, quòd motus est actus eius, quod est in potentia qua tale est, bene addit consequenter diffinitionem. Nam, quia naturalia partim potentia, partimque actu sunt, etsi non secundum idem, tamen secundum aliud & aliud. Equidem forte potentia frigidum est actu calidum, vel etiam secundum idem actu & potentia, vt secundum ambo calidum, sed non simul, sed modo potentia, modo vero actu & vicissim. Quia igitur sic se habent naturalia propter hoc non mouentur solum vt materia, neque solum mouent, vt incorporea, sed mouentur quatenus potentia, & mouent quatenus actu sunt. Habent igitur, vt dixi, ea, quæ dicta sunt, opportunitatem, & vsum, quæ dicunt non modo causam cur moueantur, sed etiam cur moueant naturalia. Et dubitationem quandam illatam contra diffinitionem motus soluit bene. Et dubitatio talem habet interrogationem in prima figura. Quædam, quæ mouentur & ipsa mouent. Omnia, quæ mouent, actu sunt, & non potentia. Igitur quædam mota actu sunt & non potentia. Quare non omnis motus est actus eius, quod est in potentia, qua tale. Soluitur igitur & hæc dubitatio, quia omne motum mouetur & patitur, quia in potentia est, sed mouetur, & facit quatenus actu. Nam aliud est ipsi esse potentia, & aliud est esse actu, ideo & aliud secundum vtrunque actus, siquidem non solum agere, sed etiam pati actu dicitur. Etenim in eo quod mouetur volens esse motum, actum dixit esse mobilis qua mobile est. Quod vero patiatur & moueatur id, quod est in potentia, qua in potentia est, & agat, atque moueat actu quatenus actu, ex hoc patet, quod non ad idem est actus vtriusque, sed illius potentia non in quod est, sed ad quod aptum est. Nam frigidum calefit, quia non est calidum, sed frigidum, aptum tamen calefieri. Sed calidum calefacit, quatenus est actu, sed non quatenus nondum est, aptum tamen fieri, vt id, quod patitur. Nam quatenus factum est frigefacit, sed non calefacit. Quare quæcunque mota mouent, eò quòd potentia sunt, mouentur, quòd vero actu, mouent. Nam frigidum calefit vt est in potentia, contra vero frigefacit, vt actu. Et si quidem non esset potentia, sed actu solum, profecto non moueretur, neque transmutaretur in aliud, sed permaneret in quo erat. Non enim aptum est, vt ad aliud tẽdat, sed solum agit & facit quatenus erat, & minime patiebatur. Quod si solum potentia fuerit aliquid & non habuerit aliquid actu, non aget aliquid, neque faciet, neque mouebit. Non enim aget id, quo aget, immo neque prorsus esset. Nam vnumquodque quod est, actu est. Ideo quidam putant materiam non esse, quia solum pati videtur, sed non facere, neque agere. Id vero, quod non agit, neque aliquid actu est, sed quatenus est, necesse est agere. Habet igitur etiam tales vtilitates textus propositus, quem dicebam. Ni forsitan velis addere diffinitioni motus. Nam quia assignata est diffinitio motus, qua traditur esse actus entis in potentia, ne quis putet, quòd solum potentia sit tale, paulopost addet idem partim esse, quippiam aliud potentia, & partim actu, quando id, quod est potentia vel idem ageret, vel ab alio fieret tum eius actus est motus. Merito igitur assumit, quod naturalia, in quibus est motus cum sunt potentia & actu, patiuntur & agunt. Vnde pulchre dixit quædam esse eadem potentia & actu, non enim omnia talia sunt. Nam intellectualia & diuina nihil potentiæ habent, quia eorum substantia est actio, vt ipse inquit. Tamen corpora cœlestia, quanquam corpora sint, expertia sunt potentiæ, quippe etiam sunt interitus & ortus expertia, sed secundum motum localem, non eo quod ex immutatione ad motum mutentur, sed quòd nequeunt simul vniuersæ partes eius vbique esse, sed alia atque alia alibi & alibi est, etiam ipsa habent id, quod est potentiæ. Fortasse etiam secundum differentes inter se habitudines & contemperaturas, aliquam alterationem ferunt, & patiuntur secundum aliquid, quo est in eis potentia. Nam alia dispositio eis ex coniunctione, & alia ex triangulari, exagona, vel quadrato statu seu aspectu euenit, & alia ex distantia absque figuratione, vt significant diuersi harum differentiarum effectus. At sphæræ etiam mota à primis causis mouent ea, quæ sub Luna collocantur, tamen ab eisdem, quæ mouent haud contra mouentur. Et hac parte differunt ab ijs, quæ sub Luna sita sunt. Nam, dum hæc mouent, contraque mouentur ab his, quæ ab eis mouentur, ob id eisdem constant elementis & materia æque apta ad suscipienda contraria. Proinde vnumquodque patitur secundum materiam, qua est in potentia, agit vero secundum formam, qua actu est quod est. Nam quæ calefaciunt, econtra frigefiunt, & quæ infrigidant, econtra calefiunt. Hoc forte cœlestia etiam inter se ferunt, cum inter se agant & patiantur. Verum Alexander tradit mobile communius de cœlestibus dici. Quapropter proprie mobile est quod potest moueri, & non moueri. Cum igitur dicat, Quare & mouens naturaliter, non de omni mouente naturaliter inquit. Naturale enim est etiam cœleste. Sed neque id vicissim mouetur ab eo, quod mouetur: neque hunc

Diuina et intellectualia actu sunt secundum suã substantiam, nec quippiam potentiæ habẽt. Cœlestia in motu tantum participãt potentiam.

Cœlestia ab his, quæ sunt sub Luna, quo differant.

hunc in modum mobile est. Nisi fortasse & hoc ad ea, quæ sunt eiusdem ordinis ita se habeat. Nam quod vicissim patitur & mouetur, secundum aliam atq; aliam passionem, aliumque & alium motum, patet quod etiam mobile est, haud tamen velut id, quod potest moueri & non moueri, sed id velut quod aptum est secundum quædam moueri, quibus patitur. Nam Luna cum ipsa coit cum Sole, nondum eo afficitur affectu, quo solet affici cum distat diametro à Sole, quanquam subitura sit talem affectum & mouens secundum talem affectionem, quare & mobilis est secundum hanc.

Videtur igitur quibusdam, omne quod mouet, moueri. sed de his quidem ex alijs erit manifestum, quomodo se habent. est enim quoddam mouens, & immobile.

Com. 10.

Cum dixerit quod quædam sunt partim potentia, partimq; actu, & ob id quæ mouent ob id quod est potentia mouentur, & ob id quod est actu mouent, attamen non omnia, quæ sunt, huiusmodi esse, sed quædam duntaxat actu sunt, & non potentia, quæ quidem solum mouent sed non mouentur, merito subiunxit, quod quibusdam videtur non esse aliquod mouens immobile, sed omne, quod mouet, etiam moueri. Cui contrarium ipse in calce huius tractationis demonstrabit, ad quem etiam locum distulit huius quæstionem. Et patet huius opinionis fuisse veteres, qui de natura disseruerunt, & corporeum principium vnum, vel plura statuerunt & iuniorum Stoicos. Nam secundum principiorum aut segregationem, aut congregationem, vel alterationem dixerunt veteres fieri ea, quæ fiunt. Sed Alexander inquit hanc opinionem fuisse Platonis. Sed quod vnum bonum, & prorsus primam causam mouentem ad se omnia velut id quod appetitur Plato dixerit immobilem esse, significant dicta Parmenidis plane secundum primam suppositionem. Nam, posteaquam vnumquenq; motum ipsi ademit, subiungit: Igitur omni motu, ipsum vnum immobile est. Item fatetur Alex. Platonem dicere ideas immobiles esse. Quocirca confusionem quandam verborum Platonis putat ostendere. Nam, si apud Platonicos intelligere est moueri, intelligi mouere erit, si ergo ideæ intelliguntur, mouent: quod si omne, quod mouet, etiam mouetur, ideæ profecto mouebuntur, sed ipse statuit eas immobiles esse. Sed quod intelligere secundum nullam speciem naturalium motuum dicatur, sed ex eo quòd est agere, vel operari, quod quidem etiam ipse Aristo. testatur de mente, cuiq; compertum est, cum asserat actionem eandem esse cum substãtia eius. Etenim Plato in Timæo vniuersum ens semper & secundum eadem eodemque modo se habere inquit. sed nihil eorum, quæ mouentur secundum substantiam, vel qualitatem, vel quantitatem, vel locum, semper & secundum eadem, & eodem modo se habere potest. Quare, cum etiam dicat in legibus, secundum eadem, eodemq; modo, & circa eadem, & ad eadem & vnam rationem, & vno ordine moueri mẽtem, videlicet motu sphæræ & ea reuolutione quæ assimilatur lationibus rei tornatilis, non motum transeuntem menti ascribit, neq; secundum totum, neque secundum partem, sed agendi: qui motus vniuersaliter dictus est ab eo, qui est exitus vitalis ab ipso esse ad agere. Quare immobilem esse mentẽ motibus naturalibus, dicit Aristot. discens à Platone. Sed si ergo sermo tendit in Platonem videtur respicere ad opinionem eius de anima. Nam Plato existimans corpora varijs motibus agitari, vt etiam Aristoteles, ab ipsa anima per se mobili tradit ipsi proxime moueri. Et quod vero ab anima proxime omnia cœlestia, etiam ipse Aristote. fatetur, qui plane asserit animata ipsa in Secundo libro tractationis de Cœlo esse, in quibus, cum dubitauerit nonnulla de astris, profunde dubitationem adempturus, inquit, nos velut de corporibus ipsis vnitatibusq; ordinem habentibus licet inanimatis mente discurrimus, verum de his ita intelligimus, perinde participent ac vita & actione. Vnde dicit ipsa vna cum cœlo circunduci, quæ sunt in ipso sita ipsique coniuncta. Vnde Aristotel. cum nouisset vitam post animationem aduenire, intellexit etiam animalia viuentia esse. At Aristotel. animam dixit immobilem esse, cui negat omnes motus naturales. Sed Plato ostendit ipsam esse seipsa mobilem, vtpote quæ à seipsa mouetur, & suis motibus corpora mouentem, qui haud naturales sunt, sed actiones animæ mutantes, ideo & motæ sunt. Quòd vero Plato non dicat animam moueri motibus naturalibus, audi eius dicta in decimo de legibus. Ducit porrò anima omnia cęlestia suismet motibus, quibus nomina sunt, consulere, prouidere, considerare, velle opinari recte. vel falso. Quare & anima immobilis est eo motu, quo mouet. Et Aristot. Platonem sequens, primo mouens, inquit, immobile esse, perinde ac anima sit immobilis eo, quo mouet motu, sed mens esse immutabilis, secundum actiones ab eo dicitur. Nam, quia oportet ante id, quod diuersis mouetur motibus, esse causam eiusdem proximam per se mobilem, & ante qualitercunq; motum id, quod non est à seipso, neque ab alio, est immobilis causa illius quod seipso mobile est & mouetur, propter quod immobile duplicitatem habens & ipsum facere cum pati indicans, non est sufficiens ad subeundum rationem principij siue proinde anima primo mouens sit, ostenditur etiam ipsa omni motu, qua mouet, immobilis esse, siue mens sit immobilis omni motu mutandi. Vnde nihil est in his, quo Plato & Aristote. dissideant præter nomen huius, videlicet, seipso mobile, quia Plato vocat animam seipsa mobile, & Aristotel. animal sic dicit quod quidem mouet secundum animam, quæ immobilis est eo motu, quo mouet, sed mota secundum corpus. Et hoc cõsentaneum est Aristoteli, qui putat haud alium motum nominari posse nisi naturales. Quocirca neq; actiones motrices animæ motiones motusúe dicendas esse censet. Licet Plato dicat esse primam speciem motus, vt ab infinitis incipiam, errorem, ac perturbatione inagitatæ & concussæ generationis in prima ac manifesta formarum ostensione: secundam vero esse speciem motuum naturalium: & tertiã speciem actionum animæ transitum, quarta vero species mentis, quæ licet immutabilis sit, tamen ab ipso esse excitatur ad actionem.

Immobile aliquid esse quod mouet.

In 8 physic.

Primam causam immobilem Plato statuit.

Intelligere nõ dicitur moueri aliquo naturalium motuum.

Motus actionis, & nõ trãsiens menti attribuit a Platone.

Moueri animam, ait Plato.

to, quã Aristo. posuit immobilem.

Motus species secundum Platonem.

Eius autem, quod potentia existit actus, cum actu existens agit, aut idem, aut aliud quatenus mobile, motus est.

Com. 11.

Id, quod est potẽtia est actu aliquid.

Per ea, quæ prędicta sunt, cum soluisset instantiam adductam contra primam assignationem motus, & rememorasset, quod naturalia non modo potẽtia sunt, sed etiã actu, perfectiorem assignat diffinitionem, addens quod illud potentia cuius est actu motus, non solum est potentia, sed est partim etiam actu: quandoquidem est quædã natura inter entia definita. motus autem est actus eius, non quatenus ea actu est. Nam s̃m hoc quiescit, & mouet magis, sed nõ mouetur, vel mutatur. Sed dupliciter fertur horum verborum scriptura. Equidem secundum Aspasium & The-

mistium & plura exẽplaria sic se habet. Eius autem, quod est potentia, quando cum actus fuerit, aget non quatenus ipsum, sed quatenus mobile, motus est. At secundum Alexandrum & Porphyrium, sic iacet scriptura, Qui est autem eius quod est potentia quãdo actu fuerit aliquid agens siue idem, siue aliud, quatenus mobile motus est. Verum Alexander non ignorauit scripturam Aspasij, sed magis huic additus est, quod etiam addit quandam differẽtiam motus. Nam illud additum, vel idẽ, vel aliud est indicatiuum huius, scilicet quendam motum ex seipso esse actum secundum id, quod est potentia, velut auctio & diminutio est, cum intrinsecus fit, & latio naturalis secundum locum, & mutatio animalium secundum appetitũ inclinationemq́. Sed ab alio agitantur ea, quæ vi mouentur & secundum artem omnia fiunt, & sane aliud agit, & aliud fit, sed commune ambobus est actus secundum id quod est potentia, quæ non minus est passio quam actio. Sed scitu dignum est, num motus violentus & artificiarius non sit motus naturalis. sed nunc sermo est de motu naturali, cuius principium est natura. Etenim motus violentus, ceu motus glebæ terræ sursum, non secundum id quod est potentia, & id quod est aptum fit: aliter non esset violentus. Nisi forte sit aliquid in potentia ad violentiam, & ad eam aptum natumq́; Nam neq; quoduis in quouis, potest vim facere, seu violentiam. Nam autem ea, quæ ex seipsis mouentur, non sint solum mota, sed cum duplicia sint, aliud mouẽs in seipsis habent, & aliud motum. Vt in motu animalium trãsmittente secundum appetitum plane videtur, vbi mouet anima & immobilis est, sed corpus mouetur, sic etiam id quod augetur, & secundum locum mutatur, habet aliud quod auget & transfert, siue naturam auctricem & secundum locum motricem, siue & aliud quid, quod naturam augeat & transferat, siquidem & ipsa mouetur non à seipsa. Et si hæc autem locum habeant, prorsus quod mouetur ex alio mouetur, & non ex seipso, & maxime secundum illos, qui nolunt ipsum quod est à seipso mobile in vno & eodem considerare, sed diuidunt idem in mouens & motum. Et forte securior est Aspasij scriptura. Verum, si habet quandam rationem illa adiectio secundum Alexandrum, illud, ex seipso, non velut in vno audiendum est, sed velut illud, quod in seipso intrinsecus causam habet mouentem, quæ etiam aliud præter motum est, vt anima & natura. Et hoc diuiditur contra illud, qđ mouetur ex alio, atq; extrinsecus manifeste, vt videtur in his, quæ vi & artificio mouentur. Ni forte & illud ex alio familiarius, conuenientius sit in his, quæ extrinsecus mouentur, sed naturaliter. vt quando ex aqua ignita aer fieret & ignis. Item in his, quæ alterantur similiter. Ignoro tamen, cur putat Alexander magis huic scripturæ consonare ea, quæ deinceps dicentur, quam alteri. Nequaquã existimo illud ex eodem in exẽplis apparere, quæ sunt in arte, si etiam habeat morbus vel sanitas aliquid naturale.

Motus appetitiuus nũ sit naturalis.

Dico autem, quatenus, sic. est enim æs potentia statua: attamen æris actus quatenus æs, motus non est. Non enim idem est æs esse, & potentia quadam mobile. Quoniam si idem esset simpliciter, & secundum rationem: esset vtiq; æris quatenus æs, actus, motus. non est autem idem, quemadmodum dictum est. Manifestum est autem & in contrarijs. posse .n. valere, ac posse ęgrotare, alterum est nam si ægrotare idem esset, & valere idem esset. subiectum autem & id, quod valet atq; ægrotat, siue humiditas siue sanguis, vnum & idem est. Quoniam autem non est idem (quemadmodum neq; color idem, & visibile) possibilis quatenus possibile, actus, manifestum quod motus est.

Tex. 10.

Etiam, quod motum secundum id, quod est potentia in ipso, moueatur, & quod est aliquid etiam actu in ipso moto & non secundum illud mouetur motum, plane ostẽdit per exempla, vna ostendens, quod & si subiecto idem fuerit id, quod est partim actu, partimq́; potentia, & secundum aliud, tamen hæc ratione diuersa & non eadem sunt. Et dixit; Quoniam si idem esset simpliciter, pro hoc omni modo, vt non solum subiecto idem sit, sed etiam ratione. Si ergo ita se habet, inquit, aliquod absurdum manifeste sequitur, accidítq́; illi, qui dicit, ipsum motum esse actum secundum id, quod est potentia eius, quod est actu: siquidem erat idem ratione id, quod est potentia, & id quod est actu. Sed hoc absurdum, quia id, quod est actu, quatenus actu est, proprias operationes habet immutabiles. Etenim æs, si quicquam efficit, vt æs efficit, sed non quatenus aliud quid potentia est, expers mutationis & motus est. Vnde videtur antecedente sublato, consequens tollere ob id. Non est autem idem, quemadmodum dictum est. Attamen haud ita conclusit, sed velut consequens ex hoc, Esset vtique æris quatenus æs actus motus. Quod vero non idem ratione sint id, quod est actu, & id, quod potentia, ostendit sic in contrarijs potentijs. Actu ens etiam potẽtijs cõtrarijs est subiectum. vt corpus idem est, quod potest recte valere, & aduersa valetudine laborare, & non aliud: Potentię vero, s. posse valere, & posse ęgrotare non eadem, sed diuersæ sunt. igitur actu ens non idem est cum suis potentijs, sed diuersum. Nam omnia vel eadem, vel diuersa sunt. Vnde in secunda figura est persuasio. Illud vero, Non est autem idem, quemadmodum dictum est, reuocat ad memoriam ea, quæ sunt prius dicta de hoc. Dixit aũt, Quoniam autem quædam eadem & potentia & actu sunt, at non simul, aut non s̃m eandem rationem. & propter hoc sequitur hoc, Non .n. idem est æri esse & potẽtia quædam mobile. Ostendit autem, quod diuersæ sunt potentiæ laborandi morbo, & sanandi, quia diuersæ sunt actiones. Nam assumendo id, quod est potentia, quia vt se habent opposita actu, quod attinet ad identitatem, & diuersitatem, ita se habent ea, quæ sunt potentia, Syllogismum sic ergo hypotheticum in secundo modo facit conuertẽdo cum contrapositione. Si ea, quę sunt potentia, non diuersa sunt, sed eadem, etiam ea, quæ sunt actu, eadem erunt: quod quidem absurdũ est. Nam ea, quę sunt actu, perspicuo diuersa sunt. quare & ea, quæ sunt potentia. Et patet, quod ea, quæ sunt potentia, sint causæ actuum, vt quæ prius cõsistant. nam prius aptum esse natura necesse est, deinde sic operari. sed euidentiora sunt ea, quæ sunt actu, illis, quæ sunt potentia. idcirco ex illis demonstrat hæc dicẽs, Namq; ægrotare quidem; & valere idem esset. Nam si idem est id, quod potest etiam idem id, quod est actu. Quod quidẽ perspicuo absurdũ videtur. Si ergo potentię sunt diuersæ, & subiectum est idem potentijs, non erit idem ipsum actu, cum potentijs. quod quidem proponebat ostendere. Illud vero, siue humiditas, siue sanguis subiectum, quod quidẽ est sanum, vel ægrotans, dixit, quia nunc non propositum est quęrere hoc, in quo primo valetudo bona, vel morbus collocetur. Vt nonnulli quærebãt, nunquid in humiditate & humoribus simpliciter, vel in sanguine, qui etiã alios humores habeat: vel in spiritu, vt multi veteres medici tradũt, vel in solidis: vel in cõmensuratione æquaúe primarũ qualitatum proportione cõsistat. Nã multæ de hoc extiterunt opiniones. Quidam .n. sanitatem in proximioribus veluti in pri-

Cõm. 18.

Id, quod actu est, & id, quod potestate non idem, sed ratione differũt.

Sanitas in quonam sit.

mis

mis collocauere, quidam vero in medijs, quidam deniq; ad maxime prima ascenderunt, vt Hippocrates & eius imitatores, qui ad primas qualitates primorum elementorum recurrerunt. Est igitur syllogismus, quo vtitur, ostendens quod aliud est subiectum, & aliud est id, quod est potētia, categoricus in secunda figura talis; cum ipse perspicuo in contrarijs ratiocinetur. Subiectū contrarijs potētia vnum est, & non diuersum: Quæ possunt, inter se diuersa sunt: siquidem & ea, quæ sunt actu sunt diuersa. Igitur subiectum & actu ens non est idem his, quę potest. si vero non idem, igitur diuersum. Nam omne, quod idem nō est, diuersum est. Et hypothetice sic est concludere. Si vtrunq; eorum contrariorum, quæ sunt in vno subiecto potētia, subiecto idem est, & inter se contraria erunt eadem. Nam quæ sunt eidem eadem, sunt etiam eadem inter se. Quod, si absurdum est contraria eadem esse, & hoc antecedēs absurdum erit, quod vtrunq; contrariorum subiecto idem sit. Quòd vero non idem sint ratione ipsum quod est potentia, & id, quod pōt, & si subiecto idem sint, ostendit exemplo coloris & visibilis. Nam horum vnum est subiectum, sed rationes differētes. Nam aliud est color, qui est actu in ipso, & aliud, quod est potētia visile. Et est color motiuus actu diaphani transparentis, s. quo videntur colores, aut color est terminus perspicui qua perspicuū est, vt ipse diffiniuit. Nam visus trāseundo diaphanum colorem cōprehendit. Equidē visile est, quod videri potest, & est hoc colori accidens, sed accidens non est idem illi, cui accidit. Ideo diffinientes colorem proprium sensile visus ab accidēte diffiniunt. Non. n. est ipsa substantia coloris, sed visilis, quod accidit colori. Quod vero substantiæ horum, s. visilis & coloris, eadem haud sint, ex hoc maxime patet. quia visile, etsi color est, tñ non quia color accipitur, sed quatenus videri potest. At color non est color ſm ipsum quod est potentia. Nam illud, nōdum est color, sed secūdum id qđ actu, neq; quatenus videt color actu est. Similiter album est album suapte natura, sed visile minime ſm suam naturam. Item visile ad aliquid est. Nam ad illud relationem habet, quod videre potest. Sed color non est ad aliquid, sed per se. Igitur color, non qua color, visilis est, sed eius proprium est visile, non tamen diffinitio. Similiter autem peccant qui definiunt vocem esse proprium sensile auditus. Nam audibilis est hæc diffinitio, quod accidit voci. Nam neq; ipsa sola est audibilis, siquidem strepitus, cum aliquid sit, aliud à voce, audibilis est. Item qui vocē assignant aerē percussum, vt Diogenes Babilonicus, peccant. Nam vox sic corpus erit, si quidem est in ipso vt in genere aere. Verum aerem passum, i. aerē percussum tradūt pro affectione ipsa, quæ est percusio. Atqui vox erit ſm percusionem, sed non secūdum percussum. Et est vox, vt Alex. inquit, percusio eius per electionem, qui aerem expirat per instrumēta, quibus prodit vox. Nisi forte haud sit percusio, sed ictus sonusue ex percusione. Si ergo hæc verā fuerint, non idem sunt æs, & id, quod est potentia statua, licet subiectum idē sit tamen differunt ratione. Quare bene assignata est diffinitio motus, vt sit actus eius, quod moueri potest, quà potest moueri: & instātia ob talem assignationē nos haud turbabit, deinceps si dicatur motus esse actus eorum, quæ mouētur. etsi aliqua etiam mouere videātur, Nam ostensum est, idem esse subiecto id, quod est potentia, & id, quod est actu, sed secundum, id quod est potentia fieri motum: quare non ab re additur illud, quatenus.

Subiectum est aliud, et aliud quod est in potentia.

Coloris definitio a fine.

Coloris definitio ab accidente.

Vocis definitio ab accidente.

Vocis vera definitio.

Tex. 11: *Quod igitur sit hic, & quod accidat tunc moueri, cum actus iste fuerit, & neq; prius, neq; posterius, clarum est. Contingit. n. vnumquodq; quandoq; quidem operari, quandoque autem non. vt ædificabile quatenus ædificabile, & ædificabilis actus. quatenus est ædificabile, ædificatio est. Aut enim hoc est ædificatio eius, quod est ædificabile actus, aut domus. Sed, cum domus est, non amplius ædificabile est. ædificatur autem ædificabile. Necesse est ergo, ædificationem actum esse. ædificatio autem motus quidam est. At vero eadem conueniet ratio & in alijs motibus.*

Cōm. 13. Cum dixerit motum esse actum eius, qđ est potentia, quia videtur id quod est potentia in quadā sola idoneitate aptitudineúe considerari, & actus est inter ea quæ perfectiones sunt, proponit ostendere velut in ipso ędificatili, quod est potentia quod eius actus est motus, & quod alius non est nisi ædificatio, quæ est motus. Sed antequā absoluat declaretq; hac demōstrationes, rursus dubitādum est, quia actus eius, quod est potentia, magis passio, affectioq; est, quàm actio, seu actus. Dicit vero ipsum actū esse, quia per illum efficitur ab efficiente & mouetur à mouente, & quia est via ad id, quod est actu, & quia id quod prius vacat & in sola aptitudine consistit, rursus mouetur ad id, quod est actu. Forte autem & cum motus naturales intrinsecus sint, aliquomodo idem sunt mouens & motum, & propter id talis affectiò videtur aliquomodo actiua. Nam prima natura cum patitur disponit corpus. Et quod quidē sit huiusmodi actus in eo quod est potentia, per hoc ostendit. Contingit enim vnumquodq; aliquando quidem operari, aliquando autē non, vt ædificatile. Et quod dicat vnumquodq; mobile, & in quibus est id, quod est potentia perspicuum est. Nam in his, quæ semper mouentur, nō est ipsum interdum agere, vel moueri, & interdū minime. Nā semper mouentur quanquam alio & alio motu. Quod vero necessarium sit id, qđ est potentia, ne frustra sit, mutari in id, quod est actu aliquādo, & hoc perspicuum est. Et cum sic necessarium sit, cur igitur cōtingere dixit? Nam quia multa eorum, quæ sunt in potentia, antequàm in id, quod est actu mutentur, & ex eo vel agant, vel agantur, corrūpuntur. Nam plures antequàm dentes producant, aut genii sint, interiere, qui tum dentes habuerunt potentia, sed non operati sunt secundum id, quod est potentia. Forte autem quia ea, quæ proprie sunt in potentia, in generatione & corruptione versantur, & quando agent, & secundum id quod est potentia contingēter agunt, & non necessario, sat tamen est ad rationem diffinitionemq;, & si non omnia, sed quædā, quæ sunt potestate, transmutata fuerint ad actum. Nam in his apparebit motus. Sic igitur & ædificatile, quod est potentia, aliquando ageret, velut ædificatile quando ædificatur, & aliquādo non. vt si iaceant simpliciter lapides, & lutum, & nondum moueantur ab ipso ædificatore. Sed quis sit actus in ædificatile dicit, qđ actus ædificatilis, qua ædificatile est, ædificatio est. Et quod ipsa sit, ostēdit diuisione. Vel enim ipsum potentia est actus antequam transmutetur, vt lapides, & lutum secundum potentiam suam actus, qđ quidem absurdum est: nam illa erant etiam antequam actu essent. Et prorsus alia sunt potentia, & alia sunt ea, quæ sunt actus ipsorum, vel ipsum actu est actus sui vt domus, sed hoc etiam fieri nequit. Ostendit autem hoc sic virtute, actus ędificatilis est manente ędificatile igitur actus ædificatilis non est actu domus. si ergo neq; ante ædificari est actus ædificatilis, neque postquā est ædificatum: ædificatur autem ædificatile dum est mediū inter potentiam & actum: patet quod actus ædificatilis est dum ædificatur, & actus ædificatilis dum ædificatur, ipsa est ędificatio. Quod vero ædificatio sit motus, vt ambulatio, & discursus perspicuum est. Quare vnumquodq; assumptū ostensum est & recte cōclusum est de ædificatili;

Actus eius, quod est potentia est passio.

Illud, quod est in potentia mutatur nonnunquā in id, quod est actu.

Quod est potentia agit contingenter.

quod actus ædificatilis est qua ædificatile motus est; quamquam conclusioné preter miserit Arist. velut manifestum. Verum, cum ostendisset in vno ædificatili, & vna ædificatione motum esse actum eius, quod est in potentia, dum manet in potentia, merito intulit. At vero eadem ratio & in alijs motibus, quandoquidem nullum sit discrimen inter ædificatile ædificationemque, & alia, quę sunt potentia & actus ipsorum. Quare motus omnis actus erit mobilis qua mobile est. Instat auté Alexander, quia in quibusdam exemplaribus, non inuenitur hic contextus. Respondendo inquit, q quidam recusarunt ipsum ob eius ineuidentiam, & quia quę iam dicta sunt, eodem hoc contextu dici videntur. Sed quod non ita manifeste ostensa sint ea, quæ in diffinitione motus comprehensa sunt, perspiuum est. Quod vero si solú ea, quæ sunt immanifesta & captu difficilia conscriberemus, plura profecto eorum, quæ dixit Arist. conscriberentur, manifestum est. Sciendum tamen, q Themistius & Porphyrius hunc librum exponétes, & hunc contextum interpretati sunt. Item sciendum est, q Plato omnem actum esse motum fatetur secundú exitum ex substátia in operationem, contempládo agentis actionem. Arist. autem & eius amici dicút motum esse actum, sed non omnem actum esse motum, quandoquidem non dicat actum actionemúe perfectam esse motum. Nam est inter imperfectos, quà imperfectus est. quare motus est eorum, quæ sunt in potentia & nondum sunt, sed erunt. Et patet, q solum nomine dissident, qui putant actum solum mutandi appellandum esse motum, & qui extendunt motum ad omnem actum ex substantia exeuntem.

Omné actum esse motum dicebat Plato.

Tex. 12. *Quod autem bene dictum sit, manifestum est & ex his, quæ alij de ipso dicunt, & ex eo, quòd non facile est definire aliter ipsum. neq;.n. motum atq; mutationem ponere in alio genere poterit vtiq; aliquis, neq; qui aliter dixerunt de ipso, recte faciunt. Manifestum autem est considerantibus, quòd ponunt nonnulli ipsum alteritatem, inęqualitatemque, & id, quod non est, dicentes esse motum. Quorum nullum necessarium est moueri, siue altera sint siue inæqualia, siue non existentia.* Tex. 13. *Sed neq; mutatio, aut ad hæc, aut ex his magis est, quam ex oppositis. Causa autem, cur in his ponant, illi, est, quoniam indeterminatum quiddam videtur esse motus. Alterius autem coordinationis principia, ex eo quia sunt priuatiua, indeterminata sunt: neq;.n. hoc, neque tale vllum ipsorum est: quoniam neq; aliorum quicquam prædicamentorum.* Tex. 14. *Cur autem videatur indeterminatus esse motus, causa est, quòd neq; in potétiam eorum, quæ sunt, neq; in actum, licet ponere ipsum simpliciter. neque.n. id, quod potest esse quantum mouetur ex necessitate, neq; id, quod actu quantum est.* Tex. 15. *Et motus actus quidem aliquis esse videtur, imperfectus tamen. Causa autem est, quoniam imperfectum est id quod, cuius actus est motus. Et ob hoc iam difficile est accipere, quid ipsum sit. Aut.n. in priuationem necesse est ponere, aut in potentiam, aut in actum simplicem. horum autem nullum videtur esse posse. Relinquitur igitur dictum motum, actum quidem quendam esse, talem autem actum, qualem diximus, difficilem quidem cognitu, sed qui esse possit.*

Com. 14. Cum dixisset suam opinionem, etiam ad opiniones veterum de motu sese transtulit considerádo illas. Et Alexander, vt alia, nescio qúo interpretatur nunc dicta. Vnde inquit, ex hoc in principio dicto, Quod auté bene dictum sit manifestum est & ex his, quæ de ipso dicit, atque ex eo quod dicit, neq; pôt motus in alio genere poni patet quid velit. Nam inquit, Arist. fidem facit ex opinione veterum; qui, cum posuerint motum extra huiusmodi actum, nihil integrum, rectumq; de ipso tradiderút. Ni forte congruentius sit intelligendum, quod vniuersam penitus traditionem sententiarum, quas de motu veteres promulgarunt, confuiet. indicat itaq; ex eorum sententia & intellectione se recte motum diffiniuisse. Etenim illi motú collocarunt in ipsam inæqualitatem, diuersitatem, vel alteritatem, atq; non ens, quia motus quoddá indefinitum esse videt. Cum igitur apud Pythagoreos duo sint ordines mutuo è regione respondétes, in quorum altero collocatur motus, qui habet principia priuatiua & indefinita, inter quę veniunt diuersitas, inæqualitas, & non ens. Nam decem oppositiones veluti principia sumpta ab ipsis fuere. merito indefinitum quoddá motus videtur illis, atq; nobis. nisi quia illis videtur collocandus esse in ordine priuatiuo & indefinito, quia est oppositus quieti, stationiue, quę est certa ac definita. nobis autem videtur indefinitus etiam esse, q non potest poni in ipso, quod est potétia neq; ipso quod est actu. Etenim quod est solum potentia nondum mouetur, & illud, quod est actu, non amplius mouetur. si ergo non est id quod potétia, neq; id quod est actu, neq; est actus, qui esse maxime videtur. Nam motus est actus imperfectus, quia quod est imperfectum potétia est cuius actus est motus, merito indefinitus videtur esse motus. Priuatiua autem alterius ordinis contrariorum dixit principia, quæ videlicet decem describunt, quia sm ipsum principia contrariorum sunt forma & priuatio, & ea principia, quæ in meliori ordine decem sunt, sub forma erunt, & quæ in deteriore sub priuatione erunt. Forsitan auté ante ipsum & illi principium formale, & priuatiuum dixerunt. At decem ordines mutuo respondentes sic in alijs Arist. narrat.

Motum quod indefinitũ esse tradiderunt antiqui.

1	Bonum	Malum
2	Finis	Infinitum
3	Impar	Par
4	Vnum	Multitudo
5	Dextrum	Sinistrum
6	Lux	Tenebræ
7	Masculinum	Fœmininum
8	Quiescens	Motum
9	Rectum	Incuruum
10	Quadratum	Altera parte longum

Decem Pythagoricorum principia, opposita secundum rationem formæ & priuationis.

Et dicuntur alia ex his esse priuatiua, non qñ vt formæ considerantur, sed qñ excidunt. ideo neq; hoc sunt, neque tale. Nam priuationes & si in eisdem prædicamentis sint, tamen velut ea, quæ minus consistant. Et ego existimo ad illud assignari hæc, s. cum dicit. Quòd auté bene dictum sit, manifestum est ex his, quæ alij de ipso dicunt. Sed Alexander tradit nihil assignari quod hoc sequatur, sed secundo dicto, scilicet. Et ex eo quod non est facile definire aliter ipsum, inquit subiunctum esse hoc. Neq;.n. motum atq; mutationem ponere in alio genere poterit aliquis. & obscuritatem, atq; incongruitaté contextui obijcit, quia proxime dicto non subiungit hoc. Neq; quicquam dictum ab alijs de ipso sane recteq; dictum est. Nam hoc prædictum inquit, sequit quod infert. Manifestum est aút considerantibus, q ponunt nonnulli ipsum alteritatem, vsq; ad hoc, difficilem quidé cognitu, sed qui esse possit, & alio modo textum admittendo melius inquit illud. Neq;.n. motum, atque mutationem ponere in alio genere quis poterit, pro hoc, s. in alia natura intelligendum est. Et erit id quod hæret ei hoc. Manifestum est considerantibus, quod ponunt nonnulli ipsum alteritatem. Sed in multis inquit, hunc contextum adduci minime. Et ob id neq; in ea vllum commentarium

Platoné quod posuerit motum alteritaté reprehendit.

Alexander, quem tamen defendit Simplicius.

mentarium esse scriptum memorat. Et ipse, vt mihi videtur, confuse eam exposuit. Sed multa obiecit, perinde ac si Plato asseruerit motum esse alteritatẽ, quibus præstantiora hæc esse existimo, & forsitan omnia. ea.n.fulc; deq; versat & agitat. Vel.n.inquit, Plato dicit motum alteritatẽ esse quæ est ad aliud, vel eam, quę est in vno, vel alterationem, & mutationem. Sed neq; alterũ seu diuersum penitus mouetur. neq; habens diuersitatem in seipso, ceu caliditatem, & albedinem: qñquidem neq; id, quod est penitus potentia, moueatur, neq; omne operans. ꝙ si dicunt alteritatem esse alterationem & mutationẽ, profecto nil aliud dicunt, q̃ motum esse motum. Et Plato dicit in Sophista motum esse non ens, sed quod plane à Platone dictum est dimittẽs Alexander nititur ostendere syllogismo. Nam, quia dixit entium alia moueri, alia vero quiescere, accepit entis differentias esse motum & quietẽ. sed differentiæ, cum sint entis & genus non prædicatur de suis differentijs, igitur neq; ens prædicabitur de motu & quiete: quare, si hoc verum est, neq; erunt entia. Et patet quidem, quod & si non sit velut de speciebus, tñ insunt genera differentijs. Nam animal est rationale & irrationale, & si non velut animalia hæc sint. Sic igitur motus & statio, si sint differentiæ generis, tamen non erunt extra ens. Sed plane Plato dicit motum non esse ens, vbi inquit: Est igitur ex necessitate non ens, de motu dici & sm omnia genera. Verum dicit ipsum non ens, non quia sit nihil, quod etiam caret nomine proprie, sed secundum alteritatem & diuersitatem, quam habet ad ens, quod quidem esse vnum generum inquit, intellectum sm definitam proprietatem, sed non sm omnium rerum continentiam. Vt ergo motum dicit non ens secundum diuersitatẽ, quam habet ad tale ens, sic etiam ipsum esse ens, inquit, sm participationem entis. Dicit autem sic, Nonne igitur plane motus tum ens vere, tũ vero non ens, ens quidem quod ente participat. Cæterum cum dicat, huius opinionis dicẽtis motum esse non ens, fuisse Pythagoreos, pro illis respondet dicens, ꝙ non palam forte, neq; hoc modo proferebant tanquam dicerent perfectum de eo quod non est, sed velut de eo, quod mouetur quod nondũ est id actu ad quod tendit, sed adhuc est imperfectum, Hæc etiam Aristoteli placent de motu disputata. Hæc autem, s. alteritatem, inęqualitatem, & non ens, si velut causas motus dixerũt Plato & Pythagorei, sic esse possunt, sed non sat erãt pro diffinitione motus. Non.n.eadem est causa cum effectu. Illi vero, qui motum non ens dicunt, quanquam quicquam veri proferant, tñ aliquod accidens motus tradiderunt, non quod sit motus. Et quod Plato dixerit inæqualitatem, velut causam, paulopost perspicuum erit, qñ verba Platonis adiecerimus. At in præsentia sat scire est, ꝙ Eudemus ante Alexandrum narrans opinionẽ Platonis de motu & contradicens ei hæc scribit. Plato autem magnum & paruum, & non ens & dissimile, & quæcunque cum his idem incidũt motum esse dicit. Apparet autem absurdum ipsum idem dicere motũ. Nam, si adsit motus, videtur moueri id, in quo est. dum aũt est inæquale & dissimile, quod moueatur instare ridiculũ est. Vnde melius est dicere eas esse causas, vt etiam Architas. Et paulopost inquit Eudemus, Pythagorei & Plato bene admodum ad motum ipsum indefinitum referunt. Equidem aliorum nullus dixit. Non.n.definitum est, & imperfectũ, atq; non ens est. nam fit, & id, quod fit, non est. Et Aristo. sermonem dicentium motum esse inæqualitatem, & alteritatem corrigit. Nam oportebat, inquit, altera, vel inæqualia, vel non entia illico moueri. At nũc minime apparet, quod aliquid horum moueatur. Nã omnia entia sunt inter se diuersa, & tamen non omnia mouentur. Sed de non ente adhuc absurdius est, si non ens mouetur. At si quis dicat, quod ad hæc quæ mouentur, moueantur, vel ex his, & ob id esse motus videtur, assumens talem instãtiam, inquit, nulla mutatio est ad hęc, neq; ex his magis est q̃ ex oppositis, & in opposita, videlicet vt ex identitate, æqualitate & ente, & in eadem. Potest autem, inquit Alexander, hoc, nihil magis ex alteritate & in alteritatem fieri motum, q̃ ex identitate & æqualitate dici. quia & si maxime quod mouetur ex aliquo altero in alterum mouetur, tñ hæc mota sunt, vt id quod albefit & quod nigrefit eiusdem generis sunt inter se, cum sint qualia & sm hoc eadem sunt. Similiter quoq; & quanta secundum quæ auctio & diminutio fiunt, & in alijs. Sed dicẽdo Alexander, ꝙ ob id motum existimarunt esse indeterminatum, quia in nullo certo genere ipsum ponere potuerint. Nam entium & determinatorum alia sunt potentia, & alia actu, sed in neutris horum motus est. Hæc igitur vix ęquo animo dicẽdo rursus destruit hęc subiungens, Sed per hęc simul, vt dixi, & ꝙ non facile sit aliter, q̃ ipse dixit de motu determinare, ostendit, quanquam per hæc quod etiam dicentes indefinitum intenderint mentem ad motum indicat, & causam indeterminati & difficultatis sermonis de ipso bene commonstrat aliqñ quidem dicendo, quod neq; est ipsum potentia, neq; ipsum actu, neq; actus perfectus, in quibus omnibus entia continentur, aliqñ vero asserendo ipsum collocandum esse in priuatione. qm̃ non videtur esse id, quod est actu, sed neq; priuationem simpliciter dicit esse. Nam priuatio est formæ. At cuiusnam formæ priuatio est motus? Nam si quietis priuatio est, cur non magis quies est priuatio motus? Neq; potentia est. Nam potentia immobilis est, & id quidẽ per se potentia. Attamen motus neq; simplex & perfectus actus est, imperfectus: qa est imperfecti existentis potentia, & ob id difficile est videre, ꝙ perfectorum sit cognitio: tñ potest sublillere. si ergo huiusmodi actus motus est, bene Arist. non in generibus ipsum entis posuit, vt Plotinus. Nam genera sunt perfectorum & determinatorum: At motus in cunctis consideratur generibus sm mutationem ab eo, quod est potentia, ad id, quod est actu. Sed reliquum mihi occasio est Platonis verba adferre in medium, quæ sic in Timæo scribuntur. contra quę Arist. & expositores obiecere. In ipsa Iqui æqualiq; natura haud motus esse vult. Nam quod mouendum est, sine agitaturo, aut agitaturum sine agitãdo & mouendo difficile est, immo nequit reperiri. Motus autẽ non est, si ea absit. Hæc vero leuia, æqualiaq; esse nunquã possunt. Sic itaq; statum inæqualitate, & leuitate collocamus, motũ vero in contraria semper natura ponemus. Inæqualitas porrò naturæ irregularis causa est, quæ leui æqualiq; contraria est. Sed inæqualitatis generationem iam tractauimus. Sed quonam modo singula sm genera non diuisa moueri inuicem ferriq; desinunt, nequaquam diximus. Ita cum dixisset qũo ob vniuersi ad seipsum inclinationẽ quæ sunt subtiliora tenuioraúe cum crassiora adeunt illa quidem segregant, & ipsa vero congregantur. Vnde concludẽs dicta infert. Sic vtiq; & has ob causas naturæ leuitati contraria semper generatio conseruata, horũ motum semper existentem & futurũ perpetuo præbet. Quibus perspicuum cuiq; est, Platonem haud mentionem fecisse de alteritate. Quòd si Plato & Pythagorei dicant, cum hęc tria sint, ipsa videlicet alteritate considerata sm formam, & altero, quatenus participat alteritate & alteratione, dixerunt motum esse alterationem eam, quæ est vt mutatio, & quæ est vt actus accipientes. At Aristo. alteritatem illam, vt formam suscepit, cuius est particeps alterum, ideo & ad dissentaneum

Diuersitatem & inæqualitatem quomodo Pythagorei, & Platonici principia posuerint.

sentaneum incõueniens reduxit rationem dicens: quorum nullum necessarium est moueri, neq; si altera sint, neq; si inęqualia, neq; si non entia. Nam si esset alteritas motus, ea, quæ participant alteritate, mox mouerentur: qñquidem sunt altera. Et non obijciendum est Arist. quod non putauit accipiendum esse alteritatem vt formam, tanquam motum sm illos, sed alterum, & ob id adhuc rationem ad incõsentaneum redegit, vbi inquit, Quorum nullum necessarium est moueri, siue altera sint, siue inæqualia, siue non existentia. Non.n. subiunxit in ratione alterum velut motum, sed velut id, quod alteritatis est particeps, quæ si motus erat, alterum ipsius particeps penitus moueri debet. Sed Eudemus apertius exposuit demonstrationem Aristotelis in his verbis, quæ pauloante attulimus, in his, s. Nam, si adsit motus, videt moueri id, in quo ipse est, sed inæquali cõsistẽte, vel dissimili, instare q̃ moueatur, ridiculum est. Sed penitus neq; inæqualitatem, neq; non ens, neq; ea, quæ his participant, motum esse par est existimare, sed vt ita dicam inæquationem & subsistentiam, vel insubsistentiam. Nam hę sunt motus; quippe quędam mutationes vnicuiq; generi proprie à potentia in actu sunt. Non.n. alteritatem aiunt iam separatam & manentem in forma, sed inæqualitas & dissimilitudo deterioris ad melius vel moti ad mouens, festinans ad perfectionem ducere imperfectum, & ingerens ipsi, quod est potẽtia ipsum actum à meliore, causam immittit primum motus. Item ab ipsa etiam inæqualitate mouentis ad motum est discere & intelligemus inæqualitatem, & dissimilitudinẽ & alteritatem. Nam aliud est mouens & aliud motũ, & hæc inæqualia & dissimilia sunt, & propter hæc motus cõsistit circa id, quod mouetur ab ipso mouente productus sm ipsam dissimilitudinem & inæqualitatem, non quod determinetur secundum dissimilitudinem & æqualitatem, sed quod indefinite procedit sm ipsum magis in ipsa irregularitate inæqualitateq;. Nam mixtio indefiniti & definiti motũ statuit. Nam principium motus est ipsa dissimilitudo, inęqualitasq;, & differentia moti ad mouens, actus vero à potentia, principij vero à medijs, & à fine omnibus his dispositis differenter in motu. Etenim quousq; idem aliquid mãserit & vnum, non aptum est moueri. Quare merito altera, inæqualia, & non entia, quæ iam in hoc steterunt, non mouẽtur: sed quę facta sunt altera, aut inæqualia & substantiæ hæc mouentur, festinantia semper ad differens & ad alterum. Etsi in ipsa inęqualia ex ęqualibus fieret mutatio, ex eo, q̃ sint indefinita ob æq̃le, etiã dum fit inæquale, & distat ab ęquali, fit mutatio. quia quatenus stetit in ipsa qualitas æqualis, non mouetur ab æquali, vel inæquale. Deinde non sm vnum mutatio consideratur ab aliquo in aliquid, sed secundum vtrunq; simul, s. ab aliquo simul in aliquid. Actus ergo, qui per alterationem fit, simul duo comprehendit. Sed extremorũ comprehensio est dissimilium & differẽtium comprehensio, Et quousq; ipsa adfuerit, necesse est moueri id, quod eius est particeps. Sic igitur motũ, cum sit indefinitus ponunt veteres inter priuatiua. Est autem similis dissimile, & æqualis inæquale, & eiusdẽ, alterum, & entis non ens priuatiua: quare merito in his motus cõsideratur. Nam quatenus priuatur forma & appetunt ipsam, & contendunt eam & attingere, eatenus mota mouẽtur. Merito igitur motum in priuatione collocãt Pythagorei & indefinitum ipsum dicunt, quia non est materia per se, neq; forma, neq; potentia, neq; actus, est tñ mixtum aliquid ex his & intermedium huiusmodi est vt neutrum sit, & sic ipsi competit non ens, qñquidem non sit potentia, neq; actus, sed via quædã, qua aliquid ab altero in alterum tendit. Et imperfectũ igitur in tali actu circa ipsum huiusmodi erit tanquam nondum formam & actum habeat, & medium in singulis adeo obtinebit, vt nec forma, nec priuatio, nec potentia, nec actus perfectus affirmari posit. Nam captu difficile est quisnam actus sit circa hęc omnia separatus ab his omnibus & alio modo inexistens cum omnibus & in potentia præsens, & quandiu est potentia tandiu maneat, & cessante potentia, & ipse penitus abeat & intereat. At si neq; in potentia, neq; in actu, qũo actus dicitur motus. Vel non simpliciter dicitur actus, sed imperfectus. non velut mutatio imperfecta, sed actus imperfectus & forma imperfecta. Differt autem motus ab eo, quod est actu & ab actu perfecto, quia his præsentibus corruptum est id, quod est in potentia, sed manente eo, quod est potentia motus, perficitur actus motus. Sed ad cætera proficiscendum est.

Motus quo- mõ actus dicatur si nec sit potentia, nec actu.

Mouetur autem & mouens (sicut dictum est) omne, cum sit potentia mobile, & cuius immobilitas quies est. Cui.n. motus inest, huic immobilitas quies est. Nam in id agere, quatenus huiusmodi, idipsum mouere est. Hoc autem facit tactu: quare simul & patitur. Ideirco motus est actus mobilis, quatenus mobile existit. Accidit autem hoc tactu motiui. Quare simul & patitur. Tex. 16. Tex 17.

Cum prius dixisset mouens naturaliter, & ipsum mobile esse. Nam omne tale mouet motum: vult nunc simul afferre signa manifesta, quibus cognoscuntur ea, quæ dum mouent, econtra mouentur ab his, quæ mouent. Simul autem vt inquit Alexander, vult seiungere diuinum corpus ab his, quæ dum mouent econtra mouentur & patiuntur. Sed vno signo & indicio videtur separare naturaliter mouẽs, & id, quod econtra mouetur in generatione ab eo, quod immobiliter mouet, veluti à prima & intellectuali substantia, & ab eo, quod semper est in motu, velut à cœlestibus. Etenim id, quod physice mouet potentia mobile cum sit, mouet. ideo & econtra mouetur. & non mobile solum potentia est, sed etiam motiuum. At prima substantia prorsus est expers potẽtię, qua mouetur & mouet. Et neq; mobile est omnino, cum sit vndequaq; immobile, neq; motrix potentia. Nam ab omni imperfectione & omni, quod est potẽtia, libera est. Igitur neq; motrix potentia erit, neq; interdum sic, interdum non, neq; quo ad aliqua sic, neque quo ad aliqua non. Hac igitur ratione distinguitur naturaliter mouens à mouente immobili. Et quanquã sit mouens naturale immobile, & potentia mobile, tñ haud similis est illius & primæ substantiæ immobilitas, sed in naturalibus velut aliqñ motis est immobilitas, & propter hoc dicitur quies. Nã cui motus inest, huius immobilitas quies est. sed in prima substantia, quæ est penitus immobilis, immobilitas non est quies, sed idem status est, & semper immutabilis. Item à cœlestibus eisdem argumentis seiungit ea, quæ sunt in generatione & corruptione. Nam haud illa dũ mouent econtra mouentur. Etenim, si moueantur ipsa ab immobilibus causis, tñ non econtra mouentur ab his, quæ mouent. & neq; potẽtia sunt mobilia cum semper moueantur, nisi aliquis accipiat potẽtiam in eis quo ad alium atq; alium motum, quia in alio & alio loco mouentur. Sed neq; ipsa quiescunt, sicut neq; primæ substantiæ. Verum illæ ideo non quiescunt, quia neq; moueri aptæ sunt. Nam cui motus inest, huius immobilitas quies, hæc vero non quiescunt, qm semper mobilia sunt. Quòd vero cui inest motus huius immobilitas quies sit, & non immobilitas prorsus immobilium, ostendit ex hoc, quia agere est mouere, esseq; motiuũ mobilis, quatenus mobile, i. quatenus aliquando antequam agatur & fiat, solum est potentia immobile & quiescens secundum eum motum, quo moueri debet.

Cõm. 15.

Mouentium naturaliter a prima causa mouẽte discrimen.

Naturalium motio diuersa est a cœlestiũ motione.

Quiescere ea prorsus dicuntur quibus innatum est ut mouerentur.

Tactu moueri quod dicat Aristot.

debet. Nam quiescens sic immobile est, vt etiam moueatur aliquando. Illud vero sic in hoc agens, cum sit naturale & corporeum, tactu mouet. Quia in his corporibus sunt actiuæ & passiuæ qualitates, quę sunt in corporibus subiectis sic agentes, vt ab eis minime separentur ab ipsis. Et, cum vnumquodq; hoc modo mouens naturale in seipso habeat quod est in potētia, sm id, quod est actu agit, & secundum id, quod est potentia, patitur, ideo & econtra mouetur sic mouens. Nam, cum sint eiusdem materiæ & contrarietatis sub ipso proximo genere agēs & patiens, etiam alterum contrariorū habet actu agens, & potētia vtrunq;. Equidem calefacit actu calidū, licet potentia sit frigidum. Item calefit ab hoc actu frigidum, potentia autē calidum existens, ideo & ipsum quatenus actu frigidum & potētia calidum ipsum calefactum frigidum facit. Si ergo motus assignatus est actus entis potētia, quatenus potentia, & qd patitur ab eo, quod actu tangit, & ab eo, qd aliquid habet & ipsum potentia, profecto agens, sic etiam patitur & mouens econtra mouet. Sed potest syllogismo, sic etiā ratio produci. Id, quod est obnoxium naturæ & ortui, quia non semp actu est id, quod est, potentia mobile est, & quia corpus est, tactu mouet. Sed potentia mobile & tactu mouēs cōtrapatitur & mouetur, vt subtilius separādo crassius ab eodem cōgregatur, & crassius econtrario. Sciendū autem est, q Alpatius sic scribit contextum. Mouetur autem & mouens, vt dictum est, omne, quod est potētia motiuum. Et consonat huic illud, quod paulopost sic subiungitur. Nā in hoc agere, quatenus tale est, ipsum mouere est: hoc autem facit tactu, quare simul & patitur. Nam, cum sit potentia motiuum & tactu mouens, qñ moueret, & econtra moueretur, talia.n. sunt in generatione & corruptione. Verum Alexan. nouit hanc scripturam, & exponit hanc apte, atq; cōgitue tanquam ab alijs adductam. Sed primo ponit aliam dicentem, Mouetur autem motum, vt dictum est, omne, cum sit potentia mobile. Et hoc apertior est, determinans quæ nam mouentia sint, quæ econtra mouentur, quia non omnia. Neq;.n. prorsus immobilia, neq; actu semper mota, sed quæcunq; mouent potentia & potentia mobilia ipsa sunt. Quæ cum dicat, rursus conclusit diffinitionem motus per hoc, Iccirco motus est actus mobilis quatenus mobile existit. Et videtur, inquit Alex. nunc apertius dicere quid sit motus, q̃ cum dixit, esse actum eius, quod est potentia quatenus potentia est. Etenim ipsa potentia in cunctis prædicamentis est. Sed non omnis actus eius, quod est potentia, motus est. Proinde ea, quæ sunt potentia, sunt ad aliquid, quatenus potentia actu fiunt. vt potētia duplum fit actu. & non necesse est ipsum moueri, sed id, cuius duplum est, ei aduenire. & sic fit ex potētia actus, non tamen mouetur, tñ omne, quod mouetur ex potentia in actum procedit, & sm hoc latius erit hoc, s. actus eius, quod est in potentia, qua potentia est, ipso motu. Sed, cum hæc dicat Alexander, recte notat dicens ea, quæ prius ipse apposui. Vel in ipso ad aliquid potentia duplum non motum est, tñ potētia dimidium etiam actu fiebat, vt horum duplum fieret, sed non erat alia potentia ipsius potentia dupli & illa potentia dimidij. quare sm actum potentiæ & in illis motus est, cum sit vna potentia secundum subiectum, quæ facit differentes habitudines eorum, quæ ad aliquid sunt. Hæc igitur suis verbis, cum scribat Alex. existimo reuocanda esse ad memoriam ea, quæ prius dixi, cum ipse fatebar motum fieri etiam sm illa, quæ sunt ad aliquid, & non solum secundum quatuor prædicamenta. Nam plane in his Alexā. fatetur, q si alterum eorum, quæ sunt ad aliquid, moueretur etiam alterum moueri, propterea quia vna sit habitudo. At Themistius hoc quoq; loco putat nō esse motum in his, quæ sunt ad aliquid, quia in illis actus non seruat id, quod est potentia: sed tota repente fit mutatio ex potētia in actū. Non.n. gradatim sensimq; dextrum fit, sed repente. Oportet igitur, inquit, primum ostendere actum imperfectum, & sic definitionem confutare. Sed, si illico mutatio fit ex eo quod est potentia, ad id, quod est actu, quid incōmodi erit asserere etiam motum esse in ipsis ad aliquid subito. Quōd si ea, quæ sunt ortui subdita, in tempore fiunt, & tempus vna tolleretur, non ob id motus periret. Vel igitur, inquit, ipsum potētia, velut in apertius mobile transtulit, vel siquis cogeret latius esse ipsum potentia, cum sit in omnibus prędicamentis, non ab re videbitur ad peculiarem magis motus diffinitionē proficisci, dicendo, motum esse actum mobilis qua mobile est. Item Alexander aliam ponit opportunitatem transmutandi ens potentia in mobile. Nam, quia vult ostendere motum esse in eo, quod mouetur, & mouens naturaliter, cum sit potentia motiuum actu, fit tale, cum agit in mobile, sed non est id, quod mouetur neq; in ipso est motus: merito mobile accepit, in quo est motus & non motiuum, à quo motus in mobili fit. & sic definitionē adæquauit diffinito, transferens ipsum potentia in ipsum mobile. Sed quidam accusant diffinitionem motus, quia, vt aiunt, cum sit æque ignotum mobile cum motu, ipso tñ vtitur propter motum, velut noto. Respondet Alexander dicens, quod si motus est de numero eorum, quæ ad aliquid referuntur. nam mobilis est motus: cum ea, quæ sunt ad aliquid, sint ea, quæ aliquomodo ad aliquid se habent: merito diffiniens motum assumpsit mobile, ad quod relationem habet. Sed prorsus non pendet cognitio motus à mobili, sed tñ pręstat motui mobile, vt videatur motus esse actus eius, quod est aptum natum, qua aptum est, quod est esse aptum moueri, & nil aliud pręstat, Nam ędificatile quatenus aptum est, qñ agit, dum manet sua aptitudo ædificatur, sic etiam omne mobile mouetur. Ni forte post multiformen diffinitionis explicationem ad euidentiorem ostensionem nullum absurdum sit eadem sic producere vt loco eius, quod est potentia, ponatur mobile. Cæterum dicit actum hunc tactu motiui ad mobile fieri, & in his præsertim, quæ naturaliter & corporis ope mouentur, inquit mouens & motū sese mutuo tangere, sed in motu alicuius incorporei cum mouens sit incorporeum dicit tangere motum id, quod mouet inquiens cōiorem tactum de incorporeo, vt dicimus conuitium nos tangere, haud tñ corpus motum tangit mouentem. Neq;.n. dicimus nos tāgere conuitiū & maledictum. Quòd si mouens qua potētia est econtra mouetur, etiam patet firmius q motus est actus mobilis qua mobile.

Non omnis actus eius, qd potest fieri, est motus.

Motus est etiam i his, quæ sunt ad aliquid.

Tangere quō dicantur incorporea.

Formam autem semper affert aliquam id, quod mouet, aut hanc, aut talem, aut tantum, quæ principium atque causa motus erit, cum moueatur. vt actu homo facit ex eo, quod potentia existit, homo, hominem.

Cōm. 16. mouēs oportet esse perfectum & formam afferre.

Cum ostenderit quod mouetur dum mouetur retinere sibi imperfectum, & quod est potentia, merito de ipso mouente declarat, q illud oportet esse perfectum & formam habere. Nam quę sm naturam proxime efficiunt & mouent similia sibi faciunt, & ad propriam formam ducunt ea, quæ mouent. Ideo, si secundum substantiam mouetur motum, oportet substantiam esse mouens ipsum. Si vero sm qualitatem, quale erit mouēs. Si vero secundum quantitatem, quantum erit. Vt actu homo facit ex homine potentia actu hominem. Nam cum sit perfectum motiuum, principium & efficiens motus causa est. Sed quomodo de motiuo secundum locum. Non.n. locus neq; in loco

Mouens localiter quomodo formam habeat.

loco erit mouens ſecundum locum, vt ſubſtãtia ſecundum ſubſtantiam eſt id quod fit, & quale eſt id ſecundum quale. Niſi neceſſe ſit in perfectione & in illis eſſe mouens non tñ & in loco. Proinde anima mouet corpus motu locali, cum non ſit in loco. Et ob id forſitan Ariſt. tutius id dicẽdo, non dixit, ꝙ formam afferret mouẽs, quale eſt motum ſed quod hanc, aut talem, aut tantam. Niſi forte prorſus eandem eſſe formam ab agente poſitam in eo, quod fit, ſed ſua propria in vtroq; eſſe debet. Etenim ædificator ædificat ſecundum artem ædificandæ domus peculiarem ſibi, & anima mouet quædã ſecundum locum non ſm quamuis in ſeipſa cauſam, ſed ſm eam cauſam, quæ ſpectat ad motum localem habentem ipſam formam vt in illa eſt.

CAP. III.

Tex. 18. *ET dubitatum autem manifeſtum eſt, quod motus eſt in ipſo mobili. actus .n. eſt huius, & ab ipſo motiuo. Motiui autem actus non alius eſt: oportet .n. eſſe actum vtriuſque. Mobile .n. eſt, eo quod poteſt, mouens autem, eo quod agit. Sed eſt actiuum ipſius mobilis. Quare ſimiliter vnus eſt amborum actus: ſicut .n. idem ſpatium eſt vnum ad duo, & duo ad vnum, & accliue & decliue. hæc enim vnum quidem ſunt: ratio tamen non vna eſt. Similiter autem & in mouente & in moto.*

Cõm. 17. Poſtquam aſsignauit motus diffinitionẽ, & fecit ipſius conuenientem determinationem, tranſit deinceps ad ſecundum problema de motu, quærens & diuidens in quo ſit motus, an in mouente, vel in mobili, vel à mouente in mobili, vt etiam ſe habet habitudo ad aliquid, ꝓpter hoc etiam ipſius ad aliquid habitudinem accepit. Nam, quia motus eſt aliquod accidens, neceſſe eſt vt prorſus ſit in aliqua ſubſtantia. Quia igitur & in ipſo mouentis nomine & moti apparet motus, dubitatione dignum eſſe videtur, vtrum in mouẽte ſit, an in eo, quod mouetur, an in ambobus, an quia mouens eſt faciens aliquid, & id, quod mouetur, patiens. nam diuiſo motu in actiunem & paſsionem, actio eſt in agente, & paſsio in patiente. Dicit igitur, quod etiam dubitatum in his ſolutum eſt ex diffinitione motus. *Motus eſt in eo, quod eſt mobile.* Nam planum eſt, quod in mobili eſt motus, ſiquidẽ actus ſit mobilis à motiuo. Verum videtur aduerſari, inquit Eudemus, dicẽtibus in patiente & eo quod mouetur motum eſſe: id quod ſenſibus accidit. Nam dicimus viſus videre, guſtus, & reliqui ſenſus. Viſio ergo in eo eſſe videtur qui videt, & auditio in eo, qui audit. Guſtationes etiam ſimiliter, ac cæteri ſenſus. Hæc .n. videntur eſſe in ordine agentis & mouentis. Sed inquit, decipimur autem ſequentes dictionem, & non intelligẽtes quod ſentiens patitur. Sed cur non eſt actus etiam mouentis, motus: Nam ſi prius exiſtẽs motiuum, hoc potentia mouens eſt neceſſario eſt qñ mouens actu fieret, tunc moueret & ageret quatenus mouet, cur ergo motus eſt actus mobilis, & non magis ipſius mouentis. Niſi quia non alius eſt motiui actus. Nam eſt motiuum actiuum mobilis. Vnus igitur eſt amborum actus, tanquam à mouente actus principalius dicatur, ſed ratione eius, quod mouetur, eſt paſsio magis, quã actio. Actus autem forte & ipſe dicitur quatenus etſi extrinſecus haberet principium, tamen à natura in ſeipſo habet vt moueatur ſm propriam aptitudinem. Vt igitur ſpatium ad duo, & duorum ad vnum. Equidem aſcendentes & deſcendentes ſunt vnum ſubiecto, ſed duo ſecũdum rationem. Item ab vno ad duo dimidium, & à duobus ad vnum duplum: ſic ſe habet motus in mouente, & eo, quod mouetur, cum vnus ſit ſubiecto motus, verum aliter eſt vt à mouente, & aliter cõſideratur velut in moto eſt. Item patet, quod motiuum, qđ mutatur ex potentia in id, quod eſt actu ab ipſo quod eſt actu, tum ipſi ineſt motus. velut motu à mouẽte, cum ſit alius præter motum, quo ipſe iam actu perfectum factum mouet id, quod mouetur ab eo. Vnum igitur ſunt ſubiecto actio & paſsio proficiſcens ab agente, & inde formam deferẽs ingerenſq; patienti & diſponens hoc ſm immiſsionem à forma agẽte, tanquam inſpirationẽ in aliud, vt neq; mutet agens, neq; in illo ſit, ſed ex illo, haud tñ in illo deciſum. Et ſiquidem ab agente & mouente initium facimus, dicimus mouere & agere illum, & mouere, ſi vero à patiente & moto, dicitur eſſe pati & moueri. Sciendum autem eſt, quod in hoc loco plures ſic hunc contextum apertius ſcribunt. Nam actus eſt eius à motiuo. At Andronicus ſic. Actus .n. eſt mobilis etiam ab hoc: & exponit, qđ ſi extrinſecus eſſet mouens ex inexiſtente potentia ad motũ deductũ, tum à ſeipſo, quod mouetur, videreť moueri.

Tex. 19. *Habet autem dubitationem logicam. Neceſſe .n. eſt fortaßis eſſe quendam actum alium actiui, atq; paßiui. illud .n. actio eſt, hoc vero paßio. Opus autem & finis illius quidem effectio, huius autem affectio. Cum igitur vtraq; ſint motus, ſi diuerſi quidem, in aliquo ſunt. Aut .n. vtraq; in patiente, ac moto ſunt, aut actio quidem in agente, paßio vero in patiente. ſi autem oportet & hanc actionem vocare, æquiuoca vtique erit.*

Cõm. 18. *Logica dubitatio quæ dicatur.* Cum prius dixerit ea, quæ ſibi videãtur de motu, quod vnus eſt à mouente in moto, deinceps dubitationẽ de hoc, quæ confundit eos, qui non ita ſentiunt (vt ipſe dixit) determinat. Quam logicam, rationalemúe appellat, vel quia procedit ex ꝓbabilibus, vel quia habet in ſola ratione veriſimile, & non à rebus eſt confirmata. Nam ſic rationes dicuntur Zenonis, quę ſuadendo demunt motum. Vel dicit rationalem, quia cõis eſt & non immediata, neq; propria eſt propoſitio, neq; ex proprijs principiis. Nam argumentum ex proprijs non eſt logicum, velut illud, quod oſtendit animum eſſe immortalem, quia per ſe mobilis eſt. Nam ex ſubſtantia animæ vult procedere, vt inquit Alex. Sed illud, quod oſtẽdit immortalem eſſe, quia ex contrarijs contraria fiunt, logicum & probabile eſt, quandoquidem non ex proprijs & proximis animæ procedat, ſed per cõmunia, quibus etiam aliud oſtenderetur, quod ſic ſe haberet, & eſt eiuſdẽ generis cum anima. Nam etſi opus eſt propoſitione vniuerſali in demõſtratione, tñ non eam ſic eſſe cõmunem oportet cum ea, quæ propriè inſunt, oſtendimus, vt etiam congruat his, quæ ſunt genere diſsimilia. Exempla, igitur rectè Alex. adaptauit. Sed illud adnoto ob eos, qui ad verum aſpiciunt, quia ratio in Phædone à contrarijs non pollicetur oſtendere immortalitatẽ animæ per ſe, ſed quod anima ſolum prius exiſtit, quam vita in his inferioribus, & quod ꝑmanet. *Vniuerſalem, propoſitionem qualem oporteat eſſe in demonſtratione. Animæ immortalitat, quo a Platone in Phedone probetur.* Cæterum dubitationẽ Ariſt. exponit, primo determinans, quod eſt aliquis actus mouentis & moti, vel agentis & patientis, tanquam ſint duo actus: quod pauloante velut manifeſtum accepit, cum dixerit, oportere actum eſſe duorum, nunc autem ex diuerſitate nominum, quæ habent actus, dicit duos eſſe. Nam alter actio dicitur, & alter paſsio, qui duo ſunt, ſicut etiã ipſorum opera & finis, quæ ſic dicuntur, vt alterum effectio, & alterum affectio: hæc autem inter ſe differunt, ſed quorum opera & fines diuerſi ſunt, horũ & actus diuerſi ſunt, in quibus fines. Determinatis igitur his, incipit deinceps diuiſionem, ſic repetens dubitationẽ. Si ambo motus ſunt, ſcilicet actus mouentis & actus moti, vel tandem diuerſi ſunt, vel non diuerſi: & ſi diuerſi, quia accidentia ſunt motus, omnino in aliqua ſubſtantia ſunt, in aliquo igitur duo erunt. Vel .n. ambo erunt in patiente, & eo, quod fit, vel in moto,

moto, vel actio in agente, & pasio affectus in patiēte. quod si quis affectum voluerit appellare actionem, quia & ipse actus dicitur. nam actus mobilis est, appelletur quidē, sed sciat quod æquiuoce dicitur hæc actio propter motū agentis manente diuersitate, etsi nomina eadem fuerint. Tertium aūt sectū diuisionis dicens, vel ambo in mouēte, prętermisit, velut plane absurdum. quia ei quod mouetur accideret cum sit motum, non moueri, cum non habeat in seipso motum: sed mouens cum habeat duos motus, duplici mouebitur motu. Sed etiam propter quid hęc absurda accidant huic diuisionis parti, etiam cur illi ponenti ambos motus in moto, & aliter procedendo demonstrabit, qm̄ ei videtur absurdum alterum motuum in mouente ponere, qui videtur ei proprius. quod si hoc absurdum, multo absurdius erit ambos in eodem ponere. Ob hæc igitur prætermisit illud sectum diuisionis, vt in pluribus exemplaribus scriptum est. Verum in quibusdā & illud additur, cum sic se habeat scriptura. Vel. n. ambo in patiente & eo quod fit, vel in agente & disponēte, vel actio in agente, & pasio in patiēte. Sed superflua est additio. siquidem illi positioni non contradicit Arist. Item quartum est membrum diuisionis, & sectum, quod contrarium est secundo dicto, dicens, vel actio in patiente, & pasio in agente. quod velut perspicuo absurdum sub silentio præterijt. Verum Themistius iam probabiliter loquens, Si aūt oportet, & hanc actionem vocare æquiuoce vtiq; erit, hoc, s. ad demonstrationem huius secti dictum esse putat, perinde ac si postquā dixit, Vel actio in agēte, & pasio in patiente, subiunxerit. Nam econtra non contingit, vt actio sit in patiente, & pasio in agente, nisi quis actum patientis ęquiuoce actionem nominare velit. Atqui, si huius gratia dictum est, necesse vtiq; fuisset & pasionem esse in agēte dici æquiuoce. quod quidem non dictum est, cum sit rude admodum.

Pasio non nunquā actio dicitur, sed equiuoce.

Actio et passio alterū pro altero æquiuoce sumuntur.

At vero si ita est, motus in mouente erit. Eadem. n. est ratio in mouente, et eo, quod mouetur. Quare aut omne mouēs mouebitur, aut habens motum non mouebitur. Si aūt vtraq; in eo, quod mouetur sunt et patiente actio inquam, & pasio, & doctio, & disciplina, quæ duo sunt, in ipso sunt discente, primum quidem actus vniuscuiusq; non in vnoquoque erit. Deinde inconueniens est, duobus motibus simul moueri. Quædam namq; erunt alterationes duæ vnius, & ad vnam formam. At impossibile est.

Cōm. 19. Ad proxime adductum sectum, dicens, actio in agente & pasio in patiēte, primum rñdet, & cum accepisset, quod ex hac positione, vt in eo, quod mouet motus est domus, sic quoq; in eo, quod mouet, eius domus. nam eadem rō in ambobus: subiungit, qđ de duobus absurdis, alterum necesse est s̄m eandem suppositionem fateri. Vel. n. omne mouens etiā mouebitur, siquidem mouens habet motū, & habens motū mouetur sed absurdum est, omne mouens moueri, & neq; ipsi id videtur: siquidē putat Primum mouens immobile esse: neq; rebus cōsonat. nam plura mouentia immobilia manent, ceu color, pulchritudo, venustas: Aut aliquod habebit motum in seipso, & non mouebitur, quod quidem oīum est absurdissimū, sicut quod aliquod habeat album, & non sit album. Nam cui motus adest, hoc prorsus mouetur, & id qđ mouetur præsentia motus mouetur. Hoc aūt, cum ostendisset absurdum esse, transtulit se ad alterum sectū diuisionis, quod est primum. & absurda deinde subiungit, quæ illis accidunt, qui statuūt ambo, s. actionem & pasionem in eo, quod mouet & patiente, esse atq; doctrinam, & disciplinam in patiēte. Et primum absurdum est, q actus vniuscuiusq; non esset in agente, sed in aliquo alio: siquidē actus facientis erit in eo, qđ mouetur.

Motus si sit in eo, qđ mouet, quæ nā sequantur incōmoda.

Secundum aūt absurdum est, q idē duobus motibus differentibus & contrarijs simul moueretur s̄m vnam formam. Nam, si mouens. v. g. alterat, & quod mouetur alteratur, fieri pōt, vt id quod moueatur, quatenus alteratur, alteret. cum. n. diuersa sit actio, dissentiēt quoq; & ipsi effectus: vt neq; quatenus alteret, simul augeatur. Nam ab eo quod augmētum efficit, aliquid augetur, & ab alterante alteratur. Itaq; admirabiliter huic positioni, dubiū adiecit. Nam quædā alterationes erunt duæ vnius quod mouetur, & ad vnam formam defertur. Adhuc autē absurdius, hoc, s. duos motus, quos vocauit alterationes, tendere ad vnam formam. Nam q mouentis, & eius, quod mouetur actus in vnam formā desinat, quod ex hoc vel maxime patet, quia cum mouens, & id, quod mouetur quiescent, ad vnum aliquid id, quod mouetur, videtur esse translatum. quare, ad hoc etiā mouebatur. Fieri ergo nequit & hoc, qđ duo sint in eo quod mouetur, cum motus factus fuerit s̄m vnam formam, vel caliditatē, vel albedinem, vel aliqd aliud huiusmodi. & hoc absurdum erit, quod duo cōtrarij sint in eodem. Item, cum sint duo contrarij, in vnam formam desinere. Nam posito vno actu amborum in subiecto, nihil prohiberet hoc vt duo sint rōne, & in vnam formam desinere. At duobus positis nequit admitti positio, si vna fuerit forma, seu spēs. Et si aliquis positionem suppositionemue admitteret, sequens haud fieri potest, videlicet in vnam formā cessare & deficere. Sed inquit Alexander, pōt etiam aliter legi, si accētu acuto legerimus & non graui illud in contextu, Quædā. Nam si duo motus simul sunt duæ quædam erunt & contrariæ alterationes vnius, & in vnam formam, quæ quidē fieri nequeunt. fieri quoq; potest, inquit, vt etiam transponendo sic contextū planiorem efficiamus. Deinde absurdum est simul duobus motibus moueri & in vnam formam, & non solum absurdum, sed etiam fieri nequit. Deinde post hæc, Quædā namq; erunt alterationes vnius. Nā ob id fieri non possunt, quia haud accipi possunt quæ erunt alterationes vnius. Item Alex. inquit, vtriq; absurdo proprium aliquid indicatiuū absurdi subiunxit. Sunt aūt absurda duo: aliquid duobus moueri motibus, & ad vnam formā. Nam huic absurdo, quod idē duobus motibus moueretur, vel duo motus mouerentur, subiungit hoc, Quænā erunt? nam ob id absurdum, quia dubium est, quænā erunt. Et illi absurdo, & duo ad vnam formam, subiunxit hoc: At impossibile, seu fieri non potest. At fieri cur non pōt? vel quia omnis mutatio est ex contrario in contrarium: sed vnum est vni contrarium. fieri igitur nequit, vt duo sint motus, cum sint duæ mutationes, & ex duobus videlicet. Nam ex vno duo non possunt in vnum contrariū terminari. Item magis videbitur fieri non posse, si intellexerimus, quod etiam duo motus, mouentis, & eius, quod mouetur, vel agētis & patientis simul in eodem sint, & inuicem aduersarētur, & illi soli, in quod est mutatio. Equidē nequeunt duo contraria simul in eodem esse, Nisi forte Arist. putans satis esse ad extremū absurdum positum, hoc scilicet, duos esse motus vnius formę & de contrario non mētionem fecit, ideo duo absurda subiūxit: vnum. quod duo sint omnino vnius formę, & cum duo sint differentes, ad vnam tendere, etiam si non extiterint contrarij. Verum auget absurdum cōtrarietas. Alexander tamen hic ingerit & duo vni contraria esse, quod in excessu & defectu solo fieri potest. hæc. n. videntur medio & inuicem contraria esse. Sed scitu dignum est, quod medio ambo sunt contraria vt vnum, velut in cōmensurata ipsi mediocri & metro, & velut inæqualia æquali. Quare neq; regula dicens, Vnum est vni contrarium, arcenda &

turbanda est. Cum ergo Aristo. dixerit absurda, quæ accidunt illis, qui statuunt ambos motus in eo quod mouetur & patitur, dedit intelligere, quod eadem accident his, qui ponunt ambos in mouente & faciente. Item magis, si motus erit in mouente. Ideo & prætermisit hoc sectum diuisionis. Nam mouebitur motum cum non moueatur.

Sed vnus erit actus. At irrationabile est duorum specie diuersorum, vnum ac eundem esse actum. Atque erit, si quidem disciplina & doctio idem sunt, passioq; & actio, & docere idem quod discere, & agere quod pati. Quare omnem docentem, discere necesse erit, & agentem pati.

Cõm. 20. Primum in diuisione erat, vel diuersi motus, vel non, sed vnus videlicet. quod quidem insinuabat per hoc, si diuersi in aliquo, perinde ac subiungi & hoc debuerit, si vero non, diuersi. Postquã igitur prius tradidit absurda, quæ accidunt dicẽtibus diuersos motus in aliquo, trãsit deinde ad eos, qui statuunt vnum, & dicit, Et huic opinioni videntur absurda accidere, quæ quidem soluet etiam paulopost dubitationem diffinitioni adducens. Quod igitur absurdum accidit his, qui dicunt actionem & passionem aut doctrinam & disciplinam esse vnum motum? illud quidem, inquit, s. Duorum specie diuersorum vnum ac eundẽ esse actum. Et quod quidẽ mouens & id, quod mouet͂ sint specie diuersa, patet: si quidem agens actu est quod est, & patiens cum sit potẽtia tale, est oppositũ actu huic, quod pôt, quia sunt mutationes ex contrarijs. quare non solum sunt diuersa, sed etiam cõtraria. Vt igitur absurdum est albi & nigri, cum specie differant, & aliud sit visum disgregare, & aliud congregare, vnum dicere actum esse, sic agẽtis & patientis, cum sint diuersa specie, absurdum est vnum esse actum, qa oportet vniuscuiusq; speciei vnum esse actum.

Motu existẽte vno mouentis & moti, quamã sequuntur absurda. Actio una & eadem esse minime potest eorum, quæ sunt diuersa specie.

Sed huic, cum perspicuũ sit absurdum, accidit aliud absurdius. Nam, si doctrina & disciplina, actio & passio sunt vnum & idem, erũt etiam discere & docere vnum & idem. At euidentiam absurdi videbis clarius, si eundem docentem sumas. vt qui docet, discat quæcunq; docet: & agẽs patiatur quæcunq; agit. Nam, cum hæc tria sint, doctrina, docere, & docens, doctrina quidem actus est, & docere indicat substantiã docentem quatenus agit, & docẽs significat substãtiam cum actione. Ideo videtur etiam absurdum in doctrina. Item magis in ipso docere ob apparẽtiam simul substantiæ, quam insinuat habentem cõtrarietatem. Item clarius est in substãtia. Nam sublato per dictas rationes & hoc, duos esse simpliciter actus, & hoc vnum esse simpliciter motum ostendetur, quòd aliquomodo est vnus & aliquomodo est duo, subiecto quidem vnus, sed ratione duo.

Tex. 20. *An neque alterius actum in altero esse, inconueniens est: est enim doctio actus docentis, in quodam tamen, & non decisus, sed huius in hoc.*

Cõm. 21. Dubitationes nõ omnes hinc inchoat soluere, sed quæcunque videntur contra veram opinionem instare, s. eam, quę dicit, vnum esse subiecto motum, sed duo ratione. Idcirco dubitationes, quę sunt cõtra hoc, s. quod vnus sit motus, quas posterius posuit, omnes dissoluit: sed illas quæ adductæ fuerunt contra hoc, quod duo sunt motus, non omnes tollit. Idq; rationabiliter. Nam hæc dubitationes maxime attigerunt motus diffinitionem, quę dicit, motum esse actum mobilis, quà mobile est. Primam igitur soluit instantiam dicẽtem, si ambo actus sunt in moto & patiente, actus vniuscuiusq; non in vnoquoq; sigillatim erit, sed in altero. Soluit autem ipsam tanq̃ ferenda sit etiam contra opinionem dicentem, vnum in eo, quod mouetur, ſm subiectum amborum actum. At solutio inductum velut absurdum positioni, nititur oñdere non esse absurdum. Nam neq; absurdum est hoc, alterius actum in alio esse, immo necessarium in mouente & moto, & vniuersaliter agẽte & patiente. Nam, si est ab agente in patiente, neq; in docente est, neq; per se abiunctus à discente, neq; sic in discẽte est, vt queat & sine docente per se subsistere, sed mouẽte præsente & agẽte aduenit ei quod mouetur. Vt. n. actus fingendi in cæra, cum sit actus fictoris in cæra, est ipsa formatio, qua fingit fictor, & aliud fingitur, & duo actus ibidẽ accipiendi non sunt, sic etiam se habet in ipsa docendi actione, quæ vna est subiecto cum ipsa discendi actione. Verum non fugiet nos decipietúe dispositio, quæ à motu emanat, vt figura in cęra, aut in anima cognitio, quippe hęc nõ sunt motus, sed effectus motuum. Nam aliud est fingi, discere & docere, & aliud est fictum esse aut edoctũ fuisse. Et hic quidẽ est effectus in subiecto, & sine mouente subsistens, & respondens habitui, & rationi docentis, qui etiam separabilis est ab eo, qui docetur, tñ ipsum docere & discere sunt subiecto vnus actus, etsi ratione sit differentes, quod alter est ab agente, alter vero à patiente acceptus. Etenim cum sit motus medius attingit agentẽ & patientem, à quibus non seiunctus est. Quod, si huius solum, vel in hoc solo existens sumptus sit, non amplius medium retinebit, & ob id qñ ipsum seiunctum intuemur & absolutum in moto illum contemplantes, quia in illo subsistit dicimus esse actũ mobilis, qua mobile est, sed qñ secundum connexionem à mouente incipientes consideramus, dicimus tum ipsum esse actum à motiuo in eo quod mouetur, vt diffiniebatur, in calce sermonis de motu. Verũ & hæc scriptura fertur: Est aliquando & non decisus, sed huius in hoc, & Alex. nõ absolute inquit, & præcise in aliquo, sed in aliquo definito & id ad quod dicitur. Dicit autem ad mathematicum sed eum qui capax est disciplinæ. Et admirabile mihi videtur, qũo non decisè huius loco indefinite intellexit, quanquam prius pulchre illud in aliquo, & tñ non est decisus exposuit, indicans quod non sit separatus à discente, neq; velut in docente solo existens, neq; velut per se. Et in hac quidem scriptura idem aduerbium significauerit.

Actionem vnius in alio esse necessarium est.

Motuum effectus separati esse possunt.

Motus dupliciter consideratur, & per abscisionem & per cõplexum.

Neque enim vnum duobus, quicquam prohibet eundem esse, non vt sit idem, vt vestis & indumentum, sed vt est id, quod potentia est, ad id quod est actu.

Cõm. 22. Cum contra eos, qui dixerunt vnum esse actũ duorum absurdũ intulerit hoc, qđ vnus & idem actus erit duorum differentium specie, s. agentis & patientis, dicit igitur, neq; hoc ita absurdũ esse, vt videtur. Nam nil vetat doctrinam & disciplinam, & penitus actionem & passionem vnum esse actũ, cum vnus sit subiecto, differat vero rõne. Nam, cum doctrinam dicit haud aliud quicquam dicit quam id quod fit ex ipso docere & discere, quorum alterũ fieri nequit sine altero, nec esse, sed dicens disciplinam idem rursus dicit. Vnum igitur subiectum, quanquam ratione differant, vt vnum interuallum est duorũ, quatuorq;, sed rõnes sunt diuersæ: quia quatuor ad duo dupla, & duorum vero ad quatuor, dimidij. At ipse apertiore exemplo adhuc vsus est, cum dicat sic esse vnum subiecto, & ratione differẽtia, vt id, qđ est potentia ad id, quod est actu. dicit aũt id actu, quod perfectio existẽs actu est. Nam hoc iam & agit. Nam si quod factũ est actu hoc prius erat potẽtia, & non aliud, & quod potentia erat hoc factum est actu, vnum & idem subiecto ambo sunt, sed rationes differẽtes. Nam aliud potentia hoc est quod potest fieri, hoc quod dicitur potẽtia, & aliud est actu, quod iam est hoc, quod dicitur potentia.

Actio & passio una subiecto esse possunt, diuersa rõne.

Tex. 21. *Neque necesse est docentem discere, neq; si pati & agere idem sit. non tamen sic vt ratio sit vna, quod quid erat esse dicens: sicut tunica & indumento: sed vt via à Thebis ad Athenas,*

Athenas, et ab Athenis ad Thebas, quemadmodum dictum est & prius. Non.n.eadem omnia his insunt, quæ quolibet modo eadem sunt, sed solum quibus esse idem est. At vero neque si doctio et disciplina sint idem, & discere et docere idem erunt. Sicuti neq; si spatium vnum distantium sit, & distare hinc illuc, & illinc huc vnum & idem est. Vt autem vniuersaliter dicam neq; doctio cum disciplina, neq; actio cum passione idem proprie est, sed cui insunt hæc, motus. Nam huius in hoc, & huius ab hoc actum esse ratione, diuersum est.

Tex. 22.

Com. 23.

Secundum absurdum intulit contra eos, qui dicunt vnum esse actum mouentis & eius qđ mouetur, quod doctrina & disciplina idem essent. Hoc aũt posito, sequitur, ꝙ docere idem sit ipsi discere. Et huic manifeste absurdum accidere videbatur, s. docẽtem dum docet, omnia discere quę docet, & ipsum discipulum omnia quæ discit docere, dum discit. Cum igitur huiusmodi sint, quæ adducuntur, ostendit oẽs consequentias nihil necessarij habere, orsus ab vltima dicente, si facere & pati idem est, vel docere & discere, necesse est vt docens, cum idem sit cum discente, dum docet discat. Soluit igitur hanc instantiã ex hoc, quia non oĩbus, quibus est idem, apud eos omnia eadem sequantur, sed apud illos solos, quibus eadẽ ratio est. Et apponit exempla differẽtium nominum habentium eandem rationem, vt tunica & indumentum. nam horum eadem est diffinitio: ideo omnia, quæ accidũt eis, sunt eadem, sed aliter fit in his quę sunt eadem subiecto & eandem rõnem non habẽt, vt via ex Thebis ad Athenas, & ex Athenis ad Thebas. Talis aũt est etiam ascensus & descensus. Nam in his cũ sit vna distantia & positio eadem, alia tñ sunt, à quibus, & alia ad quæ. quare & tota species alia, ideo neq; eadem sequuntur. Nam alia est ascendenti, & alia descendẽti dispositio, & alia quidem prima, & alia posteriora occurrunt ei, qui proficiscitur ex Thebis ad Athenas, & ex Athenis ad Thebas. ideo qui abit Athenas, non proficiscitur ad Thebas, neq; eadẽ eueniunt his, quæ sunt solo subiecto eadem, sed his, quæ sunt eadem ratione, hisque, quorum esse est sua diffinitio. Sic ergo etsi docere & discere idẽ sint solum subiecto, sed non rõne, non est necesse vt docens dum docet omnia discat quæ docet. Nam tunc hoc sequeretur, si docere & discere essent eadem rõne, & docens & discẽs essent ijdem ratione, sic.n.necesse esset, vt doctor sit discipulus, cum vna sit ratio docendi & discendi. Deinde consequentiam dictam ante hanc in dubitatione confutat, perinde ac non sit necessaria. Erat aũt dicens, si doctrina eadem esset disciplinę, & docere idem ipsi discere: quia igitur non est necesse hoc sic se habere, oñdit rursus aliquomodo per idem exemplum accipiendo distantiã locorum, vel numerorum proportionem habentem cum doctrina & disciplina, & cum ipso docere & discere, accipit ipsum distare habens proportionem quod distare dicat hinc illuc, & illinc huc. Vt.n.docendi actio & discendi, sic distantia est. & vt docere & discere, sic etiam distare vel ex Athenis ad Thebas, vel ex Thebis ad Athenas, vel à quatuor ad duo, vel à duobus ad quatuor. Vt igitur in his vna est distantia subiecto, & rationes differentes, & ob id non necesse est ipsum distare idem esse, sic etiam in docendi actione & discendi, quia subiecto eędem & non ratione, ob id etiam docere & discere subiecto eadem sunt, sed rõne nequeunt. Inquit autem Alex. quod potest illud cõtextus. {At vero neq; si doctio & disciplina sint idem &,} cætera ex abundantia dictum esse, perinde ac dixerit, quod si daretur etiam doctrinam esse eandem disciplinæ, non necesse est vt discere & docere idem sint. Non.n.quia est vna distantia eorum quę distãt, iam & ipsum distare hinc illuc, vel illinc huc, vnum & idem est. Deinde ad primũ consequens recurrens, à quo omnia pendebant, confutat etiam hoc. Erat autem illud, si vnus est amborum actus, doctrina erit eadem disciplinæ. Proinde dicit, quod prorsus neq; principium eorum, quæ consequuntur, habet necessitatẽ. Non enim, si motus vnus est, & ea eadem sunt, quę motui insunt, oportet doctrinam & disciplinam, atq; prorsus actionẽ & passionem eadem proprie esse, quia sunt diuersa ratione, siue ab efficiente ad id quod fit, habitudo sit, siue ea, quæ est ab eo, quod fit ad agens. Sed qũo motus vnus & ꝓprie vnus: quippe dictum est sępe, ꝙ subiecto vnus, haud tñ ratione? vel vnus motus non subiecto solum, sed etiam rõne, cum fuerit in subiecto à mouente, ideo & vna ratio est eius, vt sit actus mobilis quà mobile, & neq; est diuisum in eodem illud ab hoc, & illud in hoc, sed ambo complent motum, tñ actio & passio diuiduntur: qui alia est ob habitudinem ab agente, & alia ob eam, quæ est à facto. Verum Alexan. eodem modo, vt prius exposuit, & hoc. Non enim, inquit, si vnus amborum actus s̃m subiectum, sequitur iam, vt doctrina cum disciplina eadem sit, sed subiectum, quod doctrinæ & disciplinæ subijcitur, idẽ est. Nam vnum aliquid in ambobus fit, quod est discere, attamen doctio eadem non est cum disciplina. Et videtur hoc. s. huius in hoc, & hoc ab hoc de motu intelligere. Ego tñ censeo hoc etiam dictũ esse de actionẽ & passione, s. & diuersum ratione, aliquomodo autem dicit vnum subiecto esse doctrinam & disciplinam, quia vnum discere fit in ambobus. Nam fit & ipsum docere, & prorsus non quæcunq; sunt vnius causæ sunt vnum subiecto, quia sic etiã pater & mater, sed hæc sunt vnum subiecto, quia vna distantia, & ab agente in patiente idem sit.

Non omnia, quæ sunt idem eadem consequuntur nisi sit eadem ratio.

Motus est vnus subiecto, ac ratione.

Subiecto vnũ esse quidnam sit.

Tex. 24.

Quid igitur motus sit, & vniuersaliter, & secundum partem dictum est. non.n.immanifestum est, quomodo diffinietur specierum vnaquaque ipsius. Alteratio enim alterabilis quatenus est alterabile, actus est. Amplius autem, notius est, eius, quod potentia actiui ac paßiui, quatenus huiusmodi, & simpliciter, & sursum secundum vnumquodque, vt adificatio, aut medicatio. Eodem autem dicetur modo, & de aliorum motuum vnoquoque.

Com. 24.

Concludens iam sermones de motu reuocat ad memoriam descriptionem motus traditam, qua dicebatur tum actus esse eius, quod est potentia qua potentia est, & cum dicebatur esse actus mobilis qua mobile. Et inquit, non solum hanc asignationem motui vniuersaliter cõpetere, sed etiam particularibus. Non.n.immanifestum est, qũo hac definitione vnaquæq; eius species diffinietur. Species aũt dicit nõ velut ex genere sit motus diuisus, quia motus non est genus: sed velut differentes proprietates. Sed cum in vna particulari specie, s. alteratione demonstrasset quomodo oportet vniuersalem rationem particularibus speciebus congruere, aliam tertiam diffinitionem motus addit, quam etiam notiorem esse inquit, velut connectentem actiuum cum patiente. Motus.n.est, inquit, actus potentia actiui & passiui, qua tale. Nam, quia ostensum est ex actu amborum, s. mouentis & moti motũ effici, non ab re diffinitioni eius, & actum motui non modo mobilis accipit. Sed quomodo dixit actum actiui potentia? Nam potentia actiuum & motiuum nondum actu est motiuum, mouens autem actu est. & vniuersaliter quod est potẽtia, quatenus potentia operans, mouetur magis, & non mouet, si recte est asignata diffinitio motus. Nam illud dixit, motiuum potentia, indicans distinctionem motus, qui largitur à causis immobilibus, contra naturalẽ & artificialem motum? Nam omnia mouentia quatenus actu sunt, mouent, vt quæ secundum hanc rationem immobilia sint, sed quæ

Species motus nunquam pro proprietatibus sumuntur.

Motus diffinitio alia cæteris prorsus euidentior & manifestior.

Motus quo sit actus eius, quod est potentia agens.

Distinctio motus ex immobili à naturali & artificiali motu.

proprie

proprie causa immobilis appellatur, quæ est secundū omnia immobilis, vt quæ secundum omnia actu sit, & sempiterno subsistens: sed quæ mouent naturaliter & artificialiter, mouent quidem quatenus actu sunt secundum habitum, cum sint perfecta secundum illum: nam necesse est vt mouens sit aliqua forma, quam largiatur ei, quod mouetur: sed etiā ipsa mouentur, quatenus prius habitus quiescens excitatur ad actu mouendum, secundū ipsum, quod est potentia ad actum. quod quidem in singulis esse debet quę simul non vniuersam actionem habent. quod quidem solis agentibus sempiterno inest. Ideo per totum tempus mouendi ambo sunt in ipsis, s. ipsum potentia, & ipsum actu. & ex profectu quidem qui est ab imperfecto mouentur: sed secundum perfectionem habitus & actus mouēt. sed natura prius disposita disponit subiectum intrinsecus secundum vnamquamque speciem motus, vt etiam Andronicus dixit. Nam etsi aqua calefiat ab igne, tamen in aqua natura primo calefacta, sic calefacit, vel simul calefacit subiectum. Dixit igitur potentia motiuum vt prius dixit, potentia mobile dum manet potentia est motum. sic rursus manente potentia mouens potentia est motiuum. & patet, q̄ secundum hanc rationem quod mouentia vere dicat, & quod quatenus mouent non mouentur. Nam mouent quatenus perfecta, & quatenus perfecta manent, non mouentur, & econtra quatenus mouent & mouentur. Nam secundum eandem formam natura aucta auget, & ars ab habitu quiescente procedit in ipsum agere. Assignās autem tertiam diffinitionem putat eandem etiam describere particulares motus, quos non secundum vnamquāq; proprie appellauit. Nam de vno secūdum numerum non dicit, sed de differentibus specie. Attamen Alexan. notiorem assignationem, putat esse traditionem diffinitionis alterationis, haud verisimiles discursus. & priores disputationes afferens. Videtur autem & velut tertiam diffinitionem motus accipiens, etsi velut ob descriptionem contextus positus confundi in libro videatur. Verum ædificationem, & medicationem, vt alterationes deducens, intulit quod etiam eodē modo dicetur & de alijs motibus. Nam pulchre Alexander annotauit, q̄ omnes feret artificiales motus secundum alterationem sunt. Cum igitur talia sint vniuersalia dicta de motu ab Aristot. hic, ex his existimo planum erit considerantibus, quod non circa idem significatum motus dissenserit à suo magistro. sed alter motum considerat in naturali mutatione haud putans moueri ea, quæ eodem modo se habent, alter autem constitues motum esse quendam exitum ex ipso esse in actum, non recusat illum suis dictis adaptare. quamobrem vterq; suam est secutus philosophiam. Etenim Aristo. semper plana & manifesta accipit, sed Plato talia vtcunque sunt.

Motus artificiales sunt maxime ex alteratione.

In Motu Plato nō dissensit ab Aristo. cum non secūdum idem significatum ipsum acciperet.

SECTIO SECVNDA,

De Infinito. Cap. IIII.

Tex. 25.



VONIAM autem de natura scientia est circa magnitudines, & motum, & tempus, quorum vnumquodq; necesse est aut infinitum, aut finitum esse, & si non omne est aut infinitum, aut finitum, vt affectio, aut punctus (talium. n. fortasse nullum necesse est in altero horum esse) conueniens vtiq; erit de natura pertractantem speculari de infinito, si est, aut non. & si est, quid est.

Cōm. 25. Cum sit præsens tractatio de omnibus, quę communiter insunt & cōsequuntur res naturales: quia naturalia, corpora sunt & magnitudines, quæ in tēpore mouentur: nunc profecto necesse est, vt corpus, motus, & tempus, cum sint magnitudines, vel finita vel infinita esse. Nam prædicta etiam sunt continua: & in continuo est infinitum quia continuum est diuisile in infinitum: merito Qui circa naturam versatur, & aliquid de infinito disputabit. Et quod circa corpora versetur Naturalis tractatio ex eo patet, q̄d cuncta, quæ natura constant, corpora sunt. Quòd item circa motum versetur, vel illud maxime indicio est, quod corpora naturalia habent principium motus in seipsis. Idem indicat ipse principio Primi libri de Cœlo sic scribens, Scientia de natura plurima pene videtur circa corpora & magnitudines versari & circa horum affectus & motus. Quòd vero etiam sit de tempore patet, quia omnis motus est in tempore, & tempus est mensura motus, vt demonstrabitur. Verum dicens, Quorum vnumquodque necessario est aut finitum, aut infinitum esse, merito notauit, q̄ non est aliqua diuisio contradictoria rerum, vel naturalium omnium diuidens in cunctis verum & falsum, sed oppositio finiti ad infinitum est velut oppositio habitus & priuationis, quę non tamen omnibus diuidit verum & falsum, sed in eis, quæ sunt apta recipere ipsam contradictionem, & quando apta est. Quòd vero non in omnibus ex duobus fidem facit, s. ex affectu & puncto. Nam nec quæ passiue sic appellantur ab illo qualitates in prædicamentis, vt albedo, nigredo, caliditas, frigiditas & huiusmodi aliæ sunt finitæ, vel infinitæ per se. quod patet ex eo, quia finitum & infinitum de quantitatibus dicuntur, hæc autem non sunt quanta. Item nec punctum subiacet finito vel infinito, quia infinitum non est, cum sit indiuisile, neque finitum, quia ipsum est finis lineæ. Forte etiam & vnitas est huiusmodi, quippe quæ indiuisilis est; & numeri principium. Verum adiecit illud, fortasse, quia alterum horum non est necesse vt sit in altero, s. vel in infinito, vel finito, quia passiones vt album & calidum neque per se ipsa sunt finita, vel infinita, quia neq ue hæc sunt quanta per se. Nam finitum & infinitum de his, quæ habent quantitatem dicitur, tamen per accidens sunt quanta, quatenus ipsa subiecta sunt quanta. Sed Naturalis versatur circa affectus, quatenus affectus corporum sunt. Iccirco principio de cœlo dixit, Scientia de natura fere plurima videtur circa corpora & magnitudines, & etiam circa horum affectus & motus versari. Quare etiam Naturalis considerat de affectibus, atq; de finito & infinito, etsi secundum accidens hæc insint affectibus. Oportet igitur eum, qui de natura agere sibi negotium sumpsit, etiam de infinito contemplari, primum si est infinitum, an non, etsi est, quidnam sit. Nam hic est ordo problematum & quæstionum, vt docendum est in Resolutorijs.

Finitum & infinitum non est cōtradictio nec diuisio verum naturalium.

Passibiles qualitates nō sunt finitæ, nec infinitæ, nisi per accidens.

Tex. 26 *Signum autem est, quòd huius scientiæ, propria sit consideratio de ipso: nam omnes qui videntur pro dignitate tetigisse talem philosophiam, fecerunt sermonem de infinito: tanquam principium quoddam ponentes eorum quæ sunt. Alij quidem, quemadmodum Pythagorei atq; Plato, per se, non sicuti accidens alicui alteri, sed vt substantiam, ipsum esse infinitum. verum Pythagorei quidem in sensibilibus neq; n. abstractum faciunt numerum esseque quod extra cœlum est infinitum. Plato autem, extra quidem nullum esse corpus, neque ideas, eo quod nusquam sint ipsæ, tamen infinitum, & in sensibilibus, & in illis esse.*

Cōm. 26. Quod peculiaris sit scientiæ de natura cōtemplatio infiniti cum à rebus fidē, tum etiam ab opinione clarissimorum

rum Philosophorum cōfirmat, vt consueuit, ondens quod non vtcunq; Philosophi, sed qui digne naturalem disputationē attigere, de infinito quæstiones mouerunt non frustra, sed oēs prope ipsum infinitum velut quoddam principium rerum ponunt. Quare his, qui de principiis naturalibus tractant, necessarium est etiā de infinito differere. Deinceps differentes opiniones, quas habuerunt veteres de infinito, exponit, & in quibusnam conuenirent. Et primā affert differentiam, qua quidam substātiam quandam per se infinitum statuunt, & non accidens alteri, vt Pythagorei & Plato, qui cōsentiunt cōueniuntq; inter se quo ad hoc. At plurimi aliorum Naturalium alicui accñs posuerunt, alij statuētes aerem infinitū, vt Anaximenes, & Diogenes, alij vero aquam, vt Thales, alij quoq; intermediū, vt Anaximander, & hi quidem infinitum in magnitudine posuere. Sed Anaxagoras & Democritus multitudini principiorum infinitum accidere tradunt. alter multitudine similarium partiū, alter vero multitudine ipsarum atomorum. Verum hi etiam cogūtur fateri infinitum magnitudine. At Plato & Pythagorei dissentiūt, quatenus Pythagorei infinitum collocauere in sensilibus, atq; inseparabile. Nam asserunt infinitum in numeris esse, & numerum atq; oīno mathematica per se intelligi aiunt, sed non subsistere per se, sed in sensilibus esse inquit. Non enim illum laudantes dicunt sic esse, de quo aiunt.

Platonis & Pythagoricorum de infinito sententia.

Audi me ò inclyte numerus beatorum & virorum pr̃. Neq; eum sic ponunt, quem Hippasus determinauit esse exemplar primum creationis mundi. Item, inquit, posuerunt esse infinitum extra cœlū, videlicet non sensile: siquidem ipse Timæus dicit nullum corpus extra mundū relictum esse. Visi sunt igitur duplicem etiā numerū dicere, & infinitum in numero, quod dixerūt esse par, verū aliud sensile, aliud intellectuale, quod extra cœlū esse dixerunt. Attamē Plato extra cœlum nullum corpus esse statuit, cū dicat plane In Timæo de mundo, Quem extrinsecus cœlum continet. Opifex ex vniuerso igne, aqua, aere, & terra ipsum cōstituit, nullam partem alicuius, neq; potentiā extrinsecus relinquens. Immo neq; ideas extra cœlum dicit esse, quia nō sunt alicubi, neq; oīno in loco. Attamen infinitum in sensilibus & in ideis collocauit. Nam aiunt Platonem dicere sensilium principia esse vnum, & infinitam dualitatem, sed indefinitam dualitatem etiā in intellectualibus ponens infinitam esse dixit. Item magnum & paruū principia ponēs infinita esse, dixit in sermonibus de bono, quibus Arist. Heraclides, Estieus & alij socij Platonis cū interfuissent, dicta velut ænigmatice dicta fuisse descripserūt. At Porphyrius, cum distincte ipsa proferat, hęc de ipsis scripsit in Philebo. Ipse magis & minus, vehemens & sensim, infiniti naturæ esse vult. Nā vbi hæc insunt s̃m intensionem & remissionem procedentia non sistuntur, neq; terminant id, quod eis participat, sed procedunt in ipsam indefinitatem infinitudinis. Similiter quoq; se habēt magis & minus, quæ sic dicta ab eis à Platone dñr magnū & paruum. Nā statuatur q̃dam magnitudo finita, ceu cubitalis, qua in duas partes diuisa, si alterā partem semicubitalem indiuisilem relinquamus, & alteram dimidiā adhuc secantes, quam s̃m minorem partem addemus indiuisili, tum duæ fierent partes cubitalis magnitudinis, alia procedens in minus, alia vero in maius sine fine. Non enim in indiuisilem partem veniemus secantes partem. Nam vbi talis magnitudo continuo est, & continuum diuidit̃ semper in diuisilia. Et hæc diuisio indeficiens indicat quandam naturam infiniti conclusam & reconditam in cubitali magnitudine. Sed magis est quo ad multitudinem cuius alia est ad magnum, & alia ad paruum. In his aūt & quædā dualitas indefinita videtur cōpositi ex vnitate in magnum & paruum. Et hæc insunt continuis corporibus & numeris. Numerus .n. primus par est dualitas. Sed in natura paris duplum continetur & dimidium, sed duplum in excessu & dimidium in defectu. Excessus igit̃ & defectus in numero pari. Primus aūt numerus par in numeris est dualitas, sed per se est indefinita: definita aūt est participatione vnius. Nam definitur dualitas quatenus vna quædam forma est. Elemēta igitur numerorum sunt vnum & dualitas, aliud terminans & in formam redigēs, alterum aūt indefinitum in excessu & defectu. Hæc Porphyrius dixit suis prope verbis, determinans proferendo ea dicta ænigmatice, quæ hñtur in colloquiis de bono, & quia illa forte erunt consona scriptis in Philebo. Et ipse Alexā. ex sermonibus de bono Platonis asserens se dicturum, quos Aristo. & alij Plat. sodales narrarunt, hæc scripsit. Nam, cū quærat Plato principia rerum, primus numerus videbatur ipsi natura esse aliorum principium. Etenim lineæ terminos, pūcta, & puncta esse vnitates hñtes positionē. Equidem sine linea nec superficies est, nec solidū. At numerus & sine his esse pōt. Parē igitur numerū, cū primum esse aliorum natura cēsuit, etiā ipsum esse principium putauit, & principia primi numeri cuiuscunq; etiā numeri principia esse cēsuit, sed primus numerus est dualitas, cuius principia dixit esse vnum, magnum, & paruū. Nam quatenus dualitas est, multitudinē & paucitatem in se retinet, quatenus vero duplū est, in ipsa multitudo est. Nā multitudo est excessus, & magnitudo aliquod duplū, & quatenus dimidium paucitas est: ideo excessum & defectum, magnum & paruum esse ī ipsa s̃m hæc posuit, quatenus vero vtraq; pars eius est vnitas, & ipsa dualitas vna quædam forma cū participat vnitate, ideo principia dualitatis dixit esse vnum magnum & paruum. Verū dualitatem esse indefinitam quæ participat magno & paruo, vel maiore & minore, cum habeat magis & minus. Nam s̃m intensionem & remissionem hæc procedentia non stant, sed procedunt in indefinitatem infinitudinis. Quia igitur primus numerus est dualitas, & huius principiū est vnum magnum & paruum, & oīs numeri eadem principia esse necesse est: Sed numeri sunt elemēta oīum, quæ sunt, quare & oīum principiū est vnum & magnum atq; paruum, vel indeterminata dualitas. Etenim vnusquisq; numerorum quatenus est vnum aliquid & definitum, vno participat, sed quatenus diuiditur etiam multitudo, & indeterminatæ dualitatis. Plato aūt dixit & ideas numeros. Merito igitur principia numeri, & idearum principia fecit. Sed dualitatem naturam infiniti dixit esse, quia magnum & paruum non sunt determinata, vel magis & minus: Sed habent magis & minus, quę in infinitum procedunt. Sic ergo, cum dicat Aristoteles, in quibus Pythagorei, & in quibus Plato posuere infinitum, deinceps narrat quid esse infinitum dixere Pythagorei, & propter quid.

Ideas nullibi esse dicit Pla. Principia posuit Plato vnum & infinitam dualitatem.

Magnū & paruum infinita principia apud Platonem.

Numerus est natura prius aliorum.

vnum, magnū, et paruū [illegible] principia dualitatis.

Ideæ numeri sunt.

Dualitas est natura infiniti, & cur.

Et illi quidem infinitum esse par: hoc enim comprehensum & ab impari terminatum, tribuit his, quæ sunt, infinitatem. Signum autem huius, id esse, quod contingit in numeris. circūpositis enim gnomonibus circa vnum, & seorsim, aliquando quidem aliam semper fieri speciem, aliquando aūt vnam: Plato autem duo infinita, magnum & paruum. Tex. 26.

Cum dixerit ī quibus Pythagorei & Plato posuere infinitum, quod illi in sensilibus & extra cœlum, & Plato in sensilibus & in ideis, nunc quid sit infinitum illi dicāt addit primo dicendo in Pythagoreis. Hi autem numerū pa- Cōm. 17.

rem infinitũ dixere, quia omnis numerus par, vt aiunt interpretes, in æqualia diuiditur, sed illud, quod diuiditur in æqualia, est infinitum, eo ꝙ diuidatur in duas partes. Nã & dimidia diuisio inæqualia in infinitum ꝓcedit. sed vbi impar additus fuerit, concludet ac terminabit ipsum, quippe qui prohibet diuisionẽ eius in infinitum. Sic igitur Expositores numero pari infinitum tribuunt, eo ꝙ diuiditur in æqualia. Et nõ in numeris, sed in magnitudinibus accipiũt sectionẽ in infinitum. Nã numeri pares, neq; oẽs in æqualia plerũq; diuidũtur, sed diuisi, cum peruenerint ad vnitatem, sistũt sectionem. Sed in magnitudinibus quid prohibet, quin derelictum semper diuidatur, etsi non in æqualia fieret diuisio? Nam tertium si acciderit vt sumatur, in duas partes diuidi põt, idq; in infinitũ in diuisione & diuisorum additione fieri potest. Sed neq; Arist. oĩno videtur diuisionem inæqualia facere causam infiniti. Num igitur in oĩ sectione par est causa oĩs diuisionis. Nam oĩs sectio cum sit vna in duo diuidit diuidendum, quod diuidit vel inæqualia, vel in ipsa inæqualia. Quia igitur sectio in duo semper facta infinitum facit, & principiũ paris numeri est dualitas: ob id infinitum sm numerum parem dixit, similiter aũt, per est causa additionis. Nam vnum vni additur, ob id Arist. par simul acceptũ & ab impari terminatum, inquit, præbere infinitudinem his, quæ sunt. Etenim vnumquodq; corpus est diuisile in infinitũ, quia vnumquodq; habet par simul assumptum, & quasi cõgregatum in seipso. Nam potentia & nõ actu habet sectionem in infinitum: ideo inquit, par esse comprehensum & præbere his, quæ sunt, infinitatẽ, inquãtum aũt vnum quod diuidendum cum aliquibus est, & hac ratione par est infinitũ, & ipsum vnumquodq;, quod est, ab impari semper terminatur infinitas. Et in omni corporea specie vnũquodq; secũdum materiam & subiectum diuisile est, & hac ratione par etiam est infinitum, sed quatenus est hoc aliquid, determinatum est & indiuisile, & hac ratione impar est. Signum aũt huius, ꝙ impar numerus specificans & terminatiuus sit, & numerus par materialis & infinitus, Pythagorei adducunt in additione numerorũ. Nam impares ordinatè additi numero quadrato seruant ipsum quadratum, & æqualiter æqualem. At par additus quadrato semper mutat formam faciendo altera parte longiorem alio atq; alio latere aucto. Ordinatè itaq; statuant numeri deinceps ab vnitate vsq; ad decem, 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10. Horum profecto vnitas prima est & primus quadratus. Nam semel vnum est vnum. Sed positorum impares, qui secundum vnitatem, hi sunt, 3, 5, 7, 9. pares aũt hi, 2, 4, 6, 8, 10, si ergo adiecerimus vnitati, quæ est primus quadratus ipsum 3, fit 4, quadratum à latere duorum. Et rursus, 4, quadrato, si addamus deinceps numerum imparem, s. 5, fit 9, & ipse quadratus: si vero & huic ipsum 7, addamus fit 16, quadratum, etsi huic deinde 9, fit 25, qui sunt deinceps quadrati numeri, & æqualiter æquales figura numerorum. Si vero vnitati quadrato adiecerimus, 2, fit 3, nõ amplius quadratus, etsi adiecerimus ipsi quadrato vel 4, vel 6, fit 8, vnus quadratus & alter 10, qui sunt altera parte longi. Nam bis quatuor, vel bis quinq; latera sunt, & patet quod eandem speciem seruare, & ipsum æqualiter æquales facere est vltra terminum facere, sed illud nõ eandem speciem & altera parte longiorẽ facere, & aliam sm aliam speciem augere vltra infinitatem est. Vnde Pythagorei vocabant gnomones numeros impares, quia additi quadratis eandem seruant figuram. Vt etiã gnomones in geometria. Nam duo supplemẽta cũ vno parallelogrammorum, s. quæ eorum quę equa distãs gnomonem appellant, qui alteri parallelogrammorum additus circa eãdem diametrum similem totum illi facit, cui additus est, gnomones igitur & impares numeri appellantur, quia additi iam existentibus quadratis faciunt semper quadratum.

Numerus impar habet rõnẽ formæ, par vero materiæ. Impares numeri ordinatè additi quadrato seruãt quadratum, non aũt impares.

Gnomones quomõ vocent Pythagorici in numeris.

Circũpositis igitur circa vnum numerum quadratũ aliqñ sine gnomonibus, idest vnitatibus sm imparitatem deinceps sequentiumq; seriatim numerorum. Nam hi fuerũt gnomones, quãdo aũt seorsum à paribus, quandoquidem, si hi additi fuerint alia semper fit species ab ea, quæ est à principio. At, quando sunt gnomones, eandem speciẽ seruant cum priores. Sed pulchre sic aggressus est expositionem Alexãder, ꝙ illud, circumpositis gnomonibus, indicat descriptionem figuræ sm numeros impares. sed illud, seorsum, numeralem additionem indicat factum sine appositione figuræ in paribus. Etenim mos est in paribus Pythagoreis figuram describere & sm circumpositiones numerorum sic describentes a elementũ addunt ipsi tria, a a a gnomonice, & fiunt quatuor sic formata instar quadrati. Deinde rursus his addentes quinq; pro quinq; vnitatibus more gnomonis faciunt maius quadratum tria latera habent, sed circumpositio parium non facit figuram determinatam, ideo non vult numeros pares circumponi velut impares in descriptione, sed numeraliter addi, quare& illud seorsum, pro hoc & sine circumpositione sm additionem in paribus est intelligendum. Num aũt ambo de ambobus intelligi possint, Et illud circumpositis gnomonibus. & illud, Seorsum, de imparibus & paribus, ac si dicat, quod etiam in appositionibus, quæ fiunt instar gnomonis, & rursus in compositionibus numerorum & parium & imparium, est videre impares similia seruantes, & pares dissimilia facientes. Nam & si haud proprie pares numeri gnomones dicantur, quia non seruant eãdem formam, tñ circũpositi vt gnomones, in descriptione figuræ dissimile indicant. Dixit aũt circa vnum circumpositis gnomonibus, vel quia circa vnitatem prima appositio fit, vel quia circa vnum numerum fit semper vnitatũ circumpositio. Cum vero dixisset quidnam Pythagorei infinitum esse dicant, quia par, inducit quid etiam Plato dixerit, quia ipse dixit magnum & paruum, vel magis & minus. Nam in infinitum vtrũq; ipsorum procedit, non tñ vtrũq; seorsum accepit, sed simul, magnum & paruũ dicendo, ꝙ & dualitatem indeterminatam vocabat siue materiam sic appellans, siue ordinem infiniti. ideo in ideis eam Plato posuit, vt in numeris & his.

Gnomones apud Geometras.

Magnũ & paruu simul connexa accepit Plato pro materia.

Qui aũt scripserunt de natura, omnes semper subijciunt aliquam naturam dictorum elementorum infinito, vt aquã, aut aerem, aut medium horum: Eorũ vero, qui finita faciũt elementa, nullus infinita facit. Quicunq; aũt infinita faciũt elementa, quẽadmodum Anaxag. & Democritus, ille quidem ex ijs, quæ sunt similium partium, hic aũt ex omni seminario figurarum, tactu continens infinitum esse dicunt. Tex. 27.

Naturales appellare consueuit Aristo. illos, qui circa hanc philosophię partem versati sunt, quæ est naturalis, & horum illos præsertim, qui materiali principio aut maxime, vel solo vtuntur. Hi ergo Naturales materiam subiectum ponentes his quę fiunt, & circa ipsam infinitum considerantes, merito non amplius velut substantiam, sed velut accidens, dixerunt infinitum. Horum aũt alij vnum aliquod elementum ponentes, hoc dixerunt esse infinitum magnitudine, vt Thales aquã: Anaximenes & Diogenes aerem: Anaximander autem intermedium. At alij infinita multitudine ponentes, vt Anaxagoras & Democritus, ipsum multitudine infinitum introduxerũt, & adhuc infinitũ magnitudine. Nã infinita multitudine tactu con-

Cõm. 28. Naturales quos nã appellet Aristo.

continuata, sed non vnione, infinitum, multitudine faciũt. Quicunq; autem multitudine plura vno faciũt dicunt elementa finita numero, vt Empedocles, hi neq; secundum magnitudinem, infinitum introducunt, neq; in vno, neq; in pluribus, neque in eo quod est ex omnibus. Nam si & multitudine finita, & vnumquodq; magnitudine finitum est, vnde ergo habuerint infinitum? Sed dicta elementa quatuor inquit, ignẽ, aerem, aquam, & terram. Sed, cum dixerit aquam vel aerem, ea dicit tanquam ea elementa, quæ sunt vulgo magis vulgata, ceu in ore omnium est dixit, vel aliquid horum intermedium, scilicet aquæ & aeris. quod quidem Anaximander posuit. Num autem illud elementorum dictorum, non de quatuor dictum sit, quæ nunc in consuetudine sunt, sed de his quæ à Naturalibus ponuntur, siue aqua, siue aer, siue aliquid intermedium horum quod elementum eorum, quæ generantur, posuere. Quinetiam hoc scilicet, dictorum, Alexander exponit, qui dicit pro dictis & apparentibus solum elementis, sed non existentibus, quia ea composita sunt, & constant ex elementis materiæ & formæ. Dixit autem, Qui autem de natura scripserunt omnes, non simpliciter, sed illi, qui dixerunt aliquod infinitum esse. quia etiam hos facientes finita nouit appellandos esse naturales, vt Empedoclem. Ni forsitan vt prius proprie naturales putat eos, qui tractant de materiali causa, cum quibus numerandum esse Empedoclem non putant, quippe qui introducit causas effectrices, litem & amicitiam. Forte autem neq; Anaxagoram, qui dicit mentem segregare similaritates. Nisi forte quatenus in assignationibus causarum vt videtur & ipse non ipse mẽte vtitur, sed materialioribus causis. Quicunq; autem dicit, multitudine infinitum faciunt, vt Anaxagoras infinitas multitudine similaritates statuens. Democritus vero infinitas atomos, hi pro certo infinitum multitudine tradunt. Quod sane Arist. indicauit dicens, Quicunq; autem infinita faciunt, quod vero hi etiam secundum multitudinem faciant, ostẽdit dicens, Tactu con- *Infinitum est multitudine & magnitudine.*
tinuum infinitum esse dicunt, & non vnitate, vt illi, qui ferunt vnum elemẽtum infinitum. Quod vero tactu continuum infinitum, & ex his fit manifestum. Nam infinita multitudine, cum magnitudinem habeant, & sint specie similia, vt inuicem sese attingant, infinitam factũ magnitudinem tactu continuam. Ideo & Eudemus Secũdo de naturalibus libro, infinitum multitudine simile specie vndiq; nihil vetat, quin sit infinitum magnitudine. Dixit autem Arist. omniseminarium figurarum, scilicet atomorum insectiliumúe Democriti, quia infinitatẽ posuit atomorum secundum figuras differentium.

Tex. 28. *Atq; ille quidem quamlibet partem esse similiter mixturam toti, ex eo quia videret quodlibet ex quolibet fieri. Hinc.n. dicere videtur, Et simul aliquando omnes res esse, vt hanc carnem, & hoc os, & sic quodlibet, & omnia itaq; & simul igitur. principium.n. disgregationis nõ solum in vnoquoq; sed & omnium est. Cum.n. omne, quod fit, ex tali fiat corpore: omnium autem sic generatio, verum non simul, etiam quoddam principiũ esse oportet generationis, hoc aũt est vnum, quod ille vocat intellectum: intellectus autem à principio quodam operatur, cum intellexerit. Quare necesse est simul omnia aliquando esse, & cœpisse aliquã moueri.*

Com. 29. Quia Naturalium alij dixere vnum elementum, alij vero plura, sed finita numero, alij numero infinita: Dicẽs, ꝙ illi, qui vnum tradidere, velut accidens illi infinitũ male dixere, alij vero finita cum multitudine, tum etiã magnitudine elementa ponentes, infinitũ haud multitudine nec magnitudine asseruerunt. Deinceps narrat eos, qui multitudine infinita elementa fecere, quia non solũ multitudine infinitum hi inuexere, sed etiã magnitudine. Nam infinita multitudine, cũ sint actu magnitudines, & tactu siant continuæ, infinitam etiam magnitudinem producunt, vt pauloante diximus. Cum itaq; Anaxag. similares partes, Democritus vero insectilia infinita, vterq; multitudine, velut principia statuit infinita, opinionẽ Anaxag. primum aggreditur, & nos docet causam, qua ille tum in hanc inciderit opinionem. Et oñdit non solum necesse esse vt totum mixtum asserat ille magnitudine infinitum, sed etiã vnãquãq; similarem partem, quæ habeat oĩa similiter cũ toto & vniuerso mixto: Item, neq; solũ ĩfinita sint, sed etiã infinities infinita. At in hanc sese opinionem Anaxag. inuexit ratus nihil fieri posse ex nihilo, & oẽm rem suo simili alij, atq; nutriri. Cum igĩ videret singula ex singulis proficisci, si non proxime immediateq;, ĩ ordine quodã: etenim ex igne aer fit, ex aere aqua, ex qua tellus, ex tellure lapis, rursus vicissim ex lapide ignis: quinetiam apposito nutrimẽto ipso, quasi pane, plura etiam dissimilia fiũt, vt carnes, ossa, venæ, nerui, capilli, vngues, alæ, cornua, si hæc fieri cõtingat, augetur aũt simile simili: ob hæc in nutritione esse opinatus est, & in aqua, si ea nutrirentur arbores, lignum, cortex, folia, fructus, ideo cũcta misceri tulit & ortum rerũ fieri eorum segregatione. Ad hoc forte deduxit & hoc, manentibus quibusdam fieri ab ipsis alia, vt ex lapide ignis, & ex aqua ebulliente aer fit. Cum igitur nunc videret in vnoquoq; separato oĩa congregata, vt ex pane, carnes, ossa, & alia perinde ac simul oĩa insint ei, & simul mixta sint, ex his suspicatus est cuncta simul existentia mixta fuisse, antequam segregatione prodirent. Iccirco & sic opus suum incœpit. Anaxagoras simul res oẽs erãt, vt quodlibet vtpote hic panis, & huius carnis, & huius ossis esset mixtura, similiter & vniuersum. Nã ex mixtione vniuscuiusq; ad oĩum mixtionem venit. Nam clariora & notiora sensui sunt singularia, singulæq; partes quam totum. Anaxag. deinde similitudinem singulorum ad singula cum putaret animo, in mixtione, & segregatione à principio, quæ est causa exitus, & intẽporali segregatione. Vt igitur in vnoquoq; principium fit aliquando segregationis, sic etiam in omni & vniuerso. Et quẽadmodum in singulis apparet quędam generatio interdũ genita, sic etiam, quia est oĩum generatio à mixtione omniũ, ortus quoq; omnium seiunctus atq; conceptus est animo, etsi nõ simul exhauriat generatione singulorũ illud mixtum, atq; deficiat. At cum sint corpora quæ diuerso agitatu impelluntur, & quæ sunt eiusdem ordinis mutuo, principio causaq; meliore indigent, quam Anaxag. mentem appellat: Equidem opus erat dum illa mens disgregat & in ordine reducit segregationem à congregatione cũ substantiam habeat coniunctam & connexam primo, vt in ipsa videretur segregatio. Mens talis est, quam principio intellexit operatam esse, vbi inquit, Cœpisse mentẽ segregare. Hæc igitur sententia, qua in hãc opinionem de principiis Anaxag. venit, sic explicita est. Sed ex dicti promptius est simul intelligere, ꝙ si singula ex singulis segregantur, & singula in singulis sunt, non solum vniuersum, sed etiam quodcunq; non modo multitudine. verũetiam magnitudine infinities infinitum erit. Quod vero Arist. narret id, quod apparet in opinione Anaxag. liquido cõstat: Equidem Anaxag. cum esset sapiens, duplicem vniuersi exornationem & distributionem insinuauit: aliam vnitam & intellectualem, quæ præcedit. nõ enim illa tẽpori subdita est, sed omnem substantiam & vi imperioq; excellẽs est: & aliam seiunctã ab hac, sed huius ope à mente conditri-

Anaxagoras cur similarium partium mixturam introduxerit. (margin, beside "tum mixtum asserat…")

Anaxag. positio de partium similarium mixtura defenditur ac sustinetur à Simplicio. (margin, beside "dem Anaxag. cum esset sapiens…")

ce subsistẽtiam cœpit.de quibus dictum est etiam in scholiis primi libri, quibus fidem ex verbis Anaxag. enitebar afferre. Merito autem sensilium vnumquodq; cunctis rebus se cõmunicat, & omnium particeps est. Nam vnus confluxus, conspiratio vna, omni consensu communique affectu gaudent, vt Hippocrates tradit, quod fit ob vnitatem primogenitã, quæ in ipsis intellectualibus præcedit. Nam & hæc oĩa seiuncta, non adeo se mouentur, vt auulsa penitus, atq; semota inter se sint. Iccirco inquit Anaxagoras, haud fieri posse, vt oĩa separata sint. Non.n. absoluta oĩno auulsio est segregatio. ideo nequeunt ingressus color, vel penitus affectus & habitus à subiectis separari. Verum videtur dicere principium separationis esse in tempore, sed consuetudo erat apud veteres Philosophos & Theologos nostram intelligentiam sensui simul subiicere. Haud.n. valemus vna cum sempiterna prorogatione & delatione intelligentiam nostram producere & prorogare, differreq́; sed petimus aliquod principium, quo deinceps contemplando alia persequamur.

Omnia mutua affectione inter se cõsentire existimat Hippocrates.

Tex. 29. *Democritus autem nullum aliud ex alio fieri, primorum dicit, sed tamen ipsum commune corpus omnium esse principium, magnitudine secundum partes, figuraque differens.* Tex. 30. *Quod igitur conueniens sit Physicis hæc speculatio, manifestum est ex his,*

Cõm. 30. Cum proxime dixerit quomodo accidebat Anaxagoræ, vt fateretur infinitum magnitudine principium esse, quod asserebat esse infinitas multitudines similares partes corporeas, ostendit etiã Democritum idem facere, quanquam ortum fieri haud segregatione, nec singula in singulis esse, vt Anaxag. dicat, tamen ipse etiam cum statuat infinitas atomos esse principia multitudine, & vacuũ, haud secus atq; Anaxag. ipse non modo multitudine, sed etiam magnitudine infinitum esse principium tactu dixit, & secundum ipsum etiam fit continuum infinitum. Nam infinita multitudine, cum aliquam magnitudinem habeãt, & sint eiusdem generis, vt inuicem sese tangere valeant, condunt infinitam quandam magnitudinem, vt sæpe diximus. Et quod apud Democritum atomi magnitudinẽ habeant, ostendit ex hoc, ipsum fateri easdem atomos figura & magnitudine differre. Quonam pacto autem aliquid magnitudine differre ab aliquo posset, si magnitudinis expers foret? Item quõ figura cum aliis discreparet, nisi figuratum lineis planisq́; esset? id vero, quod clauditur & continetur lineis planisq́;, est magnitudo, & ea, quæ sunt multitudine infinita, sese tangunt, vt Anaxagoræ accidebat dicere per se, siquidem inquiat omnes figuras simul esse, & Democrito idem accidit quatenus commune corpus ex atomis vnum esse tradidit, quorũ differentiam magnitudine & figura ponit, sed non secundum corpus subiectum. Huic quoque accidit fateri eas atomos esse similes specie, & hac ratione inuicem tangi. Nam nil vetat, quin similia specie citra impedimentum in vnum secedant, seseque mutuo tangant. At vacuum neque intercipit tactum scinditque. Nam hoc modo vacuum esset magis infinitum, quam corpus infinitum, siue cum ipso, siue seorsum ibi non ibi intercipit, sed nil est magis infinitum quam ipsum infinitum. Equidem vacuum penitus vim non habet ad intercipiẽdum & distrahendum dirimendumque quicquam. Si ergo cuncti prope Naturales admiserunt infinitum magnitudine, idque loco principij: (nam principij locum occupat:) patet eius inter esse disputationem de infinito, qui de naturæ principiis diligenter disserit,

Atomi Democriti magnitudinẽ habent.

Democritus unum cõmune corpus ponebat atomorum.

Rationabiliter autem, & principium ipsum ponunt omnes. Neque enim frustra possibile ipsum esse, neque aliam ipsi inesse potentiã, nisi vt principium. Omnia enim, aut principium sunt, aut ex principio. Infiniti autem non est principium: esset enim ipsius vtique finis. Tex. 31.

Cõm. 31. Cum dixerit veteres philosophos, qui infinitũ introduxere vt principiũ idipsum introduxisset, nunc haud ostendit infinitum esse, sed eos, qui penitus ipsum posuere, non ab re eidem rõnem principij tribuisse. Et diuisione ostendit. Nam quodcũq; ens per accidens est & frustra, vt ea, quæ casu proueniunt, vel per se: & si per se, aut principiũ, aut à principio. Si ergo neq; frustra, neq; est quod à principio proficiscitur: patet ꝙ principium est. Et ꝙ non frustra nec ex casu patet: siquidẽ eiusmodi quicquid est, raro fit, & infinitum vbiq; sit, & oĩa complectitur, non raro fit. Item, si sempiternum est infinitum, vt demonstrabitur. quod ingenitum est, nõ erit frustra, neq; temere. Non.n. aliquid huiusmodi est æternum. Itẽ ostendetur non proficisci ex principio, quandoquidem non sit eius principiũ. Nam esset eius finis, vt inquit, quare non esset infinitum. Verum hanc rõnem putant paralogismum esse, existimantes Arist. dicere, quod si infinitum haberet principium, & principiũ ſm magnitudinem est terminus & finis, haberet itaq; terminum, quare non erit infinitum, sed finitum. & fieri tradunt deductionem ob æquiuocationem principij. Vt.n. in primo lib. diuisum est, principium significat principium rei, vt nũc accepit: Item significat & causam. Nam principium est materia, & forma, & efficiens, & finis. Cum igitur proposuisset ostendere infinitum non habere principiũ velũt causam, sed ipsum esse principium, transtulit principiũ vt causam in principiũ rei, de quo verũ est, quod si habet principium, etiã habet finem. Sed de principio vt causa haud verum est hoc, vt si habet principiũ vt causam, debet finem habere ſm rem. non.n. sequitur hic finis illud principiũ. Sed dicere, ꝙ ipse persuadendo nititur constituere confirmareq́; opinionẽ eorum, videtur mihi reuera hoc non esse probabile. Nam videtur dicere necessario sequi illud, si habet principiũ ipsum infinitum, habet etiam finem. Illa igitur magis pulchre ab Alexã. dicunt, ꝙ quouis modo sumpto principio, si poneret ipsum esse factum ex principio, prorsus finem habebit & terminum ſm magnitudinem, quare non erit infinitum. Nam si fieret à principio temporis non substantia esset, quod ipsa repente fit, sed ab aliquo principio ſm magnitudinem, vt animalia, plantæ, vt oĩa artificialia videntur fieri. Sed quod habet principium ſm magnitudinem, habet etiam finem. Item, si esset ex principio vt causa fieret ex illo, vt ex materia: quod si infinitum habet principium finitum in seipso vt materiam, erit etiam ipsum finitum: ꝙ si infinitum est profecto, erit etiam ipsum principiũ infinitum. Similiter quoq; si haberet infinitum ipsum principium formale. Nam, si forma est principium cõpositi, si infinita est forma, principium erit infinitum, si vero finita, ſm materiam esset infinitum incõposito, equidem materia etiã principium est, igitur principium etiam infinitum est ſm hoc. Nam & compositum, cuius principium forma, nihil aliud est nisi forma & materia. Et si haberet principium effectiuum infinitũ, & est corpus omnino, etiam principium rei habet, vnde capit initiũ generationis, quod etiã finis erit. Item fuerit fuerit factũ, & terminũ habebit, in quẽ cessat generatio. Item si habeat principium vt finẽ & id cuius gratia, infinita magnitudo: primo nil ꝓhibet, vt id, quod tale principiũ habet, & ipsum esse principium. Nam principium vt finis est efficientis &

Infinitum si sit, principiũ esse oportet.

Infinitum si principiũ habeat, quõcũq; accipiatur principio, finẽ habere oportet.

ele-

elementorum. Etenim Plato quærẽs finale principiũ mundi conditi, inuenit esse bonitatem facientis & conditoris. In quibus inquit: Dicamus autem qua de causa ortum, & vniuersum opifex constituit. Nam bonus erat. Deinde quia infinita magnitudo est indefinita, quo reducetur ad aliquem finem determinatum? Sed, si magnitudo habet aliquem finem determinatum, cum sit magnitudo, oportet ipsam & determinatam esse, tanquã magnitudinẽ. Nã magnitudinis terminus est descriptio & figura. Quod vero & Aristo. vt consequens concludat eo esse infinitam magnitudinem, quia non habet principium nõ solum elementare, sed etiam nec effectiuũ, neque finale, patet ex quibus inquit: Quicunque non faciunt præter infinitum alias causas, vt mentem, litem, vel amicitiam, vel aliquid huiusmodi, quod idem dicit continere omnia & omnia gubernare, perinde ac infinitum non habeat causam effectricem vel finalem, igitur perspicuum factũ est id quod dictum est, vt siquidem fuerit principium infinitæ magnitudinis qualitercunq; erit etiam eius terminus & finis vt magnitudo est.

Amplius autem est & ingenitum & incorruptibile, principium quoddam cum sit. Quod enim genitum est, necesse est accipiat finem, & finis, omnis est corruptionis. Quare sicuti dicimus, non est eius principium, sed hoc aliorum videtur esse, & continere omnia, & omnia gubernare; vt affirmant quicunque non faciunt præter infinitum, alias causas, vt intellectum, aut amicitiam: & hoc esse diuinum. immortale enim est, perireque non potest, vt affirmãt Anaximander, & plurimi ex Naturalibus.

Com. 32. Cum dixerit, ꝙ ponẽtes infinitũ non immerito ipsum dicunt esse principium: Aut enim frustra est, aut à principio, aut principiũ: At sublatis reliquis, relinquitur illud esse principium: addit etiã aliquid aliud ab his, q̃ dicta sunt, quod aduenit ipsi infinito, quodq; est congruũ infinito, ꝙ infinitum dicatur ingenitum interitusq; expers, siquidem prorsus est. Hoc aũt etiam est probatiuum huius, ꝙ non sit frustra: siquidem ingenitum atq; expers corruptionis sempiternũ est. Sed id, quod frustra est, haud sempiternum est, cum per accidens sit, & fiat raro. Et ꝙ conueniat principio esse ingenitum & expers corruptionis, Socrates plane in Phædone ostendit. Nam, si ex aliquo principium fieret, inquit, non esset principium. Item principio absumpto & corrupto, neq; ipsum aliquãdo ex alio, neq; aliud ex illo fieret. Quòd vero & ingenito cõpetat esse principium constat. Si enim haud esset principium, à principio factum esset. Quòd vero infinitum sit ingenitum expersq; interitus sit, hunc in modum ostendit. Nam, si factum est, necesse est vt eius ortus aliquando finẽ acciperet, aut nõ esset factum. Si ergo eius generatio est momentanea, patet ꝙ est aliquod principium eius magnitudinis, à quo incœpit generari, & finis eius est, in quem terminatur generatio, & qua completa non amplius fit, sed factum est. Et, si corrumperetur aliquando magnitudo, erit etiam aliquando corruptũ. quare erit etiã aliquis finis eius, cuius extremo vltimoq; corrupto corruptũ erit totum. quare siquidem est infinitũ, necesse est vt ipsum ingenitum sit, & incorruptibile. quod quidem propriũ est principio, sed non illi, quod ex principio proficiscitur. Icirco qui infinitũ solum ponunt vt principiũ, haud quasdam alias causas vna enumerantes, vt Anaxag. mentẽ, & Empedocles litem & amorem, contenti fuere natura infiniti ad rerum omnium generationem assignandam, & materiali principio hoc suppeditet indeficientem vicissitudinem sempiternæ generationis & eorum omnium, quæ ab ipso infinito gubernantur. Vt enim principium hoc solum positum est, præbet vsum & oportunitatem principij ipsis, & non solum principij materialis, sed etiam efficientis & finalis, quod Anaxagoras mẽti, & Empedocles amicitiæ & liti, atq; necessitati tribuit. Diuinam aũt causam, & velut principium ipsum esse dicunt, atq; velut ingenitum & expers interitus. Nam tale Anaximander intermedium ignis & aeris infinitum principium posuit. & nullum absurdum est, si diuinam appellabat causam, immo necessarium est. Nam ex hoc ostendebatur Deum supra ipsum esse. Nam diuinum, dei est particeps. Sed sermo ab his fiebat de principiis naturalibus, vt Aristo. facit in hac tractatione, sed non de principiis supra naturam. Quod si præterea dixerũt ipsum gubernare & cõtinere, nihil mirum est. Nã continere inest materiali causæ, cum per oĩa procedat, sed gubernare ei congruit, qđ ſ'm aptitudinem eius, omnia proueniunt ab ipso.

Margin notes (left column): Principio conuenit esse ingenitum, et incorruptibile. Ingenito conuenit esse principium. — Infinitũ qui principiũ ponunt æternum illud esse affirmant.

Margin note (right): Deum esse, & diuinũ esse diuersa sunt.

Esse autem aliquid infinitum, fides ex quinque maxime contingit cõsiderantibus. Ex tempore. hoc enim est infinitum: & ex eo, quæ est in magnitudinibus, diuisione. vtuntur enim & Mathematici infinito. Amplius ex eo, quia sic solum non deficit generatio & corruptio, si infinitum sit, vnde aufertur id, quod fit. Amplius ex eo, quia finitum semper ad aliquid finitur; Quare necesse est nullum esse finem, si semper terminari sit necesse alterum ad alterum. Maxime aũt & proprijssimum, quod communem facit dubitationem omnibus. ob id enim, quod illud, quod in cogitatione est, non deficit, & numerus videtur infinitus esse, & mathematicæ magnitudines, & quod est extra cœlum, eum infinitum sit, quod extra est, et corpus infinitum esse videtur, & mundi. Cur enim magis vacui hic quàm ibi: quare, si vno in loco, & vbiq; necesse est esse molem? simul aũt si & vacuum est, & locus infinitus, & corpus infinitum necesse est esse. Posse enim ab ipso esse nihil differt in perpetuis. Tex. 31. Tex. 32.

Cõmen. 33. Cum ostenderit esse necessarium Naturali sermonẽ de infinito, cum ab intelligentia ipsa infiniti, tum etiam ex opinione veterum Philosophorum, deinceps decẽdit ad quæstionem de ipso seruando quæstionum ordinẽ. Et primo quærit an infinitum sit, nec ne? Sed huic quæstioni conferre admodum censuit, prius locos recensere, quibus nonnulli eo prouenerunt, vt ponerẽt infinitum esse. quod ea de causa fit, vt sic videantur aliqua re niti, nos etiam fateamur eos. At si deprehensi erunt vana conari, & indeterminationem nunc imaginationis sequentes, hoc confutantes ostendemus infinitum non subsistere. Vnde quinq; esse, inquit, ea, quibus infinitum non modo magnitudine, sed etiam secundum qualecunq; infinitum esse credimus. Nam dum sumit initium recensendi persequendiq; locos & conceptiones, quibus infinitum statuimus, oẽs aperit non solum secundum magnitudinem corpoream, sed etiã secundum omnẽ magnitudinem & secũdum multitudinem infinitam, fingentes aliquando quidem vera, & aliquando falsa. Sed primam conceptionem infinitatis ponit, aliam ex tempore, quod reuera existit infinitum. Nam, si tempus haud infinitum est, interdũ non esset tempus, & ita erit, quando non erit, quare & quando non est tempus, est tempus. Semper igitur est tempus: igitur tempus est infinitum. Secunda fides, vt sit infinitum, est ex diuisione magnitudinis, velut Eudemus inquit, ex continui diuisione: videtur nanq; non deficere: non deficere autem est infiniti. Equidem Mathematici vtũtur sectione magnitudinum, aliquando eam velut dignitatem accipientes. Nam omnem magnitudinem & omnem lineam, quauis

Margin notes (right): Locos quibus ueteres indu. sti posuere infinitum. — Infiniti conceptio ex tempore. — Infiniti fides ex magnitudinum diuisione. Diuisione in infinitum utũtur Mathematici.

quauis proportione diuidunt datum accipientes, quantacunq; fuerit, perinde ac sectio magnitudinum fit in infinitum: interdum etiam ostendentes. Nam si, vt aiunt, nūquam descripta in circulo recta, est æqualis circumferentiæ, superficies, quæ comprehenditur à recta & circumferentia, in infinitum scinditur. Nā vbi cessauerit sectio, recta æquabitur circumferentiæ. Si aūt & duo trianguli latera semper reliquo maiores sunt, si in triangulo rectorum angulorum, in quo basis maior est vtroq; latere, cū ab ambobus lateribus basi æqualem abstulerimus, per facta ligna basi parallelam, vel æquidistantē duxerimus, faciemus triangulū minorem similē toti, constantē æquis lateribus & rectorum angulorū. idq; semper facere poterimus. nec enim deficiemus triāgulum semper facere breuiorē, neq; duo latera inuenire reliquo maiora, vt in ambobus basi æqualem auferamus, & per puncta ducamus parallelam. quod si hoc facere possumus in infinitū, profecto in infinitum planū, areaq; trianguli secabitur, quod si in infinitum est sectio, infinitum igitur est in magnitudine. Haud enim infinitum esset, nisi in infinitū foret sectio. Tertium aūt inquit esse eorum, quæ sic solū ad infinitum deducūt rerum vicissitudinem, vt non deficiat vnquam generatio, quādoquidem si infinitum est, id à quo ablatum aliquid semper in infinitum ea fiunt, quæ fiunt. Etenim, Quosdam Naturales persuasit elementum pone re infinitū. Quartum aūt & captu difficilem ponit, quia omne finitum semper ad aliquid terminari apparet. Nam si omne finitum ad aliquid aliud extra ipsum terminatur, illud deinde extrinsecus quo terminabitur, vel ergo infinitum est, vel finitum: & si infinitum, habemus id, quod volumus, infinitum esse: si vero finitum fuerit, vt tellus & ipsa alio terminabitur. & hoc in infinitum. si aūt in infinitum hoc fit, igitur infinitum est. Nam haud vltimum sumendum erit aliqū, siquidem & illud acceptum alio claudendum sit & terminādum. Huic rationi Epicurus, vt ait Alex. maximam fidem adhibēs, vniuersum dixit esse infinitum, quia oē finitū aliquo cingi & terminari cū oportet, quicquam extrinsecus habet. At Arist. mentionem facit de hac ratione, veluti de antiquiore opinione. Quintum aūt addit, quē & maxime primarium esse inquit Aristo. qui etiam cōmunem dubitationem oībus mouet, potestas est nostræ mentis agitationis, vel visionis, quæ semper addere & auferre aliquid potest, & nūquam vincitur & deficit. Nam ob id & numerus in infinitum augeri videtur, quia oī addito numero possumus addere vnitatem, vel numerum. Et mathematicæ magnitudines in infinitū augeri, atq; diuidi queunt, quia vbi quodcunq; acceptum fuerit diuidi scindiq; denuo potest, & sectum addere intelligentia & cogitatione. Non. n. sensui addi potest. quia vero intellectio & cogitatio de rebus fieri videtur, putamus res ita se habere, sicut imaginamur & cogitamus. Idemq; solemus de eo, quod extra cœlum imaginamur, pati. Nam semper aliquo sumpto aliquid extra intelligimus & imaginamur, & sic infinitum extra esse videtur. Et si fuerit vacuum (vt videbatur dicere Democritus) infinitū, & mundi infiniti. Nam cur hic magis quam alibi vacuum collocandum est? quare, si in vno loco, vbiq; erit corporea moles, quare & ipsa erit infinita. Item, si vacuum locus est, qui pōt recipere corpus, & in perpetuis quoties aliquid fieri potest, penitus fit, nam si non fiat, neq; contingit fieri. Nā in corruptibilibus nil prohibet corruptū aliquid esse, priusquam in opus venire queat. At in sempiternis haud fieri hoc pōt. Ideo in perpetuis & sempiternis non est contingens, sed in his solum, q̄ sunt subdita ortui & interitui.

Infiniti cōmertio ex generationis continuitate.

Infiniti locus ex eo quod qd finitur semper aliquo finitur.

Infinitū Epicurei dicebant vniuersum.

Infiniti locus ex potestate nostræ cogitationis.

Si vacuū infinitum est, & mundi infiniti sunt.

Contingens nō est in æternis.

Qua re, si vacuū infinitū, & locus erit infinitus, & corpus infinitum, quod aptus est locus accipere. Archytas aūt, vt inquit Eudemus, sic interrogabat rationem faciens, videlicet, an in extremo cœli orbe existens extēderem manū, vel virgam ad extra, vel non? quod nequeam extendere absurdum est, si vero extendero, itaq; vel corpus, vel aliquid loci extra erit, nihil quidem interest, sic vel illo modo dicere, modo vt discamus. Sēper igiť incedit eodē modo, si accipiatur terminus, & idem interrogabit, & si sem per alterum erit, ad quod virga extēditur, patet q̄ erit infinitum, & si quidem corpus erit, ostensum est propositum, si vero locus, idem sequitur, quippe locus sit in quo corpus est, vel pōt esse: ipsum aūt potentia velut ens oportet ponere in sempiternis & sic erit corpus infinitū & locus. Nisi forte eadem ratio & cōtra nos procedat, instētq; acriter admodum dicentes, nihil esse extra cœlum, vel vt corpus mūdanum, cuius terminus est cœlum vniuersam regionem capiat. si ergo in humero, dorsoq; cœli existeret aliquis, quanā extenderet manum? Non. n. in nihil: qđ nullum ens est in eo quod non est, sed neq; prohibebitur extēdere. Nam à nullo potest prohiberi. Sic igitur Arist. ex quinque magis patere infinitū esse inquit. At Eudem. sex causis inquit, videri infinitum esse. Quarum primam dicit esse diuisionem continui in infinitum, cui responden tem ex equo inquit esse diuisionem consideratam in numeris s̄m additionem. Sed neq; hāc causam omisit Arist. cum ponat ipsam inter infinita, quæ s̄m imaginationem existimantur, cum dixit p̄sertim, & numerus videtur esse infinitus, & mathematicas magnitudines diuidi in infinitum patet. Sed forsitan aliquis dubitaret, quō s̄m imaginationem dicit additionem numeri in infinitum, & magnitudinis ablationem. Etenim sic reuera esse videtur. Nam quasi numero non pōt fieri additio, & quæ magnitudo non pōt diuidi, siquidem non ex punctis cōstat magnitudo? Nisi q̄ nō in infinitū fieri, sed infinitum s̄m intelligentiam & imaginationem dicit, q̄ auctio & diminutio in infinitū intelligitur fieri. Nā in infinitum in vtraq; etiam in subsistentia est, sed infinitum minime vt ostendetur. Neq;. n. numerus est infinitus, neq; magnitudo.

Archytæ à Infinito apta interrogatio.

Additionem numeri in infinitum quō asfirmet Aristo.

Habet autem dubitationem ipsa de infinito consideratio. num his, qui esse ponunt, multa impossibilia accidant, et his qui ponunt non esse? Siquid autem sit, vtrum vt substantia, an vt accidens per se alicui naturæ, an neutro modo. Sed nihilominus est infinitum, quam infinita multitudine. Tex. 33.

Cum dixerit ex quibus & quot moti fuere illi, qui statuere infinitum, & ostēsurus esset paulopost, quō non est, & quō est, interponit dubitationem ad vtranq; partem: & vtriq; dicit posse occurri, s. dicentibus esse, & negantibus esse infinitum. Et si est, quō inquiūt esse: vel vt substantiam, vel vt accidens, vel neutrum horum, sed nihil minus esse infinitum vel infinita multitudine dicūt. Hoc enim petit indeficientiam diuisionis, & maxime huic in infinitum conuenit. Quænam igitur ostenduntur absurda his, qui negant esse infinitum? Esse necesse tolli sectionē continuorum in infinitum. & hac sublata tollitur Geometria, q̄ vtitur hac principio. Introducitur aūt magnitudines ex atomis constare, & punctis indiuisibilibus: & tēpus ex ipsis nunc. quod multipsr confutabitur. & ex his tēpus demitur, quod quidem pluribus confutabitur. Item tollitur auctio numerorum in infinitum, quæ euidēs est. Nam quis numerus inuenitur hominū, cum præsentium tum futurorū, cui addi nil possit. Tollitur aūt in infinitum temporis processus. & cum hoc tollitur vniuersi perpetuitas, quæ pluribus exactis rationibus & probatis à Plato

Cōm. 34.

Infinitū auferentibus quænā contingāt absurda.

Infinitum esse per se tubas quæ accident ... possibilia.

tione & Aristo. ostensa est. Econtra aũt siquis dicat infinitũ esse, demuntur differentiæ hæ, i. sursum & deorsum, & medij, & circum, & naturalis corporum inclinatio & motus. quandoquidem non esset motus ad definita, quocirca neq; motus essent definiti. At si quis diceret aliquod infinitũ esse, siue vt substantiã, siue vt accidens, quot & qualia accident, q̃ haud fieri possunt, paulopost discemus. q̃d si quis neutrum horũ dixerit, tñ esse infinitum cõtendet, profectò absurdum videbitur esse aliquid, quod nec substantia, nec accidens est. Et aliter Alexander exponit ipsum neutrum, quia non contra omne accidens neutrũ dicitur, sed contra illud, quod per se alicui inest, vt si dixerit, vel neq; vt substantia, vel neq; vt accidens per se, sed aliquomodo aliter accidens.

Tex. 34. *Maxime autem Physici est considerare, si est magnitudo sensibilis infinita.*

Com. 35. V biq; dictorum constituens, quod peculiaris est naturali quæstio de infinito, argumẽto eorum, quæ subiiciuntur ipsi, si quidem magnitudines sunt & mota f m tẽpus, & eo indicio, q̃ naturales Philosophi de ipso disseruerũt non frustra, immo ipsum posuere principium. Item dicẽs nihil minus eos, qui dicunt ipsum esse vel non esse, siue substantiam dixerint, vel accidens vel neutrum, incidere in grauia & multa absurda, ob id igitur, cum ostendisset peculiarem esse Philosopho sermonem de infinito, meritò intulit sermonem de talibus infinitis proprium esse Naturali, quoniam non de aliquo intellectuali, vt mathematico, vel de aliquo alio supra hoc, est sermo, sed de sensili. Nam ille sciens est, qui facit peculiares sermones conuenientes suis positionibus.

Primum igitur determinandum est, quot modis dicitur infinitum. Vno igitur modo, quod impossibile est transire, ex eo quia non est aptum natura transiri, vt vox inuisibilis. Aliter autem transitum habens inconsummabilem, aut quod vix, aut quod natura aptum est habere, non tñ habet transitũ, aut finẽ. Amplius, infinitum oẽ aut est secundum appositionem, aut secũdum diuisionem, aut vtroq; modo.

Cõm. 36. *Infinitũ quot modis dicatur.* Cum dixerit de quonam præsertim infinito spectet ad Naturalem considerare, an sit, quia de magnitudine sensibili, quã quidem non esse demõstrabit, volens quædam alia significata infiniti esse, cũ infinitũ sit de numero eorum, q̃ multipliciter dicũtur, diuidit primo eius significata. Sic. n. didicerimus f m q̃ significata nequit esse infinitum, & f m quæ potest. Cõmuniter igitur infinitum esse videtur, quod pertransiri non potest, & quod transiri natura non põt. Hoc modo itaq; dr infinitum, quod non habet penitus naturam, qua pertransiri possit, quale erit punctum, & oino id, quod non est quantum. Nam quod non est quantum prorsus non habet transitum: quare neq; transitum sine fine: Sic etiam vox inuisilis dr f m negationẽ, quia non est apta videri, quia colorem non habet. Sed f m plures modos & talis negatio dicitur, quæ est f m ipsum non aptum esse. Nam aliter paries est sine pede, & piscis & auis quædam. auis. n. sic dicitur, quia non est in tali genere pedis, vt animal: piscis vero quia telum differentiam habet ad ea, quæ sunt eiusdem generis. Nam animalium, vel aquatilium alia sunt pedum expertia, quædam pedata (vt ita dicam.) sed auis, quam dicimus innuculum, dicitur sine pede, quia exiguos pedes & debiles habet. At non f m hoc significatum, s. f m negationem, quærimus an sit aliquod infinitum sensile. Secundum aũt significatum maxime infiniti exponit, quod habet transitum, qui haud attingi potest, quia quantum est, sed attingi nequit & est infinitum & impertransibile. Et huius differentiæ

Infinitũ, q̃d transiri non potest, quale sit.

Negatio in compositis multipliciter dicitur.

Infinitũ q̃d transitũ habet, sed nõ terminandum.

sunt. Vel. n. per ædificium & præparationẽ est tale. Aliqñ quidem pp figuram. vt annulus, qui non habet fundũ, palamúe, est infinitus, quia & oĩs circulus sic est. Aliqñ vero, quia non det exitum. Vt apud Lacedæmonas erat locus, in quo dãnati immittebãtur iudicum decreto. Vel infinitum dicitur ob magnitudinis amplitudinẽ, & vastitatem. in quo significato plurima est infiniti intelligentia. Tertium significatum est illius, quod vix habet transitũ, vel ob magnitudinem, vel ob constructionem, vt labyrinthus, & postea locus malorũ, apud Lacedæmonios. Nã quod vix transitum habeat ostẽdit vulpes, quæ Messeniũ Aristomenem transmisit. Quartum aũt significatum infiniti, quod aptum est habere trãsitum, sed impertransibilis est. Talis aũt est via vbi viget ingens calor, vel frigiditas, q̃ cum transiri possit, q̃ eius magnitudo definita est, prohibetur tñ ex aeris molestia immodica. In tali etiam labyrinthũ Alex. posuit sic cõstructum, vt sit inuiũ, & infinitũ annulum, quæ trãsiri possunt, q̃ finita sunt, sed ob talẽ structuram inuius & impertransibilis est. Nisi forte & labyrinthus, si & vix, tñ habet transitum. ideo est collocandus in his, quæ vix pertransiri queunt. Annulus aũt, vt circulus oĩs, neq; aptus est prorsus habere terminum, non ob magnitudinem, sed ob figuram. Quintum infiniti significatum ponit f m additionem, quod quidem in numeris contemplatur. Nam oĩ proposito numero est alium addere, & f m diuisionem, siquidem omne continuum in infinitum est diuisile. Q̃m aũt in numeris f m additionẽ duntaxat est infinitum: nam diuisio ad vnitates stans non amplius in infinitum procedit, sed in magnitudinibus f m diuisionem, quoties omne acceptum diuideretur, & f m additionem, cum & scinderetur in infinitum, & secta adderẽtur, ob id dixit, vel f m additionem, vel f m diuisionem, vel vtroq; modo. Sic etiam tempus futurum, & additione infinitum, & ablatione præteritum. Sed omne adiecit, non quia omne dicatur infinitum, sed quia omne proprie dictum, quod vere est non quia simul existens sit infinitum. Ostẽdetur aũt nihil esse tale, neq; f m multitudinem, neque f m magnitudinem, sed in infinitum hoc, quod est dum fit & habet esse, dum fit.

Credas hic est locus dãt: torum apud Lacedæmonios.

Infinitũ q̃d vix transitũ habet.

Infinitũ q̃d natura aptũ est ut pertransiri, sed tamen nõ pot pertransiri.

Infinitum secundũ additionem.

CAP. V.

Tex. 35. *Separabile igitur esse à sensibilibus infinitum, cum sit ipsum quid infinitum, non est possibile. Si enim neq; magnitudo est, neq; multitudo, sed substantia ipsum est infinitum, & non accidens, indiuisibile erit. diuisibile enim aut magnitudo erit, aut multitudo. si autem indiuisibile, non infinitum, nisi sicut vox inuisibilis est. At neque sic dicunt esse affirmantes esse infinitum, neque nos quærimus, sed vt intransibile.*

Cõm. 37. Priores quidem quæstiones erãt de infinito, num esset, nec ne, & sic nunquid esset substantia, nec ne, quæ sitũ fuit. Proinde ipse mox initio quæstionis quærit, verũ substantia sit, vel accidẽs, hoc fortasse ob breuitatẽ. Nam, si ostensum fuerit, quod neq; substãtia, neq; accidens naturæ alicui, ostẽsum erit quod neq; est prorsus velut existens infinitum. Nam omne quod est, vel substantia est, vel accñs. Quòd igitur infinitũ non sit substantia, sic ostẽdit. si substantia est, indiuisile erit: si aũt indiuisile non infinitum erit. Sed & tamẽ statutum positumq; erat esse infinitum, igitur non est substantia. Et q̃ quidẽ indiuisile sit substantia, sic ostendit. Substantia non est accidens, si non accñs, non quantum, si non quãtum, nec magnitudo, neq; multitudo, si neq; magnitudo, neq; multitudo, ergo non diuisile. Nam hæ sunt diuisiles, si vero indiuisile non infinitum,

Infinitũ non est substãtia.

Substãtia est indiuisibilis.

Nam infinitum diuisile. sed infinitū esse suppositum est, igitur non substātia. Quòd si diceretur substantia quæ est indiuisilis, sic aūt diceret velut id, quod nō aptum est f m negationem solam, vt vox inuisilis, Sed nūc haud est quæstium infinitum sic dictum, sed impertransile. Separabile autem substantiam dicit tanquam per se subsistentem, & non in alio, velut accidentia.

Tex. 36. *Si vero secundum accidens est infinitum, non erit vtiq; elementum eorum, quæ sunt, vt infinitum. sicut neq; inuisibile, locutionis. Quamuis vox sit inuisibilis.*

Cōm. 38. Secundum accidens expositores dicunt dictū esse pro hoc, Accñs, vt dicat, si non substātia, sed accñs erit infinitū, infinitū non erit elementum rerum, vt dixere etiā Pythagorei, & Plato, & adhuc magis Naturales, qui aquam, vel aerem, vel ignem, vel intermedium elementū dicunt. Erit enim elementum & principium illud, cui accidet infinitum esse. vt in voce fit. Etenim principium, vel elementum est sermonis, & accidit ei, vt sit inuisilis. & nō si quis dixerit hoc principium, vel elemētum sermonis. Sic igiť, vt dixi, oēs fere expositores locum exponūt hunc. Nisi for te id per accidens, non pro hoc, Accidens, sed proprie dixit Aristo. sic de substantia descendens ad quærendum, an infinitum sit accidens. Sed, postquam demōstrauit quod infinitum non est substantia per se, neq; idem esse infinitum & substantiam, ostendit q neq; per accidens inest infinito hoc, f. substātiam esse: quod quidem opinari quisquam poterit, videns in naturali substantia, quantū. Dicit igitur, quod si per accidens est infinitum substantia, non erit infinitū elementum eorum, quæ sunt, sed substātia inest infinito per accidēs, vt se habet in sermone & in voce. Etenim qm vox inest inuisili per accidens. Nam accidit aliquod inuisile vocem esse, sed non vocem inuisilem esse acciditrnam per se ipsi inest hoc, sed non est inuisile sermonis elementum, sed vox inuisili per accidens inexistēs. Nā etsi vox est inuisilis, videlicet vox etiā cum aliis. quare aliquid inuisile est vox. quare vox est quæ inest inuisili per accñs, vt substantia infinito. Nam q inuisile cum infinito proportionem habeat patet, & noui quidem ita exponi posse vt prius dictum est. Etenim procedēdo accñs per accidens appellat. Inducit aūt me ad hanc expositionem, id & alia quædam ponere argumenta ad ostēdendum, q infinitum non sit substantia. si vero accidens transtulit in quibus inquit, per accidens igitur inest infinitū, & ibidem destruit hoc, eo quod est principium. Patet aūt etiam ex hoc, quia eodem vtitur argumēto aliquomodo, quod nō est hic suppositio accidentis.

Infinito non per accidens inest, ut sit substantia.

Amplius, quomodo cōtingit aliquid esse ipsum infinitum, si non est & secundum numerum & magnitudinem, quorum est per se passio quadam infinitum? adhuc enim minus esse necesse est, quam numerum, aut magnitudinem.

Cōm. 39. Alexander hoc etiam fatetur esse ostensiuum huius, q infinitum nō est ipsum per se substantia. Et argumentum est ex ipso maxis & minus. Nam, si numerus & magnitudo, quarū affectio est infinitum, nequeunt per se esse, idest substantiæ, quia quanta & in subiecto sunt, multo magis igiť infinito hoc inest. igiť minus infinitum est substantia, quàm magnitudo & numerus. Nam, si esset, in subiecto collocabitur, sed subiectum minus cogitur esse in alio, quam accidens in eodem, qm & magis subiectum alicui per se esse potest quam alicuius accidentis per se, si autem non per se, neque substantia est,

Tex. 37. *Manifestum autem, & quòd non contingit esse infinitum, vt actu exilens, & vt substantiam. ac principium. Erit enim quicquid ipsius accipiatur infinitum, si partibile est. Infinitum enim esse, & infinitum, idem est, si substantia infinitum sit, & non de subiecto. Quare, aut indiuisibile est, aut in infinita diuisibile. multa aūt infinita esse idem, impossibile est. At vero vt aeris, aer pars est, sic & infinitum, infiniti, siquidem substantia est & principium. Impartibile ergo & indiuisibile est. At esse tale nequit, quod actu est infinitum. quantum.n. quid esse necesse est.*

Et hoc argumentum destruit infinitū esse substantiam per se. Nam prius, cū ostenderit, q si infinitum est substantia & non per accñs, impartile, & indiuisile erit, & ob id non infinitum, qm oīs substantia, vel indiuisilis est, vel diuisilis, & cū dicat ex hoc quod est indiuisile sequi non esse infinitum, subiungit absurdum. modo statuitur substantia diuisilis esse. Erit enim & vnaquæq; pars ipsius infinita. Et argumentum totum, est tale. Si principium ponitur, & substantia actu infinitum, idē erit infinitum in ipso & esse infiniti, quia esse eius est infinitum erit igitur simplex vndiq; simile, si vero hoc, vel erit indiuisile & minime sic infinitum, vel si diuisile oīno erit, profecto diuideť in infinita. Nā in similia velut in ea q̄ sunt similaria diuidetur, igitur ipsum erit plura infinita, etsi non ipsum, tñ non possunt esse plura infinita corpora, si ergo neq; vt indiuisilis substantia est, neq; vt diuisa non est substantia. Verum in his ipsum actu ens dixit, si sic vt actu hoc aliquid existens, ipsum per se subsistere potens, & non sic se habens vt cōposita, aliud quidem, quod de subiecto dicitur & aliud habentia subiectū. Nam hæc non sunt simplicia, neq;, velut accidentia corporibus. Neq; enim hæc simplicia sunt cō mixta complicitaúe cum subiectis. Nam aliud album est, & aliud albi esse, sed velut simplex. Sic.n. si fuerit, principium erit vt putant. Vel actu, dictum est, ad distinctionem contra id, quod est potentia. Qm quod est potentia infinitum oñderur esse. Dixit igitur actu, opponēs ipsum ad id, quod est potentia, quod quidem nil prohibet esse pro hoc in infinitum. Item actu subsistens infinitū opponitur ei infinito, quod solū intellectu est. Fortè corpus actu subsistens, infinitum etiā contra materiam oppositum fecit, quæ infinita est, sed non actu corpus est, sed potentia. Vnde bis, cum hoc, f. substantia vtatur, dum semel protulit, dicendo, non contingit substantiam esse infinitum, secundo aūt, qñ dicit, & vt substantia & principiū, primum quidem pro hoc, f. naturam, dixit veluti actu sic existentem. Nam substantię nomen cōmuniter de omnibus prædicamentis prædicatur, quatenus dicimus substantiā quanti, vel qualis & prorsus accidentis. Secundum aūt dixit de proprie substātia. Nisi forte melius sit ambo intelligere de proprie substantia. Nam dicens, velut actu ens, subiunxit & velut substantiam, vt indicet quo modo ipsum actu dixit. Illud vero siquidem substantia infinitum & de subiecto, dixit, qm quidem si aliquis numerus, vel aliqua magnitudo, vel prorsus de numero eorum est, quæ sunt in subiecto, dicit esse infinitum, non sequetur ex hoc, & partes talis infiniti infinitas facere. Nam supponūt infinito alteram esse naturā, & nil vetat partem huius numerum esse, sed minime infinitum. Non idem est aūt esse numerum, & infinitum. Nam numerus est multitudo ex vnitatibus collecta, At infinitum est quantum impertrāsibile. Si vero infinitum vt substātia & principium, simplex est. Et olum simplicium idem hoc, & hoc aliquid esse secūdum formā, vt anima, & esse animam. igitur sic dicens, infinitum vt substantiā, tanquam in ratione infiniti consistat, vt partes substantiæ substantias dicit, sic & partes infiniti infinitæ sunt. Vt enim pars aeris est aer, & pars aquæ aqua, & omnis simplicis pars similis est toti, sic & infiniti pars

Cōm. 40.

Substantia si diuidatur q̄ nam incōmoda contingāt.

Substantia sumitur proprie & improprie.

Numerū esse & esse infinitum non est idem.

In composito vero, hæc

quippe est compositum, hoc vero esse, est per formam. Pars infinita, forte autem & partes partis. Verum illud dixit esse plura infinita haud posse, non perinde ac quea esse aliud & aliud infinitum, sed tanquam hoc euidentius absurdum. Absurdum, inquã, non solum, quia ipsum infiniti est plura, sed etiam quia videtur cũ quippiam finitum ab omni infinito demitur non erit infinitum. Aliud autẽ ponentibus vt substantiam & principiũ infinitum. Eudemus tradit accidere absurdum. Nã, inquit, si est elementũ infinitũ, & mouetur aliquid ex ipso, erit in ipso facto aliquid finitum. Non enim omnia, quæ erunt facta, infinita erunt, igitur accidet infinitum esse in ipso finito.

Tex. 38. *Secundum ergo accidens est infinitum. Sed, si sic, dictum est quod non contingit ipsum principium dicere, sed illud, cui accidit, vt aerem, aut par. Quare absurde enunciant dicentes, sicuti Pythagorei dicunt. Simul enim substantiam faciunt infinitum, & partiuntur.*

Cõm. 41. *Infinitũ non est accidens.* Cum ostenderit infinitum nõ esse substãtiam, neq; indiuisilẽ, neq; diuisilem, deinceps, ꝙ neq; accidens sit, ostendit eadem demonstratione viens, qua vsus est prius, & substantiam per accidens velut principiũ infinitũ supponens. Nam rursus dicit, ꝙ si accidens non contingit ipsum dicere principium & elemẽtum: sed illud, cui accidit, siue id aer sit, vt Diogenes dixit, siue par, vt Pythagorei, igitur non infinitum est principium, sed illud, cui inest infinitũ: siue igitur per accidens substantia inest infinito, siue infinitum substantiæ accidat s'm ambo horum substantia est principium & non infinitũ. Absurdum igitur dicunt, qui dicunt principium esse infinitum, vt Pythagorei. Nã haud id qđ est accidens potest esse principium, vt ostensum est nunc, & si substantiam supposuerint Pythagorei coguntur ipsam partilem supponere, cum dicant infinitũ esse par. At ostensum est fieri non posse, vt infinitum sit principiũ & substãtia, qa necesse est in infinita dinidi. Sed prorsus neque substantia est infinitum, siquidem par. Nam numerus est par, sed numerus est quantum aliquid & non substantia. Item neq; in similia diuiditur, qđ quidem principio conuenit. Non enim pares omnino sunt partes paris.

Tex. 39. *Sed fortasis hac quidem est vniuersalis quæstio magis, an contingat infinitum & in mathematicis esse, & in intelligibilibus, & in his, quæ nullam habent magnitudinem. Nos autem cõsideramus, de sensibilibus, ac de quibus erunt; tractamus vtrum in illis est, an non est, corpus infinitum in augmentum.*

Cõm. 42. *Pythagorei finitum tanquam vnionis et diuisionis in his, quæ intelligẽtia percipiuntur & in sensibilibus.* Cum mentionem fecisset de Pythagoreis, benigne & prudenter quidem notauit, ꝙ illi communia principia posuere rebus intellectualibus & sensilibus, & in his, quæ sunt intermedia, s. intellectualia & mathematici dixere terminum & infinitum, velut vnionis & diuisionis causas. Nos autem in præsentia tractamus de sensilibus, an in ipsis infinitum quoddam corpus sit, nec ne, & non, an sit diuisile in infinitum: nam hoc etiam mathematicis est proprium, sed velut in infinitum augendum, qđ quidem in solis naturalibus inest, si quidem prorsus inest. Sed illud, Et in his, quæ nullam habent magnitudinẽ, dixit de intelligibilibus per ipsum, nullam, significans neq; naturale, neq; mathematicam. Dictum aũt prius est, qđ scientię propriũ est facere rationes congruas & conuenientes propositis, Alex. autem vniuersalem hanc quæstionem inquit, quia possunt qui ea vtuntur non solũ in naturalibus, sed etiã in aliis quærere. Nã, si est in ideis actu infinitum, vel vt substantia erit, vel vt accidens. Sed sciendum est, ꝙ non conuenit ideis talis diuisio, cum plane Plato dicat, ideas esse tias esse, & neque esse hic accidentia, vt iustitiam, prudentiam, & scientiam concedat in alio esse ibi. Dicit proinde in Phædone, ꝙ anima ad intellectuale reducta iustitiam contemplatur, & despicit scientiam, non quatenus generatio adest neq; est alia in alio existens. Et prorsus vniuersalem quæstionẽ dixit, non ꝙ, si infinitum sit substantia vel accidens, si contingit idem etiam in mathematicis esse & in intellectualibus, vt dixere Pythagorei.

Idea nõ sunt substantia vel accidens sed essentia.

Logice igitur speculantibus, ex huiusmodi videbitur vtique non esse. Si enim est corporis ratio, superficie terminatum, non vtique erit corpus vllum, aut intelligibile, aut sensibile infinitum. At vero, neque numerus sic, vt separatus & infinitus. Numerabile enim est numerus, aut habens numerum. Si ergo numerabile potest numerari, & pertransire vtique possibile erit infinitum. Tex. 40. Tex. 41.

Cum ostenderit neq; infinitum esse substãtiam, neque enim diuisilis est, neq; indiuisilis est, neq; esse accidens: nõ enim esset principium, & increpauerit Pythagoreos, ꝙ etiam substantiam dicunt infinitum, si quidem principiũ & diuisile dicunt ipsum, siquidem dicũt ipsum esse par, reliquum instat, ꝙ talis quæstio, corrigẽs suppositiones Pythagoreorũ de infinito, dicentes, par infinitum esse, & s'm diuisile, & indiuisile arguens, & illud esse principium vel non, communis est & vniuersalis in mathematicis & in intelligibilibus & illis potest adaptari. Etenim etiam in illis conuenit qđ infinitum vel est substantia, vel accidens, etsi substãtia, vel diuisilis, vel indiuisilis: recolligens igitur sermonem ad quæstionem de sensilibus & naturalibus, num in ipsis infinitum sit, nec ne, primo quidem logice arguit, id est persuadendo & probabiliter. item aliquo modo cõmunis & disputabilius. Nam Dialectica Arist. est communis methodus, seu via dicendi de oĩ proposito problemate ex probabilibus ratiocinans, vt ipse initio Topicorum inquit. Nam logicum velut commune consueuit distinguere contra proprium, & eam rem, quæ est s'm naturam & demonstratiuum. Nam, quia adhuc communior aliquomodo est & ipsa demonstratio, significauit per id, qđ dicit, quandoquidem dicat non erit corpus intellectuale, nec sensile infinitũ. Et videtur naturalem à cõmuni quęstione distinguens hoc argumentũ, velut exemplũ communis quæstionis ponere. Deinceps aũt facit quæstionẽ competentem naturali, qñ dicit, Physice autem magis speculantibus. Etenim diuisio in simplex & compositum est propria rebus naturalibus, potest aũt hoc esse s'm diuisiuum ostendens, ꝙ non est infinitum. Vt.n. prius demonstrauit, ꝙ si infinitum non est substantia, neq; accidens, qđ prorsus non est. & paulopost oñdet, ꝙ si non est simplex, neq; compositum prorsus non est, similiter non fuerit magnitudo vel numerus, quæ quidem videntur infinita, prorsus non est. Totus igitur ordo & continuo prædictarũ rationum talis esse mihi videtur. Cæterum, quia in rationibus persuadentibus infinitum esse, quædam erat, quæ infinitũ intellectione & phantasia nostra accipiebat, quia ipsa sem per addit magnitudinibus, & numeris naturalibus, siue mathematicis, videtur ad illam rationẽ, quæ logice arguebat hanc afferre. Dicit enim, ꝙ neq; magnitudo, neq; numerus sunt infinita. Nam si ob id, quia intelligimus semper additionem magnitudinis & numeri, ob id infinita sunt, quia omnis magnitudo dum intelligitur in planis finita intelligitur, & omnis numerus, quem si acceperimus vt inexistentem numeralis est & pertransilis, patet ꝙ magnitudo & numerus sunt finita. Et in corpore talis est concludens ratio, si corporis diffinitio est determinatum esse & conclusum superficiebus, & infinitũ non terminat planis superficiebusq;, quam tñ ꝑtermisit velut manifestam: igitur neq; corpus infinitum est. Et est cõis ratio in cor-

Cõm. 34.

Dialectica qd sit & logice argumentari.

Naturalis quæstio qualis sit.

Infinita non est magnitudo, nec numerus.

poribus mathematicis,& naturalibus. Nam quatenus corpus, ideſt quatenus trifariam dimenſum, acceptũ eſt, ſed non quatenus naturale. Et de numero ſyllogiſmus eſt cõmunis, i.de numero ſenſili,& mathematico: ſic ſe habens, numerus eſt numeratilis: non.n.eſt ſeparatus numerus, vt quidam putant, auferentes cõmunitatem in conceptionibus, ſed eſt in participantibus, ideo numeratilis eſt: ſed numeratile, qđ contingit numerari, põt percurri, & tale eſt finitũ: igitur numerus finitus eſt & nõ infinitus, vt videbatur dicere phantaſia. igitur, etſi poteſt ſemper acceptus numerus augeri, tñ acceptus ſemper finitus eſt. Nam & ſi numeratilem non aliquis diceret numerum, ſed id, qđ habet numerum eſt numeratile & finitum & ob numeri participationem eſt tale. Nam, qñ acciperetur aliquis numerus hic poteſt numerari, vt etiam metrũ poteſt menſurari. Quòd ſi infinitus eſſet, nõ eſſet quicquam participans ipſo, quia eo qđ participatur eſt finitum, ſed numerus vel eſt finitus, vel terminus forte & idem numerus numeratilis eſt & pertranſibilis. Nam ternarius ex tribus conſtat vnitatibus. Et ob id dixit, nã numerus eſt numeratilis, vel id, quod habet numerum, vbi vtitur ipſa nota diſiunctionis, vel. Et ipſum in infinitum nihil prohibet etiam in numero eſſe ſecundum additionem, & in magnitudine ſecũdum diuiſionem & additionem, ſed per ſe ſubſiſtens & actu ens infinitum in neutro eſt.

Numerus minime ſeparatus eſt.

Numeratio ꝑ numeri participationem fit.

Tex. 42. – *Phyſice autem, magis ſpeculantibus ex hiſce, manifeſtũ erit, quòd neque compoſitum poteſt eſſe, neq; ſimplex. Compoſitum igitur non erit infinitum corpus, ſi finita multitudine elementa ſint. neceſſe eſt enim plura eſſe, & ęquari ſemper contraria, & non eſſe vnum eorum infinitum. Si enim quomodocunque deficit quæ in vno corpore eſt alterutrius facultas: vt ſi ignis finitus ſit, aer autem infinitus: eſt autem æqualis ignis, æqualis aeris facultati quantiſcunque partibus, habens tamen aliquem numerum, tamen manifeſtum eſt, quod infinitum excedet & corrumpet finitum.*

Tex. 43. *Vnumquodque autem infinitum eſſe eſt impoſsibile. Corpus enim eſt quod omniquaque demenſionem habet. infinitum autem, quod infinite extenſum eſt, Quare infinitum corpus, vndequaque extenſum erit in infinitum.*

Cõm. 44. Non logice & cõmuniter, ſed demonſtratiue magis & propoſitis proprie. Nam oſtẽdit propter ſubſtantias ipſorum, ſi nequit eſſe ſimplex, neq; compoſitum infinitum, & per potentias, quas habent naturalia naturaliter mota, & per loca, in quibus manere, vel ad quæ apta ſunt moueri. Et demonſtratio ex ſubſtantia eſt, ꝙ nequit corpus ſimplex, neq; compoſitum infinitum eſſe. Nam proprium naturali corpori eſt, vel eſſe ſimplex, vel compoſitum. Dicit igitur, ꝙ ſi eſt aliquod corpus naturale infinitũ omnino, oportet ipſum vel compoſitum eſſe, vel ſimplex: Et ſi cõpoſitum, ex pluribus oino: ideo & ipſe adiecit, neceſſe eſt plura eſſe, & ſpecie differẽtia. Neceſſe eſt autem plura hęc, vel finita, vel infinita numero eſſe. Neque.n.hoc prætermiſit lectum, vt putat Alex. vt demonſtrauit, & oſtenſurus eſt. Sed etiam ipſe confutabit in quibus inquit, ſi vero infinita, & ſimplicia. Etenim qđ nõ ſit vnum elementum demonſtrauit, & prorſus perfectæ demõſtrationis gratia, & ſimplex infinitum ſupponit. ſi ergo compoſitum ex finitis numero eſt, vel omnia magnitudine finita ſunt, vel oĩa infinita, vel alia ſic, & alia alio modo: ſed, ſi omnia ſunt magnitudine finita, quia ſunt etiam multitudine finita: & totum erit magnitudine finitum, & non infinitũ. Hoc autem velut ſectum manifeſtum diuiſionis confutare recuſauit, ꝙ ſi alia ſunt finita, & alia infinita, vel etiam vnum ſolum in ipſis infinitum. Nam ſat eſt etiam nullum accipere ad demonſtrationem, tranſmutat, inquam, infinitum in ſeipſum oĩa, & non amplius erit aliquid plura elementa, ſed vnum. Item neq; compoſitum infinitum, ſed ſimplex, qđ quidem paulopoſt confutabit. Nam oportet adæquari & æque potentia elementa eſſe, ſi ſeruanda ſunt. Quòd ſi aer forte infinitus fuerit, & ignis finitus, igni ſane præualebit aer, & mutabit ignem in ſeipſum. Sed aliquis forſitã dicet, ꝙ ſi amplior aer eſt minore igne imbecillior, quid vetat, vt ignis non. ſuperetur finitus ab aere infinito. Hanc igitur ſoluit inſtantiam dicendo, ꝙ ſi æqualis ignis eſt fortior æquali aere in aliquo numero, & ꝓportione habet exceſſum potentiæ quemuis, ceu millecuple, ſi millecupla proportione acceperimus aerẽ à principio, erit ęque potens igni ſumpto ex principio, & ſi abſtulerimus ſic ſæpe, ignis deficiet, cum ſit poſitus finitus, ſed aer non deficiet, cum ſit poſitus infinitus. Quare & potentia excedens corrumpet ignem. Patet autem, ꝙ ſi plura numero infinita fuerint, magis adhuc à pluribus ſuperabũtur reliqua. Si vero omnia infinita magnitudine elemẽta poſita fuerint, cum ſint numero finita, qm̃ corpus eſt ſimpliciter trifariam diuiſile, & omniquaque extenſum, & infinitum corpus vndequaque quidem, ſed in infinitum extenſum, patet, ꝙ vno exiſtente corpore infinito, nõ erit aliquid aliud corpus pręter ipſum. Nam terminatur ad illud, ſed multo magis ſequitur id, qđ fieri nequit, ſi oĩno iſinita ſtatuta fuerint finita numero, & magnitudine infinita. Et ob id forte quis poteſt abſurdum hoc inferre ſuppoſitioni ante hanc, quæ ponit, vnum vel plura, non omnia tñ magnitudine infinita. Sed illam quidem confutauit ob potentias, hanc autem ob diſtantias, tanquã magis abſurdum ſequatur ex hac. Si vero qđ quidem reliquum eſt diuiſionis ſunt infinita multitudine ſimplicia, ex quibus infinitum compoſitũm ſuppoſitum aliquis diceret, iam quidẽ redarguta eſt ſuppoſitio in Primo lib. vbi oſtenſum eſt, ſi aliquid neq; vnum, neque infinita elementa, ſed plura vno, finita autẽ multitudine, & nõ infinita. Verũ confutabit ipſam paulopoſt, qñ dicet: Si vero infinita & ſimplicia, ꝙ potentiæ, quibus ſpecificantur corpora naturalia & ſimplicia, definita ſunt cum formis. Nam ex primis ſimplicium cõtrarietatibus, ſpecificantur elementa, quæ duæ ſunt, frigiditas & caliditas, ſiccitas & humiditas. Quorum autem ſpecies multitudine determinatę ſunt, hæc neceſſe eſt habere differentiam determinatam ſecundum multitudinem.

Infinitũ non eſt compoſitũ ſimplex corpus, neque naturale.

Species finitæ finitã in multitudine differentiam faciunt.

Tex. 44. *At vero neque vnum, ac ſimplex eſſe contingit infinitũ corpus, neque ſicut dicunt quidam, id, quod præter elementa eſt, ex quo hęc generant. neq; ſimpliciter. Sunt enim quidam, qui hoc faciunt infinitum, ſed non aerem, aut aquam, ne cętera corrumpantur ab infinito. Habent enim ad ſeinuicem contrarietatem. vt aer quidem, frigidus eſt, aqua vero humida, ignis autem calidus. quorum, ſi vnum eſſet infinitum, corrupta iam fuiſſent alia. Nunc autem dicunt aliud eſſe id ex quo hæc ſunt. Impoſsibile autem eſt eſſe tale:* Tex. 45.
non quia infinitum (de hoc enim commune aliquid dicendũ eſt, in omni: ſimiliter & aere, & aqua, & in quolibet:) ſed quia non eſt tale ſenſibile corpus, præter vocata elementa. Omne nãque, ex quo eſt, etiam reſoluitur in hoc. quare eſſet vtique hic, præter aerem, & ignem, & terram, & aquam, aliud quippiam. videtur autem nullum. Neque Tex. 46.
igitur ignis, neq; aliud elementorum quicquam, infinitum quid eſſe poteſt. Omnino enim, & pręter id, quod infinitum ſit, aliquid ipſorum, impoſsibile eſt ipſum vniuerſum, & ſi finitum ſit, aut eſſe, aut fieri vnum quid ipſorum, ſicuti Heraclitus dicit, omnia fieri aliquando ignem. Eadem autem eſt ratio, & in ipſo vno, quod faciunt præter Tex. 47.
elementa,

elementa, Physici. Omnia nãque mutantur ex contrario in contrarium, vt ex calido in frigidum.

Cõm. 46. Infinitũ non potest eẽ unũ corpus & simplex.

Cum ostẽdisset nullum corpus natvrale compositũ ex pluribus infinitum esse, deinceps ostendit, ꝙ nec vnũ, nec simplex corpus infinitũ esse põtest. Si.n. esset aliquod simplex, vel vnum quatuor elementorum est, vel quippiam aliud ꝑter hæc, vt ait Anaximãd. Sed illud præter elementa, ex quo elementa generant, & qđ nullum elementorum queat esse infinitum, patet etiam ex illis, qbus Anaximãd. volens infinitum esse elementum non aerem, non ignem, non aliquid elementorum quatuor posuit ipsum, quia hæc inuicem habent contrarietatem. Et siquidem esset aliquid horum infinitum, corrũperentur contraria ab ipso. Quòd vero ipsum infinitum dictum præter elementa vt principium non solum infinitum non est, sed ꝙ nec prorsus fit, ostendit assumẽs, ꝙ omne, qđ fit ex aliquo in idem etiam dissolui videtur. Si ergo ex illo generatio esset, aliquod hic esset præter elemẽta quatuor, in qđ dissolutio fieret. Sed hic nihil tale apparet. Sed forsitan aliquis dicet, ꝙ etiam secundum ipsum est compositum ex materia & forma, quare dissolutio fiet in hæc: & tñ nunquam apparet in his nuda materia, sed neq; forma per se. Nisi huius causa sit, quia semper formam habet materia in seipsam, & aliam atq; aliam, & generatio est ex contrariis formis, & corruptio in contrarias formas. Quia igitur materiale frigidum ex materiali calido fit, cum corrumpetur materiale frigidum in materiale calidum corrumpitur, & videtur hoc. Et si ergo dicerentur ex materia & contraria forma fieri ea, quæ fiunt, sed ex materia, vt semper inexistente, & ex contraria forma, velut ex transmutato in contrarium fit. Sed videtur etiam Eudemus dubitando eandem dubitationem sic aliquomodo soluere. Nã dicẽdo, ꝙ hic non apparent ea, quæ dicta sunt ab Empedocle, & ea, ex quibus nullum est, subiungit dicentibus informe contingit. Nam informe est subiectum his rebus. Cum ostẽderit igitur, ꝙ neq; quatuor elementorum vnũ aliquid infinitum est, neque qđ est præter elementa, ostendit deinceps ſm communẽ demonstrationem, ꝙ nullum corpus simplex, neq; elementum, neq; præter elementa aliquid est infinitũ. Sed primo ex copia & abundantia ostendit, ꝙ nequit esse vnũ aliquod elementorum, quòd si prorsus non est vnum elementũ, neq; erit finitum, neq; infinitũ. Nam dicit Heraclitus oĩa ex igne finito esse, & in ipsum omnia dissolui. Fuerint autem huius opinionis & Stoici. Nam ex ignitione aliquid huiusmodi insinuant, & omne corpus finitum esse aiunt. Sed nequit si quis diceret omne finitum esse, infinitum esse vnum aliquid elementorum, & vnam quandam naturã: quia hæc sola esset, vel ex eadem mutaretur in eãdem, vt Heraclitus dixit ex igne omnia, & in ignem oĩa conuerti. Quòd vero nec vnum elementorum, quæ sunt, esse posſit elementum, neq; illud præter elementa, ostendit reuocans ad memoriã demonstrationem in Primo lib. qua demonstrauit, ꝙ oẽ, quod transmutatur, ex contrario in contrarium mutatur. Quare illud præter elementa non erit contrarium, quia nulli cõtrarium est, quare neq; transmutaretur in aliquid, neq; fieret aliquid ex ipso, siue sit elementum, siue quidpiam aliud. Si ergo hoc, itaque non erit elementum. Sed ex quatuor elementis non pote st esse vnũ aliquid elementum. quia, si deberet aliquid ex ipso fore, oportet transmutari in idem, & patet ꝙ in cõtrarium debet fieri mutatio. Si vero mutaretur & corrumperetur, sit in illud in quod mutatur, etiam fieret ex illo. Nam id qđ corrumpitur, etiam fit ex illo. si autem hoc, non amplius erit vnũ aliquid horum elementorũ. Nam cur magis hoc erit elementum eorum, quæ fiunt ex ipso, quã illa, ex quibus hoc fit. Quare opus erit, vt sint contraria principia, & simul sint. Si aũt aliquis diceret, qđ seruans contrarietatẽ, in qua eius esse est, mutatur in contrarium sibi, erit simul cum ambobus contrariis: qđ quidem fieri nõ potest. Nã erunt circa vnum elemẽtum contraria. Item, si in contrarium fit mutatio, & vnum est elementũ omnium, oĩa erũt vni contraria, vt in ea mutari posſint. Sed vnũ vni contrarium ponitur. Item non erit generatio: siquidem ſm mutationem in contrarium est generatio. Non est aũt vnum contrarium, cum sit vnum & simplex elementum. Sed sciendum est, ꝙ qui aliud quid præter quatuor elementa hæc dicunt esse elementum eorum, quę sunt, ꝙ tanquã materiam posuerunt, non cõtemplantes in ipso qualitates cõtrarias. Ideo & quatuor elemẽta ex illo dicunt fieri, cũ for matũ fuerit ab illorũ qualitatibus. Et dicentes vnum elemẽtorum principium, nõ velut mutatũ illud esse dixerũt, sed velut id, ꝙ in cunctis consideratur, vti materia. ideò Stoici statuerũt principia ea, quæ bene formabilia essent. patet autem, ꝙ compositum negabant de substantia eius elementi, quæ ad omne extensa esset, si esset infinita, cum essent potentiæ mutatiles, sed illa in simplicis tradunt esse à potentiis naturalibus ex quibus contrarietas. Et hoc dignum est annotatione ſm hæc contextus verba, quia in exemplis elementorum. Dixit, aerẽ frigidum esse, & aquã humidam, quod quidem non consueuit. Nam aerem humidum vocat, quod magis proprietatem humidi habet, quæ quidem proprietas est hæc, quia proprio termino humidum difficile terminari potest, sed alieno facile. Nisi forsitan & hic neglexit, tanquam propter solam cõtrarietatem vtens exemplo. Vel error scripturæ accidit.

Elementum vnum qui omne, ipsum uti in materiam ponunt.

Aerem humidum dicere solet Arist.

Tex. 48.

Oportet autem de omni, & ex hisce considerare: si potest, aut non potest esse corpus infinitum sensibile. Quod autem omnino impossibile sit esse corpus infinitum sensibile, ex hisce manifestum est. Aptum est enim natura omne sensibile alicubi esse. atq; locus est aliquis vniuscuiusque. & idem est partis & totius. vt totius terræ, & vnius gleba, & ignis atque scintillæ. Quare, si sit vnius formæ, vel speciei: aut immobile erit, aut semper mouebitur. atqui impossibile est. Cur enim magis deorsum, quam sursum, aut quouis? Dico autem, vt si gleba sit, quonam hæc mouebitur, aut vbi manebit? locus enim infinitus erit congenei sibi corporis. Vtrum igitur occupabit totum locum? & quomodo? Quæ igitur, & vbi quies & motus ipsius? aut vbique manebit, si vtique non mouebitur, aut vbique mouebitur: non ergo stabit. Si vero dissimile sit ipsum totum, dissimilia & loca erunt. Et primum quidem, non vnum corpus vniuersi est, nisi tangendo. Deinde, aut finita hæc erunt, aut infinita specie. atq; finita quidem non esse possunt. Erunt enim alia quidem infinita, alia vero non, si totum infinitum est, vt ignis, aut aqua. Corruptio autem talis contrariis esset, sicut dictum est prius. Et propter hoc nullus eorum, qui de natura disserunt vnum, & infinitum ignem fecit, aut terram, sed aut aquam, aut aerem, aut eorum medium. quoniam locus vtriusq; manifestus erat, determinatusque. Hæc autem, vtroq; participant, eo, qui sursum, & quod deorsum. Si autẽ infinita & simplicia sunt, & loca infinita, et infinita elemẽta erunt. Si vero hoc impossibile, & loca infinita sunt, & totum finitum esse necesse est. impossibile enim est, non æquari locum, & corpus. neq; enim locus omnis maior est, quam quantum contingit corpus simul esse. simul autem neque infinitum erit corpus, neque corpus maius, quam locus. Aut enim vacuum erit aliquid, aut corpus, quod nusquam aptum natura est, esse.

Tex. 49.

In materiam & formã per se nudam nihil resoluitur.

Vnum elemẽtum esse non potest.

In ignem omnia aliquando resolui opinatus est Heraclitus ac Stoici.

Cum

Cum dixerit & ostenderit interdú, ꝙ nequit corpus aliquid naturale infinitum esse, & interdum, quod simplex esse non potest infinitum, nunc addit simpl'r de omni naturali sub luna corpore, siue cõpositum, siue simplex, demonstrationẽ faciendo si potest, vel nõ põt esse infinitum diuidẽdo in ipsum similare, & dissimilare, vt prius in simplex & compositum.

Infinitum nõ esse corpus generabile et corruptibile.

Vt ergo prius à substantia & à potentiis naturalibus fecit argumenta, sic nunc à locis naturalibus faciet declarationem. Verum nũc rationẽ facit de corpore ortui & interitui obnoxio, ostẽdens tale non esse infinitum. Nam de diuino & circulari corpore in lib. de Cœlo ostendet non esse infinitum. Assumit autẽ velut quasdã dignitates, ꝙ omne corpus sensile, cũ sit generabile & corruptibile: (Nam de his sermo nunc est, vt ex differentia patet motuũ, à quibus sumit argumenta, quæ conuenit elementis, quę sunt sub luna) Omne igitur tale corpus in loco est, quouis modo locus sumptus, siue sit spatium, siue vt Arist. videtur terminus continentis. Nam, si locus est spatiũ, & oẽ corpus naturale in loco est. si vero terminus continẽtis nõ oẽ est in loco, nõ.n. sphæra inenarrabilis est in loco. Ob id igitur Arist. de eo corpore, qđ est sub Luna, facit sermonem, & hac dignitate vtitur, scilicet ꝙ omne corpus sensile in loco est.

Omne corpus sensile est in loco.

Quoduis corpus naturale habet proprium locum.

In his, quæ sunt similarium partium idem est locus partis, & totius.

Secunda vero dignitas est, quòd vnumquodque naturalium corporum habet aliquẽ propriũ locum. Tertia vero dignitas, ꝙ in similaribus eadẽ ratio est vniuersi & partiũ, vt vniuersę terrę & glebę vnius, & ignis & scintillæ. Eadem aũt est ratio forma, vel specie, & non quantitate. Nam ad quem locũ petit gleba terræ, ad eundem & vniuersa terra defertur. Et in quo quiescit, in eo etiam quiescunt eius partes s'm naturam. Cum igitur prius has sumpsisset dignitates, & ꝙ omne corpus naturale est similare, vel dissimilare, aliam diuisionem hanc diuidentem, s. in compositum & simplex addit. Nam potest esse etiam compositum aliquod ens similare, vt caro, os, & id genus. Et aliter non esset dignum Arist. rursus vti eadem diuisione. Et dicta non velut de simplici & composito dicta sunt, sed velut de similari & dissimilari, q̃ quidem similare & dissimilare nominat. Nã & si simplex alicubi vocat in quibus, dicit {Si vero infinita & simplicia} velut magis conueniens simplex ipsi similari ponit per cõparationem ad corpora, quæ sunt instrumentaria & organica. Alexan. igitur hic recusabimus, qui tradit Arist. ponere simplex & similare idem esse, similiter compositum & dissimilare. & dicit, ꝙ etiam nunc sic diuisit, vt iam diuisit qñ in simplex & compositum faciebat diuisionem. In his igitur assumptis ostendit, ꝙ non est corpus naturale, neque similare vel eiusdem formæ vndiq;, neq; dissimilare, siue dissimile forma vndiq; infinitũ: quare nec omnino est, siquidem oẽ corpus naturale, vel similare est, vel dissimilare. At neutrũ horum infinitum esse põt.

Infinitum nõ est corpus similarium partium.

Et ostendit prius, qđ nullum similare corpus est infinitum. Nam si est, sumatur aliqua pars eius, vt si tellus fuerit, accipiatur gleba: cũ igitur idẽ sit locus in similaribus partiũ & totius, & vbi descendet gleba, & manebit. Nam infiniti infinitus est locus, vt demõstrabitur. si ergo terra est infinita, & infinitus locus eius, & proprius & idem glebę, vbi ergo deferetur, an sursum, deorsumúe? Similis.n. est totus locus, igitur non magis huc quàm illuc. Si vero quocunq;, quia ad omnem loci partẽ æque se habet, dissipabitur simul vndique latum. si vero non mouebitur, vbi manebit, cum locũ non habeat determinatũ? non igitur manebit, neq; igitur manebit, neq; mouebitur. Nam, si vbiq; manebit, non mouebitur, & si quocunq; mouebitur, non manebit, modo locus sit infinitus ipsius totius, ꝙ mouebitur, & gleba terræ similiter ad oẽm locum accelerabit, quia vniuersi & partium idem locus est specie & nõ magnitudine. Si vero neque mouebitur, neq; quiescet, non erit corpus naturale nõ habens in seipso naturã, quæ est principiũ motus & quietis, & sic fieri non põt infinitum. Item erit absurdũ, quia erit corpus naturale & nõ poterit moueri, neq; quiescere. Sic ergo destruitur esse corpus simplex similare infinitũ.

Infinitũ non est corpus, qđ sit dissimilium partiũ.

Cæterum neq; dissimilare, aut dissimile specie esse infinitum põt. Assumit aũt hic velut manifestum, ꝙ si velut dissimilare est vniuersum, etiam loci sunt dissimilares. Nã certus est cuiq; corpori locus. ꝙ si corpora dissimilia sunt & loci non erit quippiam vnum continuũ, sed attiguum ex partibus mutuo sese tangentibus. Sed hoc non velut absurdum induxit. Etenim nunc ex partibus mutuo sese tãgentibus vna est vniuersi constitutio, & non ex continuis, vt indicant differentes motus. sed accepit, ꝙ plures sunt actu partes dissimilaris. Quo sumpto, deinceps vtitur tali diuisione, si plures sunt partes, quæ specie differunt, vel finitæ, vel infinitæ numero erunt: & si finitæ numero, totũ tñ fuerit infinitum magnitudine, rursus necesse est vnum, vel plura esse infinita. Nã, si omnia finita & vniuersum erit finitum, & non infinitum: si aũt est aliquid infinitum, emerget rursus dicta ratio, ꝙ cæterea alia corrumpentur ab infinito, qđ specie & loco dictum est differre: sed quæ loco differunt, habent cõtrarietates inter se, atq; loca cõtraria. Et qđ fieri nequeat, vt aliquod infinitum vnum esse indefinitis locis, cum sit velut corruptio & cõtrarietas reliquorum, ostendit etiam aliorum philosophorum sententia, qui vnum elementum infinitum dixere. Nã nullus horũ dixit ignem, vel terram esse infinitum elemẽtum, quia oĩa habent loca certa, & si fuerint infinita destruent prorsus ea, quæ habent naturam oppositam in oppositis. Sed vel aquam, vt Thales: vel aerem, vt Anaximenes: vel mediũ illorum, vt Anaximãder, quia hęc, cũ videãtur locis alternare, vt quæ deorsum & sursum esse possint, interitũ nõ afferebant, vt quæ nec locis cõtraria essent. Et aliter promptius est intelligere, ꝙ nullus vnum & infinitũ in determinato loco faciebat. Nã locus determinatus non erat totus, sed infiniti totus erat locus. Sed hoc non ostendet fieri nõ posse absurdumq; suppositioni accidere non ex eo ꝙ est corruptiuum, sed qđ accipitur determinatus locus. Sed patet, ꝙ suppositio stare non potest, quæ statuit vnum plurĩũ esse infinitum. Nam quomodo dabit locum alteri, vt sit, aut quomodo non terminabitur ad ipsum, sed hanc destructionem velut clarã dicere ipse omisit, descendens ad alterum sectum, qđ ponit infinitas partes numero. Inquit ergo, si infinita simplicia, idest ipsa similaria: nam dissimilare primo componitur ex similaribus partibus componẽtibus totum, vt etiam manus, verbi gratia, nostra constat carnibus, ossibus, & neruis: si ergo infinita s'm multitudinem & speciem ea sunt, ex quibus componitur infinitum dissimilare, & loci erunt infiniti, & locorum differentiæ. Quòd si loci & locorum differentiæ finitæ sunt, vt demõstrabitur, etiam corpora simplicia erunt specie & numero finita: quare vniuersum etiam erit magnitudine finitum. Et ꝙ assumptio vera sit, & quòd sint loci finiti, patet ex oppositionibus localibus. Nam differentiæ locorum sex sunt, sursum deorsum, dextrũ sinistrũ, ante & retro, & pręter hæc non sunt aliæ. Quòd vero sequatur deductum, s. quòd si loci definiti, & corpora in ipsis definita erunt & terminata, ostendit eo quòd opus est prorsus adæquare locum ipsi corpori. Nam, si locus excederet, duo quæ fieri nequet, sequerentur: scilicet necesse erit esse vacuũ: quod ostendetur non esse. Nam qui dicunt vacuum esse,

aiunt

niunt ipsum esse locum priuatum corpore. Item, si maior erit locus corpore, non erit corpus infinitum. Nihil enim infinito maius. si vero corpus aliquis dicat excedere locum, erit aliquod corpus non in loco, quod neque plurimis Naturalium placet. quippe qui ponunt omne corpus in loco. Cæterum illud, Erunt quidem elementa infinita, potest etiam de suppositione dici, cui subiungit hoc. { Si vero hoc impossibile} & erit, inquit, simplices similaresque partes infiniti dissimilaris, potest tamen & velut infinitum absurdum suppositioni idem dici. Nam quia dissimilare est infinitum, componitur ex simplicibus infinitis specie secundum suppositionem, & hæc sunt elementa. Nam ostensum est in Primo Libro, quòd nequeunt infinito numero esse elementa. Sed videtur nunc ad primam expositionem assignare hoc. { Si autem hoc impossibile est} patet autem causa huius, quod fieri non potest, quæ est illata ex locis.

Tex. 50. *Anaxagoras autem inconuenienter loquitur de infiniti mansione. firmare enim ipsum seipsum dicit infinitum, hoc autem, quia in seipso est (aliud enim nihil, continet) tanquā vbi vtique aliquid fuerit, ibi aptum natura sit esse. Hoc autem non verum. erit enim vtique quicquam alicubi vi, &*

Tex. 51. *non vbi aptum natura est esse. Si igitur quammaxime non mouetur totum. Quod enim in seipso firmatur, ac sibiipsi innititur, & in seipso est, immobile esse necesse est: cur tamen non aptum natura sit moueri, dicendum est. non enim satis est, sic dicentem euadere. erit enim vtique & quodlibet aliud non motum, sed aptum natura esse nihil prohibet. quoniam & terra non fertur, neque si infinita esset, vt quæ coercita sit à medio. Sed quia non est aliud, quò feratur, manebit in medio. sed quia non est apta natura sic. sed tamen licebit vtique dicere, quod firmat seipsam. Si igitur neque in terra hec causa est, existente infinita, sed quia grauitatem habet, graue autem manet in medio, terra autem in medio est: similiter & infinitum manet vtique in seipso. propter aliam quandam causam, & non quia infinitum est, & fir-*

Tex. 52. *mat ipsum seipsum. Simul autem manifestum est, quod & quamlibet oportebit partem manere. vt enim infinitum in seipso manet se firmans, sic & quæcūque accipiatur pars, in seipsa manebit. Totius enim & partis eiusdem sunt speciei loca. vt totius terræ & glebæ, deorsum: & totius ignis & scintillæ, sursum. Quare si infiniti locus est id, quod est in seipso, & partis idem erit; manebit igitur in seipso.*

Com. 47. Cum proxime velut id, quod fieri nequit, hoc deduxisset, vel corpus quod nusquā aptum est esse natura: quia omne corpus debet esse alicubi, & prius autem velut dignitatem accepisset hoc, vnicuique corpori secundum naturam esse quendam locum, & in eundem deferri partem in similaribus ad quem totum fertur, & in eodem manere loco, in quo totum. In his igitur velut concessis prædictā concludens, inuenit Anaxagoram contradicentem. Nam ille dicens infinitum immobile, mixturam ex similaribus causam dicit immobilitatis, non quia sit in proprio loco, quia non est prorsus in loco, quia infinitum, cum sit, non continetur ab aliquo, cum ipsum continens debeat esse maius contēto: sed infinitum nihil maius seipso habere potest. ob id igitur non eundem locum, & aptitudinem, cognationemque ad locum facit causam manendi, sed cum sit in seipso seipsum firmat. Hanc igitur opinionem corrigit, perinde ac non bene putet Anaxagoras, qđ ubi aliquid fuerit aliquid ita est, vt quod ei à natura sit infinitum vt illic sit, & ideo, cum sit in seipso mixtura, at non in loco, quod tanquam aptum esse in seipso sic manet. Hoc enim verum non est. Nam quippiam erit alicubi & violenter, quemadmodum est lapis pendens ab hostio, & ferra, & manet vbi non est aptum, etsi non mouetur, igitur totum in seipso firmatum, quia in seipso firmatum & in seipso existens necesse est immobile esse, inquit non sufficere hoc necessarium, & violentum aliquando in assignationem causæ naturalis cur maneat, sed quærenda est causa naturalis manendi. Nam poterat aliquando manere, non quia aptum est sic, sed quia non habet aliquid aliud, quo moueatur velut infinitum, quanquam magis aptum sit moueri quàm manere. Sic non sufficit dicere, quòd maneat alicubi vel in seipso, vel in alio, ad significandum etiam quòd aptum est sic. Non enim idem est dicere quia, & dicere propter quid. Nam ipsum manere ipsum quia significat. Sed causam manendi quærens non contentatur ipso manere, vti causa. Ostendit autem hoc sic se habens etiam in exemplo de terra. Nam, & si quis poneret ipsam esse infinitam, ne ob id aliquid existimet accidere, sed ipsum veluti manens & firmans in seipsam, sed non ob id mansit, quia non habuit quo ferretur velut infinitum, neque quia firmat seipsam, sed uirtute medij, in quo apta est esse ab hac moueri impeditur. Si ergo neque de terra, & si quis ipsam infinitam esse poneret, causam mansionis eius firmatio est, vel non habere aliud quo mouebitur, sed alia quædam causa naturalis. Nam cum grauis sit, & omne graue manet in medio, ob id terra manet in medio. Similiter etiam mixtum infinitum si manet in seipso, ob aliquam aliam causam naturalem manebit, & non quia cum infinitum sit, & non habet quò moueatur, neque quia seipsum firmat. Nam cum hæc dicit non dicit naturalem causam mansionis, sed uiolentam & ex necessitate, & nō illā terræ, vt terræ, sed ipsius magnitudinis. Nā quia supponitur infinitū, nō habet quò moueatur. Sic igitur causam mansionis, quam tradidit Anaxa. confutauit. Item ipsam magis confutat argumēto partiū. Nam, si pars est similis specie cum toto infinito mixto qā singula in singulis sunt, & loci sunt similes specie eorum, quæ sunt similia specie, & totum atque infinitum in seipso firmatum manet, patet etiam, quòd & si quęcunque sumeretur pars eius in seipso manet, & ipsum firmat. Vt enim in loco, sic etiam in seipso. Nā in quo totum, in hoc etiam pars, quando similaria fuerint. Etenim vniuersę terræ & vnius glebæ idem locus deorsum, & vniuersi ignis & scintillæ supra idem. Quare, si infiniti locus est in seipso, & partis idem erit locus. igitur manet etiam pars, & nō mouebitur. quod quidē manifeste falsum est, per ea quæ apparent: nam mouentur partes omnes. si vero propria loca occupabunt, necesse est illis quiescere, sed illud in seipso velut in proprio loco, cum Anaxa. accipiat, ob id manere dixit totum mixtum, quia in ipso firmat se. Sed omnino, si quid in seipso est, manet, sed hoc in seipso esse etiam aliis inest, & partibus, atque finitis & infinitis, omnia profecto manerent, & nihil moueretur. Sed neque vniuerso mixto velut infinito ipsum manere inest, si quia est in seipso, manet. Patet autem, quòd si secundum naturam nihil mouetur, neque præter naturam aliquid mouebitur. Nam præter naturam, inquit, motus sunt contrarij his, qui sunt secundum naturam, nullo pacto igitur aliqđ mouebitur naturalium corporū, quanquam hæc habeant naturam principium motus. Vnde, cum fecisset rationem de una parte, ne quis putet velut dictum conclusum esse de vna, subiunxit, simul quoque patet, & si quancunque partem oporteat manere. Nam, si in aliqua partium infiniti secūdum naturam est ipsum firmari in seipso, & propter hoc etiam ipsum manere & omnibus similiter, & sic nullum

Infinitum nō firmat & immobilitat seipsum ut volunt Anaxag.

Nō naturaliter solū sed

violentia est quippiam alicubi.

Quia est, & propter quid est dicere, diuersa sunt.

nullum corporum secũdum naturam mouebitur. Sed neque præter naturam, vt in quarto demonstrabit. Nam posterius est ipsum præter naturam eo, quod est secundum naturam. Hoc autem etiam absurdissimum est, & pugnat cum opinione Anaxagoræ neque secundum apparẽs dicentis immobilia entia. Sed quærere an sit aliquid idẽ in seipso, & si potest aliquid suimet locus esse, spectat ad consideratione̅ de loco. Equidem disputatio de loco principio Quarti libri proponetur. Patet autem, quòd etiam confutat rationem argumento ipsius vniuersi, vt quòd nõ assignet causam naturalem mansionis, eodem prætextu argumenti facti de partibus, vbi dicta causa est alicuius consequentis, quod esse non potuit, scilicet quòd nullum naturale potest moueri. Sic igitur ad apparens ex Anaxagoræ opinione occurrit Arist. At si vere prius dicebã, quod duplicem mundum insinuabat Anaxagoras, alium intellectualem, alium vero sensilem: & alium vnitum & aliũ seiunctum, & alium non esse in loco, sed in seipso, & firmare seipsum, admodum congrue & bene dictum est de mundo intellectuali, vt etiam infinitum. Nam corpora, cum sint finita terminataque superficie, quasi extensa diffunderentur & egerent alio termino & firmante, quandoquidem locus ipsis præbeatur, cum excidunt à seipsis & ex suo esse, vt etiam in materia. Equidem impartilia & indiuisilia in seipsis sunt, & firmantur à seipsis, quãdo sunt connexa & colligata. Quæ vero spatiis disiuncta sunt & aliam partem alibi disiecerunt, quòd alibi & non in eodẽ erit totum existens loco egebit, & eo quod sit firmans talis disiectionis. Sed ad cætera eundum est.

Mundus duplex ex Anaxagoræ sententia.

Tex. 53. *Omnino autem manifestum est, quod impossibile est, simul infinitum dicere corpus, & locum quendam corporibus esse, si omne corpus sensibile aut grauitatem habet, aut leuitatem. Et si graue quidem est, ad medium habet lationem natura: Si vero leue, sursum. necesse est enim & infinitum corpus. Impossibile autem est, vt vel toti vtrumlibet, aut dimidium, vtrumque vsuueniat. Quomodo enim diuides, aut quomodo infiniti erit, hoc quidem sursum, illud vero deorsum, aut vltimum, aut medium?*

Cõm. 46. Contra Anaxagoræ rationem, qui dicebat aliquid esse in seipso veluti in loco, bene instat, quia accidit dicenti corpus infinitum dicere aliquem locum non esse in corporibus, & fatenti locum esse necesse est dicere non esse infinitum. Patet ergo, quòd hæc demonstratio confert ad destructionem propositam ex principio. Vt enim prius de ipso infinito arguens demonstrabat, quòd neque accidẽs, neque simplex, neque compositum, neque similare, neque dissimilare, sic nũc a locis & ex habitudine ad eos arguit. Et primo, quòd si infinitum est, non est in loco. Et argumentum fit ex potentijs corporum naturalium. Nam, si omne corpus sensile, vel grauitatem, vel leuitatem habet, & secundum has inclinationes corporibus inest motus a locis ad loca, & mansio in eisdem: Sed nequit esse corpus infinitum, quòd habeat grauitatem, aut leuitatem, vt demonstrabit; itaque nequit aliquod corpus infinitum in loco esse. Sed primum est, igitur & secundum. Equidem omne corpus sensile habere grauitatem, uel leuitatem, velut euidens prætermisit. Nam oportet ipsum habere vtrãlibet qualitatum pugnantium inter se, simplicia quidem per sese vtramlibet, & mixta secundum ipsam mixtione̅, vel secundum prædominans. Quòd vero infinitum est aliquod corpus, ipsum nequit habere grauitatem vel leuitatem, vel sursum manere, vel deorsum, demõstrauit dicendo. Impossibile autem est vt toti vtrumlibet, vel dimidio vtrunque vsuueniat. Sed horum duorum alteri absurdum, scilicet huic, toti vtrumlibet, non subiũnxit velut euidens. Nam si omne vel totum aut est sursum, aut deorsum, quia vtrunque horum est finitum: si quidẽ sursum sit id, quod est vltimum, & deorsum id, quod est in medio: est igitur infinitum corpus in finito loco: quod fieri nequit. Item, si infinitum est in altero horum, cum ambo loci fuerint in vnum concreati, id totum ex eis erit maius ipso infinito, siquidem ipsum est æquale alteri loco in quo est, sed infinito nil maius est. Hæc igitur velut perspicua rationi ipse adducere non putauit dignum esse, sed consequens ex hoc, scilicet, vt dimidio vtrunque vsuueniat, intulit dicendo. Quomodo enim diuides, aut quomodo infiniti erit hoc sursum, illud deorsum. Nam diuidi infinitum dupliciter nõ potest. Vel enim vtrunque erit infinitum, & tunc totum erit maius vtroque existente infinito; vel finitum, & erit totum finitum ex duobus finitis constitutum. Sed quomodo infiniti aliud sursum erit, & aliud deorsum. Nam erũt duæ partes eius in locis finitis: quare & ipsæ finitæ erunt & totum finitum. quòd vero sursum locus finitus & deorsum sit, indicauit per hæc vel vltimum, vel medium. Nam quod habet vltimum & medium est finitum. Nam nomina finitorum sunt, vltimum & medium. Erit autem vltimum infiniti illud, quod est sursum, mediũ autem deorsum. Si vero sursum vltimum, illud vero medium deorsum & vtrunque finitum est, & ob id nequeunt esse partes infiniti in ipsis, unde multo magis totum infinitum in vtrolibet esse non potest, quare per eandem demonstrationem & ambo demõstrauit: scilicet fieri non posse vt toti vtrumlibet, & dimidio vtrumlibet eueniat.

Infinitum, si sit, non est in loco.

Infinitum nequit esse graue aut leue.

Amplius, omne corpus sensibile in loco est. loci vero species & differentiæ sunt, sursum & deorsum, ante & retro, dextrum & sinistrum. Atque hæc non solum ad nos, & positione, sed & in ipso toto determinata sunt. Impossibile autem est in infinito hæc esse. Tex. 54.

A naturalibus potentiis naturalis corporis, & inclinationibus secundum easdem eius, idest à grauitate & leuitate ipsorum, cum ostendisset haud infinitum in loco esse, nunc à loci differentiis destruit, aliquod corpus infinitum esse in aliquo loco. Nam propositum fuit ostendere, quòd nequit dici corpus infinitum, & simul aliquem locum esse in corporibus. Cum igitur ostendisset, quòd si sit infinitum, non erit in loco, nunc ostendit, quòd si in loco, non erit infinitum. Nam si omne corpus sensile in loco, non potest esse corpus infinitum. Loci, inquam, differentiæ sunt sursum, deorsum; ante, retro, læuum, & dextrum, & hæ non solum ad nos, & positione, vt ostendetur, sed etiam in vniuerso secundum naturam determinatæ sunt. Patet igitur, quòd definitæ & determinatæ sunt, vt indicat etiam differentia ipsorum inter se. & in his igitur corpus naturale, finitum erit. Nam adæquatur loco corpus, quod est in eo, vt ostensum est prius. Non possunt igitur locorũ differentiæ infinitis corporibus inesse, quare nec infinitum in loco erit. Quòd vero sint loci differentiæ hæ natura, ipse demõstrauit in Secundo libro de Cœlo. Et Alex. in scriptis aduersus Zenobium Epicureum, ostẽdit Arist. mirum in modum has differentias non esse quoad nos & positione, nisi prius in vniuerso essent secundum naturam. Cõm. 47.

Si locus est nõ est infinitum. *Loci species & differentiæ quæ nã sint.* *Loci differentiæ natura sunt.*

Simpliciter autem, si impossibile est locum esse infinitum: in loco autem est omne corpus, impossibile est infinitum esse corpus aliquod. At vero quod alicubi est, in loco est, & quod in loco, alicubi. Si igitur neque quantum possibile est ipsum infinitum esse: quantum enim aliquod erit, vt bicubitum, aut tricubitum. hæc enim significat ipsum quantum: Tex. 55.

sic &

sic & in loco, quòd alicubi. hoc autem est aut sursum, aut deorsum, aut in alia aliqua distantia earum, quæ sex sunt. horum autem vnumquodque, terminus aliquis est.

Cum ex loci differentiis ostendent non posse infinitũ in loco esse, ne quis dicat infinitum non esse in loco particulari, sed cum infinitum fuerit in totius loco & simpliciter in toto loco nil prohibet ipsum infinitum esse corpus. Ad hanc porro instantiam dicit, quòd, si non potest infinitus locus esse, & omne corpus est in loco, igitur non poterit corpus infinitum esse. Sed antecedens verum, igitur & consequens. sed coniunctum & deductum probare tãquam manifestum prætermisit. Et assumptionem dicentem, sed non potest esse infinitus locus, probat & ponit, vt ostendat nihil esse in loco, quod non est in aliquo loco. Et hoc fit, quia communium substantia est in singularibus. Nam de quo aliquod genus prædicatur, cum illud existat, in eo est & indiuiduum eius. vt si homo, & aliquis homo est. sic autem & si aliquid alicubi est, vel sursum & deorsum, id etiam in loco est, & illud in loco omnino alicubi est, idest vel sursum, vel deorsum, vel simpliciter in aliquo loco indiuiduo. Ob id enim neque quantum simpliciter est infinitum, quia necesse est & aliquod quantum ipsum definitum esse. vt bicubitum, vel tricubitum. si quidem cõmune habet suam in indiuiduo substantiam. Tamẽ Eudemus simili proportione se habere inquit, hoc aliquid, ad hoc, & quale ad aliquale, & quãtum ad aliquãtum, & vbi ad alicubi. Equidem horum alia sunt vniuersalia, alia vero singularia. vt in vbi, in loco: & alicubi, vt Athenis. Tamen Arist. videtur ipsum vbi pro singulari accipere. Et melius existimo illud, in aliquo: si ergo neque quantum, neque in aliquo. nam quantum aliquid est. Verum vtrunque aliquantum est acuendum & non graui accentu signandum. Si ergo neque aliquantum, ut Alexander vult. nam definitum quod quidem significat cum sit grauisonum. Nam de quanto aliquid intelligendum est. Nam illud aliquid additum significat aliquid definitum. Potest etiam secundum Alexandrum sic intelligi. Si ergo neque definitum quantum potest esse infinitum, ga hoc pacto aliquod particulare infinitum sit, & bicubitũ, vel tricubitum, nihil in loco potest esse, quin in aliquo loco sit, vt sursum vel deorsum, vel in aliqua alia distantia locali erit, cum sex sint distantiæ locales: sed in horum aliquo esse non potest, quia est unusquisque terminus. Sic autem dixit & hoc, Sed hoc quidem alicubi in loco, & illud in loco, alicubi, ipsum alicubi pro in quodam loco dicens, ceu sursum & deorsum, vt indicauit paulopost sic dicendo, & hoc in loco, quia alicubi est: hoc autem vel sursum, vel deorsum. Sed melius forsitan erit si graui accentu illud alterum quantum imprimatur, non primum, sed secundum dico. Nam quantum aliquid est, vt quantũ graui accentu definitum aliquid significet, & illud aliquid bicubitum & tricubitum. Et hinc patet, quòd non tollit Arist. substantiã communium, sed in pluribus & differentibus ipsam subsistere dicẽdo ipsam per se destruit & negat, cum putet esse opus animæ nostræ separare communitatem subsistentem in pluribus, ideo & posterius genitam ipsam uocat, sed illud seiunctum, in quo inest communitas, non diceretur merito communitas.

Locus nõ potest esse infinitus.

Communium substantia in singularibus existit.

Communium substantia nõ aufert Arist.

CAP. VI.

Tex. 56.

Q Vòd igitur actu non sit corpus infinitum, manifestum est ex his. Quod vero si non sit infinitum simpliciter, multa impossibilia accidant, manifestum est. Temporis enim, erit quoddam principium atque finis. Et magnitudines non erunt diuisibiles in magnitudines. Et numerus non erit infinitus. Cum autem his sic determinatis neutra ex parte videatur fieri posse, arbitrario iudicio est opus. Atque manifestum est, quòd quodammodo quidem est, quodammodo vero non est.

Cõm. 49.

Cum prius dixisset argumenta, ex quibus aliquis crederet infinitum esse, deinde pluribus ostendisset, quòd nõ est corpus actu infinitum, deinceps rationes committit in ius, & inquit, quòd si accidunt absurda quædam ponentibus actu infinitum, & his, qui prorsus tollunt infinitum accidunt ea, quæ fieri admittique nequeunt, opus est ideo illo, qui diiudicet & ostendat, quomodo sit & quomodo non sit infinitum. Nam, si accidunt absurda ostendenti ipsum non esse, patet quòd necesse est vt sit: & contra, si accidunt impossibilia ostendenti esse, necesse est non esse. Si ergo contradictio simul vera esse nequit, necesse est aliquomodo esse, & aliquomodo non esse. quia absurda, quæ accidunt eis, qui penitus demunt infinitum, paulo ante posuit, ob id etiam nunc de ipsis mentionem facit principalissima afferens in medium. Nam, si non est infinitum tempus, erit aliquod principium temporis, & finis. si vero hoc, erit aliquando quando non erat tẽpus, & erit quando non erit. Nam ipsum erat & erit, sunt partes temporis. quare erat tempus quando non erat & erit, quando non erit. & motus indeficiens tolletur, cuius numerus est tempus, & vniuersum sic non erit sempiternum. Secundũ est, quia, si prorsus non fuerit infinitum, diuisio cõtinuorum stabit, & numeri auctio.

Dicitur autem, ipsum esse, aliud quidem potentia, aliud vero actu. Et infinitum, est quidem appositione, est etiam & ablatione. magnitudo autem, quod secundum actum quidem non sit infinita, dictum est, diuisione autem, est. non enim difficile est tollere indiuisibiles lineas. Relinquitur igitur, potentia esse ipsum infinitum.

Tex. 57.

Cõm. 50.

Ostensurus quomodo sit, quoque modo non sit infinitum, assumit quę vtilia ipsi futura sunt ad ostensionem. Vnum quidem est, quòd eorum, quæ dicuntur esse, alia quidem velut potentia existentia dicuntur, alia vero vt actu. Hoc autem velut manifestum consuetum & sæpe ab eo demonstratum accepit. Iterum autem assumit, quòd additione & diuisione est infinitum, & hoc manifestum, cum sit absurdum temporis initium & finem esse, & magnitudines non magnitudines diuidi, & illud non omnia sumpta possunt numerum ad summum terminum amplitudinis & auctionis ducere. Si ergo necesse est infinitum esse & additione ob tempus, numerum, & diuisione ob sectionem magnitudinum. Nihil actu autem est infinitum, vt ostensum est proxime. Necesse igitur est, vt magnitudo sit infinita potentia & diuisione: siquidem omne, q̃ est, vel potentia est, vel actu: potentia igitur infinitum in diuisione magnitudinis, quare magnitudo est diuisilis in infinitum. Etenim, inquit, tollere indiuiduas lineas, quæ videntur aduersari diuisioni in infinitum, nihil difficile est. Etenim, editus est liber ab ipso contra lineas indiuiduas, & in hac facultate & tractatione ostendet magnitudines non constare impartibilibus. Et hoc patet ex mathematicis. Nam, si, vt Decimo libro elementorum Euclidis ostensum est, omnem lineam diuidi secundum proportionem iam sectæ diuiseque lineæ non erit indiuidua. Item, si indiuiduæ, non dupliciter diuideretur omnis linea, vt videbatur facere proponens datam lineam in duplicem partem diuidendam, sed nec sola linea est diuidenda in duas partes, sed etiam composita ex imparibus indiuiduis,

Infinitum est secundum additionem, vel diuisionem.

Librũ de lineis insecabilibus edidit Arist. quem e graeco in latinum uertit Mar. Rota nuis Venetus, ac Medicus. portisʃi mus, qui in libro rum Arist. ultima liber[...]

duis, vt neque impar numerus bifariam in duasq́ue partes diuiditur.

Tex. 57.

Non oportet autem, quod potentia est accipere. quemadmodum, si potest hoc statua esse, quod & erit hoc statua, sic & infinitum aliquod, quod erit actu. Sed, quoniam multipliciter dicitur esse, quemadmodum dies est, & certamen, ex eo quia semper aliud & aliud fit, sic & infinitum. Etenim in hoc est & potentia, & actu esse. Olympia enim sunt, ex eo, quia potest certamen fieri, & ex eo, quia fit.

Com. 51.

Cum dixisset potentia esse infinitum in diuisione magnitudinum secundum ipsum in infinitum, quoniam omne, quod est potentia, ad actum aliquando reducitur, si non frustra fuerit, quod si actu fierent infinita diuisa habentia magnitudinem, & magnitudo infinita esset. Nam illud ex infinitis magnitudinibus multitudine infinita erit magnitudo, vt sæpe dictum est. Vnde ostensum est pluribus non esse magnitudinem infinitam. & hanc soluens instantiam & naturam infiniti manifestius ostẽdens ipsum, quod est potentia bifariam diuidit secundum diuisionem eius, quod est actu. Nam quia ipsum potentia ad ipsum, quòd est actu dicitur, quot modis dicitur ens actu, totidẽ etiam dicetur ipsum potentia. Ipsum autem actu dupliciter. Vel enim vt subsistens totum hoc quod est. vt homo; domus. vel est dum fit, vt certamen, & dies. Etenim hæc actu dicimus, quando fuerint. Duplex igitur ipsum potẽtia, aliud quidem velut ad totum simul subsistens. vt dicimus æs potentia statuam esse, quia aliquando exit in actũ, & statua euasit, quæ tota simul subsistit. aliud potentia est ad id, quod dum fit, est. Igitur infinitum in potentia est in diuisione magnitudinum, non quia diuiditur aliquando in infinitas magnitudines actu existentes, sed quia in infinitum diuiditur, id est quod semper potest diuidi. Nã ipsum infinitum est non actu, sed potentia: quippe semper potest diuidi, & nunquam deficere sectio. & dum id fieri potest sic est infinitum. Nam semper diuisum terminatũ est. Quia rursus omne sectum diuidi potest, ob id infinitum est. Quòd si semper in diuisione & additione semper est aliquid extra in diuisione quidem semper diuidendum, & in additione semper addendum secundum ipsum potentia est infinitum. Nam est in ipso diuisili, & non in ipso diuiso, proinde etsi non diuideretur, in infinitum est diuisile. Quod si in ipso diuidi consideretur ipsum in infinitum, non miraberis. Nam tale actu dum fit, est semper potentiæ coniunctum, & ob id semper habet sui extensionem dum fit, quia nullo pacto à potẽtia absoluitur. Nam absolutum est quod est, & terminum habet, & non est infinitum. Ideo quæ sunt duntaxat actu, vniuersa simul sunt, & neque ipsum potentia est in ipsis, neque ipsum in infinitum. ideo neque tempus est quod secũdum numerum eundem mouetur, sed æuum est in vno manẽs. Merito igitur dicitur infinitum esse in eo, quod est potentia, & non in eo, quod est actu. Nam diuisum, vt inquit Eudemus, semper est determinatum, & non est infinitũ. Nam finitum finito additur, diuisio autem non deficit. Nam quod fieri potest non est tum determinatum; sed indeterminatum quantum est infinitum. Hinc etiam videtur Plato magnum & paruum dicere infinitum, quia ad vtrumque est infinitas potentię. Actu enim neque magnitudo, neque multitudo est infinita. Et videtur in infinito idem esse actu, & potentia, Nam actus ipsius infiniti, vt infiniti, est ipsum posse aliquid plus semper. Quia, si quis actum quæreret de infinito, velut statum & formam, is nihil aliud quæreret, quàm terminum infiniti: quod est dictu, eius corruptionem. sed hoc fieri non potest. Nam omnis actus seruare debet subiectum: & quemadmodum mobilis actus seruans ipsum quod est potentia, motus erat, sic etiam actus infiniti. Nam vt ea quæ sunt dum fiunt, cũ amittant ipsum fieri, etiam deficiunt, sic etiam illa, quæ versantur in potentia eo vsque sunt, quousque in eis manet potentia. Si autem aliquis inquit, ipsum per se potentia quærit in his, illud sumatur, quando nondum diuiditur magnitudo, & quando non potest certamen perfici nondum perfectum actu, tum est dum perficitur & ei ipsum potentia coniunctum est, sed non quando confectum est & finem iam accepit, vt in statua. non. n. totum, sed est per partes id, quod est ad infinitum. vnde fit infinitum potentia in magnitudinibus ob diuisionem secũdum sectionem in infinitum: quomodo autem diuiditur aliquid in infinitum aut quid est, quod diuidit? Nam ars neque in infinitum diuiserit. & vita deficiet artificis, & non valebunt instrumenta. Natura quoque, si aliquam magnitudinem diuideret in infinitũ, plura iam secta inutilia ad constitutionem ob paruitatem faceret. quòd, si priusquam ad hoc perueniat, in minimum & inutile secat, rursus eadem componit, & sic non est sectio in infinitum. Num ergo dicendum est quòd natura facit diuisiones vsque ad vsum & opportunitatem. Diuidens autem duo secta, si contigerit, in minima, & rursus hæc componens, si quis fuerit denuo secabit, verum non secundum idem punctum, sed secundum aliam partem nihilq́ue indiuiduum relinquens si aliam atque aliam partem diuidit, & sic in infinitum, sectio etiã videbitur facta, & forsitan nullũ absurdũ sequeẽ.

Id, quod est potẽtia, & id, quod est actu dicitur dupliciter.

Infinitum est ex eo, quod est potentia.

Quæ solũ actu sunt, tota simul, nec sunt potestate, nec infinita. Quæ quæ sunt ex eo quod fiunt habent.

Magnum & Paruum cur Plato infinitũ existimat. Infiniti nullus est actus, nec status, vel forma.

Id, quod in infinitum diuiditur natura diuidit.

Tex. 58.

Aliter autem, & in tempore manifestum est ipsum infinitum, & in hominibus, & in diuisione magnitudinum. Omnino enim sic est infinitum, vt semper aliud atque aliud accipiatur, & acceptum quidem, semper finitum sit, sed semper alterum, atque alterum. Amplius ipsum esse multipliciter dicitur. Quare infinitum non oportet accipere sicuti hoc aliquid, vt hominem, aut domum: sed vt dies dicitur & certamen. quibus esse, non vt substantia quædam factum est, sed in generatione semper aut corruptione finitum, sed semper alterum, atque alterum. At in magnitudinibus quidẽ, permanente accepto, hoc accidit: in hominibus autem, & tempore corruptis sic, vt non deficiant.

Com. 52.

Cum ostendisset infinitum esse quatenus est in infinitum magnitudinum diuisio, & auctio numerorum, & temporis extensione & duratione, & prius quatenus nunquam deficit generatio. Inquit, commune est omnibus vt sint dum fiunt, ideo non simul tota sunt, sed partium successione, vbi alia atque alia semper pars accepta est & quęuis finita habetur. Verũ tradit inter diuisionem magnitudinis & temporis non nihil interesse. quia pars temporis semper sumpta corrupta est. nam semper præteritum corruptum est: sed in diuisione magnitudinis permanet sumptum. verum vt tempus nunquam deficit pro generatione rerum, ita neque magnitudo in diuisione deest. Sed, cum dicat causam subsistentiæ infiniti, quæ est quia semper alia & alia accepta pars est, & non tota simul, & ob id subsistit in infinitum, addit etiam alteram. Nam, si cuncta essent, dum simul vniuersa sunt, profecto non esset in ipsa generatione ipsum in infinitum. Quia vero quædam subsistunt partium successione, vt dies, certamen, quod semper alteram atque alteram partem finitam habet, quæ cum sint indeficientia in infinitum faciunt, differens tamen vt dictum est ab infinito, quod est in diuisione magnitudinis & durationis eorum, qui fiunt & intereunt, in quibus est tempus & non deficit vnquam successioni hominum, sed diuisa magnitudinis permanent, in aliis minime,

In diuisione magnitudinis & temporis differentia.

me,

me, & si permaneret diuisio in infinitũ, quia est dum fit, sed simul tota non subsistit, ea vero, quæ non permanent non modo dum fiunt, sed etiam dũ intereunt, habẽt processum in infinitum. Hoc aũt quod dum fit, est, posuit vt oppositum huic, quod est, quod vere vt substãtia factum est, vt homo, domus, cum interdum vniuersa substãtia simul subsistat, & non successione partium, vt ea, quæ in infinitum procedunt, vbi acceptum semper finitum est, sed cum posit semper aliud accipi, ĩfinitas inest. Sed videtur bis eadem aliquo modo dici ab illo loco, {Amplius ipsum esse multipliciter dicitur} cum eadem rursus inducantur, & in ipsis verbis plura habeantur. Sed, si vt plura exemplaria se habent, Et Alexander hanc nouit scripturã, post huc, s. {Acceptum quidẽ semper finitum sit} coniunctum est mox, Sed semper alterum & alterum, quod haud proxime coniunctum esse debet, sed infra; inter ea oĩa quæ fiunt successione, simplex erit, & plana ratio. Si vero additur ipsum, {Amplius ipsum esse multipliciter dicitur, & cætera} forte non est argumenti indicatiuum, sed facit expositionem euidentiorem, quod quidem non admodum Arist. consuetum est, qui breuitatem admodum veneratur & colit. Nisi ergo causam infiniti addẽs, quæ est, quia dum fit, est, simul reliqua ostendat.

Tex. 52. *Quod autem est secundum appositionem, idem quodammodo est & quod est secundum diuisionem. Nã in eo, quod finitum est per appositionem fit conuerse. quatenus enim diuisum videtur in infinitum, eatenus appositum videbitur ad determinatum. In magnitudine enim finita, si accipiens quis determinatam, assumat eadem ratione, nõ eandem aliquam totius magnitudinem ratione accipiens, non pertransibit finitã. Sin vero sic augeat rationem, vt semper aliquã eandem accipiat magnitudinem, pertrãsibit. propterea quod omne finitum absumitur quouis finito. Aliter igitur non est, sed sic est finitum. potentia enim est & in diuisione.*

Com. 53. Cum prius dixerit infinitum esse additione, esse quoq; ſm diuisionem, & assignasset modum, quo in diuisione subsistit ĩfinitum, dicit, ꝙ ipsum ſm additionem aliquomodo idem est ei, quod est ſm diuisionem, verum conuerse. Vt enim semper accepum finitum diuiditur, sic & semper accepto indiuisibili & finito, ipsius diuisi additur ea, quæ diuidi possunt, & tantum addit, quantum alterum scinditur & demitur de illo quicquã. Verum illud in contextu, Conuersè, potest etiam ſm hoc dici, quia additio est diuisioni adæquata & æque vicibus eius respondens. Potest etiam, quia ſm alteram partem nõ diuisam fit additio intelligiè diuerso modo. Item ambo similiter infinitum habent diuisio & additio, & ex eisdem, sed hæc in compositione, illa vero in diuisione. Sed differẽtiam amborum in sequentibus ipse euidentius assignabit. Vnde, cum dicat quõ additio & diuisio in infinitum habent, bene addit, ꝙ non omnis diuisio, & additio habet ipsum in infinitum. Si enim æqualia quis diuisa sumat, vt vnius digiti partem semper implebit magnitudinem & conficiet, & sic minime erit infinitum, quia omne finitum consumatur, & à minimo est mensuratum. Si vero acceperit nõ magnitudine definita & addita, sed ratione, vt dimidiũ, vel tertiam, vel aliquam huiusmodi partem semper eius, quod relinquitur, non deficiet diuisio, & ob id neq; additio desinet. Hæc autem est dictorum sententia. Sed ſm verba, illud. {In magnitudine enim finita} videtur coniunctio reddens causam frustra dici, sed talis est, quia dicendo diuidi & addi in infinitũ huius causam inducit, quam dicat esse diuisionem factam in ratione definita, sed non in magnitudine definita, perinde ac dicat. Nam si quis taliter faciet diuisionem, sed non taliter in infinitum diuidet, ipsum ratione eadem non ipsum aliquid magnitudinis totius comprehendens, sed si fuerit scriptum sic manifestam tradit intelligentiam. Nam si eadem ratio proportione fuerit in vnoquoq; diuiso, vt oĩs sumpti dimidium, vel tertia pars fuerit accepta, non erit eadem magnitudo, cum auferatur ab vnoquoq; toto semper addito in diuisionem, vt digitalem non transibit finitum, si vero vt in quibusdam fertur non eandem aliquam partem proportionis assumens sic dixerit, erit immanifestius dictum. Significaret aũt, si idem esset ei, quod est prius dicto. Dicit aũt, non eadem enim est pars proportionis, perinde ac nõ sit diuisa proportio vt totum diuiditur, sed pro hoc, non eadem definita est magnitudo à ratione seiunctã, assumẽs quod quidem erat etiam propositum à principio in diuisionem proportionis. ceu, si aliquid tricubitale fuerit diuisum & proportione tertij diuidatur. ablatum aũt erit bicubitum, vnde eadem proportione diuidendum erat & tertium, non tamen eadem proportionis parte, eius, s. in priori secto, vt cubito. Nam sic totum exhauriet, sed semper accepti eadem est proportio, sed non eadem magnitudo à principio. Sed cur oportet diuisionem fieri eadem proportione. Nam quid prohibet dimidium magnitudinis à principio sumere, & dimidij tertium. Nam quousq; fuerit accepta aliqua magnitudo, diuisibilis est & non stat diuisio. Nisi non frustra dictum est ipsum in eadem rõne proportioneúe. nam hæc magnitudo. Nam, si tertium accideret maioris & minoris magnitudinis, accipi, & si in eadẽ proportione fuerit, tñ non est eadem moles, quæ si fuerit alia atq; alia proportio diuisionis, nil ꝓhibet eandem magnitudinem accipi in maiore & minore. Nã principio, si fuerit ex sex digitis, si sextũ auferamus, & relicti quintum, & deinde relicti quartum, & sic deinceps digitalem magnitudinem auferentes consumemus totum, & non erit in infinitum diuisio. Ob id igitur oportet in eadem proportione fieri diuisionem. Sic nunquam eadem sumetur magnitudo, vt expleatur conficiaturq; & absoluatur penitus. Et hoc est quod significauit per hoc, Si aũt sic augeret proportionem rationemq;, vt semper idem sumatur magnitudinis, desinet. Nam quintum, vt dictum est sexto maius est, & quartũ quinto: & deinceps semper eadẽ accepta magnitudine digitali sigillatim. Sed illud in diminutione diuisioneúe dictum est pro diuisione & imminutione. Sed contentus fuit diminutione, quoniam & ex hoc habet additio ipsum in infinitum.

Et actu etiam est, sicut diem esse dicimus, & certamen. & potentia sic est, vt materia. & non per se, sicut finitum. Et secũdum appositionẽ, igitur sic infinitũ potentia est, quod idem dicimus quodam modo esse cum eo, quod est secundum diuisionem. Semper enim aliquid ipsius extra est accipere, non tamen excedit oẽm determinatam magnitudinem, vt in diuisione excedit omnem determinatam, & erit minor, ita vt omnem excedat secundum appositionem, neq; potentia posit esse, siquidem non est secundum accidens actu infinitum. vt dicũt, Qui de Natura disserunt, id corpus, quod extra mundum est, cuius substantia, aer est, aut aliud quid tale, infinitum. Sed si non possibile est esse infinitum actu corpus sensibile sic, manifestum est, quòd nec potentia vtique erit secundum appositionem, nisi (vt dictum est) contrario diuisioni modo. Tex. 60.

Cum dixerit, quomodo infinitum est in diuisione magnitudinum, quia eo ꝙ possunt diuidi, & omnino per id, quod est potentia, dicit quod etiam hæc actu sunt non veluti simul subsistentia, sed ea velut quæ dum fiunt, sunt & Com. 54.

Additio ac diuisio infinitum habent, sed conuerse.

Non omnis additio & diuisio habet id, quod est in infinitum.

Diuisio facienda semper est in eadẽ ratione ut procedatur in infinitum.

ſucceſsione partium ſubſiſtunt, qualia ſunt certamen, & dies. Etenim hæc commixtum habent id, quod eſt potentia cum ipſo actu, & ipſum actu in eis eſt tandiu potentia in eis eſt, vt in motu dictum eſt. Quale autem eſt ipſum potentia inexiſtens oſtenditur per exemplum materiæ. Vt.n. materia cum eſt in potentia, & ineſt compoſitis & generabilibus rebus particeps alterius, atq; alterius formę actu eſt, quatenus ſumpta ſic eſt, & ſm quod ipſa eſt apta ad aliam atq; aliam formam indeficiētem generationem facit: Sic etiā in diuiſione, id, quod ſumptum eſt, actu exiſtit, ſed quia omne ſumptum ſemper diuidi poteſt, ſeruat indeficientem diuiſionem. & quēadmodum materia non per ſe formata eſt, ſed dum participat forma, ſic etiam ipſum potentia ſe habet in diuiſione, quod nō ſm ſuam naturam: & ex ea quidem eſt infinitum finitum eſt, & cauſa eſt cur magnitudo queat diuidi in infinitū. Sed quatenus omne aſſumptum actu eſt, ſm hoc infinita ſunt. At nō ſolum ipſum potentia cauſa eſt infiniti ſm diuiſionem, ſed etiam infiniti ſm additionem. Nam actu addentes nunquam accipiemus infinitum, ſed ſemper ipſum actu acceptum finitum eſt. At quia ſemper addi poteſt, hac ratione eſt infinitum additione ex his, quæ ſunt diuidenda in infinitum. Sed dicendo quod hæc dicimus aliquomodo ſm additionem infinitum, eo quod ſm diuiſionem, & quod eſt cōmune ambobus ſemper aliquid extra accipere dicit. Nam in diuiſione ob id ſemper diuiſio eſt in infinitum, quia ſemper eſt aliquid, quod diuidetur: & in additione, quia ſemper eſt aliquid quod addet, illud, ſ. quod ſemper ex diuiſione fiebat, & hoc eſt qđ poteſt extra aliquid ſemper diuidi & addi cōmune ambobus. Verum differūt inter ſe: quia in eo, quod diuiditur, omni ſumpta magnitudine eſt minorem accipere, ſed in eo, quod additur, non quauis ſumpta magnitudine eſt maiorem accipere. Nō enim extra quamcūq; magnitudinem eſt aliquid extra, ſiquidem mundus finitus eſt, & nihil eſt extra ipſum, vt oſtenſum eſt Primo de Cœlo, ſed illius magnitudinis eſt aliquid extra, quæ diuiſa in alias ab altero diuiſorum aucta eſt, tñ quamcūq; ſumptam ſemper ſm additionem excellere, neq; potentia fieri poteſt, vt erat in altera additione, & diuiſione. Tum.n. erat aliquid potentia, qđ erat aliquod corpus, cui accidit eſſe infinitum, propter quod oīs ſumpti finiti aliquid erat extra, in quo poterat ei aliquid addi, vt, quidam ſentiunt Naturales. Merito aūt mentionem facit de his, qui dicunt infinitum actu per accidens eſſe, & non de illis, qui dicunt illud eſſe ſubſtantiā. Quod quidem facit, vel quia id, quod fit ſm additionem & diuiſionem oportet eſſe quantum, cui accidit eſſe finitum vel infinitū. vel quia de naturalibus ſermo eſt. ſed naturale infinitum, ſiquidē erat, corpus erat aliquod, cui accidit infinitum, vel quia infinitum vt ſubſtantia nō additione infinitatē accipit, ſed natura ſua habet infinitum, vt etiam vnaquæq; pars eius, ſiquidem habet partes, eſt infinitum. Si ergo oſtenſum eſt prius ꝙ non eſt corpus, cui accidat eſſe infinitum, neq; potentia illud eſt, ſ. ol data magnitudine accipere maiorem, ſed ſic ſolum eſt ipſum in infinitum in additione, vt dictum eſt prius, quia diuiſa alterius diuiſi alteri addi queūt, quod quidem erat illud, conuerſè. Sed dubitaret aliquis, quia ſi nō eſt corpus actu infinitum ſenſile, neq; potentia profecto erit corpus infinitum ſm additionem. Ecce.n. non eſt numerus actu infinitus, & tñ eſt in numeris additio in infinitum, ſed hoc dictum in ſequentibus rurſus quæretur.

Ens, qđ potentia eſt & materia apta ſimilitudo.

Additio & diuiſio in infinitum in quo nā conueniāt & differant.

Tex. 61. *Quoniam & Plato ob hoc duo infinita facit, quod & in auctione videatur excedere, atq; in infinitum abire etiam in diuiſione. Cum tamen fecerit duo, non vtitur. neq; enim ineſt in numeris ſecundum diuiſionem infinitum. Vnitas enim minimum eſt. neque in auctione. vſque enim ad denarium facit numerum.*

Admodum Ariſt. confert, ſi poteſt etiam, vt apparet, ſuas rationes oſtendere conſonas eſſe inclytis hoībus in philoſophia. quod ſi hoc non eſt poſsibile, proinde ſententijs veterum ſuas conſentientes tradit. Vnde Plat. inquit, eiſdem ſententijs motum aliquando indeterminatā dualitatem feciſſe infinitum, qui cum indicat ipſam indeterminate quo ad diuiſionem & cōpoſitionem procedere in infinitum, aliqñ magnum & paruū dicit principia, quorum aliud ſignificat diuiſionem in infinitum facta ad minus per paruum, aliud vero in maius ſm additionem per magnum. Cum vero dicat conuenientiam & conſenſionem ſententiarum, deinde id, quo huic ſententiæ Plato in alijs videtur diſſentire adijcit. Nam, cum Plato poſuerit infinitū in principijs, & dixerit numeros eſſe principia ſi quidem principia rerum ſunt ideæ, & ideas numeros dixit, neq; infinitum in ipſis ſm diuiſionem cōſiderare potuit. Nam vnitas eſt indiuiſilis, & vſq; ad hanc diuiſio terminatur. neq; ſm additionem. Nam vſq; ad decem auctionem numerorum faciebat, vt etiam Pythagorei dicentes perfectum numerum eſſe denarium & totum. Nam poſt decem deinde fit circulatio velut regreſſus refactioq́; qđ quidem in nullo eorum, quæ ſunt in denario numero, accidit, immo neq; in alio extra, ſed à denario. Etenim 20, 30, 100, 1000. & aliorum vnuſquiq; ſunt cōpoſitiones denariorum. ſed infinitum in diminutionem erit in magnitudinibus, ſed illud in auctionem & additionem ſimpliciter non eſt in magnitudinibus. Neq;.n. quauis accepta magnitudine eſt maiorem accipere, ſed ſm illum modum duntaxat additio procedit in infinitum, quoties, addūtur ſecta diuiſionis in infinitum, ſed ſi ita eſt auctio eſt in numeris in infinitum, quia poteſt quocūq; numero accepto maior accipi. Quòd ſi vſq; ad denarium numerum ſolum procedit numerus, non poſſet accipi infinitas ſm additionem. Sic ergo vt apparet, Plato videtur tollere infinitum, ſicut ij, qui numeros inter principia ponūt, & vſq; ad denarium producunt eos. Quòd ſi principia rerum numeros dicentes poſuere vnitatem terminum, & indeterminatam dualitatem infinitū, primarie & hæc principio, patet ꝙ non tollebant infinitum. Sed ſi oīno non dixere auctionē numeri poſt denarium, forte aliquis diceret ipſos infinitum ſm additionem in numero non relinquere. ſi vero poſuere ſecundo & tertio datas vnitates, & compoſitiones decem mouerunt, videlicet, Equidem Plato enumerat mille annos, tria annorū millenaria, & decem millenaria annorum, qui ſunt circuitus animarum, & duodecim deos veneratur. quibus patet firmaſſe illū primarios numeros vſq; ad vnitatem, & nō prohibuiſſe, quin auctio numeri in infinitum abiret.

Cōm. 55.

Infinitū dualitatē & magnum & paruum cur infinitum Plato exiſtimauerit.

Infinitū non tollit Plato & finitatē ponat finem.

Duodenarū numerū Deorū numerauit Plato.

CAP. VII.

Accidit aūt, contra eſſe infinitum, quā vt dicūt. Nō enim cuius nihil eſt extra, ſed cuius ſemper aliquid extra eſt, hoc infinitum eſt. Signū aūt eſt. nā annulos infinitos dicūt, quia nō habent palā. qūi ſemper aliquid extra eſt accipere, ſecundū ſimilitudinē quidē quandā dicētes, non tñ proprie. oportet.n. & hoc eſſe, & nunquā idem accipi. In circulo aūt non fit ſic. ſed ſemper quod eſt conſequēter. ſolum alterū. Infinitum igitur .i. cuius ſecundum quantitatē accipiētibus, ſemper aliqđ accipere extra eſt. Cuius aūt nihil

Tex. 62.

Tex. 63.

hil est extra id est perfectũ & totum:sic.n.diffinimus totũ, cuius ad partes nihil abest. vt hoĩem totum, aut arcam. Vt aũt diffinimus singulare, sic & quod proprie est, vt totum, cuius nihil est extra. cuius aũt absentia est extra, non omne

Tex. 64. *est, quicquid est. Totum aũt & perfectum, aut idem penitus, aut proxima natura sunt. Perfectum aut nihil est non habens finem: finis autem terminus est. Quapropter melius existimandum est, Parmenidem Melisso dixisse. Hic enim infinitum totum dicit, Ille autem totum terminatum esse ex aquo à medio distans. non enim vt linum lino est continuare vniuerso ac toti infinitum.*

Com. 56. Cum oñdisset naturã infiniti, q subsistat diuisione & additione, & consideratur sm ipsum in infinitum, etiam proponit deinceps corrigere confusas intelligẽtias de infinito. Nam, si nõ recte posuimus infinitum, accidit aliter esse infinitum, quàm alij quidam volunt. Nam infinitum illud esse tradunt, cuius nihil est extra accipere. At nos volumus id esse, cuius oĩno aliquid extra accipere. Etenim sm diuisionem oportet aliquid semper esse diuidendum, & secundum additionem aliquid, quod semper addẽdum sit. Et ne quis nos putet dicere contraria apparẽtiæ, q dicimus infinitum, cuius est extra oĩno aliquid sumere. Nã etiam consuetudo vulgusq; hoc nouit nomen, siquidem vulgares vocarunt eos annulos infinitos, qui non habent palam, quia semper est accipere aliquid accepti extra. Et similis est anulus circuli instar factus infinito, siue circulus, vt posterius nominabit. Verum differt, quatenus ĩ circulo & si semper aliud quicquam accipiam, tñ idem sm circũuersionem accipimus, sed in ipso infinito semper alterum, neq; aliquando idem. Vt enim secũdũ rectum est talis infinitas & non secundum circulationem in idem, vt in circulis, quorum cõuersiones in eodem numero redeũt, ob id rursus ab eodem initium faciunt, & non proprie habent infinitum, sed solum sm quandam similitudinem, quatenus est aliquid semper extra in vtroq;. Vnde addendum est ipsi infiniti diffinitioni, quod cum semper est aliquid extra accipere illud, quod extra accipitur, non sit idem aliquando, quare bene definientes dicimus non cuius nihil est extra accipere, sed cuius sm quantitatem accipiẽtibus semper est aliquid extra. Et patet, q cum dicat sm quantitatem, complectitur infinitum cõtinuum, & discretum. nam vtrunq; quantum est. Nisi forte ob id, sm quantum, differentiam infiniti contra proprie circulos indicauerit. Nam in circulo, qñ contermitantes ipsum rursus ab eodem incoeperimus, non est aliquid sm quantitatem extra. Non.n. aliquid addit circulo. sed quia de proprie infinito semper aliquid quanti accepti est extra, vel in maius, vt in additione, vel in minus, vt in diuisione. Est autem diuisio extra, & additio semper accepti. Et aliter ipsum additus sm quantum, quia non sm formam est additio, sed sm quantum, vt enim corpori, non additur, sed velut tanto corpori. Alexander aũt hoc, sm quantum, sic exponit. Nam quod quærimus, inquit, & de quo dicimus infinitum, ipsum in quanto est. q si in quali fuerit dicemus ipsum esse sm cuius quale semper aliquid extra accipientibus est. Nisi forte & quale quatenus quale non participet differentiam finiti & infiniti, sed quatenus participat quale ipso quanto, sm hoc ipsum finitum vel infinitum quomodocunq; diceretur. Sed, cum ostendisset, q infinito conuenit magis hoc, cuius est semper extra aliquid sumere, ostendit deinceps, q dictum ab illis, s.id, cuius nihil est extra accipere, non conuenit infinito, sed magis finito, sic virtute syllogismum faciendo. Cuius nihil extra est, totum est: nam totum est cuius pars nulla deest. Totum aũt & perfectũ vel idẽ sunt, vel cognata, sed perfectum habet finem, & qđ habet finem, habet terminum, & habens terminum est finitum. Et est demonstratio à diffinitione, quam illi quidem velut infiniti accipiunt. Sed vsus nouit totum & oẽ, verum ex naturalibus & artificialibus sigilatim vt ex homine & arca, quia totũ est cuius nihil abest, cum confirmasset, subiunxit q velut in singularibus vnumquodq; totum est, cuius nulli pars deest, ita & in proprio & simplr toto est. Proprie aũt totum est ipsum existens totum. Nam particularium totorum vnũquodq; non est proprie totum, quia est pars totius & vniuersi, & partim est totum & partim nõ est, sed vniuersum proprie est vniuersum & totum, quia est nullius pars, cum in seipso oĩa complectatur. Forte quis potest ipsum proprie & vniuersali accipere, quod ab ipso ponitur. Nam contra hoc maxime vniuersale diuiditur singulare. Sed siue hoc modo, siue illo, sciendum est, q non sunt singularia proprie apud ipsum tota, illud vero proprie, cuius nihil abest. Equidem totum est perfectum vel penitus eandẽ naturam vel cognatam habet. Etenim subiecto idem sunt, ratione vero diuersa, cognata autẽ sunt inter se. Nam perfectum est id, quod habet principiũ, medium, & finem. Totum aũt cum continua quantitate est consideratum. Nam cõtinuum est quid totum, vt qñ fuerit aliquod plenum discretum omne dicetur, sed non totum proprie. Et assumit perfectum habere aliquam determinationẽ in principio, medio, & fine: fit aũt totum, cum magis vnitum est & continuas suas partes, tanquam perfecte vniri non possit. Non.n. essent adhuc partes quę sese penetrarent, sed si forte elementa fuerint, neq; possunt seiungi perfecte. nam formæ & species essent & non partes, verum dum distinguuntur, sunt, & discreta sunt. Totum igitur in participatibus penitus & perfectũ est prius. Non enim potest aliquod totum fieri nisi prius cõpletum sit principio, medio, & fine, quare, & merito à toto assumptio perfecti emanauit. Vnde, si totum & perfectum idẽ est, accuratius Parmenides quam Melissus de ente enunciauit. Nam Melissus dicens infinitum ens totum esse inquit; Parmenides aũt totum dicens ipsum quatenus indicet ipsum æque à medio distans: nam habens medium & penitus æquale ab ipso distans, habet etiam extremum. Totum igitur dicens, ipsum merito inquit esse ipsum, At Melissus opposita concludit. Nam si infinitum totum, & totum finitum; infinitum erit finitum. quare ea, quæ non sunt apta connecti, ipse connectit dicendo infinitum totum & omne: in his.n. dicitur prouerbium.

Infinitum id, extra quod semper potest aliquid extra sumi.

Infiniti ad anulum similitudo ac differentia.

Infiniti definitio comprehendit infinitum, quod est in continuo, et quod est in discreto.

Qualitas ex se nõ suscipit differentiam finiti vel infiniti.

Id, cuius nihil est extra magis finito, quam infinito conuenit.

Totum quid proprie sit.

Singularia proprie non sunt.

Perfectum et totũ quomodo differant.

Parmenides dicens ens finitum, melius dicit quam Melissus qui dicit infinitum.

Tex. 65. *Quoniam hinc quidem hanc de infinito dignitatem accipiũt, oĩa, s. cõtinere, & totum ipsum in seipso habere. propterea quod habet quandam similitudinem cum toto. Est.n. infinitum, perfectionis magnitudinis materia, & potẽtia totum, actu vero non. Diuisibile aũt est, & ad diuisionem, & ad oppositam appositionem. Totum aũt & finitum non secundum se, sed secundum aliud, & non continet, sed continetur quatenus infinitũ est. Quo circa & ignotum est, quatenus est infinitum. formam.n. nõ habet materia. Quare*

Tex. 66. *manifestum est, quod magis in partis ratione infinitum sit, quã in totius. Pars.n. materia totius est, sicut æs, aneæ statuæ. Quoniam, si continet in sensibilibus, et in intelligibilibus ipsum, magnum & paruum, oportebat continere intelligibilia. Inconueniens autem & impossibile est, ignotum et determinatum continere & determinare.*

Com. 57. Cum dixerit, q hoc, s. cuius extra nihil est accipere, toti vniuersoq; conueniens ad infinitum transferunt, in-

quit causam esse, ꝙ infinitum quicquam honore dignum putant esse, quod oĩa cõtinet, perinde ac ipsum vniuersum intelligant, quia ipsius diffinitionem ad infinitum transferunt. Et forte fallax syllogismus habet quandam occasionẽ. Nam infinitum habet quandam similitudinem ad totum. Quòd si non est totum, neq; habeat ipsius totius vniuersiq; excellentias. Sed q̃uo erit totum infinitum, siquidem totum est, cuius nihil est extra, & infinitum est cuius est aliquid extra semper accipere? At videtur esse infinitũ id, quod infert totum, quia est, inquit, infinitum materia perfectionis magnitudinis. Nam cõpositum, cum sit perfectũ, & tota magnitudo ex materia sit & forma, ſm materiam habet infinitum, sed ſm formã est finita. Qm̃ vero materia est potẽtia id, quod est cõpositum, & habet quandam similitudinem ipsum potentia ad id, quod est actu: quocirca infinitũ simile aliquo modo dicitur esse ipsi toti. quod quidẽ erat cõpositum, & sic deinceps quæ insunt toti, prædicantur de ipso infinito, s. oĩa continere, oĩa habere in seipso. Materia aũt infinita est, & quia suapte ratione indeterminata indeterminataq; est materia, formæ inducendę est terminare & finire. & quia ſm materiam in infinitum est etiam sectio magnitudinis, & in infinitum auctio fit, eadem forma manente, ꝙ si semper aliquid extra materiam est formæ & ſm se infinita materia est, sed formæ ope est finita & tota est, quare non continet infinitũ, siquidem ſm materiam consideratur, sed magis continetur. Nam terminans continet terminatum, & forma materiam. Si vero oĩs cognitio, cum sit quidam terminus & comprehensio ſm formam fit, sed materia suamet ratione, neq; forma est, neq; habet formam, & materia est infinita: merito ignotum dicitur infinitum. Etenim etiam in sermone de materia dicebatur, ꝙ ſm proportionem vix est materia cognoscibilis. Quòd si infinitum ſm materiam consideratur, & totum ſm compositum, & est pars compositi & totius materia, vt æs est materia statuæ, patet, ꝙ infinitum subibit rationẽ partis, siquidem est in toto. Vnde, cum ostenderit, quod infinitum magis continetur, quam contineat, quod ignotum est suapte natura reprehẽdit superficietenus Platonis verborum sententiam. Nam Plato, cum dicat in sermone libroq; de Bono magnum & paruum materiam, quam & infinitam dixit, & vltro contineri oĩa sensilia ab ipso infinito, & ignota esse ob materiã, & infinitum & habere naturam fluxibilem, consequens, inquit, huic videtur illud, s. etiam in intellectualibus redigi sub paruo & magno ibi principiũ quod est ipsa dualitas indeterminata q̃ est principium cũ vno, quod est cuiuscunq; numeri principiũ rerum oĩum. Nam numeri & ideæ sunt. Consequẽs igitur est illud in his, quæ apprehenduntur intelligentia sub illic infinito & ignoto cõtineri & determinari intelligibilia, cum sint naturæ nota & certa, q̃nquidem sint formæ. Hæc est quidẽ rationis absurditas ſm apparentiam. Sed considerandum est, ꝙ materialia merito à materia & materiali infinitudine dicit contineri, non tanquam diffiniente ipsa, sed velut recepta per oĩa & specificante. Et causa, cur hæc inferius sint incognita, merito est materialis infinitas. Tñ intellectualia, cum sint in materialia & puræ formę, sub immateriali infinitate continentur, operãte distinctionem formarum ſm dualitatẽ, & ꝓberit ob ordinẽ ibi magis & minus qđ ad excellentiam & defectum & ipsum indeficiens potentia, & non erunt ſm illam excellentiam ignota. Etenim & hic infinitum vt materiale ignota facit ea, quę sunt hic. Illud aũt ab vno & termino obtentum est locupletatio & vbertas formarum. Si vero ſm infinitatem ibi ad ens & vnitatem intellectualem esse effusio formarũ, nil mirum est ſm hanc speciem est subire naturam cognoscibilem. Nam cognoscibile ob terminum magis est, sed ignotum & occultum ob infinitatem.

Infinitum cũ toto simile est.

Materia est infinita. Forma finit & cõplet materiam.

Infinitum nõ continet, sed continetur.

Materia vix cognosci põt.

Nam intelligibilia contineri videtur ab infinito secundũ Platonis sententiam.

Materialia à materiali infinitate continẽtur.

Quæ intelligibilia sunt percipiuntur dualitate, quæ distinctionẽ formarum efficit & ad vnionẽ reducit.

Tex. 67.

Secundum rationem aũt accidit vt & quod est secũdum appositionem, non esse videatur infinitum sic, vt oẽm excedat magnitudinem, ad diuisionem aũt sit. Continetur enim sicut materia, intus & infinitum: continet autem forma.

Cõm. 60.

Cum ostendisset infinitum non continere, sed contineri in magnitudinibus, hanc causam inquit, esse dissimilitudinis in infinito ꝑ ea, ꝙ ipsum ad additionem infinitum sic nõ est, vt excedat oẽm magnitudinem, sed illud ad diuisionem est, vt nõ prorsus deficiat. Huius aũt causam dicit materiam eo qui contineatur contineri cum sit infinitum, & causa infinitatis, & formam continere inquit esse. ideo volentibus longius producere infinitum suppeditat ipsa materia viam, cum insit ſm infinitatẽ. Ob hanc etiã eorum quæ diuidenda sunt, additio fit in infinitum. Sed circũscriptionem formę, cum sit terminus vltra cadere nõ potest quicquam. Vel sic etiã forma augeri accidet. nõ fit aũt forma maior, neq; minor. Si ergo erat infinitũ sic ſm additionem, vt oẽ excedat, esset etiam ĩfinitum quatenus continet, definit & terminat. Nam additio fit ſm hoc, sed quod terminat est forma, erit etiã sic ſm formam infinitas. Hoc aũt est absurdum. Nam finis, sed non infinitudinis forma est causa. Q m̃ aũt in diuisionem est infinitas, nihil absurdi est, quia materia cum sit infinitum, cõtinetur. Et diuisio & ſm diuisionem additio ſm contentum fit. Videbitur porrò materia facere ſm suã rationẽ magnitudinem, siquidem diuisio est ſm ipsam. Nisi ergo dicat non diuidi materiam, sed magnitudinem ſm materiam, quæ est in ipsa magnitudine infinita.

Infinitas additione & diuisione differentiæ ratio. Materia est infinitatis causa.

Circũscriptio formæ excedere non põt.

Tex. 68.

Rationabiliter aũt & hoc in numero quidem esse versus minimũ, finem, versus aũt plura, semper oẽm excedere multitudinem. In magnitudinibus vero econtrario. versus enim minus, oẽm excedere magnitudinem, sed versus maius non esse magnitudinẽ infinitam. Causa.n.est: qm̃ vnum est indiuisibile quodcunq; vnum sit. vt homo, vnus homo, & non multi. Numerus aũt est, vnitates plures, & quotquot quanta. Quare, necesse est stare indiuisibile. duo nãq; & tria denominatiua sunt nomina. similiter aũt, & aliorum numerorum vnusquisq;. Versus aũt plus semper est intelligere. infinita.n. sunt, bipartitiones magnitudinis. Quare potentia quidem est, actu autem non est: sed semper excedit acceptum omnem determinatam multitudinem. At non separabilis est numerus hic à diuisione in duas partes. neq; manet infinitas, sed fit, sicut & tempus, & numerus temporis.

Cõm. 61.

Cum dixisset ĩ magnitudine ſm infinitudinẽ differentiã, qua ad minus est semꝑ acceptum excedere, & ĩ maius nõ est, nunc cãm assignat differentiæ infinitatis numeri & infinitatis magnitudinis: cur in numero diminuendo non est in infinitũ procedere. Nã definimus, vbi primũ vnitatem, quæ est terminus, attigerimus, sed augẽdo versusq; amplius in infinitum abire cõcessum est. Nam quemcũq; additum numerum augere possumus. At in magnitudinibus fit contrarium, qđ versus minus & diminuẽdo prorsus est excedere magnitudinem, sed in amplitudinem vergens excedere quamcunq; minime potest. Et primã causam affert, cur non abit in infinitum diuisio numeri, hæc inquam est, quia numerus cõponitur pluribus vnitatibus. Nam illud, quod cõstat vnitatibus, dissoluit in vnitatem. Sed vnum quatenus vnũ indiuisile est, q̃uo igitur diuisio fieri põt in infinitũ? Nam vbi venerimus ad vnitates indiuisiles sistimus. Et ꝙ ex quibus primo aliquid cõstituitur,

Infinitatis in numeris et magnitudine ratio, ac differentia.

in

in hæc vltima diuidatur,& iā dictum, ac perspicuum est. Q uòd vero vnum indiuiduum sit,ostēdit hoc, Q uia vnus homo est vnus & nō plures.Nam quatenus homo est indiuisibilis. Nam in hoīes diuideretur,Diuisio etenim in manus,pedes,& caput,non vt hoīs,sed velut cōpositi ex partibus diuisio est,sed hæc vna forma cum sit, determinata est,illa vero definita cū sit, quatenus certa determinataq; est,indiuidua est. Proinde & numerorum vnaquæq; species ſm suam formam vna cum sit, indiuidua est,verum diuiditur ſm inexistentes vnitates tanquam habētes rationem materiæ in ipso, ipsa aūt vnitas, cum non habeat materiam,nec quicquam aliud sit quàm forma,indiuisilis est.Quod si oīno diuideretur vnum,in aliquid diuideret, & pfectò in dimidium, & horum vnūquodq; esset vnū, & ita nil minus quam à principio. Nam vnum erat numero minimum,quō igitur diuideretur. Quòd vero numerus ex vnitatibus constet,probauit per hoc, Numerus aūt est vnitates,plures,& aliquot quanta. Nā tria & duo denominatatiua nomina sūt. Si ergo numerus nil aliud est,nisi plures vnitatesq; aliqua,quanta sunt,& vnusquisq; numerorum ex vnitatibus in seipso nominatus est.nam duo ex duabus vnitatibus, & tria ex tribus,ex his,s.numerus cōponitur,ex quibus aūt componitur,in hæc diuidatur:necesse est stare ad indiuisile,idest ad minimum, & vnitatē. Cum ergo dixerit causam stationis in diuisile, subiungit deinceps causam progressus in infinitū versus plus in numeris,dicendo hoc in infinitum ex ipso fieri in magnitudinibus. Nam eo q illæ in infinitum secantur ob contenta in illis materiæ infinitatem,hac ratione etiam in numeris fit auctio in infinitum. Et est in vtrisq; ob materiā infinitum, ideo,& ipse induxit,{ At non separabilis est hic numerus} sed materialis,videlicet tanquam ob materiam accidat etiā his infinitas, sed si additio magnitudinis eorum, quæ diuidenda sunt in infinitum, est magnitudinis in infinitum auctio,& nō numeri.Si ergo numerum vnitatibus succedentem acceperimus non addentes magnitudinem, forte non necesse est vt cuicunq; accepto addatur vnitas.Sed generaliter facta semper additio numeri in aliquo holum,vel in aliquo eorum,quæ sunt in ortu & generatione,à qua diuisione addit. Numerus aūt cœlestis motus & temporis à quali diuisione adueniente augetur. Ni si ergo non oīs numeri auctionem in infinitum à magnitudinis diuisione inquit fieri,sed existentis & permanentis.Nam quō id, quod non subsistit nec permanet potest augeri incrementumq; aliquod recipere? quare neq; numerum monadicum augeri dicendum est. Nam is tm in solo intellectu est,qui nec hominum,nec motus,vel temporis penitus vel eorum, quæ oriuntur & intereunt,est. Nam horum numeri eo quod priora corrumpūtur,sunt, & non permanent priora, quibus possint addi sequentes, & numerus augeri à principio quærat,nisi in nostra phantasia sit,quæ etiam non permanet,sed tm si hoc accideret in diuidendorum additione ex magnitudine, quæ interdum vt magnitudines, interdum vt vnitates accipiuntur, & pp hoc interdum vt magnitudo in infinitū augentur, interdum vt numerus,quod quidem est nunquā actu accipere infinitum neq; magnitudinem, neq; numerum, sed potest inesse quia semper in infinitū pōt procedere, quia cum insint materia inest infinitum potētia,per quam materiam etiā in additione materialium numerorū subsistit ipsum in infinitum. Videtur aūt & Arist.indicare solutionem dictam a me,cum dicit, { Sed semper excedit acceptum oēm determinatam multitudinem. At non separabilis est hic numerus} sed neq; manet infinitas,sed semper fit,& oritur & numerus tēporis. Dicit.n.quod & si semper excederent accepta oēm determinatā multitudinem: sed non in numero separabili quodam,& posito in intellectu, hoc considerādum est:sed in corporeo.in quo etiam diuisio quæ est additionis causa in his quæ permanent habet infinitum pp materiam. Non.n.stat infinitas. Sed velut in motu & tempore,& numero mensurante ea,nō manet infinitum, sed semper fit. præterquam in diuisarū quidem partium additione permanēs prius recipit aduenientes. & si infinitum in hac non permaneat euam, sed dum fit, est,vt etiā in motu, tpe, & numero numerante monadicoq;. Verum hæc differūt,quia fit infinitum priore corrupto,& non suscipiente additionem. sed etiā aliquid his est causa processus in infinitum, vt in permanētibus sunt materiales magnitudinum diuisione,vel semper existens potentia materiale,semper vt possit diuidi præbens. Numerus aūt temporis prius & posterius est, quod accipitur in infinitum,dū aliud & aliud fit. Verum numerum, inquit, tēporis quo numerat & numeratur tempus.

Vnum nō potest diuidi.

Numerus eis per se diuidi non pōt. Numerus cōponitur ex pluribus vnitatibus.

In numeris cur procedatur in infinitum.

Numeri ro numerii diuisio in infinitū

Infinitas nō manet, sed semper fit.

Infinitum in numero tēporis in quo differat ab infinito quod est in diuisiōe magnitudinum.

In magnitudinibus autem contrarium est. Etenim diuiditur in infinita continuum. Versus autem maius non est in infinitum.quantum enim contingit potētia esse,& actu contingit tantum esse. Q uare, cum infinita nulla sit magnitudo sensibilis,non contingit excessum esse omnis determinatæ magnitudinis.esset enim aliquid cælo maius.

Tex. 69.

Prius assignauit causam,cur infinitū est in magnitudinibus quo ad diuisionem, & quo ad additionem non est, dicendo esse materiā intus contentam, quę dat occasionē & viā procedendi versus minus in infinitum,& formam, q̄ cum sit terminus & extra continens, non suscipit additionē in infinitum. Nunc aūt huius semper procedendi in minus, inquit, causam esse, quia cōtinuum cōponitur ex continuis,& magnitudo ex magnitudinibus,& quia diuiditur omne in illud, ex quo cōponitur. Nam magnitudo habēs partes magnitudinis diuisionem & sectionem hic sustinet,vt resolutionem in elementa.Nam cōe ambobus est,vt ex quibus cōponitur in ea etiā diuidi. quòd si diuidatur,in suas partes oēs sectio fit. si vero resoluendū fuerit,fit resolutio in elementa. Q uod vero ex magnitudinibus constet magnitudo, in Sexto libro demonstrabit per hoc,quia vel ex impartibilibus,vel ex partibilibus est. At quæ sunt impartibilia,si cōponantur non faciunt distantiam.Sed non augendi in infinitum magnitudinē causam inquit esse,quia procedentibus nobis versus maius totum & vniuersum occurrit,quod est terminatum, vt in numeris cum versus minus progredimur occurrerit vnitas,quæ cū sit definita sistit processum infinitum. Q uòd si posset cuicunq; corpori addi quicquam non esset vniuersum,sed velut Naturales dicunt,aliquod corpus sensile actu infinitum esset,quod ostensum est nō esse.Si vero posset augeri oīs magnitudo in infinitum vt potentia sit semper excedens, esset etiam actu tm. Nam quantum contingit potentia esse,& actu contingit esse. Q uare,cum nulla magnitudo sensibilis actu sit infinita,vt ostensum est,neq; in infinitum procedentibus contingit oēm definitam magnitudinem excedere,vt nihil sit mundo actu maius: qui quidem est tota & vniuersa magnitudo,non modo ſm Platonem,sed etiam ſm Aristotelem. Equidem ambo appellant totum mundum cœlum, prædicantes totum, & vniuersum de ipso,vel ab eo quod est in illo maxime primarium,& plurimū, vel quia conuerti circūducięq; à suo opifice,& sursum aspicere. Propter quod etiam cœlum appellatur,quod nō solum sempiterno corpori inest, sed etiam vniuerso est id,quod aspicitur. Quod vero nulla magnitudo

Cōm. 60.

Magnitudo propter quod in minus semper diuidatur.

Magnitudo constat ex magnitudinibus.

Magnitudo cur non augetur in infinitum.

Totum mundum Plato et Aristo. cur cælū vocant.

do sit maior mũdo, neq; quicquam extra cœlum, demonstrabit præsertim in libris de cœlo. Verum existimo iam ostensum esse per rõnes destruentes magnitudinẽ in infinitum. Nam si esset aliquid mundo maius, esset infinitum & ob id infinitum. Sed quõ inquit, {Quantum.n. contingit potẽtia esse, & actu contingit tm̃ esse?} Nam neq; quia omni numero potest addi, iam & numerus actu est infinitus, neq; quia nõ est numerus actu infinitus, ob id iã prohibetur in infinitum numeri additio. Nam cuiq; accepto addi potest. Quare aliquis diceret, & si in infinitũ magnitudo actu non sit, quid vetat potentia esse, quia põt in infinitum augeri? Etenim ipsum potentia in diuisione est, eo quod põt semper aliquid minus accipi, non quia accipietur aliqñ minimum. Quid igitur ꝓhibet & ipsum potentia in additione sic esse, vt posit semper aliquid maius accipi. Nisi forte sic occurrere in magnum ibiq; sistare. Si vero hoc ita se habet, non oportet eo quod non est infinita sensilis magnitudo actu tollere additionem in infinitũ. Nũ igitur, vt in magnitudinibus, ob id non potest quamcunq; magnitudinem sumpta aliquid excedere, quia non est actu magnitudo sensibilis infinita, sic etiam fit in numeris? Etenim in illis, quia nõ est actu infinitus numerus, non potest oẽm datum excedere aliquis, nisi cogitatione. sed quod hæc sæpe frustretur & vana cogitet intellectus paulopost ostendetur. Quõ igitur numerus dicimus contrario pati ac magnitudinem, quatenus quidem numerus versus plus semper infinitum habet, & magnitudo versus minus? Nũ hoc non insit cuicunq; numero subsistenti, sed soli, qui fit, ex diuisione magnitudinis auctæ in infinitum pp processum diuisionis in infinitum. Est.n. in infinitum addenda magnitudo magnitudini, quoties facta bipartitione diuidẽda in infinitũ adduntur, quo pacto excedere oẽm numerum impossibile est, nisi cogitatione, quia non est actu numerus infinitus, sed potest semper soli numero ex bipartitione semper facta numero quicquam addi ſm eam infinitatem materiæ, quę inest. Quod quidem facere possumus nõ modo in numero separato, sed etiam in eo, qđ simul procedit in bipartitione. Et videbimur forsitan quidpiam dicere hoc dicentes. sed forsitan nihil dicimus: quia magnitudo, & si in infinitũ additionẽ ex diuisione obtinet, tñ id, quod accipit additionem, non excedit oẽm magnitudinem. Nam ex diuisione habet infinitatem, sed intus illa & non extra procedit. Numerus tñ, qui facta bipartitione in infinitum, procedit in infinitum, cur non excedit oẽm numerum, quanquam nõ sit actu numerus infinitus? Rursus igitur in eadem transiuit dubitatio, quõ ob id non excessum cuiuscunq; magnitudinis dicit, quia non est magnitudo sensilis actu infinita, siquidem, & nõ existente numero actu infinito, siquidem ei necesse sit per bipartitionẽ factam in infinitum oẽm numerum excedere. Nisi forte igitur nequit in magnitudine aliquid excedere oẽm magnitudinem definitam, cum non sit magnitudo infinita. Nã omne determinatum finitum est, Si ergo maximo determinatorum maius erat accipere indeterminatum, necesse etiam est esse acceptum infinitum, Sed in additione numeri, cũ nõ sit numerus infinitus, necesse est ex bipartitione additionẽ fieri in infinitum, & omni accepto numero esse ampliorem aliquem, qm̃ & bipartitio in infinitum fit nunquam occurrẽs in minimum, vt magnitudinum auctio occurrit in maximum totum & vniuersum, Cur igitur non erit etiã in hoc verum, quod oĩs definitus numerus definitus est? si ergo maximo definito, & finito maiorem accipere voluerimus, necesse est in infinitum incidere, Nã maximo definito & finito maior infinitus est. quare non contingit non cuiusuis numeri definiti excessum esse nisi sit ĩfinitus numerus, quõ igitur additio numeri in infinitum est & quõ est diuisio magnitudinis in infinitum, si nõ est magnitudo minima, si verum est dictum quod quantum contingit potentia esse, & actu contingit tantum esse.

Actu contingere tantum esse, quantum fuerit potentia, quo intelligas philosophus.

Infinitum autem non est idem in motu, & magnitudine, & tempore, tanquam sit & vna quadam natura, sed posterius dicitur secundum prius. vt motus quidem, quia prius est magnitudo, in qua mouetur, aut alteratur, aut augmentatur. Tempus autem propter motum. Nunc igitur nec vtimur his, posterius autem tentabimus dicere & quid est vnumquodque, & propter quid omnis magnitudo sit in magnitudines diuisibilis. Tex. 70.

Cum dixerit infinitũ in pluribus esse. Etenim est in magnitudine, numero, motu, tẽpore & in cunctis ſm ipsum in infinitum, adnotat recte, ꝙ infinitum, cum sit in continuis, s. magnitudine, motu, & tempore, non vt idem inest, neq; velut vna quædam natura, & vnum genus, quod de omnibus dictis dicatur. Nõ.n. æqualiter de ipsius prædicatur, quod quidẽ conuenit generibus, sed de hoc prius & de alio posterius. Nam, quia infinitum inest eis ob cõtinuum, quia cõtinuum est diuisile in infinitum: primo aũt cõtinua est magnitudo: & primo hęc diuiditur in magnitudines, quãdoquidem etiam ex magnitudinibus cõponitur, & ob id diuiditur in infinitum. Et cum motus ob magnitudinẽ habeat continuũ & in ipsa sit magnitudine cõtinua, & ipse in infinitum est diuisilis. Et pp motum tempus. Nam tempus est aliquid motus quippe tempus est numerus motus. Quare non æqualiter, neq; vt genus prædicatur, sed semper posteriori inest pp prius, & ob id prius & posterius inest eis. At prædicatio alicuius vt prioris & posterioris est in æquiuocis. Sic.n. forte fortuna erit, grandæuum quo æquiuocum. Est etiam talis prædicatio in analogis, & talis prędicatio infiniti magis est. Quòd vero motui ob magnitudinem continuum insit, nũc breuiter probauit dicendo, Motus quidem quia prius est magnitudo, in qua mouetur, vel alteratur, vel augetur, ipsum in quo mouetur, pro locali motu accipiens. & per species motus, probat ꝙ singuli motus magnitudinum sunt & in magnitudinibus & continuum habent propter magnitudines. Sed nunc quod quidem dixi breuiter hoc comprobauit. Verum processu operis latius declarabit. Et quod magnitudo primo cum sit continuum in magnitudines diuidit, quandoquidem ex magnitudinibus sit cõposita, & ob id primo habet diuisionem in infinitum, & propter magnitudinem motus, & ob motum tẽpus. Ipsum autem quid est de motu, dictum est, sed de tempore dicetur.

Cõm. 61. *Infinitũ non eadẽ ratione prædicatur de magnitudine, motu & tempore.*

CAP. VIII.

NOn remouet autem ratio Mathematicos à contemplatione, auferens sic esse infinitum, vt actu sit versus augmentum, intransibile. neq; enim nunc indigẽt infinito, neq; vtuntur, sed solum esse, quantamcunq; velint, finitam. Maxime autem magnitudini secundum eandem est secari rationem, quantacunq; sit magnitudo altera. Quare ad demonstrandum quidem, illo modo nihil differt: esse autem erit in his magnitudinibus, quæ sunt. Tex. 71

Viri admodum periti & docti est, per ea, quæ introducit, non inficiari destruereq; aliquid eorum, præsertim q̃ à sapientibus magni plurimiq; æstimata sunt. Quia ergo Geometria merito ac iure in summo pretio habita semꝑ fuit, & in ea Geometræ ostendunt suas contẽplationes, ac Theoremata, vtpote qđ aliqua sit magnitudo infinita, Cõm. 62.

ta, quæ in auctione non percurri potest, siquidem & in ipsis postulationibus petant finitam lineam rectam in continuum & directum ducere. Quod si hoc, oẽm datam excedere aliqua potest: & si hoc admittitur, necesse est vt sit magnitudo actu infinita: quod quidem superiores rationes multis destruxerunt. Verum, cum sæpe in demõstrationibus lineas infinitas petant, videbitur quibusdam necesse esse, vel esse aliquam magnitudinem actu infinitam, vel demi tolliq; Geometriã. Et patet virum apprime doctum & sapientem oẽ potius esse affirmaturum, quã euertendam esse, sustulẽdamq; Geometriam. Nam præter alia bona hoc etiam maximum possidet, vt Plato inquit, vt qui Geometriam attigerit ad oẽs disciplinas aptior sit, q̃ is, qui non ei operam dederit. Cum igitur nos hoc metu liberet, tradit rationem illam, quæ dudum tollebat actu infinitum, non euertere abolereq; contemplationem Mathematicorum. Quòd neq; Mathematici actu infinita vtuntur magnitudine, sed quæcunq; demonstrant, lineis finitis & planis cõcludunt. quare nec egent actu magnitudine infinita, sed vt accipiant habeantq; quãtum velint, infinitas lineas ponunt, & si petant rectam in infinitũ producendam esse in rectum, ea de causa faciunt, ne perturbentur, quasi nihil lineæ supersit, cum demitur quicquam ex ea, vbi opus est superesse, vel q̃n cõiungũt vel q̃n proiiciunt extenduntur, sed in altera parte coniunctionis plani, vel sectionis incidentis semper finita vtuntur linea. Si ergo nõ egent disciplinæ mathematicæ infinito, qui tollit ipsum, nihil Mathematicis arripit. Quòd vero non egeãt infinito ob sectiones & coniunctiones, non modo inductione oñdit nos hortando & cõmonefaciendo, qũo illi vtantur magnitudinibus finitis vndiq; & passim, sed etiã geometrice demonstrat. Nam si ostensum fuerit quod datam rectã insectã, quãuis aliquis minimam acceperit, põt secari eadem ratione cum illa, quę secta est, & si aliqua maxima fuerit: non necesse est ex illa, facere demonstrationem, quæ haud potest produci, siquidem ad demonstrandum propositum non magni referat. Nam cum ostendit in magnitudine recta, hoc põt est in minore. Et ob id, cũ nequeat maximã vna extẽdere quãtum sibi opus est, ipse author est angustiæ suæ, cum non tm̃ ceperit lineæ quantum sibi opus erat ad oñdendum propositum, sed non qui tollit actu infinitum. Verũ non solum infinitum, sed neq; magnum accipiunt describentes. Nam quis mundi diametrum in descriptionibus sumit. Pulchre aũt in sectione ꝓportionis demonstrauit nõ opus esse Geometræ infinito, ex quæ oñdatur apud Geometras infinitum in diuisione, perinde ac dixerit, quod ex quibus ipsi oñdunt, non egẽt infinito actu excedente etiã in auctione, licet in diuisione vtãtur infinitate, & hãc oñdunt, q̃nquidem per vnũ Theorema ab ipsis in sexto Elementorum oñdatur, cuius propositio est talis. Datam lineã insectam datæ sectæ, est proportione secare. Vnde, cum dicat ad demõstrationẽ nihil interesse, si in minore linea qua producta extensaq; demõstratio fieri potest, subiunxit. Esse aũt erit in his, quæ sunt magnitudinibus, i. & si demonstrationẽ facere queat Geometer in magnitudinibus, quæ non sunt, sed intelligũtur, veruntamen figuræ nõ subsistunt in olbus magnitudinibus, quia nõ in ipsis intellectis, sed in ipsis existentibus est. Cæterum Alexan. cum quærat qũo non tollitur primum Theorema elementorum Euclidis. Siquidem non extra quamcunque potest extendi & proiici recta, vel circulus describi. Nã si põt recta data finita, ex qua constituendus est triangulus æquis lateribus constitutus, diameter esse mundi, non potest in hac triangulus antedictus constitui, si nihil erit extra naturam. Nam diameter cuiuscunq; circuli transit per centrum eius, in quo lineæ à cõt sectione ad terminos coniunctæ faciunt cum ipso triangulũ ęquis lateribus cõstitutum. Cũ igitur hoc quæsiuisset, soluit dicens, quid infinitum est, cuius f'm q̃antitatem accipientibus semper est aliquid extra accipere, vt ostensum est: patet ꝙ Mathematici, quas supponunt lineas infinitas, tales supponunt, q̃ possint augeri. Nam quorũ est aliquid extra, ipsa sunt infinita. Sed mundi diametrum non est augere, igitur supponunt minorem illam lineam diametro, siquidem finitũ supponũt. Aliq̃n & ipse sunt infinitæ, quibus addere possunt & quas proiicere. Sed sciendũ est, qđ Arist. in contrarium rõnem conuertens, ostẽdit quod infinitum est id cuius extra semper est aliquid accipere, aliã intelligentiam hãc infiniti introducens, q̃ vera est de alio infinito, nẽpe de eo, qđ est in infinitũ. Attamen qui ponũt infinitũ actu siue in lineis, siue in magnitudinibus aliis, id dixere infinitum esse, cuius extra nil est accipere. Igitur melius est dicere primum quidem, ꝙ talẽ petere finitam, vt queat aliqua extra accipi, ex qua dua reliqua latera æqualia illi ex principio coniungunt. Quare, si est quicquã extra vniuersum, nõ impedit, quin Theorema possit, etiã in ipsa diametro habere locum: ꝙ si nihil extra est, nõ ẽst ipsa data. Deinde, si lineæ mathematicæ essent quędam lineæ naturales in loco existentes oportet aliquẽ locum extra vniuersum petere & postulare: Quòd si in cogitatione & in intelligentia subsistunt, locus ipsorum est intellectus contẽplantis, & non naturalis locus. Ob id. n. ex ablatione dicuntur mathematica: quia auferẽtes quæcunq; insunt naturalibus magnitudinibus, locũ, qualitatem, tẽpus, facere, pati hæc solum interualla & velut cõtinuum quantum inquirimus. Quare qui locũ nobis extra cœlum vniuersumq; auferunt, non simul auferunt demonstrationẽ. non. n. velut hic vel illic positę sint scribimus, aut demonstramus descriptiones. Vt igit̃ Democ. cum nititur probare colores non inesse corporibus natura, sed lege positiua quo ad nos esse, nihil detrimenti inferet Geometriæ, quia non vtitur geometria oĩno coloribus ad demõstrationes. sic etiã qui destruit locum infinitum & penitus locum nihil impedimenti affert demõstrationibus de lineis. Nam aliquid aufertur, quo nõ egens demonstratores. Quod. n. mathematica non sint in loco, sequens liber demonstrabit. At impedit Geometriam ille, qui statuit principia indiuidua, & minima. Nã ille tollit sectionem in infinitum, qua simul destruuntur plura accurate & prompte demonstranda in mathematicis.

Geometriæ vtilitas maxima.

Ne magnitudine quidem maxima nedum infinita Geometræ vtuntur.

Indiuisionis secundum proportionem nõ opus est linea infinita.

Euclidis prima propositio non tollitur, si tollatur actu infinitũ.

Mathematica cur ex ablatione dicũtur.

Democritus aiebat colores non esse natura.

Quoniam autem causæ dicuntur quadrifariam, manifestum est, quòd vt materia infinitum causa est, & quod esse quidem ipsius, priuatiuo est: per se autem subiectum, continuum ipsum & sensibile est. Videntur autem & omnes alij tanquã materia, vti infinito. Quocirca & inconueniens est, continens facere ipsum, & non contentum. Tex. 72.

Cum ostendisset non esse infinitum, vt pleriq; existimãt, sed alio modo esse ex eo quod est in infinitum, & qđ ipsum est potentia, & semper eius est aliquid extra sumi & indicasset, quia id ponẽtes ipsum infinitum dixere esse principium, & ipse ostẽdit, ꝙ si esset, principium foret, &c. nõ à principio: rursus de principiis fit sermo nunc naturalibus, licet aliter t & oportet hic oĩa problemata referri ad eadem: merito etiam ostendit infinitum cui naturalium principiorum, & causarum conuenit. Et plane nos reuocat ad quatuor, diuisionẽ causarum, s. ad materialem, formalem, effectricem, finalem, & inquit constare quod infinitum vt materia sit causa, & per hoc verbum, manifestum Cõm. 63.

est, inductionē nobis ob oculos ducit. Nam quis infinitū diceret vel finem, & id cuius grā, cum sit terminus? vel efficientem causam, quæ ex suo diffinita fine determinata facit? vel formam, quæ est palam terminus compositi. Magis igitur vt materia, nō quia materia, & ſm suam rationem & quatenus est subiectum, est infinitū, sed quia accidit ipsi antequam recipiat formam ipsa priuatio, quæ est infinitas. Et, quia ostensum est prius, ꝙ priuatio, est alia à materia, eo quod materia suscipiat formam, vt quæ non sit contraria ipsi, sed priuatio, cum sit contraria formæ, nō suscipiat. Quòd vero infinitū materiæ sit priuatio, eo patet, quod forma est terminus compositi. Ideo & natura in ipsam deueniens stat, priuatio aūt est contraria formæ, velut infinitas fini, ideo formam non substinet, quare infinitum subsistit ob priuationem, nō considerato infinito de priuatione & materia, quatenus percurri non potest, sed ſm informitatem & infigurationem, & hac ratione non habeat ipsa finem & quatenus est in potentia, & in infinitum, quæ quidem insunt materiæ ob priuationem formę. Proinde aduentu formæ ipsum in infinitum stat & ipsum imperfectum. Et sic dici posse existimo, ꝙ priuatio nō est simplr̄ infinitas, nam alia est intelligentia priuationis, & alia infinitꝭ: sed inest infinitū priuationi, vt formæ terminus. Nisi ergo aliquis dicat pulchre (vt existimo) dicēdo, ꝙ terminus finisq́; est completiuus formæ, & non extrinsecus ipsi adueniens, & ipsum in infinitum, non vt forma, sed priuatiuum tale dictum est completiuum priuationis. Nam priuatio est formalis finis hoc infinitum. & priuatio talis, velut absentia est in eo, quod est aptum recipere terminum & formam. nisi qua velut priuatio formę opponitur, & vt infinitum termino. Sed quid est hoc, quod deinceps dicit, ipsum aūt per se subiectum, esse continuū & sensile? Nam, si materia est subiectum priuationi & infinitati: & id, quod est per se subiectum priuationi & infinitati in diuisione in infinitū, est per se continuum & sensile: & hoc est corpus naturale, videtur clarissime concludi, ꝙ materia est corpus: quod quidam ſm subiectum dicūt. Vel non frustra additur subiecto hoc, s. per se. Materia. n. nō sola subiicitur in infinitum diuisioni, & priuationi per se, sed iam est, corpus sensile & continuum. Nam id, quod diuidendum est, actu dimensionatum esse oportet, & non solum potentia, vt materia. Quo igitur dicitur ob materiam ipsum infinitum in diuisione esse? Nisi quia corporis compositi in infinita diuisi, quia nō ſm formā diuisio fit, Nam illud idem manet, siue aqua, siue aer, siue caro, siue os: necesse est, vt fiat diuisio ſm materiam. Vt igiť prima infinitas dicta est ad terminum simplicis formę in prima priuatione est, quæ est ſm primam materiam: sic infinitas ſm diuisionem in priuatione est, quæ est in corpore sensibili. Nam hoc est qđ diuiditur. Sed quō, vt inquit, priuatione subsistit infinitum, causa aūt infiniti materia esse dicitur, & non vt priuatio? Nisi quia priuatio cum materia in causis considerata est, quæ non est causa per se, sed per accidens: nam abest. Merito igitur ea priuatiua referri solent ad materialem causam. Si vero cā cōtinuationis est forma, diuisio & sectio dissoluit continuationem, quō dicitur manere forma in diuisione. num non continuationē soluit? Etenim secanda manēt continua, sed tantam continuitatem, & tantam formam. Si ergo ſm hoc diuisio ſm formam erit, & non secundum materiam. Vel non secundum tantundem formæ. Vt enim formale, indiuisile, & non tantundem, sed secūdum materialē solam distantiā, quæ ab indiuisili, & impartili, & in materiali substantia egreditur. Cum igitur ostendisset materiali causæ

Infinitum est tā ut materia, & eius esse cū sistat in priuatione.

Materia nō fit corpus.

Infinitas secundū diuisionem est in priuatione, quæ est in sensibili corpore.

Infinitū quonam modo sit causa ut materia, & eius esse sit in priuatione.

Formæ, quō maneat in diuidendo si forma est continuatas.

magis cōuenire infinitum quàm priuationi, rursus fidem facit rationi ex aliorum opinione, qui posuere infinitū esse principium. Etenim illi vt materiam posuere, alij aerem, alij aquam, alij vero intermedium ponentes ipsum, & ex hoc alia non velut effectrice causa generantes, sed velut ex materiali. Nam ex hac prima dixere fieri quę fiunt, & in hanc vltimam dissolui. Verum damnat eos, quod non constant suis dictis: quandoquidem infinitum velut contētiuum ponunt. Nam dicentes infinitum in materia, magis contineri, quam continere debebant asserere. Nam materia cōtinetur, & definitur à forma. Nisi ergo sic continere dixerint, quòd ipsa in omnibus corporibus consideratur, & characterem & impresionem quando præbet omnibus materialibus.

Infinitum, si sit materia cōtineri potius dicitur quam cōtinere.

Reliquum est autem aggredi, secundum quas rationes infinitum esse videatur, non solum potentia, sed vt determinatum. Alia enim ipsorum, non necessaria sunt, alia autem habent alias quasdam veras obiectiones. Neq; enim, vt generatio non deficiat, necessarium est actu infinitum esse corpus sensibile. contingit enim, alterius corruptionem generationem alterius esse, cum omne finitum sit. Tex. 73.

Cum ostendisset infinitum esse in potentia, & non in actu, & cuncta propria problemata sermoni de illo determinasset, reliquum vult soluere proposita, quæ probabāt infinitum actu. Nā, cum quinq; à principio rōnes essent, quę ponebāt infinitum, vna à tēpore, secunda ex diuisione & additione in magnitudinibus. Tertia quia nunc quā deficit generatio, & corruptio si infinitum erit vnde sem per id quod aufert. Quarta, quia finitum semper ad aliud terminatur & sic in infinitū. Quinta & primaria est, quia nunquam deficit in intellectu saltē intelligente infinitum. Cum igitur hæ quinq; sint rationes, duas quidem primas ipse demonstrauit ponere necessario infinitum. Nā ipsum potentia & dum fit, est ipsum infinitum, & ipsum in infinitum sic ponunt. Reliquas vero redarguere tētabit vt ponentes actu infinitum. Nā sic erit perfectus sermo ratioq́; absoluta, si non modo demonstrauerimus propositum, sed etiam si confutauerimus eos, qui dicunt cōtraria. Dicit porro, quod harum rationum ea reprehendetur, q̄ ob indeficiētiam generationis, infinitum necessarium esse dicit. Alij aūt obiectione aliarum verarum instantiarum tollētur. Nam necessarium est id, quod aliter se habere nō potest. Generatio aūt ipsum indeficiens habere potest, & infinito non existente secundū actum. Nam contingit, vt vnius interitus sit alterius ortus, & si quodcunq; sit finitum magnitudine, & si hoc indeficiens erit generatio. Nā q̄ cessatio erit tali machinationi & non indigebimus actu infinito. Quare non necessarius sermo, velut ex necessitate consequēs accipiens quod nō necessario sequitur. Non enim fieret indeficiens generatio, oportet actu infinitā esse magnitudinem, neq; rectum tale significatum est neq; necessarium. Quare neq; assumptio, & illatio eius dicens, Sed generatio est indeficiens: est igitur actu infinitum. Com. 64.

Infinitum, si tollatur, non propterea tollitur generationis continuitas.

Amplius, tangere & finitum esse, alterum est. illud enim ad aliquid est, & alicuius: tangit enim omne, aliquid: & finitorum alicui accidit. Finitum autem non ad aliquid est. Neq; tangere cuiusuis quoduis est. Tex. 74.

Hæc est quarta ratio earum, quæ ibi litæ sunt, dicēs esse extra omne finitū aliquid quo terminatur, & hoc semper facto infinitum actu introducitur. Nam si non esset aliquod actu infinitum, non esset aliquid extra finitum, ad quod terminaretur, sed incideret in aliquod finitum, quod non alio terminaretur. Ad hanc rationem vere potest quam vera obiectio afferri, si dixerimus aliud esse terminari, Cōm. 65.

Tangere & finitum esse diuersa sunt.

minari, & tangere. Nam tangere est inter relatiua. Nam tangēs aliquod tangit, quod est extra se. Sed terminatum esse est in quanto. Si ergo diuersorum generum vtrūque est, ipsum finitum esse non est dum aliquid tangitur, quia non est ad aliquid sed seipso terminatum est. Et possunt quædam finita esse, & ad aliquid terminare & tāgere aliquid. Hoc autem accidit illis, quæcunque non vniuersa solum sunt, sed etiam partes vniuersi, non tamen quatenus terminum habent, sed quatenus partes cum aliis sunt. Si autem aliquid solum totū est & vniuersum, hoc cur alio terminatur? Sed videntur qui talia dicunt decipi ex ipsis tāgibilibus, cū putēt idem esse tangi & finitum esse. Quòd si aliquis dicat & terminum esse inter relatiua, nam terminus est alicuius terminus, sed non ad aliud est, sed ad idē. Nam finiti est terminus, sed non illius, à quo terminatur. Deinde & aliud argumentum adducit rationi distinguēs ipsum finitum esse ab ipso tangi. Nam, si finitum esse ad omnia est, & tangi non ad omnia, patet quòd non idem finitum est, & ipsum tangi. Etenim numerus, vt decem, & vox silentio terminata, finita quidem sunt, sed quid tāgere dicantur? Non enim tangunt silentium. Sed etiam terminata linea in plano, terminatur punctis, sed nihil tangere dicetur, nisi aliqua linea ipsi addita fuerit. Non .n. quoduis à quouis tangi aptum est. Non enim vox tangit lineam, quamuis vtræque finitæ sint. Sed mirum hoc videtur dicere Alexander, quod haud verum est finitum habere terminum quatenus finitum est. Proinde numerus terminatur quidem non tamen terminum habet. Atqui quomodo potest aliquid finiri terminarique, si non habet terminum? sed videtur ex similitudine magnitudinis aliquem terminum finiti quærere, qui nō est pars eius, immo etiam defecit vna dimensione. Sed nil vetat numerorum terminos esse vnitates vltimas, modo secūdum aliud sint partes, & secundum aliud termini, quatenus etiam proportionem habēt cum punctis. Proinde dicitur pūctū vnitas habens positionem. Nisi forte & numerus per se ipsum sit terminus quantitatis discretę, quem non oporteat alium terminum quærere.

Finis & terminus referuntur ad aliqd, scilicet ad ipsum ut qui sit finis finis.

Finitū habet finem contra Alexand.

Numeri qui sunt finis.

Tex. 75. *Intellectione autem credere inconueniens est. non enim in re superabundantia & defectus est, sed in intellectione. Vnumquemque enim nostrum intelliget vtique aliquis multo maiorem seipso, augmentās in infinitum. sed non propter id, extra vrbem quispiam est, extraue tantillam magnitudinem, quam habemus, quoniam intelligit aliquis, sed quoniam est, hoc etiam accidit.*

Cōm. 66. Quinta ratio erat ex intellectione & imaginatione, quam maxime aliquid momenti habere inquit ad cōcludendum esse infinitum actu. Nam, quia in intellectione non deficit & numerus, vidētur esse & mathematicæ magnitudines, & extra cælum aliqua. Soluit hanc dubitationem breuiter, & plane. Nam excessus superabundantiaue talis non est in rebus, sed res sunt in intellectione. Non .n. siquid intelligemus & imaginamur, & insomniamus, ob id hoc est. Nam hoc modo etiam hircoceruus erit & plura alia, quorum nullum est, neque contingit esse. Nam vt pictores plura intelligunt & pingunt non solum formas, sed etiam parua pro magnis, & pro paruis magna, sic etiā phantasia in se fingit & format infinita, quæ non sunt: sic etiam interuallum millia stadiorum est imaginari maius ciuitate, & excessum eius esse extra ciuitatem. Sed melius existimo illud extra ciuitatem sic intelligendum esse, vt Eudemus intellexit magistri dicta, velut eorum, qui imaginātur suburbanum maius ciuitate, & non vt Alexander exponit quando nos intra ciuitatem extra intelligeremus vel multo maiorem seipso secundū magnitudinem, perinde ac ciuitas extra sēm locum habeat solum mutationē & differentiam. Et videtur sic exponere, quia intelligit in alio & alio hoc, scilicet, Sed non propter id extra vrbem quispiam est, & hoc, extraue tantillam magnitudinem, quam habemus. Sed utrūque dictum est vel de ipsa ad auctione magnitudinis, vel tanquam excedēte vrbē, vel simpliciter quod habemus. Nam & sic erit propria imaginatio de infinito. Nam ipsum imaginari in alio loco, tantum solum ostendit, quia phātasia imaginatioque per vices variat res, non tamen velut in infinito ostēdit. Quare nō quia hæ res intelliguntur, ob id erunt tales, sed quia sunt, ita intelliguntur. Nā intelligere ipsa vel vt sunt, vel vt nō sunt, eis accidit. Nam, si intelliguntur vt sunt, non sunt ob ipsa intelligere, sed accidit eis intelligi. Si ergo & accidens est intelligi, & nō semper cōsonat intellectio rebus, nō oportet de rebus ex intellectione vel phātasia aliquid affirmare. Quare non oportet, vt extra cœlum sit quicquam, quia intelligitur. siquidem est ipsum totū & vniuersum.

Intellectio nō efficit ut in rebus sit quispiā infinitum.

Tempus autem & motus infinita sunt: & intellectio non permanēte accepto. Magnitudo autē neque diuisione, neque intelligibili augmentatione est infinita. Sed de infinito quidē quomodo est, & quomodo non est, & quid est, dictum est.

Cum soluisset rationes ponētes infinitum actu, & post hoc duos modos, alium ex infinitate temporis, & alium ex diuisione magnitudinis in infinitum. Cōm. 6.

Ex mutilatione Græcorum exemplarium in hoc loco, cum nullus possit integer sensus haberi, non potui non omittere illius translationem.

SIMPLICII COMMENTARIVS in Quartum librum Aristotelis, de Naturali Auditione.





VM sese de naturalibus initijs, & causis, atque de his, quę omnia physica communiter sequūtur, tractaturum promisisset, Primo libro de principijs, velut elemētis, materia, forma, priuatione, quæ harum ope existit. Secundo item de causa efficiendi, fine, & fortuna, casuque, quòd videbantur hæ causæ per se, quanquam accidant, accurate disseruit. Cumque naturam motionis initium & efficientem causam & definiendo & demonstrando affirmasset, & motus rebus omnibus physicis per se principium diffiniuisset, idemque corpora afficiat, vt naturalia sint, quique in naturæ definitione complexus fuisset, merito Tertij libri principio sibi de motu illico disputandum duxit. Et quoniam corpus naturale finitum vel infinitum, atque omnis motus esse videbatur, & ambo, cum continua sint, in infinitum diuidi queunt: & quidam id ipsum rerum naturalium initium arbitrabantur, eodem libro de illo copiose disputatum est. Quam ob rem, cum de elementis cæterisque causis, & his, quę principiorum loco haberi solitum erat, finem dicendi fecisset: quæ in physicis corporibus, quà huiusmodi, extrinsecus insunt, quærere persequitur, & quid locus, quidúe tempus sit explicat. Omne enim corpus mouetur in locum, quem etiam incolit, & in illo

in illo quiescit. id eò vel maxime argumento, quòd corpora simplicia suis locis & eorum discrimine, quædam species fiunt. Quoniam item quicunque motus tempore metitur, quippe vt videbimus tẽpus est omnis motus mẽsura, de hoc ipso iccirco agendum erat. Verum de loco prius, idq́ue non immerito. Nam ille non modo tempus, verumetiam corpus omne & quemcunque motum præcedit. Corpus enim loco cingitur, & motus inhæret in corpore, & tempus unà cũ motu labitur. Et, cum corporis naturalis, quod inter substantias physicas præcipuum locum tenet, alia sunt interna, alia vero externa, in quo genere hæc sunt, receptaculum, motus, eiusdemq́ue mensura, vt primum eius elementa prima & materiam & formam attulit, deinceps vero efficiendi causam & finem, ac motum in definitione naturæ positũ exposuit, sic cæteris rebus, quæ extrinsecus eidem corpori adsunt, præponendum esse locum censuit. Quæritur tamen, quod, cũ Naturalis res mobiles spectet, quemadmodum Mathematicus & Theologus immutabiles, quonã pacto ad Physicũ de loco agere pertineat, quippe qui vt demonstrabimus immobilis esse videtur? Nisi receptaculũ sit corporis eius, quod agitatur & impellitur, quanquam ipse immobilis sit, atque terminus eiusdem corporis, quo ipse mouetur, quanquam per se moueri nequeat. Vacuum vero aut inane quod quidam inter principia numerabãt, idq́ue asserebant esse locum corpore priuatum, absoluto sermone de loco iure persequitur, & demũ quæstionibus de tempore explicatis, cum hic Quartus liber, tum ipse etiam de rebus, quæ communiter cunctis naturalibus conueniunt & de principijs finem differendi facit,

Locus quõ consideretur a Natura si in ter immobilia enumeratur.

CAP. I.

Tex. 1. *SImiliter autem necesse est Naturalem & de loco, vt & de infinito, cognoscere si est, an non, & quomodo est, & quid est.*

Cõm. 1. Quæstiones de loco, æque profert ac eas de infinito. Idque non immerito. Sequi enim videbantur absurda, si esse infinitum, aut non esse datum fuisset. ita quærendum num locus sit, & quod quæstio adhuc in usum non venerat, nobis argumenta in vtranque partem paranda sunt. Prima porro quæstio, vt erat illa de infinito, nũ locus sit, nec ne, petit explicari, & quemadmodum libro de cõstituenda demonstratione aperuimus, soluta quæstione ac confecta illa si est, ad eã. Quid sit, proficisci oportet, cuius munus præsertim est naturam, uim, & rationem explicantem quid res ꝓposita sit, inuenire. Cui mox succedit alia, qualis videlicet locus sit, quæ etiam de his rebus, quæ rei definiendæ cõgruunt nos certiores facit. Huic quoque cognata affinisq́ue multum illa quæstio est, quæ hac formula explicatur, Quomodo res sit. Nimirum itaque sic de loco quid sit quærimus, vt de infinito fecimus, quod quidem potentia, & partium ortu & successu subsistere affirmauimus. Quamobrem num quicquam per se velut qui illum quandam intercapedinem uacuam affirmarunt, aut in quadam habitudine consistat, item num quidpiam aut nihil corporibus conferat, vt sint, inuestigandum nobis erit. Hæc enim circa loci naturam, ac ea quæ illi conuenire videntur, potissimum versantur. At dubitare licet, cur ante quęstionem quid constituerit hanc quomodo? Nisi, quoniam sic sæpe vsu doctrina recepit, vt rei querendæ naturam ex his, quæ competunt eidem, inueniat atque tradat, quòd maxime in perquirendo loco patebit.

Quæstiones quot sint.

Etenim quę sunt omnes existimãt alicubi esse. Quod vero non est, nusquã esse. vbi enim est hircocervus aut spinx? Atque motuum, communis maxime, maximeq́ue proprius, secundum locum est, quem vocamus lationem.

Posteaquam non secus de loco quærendum sibi cõstituit, ac de infinito fecerat, duobus argumentis instituit ꝓbare Physico de loco agendum esse. Quorum vnum est probabile à communi sententia ductum, alterũ è rebus ipsis profectum, demonstratiuum. Primum porro, quòd à communi opinione manat, quadam rationis formula, hoc modo à veteribus conficiebatur. Si quod non est, nusquã collocatur, quod erit, alicubi constituetur. Alicubi enim quandã loci habitudinem indicat, quocirca locus esse patebit. Alex. autem hanc probationem ab his adduci dũtaxat opinatẽ, qui sola corpora, & materialia subsistere putarunt, & in corpoream naturam negauere, & nimirum ex apparentibus cõuersionẽ nulla cum arte, fecere. Nã ea, vt diximus formula, nequaquã sequitur, sed hac, quę secũda est, formula rationũ & cõsecutione. Si quod non est, nusquã collocatur, quod ergo alicubi constituetur, id nimirum erit, & non sequitur, quod est, alicubi ponetur, ꝙ quærunt ij, qui locũ introducunt: vel ergo verba sunt vertenda hoc modo, Quod nusquam est, id neque sit oportet, quod ergo est, alicubi constituetur vel dicendum est sequens sese adæquare antecedenti, quod verisimilius longe videtur: quippe illi solum corpora arbitrabantur esse, qui hoc modo argumenta adducebãt. Si enim nihil est aliud, nisi corpora, nimirum quod nusquam collocatur omnino nõ erit: vicissimq́ue, ꝙ non est, nusquam inuenietur, quãdoq́dem omnia corpora in aliquo loco posita sint. Quo fit, vt conuersio & argumenti uis recte valeat, quod nihil refert in his, quæ reciprocantur ad destruendum quicquam, aut confirmandum antecedẽs vel consequẽs sumere. At videtur, inquam, Aristoteles verba Platonis in Timæo confutare, quæ huiusmodi sunt. {Proinde cũ hunc animaduertimus tum somniamus, atque asserimus necessarium esse, vt quicquid est, alicubi situm sit, ac collocatũ, regionemq́ue aliquam occupet. Quod vero nec terrę, nec vllo vniuersi situ comprehenditur, haudquaquam esse arbitramur.} His ergo cernere licet, quam euidens sit eorũ ratio rectaque & congrua cõuersione deducta. Propterea enim quòd res, quæ nusquam collocatur, non est, omnis ergo res alicubi sita, etiam super erit. Verum Plato verbis nõnullis paulo superioribus, quasi sentẽtiæ huicq́ue rationi dissentire visus, hæc adiecit. {Sed quoniam æque materiata vt plerunque somnia intuemur, quibus locus maxime congruit, eundem cunctis rebus tribuimus.} {Cæterum quod non est, nusquam collocari bis verbis Aristoteles probat. {Vbi enim est hircoceruus, aut sphinx?} Nusquam nimirum est, quia ne omnino est, & reciprocatur? Omnino non est, quod nusquam collocatur. Quibus constat consequentiam sic receptam probari oportere quod rite recteq́ue cohæret, quanquam vero longe abhorreat, quandoquidem non omnis res loco claudatur. Nullum enim incorporeum cum maxime separatum sit, loco proprie circumscribitur. Nec præterea verum est, Quod nusquam ponitur, quod videlicet loco non complectitur, omnino non est. Multa enim sunt, vt diximus, quæ nullo capiuntur loco. Verũ ratio cõcludit operæpretium esse, vt Physicus de loco diligenter differat, quoniam veteres omnia suis finibus locisq́ue cõtineri arbitrabantur. Sed, si par est nõ obiurgare antiquos temere, ipsum alicubi, nimirum loci, qui modo quæritur, non habitudinem significat, sed ordinis circunscriptionẽ.

Cõm. 2.

Qui sola corpora & materialia esse putant, hi cuncta esse in loco affirmant.

Incorporea quæ maxime sunt, in loco minime sunt.

Qua

Aliubi quid significet ex pud antiquos.

Qua significatione supracœlestem quendam locũ Plato cognouit: & dicitur intelligẽtia in eo esse, qui percipitur intelligentia. Hoc igitur modo, cum probauerit veterum Philosophorũ consensu necessariũ esse Physico, vt de loco disputet, secundo argumento idem ex vi, rerumque natura demonstrat.

Naturalia omnia mouentur per locũ.

Si.n. motus ad locum cunctis corporibus est communis, perspicuum quidem fit, vt locus inter naturales res numerandus, & sermo de loco Physico opportunus sit: Sed antecedens admittitur: Cõsequens ergo. Motum vero ad locum communem appellauit, vel quod cuncti eũ esse fatentur: quippe hunc magis, ac cæteros motus sentimus.

Motus p locum ẽ communis & principalis.

Hinc patet id maxime, quòd nõnulli, velut Anaxagoras, rerum interitũ sustulere. & quidam alij quosdã lege dispositioneque fieri colores assererẽtes altercationẽ vel alienationem, quam Græci aiunt ἀλλοίωσιν labefactarunt. Verum nemo de motione ad locum diligenter admodũ disseruit. Nunc enim missam faciamus Zenonis dubitationem. Vel dixit, hunc motũ cõmunem, quia is solus cũctis corporibus naturalibus conuenit. Nam cœlestia, quæ a cæteris aliis motibus absoluta sunt, hoc vno tamen mouentur. Qup circa hic aliorũ princeps est, quippe corporibus inhæret maxime primis & reliquorum præstantissimis, atque cæteros natura tempore velut causa & eorum principium anteit, ꝙ operis processu Philosophus ostendet. Postremo scias velim in quibusdam exemplaribus huius loco {communis} consignatum esse hoc nomẽ {primus} quo etiam modo Eudemus scribit.

Tex. 2.

Habet autem multas dubitationes, quidnam sit locus. non .n. idẽ videtur speculantibus ex omnibus, quæ insunt. Amplius autem, neque habemus quicquam ab aliis, aut ante dubitatum, aut prius traditum de ipso.

Cõm. 3.

Locus definitio difficilis ostenditur.

Physico faciundum esse sermonem de loco, cum ostendisset, deinceps hanc quæstionem tantum difficultatis habere demõstrat quantũ cæteræ aliæ continẽt. qua de causa illis, qui primum cũ recta uia & ratione in ipsa peruestigatione loci elaborant, si minus quicquam certi confestim sunt assecuti, æque adiumentum atque veniam dare debemus. quare antedictæ difficultatis ostẽsio cum magistro, tum etiam discipulo vtilis erit. Proinde è quibus oriatur difficultas ex hoc potissimum explicat, quòd colligendæ sunt rerum, quas quærimus, definitiones, ex his, quæ ipsi rei definiendæ conueniant, quod nimirũ principio libri de anima dixit. Arduam itaque de loco cognitionem ea faciunt, quæ, cum per se loco competere debeant, in eandem nõ perueniũt naturam. Nã quia locus, quæ locantur, cõtineat oportet, formam cuiusdam corporis esse constabit. Forma.n. primò definit & continet. Sed quatenus formæ capax est, & eius locus esse videtur, materiæ ꝑsimilis esse apparet. Idque fuit in causa, vt quicqd de loco Plato disputarit, de materia disseruisse visus sit. quia item locus, quatenus vero idem locus potest alias aliud suscipere corpus, distinctus erit ab existente in loco. Igitur etiã præter illius materiã, & formã. Secundam item difficultatis causam affert, ꝙ ante ipsum nemo de illo abunde disseruit. Etenim hoc cum causa, tum etiam signum est loci ꝑcipiendi difficultatis. Signũ inquã, quia veteres quæstionis difficultate perterrita loci inquisitione abfuere. Causa vero, quod nullum modum loci peruestigãdi nobis, nec omnino quicquam principij suis inuentis communicarũt & reliquerunt. Quanquã enim locũ attigisse visus sit Hesiodus, qui chaos ante omnia statuit, tamẽ eius oratio cõmentitia & non demonstratiua est. Verum ex ea tantum hausimus notitiæ, vt quicquam multo ante firmandum

Definitiones colliguntur ex his quæ insunt rei per se.

Chaos quid significet apud Hesiodũ.

nobis esse perciperemus, in quo ponenda essent, quæ gignuntur. Plato præterea sic de loco in Timæo egit, vt de materia potius tractasse videatur. Verũ enimuero hãc etiã caũam difficultatis quæstionis Eudemus adiecit, quippe qui captu perdifficilis sit locus. Nam vbi primum corpus à loco aberit, nos fugit & solus haud percipi potest, qui more mutarum literarum, quæ sine vocalibus, ceu b, g, sine his a, e, non reddunt intelligentiam, contra vero connexæ faciunt, sic locus cum alio comprehenditur. Sed quæstionis angustia & difficultas ne ab instituto nos deterreat dehorteturque velim, quoniam Physico hoc maxime, & peculiare, & necessarium est. Quanquam enim in his, quæ vix intelliguntur, nihil aliud quã modũ recte dubitãdi de his præstare possimus, satis nos tamen fecisse cupido sciẽtiarum putamus, vt Aristoteles alias docet si de loco recte & beneque dubitandi viam attulerimus.

De loco Platonis placita dicuntur esse de materia.

Locus per se minime apprehendi potest.

Tex. 3.

Quòd igitur locus sit, videtur manifestum esse ex ea, quæ fit vicissim mutatione. vbi nãque nunc est aqua, hic, si egressa fuerit tanquam ex vase, iterũ aer inest. cum autem hunc eundem locum aliud aliquod corpus obtinet, hoc ab iis, quæ insunt & transferuntur omnibus, alterũ esse videtur. in quo enim aer nunc est, aqua in hoc prius erat. Quare manifestũ est, quod locus aliquid aliud erat ab vtrisque, ex quo, & in quod mutata sunt.

Cõm. 4.

Bonum esse quibus argumẽtis ꝓbatur.

Cum opportunã, & per difficilẽ ostendisset loci quæstionẽ, sese transfert ad proprias quęstiones. Quarum prima est, num locus sit, in qua quidẽ orditur ab his rationibus, quibus locũ esse probatur. deinceps eas adducit, quæ hunc ipsum omnino delent. Quę vero locum esse astruũt atque affirmant, quatuor afferre voluit. Quarum illa, ex translatione corporũ in eodẽ loco uicissim prima est: Si enim vbi ante aqua erat, egressa illico, aer eũdem obtinet locum. vt patet in doliorum exemplo, vbi aliquid est, ꝙ vtrunque suscipit. Secunda ratio è naturali elementorum delatione, quòd aliud supremũ petit locum, aliud infimũ, quæ his differentiis loci, supra & deorsum, quædam species constituuntur.

Tertiã rationem è mathematicis Alexãder putat ostẽdi: quem bene dicere minime arbitror. Quandoquidẽ argumentũ è mathematicis ductum secundæ rationis pars sit, in qua concludebatur locum ex delatione elementorũ esse, quod intelligemus postea. Proinde tertiũ argumentũ à vacuo sibi sumit. Si enim vacuum est locus corpore priuatus, qui uacuum recipiũt, locum omnino esse itaque affirmabunt. Quartæ rationis loco Hesiodi fabulam profert, quæ vel maxime indicat non modũ locum esse, verũetiam vim ingentem habere. His itaque quatuor rationibus adductis perspicuo duæ priores è natura & re ipsa locũ vt necesse sit, ostendunt, reliquę vero opinionibus veterum, qui sic statuerũt, receptæ sunt. Cum ergo argumẽta dilucida posuerimus & fecerimus, cuiusque neruũ pro viribus illustremus oportet, idque repetendo illa. Illa ergo demõstratio è successione corporum vicissim in eodẽ loco, quodamodo sic cõficiẽda est, Locus idẽ cũ pmaneat, quadã diuersa corpora capit. At quod quædã corpora diuersa uicissim capit idque permanet idẽ, quicquam est, ac aliud ab his, quæ cõplectitur: siquidem hoc semper idem perseueret, illa differãt & vicissim adeant illud. Locus itaque & quicquã est, & distinctus ab his, quę in eo sese recipiunt. Quòd vero locus idẽ permanẽs quadã successione aliud atque aliud corpus recipiat, patefacit ex reciproca corporũ in eodem loco successione. Quod dilucidius his quidẽ aperit. {vbi nãque nũc est aer, ante aqua collocabatur.} Quibus plane patefactũ sit receptaculũ alterũ esse à corporibus

Locum esse probatur ex mutua corporũ successione in eodem loco.

corporibus, quæ ex illo exeunt & ad illud se se conferunt: Quod si locus est quicquam, aliud dignum quoque censeri oportet, vt de illo accurate differatur. Demum euidētiam demonstrationi, qua concluditur locū esse, eundēque à corporibus, quæ in eo sese recipiunt, distinctū, atque receptaculum esse eorum, quæ vicissim illuc adeunt, præbuit vasis exemplo. illud enim aliquid est, atque aliud ab his quæ sunt in ipso. quod sumptum fuit ad probandam primam propositionem.

Tex. 4. *Amplius autem lationes physicorum corporum, & simplicium, vt ignis, & terræ, & talium, non solum ostendūt, quod est aliquid locus, sed quòd & habet quandam potentiam. fertur enim vnumquodque in suum locum, nisi prohibeatur: hoc quidem sursum, illud vero deorsum. Hæc autem sunt loci partes, & species, sursum & deorsum, & reli-* Tex. 5. *quæ distantiarum sex. Sunt autem talia non solum ad nos, dextrum & sinistrum, atque sursum & deorsum. nobis enim non semper idem, sed secundum positionem, vt conuertimur fiunt, idcirco, idem crebro, dextrum & sinistrum est, & sursum & deorsum, & ante & retro. In natura autem distinctum est seorsum vnumquodque. non enim quodcunque sursum est, sed quò fertur ignis, & leue. Similiter vero & deorsum, non quodcunque, sed quo feruntur habentia grauitatem, & terrea, tanquam non positione differentia solum, sed & potentia. Ostendunt autem, & mathematica. cum enim non sint in loco, tamen secundum positionem ad nos habent dextra & sinistra. adeo vt solum manere intelligatur ipsorum positio, non habentia natura horum vnumquodque.*

Cōm. 5. Secundum argumentum nunc affert, quod locum probat è naturali corporum motu, simulque patefacit locum quandam uim suapte natura habere, cuius iure diligenter locum inquirendum esse ostendit. Hoc itaque modo demonstrat illum esse & vi quadam potiri.

Locus esse probatur a corporū motu, qui est secūdū naturā.

Si .n. singula corpora simplicia naturalia sublato impedimento proprium locum petunt: Ignis, inquam, supra conscendit, & tellus deorsum descendit: & media abeunt ad media: & id, quod circulariter & in orbem ducitur, circa mediū mouetur: & formā suscipit ex eo unūquodque & differentiæ, atque distātiæ hæ, videlicet, rursū, deorsum & reliquę, partes & species loci sint, quibus unumquodque antedictū corpus in speciē cōstituitur: patet locū & esse, & quādā uim possidere. sin, hæ differētiæ nō essent simpliciū corporū huiusmodi, quæ species cōstituunt. At dextrū, lęuū, ante, retro, quemadmodū. Secundo libro de Cœlo explicauimus, motus cœlestis differentiæ sunt: & animalibus s'm compositā naturam, his præsertim, quæ oriuntur & occidunt, conueniūt: Sed animaduerte, ꝙ caliditas quidē, mollities, & id genus, loco carent. At grauitas, & leuitas locum postulant. Hæc enim motibus ad supremum, & ad imum determinātur & conficiūtur. Cæterum, cū omnes antedictæ loci differentiæ s'm quandā habitudinē sint, quis forte ambigeret, num locus natura sit quandoquidem secūdū nostram habitudinem esse videatur. Tectum porro supra eos, qui domum incolūt, dici solet, & deorsum eorum cōparatione, qui supra sunt tegulas. Quocirca, si locus quo ad nos, nostramque positionem cōsisteret, vel illud primo maxime patefactum erit, locū nō habere illam vim, vt diximus, ꝙ nostra positione subsistit, nec deinde Physicum oportere, vt de illo dissérat. Hanc ergo obiectionem diluunt, quoniā supra infraque non modo positione nostra subsistunt, verumetiā natura. Quod quidem hunc in modum declarat. His nāque sursum & deorsum natura sua comparatum est, vt eadem permaneant semper. Sursum, inquam, id loci est quo leuia scandunt, deorsum vero, quo petunt grauia. Quæ si quo ad nos solum extarent, non eadem semper perseuerarent, sed vtcunque & quocūque ipsi nos cōuerterimus, illa etiam mutarentur & transferentur. Dextra enim quæ mihi nunc columna est, si ad læuam me conuertero, illico mihi eadem ad læuam erit. Et tectum, vt prius diximus: quare sursum & deorsum natura subsistunt, & nō solum quo ad nos, nostraq; positione, verū etiā ui quadam, & virtute dissentiunt, sin vero, receptacula eorum, quæ differunt & specierū constituentia earum non essent quæ ad hæc loca concedunt. Quòd vero nec solum habitudine & quo ad nos, sed etiam eædem differentiæ natura consistant, & aliæ natura, aliæ vero positione sint, è mathematicis probat. Si enim quæ dextrum, lęuum, sursum, deorsum positione nostra solum, velut mathematica habent, suapte natura locum omnino non possident, quæ ergo nō solū positione collocantur, suapte natura ante dictas differētias loci obtinebunt. Verū Aristoteles prodit cōnexum his verbus, {Cum .n. non sint in loco, tamen secundū positionē ad nos habent dextra & sinistra, } quasi iudicet mathematica solum nostra positione antedictas loci partes habere, ꝙ his suapte natura minime conueniat esse in loco. nam si essent, non ergo solum positione, verūetiam natura eiusmodi differentias tenerent. Id etiam his explicare persequitur, {Adeo, vt solum intelligantur secundum positionem nō habētia harū natura unāquanque loci differentiarū. Perspicuum ergo ex hac ratione est, quòd locus natura, ab eo, qui est secundum positionē ad nos, differat. Positione locus his congruere potest, quæ nostra tātum intelligentia & conceptione locum obtinent. Hoc .n. aspectabile aut theorema dextrum est ad læuam, idque meï cōparatione, qui scribo aut pingo. Eodē modo sursū deorsum & reliquę loci partes intelligi possunt. At locus naturalis his solum conuenit, quæ reuera claudūtur loco. Omnia proinde naturalia loco cōplectūtur, quæ vero arte construuntur quà huiusmodi sunt, collocātur per accidens, sed quà naturalia sunt, per se locum obtinent. Verū inter hæc illud interest, quoniā simplicia corpora peculiarem flagitant locum, idque naturæ merito suæ, cōposita vero vt præualebit in eis simplex, sic proprium consequuntur locum. Sed hæc verba contextus. {Adeo vt solū, & cætera} vt supra diximus, sic Alexander transfert {adeo vt solum intelligatur eorum positio} Inquit .n. (vt credidit Alexander) mathematica positione nostra dextrum, atq; sinistrum nacta sunt, & quæ sit illorum positio, adiecit {intelligatur} indicans esse secundum intelligentiā. Nā, si principiū haud secundum antedictas differentias se habet, profecto nec positionem habebit secundū ipsas. Quo in loco exemplum à mathematicis ductum non esse quoddam argumentum peculiare ac distinctum à cæteris Alexander plane fatetur, sed allatum fuisse putat, quò persuadeat magis modum, quo sunt distinctæ locorū differentiæ secundum naturam, quandoquidem ea, quæ non secundū naturam, velut mathematica, locis suis circumscripta intelligantur, minime in loco sunt. Nisi forte hoc exemplū loco argumenti tertij ponendum sit, quod prius censuit Alexander, quippe qui hoc ab aliis seiunctum esse voluit probans è mathematicis locum esse. Et sic conficiendum esset. Si mathematica, quanquam natura haud loco contineantur, tamen antedictas differentias nostra positione haberent. patet, inquam, locum esse. Nam ea, quæ positione consistunt, æque à natura prodeunt, vt quæ cogitamus ab his, quæ sensu percipiuntur.

Locū naturaliter esse.

Sursum & deorsum quæ sunt natura semper eadem sunt.

Sursum & deorsum non paratione nostri mutātur.

Mathematica etsi in loco non sunt, loci tamē differētias habēt relatione ad nos.

Locus per relationem ad nos distinguitur à loco secūdū naturā.

Naturalia sunt in loco per se, artificialia vero per accidens.

Simplicia locū obtinent suæ naturæ conuenientem.

Composita habent locum ex elemento prædomināte.

Amplius,

Tex. 6. *Amplius, vacuum affirmantes esse locum, esse dicunt, Vacuum enim locus erit vtique priuatus corpore. Quod igitur aliquid sit locus præter corpora, & omne corpus sensibile in loco, per hæc aliquis existimabit.*

Côm. 7. Tertium argumentum affert, quo locus secundũ propriam naturam esse probatur. Qui enim vacuũ, vel inane recipiunt, hoc ipsum affirmant nihil aliud esse quam locũ corpore orbatũ. Quòd si quicquam adeo est, vt à corpore relictum, absq; eodem subsistat quandam habebit naturã peculiarem. Verum hoc argumentum refert nõ tanquam sibi suisque institutis philosophię cõsentaneum, sed eo adduxit, vt patefaciat veteres locũ excogitasse. Dicit porro, {Vacuum affirmantes locum esse dicunt.} Quocirca sic eum asseruerant, vt esse pariter & vim quandã definitam corpore forte præstantiorem habere credatur, quãdoquidem corpus absque loco esse nequeat, & locus absque corpore subsistat. Postremo, cum duobus superioribus argumentis demonstrando locum esse cõcluserit, nunc tertiũ, ex opinione veterum sumpsit, quo ostẽdatur locum esse, eumq; à corporibus distinctũ, quasi quandã naturã & peculiarẽ potentiam habeat, & minime nostra positione cõsideretur. Dixit item omne corpus sensile in loco existere ob mathematica, quæ non sunt per se in loco.

Locum esse quomodo probatur ex Hesiodi opinione.

Videbitur autem vtique & Hesiodus recte dicere, faciens primum chaos. Dicit igitur, Omnium quidem primum, chaos factum est, sed postea terra lata. quasi oporteret primũ fuisse receptaculum ijs quæ sunt, propterea quod putabat quemadmodum multi, esse omnia alicubi atq; in loco. Si autem tale est, mirabilis quędam erit loci potentia, & prior omnibus. Tex. 7. *Sine quo nãque nullum aliorum est, illud aũt sine aliis, necesse est primũ esse. non.n. perit locus, ijs, quæ in eo sunt, corruptis.*

Côm. 7. Hæc in Theogonia, idest in eo libro de origine deorum Hesiodus cecinit.

Primum nanque chaos factum est, dein maxima late.
Strata fuit tellus.

Quibus visus est chaos statuere quoddam receptaculum, & ob id ipsum capax fuisse indicat, quod dictu est locũ comprehẽsiuum. Ex his itaque duobus syllogismis Arist. concludit, Hesiodum scilicet locũ affirmasse, & quòd loci prima potestas est, vt velut maxime primus cæteris prior sit. quamobrem de illo tractatio cum ea, quæ de rerum initiis est, vinculum habet. Verum, vt inquit, ea de causa Hesiodum primum omniũ chaos conditum cẽsuisse, quòd quemadmodum multi naturæ corporeæ ignari sola corpora fuisse crediderunt, omnia locis suis contineri arbitratus est. Quod si hoc receptum fuerit, profecto proponendus locus est, quo res complectãtur. At dum Arist. dicit. {Quemadmodum multi.} Plane aperuit quòd dicit Hesiodus à sua abhorrere opinione. Cumque inquit {Videbitur autẽ vtique & Hesiodus recte dicere,} cuius causam subiunxit, quia decorũ est, vt prima quędã regio ante cætera ponatur, quæ res complectatur. Quare, si quod censuit Hesiodus, verum est: ante omnia videlicet regionem quandam & locum constructum fuisse, nimirũ natura loci admirabilis erit, quippe principio vniuersi primus prodierit & manarit. Si enim posito loco tum non necesse est corpus esse, immo cõtra, vbi primum corpus ortũ fuerit, necesse est dudũ locũ ei paratum fuisse, in quo collocetur, quandoquidẽ omnia alicubi contineantur. Sed id, quo sublato, alia tolluntur, & cęteris aliis dẽptis non perit, prius natura dicitur: profecto patet, locum primum atque ante omnia constituẽdũ esse. Non enim si corpus velut aer vel aqua interiret, eius locum euerti necesse est. Quòd si locus uacuum esset, id multo magis sequeretur, videlicet locum nõ simul accidere corporibus absumptis, siquidẽ locus sit vacuum corpore priuatũ. Vt enim de loco Aristot. sentit, qui locum cõtinẽtis terminum (vt intelligemus) definit, quanquã haud simul euertatur vbi primum destructum fuerit id, quòd collocatur, tamen necesse est corpus esse, cum locus fuerit, & quanquam non semper idem corpus permaneat, tamen vt omnino corpus sit, necesse est. At si vacuum locus esset, etiã si nullum corpus extiterit, locus erit. Hæc tamẽ probabiliter disputantur, quæ vtilia erant ad ostendẽdum, quonam pacto nonnullis visum sit. locũ habere principij rationẽ, vt quidam etiã de infinito sic sentiebant. Quamobrem de loco disserere ad eum maxime spectat, qui sibi disserendũ fore de principijs putauit. Verum illa carminũ Hesiodi antedicta interpretatio nimis rudis & superficietenus tradita est, cũ ipsum chaos in quãdam regionem, quoddamque receptaculum trãsferat. At id longe à sententia Hesiodi abest, quippe qui eo verbo {Chaos} non conceptaculum indicat, sed quadã infinitã originem ignotamque & multiplicẽ deorum causam insinuauit, quã uastũ immẽsumq; hiatũ Orpheus vocauit. Postea.n. quã editum fuerat vnum omniũ principiũ, quod etiã tẽpus esse Orpheus cecinit, quod idipsum est velut deorũ cõmẽtitij fictique ortus mẽsura, credidit ætherem immẽsumque hiatum secutum fuisse, quorum ætherẽ asciuit & censuit esse causam finiti & formati ortus deorum & hiatum infinitæ occulteque originis, de quo cecinit.

Locus interntia primus est.

Chaos quid significet apud Hesiodum

Orpheus multiplicẽ deorũ causam uastũ & immẽsum hiatum vocat.

Non fuerant imum, sedes, nec terminus vllus.

At aliquis hæc de loco dicta aliquomodo cõtẽderet, quod idem hiatus alia terminat eisdẽque velut sedem sese exhibet. Verum Hesiodi hanc primam omnium causam solum insinuauit dicendo,

{Chaos factum est.}

Nam omne quod fit, (vt in Timęo Plato tradit) ab aliquo oriatur oportet. Atqui multiplicem deorum emanationẽ indicare cum voluisset ob infinitam atque ignotam affinitatem illorum, hoc verbo patefecit θεογονίας, videlicet deorum originẽ qui primum chaos, deinde terram fuisse conditam credidit.

Hesiodus primam causam agnouit deum factum fuisse chaos cecinit.

Tex. 8. *Ad vero dubitationem habet, si est, quid est, vtrum moles aliqua corporis, aut quadam altera natura. quærendum enim est genus ipsius, primum.*

Côm. 8. Superiore libro quinque argumẽta, quibus infinitum esse videtur, hisq; aliquot cõtraria, quæ infinitum euertunt, cum posuisset, vt arbiter, vbi rationes vltro citroque adductas cum veras esse, tum etiam pugnantia moliri norit, infinitum partim statuendum esse, partimque tollẽdũ decerneret, quippe hoc à vero haud interest, hic minime partim locum esse, partimque non esse cẽseri cupiens, immo solum esse cõmuni Physicorum sentẽtia confirmans, (Quis enim locum negat?) nõ ea mox argumẽta, quæ locum euerẽt, sed ea, quibus esse crederetur, adduxit. At his non cõtẽtus, ad eã dein quæstionẽ quid locus sit, sese transfert. In qua, cum locum nec corpus, nec incorporeũ, nec elementum, nec quicquam ex elementis profectum, aut conditum esse aliquot argumentis ostendat, eisdẽque alia annectat, non modo quid locus, sed etiam ne omnino sit, dubitãdum esse cõclusit. Quod quidẽ non facit, vt locum partim demat, partimq; introducat, sed quo huius disputationis difficultatẽ aperiat, quę cum vtrinque disputetur, non tã nobis quid locus sit quam ne ad sit inuehit disputationẽ. Nam, si ad confirmãdum locum affirmare eundem aut corpus esse, aut incorporeum, aut elemẽtum, aut quicquam ex elementis constitutum necesse est, vbi horum nullum esse patuerit, in dubium ne sit, quidque sit palam videbitur.

Ex definitione loci patefit quam sit difficile locum inuenire.

videbitur. Quòd item inuentu difficilis est ea argumenta probabiliora facit, quæ locum adimunt, quanquam eum esse cuncti percipiant. At vide queso, qua illum confutandi via insistat, Cum enim ex omnibus quæstionibus propositæ difficultatem luculentam effici cupiat, id minime in hac quæstione sit ne locus ob communem ante de illo opinionem assequi potuit, sed illum uacui positione & illa commentitia rerum mole indigesta, quam chaos vocāt ingeniose admodum repudiauit. Quo fit, vt eisdem quæstionibus locum tollere contendat, quibus illum quid qualisque sit, agitat. Quod vero huc sua tendant argumēta, vel maxime hoc hypothetice (ut dicunt) Si est, palam declarat. Nam & si quædam rationes, quæ locum esse persuadebant, narratæ sint, nondum tamen quæstionem absoluerunt: quod eum esse persequetur ostēdere. Verum vbi cōcludit qualis locus sit, idem ne sit plane hæsitādum duxit. Cæterum in quo genere primum sic locus statuendus inquirit. Nam genus, quæstionis quid & definitionis, initium habetur. Ne itaque locus sit corpus, vel incorporeum quærendum est. Cumque dixit, {Aut quædam altera natura.} Hoc merito tacuit, aut incorporeū, quādoquidē illum nō prorsus à corpore separet atq; abstrahat, quippe eūdē, vt percepturi sumus, corporis terminum definit.

Distantias igitur, vel dimensiones habet tres, longitudinem & latitudinem, atque profunditatem, quibus determinatur corpus omne. Imposſibile autem est, corpus locum esse in eodem cum essent vtique duo corpora.

Cōm. 9.

Hoc contextu duos syllogismos inter sese mutuo pugnantes Alexand. colligit. Huiusmodi inquam, primus est, Locus tres dimensiones habet: Quoduis tres dimensiones habens corpus est: Locus ergo corpus.

Locū nō esse corpus uel quippiam incorporeum.

Hunc diluimus, quoniam & si tres distātias, aut dimēsiones omne corpus teneat, contra tamen haud fieri potest, vt omne quod tribus dimēsionibus cingitur, corpus vocetur. Etenim qui vacuum admittunt, idem triplici dimēsione extensum affirmant. Dein secūdum syllogismū in priorem inuehit, qui (vt aiūt) hypotheticus destructione negationeque consequētię conficitur. Hunc etiam demōstratiuum appellāt. Si locus cōceditur esse corpus, duo inquam, corpora in eodem collocabūtur, locus videlicet, & id quod in eodem situm est: Sed duo corpora in eodē haud collocari queunt: Locus itaque haud conceditur esse corpus. Quod si corpus esse nequit, & idipsum esse videtur, prorsus locus non erit. Hactenus Alex. Ni forte è diuisione locum tollat. Si.n. locus penitus admittēdus est, in genere aut incorporei, aut corporei repositus erit. Sed genus incorporei nō recipit, quod lōgitudine, latitudine, & altitudine constat, quibus omne corpus circunscribit: neq; corpus est, ne duo corpora simul eundē ambitū occupēt. Sectiones itaque diuisionis Alex. quam recte probauit. Verū vnū corpus ingredi penetrareq; aliud veteres, vt euidēs absurdum affirmauere. Stoici postea tamen illi, vt saxo adhęsere, quod suis petitionibus postulatisq; maxime cōsentaneum esset, quæ velis nolis fixa, rata, ulla, nec ratione mouenda duxerunt. Cum.n. omnia corpora esse approbare viderētur, ijdemq; viderēt animum per totum corpus procedere, pariter & qualitates in complexionibus existētes: corpus per corpus procedere concesserunt. Quod vero hoc fieri nequeat, peculiari quodam libello acutissime ostendit: Primum, Si corpus per corpus procedit siquidē quo corpora sunt, non autē quò calida, vel frigida, seu alia quauis qualitate prędita per se inuicē procedunt. Si ergo quoduis corpus per corpus procedit, maximū in minimo continebit. Acque.n. quod capax est tum sese habebit, ac ante. Haud

Corpus habet tres dimēsiones.

Corpus per corpus ingredi impossibile est, quod tamen Stoici ut necessarium admittebant.

.n. inania aut vacua tum quædam & meatus habebat, nūc vero minime: vt ergo primum, sic secundum & tertium recipere potest. Hoc itaq; modo Arist. concludit cœlum in grano milij contineri, & pelagus in cyato. Adde, Si corpus procedit per corpus, tenue subtileq; per id, quod magis est crassum, cur itaq; aurum non aquam, sed æs sibi permisceri admittit? Quinetiam dubium foret, quamobrem vbi aurum sibi æs adiungi permiserit, mole maiore crescit, immo summatim, cur mixtione quędā augescunt, si vniuersi vnius singulæ partes sese cū singulis alterius vicissim adeo pari extensione adæquent, vt eandem habere superficiem videantur? Cyathus enim, si cyatho permixtus fuerit, si per se inuicem procedit, totum vnius cyati fiat oportet. Eudemus etiam refert haud fieri posse, vt duo corpora siue sensilia, siue vnum sensile, alterū mathematicū fuerint, simul extent. præter id.n. quod duo unà manerent, mathematicum corpus profecto alicubi esset: quod quidē minime cernitur; Sed quoduis cœlum est sphæra perfecta, quæ vsq; ad centrum procedat, cœli quoque per se inuicem procedent, & per omnia, quæ sunt sub Luna. Num igitur quæ sub Luna cōprehenduntur, quandoquidem materia maxime abundent, vicissimq; pugnent, & natura mutuo abiuncta ac semota sint, haud se inuicē locāt: quod quidem in causa etiam est, vt mixta quicquā maius efficiant. At cœlestia longe aliter se habent. Quare absurdum erit illud de cælo & milio argumentum, quippe indiuiduū expersq; diuisionis cœlū est. Postremo probatione opus erit, si quicquam tres dimensiones habere asseruerimus, quod nihilo tamē corpus esse negabimus. Aliquod enim incorporeum tribus circumscribi dimensionibus haud persuasu facile est.

Duo corpora imposſibile est simul esse, nec si alterū mathematicū fuerit.

Cœli per se inuicem procedunt.

Amplius si est corporis locus, ac receptaculum manifestū est, quod & superficiei & reliquorum terminorum. eadem enim conueniet ratio. Vbi nanque erant prius aquæ superficies, erunt rursum quæ sunt aeris. At vero differētiam nullam habemus puncti, & loci puncti. Quare, si neque ab hoc est locus diuersus, neque ab aliorum vllo, neq; est quicquam, præter vnumquodque horum, locus. Tex. 9.

Hæc quoque ratio aduersus quæstionē quid sit locus, adduci videtur, quod locus scilicet nō sit corporis quoddam continens. Cum itaque nitatur vel locum prorsus à cæterarum rerū numero remouere, vel regionē aut receptaculum corporis non esse ostēdere, vt locus funditus euertatur, cōtēdit. Sed rationis vniuersa deductio huiusmodi est, Si enim corpori locū & receptaculum tribui oportet, terminis eius erit etiam consentaneū assignari, quare locū superficies, linea, punctum occupabūt: Sed puncti nullus, vt probabit, locus est: Nec corporis itaque. Quod vero deductum uerum sit, eadē superiori ratione, quæ locū omnino introducebat, approbat. Nam si eo locum quicquam esse, ac alterū ab illo, quod suo capit ambitu ab initio libri demōstrauimus, quod aqua quem ante locum tenebat, ab eius exitu mox ingredit aer, profecto perspicuum fit, vt superficies aquæ vbi ante inerat, nunc illa aeris succedat, quippe cuiusq; limites cum eo cuius termini sunt, cingant. Eodē igitur modo linea & punctū, vt superficies locabūtur. Quamobrē eadem ratione qua corpus, punctum loco cingitur. Quod deinde puncti nullus extet locus, his indicat. {At vero differentiam nullam habemus puncti & loci puncti.} Sed tu. quidē hoc modo probabit. Si rei, quę loco complectitur, locus æqualis debeat, nimirum æque ille, ac punctū dabitur id esse cuius pars nulla inueniri potest; locus itaq; puncti idipsum pūctū erit: sed vbi sese duo pūcta adæquant, vnū impræsentia punctū proficiscitur, nec duo vt ante erant, permanent, punctū ergo non quicquā aliud

Cōm. 10.

Corporis ut lui est locus.

Puncti nullus est locus.

quam

quam sui locus erit. At quoddam pauloante discrimẽ inter locum modo sit, & id ꝙ eodem continebatur, cõiecimus. Eodem item modo locus ne lineæ, & superficiei detur, ostendere possumus. Quapropter ea superior ex vicissitudine corporum ratio, quam ad probandum locũ nobis vsurpauimus, nunc in contrarium penitus cõuersa est.

Tex. 16. *Quid enim tandem, & nos ponemus esse locum? neq; n. elementum, neque ex elementis, cum talem habeat naturam aut corporeis, aut incorporeis, esse potest. magnitudinem. n. habet, corpus autem nullum. Sunt autem sensibilium corporum elementa corpora. ex intelligibilibus autem elementis nulla fit magnitudo.*

Cõm. 21. *Locus non est elementũ, nec ex elementis compositum.*

Quoniam omnia, quę sunt, aut sunt corpora, aut incorporea aut elementa, aut ex elementis constant, idque dictu nil aliud perinde ac dixeris, aut simplicia, aut cõposita: cum porro locum nec corpus, nec incorporeũ quicquã argumẽto indicasset, reliquũ diuisionis membrum persequit, in quo locum nec elementum, nec ex elementis constitutũ aliqd ostendit, quippe qui tali natura est præditus, vt magnitudinis sit particeps, quandoquidẽ sese illi adæquet, ꝙ vndique ambit. Verũ ille corpus haud affirmari potest, ne duo corpora eodẽ capiantur. quod enim corpus non est, nec quicquã sensile nec corporeum, siue illud elementum, siue ex elemẽtis constitutum fuerit, admitti potest. Nam & ipsa elemẽta corporum compositorum, corpora sunt. Ignis enim aer, aqua, & terra, aut atomi, aut similaria ab Anaxagora dudũ introducta sũt proxima corporum cõpositorũ elementa. Nec deinde eorum, quæ intellectu cõprehenduntur, aliquid, nec velut ex elementis, nec tanquã elementum censeri potest, quod intellectilia fabricemus; modo nominata elemẽta ullã nec magnitudinẽ habent, ꝙ etiam nulla magnitudo ex his, quæ magnitudinis sunt expertia cõstare potest. Si ergo locum quãdã magnitudinẽ esse fatebimur, nihil ex elementis quæ intelligi possunt & intellectilia diximus nullũq; eiusmodi elemẽtum affirmare cogemur. Quamobrem locus, cum omnis res aut elementum, aut elementis constans sit, à numero rerum auellitur atque remouetur.

Sensibilium elementa sunt corpora. Materia tamen et forma incorporea sunt.

Cæterum scias oportet, quonã pacto elementa (vt sequamur Græcam vocẽ, sensilium, corpora vocauit. Materia enim & forma sunt rerum sensilium prima elemẽta, ambo tamen incorporea. Ni forte haud temere dixerit. {Sunt autem sensibilium corporum elementa, corpora.} His, inquam, quæ sumit cõposita, plane indicans, ꝙ ea intelligat, quæ nõ è materia, formaque proxime cõstituuntur, sed ea, quæ quatuor simplicibus corporeis elementis conslãt. quæ nẽpe suapte natura à sensi[bu]s percipi nequeunt, prorsus nec suapte natura subsistũt. [N]eque. n. sensuum organa simplicia, immo cõposita sunt. Terra nanque & aqua, ac aer, & ignis, quia non sunt simplicia, sed alterius excessu & vi maiore sic appellantur & sunt, sensilia esse affirmamus. Et quantum mihi videtur, nõ omnium elemẽtorum partitionem Arist. conscius de industria fecit, ꝙ sub ea diuisionis membra nec materiam, nec formam, sed sola corpora collegit. Deinceps porro argumentum adducet, qua plane locum non esse principium, nec tanquam materiam, nec velut formam demonstrabit.

Tex. 18. *Amplius autem, & cuiusnam ponet aliquis his quæ sũt, causam esse locum? nulla enim quatuor causarum ipsi inest. neque enim est, vt materia eorum, quæ sunt: nam nihil ex ipso constituitur. Neque vt forma & ratio rerum, neq; vt finis, neque mouet ea, quæ sunt.*

Cõm. 22. Cum locum nec materiam, nec formã esse patefaciat, superiorẽ rationem mẽcam supplet, in qua locum nec intellectilium, nec sensilium elemẽtum cõmõstrauit. Prius n. sensilium elementum sensile illum non esse ostendit: nunc vero eundem nec formam, nec materiam esse ꝓbat. Quoniam autẽ materia forma causæ sunt, communẽ deinceps facit demonstrationem, in qua locum ex causarum numero excludit, ꝙ ille materia, forma, finis, & [e]ffectrix non est. Et quod locus nequeat elementum tanq[uã] materia, neque prorsus tanquã principium & rerum causa admitti, hunc in modũ explicauit. Materia est, è qua aliquid constat: At locus nõ est id, è quo quicquam constat: Locus ergo materia nõ est. Verum eundẽ nec formam, nec effectricem, nec finem esse ostendere prætermisit. Tu tamen probes hoc modo illum formã non esse velim, ꝙ distinguitur locus atque alter est ab eo, quod ambit. Formæ itẽ unà mutantur, cum rerum uicissitudo sit, at locus manet.

Locus nõ est forma, nec materia, nel aliqua causarum.

Præterea ostendatur locum non esse effectricem causam, quod dudum factum recipit, & non efficit quod nõdum extat. Locus deinde quod capit & cingit, nec agitat, nec transmutat, immo contra, quãdoquidẽ efficiat, vt moretur & conquiescat. Nam vbi ad suum locum & peculiarẽ quodcunque primum accesserit, ibidẽ quiescet. Quocirca Eudemus Tertio Physicorum quæ hic tractãtur secutus, ac tãquam datum & cõcessum recipiens, locum videlicet à quibusuis causis alienum esse, sic in Democritum inuehit. At forsitan locum id asserueris, ꝙ mouet. Sed aliter ac putas ò Democrite contingit. Nam tale mouendi facultatem & quandam vim habeat oportet, quã in vacuo inesse, quod locum affirmauit Democritus, nemo concedet, quippe suapte natura ac reuera inane subsistere neqt, vel tenuissimum quoddã esset, si admittatur. Ni forte moueat impellatue tanquam finis, quod duplici causa suaderi potest. Nam locus finis esse credatur, ꝙ ad eum cõcedunt corpora, quodq; proprium locum assequi appetunt, quem vbi primum adierint, cõquiescunt. At fini peculiare est id efficere, vt quod eũ quã primũ attigerit, firmiter sibi hæreat & quiescat. Sed hoc etiã infirmamus & tollemus hoc modo, Locus distinguitur, atque alter ab eo est, ꝙ continet, vt prædicamẽtum, ꝙ, Vbi, vocant, manifestum facit, quod aliud est ipsum vbi à loco, qui in quanto ordinatus est: at finis intimus est corporibus, atque cognatus: locus itaque finis nõ est. Omnino finis, & id, ꝙ cuius gratia vocãt, per se non existit, sed illius est perfectio, cuius dicitur finis. Hoc enim modo summa felicitas, & diuina ꝑfectio, ac bonitas, quæ in homine felici ac prope beato inhæret, nõ per se, quemadmodũ locus. Adde id maxime. Quod si locũ qua locũ finẽ asseramus, & unde exiit aqua, eò ingredi aerem, eundẽ diuersis corporibus finem tribuamus oportet. At quæstio hæc ab iis, qui curiose admodũ commẽtaria legunt, accurate & prõpte tractanda est.

Locus nõ est causa efficiens.

Finis quod nam propriũ sit. Locus non est finis.

Beatitudo minime est per se finis.

Cæterũ ad Aristotelis argumentũ redeamus, quod quidem tãtum præstat adiumenti, vt cum locum nec principium, nec quicquam à principio effectum, tũ etiam non esse probemus, verum huc maxime tendit, ne initium aliqđ esse statuatur. quod Hesiodus & Democritus tueri videbantur: quippe eorũ alter chaos introducebat, alter vero vacuum, & idẽ motus naturalis corporum causam esse proferebat.

Locus nec principiũ est, nec ex principio.

Tex. 18. *Amplius autem & ipse, si quid est eorum, quę sunt, alicubi erit. Zenonis enim dubitatio, quãdam rationem quærit. Si enim omne quod est, in loco est, manifestum est quod & loci locus erit, atque hoc in infinitum procedet.*

Cõm. 23. Hoc itẽ argumẽtum eò adducitur, quò locus prorsus nõ sit, & rationi respõdet, quæ libri principio, quicqđ est in loco collocabat: quoniã ꝙ nusquam est, à rebus penitus abesse oportet. respõdẽs vero utitur dubitatione Zenonis.

Zenonis de loco dubitatio.

Si enim quicquid est, alicubi collocatur, cum vero locus etiam quicquã sit, collocabitur, & ipse alicubi. Sed qđ alicubi adest, id loco continetur. Locus ergo loco continetur, atque loco d[illegible]bitur locus, & illius alter: quo fit, vt locus abeat in infin[illegible], qđ fieri nequit. At absurdũ hoc, qđ fieri non potest eo pẽdet, q locus numeratur inter ea, quæ sunt, quamobrem hac Zenonis ratione, nisi diluatur, cõpertum habemus locum nõ esse. Proinde contextu Arist. inquit, {Zenonis enim quandam rationem quærit.}

Tex. 13.

Amplius, si vt omne corpus est in loco sic & omni in loco corpus est quomodo ergo dicemus de iis, quæ augmentãtur? Necesse enim est ex his augmentari locum simul cum ipsis, si neq; minor, neq; maior cuiusque locus est. Propter hęc ergo non solum quid est, sed etiam si est, dubitare necesse est.

Cõm. 14. *In quouis lo[illegible] corpus [illegible].*

Si locus quidem est, & inane post tollendũ esse penitus ostẽdetur, q omne corpus est in loco, sequetur vicissim, in omni loco esse corpus. Si ergo hoc verũ fit, equalem locũ ei qđ loco cõcluditur, esse necesse est. Dum itaque corpora augescunt, simul locus augeatur oportet. Quæ ergo loci accretio? Quis aut ortus eius? Et vnde? Quæ.n.ẽ natura prodeunt, ẽ cõtrarijs fiunt. Merito itaque prius corpus in omni loco contineri sibi sumpsit, nam existente uacuo in eo prorsus corpora augerentur. Sed exploratum nobis sit, quòd siue corpus fiat, vel intereat, alioque corrupto aliud gignatur, siue idẽ permaneat, nulla sese nobis occasio offert, qua locum fieri gignique cõcedamus. Verũ hoc argumentum vim à quęstione quid sit locus traxit. Cũq; .n. ostendisset locum non esse receptaculũ, pariter locum funditus sustulit. Merito itaque concludit his argumentis nõ modo quid locus sit, sed etiam ne locus prorsus valeat, dubitandum esse. Quod.n. nec corpus nec incorporeum, nec elementum, nec quicquã ex elementis cõstitutum affirmari potest, quod deinde nec principium, nec causa nec æqualis est ei quod continet, quæ loco maxime conuenire debent, in dubium vtranque quæstionem quid locus, videlicet, neúe locus à cæteris rebus penitus abfit, venire vel optime patet.

CAP. II.

Tex. 14.

Quoniam autem vnum quidem secundum se, alterũ vero secundum aliud dicitur. & locus alius quidẽ est communis, in quo omnia corpora sunt, alius vero proprius, in quo primo: Dico autem vt tu nunc in cælo es, quia in aere: hic autem in cælo & in aere, quia est in terra. similiter autem & in hac, quia in hoc loco, qui nihil plus quam te continet. si igitur locus est, quod primum continet vnumquodque corpus, terminus vtique erit. Quare videbitur species ac forma cuiusque locus esse, quo terminatur magnitudo & materia magnitudinis. hæc enim est

Tex. 15.

vniuscuiusque terminus. Sic ergo considerantibus, locus vniuscuiusque forma est.

Cõm. 15.

Ordo cuiusque rei quærendæ postulat, vt quæstionẽ primũ, nec quicquam sit, deinceps quid sit, vtraque absoluta, deinum quale idipsum videatur, pponamus. Quam sane quæstionem, quale videlicet aliquid sit, absoluimus, cognitis ijs, quæ per se in subiecto insunt. Proinde postea has ambas, ne locus sit, quidúe sit quæstiones, quã Arist. commouit, ad hanc qualis sit, profectus, & ea, quæ loco cõueniunt, accurate & studiose perquirẽs ex eisdem quęstionis difficultatẽ inuenit. Cum.n. aliquid eorũ, quæ loco cõpetũ, intellectum nostrũ deducit ad speciẽ aut formã, arbitramur locum speciẽ aut formã esse. Cum etiã eorundem aliud materiam refert aut repræsentat, eundẹm tanquam materiam esse putamus. Quocirca concludẽdo rationẽ paulopost subiunxit. {Merito autẽ ex his considerãtibus, videbitur vtique esse difficile cognoscere quid est locus.} Quoniam igitur locus primum continere videtur, syllogismo (vt Græci aiunt) & virtute eundẽ speciem aut formã esset sic probat. Peculiaris locus vnicuique primo cõtinet: Sed qđ primo cõtinet, proprius limes terminusq; est, & is est forma. Quod uero proprie locus contineat ambiatue hoc quidem ostẽdit, quia quidam locus, vt cælum, aer, terra communis dici solet, quẽ omnia, vel multa corpora occupant. Nunc enim per cælũ mũdũ significat: Nam cum aliquo antedictorum locorũ cõclusus ero, cõmunem tenebo locum, propterea quod eundẽ alia corpora quoque implent. Verum quoties me aliqua telluris pars vel domus, vel alius quidam peculiaris locus, quã me nihil aliud contexerit aut ambierit, tũ proprium meumq; locũ agnosco, quo primum solus cõtentus sum. quo fit, vt peculiaris locus ille dicatur, qui mei tantum capax est. Cum ergo locum, qui proxime primoque cõtinẽdi vim habet, ab eo, qui communis, semotus, & ex alio dicitur, distinguere velit, hoc in cõtextu verbũ {Primo,} profert, porro cũ ipse inquit. {Quoniã autem aliud quidem secũdum se, aliud vero secundũ aliud dicitur,} ipsum per se, ꝓ hoc verbo, primo, pronunciat. Vt enim per accidẽs opponitur ei, quod proprie est, ita cum ipso per se pugnat id qđ secũdũ aliud vocant. Ea vero per se vocantur, quæcunque insunt in substantia illorũ, quibus conueniunt. vt pari imparique numerus, ac omnino genera speciebus per se cõpetunt, quod cum absoluunt & perficiunt substantiam earũ tum etiam per se in eis insunt. Præterea species generibus per se conueniunt, cũ illa diuidendi uim habeãt. Nam numerorũ alius est par, alius impar. Cæterum illud verbum {Primo} significat proximum. Et interdũ hæc, Per se videlicet, & Primo, vt animal in homine inest, in idẽ cõcurrũt, interdũ autẽ sic dissident, vt alicui quicquã per se congruat, quemadmodũ homini substantia & quãtum impari, sed minime primo. De speciebus, inquã, nõ modo genera, verũetiam genera generũ per se, sed non primo proximeq;, immo de intermediis proximisque generibus prædicant. Accedit qđ superficies primo albescit, haud tamen per se, immo per accidens. At hæc ad Logicem facultatẽ spectãt. Quod vero ꝓnũciarit loco ipsius {Primo} idipsũ qđ aiunt {Per se,} indicio est oppositio, quam inter vtraq; hæc verba {Primo & ſm aliud} affert. Idẽ paulo post ipse quoq; significat, cũ ipsum per se in hoc primo his verbis trãsfert. {Et locus alius quidẽ est cõmunis, in quo omnia corpora sũt, alius vero proprius, in quo primo.} Et prorsus ad rem maxime nũc est si propriũ locũ dicamus ꝓpinquũ, q si propinquus esse conceditur, & primus erit quod propinquũ primum, sed nõ per se dici solet. Ni forte proprium æqualemq; locum per se & primo vt plerunq; fit, dixeris: qđ nõ solum primo, verumetiam per se est locus. quemadmodum uniuersalior est per accidẽs, quoniã me domi ciuitateque morari nonnulli putant, propterea qđ loco, quẽ primum occupo, contingit ut inter ꝓpe modum fibras aut latera domus collocetur, & domus ciuitate, sed locus mei tãtum non plus minusúe quã me integrum per se capit, cui & æquali & pene conformatio quędã est. Cæterum, q unũquodq; ab eodẽ, quo proxime & primo cõtinet, etiã terminatur. id itaque, qđ unumquodque primo continet, finis est. Sed paulo ante proprium locum esse illud continẽs concessimus, qđ proxime & primo contineret: locus ergo finis est. cui annectamus, oẽ qđ uim quã continendi proxime habet, est finis, & eiusdem forma esse

Locum formam esse videtur quod locatum finiat ac determinet.

Per se & ex alio esse quid significent.

Communis & primo locus quis dicatur.

ma esse

ma esse conceditur: quippe quæ singula corpora terminat & definit, propria ergo vniuscuiusq; forma, qua forma, cum terminus, tum etiam locus dici debet. Animaduerte quoq; vbi textus dixit. { Quo terminatur magnitudo. } Nam magnitudo fertur. Perinde ac dicatur, interuallum aut dimensio materialis. Deinde quod magnitudo duplex comprehēditur, alia materiata & indefinita, quæ s̄m extensionem & ipsiusmet in res pene innumerabiles effusionem consideratur, alia vero determinata formataq; forma & metro, iccirco subiunxit. { Et materia magnitudinis } non ꝙ quicquam aliud dixerit, quam vt indicaret apertius id ante appellasse magnitudinē definitam & materiatam, quod in magnitudine est. Scias item velim vbi Arist. inquit, {Et in aere, qa est in terra,} ipsum loco huius in aere, videlicet terræ vicino dixisse, ꝙ in vniuerso aere est propter illum. Et merito proprius vniuscuiusq; locus dici debet, qui circum ambit aliquid, cui etiā proprius est. Hoc enim aliquis est in capaciore, aut ampliore. In domo enim quispiam est, quia continetur aliquo domus angulo sibi æquali, & in vrbe, ꝙ domi manet, atq; in terra, qm̄ vrbem incolit. Quibus pene omnibus elicitur locum formā esse. Si. n. corpora proximo continente terminantur & hoc inquam primo, quia non quodam alio proximiore cum nihil in medio iaceat, & forma sit vniuscuiusq; terminus & continens, locus merito forma censebitur. Materia quoq; ob quippiam aliud proxime dicēdum, videbitur. Verum deceptio & cauillatio ob duplicem ipsius proximi differentiam committitur. Eorum. n. quæ proxime continent, aliud in situm quasiq; natura ingenitum est, in quo genere forma collocatur, aliud vero externum, vt locus.

Magnitudo duplex materialis & infinita, formalis ac definita.

Quatenus autem videtur locus esse distantia, & interuallum magnitudinis est materia. hæc nanque diuersa est à magnitudine hæc autem est id, quod continetur à forma, ac definitur à superficie, ac fine. est autem tale materia, & indefinitum. cum. n. remotus fuerit finis, & affectiones sphæræ, relinquitur nihil, præter materiam.

Cōm. 16. Locum esse materiam.

Cum vnum eorum, quæ conueniunt loco tractauisset, quo ille forma corporum putaretur, nunc refert aliud, quo probet eundem, illorum, quæ collocantur, esse materiam. Sic inquit: Si. n. locus magnitudinis capax esse videt̄, quippe ipsamet magnitudo formata, locus est, inquā, inest quędam dimensio indeterminata & considerata, quatenus priuata termino cæterisq́; accidentibus, quæ in ea esse solent, profecto quidam terminus & limes in eo erit, qui cum indefinitam dimensionem definita & contineat, forma est, & quoddam aliud. in ea item comprehensum est quatenus forma priuatum, quod aliud nihil quam materiam, videlicet dimensionem esse dicimus. Si ergo locus magnitudinis interuallum dimensioq; dicitur, & dimensio est magnitudinis materia, elucet ergo ipsa argumenti deductio. Sed hoc admirabile est, qm̄ materiam loco similem secundum dimensionem, & minime, inquantum capax est, fecit. Nisi forte hoc Platoni adhuc integrum seruet, qui dimensionē, vt percipiemus, qua capacem contemplari maluit. Verum alia suboritur quæstio, ꝙ si demonsio magnitudinis, atq; interuallum quantum quoddam est, atq; metitur: & quantum forma est: quo igitur modo magnitudinis dimensio materia dici potest? Nisi materiata demensio haud quantum mensuratum sit, idcirco nec forma, sed particeps formæ, secundum quantum & magnitudinem est: at contra, quædam effusio inexhausta magis dicenda videtur. Cuius rei testem sese locupletissimum Aristot. offert, qui vbi sic persequitur, {Est autem tale materia & indefinitum.} Talem sententiam de ipsa habere visus est. Vocat autem magnitudinis dimensionem subiectum indeterminatum, quodq; ante appellauit infinitum. Et cum dimensionem magnitudinis perfectę materiam affirmauerit, nullus porrò putet corporeum interuallum, aut dimēsionem tanquam magnitudinem & quātum, vel definitam quandam multitudinis s̄m numerum distinctionem esse, quæ materiæ merito corporibus conueniat, sed quandam solam in rebus, dispersionem, effusionem, & infinitionem, quibus materiales formæ longe ab his, quæ sunt materiæ expertes differunt. Atqui mihi hęc omnia materiæ rectissime tribuenda videntur. Alexander vero, quanquam plura dixerit, quo materiatam dimensionem à magnitudine distingueret, tn̄ hæc confundere & in vnum reducere videtur quasi omnis dimensio magnitudinis & quanti particeps sit formalis. Quocirca & hæc dicendis annectere ꝓposuit. Nisi quæ nunc aguntur sic de materia intelligenda sint, quasi non diligēter certoq; tractata, sed illi magis visu vt propositi demonstrandi ab Aristo. venirent, quamuis, quod ante dicebant, materia tam dimensionem magnitudinis infinitione atq; indeterminatione plane cōsignet aut describat, & ipsam dimensionem à magnitudine differre, materiaq́; magnitudinis perfecte esse & cōtineri à forma, velut à quodam plano & termino, vtpote suapte natura indeterminatā fateatur. Nam, vt ante dixi, dimensio, haud magnitudo quædam esse, sed quædam indiuiduæ formæ & virtutis eiusdem quicquam vnum efficiendi ademptio & effusio intelligenda est. Deinde quæ sit, forma definiens materiam Alex. cum quęrat, refert Arist. his indicare. {Vt sub plano & termino.} Forma. n. dicta est quasi effigies, i. terminans, circunscribens, atq; imprimens materiam, & minime velut vis & ratio. Si. n. plumbum grauitate & pondere definiatur, eius forma grauitas est, profecto, non qua corpus ab ea definiatur, sed qua plano est definitum. Hæc igitur Alexander. Nisi forte forma, quæ vim terminandi materiam habet, cum qualitatibus simul cepienda sit. qui sententiæ Arist. his verbis assentiri videtur. {Cum. n. remotus fuerit finis & affectiones à sphęra, relinquitur nihil præter materiam.} Verum siquis magnitudinis qua compositæ ex materia & forma quęrere formam velit, non plana & externum continens inueniet, quippe quæ termini formæ magis sunt, quam ipsa forma. Item superficies erit & non solidum. Si præterea corpus infinitum admitteretur corporis formam prorsus haberet, quæ nullis planis terminaretur. Nam quanti continui qua tale forma haud superficies est, sed ipsa natura, quæ vndiq́; per totum sese profundit. Ipse quoq; libro superiore inquit, omne quantum qua huiusmodi quantum aliquid est, vbi quantum cum duplicasset primum accentu acuto consignatum & secundum graui legimus. Nam quod nullum quātum est, prorsus idipsum non esse affirmes oportet, quod verum esse asseuerabimus, si commune in singularibus subsistere & nihilominus existere fatebimur. Verum non simpliciter solam circunscriptionem secundū planum formę Aristot. tribuere videtur, sed illud exēpli loco adduxit. Quocirca adiecit hoc, Vt, vbi hæc exprimit, {Vt sub plano ac termino.} quod etiam exploratius persequitur his explicare. {Cum enim remotus fuerit finis, & affectiones sphæræ, relinquitur nihil præter materiam.}

Materia quō magnitudinis interuallum dicatur.

Nō materiæ merito ... corporibus ... stancia, sed solum diuulsi... & indefinitum.

Forma qua nam materiā determinat.

Quamobrem, & Plato, materiam & receptaculum, idem esse ait in Timæo. Susceptiuum. n. & receptaculum vnum & idem. Alio vero modo & ibi dicens susceptiuum, et in ijs, quæ dicuntur, non scriptis dogmatibus, locum tamen & receptaculum idem esse declarauit. Dicunt. n. oēs aliquid Tex. 16.

esse locum, quid autem est, hic solus aggressus est dicere.

Cōm. 17.

Plato locum vocabat materiam formarum.

Cum hactenus locum nobis quid ille sit quærentibus reducendum esse ad materiam propterea, ꝙ quædam dimensio videtur, dixisset, ac de Platone mentionem fecisset, qui materiam in Timæo formarum materialium regionem, aut receptaculū & locum appellauit, adhuc persequitur explorationem eorum, quæ antedixit, intelligentiam facere. Interea forte quicquam non obstat, si complura Platonis verba in medio ponantur. Hæc. Quæ cum ita se habeant, vnam esse quandam formam, quæ eodem semper modo sese habens ortu interituq; careat, nec aliquid aliunde in seipsa percipiat, nec ad aliud ipsa proficiscatur;

Platonis verba in Timæo de materia & formis.

» nec visu, immo sensu nullo cōprehenditur, sed sola intelli-
» gentia cōsideretur fateri oportet: Secunda vero sequitur,
» quæ cum prima nomine, nulla tñ ratione conuenit, cuius
» etiam similitudinem gerit, sensibilis, generabilis, quæ fer-
» tur, quæ rursus in quo gignitur, inde decebat & pereat, ac
» opinione, sensus tñ ope, concipi valeat. Tertium vero ip-
» sum genus loci est, qui non interit, sed cunctis, quæ nascun
» tur rebus, sedem sese exhibet & sine sensu tāgitur, ac qua-
» dam adulterina ratione vix persuaderi potest, proinde ad-
» huc cum respicimus, tum somniamus, atq; asserimus quic
» quid est in aliquo loco sitū & collocatum esse, quādamq;
» regionem occupare. Quod vero nec terræ, nec vllo vni-
» uersi situ comprehenditur, nusquam esse arbitramur. Hęc
» porrò omnia atq; alio his cognata, aut germina, & ea po-
» tissimum, quæ circa eandem naturam versantur, quæ sane
» natura neutiquā insomnium velut, sed reuera est, somnijs
» pene impediti haud animo consequi valemus, at quo pri-
» mo tēpore experrecti de ipsa veri quicquam dicere insti-
» tuimus, quasi de quodam simulachro disserimus, qñqui-
» dem non eandem effigiem, aut visum, phantasmaúe, quo
» primum impressa, sed varia semper referat. Quocirca alte
» rius particeps aut eiusdem sibi essentiam vtcunq; vendicet
» oportet, aut nihil penitus est. Verum cum ipsa reuera sit,
» ne velut somnium pletúque derideatur, exquisita veraq;
» ratio eius patrociniū suscepit, vt dum ipsa aliud atq; aliud
» est, & neutrum fit, simul vnum sit & duo fiat. Hæc ratio
» aut sententia itaq; meo quidem decreto suffragioq; sum-
» matim detur velim, vt nemo abroget hoc decretum tria
» ante vniuersi molitionē originemq; triplici ratione, quod
» est videlicet, locum, & rerum gñationem fuisse. Cum ergo
» hæc & huiusmodi fere alia Plato disputet, hoc in loco, vt

sæpe alias, Arist. momentum verborum Platonis non animaduertens tradit eum materiā & locum idem asseruisse, quemadmodū ij etiam, qui idem ex ipsa dimensione probant. Accidit, ꝙ vbi Platoni hoc obijciēdum erat, haud in illum inuexit quod materiam formarū locum Plato censuit: nam duplicem loci significationem, quarum vna ille dicitur capax formarum, Arist. non ignorauit: qñquidem in libris de anima eos comprobet, qui animam specierum locum non actu, sed potentia easdē obtinentem introduxere: & alia idem fertur esse corporum capax, de quo nunc cœpta est disputatio: sed id solum in Platonem profert, si ille affirmat materiā locum esse, & formæ ideæque, ac numeri (vt sentit) in materia collocantur, quo igitur modo ideas formas negat loco contineri. Nam ad eas vsque sese materia porrigit, ijsque cōem facit, quocirca nullus extra vniuersum locus, vt superiore libro de infinito dixit, perquiri potest. Atqui forte neq; Platoni obuiam ire, sed certiores illos facere voluit, ne cum Platonem ita interpretari possint, eadem loci significatione, quæ nunc quęritur & eundem sustineant asseruisse materiam locum esse. Præterea formas, numeros aliquo loco redimitos & contentos nequaquam negauit, si materiam voluisset earum participem esse. Hactenus Arist. Cęterum Alex. quoq; materiam alia significatione à præsenti in Timæo locum appellari fatetur. Verum non iniuria Platonem Arist. reprehendere inquit. quod quanquam eum ibi materiam locum vocasse translatione quadam interim vtentem quispiam defenderit, tñ culpa non vacat, quod ei qui noīa translatitia in hac re sibi vsurpat, primum operepretium est nosse, atq; distinguere quid sit proprie locus. Si vero nusquam alibi de loco loqui videtur, merito increpandus existimatur, ꝙ cum de loco proprie prius non dixerit, vtitur ex translatione loco. Quod vero de industria materiam locum formarum & non corporum affirmarit, è superioribus verbis illius, vel maxime exploratum habemus. Quod item huiusmodi non simpliciter translatitius dici debeat, sed quadam cōmuni loci significatione, receptaculum, & locum materiam vocet, cum identidem animam formarum locum appellet Arist. ex dictis pauloante perspicuū sit. Si. n. id, quod alicuius est particeps, & à quo definitur, recipit illud, quod est particeps: & ꝙ recipit ac cingit vndiq; aliquid, locus fit & censetur illius: materia itaq; formarum locus affirmabitur, ꝙ particeps est formarū. Sed nequaquam corporum locus dici debet. Nam corporū alius est locus. Verum in Timæo etiā locum esse capacem posuit. Videtur item latiorem quandā aliam loci significationem Plato nouisse, qua vniuscuiusque ordo distincte cognoscitur. Nam siue hic positione fiat, velut in corporibus: siue participatione, quemadmodum contingit his, quæ sunt actu & potētia: siue sola determinatione solius ordinis, id quod ordinem alicuius proprium designandi determinandique habet locus est, quia ordo, vt ante dixi positione fit, quod enim in hoc ordine determinatum est, in eo poni videtur, at omnia in loco ponuntur. Hac porrò cōmuni significatione loci, qua. s. id, quod ordinem alicuius determinandi distinguendique, habet, locus vocatur. in Phędro supercęlestem locum Plato his nominat. {Sed supercęlestem Poeta locum nullus adhuc laudibus celebrauit.} Quare his, quæ de materia, perinde ac de loco disputātur, non de corporum cōtinentia, sed tanquam de receptaculo formarum adductis, assentiamur, oportet. Verum de corporum loco, quam naturam habeat, Platonem aut disseruisse, aut quicquam sigillatim demonstrasse haud certo scio. Demum nemo materiā locum corporum pugnaciter defendat: siquidem omnia corpora vel materia & forma constēt, vel sint formæ in materia. Nam formarum non modo materia capax, sed etiam suiipsius erit. Summatim pręterea, si corpus vbi moratur alio sese dein transfert, & à materia tum non sese auocat, nec discedit, profecto materia non erit locus. At de his hactenus, quod Aristotelem hāc subiectionem, aut ἔνστασιν confutantem mox audituri sumus. Interea ad Platonem reuertamur, qui diuersas loci significationes, aliam. s. de materia, aliam vero de intelligentijs, aut rebus intellectu percipiendis in Phædro plane indicat. Significatio. n. loci pro materia, qua dicitur receptaculum, & id, quod alio definitur, ac vnum efficit cum illo, quod recipit, palam à se aliam repellit significationem, qua intelligentijs supercœlestem locum in Phædro Plato pręscripsit. Nam, cum de materia tanquam de loco, regione, receptaculo, sede formarum egisse videatur, illiusq; cognitionis modum dedisset, quod {sine sensus functione tangi potest, & quadam adulterina ratione vix probari potest,} hæc subiungit. {Proinde ad hunc cum respicimus, tum somniamus,} & cætera alia, quę literis pauloante consignauimus. Atqui, si de corporum loco nihil Plato commentatus est,

Plato ait materiam esse locum formarum, non autem corporum.

Numeri & formæ, et ideæ in loco non sunt, ut materia.

Loco usus Plato nō omnino metaphorice.

Locus apud Platonem sumitur pro continentes ac pro ordine.

Locum supercælestem nominat Plato in Phædro.

Plato si non meminit de loco, qui corporum capax

eſt, non arinere dicatur quid ſolus conatus fuere dicere quid ſit.

tus eſt, quonam pacto ipſum ſolum qd ſit locus explicare aggreſſum fuiſſe Ariſt.fatetur? Niſi quod dum locũ,quem materiam tanquam receptaculum ille viſus eſt aſſerere, ſempiternum, & ſedem formarum, quæ interire queunt, ac ſine ſenſus functione tangi poſſe, & quadam adulterina ratione probari: & quod deinceps de illo exprimere ſtudet,hoc modo quid ille ſit,explicet.Quia igitur ipſam locũ & receptaculum vocat, ſic locum attigiſſe Platonẽ Ariſt. inquit. At ſorte id Ariſt.notauit, qui Platonicæ ſapientiæ altitudinem inter omnes alios maxime calluit, quod quãquam ille quæſtionem de loco diſtincte, palamq́; non videatur propoſuiſſe,tamen,quia locus non abiunctus à corporibus,immo ſimul cum illis ſubſiſtit,hac de cã corpora & illum vna conſiderat. De cuius vi & potentia porrò in Timæo diſſerit.Inde quoq; fit,vt cuncta ſ'm eaſdem affectiones loca mutent.Nam plura ex ſuo proprio genere inter ſe loco proprio diſtant, quem motu peculiari conſequuntur.Sed quę diſsimilia ſemper ſeipſis ſunt,ad illorum locum appetitu proficiſcuntur,cum quibus ſimilitudinem gerũt.Poſtremo alio modo in Timęo,& alio in colloquijs

Materiã appellauit Plato magnum, & paruum in non ſcriptis dogmatibus.

quæ ſcriptis non conſignauit,materiã à Platone nominari refert. In Timæo.n.ipſam receptaculum nuncupat, ꝙ infinitatem quo ad intellectum recipit,ſed in colloquijs,quę ſcripta non reliquit,eandem magnum & paruum appellauit. Quod vero cuncti locum eſſe fateantur vel ex eo exploratum habemus, quod omnes illius differẽtijs vſi ſunt.

Merito autem ex his conſiderantibus videbitur vtiq; eſſe difficile cognoſcere quid ſit locus, ſiquidem horum alterutrum ſit, ſiue materia ſiue forma. Hæc enim et altiſſimam habent ſpeculationem, & ſeorſum à ſeinuicem non facile eſt ipſa cognoſcere.

Cõm. 18. Cum aperuiſſet quaſdam rationes, quibus perſuadetur locus, ſpecies, formaq́; eſſe, quaſdam item, quibus materia & ſubiectum dicitur, his concludit ſermonem de loco arduum eſſe. Etenim de materia ſola, à cæteris rebus,ſcilicet abiuncta,quam difficillimus eſt ſermo,ſiqui-

Materia quo cognoſcatur ex ſententia Ariſtot. & Platonis.

dem hoc modo ſecundum Ariſtot. illa percipi nequeat, ideo proportione aut comparatione ſolum perpẽditur, & ſecundum Platonem adulterina quadam ratione vix perſuaderi valet. Difficilis quoque eſt ſermo de forma,quod ad eam percipiendam purgatam mentem & certam cognitionem habeamus neceſſe eſt. Et quoties vnam formam aliquis explorate cognoſcere cupit, omnes animo bene recteq́; meditetur ob vinculum & diſſenſionẽ quibus cum eadem aliis,tum diuerſa eſſe videtur oportet. Si præterea materia & forma rerum initia ſunt, ſumma maximeq́ue extrema eſt eorum cõtemplatio. Accedit quòd neutra abſque alia (tam nimirum inter eas mutua neceſſitudo interceſsit) percipi poteſt. His itaque omnibus nõ facile eſt animo aſſequi quid locus ſit.

Tex. 17. *At vero, quod impoſsibile ſit alterutrum eorum eſſe locum, non eſt difficile videre. Forma enim atq; materia, non ſeparatur à re. Locum autem contingit. In quo nanque aer erat,in hoc rurſus aqua, vt diximus, fit, viciſsim translatis & aere, & aqua, & alijs corporibus ſimiliter.*

Cõm. 18.

Locum non eſſe materiam aut formam.

Enumeratis illis hactenus quibus locum materiam aut formam eſſe aliquis ſuſpicaretur, ſeptem perſequitur argumenta,quibus commonſtrat locum neutram eſſe. Et primum in ſecunda figura hoc modo affert, Materia & forma à re,cuius ſunt initia,auelli nequeunt:Sed locus auellitur:Locus itaq; nec forma,nec materia eſt.Quod vero forma materieſq́; à compoſitis quandiu ſunt,auelli nequeant, perſpicuum habemus, ꝙ earum merito compoſita ſubſiſtunt.Quod item locus ſaluis rebus,quas capit,ab eiſdem auelli ſeiungiq́; valeat,inductione quadam ob viciſsitudinem translationem ad diuerſa loca corporum probat. Vbi enim ante aer exiſtebat, eodem rurſus aqua ingreditur. Et rationem inductione efficiendam eſſe his, {Et alijs corporibus ſimiliter,} indicauit.

Quare neque pars, neque habitus, ſed ſeparabilis locus eſt ab vnoquoque.

Cõm. 19.

Locus non eſt nec pars, nec habitus, exiſtentium loco.

Locum auelli à re poſſe,quam complectitur, cum ſuperioribus oſtẽdiſſet,merito aliam concluſionem ſubnectit, locum.ſ.nec partem eſſe illius,quod ambit. Si.n.pars eſſet, & ſe moueri poſſet, profecto quo primo tempore ſemota abiunctaq́; fieret,ne adhuc pars permaneret,nec id totum cuius erat pars,integrum ſubſiſteret. Nec illum velut habitum abſtrahi poſſe contendas velim,ꝙ is deeſt & interit ſeparatus. Sed locus permanet,etiam abiunctus:quare locus nec materia, nec forma recte affirmari poterit. Cæterum partem pro materia,& habitum pro forma intelligere quiſpiam poteſt, quaſi materia ſit pars, & habitus affectio eius. Habitus inquam eſt veluti quædã perfectio accidens,ceu forma.Poteſt item pars latius pro cunctis partibus,quæ aliquam naturam cõſtituunt, & habitus pro accidentibus intelligi. Nam locus nec affectus, nec vis, nec quicquam,quod in eo ſit,dici debet.At locus ne accidens eius eſt,quod loco continetur? Nequaquam, niſi corpori accidat vt ſemper loco complectetur. Sed locus quidem ei, quod capitur,nequaquam accidens ſit,ſi cui tamen dici accidens neceſſe eſt,tribuatur corpori continenti, cuius ſuperficies terminus efficitur.

Etenim videtur tale quidpiam eſſe locus, quale vas. Eſt.n. vas locus transferri valens. vas autem nihil eſt ipſius rei.

Cõm. 20.

Vas dicitur locus qui trãſferri poteſt.

Hæc proxime ſuperiori concluſioni,quæ ſecunda erat, interpretes copulant. Sed idem probat ſimilitudine, qua vas cum loco confertur.Etenim vas eſt continens id,quod in ipſo reconditur.quod etiam definiunt eſſe quendam locum,qui transferri alio poteſt. Sed hoc argumentum eſt, Vt vas rei recõditę nihil eſt,pariter & locus rei collocatæ. Sed materia & forma ſunt rei quicquam: Locus itaq; nec materia,nec forma. Verum hæc antedicta tres concluſiones eſſe poſſunt,& vna tantum: quod ſi vna extiterit,duarum præcedentium altera minoris propoſitionis probatio dicenda eſt,quę ſic producebatur. Locus auelli à re poteſt. Alia vero & eiuſdem minoris oſtenſio à parte & habitu ſumpta eſt. At, cui magis aſſentiunt antedicta, duæ quoq; elici concluſiones queunt. Et hæc in contextu præſenti erit ſeorſum ab alijs tertia.

Tex. 18. *Quatenus igitur ſeparabilis eſt à re, eatenus forma non eſt. Quatenus vero continet,eatenus diuerſus eſt à materia.*

Cõm. 21. Quod forma materieſq́; hoc inter ſe conueniant, vt ſeiungi à compoſito nequeant, cõmuni quadam demõſtratione locum nec formã,nec materiam eſſe hactenus ꝓbauit.Sed,cum materiæ ſuapte natura cõparatum ſit, vt contineatur & non contineat,quẽadmodum locus,hoc quoq; diſcrimine ſeparatim locum à materia alienum eſſe oñdit. Præterea nec formam eſſe rurſus eodem, vt pauloante,argumenti neruo vſus,ꝙ.ſ.locus ſeparabilis,at forma arceri, aut abiungi non põt, ſeorſum demonſtrat. niſi forte non eadẽ ſignificatione nũc vt prius hoc verbum(abiungi non poteſt,quod de forma dictum eſt,) Ariſt.intellexerit,quippe idem bis eodemq́; ſenſu aut ſignificatione dicere ſuperuacaneum ſit. Sed illo inſinuauit in eo ꝙ continet & conuenit cum loco, cum materia per hoc ab illo diuerſa ſit.

Forma conuenit, ſed aliter quàm locus.

Quod vero cõtinet ita forma habet quaſi quæ id congenitum & inſeparabile contineat, ſed non ſeparabile, vti locus.Alex.porrò huic loco,quo abſolutius his verbis expli-

cetur, operam dedit. Nunc.n.quid inter locum & materiam atq; formam intersit ex eo potissimum sumit, quod vtriq; maxime competit. Nam formæ materiali cum re composita tanta est consuetudo & coniunctio, vt ne vnquã ab ea separari possit, quin intereat. materia quanquam à forma penitus abstrahi nequeat, ab hac tamen vel illa separabilis est. Hominis.n.exempli causa, interitus est vbi primum animã exhalauerit, subiectum vero manet, quod aliam formam induit, aut recipit. Merito itaq; improbauit locum esse formam, quia ipsa non potest abstrahi sine clade eius quem continet, locus autem longe aliter nullius rei locatæ detrimẽto separari valet. Materia autem, quoniam aliquomodo separabilis est, non hoc argumenti neruo, sed hac causa, quod continetur, locus esse improbatur, quippe quæ aliter subsistere, è numero quoq; rerum esse, nisi à forma definiatur, non potest.

Materia à forma minime separari potest, sed forma à materia põt separari.

Videtur autem semper id, quod alicubi est, & ipsum esse aliquid, & aliud aliquid extra ipsum.

Cõm.22. Quod dicitur euidens est, quod euidentia cõmunique consensu inter omnes, quicquam aliud locum esse, & aliud id, quod loco cingitur, perspicuo constat. Sed interpretes ex his verbis, quartum quasi argumentũ trahunt, Si locus ab eo, quod est in loco, distinguitur, qm locus extra iacet, illud vero intra fines illius sese collocat, profecto locus non erit materia & formaq; hæ ambæ non foris, sed finibus loci circunscribuntur. Verum potest horum verborum sententia dici præcedentium argumentorum conclusio, quæ sit ab euidẽtia sumpta. Et dubio procul huiusmodi scriptura, quę habet hanc γὰρ, aut.n.dictionem, tali sententię consentanea magis est. Nam hæc verba in quibusdam exemplaribus sic adduci solent. {Videtur.n.semper id quod alicubi est.} Quoniam itaq; id, quod forma materiaq; constat cum sit in loco ab eodem distinguitur, merito quicquam aliud erit locus & aliud materia & forma.

Platoni tamen dicendum erat, si liceat digrediendo dicere, cur non sunt in loco, & formæ & numeri, siquidem id, quod particeps est, locus sit: siue magnum atque paruum sit id, quod particeps est, siue materia, quemadmodum in Timæo scripsit.

Cõm.23. Superiore libro, cum verba de infinito faceret, Platonem, ne corpus vllum extra cęlum, immo nec ideas, q; illæ nusquam morantur, asseruisse tradidit: at in his de illo mentionem, facit, vt qui dixerit materiam esse locum qui formarum est particeps. Arist. igitur superficiem verborum Platonis & non momentum confutat, si nanq; locus illud est quod formas participat quamobrem in loco formæ nõ sunt, quas numeros esse etiam affirmabat? Equidem in illis disputationibus cõmentationibusq; de bono, quas scriptas posteris non reliquit, ipsum capax, aut receptaculum magnum & paruum nuncupauit, quod in Timæo materiam, quam regionem quãdam & locum materialium formarum etiam vocauit. Et quanquam hæc inter se pugnantia videantur, secus tamen sunt. Nam materiam locum materialium formarum velut receptaculum earum profert, at species aut formas separabiles inquam à materia vel ideas negauit esse in loco, Haud.n.quemadmodum materiales formæ in materia reponuntur, ita illæ locum obtinent, immo nec velut corpora, quæ loci ambitu continentur. Verum euidentior repugnãtia appareret, si quis neganti ideis locum, nec extra cęlum illis aliquam sedem tribuenti, quæ disputata sunt in Phædro protulisset, cum dicit. { Sed supercœlestem locum Poęta nullus adhuc laudibus saltem pro illius merito, aut satis celebrauit. Sine colore.n.& figura, ac tactu, cum quędam natura vere sit, solo animi gubernatore spectabilis, in quo scientia veri insidet, hunc locum habet.} Paulopost hæc alia hunc in modum refert. { In hoc autem circuitu intuetur iustitiam, intuetur temperantiam, intuetur scientiam, non illa de rebus gignendis est, nec quæ sua in alio esse queat vt nostra, quam nos earum rerum, quæ sunt, appellamus, sed illam conspicit, quæ in illo, quod vere est, collocatur, quemadmodum cæteræ aliæ res, quæ vere sunt.} Ex his.n.cognoscere potes q plane ideas iustitiæ, tẽperantiæ & scientiæ in loco statuit. nam vnumquodq; illorum idea est. Quo fit, vt exploratum habeamus illum, cum locum hunc tradat extra cœlum esse, alium locum & receptaculum in Timęo materialibus rebus, vel corporalibus tribuisse, & alium laudasse in Phædro, vbi locum pro eo indicat, quod vim ibi ordinem distinguẽdi habet. Sed mirum mihi videtur, quonam pacto Alexander, quanquam cognouerit nunc Aristotelem species formasue appellare ideas, putet Platonem vrgeri, aut cogi, vt collocet alicubi ideas, quamuis illas materiæ expertes asserat, quia materiam locum & receptaculum materialium formarum esse asseruit? Cæterum dum dicit, { Digredientes } digressionem vocat rationem, q quantum ad rem attinet, ostendisse locum materiam non esse, quemadmodum Plato approbauit, suppetit. Verum quod affirmat non simpliciter locum esse, sed formarum, sibi haud constare videtur, quoniam alias formas speciesúe non alicubi locat. Quocirca inducendo aut inferendo hoc absurdum Aristoteles fatetur se ab eo quod tractandum sibi proposuit, digredi.

Materia, si locus formarum est, quomodo formæ apud Platonem dicantur non esse in loco.

Ideas esse in loco, & non esse in loco nõ repugnat apud Platonẽ.

Amplius, quomodo ferretur in suum locum, si locus esset materia, aut forma? Impossibile enim est, cuius neque est motus, neque sursum, aut deorsum, locum esse. Quare, quærendus in huiusmodi est locus. Tex. 19.

Cõm.24. Alterum argumentum adducit, quo etiam improbet locum materiam & formã esse. quod hoc modo conficitur, Si locus forma, aut materia esse defenditur, profecto nihil eorum, quæ mouentur, ad proprium locum perueniet: At omne, quod alio se trãsfert, suapte natura ad suum locum petere contendit: grauia ponderaúe deorsum, & leuia sursum, nisi obstent impedimenta, contendunt. Locus itaque nec materia, nec forma esse potest. Nam nihil ad formam, aut ad materiam fertur, propterea q vna cum ipsis & in ipsis, quæ alio meant, vtrunq; eorum est. Quid.n.aliud est id, quod sese aliquo recipit, quàm materia & forma. Deinde, quod subiungit contextus his verbis { Non.n.fieri potest, vt cuius non est motus, nec sursum aut deorsum fit, locus sit. } Alexander tradit aliam rationem esse cum superiore connexam, quæ huiusmodi est, Id, ad quod nihil tendit, locum dici non decet: Sed ad materiam, formamq; nihil tendit: Locus itaq; nec materia, nec forma. Præterea illud, quod verbis antedictis insertum est, & his verbis expressum { Neq; sursum aut deorsum } Aliam rationẽ hoc modo confici posse Alexander affirmat, Quod his differentijs sursum & deorsum loci caret, nequaquam locus vocetur eportet; Atqui matera, formaq; his vacat differẽtijs. Locus itaq; nec materia, nec forma vocetur, par est. Verũ, vt inquit, ipse cum simul omnia collegerit, vnam veluti rationem confecit percunctando, quonam pacto adhuc quæ mouentur, aliquo, aut ad propria loca, si admiserimus locum formam, aut materiam esse, sese conuerterent, quasi nihil moueri proficiscíue ad peculiarem sibi formam, aut materiam, quã euidens habeatur. Hactenus Alexander & Aspasius. Ni forsitan his cõtextus vniuersus vna ratio tantum sit, quod etiam Alexãder nouit, quæ ratio habeat deductionem eiusmodi, quã pauloante expressimus, Videlicet,

cet, Si locus forma, aut materia esse defenditur, profecto nihil eorum, quę mouentur, ad proprium locum perueniret. in qua assumptionem veluti manifestam prætermisit: sed deductionem aut connexum his verbis probat. {Non enim} fieri potest, vt cuius nec sursum nec deorsum est, locus sit. Si.n.ad materiam, aut formam nihil proficiscitur, nec sursum & deorsum differentię loci, ad quas tendunt naturales motus, sunt materię aut formæ differētię: his vtrisque vel maxime patet, nihil eorum, quę mouētur, ad suum locum peruenire posse ad supremum, s. aut ad imū. Quam absurdum id sit, luce clarius. Pręterea me ad talem verborum explicationem compellit, quod mihi sese hæc coniunctio obtulit, {Enim.} quę in assignandis causis plurimum valet. Nam inserta est, vt causa tradatur, cur si locus materia, aut forma dicitur, nihil proprium consequeretur locum. Hæc igitur deducta sunt, ac commōstrata, (modo à vero non sint aliena) ne locus materia, aut forma esse credatur, sed illud dici debeat, quod antedictas differētias loco sursum & deorsum habet, idq; ratione antedicta. Potest item in secunda figura, vt dicunt Græci, cathegorice hunc in modum ratio formari: Locus est, ad quem, cum fuerit proprius, omnia proficiscuntur quæcunq; mouentur: Sed ad materiam & formam nihil proficiscitur: Locus itaque nec materia, nec forma dici debet. Et, vt summatim dicamus, corpora, quę in loco sunt, materiam & formam semper habent. quo igitur pacto ad propriū locum mouentur?

In materia & forma nullus est quarendus locus.

Loci descriptio.

Ad Materiam, vel formā nihil prorsus mouetur.

Tex. 20.

Si vero in seipso locus est: (oportet enim, siquidem aut forma, aut materia est:) erit locus in loco. Transmutatur.n.simul cum re, & mouetur forma & indefinitum non semper in eodem, sed cuius vtiq; est et ipsa res. Quare loci erit locis.

Cōm. 25.

Loci locus non est.

Sextum, vt opinor, hoc loco adducitur argumentum ductione quadam idem probās, vt prius, quam deductionem vocant argumentū ad impossibile, quod Latine post hac dicemus, ad id, quod fieri non potest. Idq; hoc modo. Si locus est in ipsa re: nimirum locum assignabimus loco. At hoc, cum propter naturam loci, tum etiam q corporis ipse locus est, & non loci: ac ne abeat res hæc in infinitum ponentibus nobis locum semper ante locum, fieri non potest in re, ergo ipsa non est locus. Deinde his proxime sequentibus. {Oportet.n. vt sit, siquidem aut forma, aut materia est.} Nam si forma, vel materia est locus, oportet vt sit in re, quæ constat ex materia & forma. Ipsum vero deductum seu consequens integrum probat, ex hoc. transmutatur. n. simul cum re, & mutatur forma & indefinitum, materia, s. si enim compositum transit, simul atq; forma & materia transit, ex quibus est cōpositum, atq; ibi morantur, vbi iacet compositum. Si locus ergo hæc affirmatur, vel maxime patet locū vna his mutatis alioq; proficiscentibus mutari & proficisci ex loco ad locum. Quare locus collocet in loco necesse est. quod vero ex materia & forma corpora naturalia ad locū moueantur, locos item mutent, his, qui sensu præditi sunt, perspicuū esse opinor. Deinde idipsum, moueri videlicet loca, absurdum quis tam stupidus non fatebitur? Oportet inquam, quod mouetur, per locum & ad locū moueri. Cæterum in his dubitationem hanc Alex. mouit, forte minus necessarium esse putans, vt quicquid, si locum occupat, ea quoq;, quæ in ipso sunt, eundem obtineant, nisi per accidens. partes.n. eorum, quæ alicubi manent, & qualitates eorum non sunt in loco per se. Quare, & si compositum in loco fuerit, non est necesse vt forma & materia sit in loco, nisi per accidens. Quare, si locus aut materia, aut forma est, nō collocabitur in loco, nisi per accidens, & hoc modo nullum incōmodum suscipitur locum in loco affirmari. Etenim ipse dicturus locum esse continentis terminum, tum ibi in eodem vtrunq; & continentis & cōtenti terminum affirmabit, q superficies quę sese mutuo tangunt in eodem insident. Vnde diluens dubitationem Alex. tradidit hęc, q si materia vel forma statueretur compositi locus, eidem vtraq; æqualis diceretur, quia locus adæquatur rei, quam cōplectitur. Si ergo compositum æquale ipsi loco est, in quo motum est? Et quæ eidem æqualia dicuntur, inter sese æqualia videntur. locus ille nimirum materiei & formę ęqualis erit, quem corpus compositum ingreditur, sed quod loco cōplectitur eidem adæquatur & cohæret, materies itaq; vel forma per se, nequaquā per accidens loco continebuntur. Nam quod distat corpus dimēsumq; est, locum capit, si ergo materia & forma simul cum suo cōposito distant ac extenduntur, eundem locum per se occupabunt, quē tenet corpus & eidem adæquaē. At absurdū est, vt ait Alex. duobus simul locis & primo contineri, qńquidem eidē æqualia sint materia vel forma & locus. Etenim hæc cōposito, q locus eiusdē sunt, ęqualia diximus. Quare patet duo loca simul eiusdem primo & per se, minime vero per accidens & per aliud fore.

Locus mutari non potest.

Aliquibus existentibus in loco oportet quęcunque in ipso sunt in loco esse, nisi per accidens.

Materiā ac formam locū non esse: quomodo probet Alexander.

Duo loca eiusdem simul esse est impossibile.

Tex. 21.

Amplius, quando ex aere aqua facta fuerit, perijt locus. non enim in eodem loco est, quod factum est corpus. Qua igitur corruptio? Ex quibus igitur necessarium est esse locum & rursus ex quibus dubitabit vtique aliquis de substantia ipsius, dictum est.

Tex. 22.

Cōm. 26.

Ferunt hæc aliud esse argumentum, & propriam de loco dubitationem introducere, q tum cuiuscunq; corporis locus interire videtur, cum vnum corpus in aliud mutatur & conuertitur. Signum vero loci interitus hoc afferri pōt, q, vbi primum vnum in naturam alterius conuersum fuerit, in eodem non permanet loco, sed eum amittit. Sed quis loci interitus? Ni forsitan adiecerit illud {Amplius,} vt indicet hoc argumentum adhuc ad proxime dictam quęstionem spectare. Verum, si forte aliam cōprehendit dubitationem, illa negligenda non est, immo, vt fecit Aspasius, suscipiatur. Cum.n. ex aere aqua, ex maiore videlicet corpore, minus gignitur, quædam loci pars interit quod non tantum ambitus aqua quantum dudum aer obtinebat in ipsam conuersus, occupat. Sed quis sit loci interitus admodum difficile, vt discemus, est assignare. At hæc ratio ei argumento, quod ab auctione loci, paulo prius sumebatur, consimile & cognatum videtur, in quo dixit. {Qūo ergo dicemus de his, quæ augmentantur?} Vt.n. ibi ostendebamus, q si locus numeraretur inter reliquas res, illum augeri oporteret, ita in hoc contextu concludit necesse esse, vt locus pereat. Sed quomodo augereē locus vel minueretur dubitatum est. Nam à vero primum abest, atq; secundum, quod è suo abire locus ipsius loci interitus signū nequaquam est. Fieri.n. potest, vt postquam ex aere aqua genita est, descendat, & tum supra idem permaneat locus, quanquam non idem aer in ipso perstet. Sed argumentum ad eam quæstionem attinere melius longe dicendū existimo, quæ probandi locum nec materiam, nec formam esse sibi prouinciam sumpsit, quod tū argumētum magis probat locum formam dici non posse, vt Alexan. tradit nobis hoc modo rationem constituētibus. Cum.n. corpora quędam in alia conuertuntur, formam suam amittunt: non.n. eandem aeris & aquæ formam asseruabimus. Locus porrò, si forma censetur, eorum locus intereat oportet, quare eodem perstare loco desistunt: at absurdum fit, vt locus intereat. Verum, si locus interire posset, non longe à dubitatione esset, num locus sit forma. quod siquis locū materiam dicat: in mutua corporum mutatione locus quidem non est idem, materia autem idem est; eadem.n. manens

Loci quae sit corruptio non facile cognosci potest.

Locus nec augeri nec minui potest.

diuersas formas suscipere potest: quapropter materia non est locus. Atqui cum Alexandro hęc ratio videatur verior adduci de forma & de materia, quomodo sibi sumens locum formam dixit perspicuum esse interitum formæ, sed ne locus interire queat dubium esse, & sic locum à forma differre concludit: & materiam cum studeat haud locum esse patefacere, ostendit illam permanere & locum interire. Nisi forte, si concedatur locus forma vel materia, id incommodi vtro concesso sequatur, locum scilicet interire dum corpora inuicem transmutantur. Si.n.non frustra mutationem ex aere in aquam, & prorsus eam, qua ex maiore quicquam minus corpus gignitur, posuit, sed potius vt angustiam contractionemq; magnitudinis non modo formæ, verumetiam materialis dimensionis merito factam indicaret, vel maxime patet concludi absurdum. Et conficietur syllogismus hoc modo, Si locus materia vel forma affirmari licet, cum corporum vnum maius in aliud minus conuerteretur, vel mutaretur, locus periret: Sed hoc fieri nequit. Nam quomodo locus corrumpetur. Verum assumptionem in hoc syllogismo, aut rationem aliquam euidentem prætermisit. Vbi.n.contrarium esset in quo interiret, vel è quo oriretur locus? Sed connexum his verbis probat. {Non.n.in eodem loco est quod factum est corpus.} Etenim si locus forma esse concederetur, profecto alius ex alio oriretur. Si vero materia, tum minor ex maiore locus fieret, & sic rursus non in eodem loco successisset corpus, quod factum est. Quod vero loci interitũ pro absurdo inferat, his sequentibus significat, {Quæ igitur corruptio?} Idem quoque è communi sententia de loco perspicuum fit, quod locus non vna cum his, quæ loco cõplectuntur, interit: quemadmodum neq; vasa vbi recondita dissoluuntur, frangi videtur, immo integra vicissim aliud atq; aliud recipiunt corpus. Proinde exploratum est nobis corpora ad varia loca proficisci, & nullum locum alio abire, nec vnum alium vicissim recipere. Non.n.locus supra se se ad locum infra recipit. quonam pacto fieri hoc potest? sed corpora, quæ supra sunt, ad imum & deorsum descendunt. Postremo vbi Eudemus probasset locum non esse materiam, hoc etiam addit. Materies adhuc mouetur, locus vero immutabilis. Sed hæc ratio non tam materiæ quam formæ fauet, quod ipsa quoq; mouetur.

Si locus materia & forma in corporum transmutationibus, in utraque locus corrumpitur.

Locus non corrumpitur simul cum his, quæ loco continentur.

Locus est immobilis.

CAP. III.

Tex. 25. *POst hæc autem accipiendum est, quot modis aliud in alio est. Vno igitur modo, vt digitus in manu, & omnino pars in toto: Alio vero vt totum in partibus: non enim est præter partes totum. Alio autem modo, vt homo in animali & omnino vt species in genere: Alio autem, vt genus in specie. & omnino pars speciei in speciei ratione: Amplius vt sanitas in calidis & frigidis, & omnino forma in materia: Amplius, vt in rege, Græcorum res, & omnino in primo mouente: Amplius, vt in bono, & omnino in ipso fine. hoc autem est id cuius causa. Omnium autem maxime proprium est, quod vt in vase, & omnino quod est in loco.*

Com. 27. Cum rationibus finem fecisset, quibus locus necessario inter cęteras res constituitur, rursusq; ea absoluisset, quibus quid locus sit, & num sit quispiam dubitauerit: quoniam si locus non est ea, quæ esse videtur, dubitari num prorsus esset, oportuit. His itaq; absolutis rationibus, atq; confusis veterum opinionibus distinctis, reliquum sese ad inuestigandam loci naturam parat. Et, cum ex eo, quod est in loco eundem cognoscamus, & id quod in loco moratur, in aliquo sit, primum significationes eius, quod in aliquo dicitur, enumerat, quæ enumeratio aut diuisio, & huic vtilis præsertim est, vt diluatur dubitatio Zenonis, quæ cum locum in loco collocasset, solutionem, vt dixit, postulabat. Zeno.n.sic dubitabat, Si omnis res in loco ponatur, loci nempe locus erit, idq; abeat in infinitum oportet. Hæc igitur ratio tolletur, cognita atq; recepta prius multiplici significatione eius, quod in aliquo dicitur. quod nequaquam verum esse potest, si quicquam in aliquo est, mox loco concluditur. Quocirca vniuersa de eo, quod est in aliquo, disputatio, hoc loco tractabitur, vnaque cum illa de loco absoluetur. Proinde octo vel noué modos enumerat, quibus aliquid in aliquo dici solet. Nam in aliquo dicitur aut tanquam pars in toto, vt digitus in manu: vel in toto corpore. In manu inquam, vt pars, sed in toto corpore, vt pars partis, quam etiam particulam vocant: Aut contra, totum in partibus, vt in oculis naribus & cæteris eiusmodi faciei. Non.n.totum, inquit, quicquam aliud quam vniuersæ eius partes dici potest. Quanquam.n.alia sit forma speciesq; totius à forma partium, quod opponimus toto partem veluti quandam aliam spẽm, tamen subiectum idem est. Non.n.auelli à partibus totũ, atq; auulsum, citra illas subsistere potest: Alio item modo eius, quod in aliquo est, dicitur, vt species in genere, vt dicitur homo in animali: Contra alio quoq; modo dicitur, vt genus in specie, ceu animal in homine, equo, atq; alijs, quia in vnaquaq; specierum ratione continetur. Quocirca dixit, {Specie} & non speciebus. Quòd vero diuersis modis ipsius in aliquo dicantur velut pars in toto, & velut species in genere, vel ex eo optime patet, quod vna sublata totius parte totum dici non decet, at genus, vna sublata specie, nil vetat quin permaneat & genus dici queat. Item genus quodcunq; de omnibus speciebus vniuoce prædicatur. at totum de solis similaribus dicitur, neq; de his quatenus totum. Totum item in omnibus partibus suis subsistit, sed genus vel in vna. Quocirca ad verba Aristotelis ibi animum aduertamus, quibus dicit totum in partibus, & non in parte, at genus in specie, & minime in speciebus: Genus item diffinitionis speciei fit pars, quod quidem modo genus in specie ponitur, sed totum non est pars diffinitionis partis. Et hæc merito, quod genus quædam communitas est, quæ ęqualiter distinctis speciebus conuenit, sed totum est quædam copulatio earum, quę cum iam essent diuisa, in vnum coniuncta sunt. Quinta item significatio est velut forma in materia. Ceu sanitas in calidis, & frigidis consistit, sub qua significatione cuncta, quæ in subiecto ponuntur, continentur. Sexta quoq; significatio est rerum subditarum, quæ in Principis imperio seseq; arbitratu versantur, quemadmodum Græcorum bona in Regis arbitrio consistunt, atq; velut ea omnino, quæ sunt in mouente & agente, tanquam in arbitratu aut facultate, potestate & administratione eorum versentur. Quod his Homerus indicat, In genibus Iouis omnia sunt posita. Septima deinde significatio eius traditur, qua nõnulla sunt in bono, & ea prorsus, quæ sunt in fine, cuius gratia agunt, vt in diuitijs & bona valetudine ea sunt, quæ earum gratia geruntur, vel quemadmodum in felicitate virtutes consistunt. Octaua item significatio eius est, veluti quicquam in vase reponitur, & cum vas sit quidã locus, qui alio trãsferri potest, merito subiunxit. {Et omnino quod in loco,} siue velut vnam significationẽ hanc indicet, siue tanquam duas insinuet. Cæterum Alexan. notandum iubet, quod vbi pro exemplo eius, quod in subiecto est, sanitatem Aristo. posuit, hæc etiam adducit. {Et omnino forma in materia,} perinde tanquam species formaue sit in subiecto. At accidens inhæret subiecto, forma vero substantia dicitur. Item quod est in subiecto haud compositi pars affirmari potest,

Dubitationis Zenonis de loco solutio.

Esse in octo modis sumitur.

In genibus Iouis quid apud Homerum.

Forma ut non sit in subiecto.

potest, quemadmodum etiam diffinit in prædicamentis dicens, Quod est in aliquo non tanquam pars, impossibile est vt sit absq; eo, in quo est: At forma eius est pars, quod materia & ipsa constat. Eudemus vero hæc secutus, asserensq; aliter affectus & habitus inhæret substantijs, adiecit considerandum esse, ne hoc modo figura & generatim quæque forma in materia dici debeat. Sed vel perspicuum fit ipsum quandam differentiam indicare, Vt vnam igitur significationem, id, quod in materia dicitur, & id quod in subiecto, ob quandam cõmunem naturam eius quod formare potest, accipere videtur. Nam ambo habent facultatem & vim formandi imprimendiq; subiectum. Præterea Alex. hęc. {Omnium autem maxime proprium est, quod vti in vase & omnino quod in loco} intellexit de ipso vbi, propterea quod ipsum in aliquo communiter significat vbi, & vbi significat id quod maxime in loco est: itaque omnium tanquam maxime propria & cõis est hæc significatio. Nam pars in suo toto alicubi est, similiterq; & aliæ significationes se habent. Verum sigillatim alicubi esse dici solet de illo, quod loco clauditur & in vase reponitur. Sed quid inter vas & locum intersit, perinde in vsu æque veniant, nondum aperuit. Octo itaque, aut nouem significationes eius, quod est in aliquo hactenus traditæ sunt. At in prædicamẽtis decem, s. primis rerum generibus, vndecim modos interpretes enumerant, sed ad memoriam reuocemus, quoniam ibi eius quod est velut forma in materia, & eius, quod velut accidens in substantia, & omnino in subiecto, duas significationes esse volunt. eodem quoq; modo aliam significationẽ eius, quod in loco, & aliam eius quod in vase faciunt. Ex his ergo, quę hic dicta sunt, decem significationes inuenerunt, quibus addunt id, quod est velut in tempore. vt in tali Olympiade Arist. natus est. quam significationem hoc loco prætermittendam sibi duxit, quod nihil penitus de tempore hactenus disseruit. Subiectum etiam, cum fuerit in accidente, dicitur in aliquo esse. vt corpus in aduersa valetudine, & homo in infortunio. Sed verisimile fit vt aliæ significationes eius, quod est in aliquo, habeantur. Quoad rem satis est id, quod in aliquo ponitur multipliciter dici, atq; hęc vox ęquiuoca multiplex. s. est. Verum eorum, quæ æquiuoca dicuntur, alia æqualia sunt, vt hoc verbum græce ἐρῶ quod vtriq; & φιλῶ & λέξω videlicet amabo & dicam significat. Quædam vero non æqualia sunt. velut ea, quæ magis proprie minusq; dicuntur, velut pes & caput aptius animalibus competunt, sed minus apte & translatione quadam magis monti ascribuntur.

Esse i aliquo ut in tẽpore.

Subiectum esse in accidenti.

Aequiuocorũ alia æqualiter dicũtur, alia inæqualiter.

Tex. 24.

Dubitabit autem aliquis, vtrum quippiam in seipso contingat esse, an nihil, sed omnia aut nusquam sint, aut in alio. Dupliciter autem hoc est, aut secundum se, aut secundum alterum. Cum. n. fuerint partes totius, & id in quo, & id, quod est in hoc, dicetur totum in seipso. Dicitur enim, & secundum partes. vt albus, quia superficies alba sit. & sciens, quia in eo est potentia ratiocinandi. Amphora igitur non erit in seipsa, neque vinum. vini vero amphora erit. Quod nanq; inest, & id in quo est, vtraque eiusdem partes sunt.

Cõm. 28.

Esse in seipso nõ sit possibile.

Enumeratis modis, quibus in aliquo dici solet, tradit dubitandum fore, sit ne quiuis alius modus, quo idem in seipso dici possit. Si. n. fuerit, vel prædicti modi non perfecte enumerati fuere, vel is modus, ad aliquem prædictorum reducendus est. Si vero non fuerit, demonstrandum erit cur non sit. quod facere nos Anaxagoras præsertim impellit, qui cum causam stationis aut mansionis perpetuę de ipso infinito afferre nititur, non aliã exhibet, quàm illam, quod idem seipsum firmat, ac stabilit, & hoc fatetur, quia in seipso manet, quippe nihil aliud continet. Verum notione & cõceptione ipsius infiniti adductus Arist. hanc opinionem sibi tollendam alias sumpsit. Inquit, Si pars toto persimilis est, quæ sibimet fixa innititur & adhæret, profecto cunctæ aliæ & vniuersa atq; omnia immobilia erunt. Alia quoq; eodem pene processu argumenta posuit. At hic cum sese prius de ipso quod est in aliquo disputaturum recepisset, ex hoc. s. modo, quo aliquid in seipso dicitur ne sermonem interpollet, ostendit haud posse quicquam in seipso esse. Quæ sane demonstratio proderit huic parti, ad ostendendum videlicet, locum haud in loco esse. Si enim locus in loco, qua huiusmodi, mirũ idem in seipso erit: quod si fieri nequit, neq; locus in loco ponetur. Cum ergo quærat num idem in seipso collocari queat, quoniam quicquam in seipso vel per se, vel propter alterum affirmare valemus, concedet aliquid idem in seipso propter alterũ collocari posse: potest enim vel maxime propter partes. Cum enim partes ita extiterint, amphora & vinum, quorum aliud est velut id in quo, & aliud velut id, quod in eodem: nam hæc sunt partes huiusmodi connexi, tum possumus asserere ipsum cõnexum & compositum, atq; vniuersum ex his in seipso esse, quod pars eius in parte collocatur. Et quod quædam dicantur secundum partes quicquam habere, ex eo vel maxime fidem facit, quod corpus album dicitur, quod superficies alba & candida est, & homo sciẽs, quia scientia in animo est. Si ergo totum secundum vtranq; partem spectetur, erit idipsum in quo ipsa amphora, & ipsum vinum in ea, & ob id idem in seipso, amphora igitur nõ erit in seipsa, neque vinum in seipso, sed vini amphora, hoc. s. connexum, in seipso. Quod, si cui cura non est abuti nominibus, quæ vtriq; partium adueniunt in ipsum totum colligens, ceu si asserat superficiem partem corporis albi, quanquam sit eius terminus, primũ is animaduertat oportet, quod etiam album vocat corporis albi partem. Quamuis vt ex accidentium definitione colligitur, ea non vt quæ partes sunt capienda sunt. Videtur tamen vtcunq; partes, quæ qualitercunq; complent, vocare partes: deinde, si corpus tribus dimensionibus constat, & vna partium, vt tradit Alexander, superficies est, cur non dicitur corporis pars? Sed quomodo superficies vna trium dimensionum est, cum longitudinem & latitudinem habeat? Ni hoc quoq; modo pateat superficiem esse partem. Etsi quispiam velut finitum corpus acciperet, quid prohibet ne terminus velut pars, quæ illud complet, accipiatur. Demum non opinor, vt Alexander notauit, hoc in contextu ipsum {Per se} pro primo intelligendum esse. Maxima enim repugnantia est ei, cum ipso quod ad alterum vocatur, vt id quod est secundum partem, quo pacto nunc intelligitur, vel secundum aliquid extrinsecus, quod quidem proprie per accidens facit. Primum vero & secundarium vicissim inter sese proprie pugnant, sed idem ei, quod secundum alterum est, opponitur,

Anaxagoras dicebat infinitum esse in seipso.

In seipso quippiam esse per se impossibile est, sed per aliud possibile est.

Superficies non sit corporis pars.

Tex. 25.

Sic igitur contingit quippiam in seipso esse: primo autem non contingit, vt album in corpore. superficies. n. est in corpore, scientia autem in anima. Secundum hec autem, quæ partes sunt, vt in homine, appellationes existunt. Amphora autem & vinum, cum seorsum quidem sint, partes non sunt, sed cum simul. Quapropter, cum sint partes, erit ipsum in seipso. vt album in homine, quoniam in corpore, & in hoc, quoniam in superficie: in hac autem, non amplius secundum aliud est. Et diuersa quidem specie hæc sunt, & aliam naturam habet vtrunq; & potentiam, & superficies & album.

Cõm. 29.

Primũ in aliquo esse, & secundum aliud quid sit.

Cum demonstrauit quippiam in seipso idem ob aliud collocari posse, deinceps ostendet quicquam idem seipso, primo & per se esse non posse. Vt vero quam euidens sit

discrimen, quid sit hoc { Primo } & quid sit hoc { Secundum aliud } docet. Color.n. secundum aliud in corpore imprimitur, sed primo in superficie inhæret. Scientia item primo in animo locatur ratiocinante, dein autem in anima, atq; in homine secundum aliud. Qm ergo superficies est alba, quæ pars est corporis, idcirco idipsum album appellatur non primo, sed s'm partem, nec per se, immo per aliud. Homo item doctus est. Quando.n. animus, vel animæ ea pars rationis particeps perita diceretur, verum de illa primo & per se fit prędicatio, & nō ob aliud vel secundum partem, vt in homine, idcirco subiunxit. { Vt in homine. } Hoc pene modo amphora vini in seipsa dici solet propter aliud, quoniam pars in parte est. Vinum proinde, cum seiunctum fuerit ab amphora & contra amphora à vino, tum amphora vini in seipsa dici non potest, ac cū idem conuenerint, tum dicitur amphora vini in seipsa collocari. Cuius rei causa est, quod vbi fuerint hęc inuicem disclusa, non erunt vnius partes. quocirca contextus sententiæ de his hoc modo diuisis non intelligitur. At, cum partes fuerint, quia ostendimus totum appellari s'm partes, tum erit in seipsa amphora vini secūdum aliud, velut album in corpore est secundum superficiem, sed in superficie haud ob aliud inhæret, sed primo, verum non hac de causa eadem erit superficies cum albo, quod superficies sit primo alba, & ob id idem posit esse aliquid in seipso primo. Rationes enim superficiei & albi dissident, atq; naturæ vtriusque. Quare aliquid esse in aliquo primo fateri possumus, sed in seipso minime, quinimmo in alio. Hoc vero è propositis exemplis, vt intelligemus, voluisse dicere indicat, quæ insinuant nihil in seipso primo & per se collocari posse.

Tex. 30. *Neque igitur inductiue considerantes, aliquid in seipso esse videmus secundum aliquem determinatorum, & ratione manifestum, quod impossibile est. Oportebit.n. ambo vtrunque esse, vt amphoram, & vas & vinum esse: atq; vinum; vinum & amphoram. siquidem contingit quippiam in seipso esse. Quare, si quam maxime in sese sint amphora quidem accipiet vinum, non quatenus ipsa vinum est, sed quatenus illa. vinum autem inerit in amphora, non quatenus amphora ipsum est, sed quatenus illa amphora est. Secundum igitur ipsum esse, quod aliud sit, manifestum est. Alia nanque ratio est eius in quo, & illius quod in eo est.*

Cōm. 10. Quòd nihil in seipso primo & per se collocari, tamen ob aliud & secundum partem posse ostenderat, atq; exempli loco amphoram vini posuit & ex ipsis exemplis adductis corrolarium deduxit primum diuersa, s. esse specie id, in quo aliquid est, & illud, quod in alio est, deinde vtrunque superficiem & album habere diuersam naturam, vult deinceps nos haud solum exemplis contentos, qūo vinum in amphora collocetur, vel album in superficie sit, quibus ostēderamus nihil in seipso primo collocari, sed s'm aliud id fieri posse, sed etiam enumeratis significationibus eius, quod est in aliquo quærere quæ illarum conuenire posit huic, quod in seipso esse dicitur, deinde rōne, quæ sit communis omnibus procedere, ne posit aliquid esse in seipso primo ostendamus. Nam vbiq; nobis patebit aliud esse id in quo, & aliud quod dicitur in eodem. Non.n. pars cum sit in toto in seipsa collocatur, ꝙ pars distinguitur à toto, neq; totum suis complexum partibus eadem ope in seipso erit: siquidem plures partes sint, & vna ab altera differat, & totum vnum existat. Si.n. non sit totum præter partes: sed nihilominus aliud est totum esse, aliud esse partes, At neq; illud, quod est tāquam in genere aliquo, potest in seipso esse. Nihil.n. fuimet genus dici valet siquidem genus differat à specie, Item neq; in seipso collocaretur, quanquam esset velut genus in speciebus, quia genus diffinitionis speciei pars sit: & fieri non pōt, vt idem totum & pars existat. Prętereа neq; velut forma in materia, quicquam in seipso esse potest. quia quod distat à seipso in materia locatur. Rursum neq; in seipso aliquid erit, tanquam res Lacedæmoniorum in rege, quoniam earum administratio non in ipsis, sed in alijs est. Eodem modo neq; velut ea, quę in fine consistunt, aliquid in seipso collocatur, quia quæ in fine consistunt, secernuntur ab his, quæ sunt ante ipsum tanquam ab eodem dependentibus, quasi alia sint ab ipso fine, atq; distincta. Deinceps num quicquā in seipso queat esse velut in vase iam disputatum est. Restat num velut in loco sic in seipso posit aliquid locari, quod nūc quæritur. Quare omnium modorum enumeratione & inductione compertum habere possumus, nihil in seipso primo collocari posse. quod etiam ratione ostendere possumus. logica enim maxime opus est demonstratione, cum ex diuisione, quę cogat, nequiuerint accipi significationes eius, quod in aliquo est, vt cuiq; modo iuxta diuisionem habitam & enumerationem credi par sit & debeamus, quia possumus etiam ex diuisione eorum, quæ sunt in alio, idem ostendere. Præterea nihil in seipso primo collocari posse etiam secunda specie syllogismorum quos vocant Hypotheticos hoc modo ostendit, Si aliquid idem in seipso collocari potest, profecto definitiones diuersę vnius & eiusdem erunt: Sed hoc fieri nequit, Aliquid ergo in seipso collocari non potest. Et connexum his verbis ostendit, { Vt amphoram »
& vas & vinum esse, atq; vinum, & vinum & amphorā. } »
Nam si amphora, quæ est ipsum vas, in seipsa diceretur collocari, quia vinum est, quod est in amphora est vinum, erit itaq; amphora primū in seipsa, deinde erit etiam amphora & vinum simul in seipso: & vicissim, si vinum in seipso collocatur, quia amphora est id, in quo vinum infunditur, profecto erit amphora, quatenus est id in quo: erit quoq; vinum quatenus est id, quod in ea infunditur & collocatur. Quo pacto idem habebit differētes diffinitiones: eius. s. in quo aliquid collocatur, & eius, quod in illo ponitur. Quod vero hoc fieri nequeat, perspicuum est. quia cui differētes definitiones congruunt, id ipsum diuersum est: at aliquid à seipso penitus & omnino differre non potest. Et quam pulchre fecit rationem in eodem exemplo, quo demonstrauit supra aliquid in seipso ob aliud collocari posse, vt pateat eodem, ꝙ sic etiam in seipso collocetur vt vinum in seipso locatur, & amphora in seipsa, sed non potest amphora vini in seipsa locari. Deinde cum subiungit { Si quidem } quasi penitus si quispiam posset dicere »
hæc infert, quod quidem est quod mox aperit. { Quod si
quā maxime in sese sint, } non quia vtrunq; in altero, sed »
quia alterum in altero collocetur, qppe vinum est in amphora & amphora recipit vinum, & non fit vinum, neq; recipit diffinitionem vini, sed recipit vinum, qua huiusmodi. Vinum vero erit collocatū quoq; in amphora, non qua amphora, sed qua vinum est, sed recipiens est amphora ꝙ vtrunq; manet in propria natura & vnumquodq; seruat contra alteram differentiā, quod ex dictis perspicuum fecimus, qm differunt substantia & diffinitione: quippe cum alia sit definitio eius in quo, & eius quod in alio. Ex quibus illud sequitur, vt nihil idem in seipso collocari possit. qm, si alterum est id in quo, & alterum est id, quod est in illo, qūo erit idem in seipso? quare nihil idem in seipso primo & per se collocari posse ostēdit. Et ne quis putet ob id, quia postulatum fuit amphoram vini in seipsa esse, hoc absurdum cōclusum fuisse, videlicet duas diffinitiones eidem conuenire rei, subiunxit reliqua verba. Nam si poneretur

In seipso esse nihil dicitur in nulla significatione eius, quod est in aliquo.

Diffinitiones cui diuersæ id est diuersum. Per aliud potest quippiam esse in seipso.

Aliud est substantia id, quod est, & aliud id, in quo.

neretur aliquid in seipso collocari, aliam tñ rationem habet quatenus capax est, & quatenus est id, quod recipitur.

Tex. 27. *At vero neq; secundum accidens contingit. Simul.n.duo corpora in eodem erunt. nam & ipsa amphora in seipsa erit, si id cuius natura susceptiua est, contingat in seipso esse. & insuper illud cuius est susceptiuum, vt si vini, vinum.*

Tex. 28. *Quod igitur impossibile sit in seipso aliquid esse primo, manifestum est.*

Cõm. 21.

Esse non potest aliquid in seipso per accidens.

Per accidens esse in aliquo & per partem quomodo differant.

Idem in seipso per se atque primo non esse cum ostendisset, & secundum aliud id fieri posse, quod totum potest dici in seipso ob partem, quia pars collocatur in parte, quia ipsi per se & primo repugnat ipsum per accidēs, quispiam suspicari posset vt quippiam in seipso ſm accidens queat esse, quod secundum partem admittitur aliquid in seipso collocari, idcirco ostēdit id fieri nec posse per accidens. Nam his liquido patet qui diligenter res perpendunt non idem esse secundum partem & ſm accidens. Quanquam.n. ipsis commune sit hoc, Secundum aliud, tñ differunt, quod id, quod est secundum accidens, potest etiā totum esse. Nam in naue nauta moueri per accidens dici potest, & nequaquam ſm partem, quia pars nauis non est. Quidam rursum intueri per partem dicitur, quia per oculos, id tamen non facit per accidens, quod oculi per se intuentur & prospiciunt. Quinetiam secundum partem & per accidens aliquomodo inter sese pugnant. Nam ſm partem aliquid dicitur, cum totum vniuersumq; diceretur secundū partem, ceu diceretur nauis stridere, quod malus, aut vela stridet, & iam exemplo amphorę vini supra explicauimus, at per accidens cum parti ſm totum quicquam accideret, vt cum nauta moueri diceretur, quod nauis mouetur: & simus; quia Socrates. Nam pars & affectio toto accidit, sed minime totum eis. vt cum fieret albū nigrum, vel nauta in naue ambularet. Item quū illud, cui accidit mouetur. Fertur etiam ferrum vrere ignireq; per accidens, quando ignis illud ingressus est; verum id magis ſm partem, quam secundum accidens competit. Cæterum, vt supra diximus, ſm aliud commune est vtrique, & ipsi per accidens, & ipsi quod est secundum partem. Vt ergo de alijs dicimus & enunciamus hæc, sic etiam de illo, quod est in aliquo. Per accidens inquā dicere solemus aliquid collocari in aliquo, cum illud tale est accidens, aut pars eius, quod in aliquo est per se. Tum enim accidens, aut pars eius, quod est per se, fertur esse in eodem per accidens, in quo est illud per se. Sic igitur accidentia corporis collocantur in loco per accidens. vt albedo & calor, quæ morantur per accidens, vbi corpus per se iacet. Sic ergo & si quid per accidens in seipso fuerit, necesse est accidere vt sit eius pars, quod est in loco per se. Ex hoc sequitur quod si quidpiam est per accidens in seipso, oportet aliquid esse prius, quod in seipso per se sit. Quod dudum fieri non posse demonstrauit. quocirca nūc afferre illud absurdum omisit. Duo item corpora in eodem esse sequitur. de his.n. agitur. Nam si quis amphoram dicat esse in seipsa per accidēs, quia id in aliquo est per accidens quod accidit ei, quod inhæret in aliquo per se: quū vinum in amphora per se locatur, & amphora sit in vino per accidens: amphora itaq; in seipsa erit per accidens, & vinum: si vini amphora est in seipso per se locabitur. hæc itaq; vt opinor Aspasius. At hoc modo scribit Alex. quod
" si vinum in amphora fuerit collocatum, vel tanquam ac-
" cidens ipsi, vel tanquam eius pars, & amphora in vino per
" se, sic.n. vinum in seipso per accidens esset, quod non dif-
fert ab eo quod est per se in seipso. Verum me latet, quonam pacto vinum in seipso per accidens dixerit Alexander, cum Aristotelem sic dicentem audierit, {Nam & ipsa amphora in seipsa erit.} Sed vinum in seipso collocari neq; per accidēs omnino potest, nisi acciderit alicui, quod per se locetur in seipso. At quid erit magis consentaneum, aut vinum per se in amphora collocare, aut amphoram, vt inquit, in ipso vino? Illud deinde contextus, {Si id, cuius natura susceptrix est contingat in seipso esse} cum interpositum sit, obscurauit occultauitúe rationem. Sed quoddam aliud absurdū ex tali positione proficisci indicauit, videlicet, Si alicuius natura susceptrix accidit, vt id ipsum in aliquo maneat & minime aliud in seipso. Id.n. absurdi accidit ei, qui asserit amphoram in seipsa collocari. Vnde patet, vt si quis admiserit vinum in seipso collocari, id incommodi accidet, vt id, cuius natura est vt collocetur in alio, recipiat aliud. Sed quispiam forte diceret hoc absurdum, ob ipsam positionem: quū posita est vt amphora vini, & amphora est capax. Sed nō sic se habet. sed quoniam quod per accidens est in seipso accidat ei, quod est per se in seipso oportet, quorum aliud est per se capax, aliud vero accidēs, quod est aptum recipi & collocari in eo, quod recipit. Illud ergo, quo concludebatur, duo simul in eodem fore, patet esse absurdū, & id, quod fieri nequit. Equidem videtur fieri non posse, vt duo corpora simul in eodem collocentur. Et omnes interpretes, quos ipse attigi, hoc absurdum & quod fieri non potest de corporibus dictum intelligunt. Nisi forsitan non frustra duo corpora Arist. obticuit, sed simpliciter dixit. {Simul.n. duo in eodem erunt & capax, & id quod recipitur,} quę certe sunt specie diuersa & aliam naturam habent, vt prius dixit, quatenus talia. Diffinitiones item differētes simul in eodem erunt, videlicet definitio recipiētis & eius quod recipitur, quod quidem fieri nequit. Quorum.n. definitiones discrepant, ipsa quoq; inter se dissentiunt. Alexander vero dubitat, quonam pacto dicitur quicquam nec per se, nec per accidens in seipso esse. Nam si totum in suis recipitur partibus, & vicissim partes in ipso toto consistunt, profecto totum in toto erit, vtpote in seipso. Cui respondet rationem non recte concludi, quod non idem medius terminus est. nam alius habetur, cum dicimus totam in suis consistit partibus, & alius cum proferimus, & partes in suo toto consistunt. Inquit præterea hoc, {quod est in aliquo} æquiuocum esse "
& diuidi, vt æquiuocum in suas significationes, & nequaquam vt genus in species. Determinandum est itaq; quomodo vtrunq; est. Et quod totum in partibus cōsistit vna collectis, at partes in toto vt singula, quod omnes simul non sunt in toto, sed ipsum totum plane existunt. Et hæc non ab re dicta sint. Nam in minori propositione de hoc termino, toto, prædicatur illud, in partibus est, & in maiore propositione ipsi toto subijciuntur partes. si ergo magni refert dicere partes, & dicere in partibus esse, vel maxime perspicuum fit, quod non existēte eodem medio termino non concluduntur extrema. Quinetiam idem paralogismi modus genus in seipso esse, atq; speciem, substantiam, accidens conuincit. Dicimus.n. genus in specie, & species in genere, rursusque species in indiuiduo, & econtra indiuiduum in specie, & accidens in substantia & contra, substantia in accidēte: at nusquam accipi potest idem terminus medius, ideo extrema non concluduntur. Atqui quō consentaneum est dicere singulas partes seorsum in toto collocari, sed simul omnes minime? Num collectio partium simul, reuera sit ipsum totum, tum igitur vnaquæq; in toto fertur constitui, cum singulæ acciperentur, sed non omnino abiunctæ & separatæ, tum.n. nec partes dici possent. Cæterum nescio quo pacto in hoc contextu præsertim Alexandrum latuerint verba Platonis in Parmenide, quanquam verba

Duæ diuersæ definitiones eodem concurrere nequeunt.

Non si partes sunt in toto, totum in seipso est.

Partes omnes collectæ sunt in toto.

verba Platonis nusquam perquirendæ veritatis studio citare soleat. Est porrò quædam ratio ex Parmenide, quæ cum probet totum in seipso esse, sic de vno & toto ostendit. {Quinetiam, si hoc habuerit modo in seipso erit, atq; in alio. Quonam pacto? partium.n.vnaquæq; est in toto, & nihil est extra totum. Ita est, omnes, inquam, partes ipso toto complectuntur. Quid tum, & omnes eius partes vnum sunt. Nequaquã igitur etiam totum vnum est. Quid ni? Si ergo omnes partes in toto sunt, sunt quæ oẽs vnum, & ipsum totum, & continentur à toto omnes & ab vno, itaq; vnum ab vno continebitur, atq; ita vnum in semetipso erit.} Quibus syllogismus habetur, in toto esse suas partes & oẽs claudi in suo toto, atq; ea, quæ continentur in toto & consistere in ipso. Quare totum in toto, i. in seipso erit, vbi medij termini ijdem sumpti fuere & non diuersa. Quod.n.ostensum est vnum esse totum, merito concludit vnum velut vniuersum in seipso. Et patent aliæ propositiones, hæ videlicet, omnes partes toto clauduntur, & complexa toto in eodem existunt, quam etiam Aristot. fatetur supra dicendo. {Non.n.est præter partes totum,} quod erat minor propositio & proprior in syllogismo hæc, totum omnes partes est. Quòd si Plato & Arist. recte simul ratiocinati sunt, & Aristot. probauit nihil in seipso primo collocari posse, & Plato conclusit vnum totum in seipso esse, patet profecto Aristotelem de corporibus rationem fecisse; nam, si quod proprie in seipso est non ſm partes, sed secundum totum in seipso collocandum est, & corpus habet partes diuisas, quo pacto totum in toto erit? ideo pro exemplo attulit id, quod habet parteis differentis, velut vinum & amphora. quare si nequit totum in toto complecti, nec quicquam erit in seipso proprie. At si incorporeum fuerit ipsum totum, idq; habuerit partes non diuisas sed indiuiduis differentijs distinctas, quarum singula per totum sese peruadit, de hoc toto verum sit dictu, hoc, i. totum in toto, atq; idem in seipso esse, de quo etiam illud verissime dicitur, totum scilicet, suas partes esse, quia manẽt partes connexæ adeoq; coniunctæ, vt vnaquæque videatur ob indiuiduam connexionem sic se habere, vt ipsum totum. At qui secius multo euenit corporibus, quia singulæ, cum ad propriam circunscriptionem cõfugiant, ab ipso toto euelluntur, & abiungitur. Quare & si minus subiecta totius & partium differant, tñ non omnino ob diuisionem partes & totum idem sunt. Vnde id, quod in seipso non est, duplex est. aliud fertur in seipso esse ob deterius, aliud vero ob melius. Et illud quidem quod ex eo, ꝙ est deterius est, cum in his, quæ diuidi possunt, differentes definitiones conuenire nequeunt, ea nempe, quæ est illius, quod est capax, & potest recipere: & ea, quę est illius, quod in eo, siue continentis, vt Arist. manifestat. At ob melius præbet, quod vnius simplicitas non admittit illud discrimen continentis, & eius quod continetur. Quod Parmenidis libello primam petitionẽ sic sibi Plato sumens ostendit. {At si in seipso fuerit, cum idem esset continens non quicquam aliud erit, quam idipsum, siquidem etiam in seipso fuerit. Nihil.n.esse potest in aliquo, quod non continet. Fieri certe non põt. Sed nonne aliud continens & quicquam aliud quod continetur? non.n.idem totum hæc ambo simul pateretur & ageret quo fit vt ipsum vnum, non vnum, sed duo sit.} Vnde patet, ꝙ si hæc non de alio vno dixisset, & priora verba de alio, plane contraria & pugnantia protulisset. At verisimile haud esse potest de eodẽ contraria in prima & secũda petitione, vbi omnia de vno negat, & vbi de eodem affirmat, sic ad vnguem dixisse. Atqui Arist. corpoream naturam demonstrauit in seipsa non esse, & de hac rationes adduxit. Postremo, ꝙ nihil in seipso primo collocari queat, perspicuũ est. Etenim nec illud, quod prorsus non habet duplicatam naturam, vt foret vnum, si collocaretur in seipso, nec id, quod habet duplicatam naturam & diuiduam, vt corpora, potest esse in seipso sed ea, quæ habent duplicatam simplicitatem naturæ, quia etiam tale cum sit in seipso simul simplex & duplex dici potest. Sed qũo Platonis demonstratio non Aristotelis sententiæ conueniet. vt totum etiam Arist. fateatur in seipso existere? Nisi quod minor propositio, quam Plato adducit, ab ea Arist. differt. Plato.n. totum simul omnes partes esse ob connexionem indiuiduam earum. At Aristot. cum dixerit totum non quicquam aliud esse à partibus subiecto totum idem cum partibus esse indicauit.

Aliquid in seipso non esse uerum est uno corporis.

Totum in toto esse inuenibus incorporeis uerificatur.

Quod in seipso non est, duplex est.

Vnum non est in seipso.

Totum omnes partes esse, & totum non esse præter partes diuersa sunt.

Quod autem Zeno dubitabat, quòd, si locus est aliquid, fore vt in aliquo sit, soluere non est difficile. Nihil.n. prohibet in alio quidem esse primum locum, non tamen vt in illo loco, sed vt sanitas quidem in calidis, sicut habitus: calor autem in corpore, vt affectio. Quare non necesse est in infinitum ire.

Com. 24.

Zenonis ratio diluens locum soluitur.

Zenonis ratio locum eruere videbatur, quippe qui sic argumentum efficiat, Si locus est, profecto in aliquo erit: ꝙ nec quicquam est, quod in aliquo non collocetur, Sed quod in aliquo est in loco collocatur. Locus ergo in loco erit, & id abibit in infinitum. locus itaq; necesse est, vt non sit. Cum itaq; ad inuestigationem loci sese conferendum putet, primum hãc dubitationem ex diuisione eius, quod in aliquo est, diluit, quam merito sibi prius sumpsit dissoluendam. Iure etiam prius demonstrauit, nihil in seipso collocari posse, ne quis existimaret eius antedictis, s. cum dicebat corpus in loco esse, vt locum in seipso, soluere Zenonis dubium, & sic sistat infinitum. Magis ergo eam diluit ex diuisione eius in aliquo, hoc modo. Si.n. id, quod dicitur in aliquo, vnum modum solum haberet, Zenonis dubitatio dilui non posset, quandoquidem quęcunq; res, siue simpliciter sit, siue corporea, in aliquo sita sit, vt veteres id opinabantur, qui specierum, aut formarum substantiam solum subsistere in materia, vt Plato fert, arbitrabãtur. Sed qñ quod dicitur in aliquo, multipliciter accipi potest, nil vetat, quin locus, in quo corpus concluditur, in alio sit, verum in hoc ipso non velut in loco. Nihil.n. prohibet, ꝙ hoc quidem sit in alio, illud vero in alio. Sanitas.n. est in calidis, sed velut habitus. calidum vero in corpore, at velut affectio, corpus aũt in loco. Sed superficies, quæ locus est, in subiecto, aut terminato, vt terminus. Cæterum habitus ab affectione differt, quatenus habitus perfectio & forma existit, quemadmodum prius etiam mentionem fecit. Sed affectio quædã dispositio extra rei est, quæ facile mutabilis existit. Nam in libro Prædicamentorum, huiusmodi patibiles qualitates dicebantur. Hoc modo itaq; nihil prohibet quo minus sit in loco, & locus in alio inhæreat, vt supra diximus, velut terminus in eo, quod ille terminat. Atqui Alex. pulchre quærit, quonam modo ex modis supra enumeratis, superficies in corpore sit, prorsusq; velut finis in eo, quod finitur. num velut habitus, an velut affectio, an id, quod velut omnino est in subiecto, vel tãquam pars in toto? Superficies, inquam, aliqũo est pars, quę, cum describatur partim corporis terminati finis, partim vero quantitas habens longitudinem & latitudinem, pars corporis est, quatenus suapte natura tres habet dimensiones. Quo ad verba, dixit. {Primum locum} eum, qui proxime continet. qñ aer etiam, cum corpus sit, cuiusdam locus dicitur, cum præsertim fuerit proximus contiguusq; illius terminus, quem continet. Sed quæ hoc contextu tractat

Habitus quo differat ab affectione.

Superficies quo sit in corpore.

Locus primus ẽ qui proxime continet.

Aristot.

Arist. hæc mihi quęrenda esse videntur. Primo quomodo soluitur Zenonis dubiũ ex differentia eius, quod est in aliquo. quãquidem omnis res in quodã altero iaceat. Etenim corpus in quodam, velut in loco, collocatur, & locus in aliquo, velut terminus, quod rursus in aliquo alio erit, atq; illud in alio, quin solutio antedicta sistit ipsum in infinitum. Secundo, quonã modo in hoc contextu dubium Zenonis ex differentibus significationibus eius, quod est in aliquo, demit, quippe Zeno sic roget, nũ in aliquo erit locus si est? Prius aũt sic dixit, { Zenonis dubitatio quandam rõnem quærit, si.n. omne, quod est, in loco est, manifestum est φ etiam loci locus erit. } Nam si Zeno non in aliquo, sed in loco palam dicit id, quod est, quõ potest solui dubium ex differentibus significationibus eius, quod est in aliquo, vt nunc dicitur, cũ corpus in alio, & locus in alio, quandoquidem ipse Zeno hoc medio fulcitus, quod quæ sunt, loco complectuntur, locum in loco sistit? Ad hæc dicẽdum est, quod in neutro antedicti & nuper commemorati loci suis verbis rationem Zenonis posuit, sed illius, qui diceret esse aliquod medium inter illud, quod transmutatur ad locum, & illud, quod est in loco, dubiũ magni faciẽs transtulit ad id, quod est in loco, & opem fert solutioni de illo tradendæ, quod est in aliquo. Q uid itaq; hoc mediũ aliud est, quam vbi? Hoc.n. videtur aliquid in loco, & in aliquo significare. Et Arist. de hoc ipso (quod, vbi, vocant) mentionem prius fecit, ac si poneret aliam rõnem ibi, dicendo. { Amplius aũt & ipse si quid est eorum, quæ sunt, alicubi erit. } Vnde cum rationem efficit interrogãdo, ipsum vbi transfert in id, quod est in loco, cum sic dicat, { Si omne quod est, in loco sit. } Sic etiam dubium Zenonis Eudemus refert. In idem videtur Zenonis dubitatio tẽdere, omne enim, quod est, alicubi merito collocari debet, φ si locus quicquam est, alicubi itaq; erit, igitur in alio loco, & ille in alio, hocq; modo semper in infinitum. Ecce quonam pacto Eudemus etiam, quod dubitationi cõferebat, ipsum vbi transtulit in illo, quod est in loco. Q uõ autem ipsum vbi etiam ipse acceperit & quod secundum cõem significationem dixerit, perspicuum fit, vbi diluit Zenonis rationẽ sic scribendo. Ad Zenonis dubium rñdebimus multipliciter dici ipsum vbi. Si ergo ea, quæ sunt, censuit in loco collocari oportere, aberrat, quippe nemo sanitatem fortitudinem, aliaq; ppe infinita in loco statueret. locus prætera nec est huiusmodi, vt dictum est, qñ aliter esse videtur, quãquidem sit ipsius vbi locus, & vbi corporis, cuius est terminus, quia extremum eius est. Alexãder porrò, cum exponeret eum locum, in quo aiebat. { Omnium autem maxime proprium est, quod vt in vase, & omnino in loco, } Plane tradit, quod æque dictum ipsum in aliquo, ac si dictum sit, alicubi, quod vbi commune est etiam his, quæ sunt in aliquo. Pars enim, cum in vniuerso consistat, alicubi est. Verum sigillatim & præcipue ipsum vbi accõmodatur his, quæ loco cinguntur, aut in vase reponuntur. At primam dubitationem diluamus: quia solutio illa, quæ ex differentia cum eius, quod est in aliquo, tum ipsius vbi, suppetit ad tollendam rationem Zenonis, quæ id incommodi inducit, s. locum loco complecti. Nam minime erit locus in loco. Sed ad eam dubitationem, quam ipse adduxi hoc in modo, quod si non in loco, sed alicubi & in altero, & illud in alio, abibit hoc in infinitum, Arist. in calce huius quęstionis de loco occurret, qui initio petitionis aduersabitur, quippe qui cœlum aut in aliquo penitus esse, φ ab eis distinctum sit, palam negabit. Vbi etiam illum dicentem percipiemus, & asserentem vniuersum nusquam contineri. Nam vbi aliquid ponitur, profecto quicquam aliud asseuerandum erit ab eo, in quo continetur. At præter vniuersum nihil superest, immo prorsus nihil extra hoc vniuersum credi par est. Quocirca cuncta cęlo vltimo regi, contineri, complecti dicuntur. quare partium vniuersi, vt alia in alia insideat, & collocetur nihil vetat. At vniuersum in alio collocari non poterit, φ nec quicquam extra superest. Si ergo ita sit, vt diximus vniuersum suis partibus complexum erit, quo etiam modo in infinitum nequaquam abibit locorum complexus.

Illud autem manifestum, quod, cum nas nihil sit eius quod in ipso est: aliud enim est primo, & quod inest, & id, in quo inest: non erit vtique materia, aut forma locus, sed aliud. Illius enim aliquid hæc sunt, quod inest, & materia & forma. Hæc igitur sint dubitata. Tex. 29.

Rano Zenonis, φ locus erat in loco ipsum in infinitum nitebatur ostẽdere. Aristoteles autem, cum admittat aliud in alio, nanquam neget locum in loco, quo etiam soluit dubitationem, qũo aliud in alio ponatur, considerauit tanquam quoddam corollarium, vt plenius ostẽderet locum nec formam, nec materiam esse, perinde ac diserit, soluta est Zenonis dubitatio ex hoc maxime, φ aliud in alio est diuersis modis. ex quo etiam cõpertum habemus locum cum à materia, tum etiam à forma interesse, atq; differre. Nam aliud est id, in quo aliquid ponitur, & id, quod est in hoc. Locus, inquã, & vas primo quę ad ipsa sese conferunt, recipiunt, & ab eisdem distinguũtur. Q uo ad verba contextus { vas } pro loco sumpsit, quod manifestum sensui atq; euidenter differt ab eo, quod capit. φ aliud est ab his, quæ recipit, ideo nihil est eorum, quæ collocantur in ipso. Si ergo id admittitur, locus à materia, atq; à forma diuersus erit, immo prorsus quicquam aliud erit: quippe formã & materies sint illius partes, quod loco continetur. Hæc nunc adiecit, φ quæ cõpetunt per se loco prius explicaturus est, quasi hoc inter alia maxime conueniat loco, s. distingui ab eo, quod comprehendit. Cæterum vndiq; cum rationibus de loco finem fecisset, subiungit, hæc { sunt dubitata, } idque minime facit, φ nihil hactenus sit demonstratione cõclusum, quoniam hoc modo plura dicta sunt, sed id potius, vt ostendat, qũo num sit locus merito dubitatum sit, cum illius natura quam difficile comprehendatur. Com. 35. Ex solutione dubitationis Zenonis deducitur locum non esse materiam, vel formam.

CAP. IIII.

Qvid autem tandem sit locus, sic vtiq; fiet manifestum. Accipiamus autem de ipso, quæcunq; videntur vere secundum se inesse ipsi. Censemus igitur locum esse primum quidem, quod continet illud, cuius locus est: & nihil ipsius rei esse: Amplius, primum locum neq; minorem esse, neq; maiorem: Praterea, neq; deseri ab vnoquoq; separabilem esse. Ad hæc autem, omnem locum habere sursum & deorsum, & ferri natura, & manere in proprijs locis vnumquodq; corpus. Hoc autem facere aut sursum, aut deorsum. Suppositis autem his, reliqua speculari oportet. Tex. 30. Tex. 31.

Conuersus deinceps ad inuestigationem loci, quoniam sermo eius vndequaq; visus est cognitu admodum difficilis, vt solitum est inueniri definitiones, quæ suapte natura occultę sunt, sic ex his præcipue, quę loco cõueniunt, eiusdem definitionem colligere enitetur. Q uocirca sibi sex quasdã dignitates, aut effata cõmuni opinione & consensu approbata, & dictis dudũ commonstrata de loco, prius sumit. Q uorum primum hoc maxime statuere, Locus continet ea, quæ in ipso sunt. quod ea similitudine patet, quam gerit cum vase. verum contentus, exẽplis idem meruit obseruandum, videlicet illud existimari locum oportere, quod primo continet. Q uid amplius? Omnino id, quod Com. 36. Locus primo praehendit ea, quæ sunt in loco.

quod in aliquo est, ab eodem contineri videtur. Secundum pronunciatum. Locum nec quicquã esse eius, quod capit, Id.n.iam dudum insinuauit, quibus illum nec materiam nec formam esse probauit. Tertium, Primum, omninoq; proximum locum nec minorem, nec maiorem, imo æqualem illi esse, quod complectitur. Si nanq; maior fuerit, non illius tñ erit locus, si minor non erit eius totius locus. Quartum locum ab vnoquoq, de relictum vndiq; non esse, separabilem tñ. Idest nunquam corpore abstractus, atq; omnino auulsus, qui & si semper aliquod corpus comprehendat, tñ seiungi atq; subsistere seorsum ab eo potest, quod circunscribit. Illud vero, locum. s. nunquam fore sine aliquo corpore, forte vacui euertẽdi occasione confisus dixit. Et hæc verba quicquã plus indicant, quasi vsurpent nonnulla, quæ magis videntur ad euertendum vacuum pertinere. Verum aliud scripturæ exemplar extat huiusmodi.

Locus nihil est eius, quod continetur in loco. Locus æquatur locato, nec maior, nec minor est eo. Locus non est separabilis à locato.

» {Adhuc neq; deseri ab vnoquoq; & separabilem
» esse.} quod quidem exemplar apertum est. Aequale.n.est deseri & separabilem esse: quasi dicat, eum esse locum, qui ab eo, quod recipit, deseritur, & separari potest.

Quintum loci pronuntiatum est,

Idem differentias, supra scilicet & infra, habere.

Quod quidem non ea de causa ait, vt idem ambas teneat differentias, quia opposita simul concurrere nequeunt. vel vsus est, coniunctione, Et, pro disiunctione hac, vel: quasi dicat, omnem habere locum supernum, vel infimum.

Loci differentiæ sunt infra, & supra.

Etiam Homerus contra sibi disiunctione, vel, pro coniunctione, Et, his verbis vsurpauit,

Iuuenis vel Senex,

Pro hoc Iuuenis, & Senex. Dixit item omnem locum forte pro hoc, naturam loci distingui supremo & infimo, & minimo vnumquemq; locum. At cur harum tantum loci differentiarum meminit, cum prius hæc dixerit. {Hæ autem sunt loci partes & differentiæ sursum & deorsum &

Vel coniunctio apud Homerum nonnunquam sumitur pro &.

» reliquæ distantiarum sex.} Nisi quia supra & infra præci-
» pue sunt loci differentiæ, quæ corporum naturalium, quæ naturalium sunt capaces, at aliæ sunt propriæ animalium & partium eorum, quæ habent ante & retro dextrum atque læuum, & eorum, quæ habent propensionem & inclinationem ad eas. Sextum pronunciatum est.

Vniuersa corpora propria loca petunt, in bisq; quiescunt, ad quæ moueri & proficisci eis natura comparatum est. Adiecit autem hoc natura} quasi dicat, secundum eorum naturam, quod quidem euidens est. quoniam terræ quædam glebula deorsum properat, cum præsertim non vi, sed suapte natura mouetur, & vbi locum obtinuerit sibi peculiarem, figitur & manet. Eodem modo supremum locum ignis petit. Peculiares.n.corporum naturalium differentię hæ sunt {Sursum & Deorsum} ob eam, quam adduximus causam. Eædem præterea (vt dicitur libro de Generatione rerum) magis sunt hi quidam casus naturalium corporum, & nequaquam eorum, quæ impetu & appetitione animi impelluntur mouentur. His ergo prius assumptis & postulatis, deinceps inquit, nobis quasdam regulas sumentibus consideranda sunt reliqua. Verum sciendum est Theophrastum & Eudemum inter prædicta pronuntiata de loco, id etiam enumerasse. Locum immobilem esse. Sed cur hoc Aristoteles prętererit, vbi assignabit discrimen inter vas, & locum, tradet.

Ad propria loca omnia naturaliter feruntur, & in ipsis manent.

Locũ esse immobilem pronunt Theophrastus, & Eudemus.

Oportet autem tentare, considerationem sic facere, vt ipsum quid est reddatur, vt & quæ dubitantur, soluantur, & quæ videntur inesse loco, insint. & amplius ipsa difficultatis, & earum, quæ circa ipsum dubitationum, causa sit manifesta. sic.n. pulcherrime demonstrabitur vnumquodque.

Posteaquam sibi sumpsit ea, quæ videntur rei quæsitæ cõmuni consensu conuenire, his tribusquoq; opus esse ad tradendã diffinitionem loci, vt nullum remaneat dubium. Vno, vt ea, quæ cõmuni intelligentia probantur, hæc ipsa propositæ definitioni inesse palam videantur. Altero, vt diluantur omnia quæ ne locus esset vocabant in dubium. Tertio, vt constet perspicuo ex tradita definitione causa difficultatis eius, si sit difficilis. Nam hoc indiciũ signumq; euidens magnum momentum affert, vt credatur in hoc libro, naturam loci omnino exprimi atque explicari. *Cõm. 37.*

Primum igitur considerare oportet, non quærendum fuisse vtiq; locum, si non motus aliquis secundum locum esset. Propter hoc.n. & cælum maxime in loco putamus esse quia semper est in motu. Huius autem aliud quidem est loci mutatio, aliud vero augmentum & decrementum. Etenim in augmento & decremento transmutantur. et quod prius erat hic, iterum translatum est in maius, aut minus. Est autem id quod mouetur, aliud quidem per se actu, aliud vero per accidens. Eius autem, quod secundum accidens, aliud quidem potest moueri per se, vt partes corporis, & in nauigio clauus: alia vero non possunt, sed semper secundum accidens, vt albedo & scientia. hæc sic transmutantur secundum locum, quia id, in quo sunt, transmutatur. *Tex. 30.*

Cum cões de loco cõceptiones prius accepisset, & qualis tradenda sit definitio eius nos docuisset, quæ deinceps vt primo videamus quæ proprie contineãtur loco, dehinc quid sit locus cognoscamus, admonet. At quæ ꝓprie loco claudantur ex his, quæ ad locum proficiscuntur, maxime inueniuntur. Nam ex eo nouimus locũ, ꝙ vicissitudinem quandam & successionẽ corporum in eodẽ loco vidimus. Vnde ex his, quæ mouenť ad locum totidẽ conceptiones eius & notiones ĩueximus vnaq; introduximus. Videlicet, *Cõm. 38.*

Locum maxime cognoscimus ex his, quæ mouẽtur per locum.

1 Locum esse quicquam aliud ab eo quod capit.
2 Aequalem esse eidem,
3 Separabilem,
4 Differentias sursum & deorsum habere,
5 Ad has corpora ꝓficisci & in his qescere, aut manere.

Quare has multas notiones in vnam eorum causam reduxit, ad motum videlicet, qui ad locum dicitur. Duas item vtcunq; motus ad locum species esse, lationem, s. quæ tantum & absolute motus ad locum affirmatur, & incrementum, aut auctionem, & diminutionem tradit. In his nanq; id, quod, prius, verbi causa, palmũ è terra eminabat, transducitur ad minus vel maius spatium loci, vt in auctione ad maius, in diminutione, ad id quod est minus. Ex his ergo tribus translationibus loci notionem attigimus. Si.n. omnia corpora quiescerent, re veraq; non ex alio in aliud traducerentur, neq; obsiderent occuparentq; locum, neq; desererent, vnde nobis orta atq; suscepta fuisset loci notitia? Cum igitur decreuit ex his, quæ ad locum profitiscuntur locum inuenire, diuidit primũ ea, quæ mouentur cum in ea quæ per se mouentur, tum etiam in ea, quæ per accidens: & quæ per se mouentur, actu mutabilia dicit, quasi vnumquodq; corpus sit integrum absolutumque quod ex loco ad locum velut cum ad meum concedo locum, & nauis cum pelagus mareq; pertransit, sese confert. Ea vero per accidens sunt, quæ in his insunt, quæ per se mouentur, aut tanquam partes, vt manus & nauis clauus: vel tanquam accidentia, vt albedo, & scientia. Et hęc inter se dissentiũt. Quanquam.n. partes per se non alio transferantur, cum in vniuersum coeunt, propterea ꝙ ea, quæ per se mouentur & locum mutãt, necesse est, vt sint perfecta, & penitus absoluta, tñ ab ipso toto seiunctæ per se moueri queunt, quare dum vna cum ipso toto mouẽtur actu, s. tum, ipso mouentoue,

Motus qui fit per locũ duas habet species.

Moueri per se quidnã sit.

Moueri per accidens quæ dicantur.

Quæ per accidens mouentur, alia contingit per se moueri, alia semper per accidens mouentur.

mento-ue, aut tempore mouentur per accidens, sed potentia, i. dehinc per se moueri possunt, at quæ accidũt his, quæ per se alio petunt, & nequeunt per se moueri, idq; minus potentia habet, vt albedo & scientia. Non. n. hæc separata per se moueri queunt, quod neq; omnino separari valent. Sed sic eodemq; modo mouentur & transmutantur, quia id, in quo inhærent, mutatur, aliter vero nequaquam nec actu, nec potentia possunt. Quę igitur, cum sic se habeant, ex his, quæ per se mouentur, minime vero ex his, quæ per accidens, locus sumendus sit. Nisi vtique, cum habeant potentiam vt per se moueantur, aliqñ fiant actu vt partes à toto separatæ, & ex se fuerint circũscriptæ. Tum. n. locum per se occupabunt. Et tantũ vtilis est nunc diuisio eorum, quæ per accidẽs mouentur, vt vel hoc maxime pateat quædam collocari per accidens, vtpote quæ migrant ad locum per accidens. Quæ. n. possunt, veluti partes, sibi locum per se comparare, hæc possunt aliqñ etiam moueri per se, & eodem modo collocari. Quibus vero accidit solum moueri, hæc proprie ad locum accedere & in loco esse nec dici, nec æstimari par est. Sed illa sola proprie locari dicuntur, quæcunq; absoluta attigua quibusdam sunt, sed minime continua. Hæc. n. suapte vi & natura mouentur. Quod demum ea, quæ mouentur per se & collocantur oporteat esse à cæteris absoluta, manifestum est. Perspicuum quoque fit, q aliquid attingat, nisi. n. illud sit totum quod extra se nihil habet, prorsus necesse est vt alicui sit attiguum, quod si totum fuerit, profecto sedem non mutabit è sede quam obtinet, verum illud quod vndiq; attiguum est, ab illo contineur quod sibi haud continuum est. Primo igitur collocatur id qđ per se alio ducitur & impellitur & tangit aliud continens sui æquale, atq; à cęteris absolutum. Vt ergo eo redeam vnde defluxit oratio, ex his, quæ ad locum tendũt per se ibiq; eodem modo morantur, loci definitionem colligere possumus. Terminus. n. eius, quod tangitur, quæ ad locum eum continet. Sed illud locus dici debet, à quo quę ad locum accedunt, continẽtur. Terminus itaq; eius, quod tangitur & continet, quę illud cõfluunt, locus est. Eodem pene modo se habet motus, qui ad locum dicitur, quatenus terminatur ab eodem. Verum non quodcunq; mutãs locum augendo aut diminuendo, vel assumendo, vel relinquendo, quanquam secundum locum dicatur, debet sic dici in loco esse, quia non totum mutat locum. Hæc est verborum sententia. Postremo dicet ea de causa cęlum nobis collocandum esse in loco, q eius alia atque alia pars mota aliam atq; aliam positionem mutat.

Quæ p se sunt per se moueri aliquando possunt. Quæ per accidens tantum mouẽtur, nunquam per se mouentur.

Loci definitio accipitur ex his, quæ per locum mouentur.

Tex. 33. *Quoniam autem dicimus esse in cælo, vt in loco, quia in aere, hic autem in cælo est, et in aere autem non toto, sed propter vltimum ipsius & continens, in aere esse dicimus. si. n. totus aer esset locus, non æqualis erit vniuscuiusq; locus, & vnumquodq;. videtur autem æqualis esse, talis autem est primus, in quo est. Cum igitur non diuisum fuerit quod continet,*

Tex. 34. *sed continuum, non vt in loco dicitur esse in illo, sed vt pars in toto. cum vero diuisum esse, & tangens, in primo quodam est, vltimo continentis, quod neque pars est eius, quod in ipso est, neque maius spatio, sed æquale. in eodem enim sunt vltima se tangentium.*

Com. 33. Hactenus quæ ad locum accedunt per se, quęque per se in loco firmantur cum determinasset, propterea quod ea esse oportet substantias corporeas, vniuersas, absolutas, & quæ ab alio similiter contineantur, vt sit in partibus, ab eo etiam, qui communior & latior locus dicitur, nũc sermonem refert ad illum, qui primo & per se dicitur, vt ostendat, eidem conuenire illa pronunciata, quæ supra recẽsuimus. Solitum itaq; est nos dici in cęlo collocari, i. in mundo, quod ab eodem continemur, perinde ac contineantur corporea, quæ loco proprio continentur. verum proxime in cęlo non sumus. neq; cęlum est nobis proprius locus, sed propterea quod hic in aere ponitur, ideo in cœlo esse dicitur, simili quoq; modo in aere locatur, q non in vniuerso aere est, sed quia est in proxima aeris parte, quæ illum continet, cuius merito etiam fertur esse in aere. Quod vero ambitus aeris vniuersus non sit eius locus, vel hoc vno maxime comprehenditur, q locus æqualis est rei collocatæ. Sin vero, non foret locus. Extremum. n. nos continentis æquale nobis existat oportet, in quo etiam primo sumus. Nonne igitur locus est extremum continentis, proximum rei, quæ cõplectitur? Vel quicquã adhuc definitioni adijciendum est, quod etiam adiungit his verbis. {Cum igitur non diuisum est quod continet, sed continuum, non vt in loco dicitur esse in illo, sed vt pars in toto: cum vero diuisum est & tangens in primo quodam est vltimo continentis.}. velut in loco. Et his ostendit discrimen inter ea, quæ sunt velut in toto, & ea quæ sunt velut in loco, quemadmodum etiam paulopost ostendet, quæ mouentur ad locum differre ab his, quæ mouentur vna cum ipso toto. Verum Alexan. putat his commonstratum fuisse, partes, vtpote continuas toto, in loco cõstituto non per se ibidem collocari, sed toto velut in loco consistere. Atqui opinor illum de diuisione cõtinuationeq; continentis cũ illo quod locatur, hæc dixisse. {Cum igitur non diuisum est quod continet, sed continuum.} & rursus. {Cum vero diuisum est & tangens.} Verbis proinde & sententię opinor magis consentaneum fore, si hoc modo intellexerimus, Quòd, cum ipsum continẽs continuum fuerit rei, quæ continetur, tum res, quæ continetur est velut in toto pars: at, cum fuerit diuisum, sic tamen, vt attiguum sit, tum quod continetur in extremo continentis erit velut in loco, & in eodẽ primo. Huic proprie loco itaque pronunciata, quæ prius sumpsimus, cõpetunt. Hæc præcipue, Primum locũ quicquam non esse eius, quod loco comprehenditur. Nam extra ipsum, quod capitur, est. Secundum locum æqualem esse illi, quod continetur. Quod his sane indicauit. {In eodem. n. sunt vltima se tangentium,}. i. termini continentis & rei, quæ continetur. Quòd, si diceret in eodem esse velut in loco, profecto per accidens dixisset. Non. n. superficies per se in loco sunt, immo neq; velut in eodem subiecto, q vnaquæq; suum proprium subiectum habet. Item neq; alia significatione eius, quod in aliquo dicitur superficies dicuntur esse in eodem. Magis porrò illud {in eodem} pro hoc {simul} intelligendum sit velim. Illa. n. dicuntur quoq; per se in eodem, inter quæ nullum est medium. Quocirca is modus existendi quicquam in aliquo videtur in ea superiore enumeratione significationũ eius prætermissus. Nam quæ mutuo cohærent, & molem nec vllam reddunt, nec medium aliquod habẽt inter se, in eodem esse dicuntur. vnus. n. oritur finis his, atq; euenit, quæ mutuo sese tangunt, quia non habent quo ad illum intercapedinem vi etiam fit vnum in his, quę continua sunt. Eiusmodi ea dicuntur, quæ inter se vllum medium terminum actu existentem admittunt. Hoc igitur modo id {in eodem} pro {simul} intelligit, & hunc modum quicquam existendi in aliquo præter enumeratos esse fatetur. At Aspasius {in eodem} interpretatur pro hoc velut {in loco,} quo pacto asserebatur amphora vini in seipsa fuisse, quia pars in parte. Superficies quoq; eius quod collocatur in loco est, quod vna est cum illa loci, quod ibi nulla superest oriturq; altitudo. At si vna, quonam pacto in aliquo erit, nisi velut in corpore continentis?

Loco proprio non est corpore continetur.

Loci definitio excipitur.

Horum quæ in loco, & in toto sunt discrimen.

In eodem duplicter accipi potest.

Esse in aliquo per commissuram.

Et

Et cum continuum sit, non in illo mouetur, sed cum illo. Diuisum autem, in illo. Et siue mouetur continens, siue non, nihil minus. Amplius autem cum non diuisum fuerit, ut pars in toto dicitur, vt in oculo visus. & in corpore manus. Cum autem diuisum fuerit, vt in cado aqua, aut in dolio vinum. manus.n.cum corpore mouetur, aqua autem in cado.

Cõm. 40. His quoq; arbitror illum ostendere, ꝙ nequaquam decet id, quod loco capitur, continuum esse eidem, immo seiunctum, quod ostendit motu, qui fit in loco, modo id moueatur in loco, à quo continetur. At continuum non mouetur in suo continente, sed vna cum illo. Cum igitur diuisum fuerit à continente id, quod locatur, in loco esse dicitur. Tum.n. mouetur in continente: siue moueatur continens ipsum, velut vas, siue non, qui est proprie locus. Aspasius tamen id, quod in loco moratur, vel mouetur, velut id, quod fluctuat, agitaturue, vel quæ in orbem vertitur, aquam esse dixit. Equidem patet vas ipsum totum non dici locum, sed superficiem concauam ipsius cadi, vel ipsius dolij. At qui id quoq; adduci Alexander opinatur ex quo ostendat partes continuas non esse in loco, siquidem quod est in loco in eodem moueatur interdum, & id, quod in toto consistit, minime mutetur. Pars inquam continua in ipso toto agitatur, sed vna cum illo. Hoc itaq; modo interpretatur hęc ad contextum sequentem vsque, qui huiusmodi est. {Iam igitur manifestum ex his, quid est locus,} quæ verba eadem esse cum prædictis affirmat. Dupliciter prętерea scripturam damnat, primo legit hæc quorum sic est initium. {Amplius autẽ cum non diuisum est,} & cętera, quæ intelligenda esse ducit de discrimine eorum, quæ mouentur in loco & eorum, quæ sunt in toto. Deinceps legit priorem & facit illam secundam, vbi incipit, {Et cum continuum sit, non in illo mouetur.} quæ de differentia eorum, quæ mouentur in loco contra partes quæ in suo toto mouentur. Hæc quoq; possunt breuiter dici cum suis exẽplis, vt prima sint ea, quæ dicuntur in suo. toto esse velut in loco collocari, reliqua vero de his, quæ simul cum toto mouentur, vel in loco. Ea enim, quæ continua sunt, in aliquo, velut pars in toto consistunt, vt pupilla in oculo, aut manus in corpore, quę vero diuisa sunt, velut in loco sunt, aut in vase ponuntur. Verum & si ambo exempla de vasis fecit, quoniam dixit {Cadi, vel dolij,} forte tamen cum dixit vinum in dolio exemplum eius, quod est in loco, posuit, & cum dicit. {Aqua autem in cado} exemplum eius affert, quod mouetur in loco. Nam, cum extrahitur cadus è puteo, tum aqua in eodem agitatur: quare interdum confert ea, quæ sunt in loco, cum illis, quæ sunt In suo toto, interdum vero ipsa, quæ mouentur. Idq; facit, vt separentur hæc, quæ locantur, ab his, quæ in suo toto ponuntur. Aspasius autem posteriora penitus omisit.

Vas non est totus locus, sed concaua vasis superficies.
Partes continuae nõ sunt in toto.
Illorum, quæ mouentur in loco, & eorum quæ cum toto mouentur differentia.

Tex. 35. *Iam igitur manifestum ex his, quid sit locus. Quatuor.n. fere sunt, ex quibus necesse est locum vnum aliquid esse. Aut enim forma est, aut materia, aut spatium aliquod medium inter extrema. aut extrema, si non est vllum spatium præter inexistentis corporis magnitudinem. Horum autem, quod tria non possit esse, manifestum est.*

Cõm. 41. Cum eo venerit, vt intelligeretur locus esse continentis terminus, atq; cum sit cõtiguus rei quæ continet, ab ea esse separatus: quocirca etiã eius est continens, & est æqualis, quicquam etiã aliud ab ipsa, quæ sane inter dignitates, aut pronũciata de loco maxime principalia sunt, subiungit ex dictis iam clarum esse quid locus sit, q̃a locus nil aliud est, quã {Terminus continẽtis, qua continet id, q̄d continet.} Quod vero non secus sit, diuisione tentat probare, & sibi sumit argumentum ex diuisione, quæ ex pluribus appellatur, quæ est huiusmodi. Verbi causa, aut est primum, aut secundum, aut tertium, aut quartum: sed neque primum, neq; tertium: est ergo est quartum. & dicit esse quatuor, ex quibus vnum locum esse necesse est. Vel.n. forma, aut materia est eius, quod est in loco, aut interuallum quoddam, quod est inter extrema continentis. Quod nonnulli & Priorum, vt Democritus, & posteriores, vt Epicurei, Stoici, & alij putarunt Platonem idem affirmasse, censuerunt, aut demum est terminus continentis. Si ergo nihil trium præcedentium, vt demonstrabit, locus dici potest, Reliquum igitur locum affirmari oportet. Interuallum autem Epicurus & Democritus sic vacuum esse asseruerunt, vt aliquando corpore impleatur, aliquãdo autem vacuum relinquatur. Platonici vero & Stoici inane ita probant, vt corpus semper contineat, à quo etiam sit alterum, atq; distinctum, sed eodem sic semper refertum, vt nunquã inane penitusq; vacuum relinquatur, Hoc aduerbium {fere} inseruit verbi contextus quãdoquidem non videatur adnectere necessitatem diuisionis. Quocirca & si haud manca videatur diuisio, tamen demonstratio debilis est, & tentabimus necessitatem inuenire. Hoc.n. modo ipsum aduerbium {fere} magis quandam Philosophi cautionem quam incertam rei notitiam indicabit. Sed hæc sit necessitas ratione deducta. Si illud itaque, quod mouetur per locum, mutatur per locum, oportet illud esse locũ, qua mutatur illud, quod mouetur per locum. Mouetur vero illud, quod per locum mutatur vel in quodam eorum, quæ sunt in ipso, in aliquo existentium proxime circa ipsum. Quæ autem sunt in eo, quod mouetur, materia & forma sunt, præter quæ nihil: proxime autem circa ipsum existentia sunt terminus eius, quod continet illud, atq; interuallum. vel spatium, quod est inter illum finem, & terminum. siquidem eiusmodi est, & nihil aliud est præter hæc. Si quis ergo locum quicquam esse affirmari vult, horum quatuor vnum affirmare oportet. Si ergo nihil trium præcedentiũ, neq; videlicet materiam, neq; formam, neq; interuallum quendam esse demonstrabitur, Patebit itaq; locum esse terminum continẽtis. Cæterum cur non dixit vel extrema, sed hæc expressit, {Si non est vllum spatium præter inexistentis corporis magnitudinem?} Nisi forte quia duarum opinionum videtur magis verisimilis hæc, quæ locum vel formam, vel materiam esse affirmat. Vel ob hanc causam, quam veriorem opinor, quia supra multis argumẽtis cum formam, tum etiam materiam à loco distinxit & seiunxit. quare, si confutabitur locus esse interuallum, prætermissis alijs quæ in diuisione recepta fuere, restabit, inquam, locum esse extremum, vltimumq́ue continentis.

Loci definitio
Stoici & Epicurei quid esse locum dicant.
Platonici quid locum dicant.
Fere significat porius philosophi cautionem, quam dubium aliquid.

Sed propterea quod continet, videtur forma esse. in eodem enim sunt extrema cõtinentis et contenti. Sunt igitur vtraque termini, sed non eiusdem, sed forma quidem, rei: locus autem, continentis corporis. Ex eo autem quod mutatur sæpe, manente continente, contentum & diuisum, vt ex vase aqua, ipsum medium esse aliquod videtur spatium, tanquam aliquid sit præter ipsum corpus translatum. Hoc autem non est, sed quoduis incidit corpus eorum, quæ transferuntur, ac tangere apta natura sunt. Tex. 36.

Cõm. 42. Causas affert, quibus locus existimabatur esse aliquid eorum trium, quæ diximus. Rursusq; docet hanc existimationem haud rectam esse & ostendit modos & differentias eorum. Primum ergo de forma agit, quod locus continere id, quod collocatur, apparet: At forma id continere videtur cuius est: Itaque locus forma dici non immerito videbitur. Idq́ue præcipue, ꝙ in eodem forma continentis & rei, quæ continetur, finis esse videtur. Etenim si hæc

Locus ac forma quomodo conueniant & differant.

componantur

componantur connectanturque inuicē, quia sunt absque profunditate nihil plus efficiunt. Sed quod forma ac terminus continentis differant perspicuum est: quippe alia sit terminus eius quod collocatur, & alter continentis: quod si quod locatur differt à loco forma quoque ac locus distinguētur. Et, quia supra pluribus commōstrauit locum non esse formam, satis habuit modo discrimen inter ipsos continentis & rei quę continetur terminos, demonstrasse. Deinceps autem causam affert, cur locus censebatur esse quodā interuallum inter terminos continentis. Cum.n. loci notitiam assecuti simus è uicissitudine corporum, quæ in aliū atque alium locū & sæpe in eundem sese recipiunt, profectò ex eadē coniicere potuerunt veteres locum esse quoddam interuallum aliud à corporibus receptis, quod interceptum sit terminis cōtinentis. velut causę superficiei ipsius dolij quodque cum vacuū sit, corpora recipiat, quæ uicissim in eodē succedūt, & ab his est seiunctum. Etenim idē loco cōpetere videt: quibus absolutis deinde causam cur aberrarint, affert. & cōfutat rationē & demit tale interuallū. Pandit itaque causam, qua in errorem inciderint, quoniā vbi primū exierit aliquod corpus ex quodā interuallo, aliud prorsus in eodem succedit. vnde interuallū corporū ad locum transferūt, perinde ac idem sit locus, quasi vbi prorsus nullum corpus successerit una sit, (velut tuas interdum frangitur,) exeūte priore periturum. Huic persimile in vtribus fieri videmus, qui primo quoque tēpore vacui facti concidunt & cōprimūtur, nos intercapedinis nihil esse cēsemus. Proinde in aere haud similiter mei corporis interuallum apparet permanere. nā illico, si me alio contulero, superficies continens me cōfundirur, & in vnū euadit, seque quasi conciliat, nunc vero quia aliud ingreditur corpus quod potest tangere continēs, cum quo tamē nō continuū fit, videtur permanere interuallū. Ob id.n.
30 adiecit hæc, {Ac tangere apta natura sunt,} sed non in vnū connectuntur copulanturue. Quæ enim in vnum fiunt, vt aer cum aere coniunctus, & aqua, ita nequaquam in loco esse dicuntur, neque in vasa si ita copulentur, desinit.n. tum locus esse, cum diuisus fuerit ab eo, quod est in loco. Quòd vero semper aliquod corpus succedat exeūti, indicio vel maxime sunt angustiæ vasorum & quæ appellantur clepsydræ, quæ haud exitum aquę dant permittūtque, nisi aer exeūtis aquæ regionem occupet. At Galenus huic obuiā cum venisset refragarique studuisset, statuamus postulemusque illico sublata aqua nullum aliud corpus adire, manet itaque interuallum quoddā superficiei uasis separatum. Sed eius postulatio absurda est, qm̄ id, quod venit in dubium petit. Quærentibus enim nobis ne sit spatiū & interuallum quoddam separatum, ipse non demonstrat eam esse, sed fingit & depingit sibi illam. Sed prorsus qui hæc asserit, quæ fieri nequeunt, petit. Vt enim fieri nequit, quin, vbi corpus fuerit quoddam spatium aut interuallū sit, ita fieri non potest quin corpus sit existente interuallo. Nam id in eo est. Quocirca, cum petat non collocari corpus in vase, tñ ibi adesse interuallum, profectò petit vtrunque, corpus videlicet in eodem æque esse ac non esse. Sed postulemus hæc, si placet, in corporibus atiguis, quę caua non sint, in quibus vbi fuerit sublatum id, quod tangitur, nullum ipsorum corpus tāgetur. Patet igitur, dū hoc tueri nititur, inane efficit & affirmat, haud tñ demōstrat. Sic ergo & in cauis vasibus fit: etenim horum semper aliqd tāgit: non enim mutant naturam propterea quæ talē figuram habent. Vt igitur de hoc dicimus, quoniā si fieri hoc potest, scilicet quoddā spatium esse sine corpore, esset profectò vacuum, quod cum non sit, vt demonstrabimus, quod fieri nequit, vt aliquod penitus secedat tangens, & succedat aliud eius vice, quod tangat ipsum: sic etiam de vase dicimus. Equidem quædam tum nobis euenit interualli ab omni corpore separati cogitatio, cū animo cogitationeq; abstulerimus qualitates, quibus aqua, aut vinum, aut quicquam aliud constat, & comperimus spatium æquabū corporū perinde quicquam aliud sit ab eis, quæ in eo erant, quod etiā idem cum vnoquoque illorum esse videbatur, ob ęqualitatem, ac posse accipi apparet sine illis, velut vini spatium & aquæ sine aqua cū qua erat. At quod petit, sublato corpore quod intra iacebat, nihil succedere, uacuū profectò inuehit in naturā ac rerū numerū. At siquis concēderet esse interuallum in vniuerso mūdo, haud tamen vacuum esse, fieriq; quod semper aliquid in eodē est, quia exeunte corpore semper quicquam aliud corpus ingreditur, & ob id tollitur vacuū, quod sane interuallum est locus, profectò quādam aliam petitionem suscipit, quæ alias postulat cōfutationes, si tolli debet. Sed præcipue contra talem Aristot. prouinciam occurrendi sumpsisse videtur.

Si autem esset aliquod spatium aptum natura, ac manens in eodem loco, infinita vtique essent loca. Translato enim aere & aqua, idem facient partes omnes in toto, quod nunc tota aqua in uase. Simul autem, & locus mutabitur. Quare erit loci & alius locus: & multa loca simul erunt. Non est autem alius locus partis, in quo mouetur cum totum uas transfertur, sed idem. In quo enim est vicissim transferūtur aer, & aqua, & partes aquæ sed non in quo fiunt loco. quē pars est eius loci, qui est locus totius cæli. Tex.37.

Cum supra retulisset quæ spatium, intercapedinemúe locum nobis esse persuadebant, causasque adiecisset, quæ illos fefellerunt, nunc sese conuertit ad cōfutandā petitionem: argumentum aliquo modo obscurius exprimēs, sed necessitas argumenti ex consequētia, vt pote illa, quæ fieri solet in secundo modo, quo cōnexum sic deducitur. Si locus quædam interualli seorsum permanentis & non insidentis in aliquo corpore, natura est, proculdubio tria incommoda, atque absurda ex eo emergēt. Infinita.n. erunt loca, & Locus in loco mutabit, quare loci erit alius locus. & Plures loci simul erunt. sed hæc fieri nequeūt. huiusmodi ergo spatium non erit. Connexum apparebit verum, si statuamus vas quoddam aqua vel aere refertū. Quod sic transfertur de loco ad locum, vt proprio motu videatur moueri in eodē id, quod fluctuat, vel circumuoluitur. Si ergo insperium aquę vndique fuerit interuallū, si trāsmutetur aqua vel aer, idē certe efficiēt partes, quæ sunt in ipso vniuerso, Vt.n. in successione illa vicissitudinaria corporū cū eò successit aer, vbi prius insidebat aqua, intelleximus locum vt diximus, sic etiam vicissim succedentibus partibus dum in eodē vase volutantur, vnaquæque locū vicissim & seorsum capiet: quippe cum vniuersū interuallū sit in singulis aquæ partibus receptum imbibitumque. Qui enim faciunt locum terminum continentis, hi totum per se collocant, partes vero per accidens, quòd illæ non continentur à loco proxime.

At qui interuallum vndique includunt, partiū vniuersi quasique ingerunt, hi nō affirmare non possunt partes interualli esse proxima loca partium corporis volutati, quod unaquaque suum possidet spatium. Sed quæ proxima tenent loca, hæc (vt prius demonstrauimus) discreta, abiūcta quæ sunt. Abiuncti namque sunt loci. Si ergo continui partes abiunctæ sunt, de quo quia per se moueantur certiores nos sumus, profectò infinitæ partes, innumerabilesque loci erūt. Cæterum vice horum verborū quod partes post hæc non essent continuæ cum toto, sed per se in loco essent,

Locus videbatur interuallum quod inter fines continentis intercedit.

Corpore è loco egrediente eius locū alterum corpus subit, quod etiam distantiam habet.

Clepsidræ aquam nō effundunt nisi aer ingrediatur locū eius. Separatū interuallum spatium esse quod intra uasis superficiē, adseruit Galenus.

Interualli separati [illegible]

[illegible]

essent, hæc protulit, {Idem facient partes omnes in toto, quod quidem vniuersa aqua in vase.} At tota aqua mutabat per se. quare in loco erit etiam per se discreta & diuisa. vnde loci interuallum in causa fuit, vt partes per se mouerentur & eodem modo collocentur, quæ cum per se moueantur, vt diximus, distinctos locos sic habent, vt singula suum agnoscat & teneat. quæque, cum per se locentur, actu, infiniti atque innumerabiles loci modo sunt. Sed, quoniam nunc de loco differitur locorum infinitatẽ, & non partium velut absurdum intulit. Vnde, si infiniti loci, aut infinita interualla sunt multitudine actu, in cyatho quoque erit magnitudo infinita. Similiter dicendum est de partibus innumerabilibus, quę sunt in locis infinitis. Infinitum enim est magnitudine ex infinitis multitudine magnitudinibus constans. Concluditur itaque in eodem interuallo infinita esse loca, si locus fuerit interuallum illud à veteribus defensum. Sequitur præterea illud absurdum secundũ, vt diximus, quo insinuabatur locum ad locum proficisci: quare loci quidẽ alius erit. Si enim alio veheretur vas, quòd in seipso habet spatium illud, profecto idipsum spatium erit in illo, in quo erit vas. quo pacto loco dabitur locus, quod à ratione est longe alienum. Tertium quoque deducitur, scilicet multos locos simul fore. Vas enim, si transferatur, una etiam interuallum finibus eius comprehensum, transferetur, & tum occupabit aliud ęquale interuallũ. quare quæ in vasibus erunt nihilo secius eadem interualla, spatiaque habebunt, vt à principio, quæ sane interualla loci appellantur, & iidem sunt, ad quos sese conferunt, quæ mouentur. quo fit, vt complures loci habeantur simul cum pluribus aliis eiusdem corporis. At nonne eadem absurda sequuntur eos, qui tradunt locum extremũ continentis esse, aut nullo modo, quod alio translata amphora aquam in ea collocatam, vel eius partes aliũ recipere locum minime diceremus, quia eodem loco potiuntur, minime quæ alio secedunt ac vbi prius erant, eo scilicet modo, vt videatur spatium in spatio collocari. Quoniam igitur pacto si merũ eundem locum occupat & secundũ se vniuersum & suas partes, ex Thaso Athenas proficiscetur? Sed neque mouetur per se, quia manet in amphora. quod vero alio vehitur aut asportatur amphora est, in qua vinum positum erat. quapropter nec merum, nec eius partes per se mouentur, sed per accidens. Verum quoties hæc mouentur, non alium petunt locum, sed in eodem agitantur & fluctuant dolio. At, si locus admitteretur esse quoddam spatiũ, corpora illa, quæ vasa replent, simul cum vasibus per se aliò veherentur, & eorum partes vna cum illis seorsum spatium obtinerent aut mutarent, quo pacto alium atq; aliũ non per accidens locum ingrederentur, quorũ vnusquisq; locus pars maioris & rursus maior maioris, idque ad maximum locum & interuallum quod cœlũ complectitur. statuunt enim interuallum quoddam, in quo vndique vniuersum est quasi distributum, & receptum, & in eius parte putãt semper aliquod corpus ingredi: qua quidem ratione æque locus fit loci pars, vt interuallum interualli, verum hoc extrinsecus. Vide ergo quomodo qui locum esse quoddam interuallum ab amphora non distinctum contendunt affirmare, aut merum moueri per se, aut omnino immobile dicere coguntur, cum illud curru vehunt Athenas. Nam per accidens moueri illud affirmare non debent, quod tradunt æque amphoram atque vinum & partes ipso interuallo contineri. Hæc itaque quo ad fieri potui, pro explicandis verbis Aristot. dicta sint. Cæterum ad Alexand. veniendum est, qui hanc sententiam,

Si totũ vinũ eundẽ locum obtinet & per partes, quõ moueatur à loco in locum, difficile est.

{Et multa loca simul erunt.} hunc in modum explicat: Inquit enim, si locus fuerit interuallum, vasorum interualla simul erunt cum illis locis & spatiis, quæ principio habebantur. Rursus, si vasa alio transferantur, cum ipsis etiam priora loca & interualla mutabunt locum, idque totidem vicibus, quot vasa veherentur aliò. quocirca vnaquæque pars eorum, quæ sunt in vasibus, infinita loca, infinitaque interualla comparabit & habebit: quippe cum toties veheretur, totidem loca acquirat sibi æqualia. Sed quonam pacto hoc à vero non abhorret? Forsitan illi non admittunt interuallum in ipso dolio accidere, qui pugnaciter tuentur locũ esse interuallum, immo aliam, atque aliam interualli partem occupare. quinetiam si quispiam idipsum concederet, non necesse erit, vt illud etiam mutetur, in quo erat ante dolium, quòd in alia interualli parte receptum est. Opinor igitur hæc verba. {Et multa loca simul erunt,} melius multo intelligi posse de his, quę, cum multa fuerint, transmutantur, ac de his interuallis, ad quæ perueniunt, vt diximus. Præterea sequens cõtextus. {Non est autem alius locus partis, in quo mouetur,} dictus est ob absurdum huiusmodi, quod locus erit loci, & quod multa simul loca erunt. quod, inquam, sequebatur, quia aliud est interuallum, quod alio translata aqua secum vehebat, & aliud id, in quo prius erat. Dicit ergo non esse alium, atque alium locum, sed eundem, quoniam nec locus est interuallum, sed terminus continentis, ꝙ interuallum est. Ait ergo, cum vniuersum uas transmutatur aliò, partis locus, qui ducitur simul, nõ est alius ab eo, qui super acquiritur, vt illi affirmant, qui interuallũ locũ esse credunt, sed eundem locum, idest continentis terminum, aqua & acquirũt, cũ vicissim succedũt in illo, quæ si simul essent in eodẽ in eo ipso mouerentur. At, si sola aqua miecta fuerit, eius partes inter sese uicissim mutatæ mouerentur, & in eodẽ loco essent, in quo etiã inuicẽ transmutãtur, & si alio translatum sit vas, tamen in illo non est loco, in quo, vt aiunt, tanquam in ipso interuallo postea est, cũ ad illud peruenerit, quod erat pars ipsius interualli, vt petebatur & postulatum erat. Hoc igitur modo probatur interuallũ locũ non esse. Ad animaduertendum est, ꝙ forte non concluditur locos infinitos esse, quod partes, quę sunt per se in loco, prorsus seiũctas esse oportet & propriis interuallis circunscriptas, & minime ipso toto solũ cõtineri: ideo partes per accidens locum obtinere dicebãtur. Cuius rei causã existimo, ꝙ locus est terminus cõtinentis, in quo partes per se non collocãtur, neque illi appropinquantur, & proximæ sunt. quinetiã aliquis diceret nec ipsum vniuersum per se loco cõtineri, perinde ac vniuersũ loco cõplectatur, sed duntaxat eius sit solus finis. At siquis statueret interuallum locum esse, quem undique ipsum vniuersum occuparet, profecto nil prohibet, quin partes p se locum possideant, quas tamen diuidi necesse nõ est, sed quẽadmodum dicimus eas esse partes, quanquã non sint diuisæ, quinimmo si abiungerentur, tum desinerẽt partes esse. sic etiam, si confessi fuerimus partes continui locũ per se possidere, nõ cogemus eas inuicem secernere atq; separare. Vt enim extant, sic etiam locum capiunt, sunt inquã inseparabiles. Et vel sola forma diuisæ & distinctæ, ceu caput, humeri, brachia sunt, uel solũ potentia, velut quę similibus partibus constant similaria dicta. Cũ ergo locus cõtinuus sit, partesq; habeat, corpus etiam vniuersum & s̃m partes continuum locum capiet. Nec pręterea necesse est ut locus capiat loco, nec cõplures infinitos esse, nec demũ hac positione locum transferri alio: siquidẽ unum sit interuallum undique receptum, & in aliis, atq; aliis partibus suis

Loco non omnino totum cohæret, sed eius est finis locus.

bus suis colllocetur. Sed quia qd capax est à corporibus distinguitur: nam vini amphora cum sit in quodā interuallo cum extenderetur sese insinuādo cuicunque parti corporis amphoræ & corporis vini, quando transferetur vnà cū illo interuallum haud ducitur, sed ab illo trāsferetur alio. Nam illud, si naturam habet separatam, permanet & immobile est. Quo pacto nec igitur locus sit mutabitur, neque locus locum complectetur, nec complures eiusdem erunt. Et hæc suppetant quo ad dissoluendas instātias ante dictas, reliquæ vero rationes forte concedunt interuallum, vt paulopost dicemus.

Tex. 18.

Et materia etiam videbitur vtique esse locus, si in quiescente aliquis consideret, & non separato, sed continuo. Vt enim si alteratur est quippiam, quod nunc quidem album est, olim autem nigrum, & nunc quidem durum, olim autem molle: quapropter dicimus esse aliquid materiam sic & locus per talem quandam esse videtur imaginationem. Verum illud quidem, quoniam quod erat aer, hoc nunc aqua est. locus vero, quoniam vbi nunc erat aer, hic nunc est aqua. Sed materia quidem, sicut dictum est in prioribus, neque separabilis à re, neq; continens est. locus aūt vtrunque.

Cōm. 44.

Materiam esse locum ob quas causas quis existimare possit.

Cum locum nec formā, nec interuallū esse declarasset deinceps sese conuertit ad materiam & huiusmodi vtitur regula probandi, qui, vt in alijs fecit, sic hoc in loco causas primum affert, quibus quidam materiam locum esse censeret, & verisimilem nunc magis ac ante rationem reddit simulq; Platonis intentionem interpretatur, qua illa materiam locum & receptaculum appellauit, deinde rationes adducit, quibus nemo adduci potest, vt credat materiam locum esse. Cum ergo vellet persuadere similitudinē, quā gerit locus cum materia, conuenientem sumit petitionē hanc. Inquit enim. {tum materia videbitur esse locus, qm̄ in loco quiescentibus aliquis consideret,} sed non in his, quæ sm locum mouentur. Quæ enim in materia sita sunt in ea quiescunt, minimeq; mouentur. Aspasius vero tradit forte melius esse, vt reiiciamus illum, qui similitudinem loci & materiæ introducit, q materia fluit. locus enim quiescit & immobilis manet, quousque durat. Verum, inquit, hoc forte modo materia videretur locus, si cōspexerimus ad id, quod inter pronunciata & postulata loci posuimus. Equidem statuimus locum ad id, quod capitur continuum esse. materia etiam continua est formæ in ea existenti, & non seiungitur ab ipsa. At elucet contrarium ei, qd prius dictum & postulatum est de loco. In hac igitur petitione dicit causam comparationis ipsius loci ad materiam. Est ergo huiusmodi similitudo, qua ducimur ad cognitionem cum materiæ, tum loci. Cum.n. intueremur vnum atq; idem prius durescere, mox deinde mollius fieri, nuncq; albescere, ante vero nigrum fuisse, tum materiā, quā vocamus subiectū suspicari & excogitare cœpimus. Eisdem pene occasionibus ad cognitionem loci peruenimus propterea, qd vbi prius insiderat aer, eodem sese contulit aqua. Verum visus est nonnihil discriminis, quo amouet vniuersam similitudinē his verbis adiecisse. {Verum illud quidem, qm̄ quod erat aer hic, nunc est aqua, & cætera.} Si.n. illa forma, quæ materiæ aduenit, eādem format, imprimit & nomen tribuit, & id, quod loco capitur, non forma, ac imprimit locū nec omnino quicquam eius est, nec cum illo vnum aliquid agit, nec demum ab illo locus nomen trahit, profecto patebit multum interesse inter locum & materiam. Verum his commune est, vt vnum atq; idem manens diuersa recipiat. qua ratione certe materiā, locū, regionem, receptaculumque formarum Plato vocauit. Sed non ne aliquis substantiam locū accidentis appel-

Loci à materia diuersitas.

lare posset? An hoc quoq; procul certe abfuerit quod ad susceptionē pertinet. Nisi quòd, quāquam receptaculum dici possit, tm̄ magni refert, quod quæ sunt in loco & materia, substantię velut in substantijs sunt. Quæ cū dicat, deinceps affert rationes, immo meminit eorū, quæ prius disseruit, idque paucis facit seiungēdo & distinguendo locum à materia. Eæ inquam sunt,

Locus ab eo, quod capit, seiungi potest.
Materia non potest seiungi: Secunda sic fit ratio.
Locus continet id, quod in se est.

Materia non continet, imo continetur ab eo, qd in ipsa ponitur. Sed quō materia separari nequit, quandoquidē forma ei aduenit, atq; ab illa recedat, perinde corpora ex loco? Nisi primum quia, quod separatur permanet à separato quòd omne, quod ab aliquo seiungitur, permaneat oportet, vt videatur separatum: at forma nō permanet separata ab ipsa materia: quare nec separatur, neq; materia ab ipsa. Itē forma cum materiæ aduenit, facit quidē vt res sit, sed non sic corpus locum efficit. Materia rursus cū forma componit compositum, ac simul alteratur præsertim apud peripateticos cū forma: quippe qui compositū forma & materia constare affirmant, qua ratione separari nō poterit. Locus autem tum in seipso est nihilque cōmune habet cum eo, quod loco comprehenditur. Et prorsus nō solum materiā à forma separari posse intelligendū est, sed etiam ab ipso materiato. Non.n. vt locus seiungi pōt ab eo qd capit, sic materia ab ipso materiato, qd nequit abiūgi ab ea re, cuius est at locus secernit abeo cuius est locus.

Materia quomodo dicatur separabilis.

Forma sola neque separari, sed materialis forma.

Tex. 19.

Si igitur nihil horum trium locus est, neque forma, neque materia, neque spatium, semper aliquid aliud existens à spatio rei translatæ: necesse est locum esse reliquum, ex quatuor continentis, scilicet, terminum corporis. Dico autem contentum corpus, quod mobile est secundum lationem.

Cōm. 45.

Loci definitio.

Quoniam probauit locum dictorum nihil esse, rationem redigit in ordinē & infert cōclusionē, q de quatuor restat quartum esse, qd nihil trium est, videlicet esse terminum continentis corporis, quo coniungitur rei, quæ continetur. quia ipsum continens quendam alium terminum etiam possidet. ceu globus lunæ concaua superficie continet ea, quę infra lunā continētur, qua superficie tāgit conuexum sphæræ ignis. Habet etiam alium terminū conuexæ superficiei, quo attingit Mercurij sphærā. Inquit autem, {Dico autem contētum corpus quod mobile est sm lationem,} tanquam id sit in loco. Etenim causa motus ad locum, inuentus est locus. Necesse igitur est cœlum, cum mobile sit sm lationem, vt locum habeat: quod quidem ipse paulopost negabit. Vel igitur mobile, inquit, latione illud quod aptum est interdum moueri, interdum vero quiescere. cœlum vero non mobile est, sed semper mouetur & circumducitur. Vel aliud est, inquit Alex. id quod mouetur latione, & aliud id, quod orbiculatione circumagitur, quippe cum illud recto cursu, & totum mutet locum dimisso priore, aliud vero in orbem, atq; in eodē sm partes voluitur loco. Ideo neq; totum in loco est, quia nec mouetur secūdum totum locum, nec admittit & quęrit alium. Verum Aspasius inquit, non conuertitur hoc. qm̄ haud necesse est, si omne, quod est in loco, mobile latione sit, vt omne mobile latione locum occupet. At cum hæc dicat, ei opus erat animaduertere paulopost Arist. dicentem, omne corpus, vel latione, vel accretione mobile per se aliquē locum habere. Deinde sese transfert Arist. ad diluendam hāc dubitationem. Cœlū, inquam, nusquā totum, neq; in aliquo est loco, quòd ipsum nullum extrinsecus corpus cōtinet. Vt ergo nusquam totū est, sic nec to-

Duplicem rerum terminū.

Cœlum non est in loco.

tum mouetur per se, quia nõ mutat locum relicto priore, sed solum per partes locatur, quibus etiã circumuertitur. » Quocirca in ipsis descriptis prius: {Ad qđ mouetur.} hac etiam ratione locus tribuitur partibus. Nã pars alteri altera attigua est. Cum vero subiunget, cœlum & animã in loco inesse per accidens, refert etiam omnes partes quodã modo in loco esse. In ipso.n. circulo alia aliam partem continet, ideo mouetur solum circulo id, qđ supra est, sed totum locum non habet, ad quem transeat. Quo elucet totũ vt uoluitur ita habere locum. cum ergo partibus circumagatur, itaq; partibus locabitur. Vt enim locum possidet, sic quoque mouetur. Inquit enim, in circulo aliud continet aliud, ideo solum in orbem ducitur, & vtrunque verũ est, quia in aliquo loco corpus est mobile ad locum vicissim corpus mobile ad locum in aliquo est loco. Vt enim vnum se habet, sic etiam & alterum se habebit.

Tex. 40. *Videtur autem aliquid magnum esse, & difficile captu, locus, tum quoniam esse materia videatur, atque forma, tũ quoniam in ipso continente quiescente fit translatio eius, quod fertur. Posse enim esse videtur & spatium medium, aliud quippiam amotis magnitudinibus. Confert autem aliquid, & aer apparens incorporeus esse. Videntur enim non solum termini ipsius vasis esse locus, sed & quod intermedium est, vt vacuum.*

Cõm. 46. Cum supra dixisset talem afferendam esse loci diffinitionem, qua omnes dubitationes delerentur, atq; quæ videntur loco inesse, per illam inesse confirmarentur, eiusdemq; ope pareret causa difficultatis & dubiorum, iccirco tradita diffinitione loci illico causam difficultatis aperire enititur. Nam inquit, locus quidpiam magnum, atq; difficile esse videtur, quia ea tria, quæ supra de illo disseruimus videntur ad eius maxime pertinere considerationẽ materia videlicet, forma, & interuallum quoddam. Si.n. locus eorum nihil, quorum aliquod vt sit oportet, esse nequit, ni mirum per difficilis & per obscura erit loci peruestigandi via. Quoniam, cum quærimus aliquid, à quo aliena ad modũ nobis dicenda esse videntur, tum maxime sat impedimenti ad inuestigandũ, qđ volumus, ea afferunt. Quod vero locus forma ob has causas esse videatur, sæpissime repetiuimus. Hæ sunt, Locus continet, vt forma. Rursus, vt formæ cum composito vnũ fieri apparet. ita ambæ & rei quæ continetur, & continentis superficies inuicem adæquantur, & vnum id, quod collocatur, cum loco esse videtur. Adiecit item materiam his de causis. Quod materia quoddã receptaculum, quidamq; locus formarum esse cernitur, cũ aliam atque aliam recipit formam, quemadmodum & locus aliud & aliud corpus capit.

In quo.n. erat ante aeris forma, in hac succedit aquæ. Sed quid his immorandum est? Sæpe, inquam, commemorauimus corporum successionem in eodem loco nobis viã dedisse, quo veniremus in cognitionem loci. Quo aũt modo locus existimatur esse materia & forma, qm̃ sæpe disputauimus, his contentissimus oportet, quæ hactenus diximus. Reliquum est, vt causas vberius commentemur, quibus conijcitur esse quoddam interuallum, qm̃ & verisimilis magis hæc positio videtur, & parum explicata & tractata. Cum.n. corporum in eodem continente, quod quiescit, idest, quod immobile est, cũ non moueantur vna cum eo, quod locatur, vt placet Alex. corporum vicissitudo fiat, & corpus quod complectitur, quodque semper in incontinente ponitur interuallum, quædam nonnullis de loco cogitatio orta fuit, quasi cum quoddã aliud interuallũ sit ab interuallis & dimensionibus, quæ in his corporibus est, quæ mouentur, & locum alternata mutatione &

Locum esse interuallum quare nam persuadeant.

reciproca mutant, eiusdem æquale sit secundum magnitudinem. At forte non dixit {quiescente,} pro hoc {immobile} s̃m locum, sed pro hoc, in eodem manente & non mutato. Nondum enim locum esse immobilem demonstrauimus. Præterea nec prodest hoc modo nobis, vt intelligamus & percipiamus ipsum interuallũ, sed ipsum manere proficuum est. qm̃ si à corporibus, quæ vicissim in eodem succedũt spatio differentias spatio abstulerimus interuallum ipsum & spatium velut idem cogitabimus. Aut {quiescente} pro {immobile} non temere Alexander audiuit, & interpretatus est. qm̃, quanquam Arist. demonstrarit interuallum mutari quandoquidem id absoni rationem perducat, attamen hi, qui interuallum posuere vniuersi vbique inspersum idipsum imobile tradiderunt, atque aliud & aliud corpus in alia & alia eius parte collocari. Sed quo putetur interuallum esse locum, aer, qui nonnullis visus est incorporeus, maxime confert. ob id enim intercapedo illa finibus vasis complexa quædam regio corporum capax videtur. Et non solum quæ imponuntur & continentur terminis ipsius vasis inter eosdem coniecta videntur, sed etiam in ipsa intercapedine, idque magis, quod ipsa vndiq; totius sese extendit, sed inter terminos vasis, eius termini in ipso sunt proxime. Quocirca dixit {videntur enim non solum termini ipsius vasis esse locus:} Causa item cur appareat hoc interuallum vacuũ est ipsa cogitatio nostra & phantasia: quia amoto corpore existimat quandam inanem intercapedinem relinqui. Si náque spatium illud etiam imaginatio substulerit, aliud itẽ derelinquetur, q̃ nunquam desinet. Adnotandum esse duxit Alex. qm̃ vas terminũ continentis Arist. dicit. Sed cum proferat {videntur.n. non solum termini ipsius vasis locus esse,} ex his patefit illũ non dixisse vas terminum continentis. Verum forte intelligit terminos vasis qm̃ quispiam hoc deinceps colligeret & concluderet, Si quidem vas est locus, his profecto cõtinẽtis terminus esse dabitur.

Locũ qui interuallum ẽ existimant immobile ponunt.

Tex. 41. *Vt autem vas, locus est, qui transferri potest, sic locus uas immobile.*

Cõm. 47. Hactenus vase & loco perinde ac idẽ sint, vsus est, quippe qui definitionem allatã communem vtriq; accõmodauit, quia tam vas quam locus est continẽtis terminus, quo tangit id, quod continetur. Non.n. corpus testæ, sed interna superficies, quæ, cum permanserit cõtinua, vas est, & habet vim vasis, quanquam altitudo vasis, quicquã patiatur: Num vero loco quidúe vasi proprium sit, affert. Qm̃ locus suapte natura immobilis est, at vas alio transferri põt. Vnde si aliqñ vnum pro altero vicissim sumetur, tñ vtrunque sibi suum proprium seruat, quare locus erit vas immobile, & vas erit locus, qui aliò asportari potest. Cæterum, cum locus terminus continentis definiatur, merito immobilis esse fertur. Etenim quemadmodum superficies per se immutabilis est, ita qua locus est & magis immutabilis erit. Quo.n. pacto locus moueretur s̃m locum? At quispiam diceret vas etiã ob internam superficiem dici maxime vas. Nisi sit, & ipsum capax ob superficiem quæ communis est etiã loco, sed vas qua huiusmodi, & qua corpus & mobile, est alicuius corporis receptaculum. Et ob id, cũ dignitates pronunciataq; de loco enumerasset, hoc præter misit, Locum imobilem esse. Quia sibi vtendũ erat loco velut vase, vt manu quasi nos e vase ad locum percipiendum traduceret. Atqui Theophrastus & Eudemus, vt supra diximus, locum immobilem esse inter dignitates & pronunciata posuerũt. Demum addit Alexander, q̃ si vas locus fuerit, etiam, quæ vase continẽtur finibus corporis eadem continentis cinguntur & complectuntur.

Loci ac vasis discrimen.

Locum immobilem per pronunciatum non retulit Aristoteles.

Qua-

Quapropter, cum in eo, quod mouetur, quippiam mouetur, et mutatur, id, quod intus est, ut in flumine nauis, ut uase magis qualoco utitur continente. Vult autem immobilis esse locus. Quocirca totus magis fluuius locus est, quia immobilis totus est. Quare continentis terminus immobilis primus, locus est.

Com. 48. *Locus est omnino immobilis.*

Cum attigerit discrimen loci & vasis, idipsum vberius explicare volens quo locum immobilem tueatur & cófirmet, quæ sunt in aliquo distinguit, & docet nos ea, quando velut in loco, & qñ velut in vase collocari affirmare debeamus. Et sancitum corpus aliquod velut in vase positum nobis affirmandum esse, cum idem fuerit in aliquo, quod mouetur simul, atque motum fuerit cum illo, vbi mouebitur. ceu nauigium, vel lignum, quod non diuidit aquam, sed vnà fluit cum aqua, quæ illud continet, tum.n. nauigium in aqua collocari velut in vase rectius affirmabimus quam velut in loco. Id porro, qđ mouetur in aliquo immobili, in eodem velut in loco ponitur. Locus.n. non fert vt simul moueatur cum eo, quod continet, sed immotus esse cupit, ne ipse cum aliò mouetur, alio egeat loco. Sed id, qđ mouetur, cum in aliquo est, qđ mouetur, velut ea, quę in vasibus ponuntur, per accidens mouetur. Cú ergo dixisset {vt in vase} Eodem exemplo demonstrat id, quod in loco mouetur & locú. Vt.n. in hoc exéplo {totus magis fluuius locus est nauis, quia vniuersus ímobilis est} cum seruet eandem regionem ab eodem eius principio fluens & ab eundem finem perueniens. Adiecit aũt illud {Magis,} ꝙ nó vniuersus fluuius est locus proprie maius: quandoquidem vniuersa fluminis aqua non sit terminus continentis, neq; vniuersa eius superficies, sed quod hoc vniuersus fluuius magis est locus, quia nó mouetur simul cum naue, sed totus locus nauis est propterea qđ nauis in eius parte mouetur. Aut neq; fluuius est nauis locus, immo vniuersus fluminis alueus erit in loco, vt Alex. inquit, ꝙ cum ipso nó mouetur terminus eius, quod ipsum continet, sed nauis in eo est velut in vase. Et Alex. inquit, forsitan asserere non vniuersum fluuiú esse locú nauis, sed eius qđ est in ipso. quod quidem aqua est, si præsertim intellexerimus fluuium, non aquam, sed superficiẽ terræ, quæ cótinet aquam & cingit. Vnde conuenientius hoc diceretur de ipsa, quod his verbis indicat {quocirca totus magis fluuius locus est.} Nam ipsa superficies est locus rei, quæ cótinetur, & mouetur in ipsa aqua immobilis. Attamen non est eius locus primo, sed nauis collocatur in aqua velut in vase, & aqua velut in loco in superficie continente ipsam collocatur, in qua etiam fluit. Quo igitur modo Arist. cũ fluuium vocet locum non eum dicere videtur, qui nauis est sed illum, qui aquę dicendus est? Quòd si hoc concedatur, quam euidens sit, Arist. interdum aquam, interdú superficiem continentem aquam, ipsum fluuium dicere. Cum ergo differentiá ostendisset inter vas & locum quo immutabilem alterius ostenderet, definitionem absolutam, integramq́; ex dictis deinceps colligit. & hæc illa est {Locus est terminus continentis immobilis primus.} & hac dictione {Primus} insinuat breuiter ipsum proximú quod prius etiam his indicauerat, {Secundum quod tágit, contentum.} Id enim loco complectitur, qđ in superficie interiore continentis corporis, & in superficie interiore continentis ipsum continens, iacet. Quod hoc patebit exẽplo, lapis in aqua, & aqua cum in aere & in loco immobili sit, lapis etiam cótinetur in superficie aeris, verú non proxime, neque primo in ea collocatur, neque superficies lapidis & continentis aeris sese tangunt: quocirca neq; illa est proprie locus. Proximus item vasis terminus est rei, quæ

Fluuij nomine quid.

Loci, perfecta definitio.

continetur, sed mobilis & alio traduci potest. Quamobrẽ nec vas dici locus potest, ꝙ non est immobile. At hoc sequentibus confirmabit & explicatius.

Tex. 48.

Atque propter hoc medium cœli, & ultimum ad nos circularis lationis, uidetur esse hoc quidem sursum, illud uero deorsum, maxime omnibus proprie. quoniam illud quidem semper manet, circuli autem ultimum similiter se habens manet. Quare cum leue quidem sit, quod sursum fertur natura, graue uero, quod deorsum, qui uersus medium continet finis, deorsum est, & ipsum medium: qui uero uersus ultimum, sursum, & ipsum ultimum. & propter hoc uidetur planum quoddam esse, & ueluti uas, locus, & continens. Amplius, simul cum ipsa re quodammodo etiam locus existit. simul enim cum finito, fines sunt etiam.

Com. 49. *Locum esse immobilem ratiocinatur.*

Locum immobilem esse eiusdem differentiis maxime propriis comprobat, quæ, vt diximus, sursum deorsumq́; erant. Et mihi sane videtur quendam syllogismum huiusmodi conficere, Locus sursum & deorsum differentias habet. At oẽ, quod sursum & deorsum obtinet, id etiam medium & extremú differentias habet. Quod itẽ has differẽtias, mediú extremumq́; possidet, imutabiles differentias retinet: Et qđ differentias immobiles cóplectitur, id omnino immobile est: Locus ergo immobilis est. Quod vero locus habeat has differentias, sursum & deorsum, iam vt pronunciatum sumpsimus,

Quintum.n. erat pronúciatum inter reliqua de loco tale, Locum habere has differentias, sursum & deorsum.

Quod supra est extremum esse dicitur.

Quod intra est mediũ est.

Quòd autem sursum & deorsum, hæ differentiæ sint, medium & extremum aut vltimum ex eo patefacit. qđ id leue quod ducitur & mouetur ad vltimú, & ad ipsum lunæ globum, sursum petere dicitur. sic.n. ignis in gyrum circumque ductus sursum circumferri dicimus. & graue cú defertur ad medium deorsum deuolui dicitur, vt terra. Quod deinceps medium & vltimum immobilia sint his verbis aperit. {Quoniam illud quid semper manet, circuli autẽ vltimú similiter se habens manet.} Medium.n. quod quidem centrú vniuersi est, circa quod terra iacet, semper manet ſm locum & quatenus vniuersitati adhæret & formæ, & si partibus transmutetur & numero. Corporis itẽ quod circulari motu voluitur, ad nos vergens extremum, quod sane sphærę lunæ cócaua ad nos superficies est, substantia quidem & toto, & partibus, numero semper idem manet: verum quamuis partibus ſm locum moueatur totum, attamen sui locum non mutat, nec penitus alio migrat, immo semper eodem modo permanet subsistens loci immobilitatem: ꝙ quidem maxime ratio postulat, quãquam non sit semper vnum & idem existens pręcise. Et sciendum superficiem concauã lunæ orbis sursum Arist. dicere. quare id, quod sub luna proxime collocatur, mouetur ſm circuitum & in orbem quiescit, tñ motu in rectú. Rursus idem immobile esse, quod peculiares differentias habet immobiles, perspicuum est. Sunt enim differentiæ constitutrices substantiæ, atque substantiales. Idem quoque à maiori cópertum habere possumus. Quoniá, si partes moueantur, nihil vetat, quin totú immotú permaneat. quod patet motu partium, quæ mouentur circulariter. Verum, si partes eius penitus & per se & per accidens immobiles essent: totú multo apertius esset immobile. loci ergo immobilitas è differentijs his, præsertim sursum & deorsum immobilibus, quas Arist. nuncupare medium & vltimum supra paulo confessi sumus, persuadetur & confirmatur. At admittamus vltimú, quo ad nos orbis lunæ esse locum supremum, quia quæ mouentur ad illum vsq; locú peruenire cótendunt, & ab eodem cóplectuntur, id quod

Medium & extrema immobilia sunt.

Corporis circulariter moti extremum uersus nos, est ipsa concaua superficies.

Infimum quonam sit locus, si neque centrum est locus nec finis terrae.

continentis corporis est terminus, circũducitur. Sed deorsum infimusque locus quis erit? Nec quod.n.cẽtrum, quia prorsus est indiuiduũ & omnium intimum. Nec tellus, quia corpus est, & nõ terminus, immo nec terræ terminus quippe qui terræ forma est, & minime locus. Has porrò diluens quæstiones subiunxit, {Qui versus mediũ continet finis deorsum est, & ipsum mediũ: qui vero versus vltimum sursum, & ipsum vltimũ.} Quibus sane verbis patefacit, qui sint loci sursum & deorsum, & quæ in his collocentur. Medium.n. quod terra dicitur, corpus est, & quod est in loco deorsum, sed id, quod est ad mediũ terminus continens, idest locus deorsum dici debet, cũ sit terminus corporis, qđ ambit, & continet terrã, idque partim aquę partim aeris est. Aliquando vero, cũ terra ipsa concauitatem habeat, qui est internus finis, fit locus, & alius terræ, & aquæ, & ignis, & aeris, & animalium & plantarum. Et qm̃ hæc oĩa locum deorsum conficiunt, & non quædã superficies determinata, idcirco Arist. indefinite hæc dixit, {Qui versus medium continet, terminus deorsum est, & ipsum medium.} Etenim medium etiam aliud atq; aliud aliquando terra, & aliquando aliquod aliud elementum, vel corpus. Sed illud prorsus medium est, in quo summa terræ maxime iacet. Sæpe quoq; idem est, quod terminis plurium corporum continetur, velut ea, quæ dicũtur esse simul in loco. Huius exẽplũ est, qñ in alueo fluminis lapis ponitur, qui partem habet in terra radicitus fixam, & aliam partem sub aqua immersam, & aliam aquæ insidentem, quæ aeris termino continetur. Quo pacto aliud est in loco deorsum, & aliud dicitur locus infimus. Præterea inquit. {Qui vero versus vltimum sursum & ipsum vltimum.} Vnde vt prius de loco deorsum dixit, sic vocat vltimum sursum id, quod complectitur loco, ceu ætherem, & versus vltimũ appellat locum sursum, qui est terminus continentis, cum ad vltimum in loco inclinatũ sit, vel concaua lunæ orbis superficies, quæ ætheri vicina & vltima eorum, q̃ continetur à loco. At medium est in loco deorsum, sed in loco sursum contra euenit. Verum hoc {versus vltimum} quod quoad verba respondet huic {versus medium} non asseruit esse locum supra, sed dixit illud, quod in loco ponitur. Vltimum etiã qm̃ simile est & medio respondet, nõ dixit esse id, quod supra collocatur, sed ipsum locum, qui sursum iacet. At Alex. verba aliter etiam interpretatur: quippe qui vtraq; de loco intelligenda esse duxit. Cum.n. inquit, nõ solum id à corpore versus medium continet, quod deorsum est, velut si hoc aer esset, verumetiam s'm aliquam partem cõtinetur etiã à superficie corporis, quod deorsum collocatur, & terra est, idcirco, cum ostendisset quorum locus deorsum sit terminus, hæc dixit {Qui versus medium} videlicet versus locum infimũ, qui est terminus continentis, cum & ipse deorsum cõmoretur. Similiter aũt & ipsum supra est terminus, qui versus vltimum terminum continentis & ipse vltimus ẽst. Arbitratur.n. Alexander non corpus dixisse Aristo. cuius est terminus, sed ipsum terminum, qui ad nos iacet. Nam ille est locus supra. Sed opinor hoc {versus vltimum} vocasse illud vltimum, quod cõtinetur, velut ætherem. Sic.n. ambo dicta fuisse de loco intelligere. quod quidem minime intelligi potest de ipso medio, qm̃ ibi terminus alius erat eius, quod versus medium erat, & alius ipsius medij. Porphyrius porrò duplex ipsum deorsum credidit. Vel enim terminus medij, qui locus est, vel ipsum medium, cuius locus est vltimum. Totidem modis etiam sursum dicitur: vel terminus vltimi & ætheris, qui est locus, vel ipsum vltimum, quod est æther. Et sanè videtur terminum medij

Idem pluribus in locis esse saepe est.

Deorsum et sursum duplex est.

dicere his verbis, {Qui versus medium continentem terminum,} vel terminum terræ, siue intra, siue extra sit. Quatenus.n. recipit continetq;, similis est extremo & vltimo ætheris. Terram.n. & ea, quæ sunt in terra infra dicimus esse. Et, qm̃ locus est terminus cõtinentis, terminus & capax eius, quod in eo collocatur, idcirco locus videtur planus, idest superficies lõga & lata, absque profunditate, propterea q̃ ipsum vocauit planũ more veterum, qui omnem superficiem planum appellant. Nã inter superficies differentes iuniores plana vocarunt, aliamq; esse orbicularem gibbosamúe, aliam cũ instar, aliam Cylindram, sed planũ eam appellarunt superficiem, quæ inter suas rectas æqualiter iacet. Postremo est locus velut vas, quia cõmune vtriq; est, vt capax vnumquodq; eorum sit. Item videtur adiecisse. {Videtur planum quoddã esse} ob id præsertim, quia nonnulli eũ existimarunt formã esse, cũ sit superficies corporis. Hi.n. quatenus loco tributũ esse terminum & planũ voluerunt, prope notitiam loci attigerunt, verum quatenus nõ continentis terminũ existimauere locum esse, sed id, qđ loco capitur, eatenus aberrarunt. Quę postremo adiecit. {Amplius simul cũ ipsa re quodãmodo etiã locus existit. Simul.n. cũ finito fines sunt.} Videntur quoddã responsum his afferre, qui locũ esse formã putarunt. Simul.n. locus cum re, quę eodem complectitur esse videtur. propterea q̃ simul sunt termini ipsius loci cũ terminis eius, quod capitur, quia nil interiacet, quare vnũ etiam videtur fieri locus & quod locatur, idq; ob planorum conuenientiam. Illud {simul} non in eodem significat loco, sed, vt prius diximus, indicat idem & ea, quæ in vnum concurrunt, aliter locus loco caperetur.

Locus superficies esse videtur.

Planum à veteribus quaevis superficies dicta est.

CAP. V.

Tex. 41.

CVi igitur corpori est aliquid corpus extra, continens ipsum hoc in loco est: cui vero non, minime. Quocirca etiam, si aqua fuerit huiusmodi, partes quidem mouebuntur ipsius. continentur enim à seinuicem. Totum autem, esse potest quidem vt moueatur, & esse potest vt nõ: vt enim totum simul locum non mutat. circulo autem mouebitur: partium enim hic locus est, & sursum quidem & deorsum non. Circulariter autem nonnulla. alia vero sursum & deorsum, & quæcunque habent densitatem & raritatem.

Cõm. 50.

Non omne corpus est in loco.

Locum esse terminum continentis immobilem primum, cum definiuisset, eundemque primum & immobilem confirmasset, bene recteque animaduertendum iubet, non omne corpus in loco esse, si vera sit loci assignata definitio. Sed omne corpus comprehenditur loco, qđ aliquid extra continens se obtinet, cui vero non est extra ipsum continens, minime. Quam ob rem sphæra inerrans non comprehenditur aliquo, cum nil extra inueniatur, à quo contineatur, quippe quæ omnium vltima est. Præterea nec vniuersum loco cingitur, quòd extra illud nihil subsistat. Sin vero, vel vacuum, quod non esse probabimus, vel corpus: idque aut finitum, aut infinitum: qđ si finitum, eiusdem etiam aliud erit extrinsecus, si omne corpus in loco admittendum sit, qđ quidem abibit in infinitum: nec erit infinitum corpus extra, qm̃ superiore lib. eiecimus, destruximusque. Cum ergo eo scopus eius tendat, vt vniuersum nec cœlum loco complectatur ostẽdat, nos assuefacere quadam petitione, quæ omnino est præter omnium opinionem, nititur. Si enim, inquit, aqua vniuersum esset, q̃ præcipue locũ postulat, aut vas, quia sine continente non potest existere, tamen vniuersum tale nõ circunscriberetur loco, quia vniuersum huiusmodi non habet quicquã extra, à quo contineatur, nec terminus eius

Orbis in loco non est, neque sphaera inerrans.

attiguus

attiguus est termino continentis. Verum partes aquæ collocarentur, siquidem essent diuisæ, velut partes vniuersi, modo separatæ sunt, & vna earum aliam tangit, & continet. Et cum ea, quæ feruntur loco capiantur, ideo ex motu ad locum, quo partes collocentur, & minime totum, ratiocinatur. Adhuc insistit quo partes moueãtur, & totum nequaquã. Cum itaq; ab his, quæ sunt in loco, incæpisset, sese nunc cõuertit ad ea, quæ locum petunt, quibus ostendit ea, quæ collocãtur. Quocirca inquit, partes vniuersi possibile est vt moueant, sed ipsum vniuersum possibile esse vt moueatur, & posse esse vt non moueatur, de cœlo deinde dicens, vel vniuerso. Nam idẽ accideret, si aqua esset vniuersum. Vt.n.totum, locum simul non mutat. proprerea ꝙ neq; totum mouetur sm locũ, neq; totum à loco continetur, cum nullum corpus extra sit, quandoquidem ipsum sit vniuersum, vel vniuersi vltimũ. Quocirca etiam cœlũ circulo mouetur, & minime supra, vel infra. Et ideo cœlum potest moueri circulo, qm̃ circulo etiam illa moueri cõtingit quæ ex loco in locum non migrant, quia partes mouentur sm locum. Huiusmodi.n.locus, qui tribuitur his, quæ voluuntur, quo etiã partes mutuo sese tangentes vna alterius. locus fit, nimirum est locus partibus proprius, sed non totum, qñquidẽ nihil extra vniuersum existat, quod tangat, ideo nec supra, nec infra moueri potest. quare nec totum mutabit totum locum, sed solum circulo ducitur. Sed partiũ totius aliæ circũducuntur, aliæ vero sursum mouẽtur & deorsum, & sunt hæ, quæcunq; habẽt raritatem, & densitatem, i.quatuor elementa, & videlicet quorum vnum in alio vicissim conuertitur. Sed id non dubitatione vacat. qm̃, si quod latione mouetur locum exigit, ac pene flagitat, & id, quod circulo mouetur, latione ducitur, quo igitur modo non erit in loco? Nisi multũ interfit, vt ait Alex. inter id, quod latione mouetur, & id, qđ latione circulo voluitur. Itẽ, si latio circulo fit, & talis partibus tribuitur magis, quã ipsi toti, quippe partes mutent loca, nimirum id erit, quod volumus, videlicet partes collocari, sed minime totum. At, siquis diligentius insistere & repugnare voluerit, dicens, immo nec partes obtinent locum, neque mouentur in locum per se, neq; per accñs. Per se inquam, qm̃ continuæ sunt, & non diuisæ: neq; per accidens, quia quæ sic mouẽtur & sunt in loco per accñs, sua tota per se mouentur: sed mundus & totum per se non mouetur, nec est in loco: quare neq; partes eius, cum sint cõtinuæ, nec per se, nec per accñs collocabuntur. Quo igitur modo inquit, {Partium.n.hic locus est.} vel ergo hæc audienda sunt de partibus, q̃ mutuo sese tangunt, velut sunt orbes & sphæræ, quarum vna aliam continet. Quia hæc de continuis partibus intelligi nequeunt, qñquidem hæ non cõplectantur loco. Sed ex his oritur grauis dubitatio. Qm̃, si pars vna est alterius locus, quo locus adhuc immobilis, cum mouentur partes, & eorum termini? Sed forsitan hæ partes non sunt intelligendæ esse corpora illa, quæ sunt illius, quod est oĩno extra, cum sint eidem continuæ, sed ea, quæ continentur ab eodem. Nam superficies caua sphæræ inerrabilis locus est orbis Saturni, qui ꝓxime cõtinet, & hæc succedentis, & sic deinceps. Et patet eas quatenus vna circũaguntur cum sphæra inerrabili, in eadem esse, velut in dolio: sed quatenus vnaquæq; suo ꝓprio potitur motu, ab illa vltima continetur, tanquam ab aliquo immobili, ceu sunt alia, quæ collocantur. Vnde Alex. fatetur hæc verba, {Circulariter aũt mouebitur: partiũ enim hic locus est,} ad hũc sensum dici. Quod enim in orbem mouetur, profecto tangitur solum à partibus contentis: si vero hoc conceditur, profecto sunt in ipso loco, velut partes, quæ continentur ab illo. Et hæc Alex. de partibus vniuersi intelligit, videlicet {Sursum & deorsum, nõ circulariter aũt, & deorsum & sursum,} & partim intelligit de sphæris, quæ sunt astrorum errantium, & partim de his, quæ oriuntur & intereunt. Etenim illud {Circulariter autem} de toto dictum esse arbitror: quasi dicat hoc ipsum de omni cœlo sm quandam proportionem quidẽ, velut idem cum ipso toto accipit. Verum quidam non scribunt {nonnulla.} sed {hæc aũt sursum & deorsum.} Et sane, si hæc scriptura est congrua, etiam hæc verba, {Partium.n. hic locus est} cohærent cum his. Vt.n.totum simul locum non mutat.} Nam nec supra, nec infra mouetur, sed solum in orbem eũdem semper locum habens, at partes vel sursum, vel deorsum mouentur. Quocirca occultam & tenebricosam facit rõnem, ꝙ acceperit vniuersum pro cœlo. Nam quo cœli partes sursum, vel deorsum mouẽtur? Nisi forte ob id cœlum & totum dicat, ꝙ partes toti, aut cœli intrinsecus, quod non est in loco si vsq; ad centrum processerit. Et reuera cœlũ est vniuersum, & eius partes aliæ. & ob id forte sic prius dixit, {Præter aũt vniuersum, ac totum nihil extra est. & propter hoc oĩa in cœlo sunt. cœlũ enim ipsum vniuersum fortasse est.} Quatenus.n.cuncta complectitur & oĩa capit, eatenus in ipso oĩa collocantur & ipsum totum est. Verum qm̃ sunt alia ꝓꝑ ipsum, ob id forte dixit vniuersum esse. Et dixit, ꝙ maxime cœlũ erit vniuersum forte, quia ne minimum quidẽ subsistit, quin vniuersi ambitu contineatur: qñquidem vniuersa tellus ad orbem stellarum inerrantium habeat rationem puncti & centri. Quòd vero elementa superiora terra, non multum eam excedant, indicio est ipsa terræ vmbra, quæ oĩa pertransit elementa, quousq; attigerit orbem Lunæ & globũ. Rursus, ꝙ cœlum corpus in orbem mutabile totum velut vnum dicat, quod in calce verborum contextus sequentis adiecit. Istuc ipsum videlicet. {Et æther in cœlo, cœlum aũt non amplius in alio est.} Et nonnullis interpretibus videtur dicere & partes eius & idipsum in orbem duci, cuius partes in loco põuntur, quia vna sphæra ab alia continetur & mouetur proprio motu, sed totum non est in loco, quandoquidem ab aliquo non cõtineatur. Rursum patet ipsum orbem inerrantium stellarum ob eandem causam nõ esse à nobis in aliquo loco ponendũ. Quòd si quis nos impelleret ad fatendum huic orbi locũ tribuendũ esse, ꝙ tangit sphæram Saturni sibi proxime inferiorẽ sm superficiem concauam, huic primũ obiiciemus id, quod continet contineri ab eo, quod continetur, tanquã à suo loco. Deinde aliquis eadem ratione cõfisus totum cœlum collocabit in aliquo loco, videlicet in superficie conuexa ipsius ætheris. Etenim hanc tãgit sm superficiẽ suam concauam, immo prorsus hoc modo fatebimur oẽm locum à loco contineri. Sed siquis hæc, quæ hic dñr, intellexerit de ipso vniuerso, quod non mouetur ad locũ, quia non amittit locum & alium petit, immo in orbem mouetur, & partiũ nonnullæ mouent in orbem, velut eæ q̃ à sphæra inerrantiũ syderum continentur, & nõ nullæ sursum & deorsum mouent, velut quatuor elementa. Primũ hunc interrogabimus, cur sphæræ, cum nõ mutent locũ amisso priore conceduntur moueri sm locũ, & non concedetur etiã vniuersum moueri sm locum, & si in orbem moueatur. Deinde hoc modo locum partibus assignare & tribuere arduum est. Sed melius est, vt diximus, Oẽ, s. vniuersum vel totum cœlum in orbem moueri, sed non sm locum, qñdoquidem non è loco egrediatur & alium sibi comparet. Partes aũt, q̃ sub luna collocantur, sursum & deorsum occupant loca. Nam locus est sm mutationem partium,

Totum non mutat locum.

Cœlum si circulariter mouetur, quomodo non sit in loco.

Vniuersũ pro cœlo, & econtra cœlũ pro uniuerso suscipitur.

Orbis inerrantium stellarũ nunquid sit in loco.

Tex. 44. Vt autem dictum est, alia quidem sunt in loco secundum potentiam, alia vero secundum actum. Quapropter, cum continuum quidem sit id, quod est similium partium, secundum potentiam in loco partes sunt: cum vero separata quidem fuerint, se aũt. tetigerint, vt ceruus, secundum actum.

Tex. 45. Atq; alia quidem per se: vt omne corpus, aut secundũ lationem, aut secundum augmentum mobile, per se alicubi existit:

Tex. 46. Cœlum aũt, sicut dictum est, non est alicubi totum, neq; in aliquo loco est: si qtidem nullum corpus ipsum continet. quatenus autem mouetur, hoc etiam locus est partibus: altera enim partium, alteri adhærens est. Alia vero secũdum accidens, vt anima, & cœlum. partes enim in loco quodammodo oẽs sunt. in circulo enim, continet alia aliam. Idcirco mouetur quidem circulariter solum quod sursum est: totum autẽ, non alicubi est. quod enim alicubi est, & ipsum aliquid est, & adhuc aliud aliquid esse oportet præter hoc, in quo sit, quod continet. Præter autem vniuersum, ac totum, nihil extra est. Et propter hoc omnia in cœlo sunt. Cœlum enim ipsum totum fortasse est. Est autem locus, non cœlum, sed cœli quiddam, vltimus scilicet, & tangens mobile corpus, terminus quiescens. & ob hoc terra quidem in aqua est, hæc vero in aere, hic autem in æthere, & æther in cœlo: cœlum autem non amplius in alio est.

Cõm. 51. *Loci tria sũt significata.*

Cũ decreuisset oñdere nec cœlum, nec vniuersum loco contineri, oẽs nimirũ modos hic explicat, quibus aliquid in loco esse dicitur. Etenim quædam sunt potentia, quædã vero actu in loco. Nam quæ sunt continua, & nondum partes, hæc ipsa potentia locum habẽt. Ceu quãdo ea, quæ occupatura sunt locum, actu diuiderẽtur. At seiunctum & iam diuisum, qsi contineretur ab aliquo, tum actu locũ obtinet. Rursus ea sunt per se in loco, quibuscunq; natura comparatum est moueri ad locum, aut sm lationem, idest motu in rectum, quo translatio fit totius è loco ad locum. Nam interest inter lationem & lationem in orbem. Vel ea dicimus collocari quæcunq; mouẽtur per augmentum & diminutionem, perinde atq; hæc sm locum moueantur. Et si.n. non totũ mutent locum, 1ñ assumunt aliquem & deserunt, quocirca hæc etiam per se locari dicuntur. Cæterum, cũ aperuisset tres significationes eius, quod est in loco, videlicet eius, quod est potentia, & actu, & per se ostendisset cœlum, vt diximus, totum non collocari in aliquo loco sm aliquem prædictorum modorum. Neq; enim potentia, neq; actu, quandoquidem nihil actu extra sit, quod tangat, aut tangere queat, etiam si poneretur esse diuisum. Item neq; totum potest intelligi potentia locum occupare, quandoquidem nec pars. Item neq; per se est in loco, quia nõ assumit locũ amisso priore. Nam neq; omne mobile prorsus sm locum est, quoties non augetur, nõ minuitur, nec sm lationem mouetur. Verum ipse cõmunem causam attulit, cur totum cœlum nõ sit in loco. Hæc autem est, quia nihil ipsum cõtinet. Et, cum dixerit ob id non vniuersum in loco esse, propterea q neq; totum cœlũ mouetur ad locũ, subiunxit. {In quo aũt mouetur, hoc etiam locus est partibus.} neque enim sursum petit, neq; deorsum, sed in orbem agitur, ideo ipsum non collocatur, neq; locum mutat. Verum partes erunt in loco. Semper enim sphæræ intrinsecus continentur ab his, quæ sunt extra, & mouentur in loco illarum, & suis partibus mutant locum, quo etiam differunt ab ipsa sphæra inerrantiũ stellarum, vel à toto cœlo, vel ab vniuerso, quia hæc non mutant locum, neq; sm partes suas continuas. Nam partes cõtinuæ spæræ inerrabilis, si quidem fuerint vltimæ omnino sphæræ, mutabunt locum, quia neq; collocantur alicubi, neq; ab aliquo externo cõtinentur. At maximus lõge congruentius interpretatur hęc verba, {Quatenus aũt mouetur, hoc etiã locus est partibus.} Nam, inquit, mouetur cœlum errantium astrorum, vt Secundo cœli libro ostensum est, ad sinistram. in hoc igitur & partes sunt velut in loco. Nam dextra & sinistra sunt loci differentiæ. Cum ergo hæc de ipsis tribus modis eius, quod est in loco, disseruisset, adiecit quartum, quo nonnulla fatetur esse in loco per accidens, Vt aĩa & cœlum. Et patet iam animam, qũo locetur per accidẽs. At cœlum cuius causa hæc disputantur, qũo est in loco per accidens? Num quia partes aliquo modo sunt in loco. Et dixit {quodammodo} ob sphæram inerrantem, quia illa non est in loco. Sed si ob illam dixisset {quodammodo,} non subiũxisset hoc {oẽs.} Si.n. pars totius cœli, vel vniuersi est globus ille fixarum stellarum, & hic non continetur loco, itaq; non oẽs in loco erunt. Nisi ergo dixerit {quodammodo oẽs} non ob locum, sed ob hoc verbum {oẽs,} quia non simpliciter oẽs, sed oẽs propè modum, siquidem oẽs sint præter vnum, in loco ponuntur. At Themistius {quodammodo,} intellexit, quia vltimus globus collocatur sm partes internas, quibus tangit globum & orbem Saturni, & cõtinetur aliquomodo ab illo, sed sm extrinsecum oĩno loci expers est. Sed qui hoc admittit, locum etiam vndiq; loco complecti affirmat, quia sm superficiem intrinsecam tangit id, quod in loco est, & locus erit in loco. Ni forte qđ quidem etiam prius dixi, neq; per accidens est in loco, neq; vniuersum, neq; cœlum stellarum inerrãtium. Quin, si per accidens in loco poneretur, idcirco poneretur sic in loco, quia vel pars, vel accidẽs est alicuius, quod per se locatur. Atqui vniuersum nec pars, nec accidens alicuius est, & si globus inerrabilis sit pars vniuersi, non tamen est pars eius, quod est per se in loco, neq; similiter est in loco per accidens. Verum videtur ipsum sm aliud accidere, velut per accidens. Quod enim sm partes locatur, sm aliud in loco ponitur. Ipsum enim sm aliud cõmune est ei, quod est per accidens, & ei quod est sm partes. Cum ergo totum sit in suis partibus, & si non velut pars, neq; per accidens, tamen partes sunt in loco per relationem ad partes, in quibus totum est, & cœlum locabitur per accidens. At forsitan neq; partes sphæræ inerrabilis, neq; alterius globi collocantur. quia si vna continetur ab alia, non erit diuisa. Si ergo partes non sunt per se in loco, neq; totum erit in loco sm partes. Et Alexan. nunc cœlum tradit Arist. vocare non globum inerrantium syderum, nec diuinum corpus solum, sed vniuersum & omnem mundum. quia huius partes, excipiamus tamẽ vltimæ sphæræ partes, collocantur. Nam si dum mouentur in orbem ãlia pars aliam cõtinet, de partibus intelligatur necesse est, quasi terra ab aqua cõtineatur & aqua ab aere, & aer ab ęthere, & ęther à cœlo, vt ipse dicet. Ni forsitan & hæc verba congruere queant etiam globo inerrabili, vt etiam Alexan. adnotauit. Etenim partes illius globi, cum in orbem voluantur, alia aliam continet, quia vnaquæq; pars, cum aliquę anteuertant, aliæ subsequantur, ab alia continetur, quocirca solũ in orbẽ tale mouetur, nec sursum, nec deorsum tendẽs. Sed, vt diximus prius {quatenus aũt mouet, hoc etiam locus est partibus,} sed non idem locus, sed alterius continens, ideo motus fit non latione, sed latione circulari. Et forsitan hęc. {In circulo.n. continet alia aliam,} dixi velut cõmuniter congruentia ipsi vniuerso globo inerrabili & vnicuiq; cæterarum sphærarũ. Quòd vero cœlum nõ locetur per se ostendit apertius transferẽs hoc nomen cœlum in ipsum vniuersum, Inquit enim. {Quod.n. alicubi est, & ipsum aliquid est, & adhuc aliud aliquid esse oportet

Quæ augmentur & diminuuntur per se sunt in loco. Cœlum nullo modo est in loco.

Locus est vniuersi partibus, & si non vniuerso.

Locus partiũ ex Alexã sententia, elegans assignatus.

Cœlum quomodo in loco per accidens esse dicatur.

Nullius sphæra partes sunt in loco.

tet præter hoc, in quo sit, quod ipsum continet, {vt diximus prius. extra vniuersum aũt nihil est. nam, si quippiam esset extra ipsum nõ id vtiq; vniuersum esset, sed id, quod est cum eo, quod est extra. Quinimo, si corpus non datur infinitum, vt demonstrauimus neq; vacuum, vt probabitur, erit ergo id, quod est extra corpus finitum, & hoc vel non collocabitur in aliquo loco, & sic quoddam corpus erit sine loco: vel alicubi locabitur, & sic in infinitum, qđ sane fieri nequit, tum quia indeterminatum esset hoc, tum etiam ꝙ introduceretur corpus infinitum. Videtur præterea dici hoc. {Cœlum enim ipsum totum fortasse est,} pro hoc, mundus.} Cum.n. demonstrasset vniuersum non collocari, merito subiunxit mũdum esse vniuersum. Rursum tradũt additum fuisse illud {Fortasse,} vel quia nondum de vacuo disputatum est & sublatum à rebus, quod nonnulli asseruerunt cõtinere ipsum vniuersum, vel quia nondum probatũ est vnum esse vniuersum, vel quia sunt nonnullæ species & incorporeæ per se, vel ob cautelam in philosopho conuenit, vt alias plerũq; id facere Aristo. solet. Nisi ergo de toto mundo cum voluerit ostendere, ꝙ non est in loco, & voluerit neq; cœlum collocari ob easdem causas, ꝙ nihil extra cœlum existit, subiunxit. {Cœlum.n. ipsum totum fortasse.} vbi adiecit, {Fortasse,} quia cõtinet, & nihil extra ipsum est, & quod ne minimũ quidem sit, quin ab illo contineatur. Et sciẽdum est, cœlum non dici ab illo nunc mundum, quia non dixit & propter hoc in ipso oĩa, velut in loco. Non enim oĩa sunt in mundo velut in loco, sed velut in toto. Quòd aũt velut in loco dixerit omnia in cœlo, quod est corpus mobile circulariter his indicauit. {Est aũt locus non cœlum totum, sed cœli quiddam vltimum, & tangens {ea, quæ mouentur in rectum. Dixit aũt {mobile corpus} idest per se absoluti & mobilis latione. Dicit vero {vltimum} concauam superficiem sphæræ lunæ, quasi omnes cœlos velut vnũ accipiat. Hoc aũt & succedẽtibus verbis indicat. {Et ob hoc terra quidem in aqua est} &c. Quo in loco notandum esse voluit Alexander, Arist. hactenus nomen cœli vsum fuisse pro vniuerso, nunc vero idem nomen intelligit pro vltima sphæra astrorum inerrantium. Sed cũ dixit {Omnia in cœlo sunt.} hæc non de mundo protulit, vt sequentibus verbis his indicauit. {Est aũt locus non cœlum, sed cœli quiddam vltimum.} Attamen in his Aspasius videtur voluisse Aristotelem hæc dixisse de sphæra stellarum inerrantium, vt inquit Alexãder. Sed omne diuinum corpus, vt indicat, vltimum eius & tangens corpus mobile vocat locum. Nã mobilia nuncupat ea, qbus in rectũ suapte natura comparatum est moueri. Et illud {Et æther in cœlo.} Sic intelligendum est in concaua proxime superficie orbis lunæ, quia æter non est in sphera inerrabili. Et cum cœlum velut quoddam vnum sibi sumat, merito dixit {Cœlum nõ amplius in alio est.} Veruntamen Alexander tradit Aristotelem ætherem vocasse sphæras inerrãtium. Et inquit, erit ignis hoc loco prætermissus, quia cum aere ponitur & intelligitur. Atqui nõ quinti corporis hoc quidem ætherem, illud vero cœlum vocasset. Etenim quando ignem silet aerem superioribus verbis collocari in cœlo dixit. Sed, quia dicimus esse in cœlo, velut in loco, propterea quod in aere, & aer est in cœlo, patet, inquã, illum dixisse cœlum vel vniuersum, aut corpus in totum, quod circũducitur. At his verbis multũ obscuritatis adhibuit, cum interdum vniuersum, interdum vero cœlum nominare videatur. Et ni forte de vtroq; verba faciat, cœlum velut vnum totum assumens, & per eandem causam: dico aũt propterea, ꝙ non contineatur ab aliquo: similiter quoque cœlum & vniuersum negat à loco complecti. Verum Eudemus non nominat vniuersum, sed etiã ipse, vt opinor, quæstionem mouet de toto cœlo, cum hoc modo scribat, Cum dixerit locum esse terminum cõtinentis immobilis, quà continet, subiunxit. {quod.n. mouetur, vasis similitudinem retinet} & ob id loca definimus comparatione ad cœlum. Sic.n. non mutabit locum alium, sed si mutabit, id partibus fit, in eodem.n. est latio circularis. Verum ambigere solemus, num collocetur, vel nõ vtroq; modo, & id aliquo modo. Nam totũ non collocatur, quia nihil extra existit. Sic.n. complecteretur. (sed hoc diligentius perscrutabimur.) Astra vero & quæcunq; cõplectuntur à terminis vltimi orbis, quatenus continet, sunt in loco. Quę aũt sic in aliquo ponuntur in loco sunt, & in quo partes collocantur dicimus etiam totum collocari, & hoc igitur modo cœlum totum erit in loco. Est.n. & aliud alibi, & aliud alibi semper. qñquidem totum sit in partibus, At multis modis alicubi dicitur. Sed vbi dixit cœlum per accidens in loco esse. animaduertendum est qualis motus sit circularis motus. Nam neq; ad substantiã, neq; ad quantũ, neq; ad quale pertinet. igitur si motus est, restat, vt pertineat ad locum. Quòd, si cœlum mouetur ad locum, igitur in loco prorsus erit vt sępe demonstrauimus. At hunc motũ, quem localem dicunt. plane talẽ esse negat Alexã. propterea ꝙ nõ mutat locum cœlum, sed quis motus sit, non explicat. Sed eius pace Arist. cũ in libro de cœlo motum diuidat, hanc lationẽ, motum ad locũ vocat, vbi præsertim diuidit eundem motum ad locum in rectum, & in eum, qui orbicularis dici potest, & in mixtum: qñquidem ibi hoc modo dicat. {Omne.n. quod mouetur, vel circulo, vel recto, vel mixto motu fertur}. Præterea octauo huius tractationis libro, motum, qui in conuersionẽ fert, & agitatur in orbem, appellat motum ad locum.

Circularis motus an sit motus localis.

Manifestum autem ex his, quod & dubitationes omnes solui possunt, si hoc modo dicatur locus. Neque enim simul augmentari necesse est locum; neque puncti esse locum, neq; duo corpora in eodem loco, neq; spatium aliquod esse corporeum. corpus enim est quod est inter locum, quodcunq; id fuerit, sed non spatium corporis. Et est locus alicubi, nõ autem vt in loco, sed vt terminus in terminato. non enim omne, quod est, in loco est, sed mobile corpus. Tex. 47.

Cum prius asseruisset singula optime tum definiri, cũ ex tradita definitione quæ competunt rei definitæ, competant, & causæ difficultatis apertissimæ fiunt, quanquam adhuc lateant dubitationes: &, cũ ex hac definitione, {Locus est terminus continentis immobilis primus,} aperuisset quæ & qũo videantur competere ea, quę loco conueniunt, causasq; difficultatis expressisset, reliquum ostendit, quonã modo dubitationes de loco diluantur. Erat aũt vna dubitationum hæc, Si omne corpus collocatur, & in omni loco corpus est, opus erit, vt corpora cum augẽtur, vnà locus augeatur: Si vero nõ ita sit, Corpus igitur additum, aut quod aduenerat ex accretione, non erit in loco. Hæc dubitatio his dissoluitur, quia corpus continens cedit, vel per resistentiam, quod tum fit qñ occupat locum alibi minorem, vel densando; vel constringẽdo se, & tum termini cedunt ꝙ quasi manum dãt, vt quæ augẽtur ampliorem locum obtineant. Vnde locus non crescit per se quippe nullus terminus p se augetur, immo neq; corpus, cuius est terminus, augetur. At contrarium fit, quãdo contrahitur corpus densando se.

Cõm. 45. Et definitione data ab Arist. de loco omnes dubitationes soluuntur.

Cœlum multipliciter sumitur à philosopho.

Erat etiã dubitatio quædam cõnexa tunc, *Et hæc est,* Puncti erit locus.

Diſſoluitur, quia nō neceſſe eſt, vt ſi corporis ſit locus, etiā termini locētur: quandoquidē nec ſeparata ſint, nec complectātur, vt his opus eſt, quæ loco capiuntur. Et ſummatim dicamus, ꝙ, ſi partes non collocantur, quia ab vniuerſo non ſunt ſeiunctæ, multo magis nec termini erunt in loco. Præterea nec forte abſurdum eſt diſcrimē eſſe inter punctum & locum puncti. ꝙ, ſi abſurdum eſſet, corpora neq; ſeſe mutuo tāgere poſſent. Si.n. non punctum puncto adæquatur, nec linea lineæ, nec planū plano. quod fieri nequit. Tertia ſequitur dubitatio diluenda, illa videlicet, quæ primum explicata fuit, ꝙ neq; erat incorporeus locus. Nam tres habet dimenſiones, longitudinem, latitudinem, & profunditatem, quibus omne definitur corpus. At locus non poteſt eſſe corpus, aliter duo corpora in eodem collocarentur; Tollitur hæc dubitatio igitur è loci definitione, quia terminus continentis non habet tres dimenſiones, neq; corpus eſt. Et eodem oſtenditur, ꝙ locus non eſt ſpatium aliquod corporeum. Nam tale extēditur tribus dimenſionibus. Vnde hoc incōmodum accideret illi, videlicet duo corpora eodem loco complecti, qui aſſerit locum tribus eſſe dimenſionibus dimenſum, ſed illi non accidit, qui affirmat locum eſſe terminum. Soluitur item è definitione Zenonis ambiguitas, quam etiā prius diluit. Zenon enim dicebat, Si omne, quod eſt, alicubi collocabitur, nimirum locus etiam in loco erit. ꝙ ſi locus eſt terminus cōtinentis, etiam locus erit in aliquo, & ſecundum eam ſignificationem ipſius in aliquo, quæ ſignificat alicubi eſſe. Diluitur, quoniā erit locus in aliquo, non velut in loco, ſed tanquam terminus in corpore, cuius locus eſt, quare & neceſſario locus non alium occupabit locum, ſiquidem ſitum in loco ſit id, quod mutabile eſt latione. at terminus continentis non eſt mobilis per ſe latione, neque enim eſt ſeparatus.

Tex. 48. *Et fertur igitur ad ſuum ipſius locum vnūquodq; rationabiliter. Quod enim conſequenter eſt, & tangit non vi, cognatū eſt. Atq; ſi ſimul quidem genita fuerint, impaßibilia ſunt. quæ vero ſe tāgunt, à ſeinuicem patiuntur, & in ſeinuicem agunt. Et manet igitur natura totum in proprio loco, vnūquodq; non irrationabiliter. Etenim pars hæc, in toto loco, vt diuiſibilis pars, ſi cū toto cōferatur. vt cū aquæ moueat aliquis partē, aut aeris. Sic aūt et aer ſe habet ad aquā.*

Tex. 49. *non eſt vt materia, illud autem. forma. aqua quidem materia aeris eſt, aer vero veluti actus quidā illius. Nam aqua, potentia aer eſt, aer aūt, potentia aqua, alio modo. Determinandum aūt eſt de his, poſterius. ſed propter temporis opportunitatem, neceſſe eſt dicere. Quod vero obſcure nūc eſt dictum, tunc erit manifeſtius. Si igitur idem eſt materia & actus, ſunt enim aqua ambo, ſed hoc quidem potentia, illud vero actu, ſe habebit vtiq; vt pars quodammodo ad totum. Quapropter et his cōtactus eſt. Copulatio autem cum ambo actu vnum facta fuerint. Et de loco quidem, & quod eſt, & quid eſt, dictum eſt.*

Cōm. 58. *Ad propriū locum vnumquodq; natura fertur, & in loco quieſcit.*

Hoc nullam ſoluit dubitationem, ſed vltimum ponebatur pronunciatum eorum, quæ ſumebantur de loco, Vnumquodq; corpus natura ad proprium ferri locum, & huic aquieſcere. Oſtendit ergo id è definitione proficiſci, & ſimul quandam dubitationem, quæ infertur, ſoluit. idcirco & hoc numeratur inter ſolutiones de his, quæ è loci natura dubitabantur. Nam quiſpiam diceret, qūo terminus aquæ eſt terræ locus, vel terminus aeris eſt ipſius aquæ, & ſic deinceps conſiderando cætera? ſi oporteat locum eſſe cognatum & ſimilem rei, quæ locatur, quocirca dicebatur ei eſſe proprius. Sed aqua terræ diſſimilis eſt, & aer aquæ, immo differt ab ea & contrarius eſt, vt vnum in alterum tranſmutari poſſit. Dicit ergo, ꝙ ea, quæ deinceps inter ſe inuicem conſequuntur & ſe inuicem non vi tangunt, illa ſunt cognata, & inter ſe coniuncta.

Cognata corpora quæ dicantur.

Equidem aer cognatus eſt igni: quia cōem habet caliditatem & conſimilem, & vt dicunt, facilius eſt tranſitus & mutatio aeris in ignem, aeri aūt aquam: cōe nāq; eſt eis humiditas. Simile fit in aqua, & terra, quippe cognatio earum ſit ſ m frigiditatē. Sed minime cognata eſt terra ipſi aeri, vel aqua ipſi igni. Item quanquam ignis obnoxius ſit ortui & interitui, tñ inter cætera huiuſmodi familiariſsimus & cognatiſsimus eſt orbi lunæ, cū illa eius parte, q̄ eſt propinqua generationi & corruptioni, & igni affinis. Nam ignis lucet, & immaterialis eſt, & habet rationem formæ comparatione ad alia elemēta. Ad cognatū corpus igitur vnumquodq; mouetur velut ad proprium locum. Et pulchre dixit non modo deinceps, ſed etiam quod ſe tangant. Illa enim deinceps ſunt, inter quæ nihil ſimilis generis intercidit, vt quinto lib. docebit. Domus, inquam, dicitur deinceps, qñ nulla cadit media domus inter eas. At quæ ſic ſunt deinceps non ſeſe tangunt, neq; aliud in alio collocatur velut in loco. igitur operæpretium eſt, vt ſi quid collocetur in alio, idipſum tangat, idq; non vi cohęreat ei, ſed neceſſario. Poſſunt enim quędam inter ſe attigua eſſe, non natura, ſed vi, quæ ſanè præter naturam ſeſe mutuo tangent, & non erunt cognata. Si ergo cognata corpora inter ſe naturalem ordinem habēt, vnumquodq; appetet alteri cohærere, huicq; eſſe attiguum, non vi, vnde merito vnum abiunctum ab altero feſtinabit ad illud, velut ad proprium locum, & manebit in eo, velut in proprio loco.

Partes quare in loco, vel in toto loco non ſint.

Et, qm̄ partes & inter ſe cōgnatæ ſunt, & in toto, in hoc tñ non ſunt velut in loco, huius cauſam aperit dicens, {Simul enim congenita ſunt & coagmentata & inter ſe continua impatibilia merito ſunt inter ſe, } oportet.n. aliud eſſe agens & aliud patiens, ſed quæ ſimul ſunt nata & continua vnum ſunt, ſed ea, quæ ſunt patibilia non ſunt continua, neq; hoc modo continua, ſed velut attigua, in quibus aliud eſt agens, aliud vero patiens, quoties tñ vnum alteri proximum fit & cognatum, verum nō adeo vt partes ſint ex elementis, ſed hoc modo, vt habeant aliquod cōe, & aliquod differens, ideo etiam vnum mutatur in reliquum. Hæc igitur ſunt ea, quæ collocantur. Nam corpora, quorum vnum alteri cohęret & attiguum eſt, inuicem agunt & patiuntur, & mouētur, velut imperfecta ad perfectum, vt dicet. Cum ergo dixerit cauſam cur vnūquodq; corpus proprium locum petat, eſſe cognationem corporum, quorum terminos eſt locus eius, quod locatur, aſſerit etiam eandem eſſe cauſam, cur merito aliquid proprio loco quieſcat.

In proprio loco cur maneat vnūquodque.

Nam vt id, quod diſtat à ſuo cognato, cum appetat illud, ad ipſum mouetur, eodem quoq; modo, cū illud conſecutum fuerit, quieſcet & ibi manere appetet. Nam fere eſt pars illius, à quo continetur ſ m naturam. Illud vero fere diximus, quia non eſt continua pars, ſed diuiſa. Vt ergo in ipſis partibus ſ m naturam appetitus ineſt, vt ad ſua tota perueniant & in his maneant, ſic etiam ea, quæ ſunt cognata, quanquam diuiſa ſint, ſ m naturam ad cognata progrediuntur, & in his permanere cupiunt, velut proprium acceperint locum. Ob id enim petunt locum. Nam vt partes, velut aquæ pars, vel aeris conuenientiam vniuerſi, ita cupit, vt ei ſtudeat & nitatur cohærere & in ipſo permanere, ſic etiam quæ ſunt cognata ſ m locum ſeruant cōuenientiam & cognationem, velut aer cū aqua.

Aquam quomodo Ariſ. aeris partem dicat.

Equidem ſtatuebatur pars moueri, vt ipſa videatur ſimilis his, quę ſunt in loco. Nam videtur aqua eſſe aeris pars diuiſa, ſed nō penitus eſſe pars. nam pars eſt materia,

è qua fit cõpositum, forma perficiente & designante materiam. Nã fit ex aqua aer, velut ex materia, vt ex ære statua, vel magis velut ex semine animal. Non.n.ex permanente aqua aer fit.sed is dicit,quomodo fit, {Sic autem & aer se habet ad aquam. nam illud vt materia, illud autem vt forma, aqua quidem materia aeris est: aer vero velut actus quidam illius?} Inquit ergo, quo aqua est aeris pars? non.n.materia est pars formæ,sed ambæ sunt compositi partes. vel quia compositum ob formam maxime substantia est,& in propriam naturã collocatur. vel vt ipse dixit, quod aqua potẽtia est aer. Vt.n.sperma semenue genitale videtur esse pars animalis, quod ex eo prodit, sic etiam aqua dicitur aliquo mõ pars aeris, qui fit ex eo, cum sit potentia aer. Sed cuique próprium est animaduertere quod ex aere aqua fit,& aer potẽtia est aqua,& aquæ materia est aer: quare etiã erit pars. Verũ,inquit, alio modo aer est potentia aqua, & aqua potentia aer, de quibus diligentius in lib. de ortu & rerũ interitu disputandũ esse distulit. Videtur autem mutatio corporis magis materiati & crassioris in subtilius,similis ortui esse,& mutatio subtilioris in crassius interitui. Idq; nimirum ea de causa, quia subtiliora corpora habent rationem formæ comparatione ad crassiora. Aquæ porro virtutem dicimus esse eius leuitatem, & aeris vitium crassitudinem. Et omnino omnis imperfectio materiæ causa fit,& perfectio merito formæ,& perfectum erit velut pars eius quod perficitur, & quod interit, nõ erit pars. Merito ergo aqua proficiscitur ad terminũ aeris, & aer nõ ad aquæ, sed ad ignis terminũ. Cũ igitur explicarit aquã esse potentia aerem,& aquã esse materiæ similem, & aerem formę, reliquum ratiocinatur sic, Vbi fuerit aliquid actu & potentia, & id, qđ est actu, respondet materiæ,& id,qđ est potentia,ipsi formę: id,qđ est actu,pars fit eius,quod est potentia. Cum ergo aqua sit actu aqua, & potentia aer, & transmutatur in aerem, & aliquomodo in eo est, nimirum se habebit velut pars ad totum. Quòd si idem dici possit de aere, & quoniam & ipse cum sit potentia aqua mutatur in aquã,sed si hæc mutatio videtur magis interitus quidam, conueniẽtius diceretur pars & totum in eo quod simile fit s'm generationẽ. Sed cur hæc disputata sint,causam adducit,{Quapropter & his contactus est} nam ob cognationem tactus est illis non violentus. Et quæ sunt magis materialia contioentur ab his,quæ sunt magis formalia. Et hoc quidem, qñ vtrúque actu manet id,quod est, & potentia alterum, sed qñ actu ambo vnum fierent, quod tum accidit, quoties mutatur alterum in alterum,velut qñ aqua fit aer, vel è cõtra, cum aer fit aqua,tum non amplius sese tangunt,neq; aliud in altero est,velut in loco,sed vna natura ex his fit & continuatur,atque pars & totum perficitur. Sed, quoniã cognationem & communes qualitates diximus causas esse tactus naturalis & non uiolenti, atque huius videlicet, qđ sit in termino corporis continẽtis, quispiam merito, existimo,instaret, quoniam hac ratione solũ aquam oportebat esse terræ locum,& non aerem. Deinde,si velut ad cognata procedit,cur non in aere, vel in medio aquæ gleba terræ manet,cum sit in cognato loco & attiguo sibi? Sed dici potest ad primum,quia aer, cum sit prope terrã turbidus, attingit naturam aquæ, & ob id terræ cognatus est. Ad scd'm respondemus non omni aeri aquã esse cognatã, sed ei parti,cui adhæret. Terra eodẽ modo vltimo terreno aeris & aquæ cognata est. Quocirca neq; aqua in medio aeris manet,neq; gleba in medio aeris,vel aquæ. Sed si cuncta bonum & vtile appetunt natura, quonam pacto properant ad id, quod suapte natura potest ea mutare & corrumpere? Nam quæ mutuo cohærent nullo interiecto medio inuicem sese transmutant. Nisi forte ergo nõ solũ aptum sit à suo proximo pati alterationẽ,& in ipsum trãsmutari, sed etiam idipsum transmutare & alienare, atque in se ipsum cõuertere, appetit ergo sui incrementũ. At vere ẽt dicendũ est, qđ neque propinquum unumquodque desiderio persequitur,sed suã vniuersitatem, & hanc appetit,quod in eadẽ seruari põt,qua etiã ratione quodcunque & quoties mouetur, ad vniuersũ locũ pergere contẽdit. Sciamus oportet Aristot. omisisse duas dubitationes, quas non absoluit,& hę de loco mouebantur.tertiã videlicet & quartam. Quarum altera id poscebat, cur locum esse asserimus,quod neq; elementum,neque ex elementis constat. alia vero petebat quæ causa rerum locus esset.

Prima soluitur, quia quispiam eadem de omni superficie dubitare posset.nam hæc neq; incorporeum elementũ est, quia dimensã est:neque corporeum,quia nõ habet triplicem dimensionem. Item neq; elementis constat ob easdẽ causas.neque.n.corpus est, cum non triplicem habeant dimensionem,neque omnino incorporea, quia est longa & lata. Vel ergo omnis superficies tollẽda est,qm̃ hæc de loco disputata sunt, qđ superficies est,vel si non demẽda est, nimirum nec locus. Si vero & huiusmodi natura est, quæ dimensa est, non tamen tribus dimensionibus, vt corpus sitequid vetat ipsam elementum esse, vel partem corporis, & ex elemẽtis videlicet dimensione & plano, vel longitudine & latitudine? Nam, si incorporeũ significaret negationem dimensi, absurdum quidem esset, immo fieri non posset, vt superficies vel corpus, vel incorporeum nõ esset. Et,cũ id,quod vno modo,& id,quod dupliciter dimensũ est, incorporeum est, fieri poterit ergo, vt aliquid neque corpus sit,neq; omnino omni ex parte dimensione careat.

Secunda dubitatio etiam,quæ de causis erat, demitur. quia,si naturalia corpora appetunt ad loca propria peruenire,& in his quiescere,locus sane erit causa,quę finis dici solet,velut cõtinens, & perficiens, & tribuens vicinũ; perfectionem. Nã ea sunt imperfecta, quæ alia loca à sua vniuersitate occupant. ideo & motus ipsorum,cum fuerint in rectum ad propria loca, sunt imperfectorũ motus, quod sane in lib. de ortu rerum & interitu Arist. ẽt confessus ẽ. Nullum enim ex simplicibus perfectum mouetur in rectum, sed aut manet, aut per circulo mouetur.

CVm disputatio de loco ab Arist. hoc modo instituta multas habeat dubitationes, & multa posteris reliquerit examinanda, volo itaque afferre eas obiectiones, quæ contra illum adduci solent, & causam exhibere deceptionis & paralogismi de loco, quibus absolutis, neque de loco disputatio, vt mihi videtur, finem faciet. Etenim complures aliæ extitere post Aristot. opiniones de loco, quas, & si ante suam fuissent, vtique nobis illas reliquisset examinandas. Quapropter illi quoque gratissimum fore arbitror, si examinetur ea sententia, quæ asserebat locum esse quoddam interuallum, quæ etiam ab illo parum & breuiter ponderata & examinata fuerat, quæ item clarissimis post ipsum Philosophis grata est. Quocirca opinor illam esse merito explicandam. Vnde si quicquam & ipse potero adiumenti conferre ipsi disputationi de loco, opinor molestam meam audaciã Arist. nõ fore, cum ille veritatis perquirendæ initia dederit. Quare & si præter propositum interpretationis meæ progredi, latiusq; aliqua in parte uagari nonnullis uisus fuero, hi ubi cõlecti fuerint, & norint quæstionis difficultatem, & multiplicẽ eius nodum, his quæso culpam ascribant. Scite porro licet, Eorũ, qui de loco quicquam cõscripserunt, alios locum corpus esse,

Ex crassiori in subtilius mutatio similis est generationi: at Mutatio ex subtiliori in crassius similis est corruptioni.

Magis materialia à magis formalibus cõtinẽtur.

Cur aqua in medio aeris non manet, aut gleba terræ in medio aquæ.

Aer terra propinquus ac cedit ad naturam aquæ.

Bonũ & vtilitatem propriam omnia appetunt.

Superficies nõ est corporea, nec incorporea.

Elementum nec est corpus, nec quippiam incorporeum.

Locus est causa finalis ut continens & perficiens ab ipso contenta.

De loco uaria hominũ sententia.

esse, alios vero quidpiam incorporeum existimasse. Proclus nimirum è Lycia Philosophus, locum corpus affirmat. At eorum, qui illum incorporeum tuetur, alii prorsus sine dimensione illum esse dicunt, alij vero extensum & præditum dimensione. Præterea alij eorum, qui aiunt indiuisibile & sine dimensione prorsus esse, opinantur esse corporibus subiectum, velut Plato fuit, qui locum materiam nuncupauit. Alij, velut noster Damascenus, putant esse corporibus quicquã præbens perfectionẽ. Rursus eorum, qui illum fatentur dimensionibus constare, alij duabus, velut Arist. & quicunque peripateticorum. Et horũ alij omnino indifferẽte, atque interdum sine corpore permanere, velut Democritus & Epicurus, alij vero putarunt illum esse spatium, qđ semper habeat corpus, & idẽ spatium aptum sit ad capiendũ vnũquodq; corpus, velut inclyti Platonicorum & primi, in quorum numero est Lãpsacenus Stratõ. Sed, quoniam præ manibus, Arist. habemus, quam ipse cæteris sit præstantior, primum ex illorũ memoria consideremus oportet. Primum porrò illa sunt attendenda quibus Arist. instituit, videlicet cœlũ nõ moueri secundũ locum, neq; esse ipsum, neq; vniuersum cõplecti loco. Præterea non mõ orbem inerrantium stellarũ secundũ locum immobilem esse, ac nusquam circunscribi tradit, vnde proficisci non nihil absurdi interpretes putãt, sed etiam totum cœlum, quamobrem cœlum velut unũ ponebat. Quòd enim sola, quæ mouentur in rectum, censeat Arist. moueri ad locum, & contineri loco, quiuis ex multis locis persuadere poterit. Verũ ne plures contextus scribam, sufficiant hi duo. {Est autem locus non cœlum, sed cœli aliquod extremum, quod etiã tangit corpus mobile. & ob id terra in aqua, & aqua in aere, & aer in æthere, & æther in cœlo, sed cœlum non erit in alio.} Sed Alexãder reijciẽdus est, qui dicit prætermissum hic fuisse ignẽ, & ætherem ab Arist. appellari vniuersum stellarum omnium errantiũ. Et ante hoc dicit, corpus, quod continetur, mobile esse secundũ lationem, & id, quod continet, dicit in loco esse. Si ergo quod continetur & mouetur secũdum lationem loco capitur, & alius est motus ipsa latio, & ipsa latio circularis, quippe illa est motus in rectũ, vt etiam interpretes fatentur, nimirum quæ in rectum mouẽtur loco comprehendentur, quandoquidem his etiam conueniat motus ad locum, cũ non semper moueantur, vt rotunda corpora, sed interdum possunt moueri & non mouentur. Nisi quis ex his, quę in vltimo huius tractationis libro dicentur, & ex his, quę lib. de cœlo tractantur, lationẽ & motum ad locum idẽ esse putet, quo pacto sentiat etiã rotũda corpora, quæ circulariter mouentur, moueri latione, & ob id sphæram inerrantẽ & totum cœlũ in loco esse fatebit, quod quidem Arist. aperte negat, quia nihil extra habet, quo capi possit & contineri. Sed loca diximus ante, qbus latio diuiditur cõtra motũ circularem. Loca porrò restãt, quibus latio velut genus omnis motus secundũ locũ accipitur. {Cum enim tres motus sint, alter secũdum magnitudinem, alter secũ affectum, & alter secundum locum, quem lationem appellamus, }& aliàs, diuidit lationem dicendo, {Omne.n. quod latione mouetur vel rectam, vel circulo vel mixtim,} quare ex his etiam illud patet apud Arist. s. motum in circulo esse motum sm locum: & quæ mouentur secundum locum in eodem sunt: quare ex his etiam concluditur vniuersum cœlum, & sphæram inerrantẽ in loco esse: Quonam modo itaq; his verbis de loco primam sphæram & totum cœlum, atq; omnia, quæ sunt in illa verba, vltima sphæra inerrante collocata, non esse in loco inquit? Et causam horum cõmunem adiecit dicẽdo, {Cui igitur corpori est aliquod corpus extra cõtinens ipsum, hoc in loco est: cui vero non, minime.} & hoc meito siquidẽ locus sit terminus continentis. Et his cedens Alex. non vsurpauit ea, quæ prius dicta sunt, cum diceret motum circularem non esset localem, quia nõ mutat totũ locũ. Hæc igitur plane scribit. Etenim, si est cœlo motus, profecto non inerit in illo localis, q non mutat locũ, cum non contineatur, sed q circulo feratur, patet. & quod latione mouetur id moueat perspicuum est. Quòd, si motus erit sm locum, vt contextus ante indicabat, patet etiã in loco esse, quia quod sm locum mouetur, id in loco ponitur, quod etiam ab illis admittitur, quandoquidem ex motione huiusmodi inuentus sit locus. Quod si negarint cœlum moueri sm locum, dicant, quæso, quæ species sit motus, vel mutationis, ipsa motio circularis. Neq; secundum substantiam, neq; secundum quãtum, neq; quale dicere valent. Sed quid opus est verbis, Aristo. Primo Cœli motum circularem appellat apertissime motum ad locũ. Hæc porrò dicit, {Omnis autẽ motus secundum locum, quem appellamus lationem, vel est rectus, vel circularis, vel ex his mixtus est.} Nec vero minus aperte motum ad locum corporibus sempiternis tribuit, dicẽs {Sẽpiternis conuenit solum motu ad locum moueri.} Et alias causam affert dicendo, {quod.n. secundum locum mouetur minime ex substantia discedit.) Secundum.n. hunc solum nihil naturæ, vel substantiæ, vel affectus amittitur, vt fit in aliis. Vbi deficit in eo, quod alteratur, qualitas, in eo, quod augmentatur, quantitas. Ex his ergo aliquis diceret perspicuum esse quàm a vero & a se absit Aristoteles, cum videatur ea sola, quæ mouentur in rectum, fateri in loco esse, & moueri ad locum. Sibi, inquam, non constat, quomodo seruatur proprietas definitionis, quę erat. vt per eam, oĩs soluatur dubitatio, si de illa etiam periclitandum sit. Item alias refert hæc (Non quæreretur locus, si non motus aliquis sm locum esset. Propter hoc enim & cœlum maxime in loco putamus esse, quia semper est in motu,) quibus cœlum in loco esse statuit. Sed, postea quam apertissime his verbis negat cœlum in loco ponendum esse (Cœlum aũt, sicut dictũ est, nõ est alicubi totũ, neq; vllo in loco est, siquidem nullum corpus ipsum continet.) Rursus quonam pacto asserit aliquid in loco moueri secundum lationem? quoniam id, quod iam obtinuit locum, nullo pacto mouetur secundum locum. Plura.n. manent secundum locũ. Etenim terra, vt ipse tradit, cũ aqua contineatur, quãquam illa moueatur, ibi tñ manet, vt etiã hoc ipse insinuauit, cum discrimen eius, quod sursum, & eius, quod deorsum est, afferret. Nam illud { semper manet } indicat mansionem eius in loco & immobilitatem, sic etiam orbis vltimum, cum semper eodem modo se habeat, manet, vbi mansionem secundum substantiam considerabat. Item, sicut ea, quæ sunt in eo, quod mouetur, velut in dolio magis sunt quam velut in loco. vt ipse indicat his verbis. {Quapropter cũ in eo, quod mouetur, quippiam moueatur, muteturq; id, quod intus est, vt in flumine nauis, vt vase magis quam loco vtitur continente } igitur etiam totus ambitus stellarum errantium complectetur à sphæra inerrabili, velut à vase nauigium, immo vnaquæq; etiam sphæra à sua continente sic complectetur. & tamen id, quod sub luna mobile est secundum lationem, asserit esse in loco proprie, quiesit vltimum cœli, i. concaua superficies sphæræ lunæ. quare vel id erit in concaua sphæræ lunæ, velut in vase, quia Luna globus mouetur, vel vbi erit locus, & quædam proprie in loco. Etenim aer mouetur & aqua, quare neq; in his erit locus proprie, qñ etiam particularia

Aristotelis de loco decretum examinatur.

Cœli & inerrantis sphæræ num sit in loco.

Circularis motus nunquid sit motus per locum.

Theophrasti obiectiones cōtra datam ab Aristot. loci definitionem.

laria corpora circunfluunt, velut in aere & aqua. Sciamus porrò oportet Theophrastum etiam talia contra definitionem loci traditam ab Arist. dubitasse: hęc videlicet, q̄m ex ea apparet corpus esse in superficie: & locum moueri: nec omne corpus in loco esse: quia primus globus inerrabilis, immo magis, quia reliquas sphæras secum rapit: nec totum cœlum erit in loco. Quæ.n. sunt in loco desinunt moueri. quòd si auferantur, quæ continent, non amplius erunt in loco. Sed videamus, num pronunciatis prius acceptis de loco respondeat eius definitio. Cuncti enim fatentur hoc pronunciatum.

Aristo. data loci definitio non consentit pronunciatis, dignitatibus de loco.

Locum continere ea, quæ ab ipso comprehendūtur. Et patet, inquam, id neque velut peculiare loco esse tributum, sed quatenus nonnulla, quæ sunt in loco, in aliquo ponuntur. Dicimus enim omne, quod est in aliquo, ab eodem contineri, in quo manet. Qua igitur significatione asserimus locum continere? an quatenus totum penetrat totum id, quod continetur & vndique recipit, & locat etiā secundū altitudinem, vel quatenus extra ipsum cooperit & ambit. quod si primū demus quonam pacto erit locus terminus continentis? Si vero secundum, videlicet, velut extra cooperiens & circunscribēs, hoc pacto etiā pallium vel vestis locus erit, quod neque, his, qui metaphoris vtitur, dicendum esse censeret. Præterea id, quod cōtinet hoc modo velut terminus eius, quod extra est, vel continet totum, vel superficiem: sed nō potest totum complecti, quia oportet id, quod capit & cōtinet, aut maius esse, aut æquale illi, quod cōplectitur: sed terminus cōtinentis est æqualis superficiei illius, quod continetur. quæ non est id totū, quod continetur. At neque superficies est in loco, vt ipse etiam fatetur: siquidem id collocetur, quod per se est absolutum & separatum ab alio, & quod per se mouetur, vt dixit. Superficies autem est terminus corporis collocati & non separata ab eo. Verum, quia forte aliquis affirmaret vniuersum ob superficiem collocari, ideo neque hoc fieri posse ostenditur. si enim aliquid sui parte patitur, vel agit, opus est vt pars primū patiatur, vel agat, velut si quis cædat insultatque calcibus, prius id pes efficiat oportet. Si quis item superficies albescit, prius hoc superficies patiatur necesse est.

Superficies nō est in loco.

Secundum autem pronunciatum erat huiusmodi.

Locus est æqualis rei, quę complectitur ab ipso.

Sed quomodo fieri potest, vt superficies corpori æqualis sit? sic enim & linea superficiei, & punctum lineę. quare & punctum corpori adæquabitur: quo certe nihil absurdius. Quod enim in loco esse oporteat, vel ex hoc maxime patet, quia dicimus illud moueri ad locum latione: sed superficies non per se mouetur, sed corpus. Sed videtur esse q̄dam anfractus ambitusūe quodammodo circunscribēdi aliquid, sed non penetrationis & collocationis, qua quidpiam totum comprehenditur & locatur secundū omnem dimensionem. Et sic intelligendum est locum æqualem esse rei, quæ locatur.

Præterea aliud sumebat, hoc videlicet.

Loci differentiæ sunt sursum & deorsum.

Quemadmodum igitur est aliquid supremum, vltra q͛d nec quicquam est, nec omnino locus, ita aliquod infinitū sit oportet. si ergo supremum id est, quod est circū circa siue hic sit superficies conuexa orbis inerrantis, siue conuexa ætheris, modo solum locetur id, quod sub Luna continetur, nimirum infimum erit vniuersi mediū, quod est centrum & ea, quæ huic vicina sunt. ergo locus terræ, qui sit infimus, non erit dicendus terminus aquæ, vel aeris, vt indicabat his verbis. {Et ob hoc terra quidē in aqua est, hæc vero in ære, hic autem in æthere, & æther in cœlo.} Quod siquis affirmat duplex sursum, & totidem deorsū, dicēdū est, esse aliud quidem velut locū, aliud vero velut in loco, q͛d etiam ipse significabat his verbis. {Qui versus medium cōtinet terminus, deorsum est, & ipsum mediū. qui vero versus vltimum, sursum & ipsum vltimū.} Posteaquam igitur hoc in libro & libro de Cœlo mediū asserit, quod deorsum est, & sursum, quod circumcirca, & cum sit vniuersum sphęricum, perspicuum fit, quòd, vt deorsum centrum est, sic termini sursum, ad quos, si proiectæ fuerint lineæ quidnam erit centrum? quare neque locus erit superficies vltima conuexa, siquidē locus dicitur superficies, & comprehensio, atque æqualis ei, quod est in loco: neque erit in loco, siquidem quod est in loco habet superficiē, & mouetur s͂m locū. At neque locus sursum est concaua superficies Lunæ, neq; illa cōcaua superficies sphæræ inerrabilis, sed si esse deberet, forte esset illa cōuexa, q̄m ad illam lineæ à centro protractæ perueniunt. Item orbis Lunę mouetur in orbem, cum qua una mouetur & rapitur in gyrum ignis, & succensio quędam, quod in lib. Meteororum fatetur. Sed hoc sursum secūdū eius definitionem non est loci differentia, sed uasis, vt ipse voluit & statuit. Inquit enim, {Quapropter cum in eo quod mouetur quippiam moueatur, muteturúe, id, quod intus est vt in flumine nauis, vt vase magis quam loco vtitur cōtinente.} Nam inquit. {Vult autem locus immobilis esse.} Ideo diffiniendo ipsum dixit. {Continentis immobilis primus hic est locus.} Si ergo ab eo sursum non dicitur loci differentia, sed vasis, perspicuum etiam fit, vt neque deorsum sit differentia. Postremum autem pronunciatum dicebat hoc.

Vnumquodque corpus suapte natura moueri ad proprium locum & ibi quiescere. Et hoc quid aliud est dictu, quam sursum & deorsum esse. quare si deorsum tellus deuoluitur, & centrum est deorsum, itaque mouebitur non ad terminum aquæ, uel aeris, sed ad centrum. quare hoc erit terræ locus, & sic mouetur. quia grauia undique ferūtur ad lineam rectā deorsum. quod quidem fieri non posset, cum sit terra orbiculata, nisi omnium pōderum inclinatio ad centrum declinet. Sed centrum non est terminus corporis continentis, cum diuidi nō possit. Dixit idē eundem esse totius & partis locum. Sed libro de cœlo, cum quæreret causam, cur tellus maneat in medio, nō assignauit hanc, scilicet terminum continentis aeris, sed mediū. quare & si dimitteretur, adhuc deorsum descēderet. Rursum tertio huius tractationis, eo præsertim loco, in quo damnat Anaxagoram, qui infinitum seipsum sistere & suę stabilitatis idipsum causam esse, inquit, graue in medio iacet, terra vero in medio. Si ergo quod fertur propriū petit locum & ibi quiescit, nimirum medium erit locus terræ. Præterea, si omne corpus natura fertur, & manet in proprio loco, quasi adepturum sit id, q͛d suæ cōuenit naturę, & id q͛d est secundum naturam, conseruat unumquodq;, quomodo ergo aqua ad terminū aeris ferri poterit. Nam quemadmodum ipse etiam fatetur, minor aqua superatur, & mutatur ab ipsa maiore copia aeris. qua igitur spe, quaue fiducia aqua proficisceretur ad id, à quo interimitur? Quocirca vult in terra insidere, & ab eadē firmari. cuius indicium est, quoniam, si terra, quam ambit, tolleretur & dimoueretur è suo loco, nimirum aqua tandiu descenderet, quousque aliam occuparet terram, & desereret continentem aerem & suum terminum, quasi non sit aer proprius locus eius. Præterea, si terminus aeris erat locus aquę vel terræ, aqua in aere & gleba ab aere vndique cōplexa,

quæ etiam ibi proprium locum habent, non mouerentur aliò, ꝙ si id quod obtinere suam vniuersitatem cupit, separatum fuerit ab ea dicerem illud conniti quantũ potest consequi suam vniuersitatem, sed non proprium locum. Loci præterea proprij corporibus quomodo dissimiles habebunt partes, vt contineant idem corpus? Nam siquis in fluuio esset, & excederet aquam capite, manibus, ceruice, humeris, huius sane locus erit locus tũ terræ terminus in quo pedes firmat, tum aquæ, tum etiam aeris. quo fit, vt vna sit loci pars, quę continet partes corporis infimas, & alia, quæ complectitur supremas. Præterea locum esse immobilem Theophrastus & Eudemus velut vnum pronũciatum assumunt. Arist. autem hoc assumit in definitione, cum dicat. {Quare continentis terminus, immobilis pri-
» mus locus est,} & asserit omne quod loco complectitur,
» mobile esse secundum locum. At nunc contrarium dicere videtur, si terminus continentis est locus. Nam terra manet & aqua. sed terminus continentis ipsa, quod aer est, mouetur. Si præterea locus sit immobilis, oportet, aut falso asseri cæli vltimum esse locum, quod tangit corpus mobile: vel si hoc verum est, cœlũ immobile sit necesse est, vt si etiam eius terminus immobilis. quia fieri non potest, & si ipsum moueatur, & terminus eius sit immobilis. sed ubique asserit cœlum circulo moueri, idque euidentia testatur. Quare vel opus est pronunciatum hoc, Locum esse immobilem, dimoueri, & euertere omnino, aut negare locum esse terminum corporis continentis. Item non solũ nostra intelligentia locum immobilem vult, quia nõ aliò petat, sed etiam quia non mutetur secundũ substantiam, proinde ipse etiam ex mansione cum sursum & deorsum statuat, deorsum, inquit, est illud, quod semper manet, & sursum, quod eodem modo semper manet. Si ergo locum oportet esse stabiliorem secundum substãtiam, quomodo ergo terminus aeris erit locus terræ? quia facilius trãsmutatur aer quàm terra. Sed hoc etiam, vt ego existimo, sciẽdum est, quòd qui locum hoc modo describit & statuit immobilem, non modo cælum negat loco contineri, moueri secundum locum, sed etiam summas illorum, quæ sub Luna sunt. Etenim quòd non sit per se in loco patet, siquidẽ quod per se in loco est, id latione mobile sit, & hoc loco priore relicto alium acquirere studeat. Quod etiam nec per accidens in loco futurum sit, hinc patebit, quoniã, si tota mouentur & locantur, quia partes mouẽtur & collocantur, cum ille partes moueantur per se, quę ab ipsis totis seiunctæ sunt, in quibus postea non est totum, quo igitur pacto tota erunt in loco per accidens? Sed multa alia possunt adduci contra rationem loci. Quod autẽ, vt opinor, maxime ad exactam loci determinationem confert, hoc potissimum est, inuenire scilicet prima & propria maxime principia, ex quibus huiusmodi coactus locus tales substinet obiectiones. Et tantum de instãtiis hactenus.

Primam igitur arbitror fuisse causam loci statuendi, quia contineri ab aliquo quidpiam videbamus.

Secũdã, quia certũ nobis erat, nõnihil moueri ad locũ. Cum ergo communis sententia sit de loco hæc, qua dicitur, illum continere ea, quæ clauduntur ab eodem: & ipsũ continere multipliciter sumatur: nam omne, quod in aliquo est, videtur ab illo contineri, in quo est: ipse illam cõtinendi rationem velut circum operimẽtum accepit: quo dicebamus prius vestem esse locum, verum non totius, ꝙ per se continetur, sed totius secundum superficiẽ, qua totũ definitur. Quòd vero talem sententiam habuerit, illud presertim indicat, cum cœlum vocet vniuersum, quia extremum est omnium, & eo modo omnia cõtineat. itaque, cum statuisset vniuersum, quod continetur, ab eo, quod continet secundũ superficiem vniuersum circunscribentẽ complecti, dixit locum esse terminum cõtinentis. Sed locus videtur esse receptaculum & quædam regio vniuersi, & non quoddam circuntegens operculum. At ad hanc intelligentiam illud opinor magnum momenti afferre, ꝙ videntur partes non collocari per se, sed ob suas vniuersitates. Nisi ergo & huius in causa sit postulatum ipsius cõtinentiæ, quo locũ continere diximus. Nam, si illæ haberent locum, locus nimirum eas comprehenderet, cum sit continuus ad totum illum locum, quemadmodum etiam illę ad suam vniuersitatem. Sed illud, videlicet, non esse partes per se in loco, sumptum quidem est velut manifestum, quia neq; partes continuæ sunt per se. Nisi forte partes, cum habeant mediam naturam inter ea elemẽta, quæ prorsus seiungi nequeunt, & eas vnitates, quæ omnino separari queunt, nõ facile dici possit vtris participet, an etiã secundũ vtrunque modũ contingat simul eas cõsiderare: videlicet, esse per se, & non per se in loco. Et deinde, si cõtinuæ fuerint & has diceremus esse in loco determinato, forte esset perabsurdum, sed si fuerint in continuo quãto, consentaneum erit, vt sunt in loco, sic habere locum, & vt se habet vniuersum ad totum locum, ita pars ad partem, & continua ad continua, & discreta ad discretum & seiũctum locũ. Sic. n. erit etiã locus reuera capax. Et hac ratione existimo separandũ esse dolium à loco, quia illud solũ cooperit & circum obtegit, sed hic vndique est capax, & non ob id, quod vas sit mobile, & locus immobilis. Cæterum de postulato, quo dicebatur, locũ constitutũ fuisse, quia aliquid per se ad eũ mouebat, sentio id: quia, vt alias sæpe consueuit, & nunc voluit, ab euidẽtioribus viam inquirendi locum facere, & cum his solum insistere voluisset, coactus fuit eum huiusmodi definire, & assumere. Nã qui fit per locum motus nos manu firma duxit ad cognitionem loci. Et eorum, quæ mouentur secundũ locũ, illa magis hoc genere motionis mouentur, quæ vniuerse & ꝑ se è loco ad locũ proficiscũtur. Videmus enim, vt ipse inquit, vbi prius erat aer, huc ingressam aquam, hæc ipsa deduxerunt nos ad notitiam communis receptaculi, quod locum appellamus. Cum igitur ex his præsertim locũ cognouerimus, hæc velut in loco existentia sumpsit. Sed aliquis diceret forte, nondum perfecte hanc notitiam, quam tradit Aristot. assecutus, quoniam & si ex his venimus in cognitionem loci, tamen ex ipsa latione in orbem, vt ipse vltimo huius tractationis lib. ostendit, venimus in cognitionem causæ immobilis omnium: & tamen non ob id participationem, quæ est in circulari illius, quæ est immobiliter, & primo, & propriè potẽtia infinitam vniuersorum causam dicimus. Quid ergo cogit vt his contenti simus, quæ prius commemorauimus? Sed, cum omnino admisimus hoc, & ea esse duximus, quæ propriæ mouentur, quasi omne quod mouetur in locũ, moueri in rectum dicendum sit, deinceps oportuit asserere omne tale ꝓpriè in loco, & per se collocandum esse, quod alio terminaẽ, & affirmare, quæ ipse tradit de loco. Cum ergo id, q̃d continet, diuisum non fuerit, sed continuum, certe non velut in loco dicitur in illo, sed velut pars in toto; sed quando diuisum fuerit, & attiguum, tum in ipso proximo extremo & termino continentis est. Nam id, quod è loco ad locum migrat, prorsus sibi comparat locum, quem prius non habuit. ideo quæ latione, accretione, & diminutione mouentur, talia inquit esse. Quæ autem locum ingrediũtur, aut vacuum adeunt. sed postulatum est, velut omne corpus continetur loco, ita nullum esse locum sine corpore, aut

re,aut locũ proximi corporis,& sibi attigui capiũt. Oportet ergo omnino tale esse attiguũ tali corpori, & ſm hoc continebit ipsum. Hęc igitur causa fuit, vt opinor, cur statueretur quicquam, dum esset in loco, ab aliquo extrinsecus contineri. Verum non conuertitur oratio, non.n.omne, quod ab aliquo continetur, in loco esse asserit, vel ſm locum moueri, nisi etiam locum è loco mutet. Ab his ergo ducta fuit notitia loci, idque fuit in causa cur negauit orbes errantium astrorum collocari, quanquam vna contineat aliam & omnes ab illa stellarum fixarum complectantur. Nam cum locum nõ mutent & alium acquirant, non sunt in loco. Sed quid de stellis errantibus dico? qm̃ negat etiam vniuersitates elementorum esse in loco. Nam si vniuersum collocaretur, etiam moueretur ſm locum.

Si vera est Arist. loci diffinitio, vniuersitates mundi non sunt in loco.

Quia omne, qđ locum obtinet, mouetur etiã ad locũ. qm̃ dicit omne mobile esse in loco & omne tale esse id, qđ in rectum mouetur, perinde ac motio circularis non sit motus ad locũ. Nam patet illũ affirmare ea sola moueri ſm locũ & collocari, quę sunt recto motu mobilia, quia hæc sola mutantur ſm locum. Huiusmodi aũt sunt partes eorum, quæ sub Luna sunt elementorum, qñ separãtur à sua vniuersitate. verũtamen ipsę vniuersitates, vel manent, vel in orbem mouẽtur, nisi quis illas intellexit vel augeri, vel diminui. tum.n. assumentes & relinquẽtes locum vidẽtur moueri latione. Si ergo cœlestium nihil, neq; eorum, quæ sub Luna existunt, quia nec partes, cũ sint continuæ, neq; vniuersa, quia alium locũ ac illum quem habent, non mutant, nimirum nil erit suapte natura in loco, nisi aĩalia particularia, & plãtæ.

Si vera sit loci Arist. definitio sola singularia animalia, et plantæ dicitur esse in loco.

Sed deductionem & collectionem antedictę diffinitionis ex his opinor proficisci. quia, cũ quadripartitam fecerit diuisionem earum rerum, quarũ vna vel alia videbatur, colligit ipsam diffinitionem. Dixit.n. locus vel materia est, vel forma, vel terminus cõtinentis, vel interuallum comprehensum terminis: sed trium nullum est: igitur terminus continentis. Ex quo ducta est ea cogitatio, qua existimatur merito locus continere. qua etiam neq; dicendum locum id esse interuallum, qđ nonnulli statuerunt, veluti quendã ambitum, & solum coopertimentum. Et forsitan ex corporis diffinitione, quæ dicit, corpus trifariam esse dimensum, & id, quod est trifariam dimensum, corpus esse ea ambitus loci cogitatio prodijt. Sed nũ hęc diffinitio corporis sine defectu sit, nec ne, conuenientius opinor dicendum esse, & considerandum, cum de dimensionibus disputauerimus. Núc vero scire nobis sufficiat, illum oportere interuallum hoc continentis terminis comprehensum reijcere, qui statuit oẽ trifariam dimensum corpus esse, & nullum corpus alterum penetrare. Quòd vero quadripartita diuisio non sit citra defectionem, & manca videatur, tũ præsertim intelligemus, quando & alias opiniones, præter has, de loco perscrutabimur. Sed in præsentia illud dixerim multa extare alia, quæ habeant inter se mutuã habitudinem illam, qua vnũ in alio dicitur, quæ tñ nec materia, nec forma, nec interuallum, nec terminis continentis sunt. Nam neque totum in partibus, nec partes in toto, neq; genus in speciebus, neq; quicquam aliud nisi eorum, quæ, velut dolia, apta sunt cooperire & circunscribere res. Sed videtur Arist. eã partitionẽ non velut diuisionẽ sumere, sed velut enumerationẽ opinionum de loco, quę aliquam loci notitiam attigere. Si ergo non fecit diuisionem, argumentum videtur esse probabile, & non demonstratiuum. Quòd aũt contradictiones, quæ contra interuallum adductæ sunt, nonnihil necessarij habeant, mox dilucidabimus, & id maxime intelligemus, vbi nos peruenerimus ad disputationem de ipso. At nunc quãtum spectat ad dictam positionẽ, & dicendas cũ dixerim, ad reliquas rationes me referã, qm̃ quisq; ad singulas loci opportunitates respiciens, & alius ad aliam, & huic ad suam rationem & sermonem de ipso corrigens necessario multa absurda ostenderat. Cur ergo totum sibi locũ poscit, & minime partes? si.n. corporea quatenus corpora sunt, locum postulant, non sunt vtique tota & partes corpora. Quòd si dixeris corpora quà tota locum exigere ac velle, cur non cœlo, & vniuerso mundo, videlicet locũ tribuimus: Sed videtur Arist. ea loco egere voluisse, quæ tota secundum se mutantur, & assumunt locum, quem nõ prius habebant.

Causa illorũ absurdorum, quæ in mundo locum emergũt, quonam sit.

Quemadmodum, inquit, non sempiterna egere tẽpore, sed quæ subsistunt in aliqua tẽporis parte. Quia neque totum simul tempus existit, sed eius quædã pars. Si ergo opportunus est locus, quo mutationes fiant eorũ, quæ stare in eodẽ, neq; moueri possunt, merito hæc dicerentur collocari. Sed vide, quonam pacto ratio totam naturam quæsiti non absoluit, sed quod est nobis proximum & nõtum explicat. Quoniam pacto ea, quæ in eodẽ manere vel moueri possunt, velut cœlum, in eodẽ dicuntur esse. num velut in seipsis? Sed inquit, nullum corpus in seipso est, quia aliud est, quod capit, & aliud, quod capitur. Et, si cœlum non diceretur moueri, quia non amisso priore loco alium petit, tñ eodem fruitur & minime posse transire dicitur, non ſm substantiam, sed ſm locum, cum eũdem semper habeat. Causa ergo tot obiectionũ fuit, quia non absolute prius positus fuit loci vsus. Verum quomodo diuinus Aristoteles, & si non omnes loci significationes sumpserit, quia ipse cœpit primum de loco diligenter disserere, tñ illud inuenisse, quo aggredi perfectã sentẽtiã de illo & sentẽtiã possemus, posterius demõstrabimus.

Procli sententia de loco.

Sed post hanc positionẽ, si videtur, illam adoriamur, quam Proclus Lyciensis philosophus, magister nostrorũ præceptorum vacuo conuenientem ac idem introducentem tradidit. Hic solus inter eos, de quibus nobis notitia est, locũ corpus esse credidit. Hic igitur Arist. de loco cũ recepisset, & admisisset diuisionem illam quadripartitam de loco, inquit. Necesse est vel ipsum materiam, vel formam, vel terminum continentis vel æquale spatium in loco inter terminos continentis interiectum. Si.n. nec quicquam erit eorum, quæ sunt in ipso, neque circa ipsum nõ poterit ſm locum moueri nullo eorũ, quæ vel in ipso vel circa ipsum sunt sustinẽte mutationem vel alienationem. Materia autem & forma sint in ipso. Circa ipsum autem sunt terminus continentis, & interuallum. Cum ergo ostẽderit locum neque materiam, neq; formam esse argumẽtis Arist. & euerterit id ex absurdis, quæ adduximus cõtra diffinitionem, videlicet locum esse terminum continentis, cõcludit locum esse interuallum quoddam. Et hoc modo conuertit demõstrationem propriæ opinioni. Sed cum ipsam plane & apte exposuerit, opinor pulcherrimũ fore, si hæc verba eius audierimus. Restat ergo φ, si locus non est forma, nec materia rei locatæ, nec terminus » continentis, vt sit interuallum, quod terminis continentis » conclusum intelligitur vniuscuiusque corporis locus: & » vniuersi autem mundi vniuersum mundanum spatium » aliud sit præter spatiũ ipsum. Hoc igitur vel nihil, vel quicquam est φ si nihil, motus ergo localis ex nihilo ad nihil » erit: at omnis motus secundum aliquid fit. Et loci secundum naturam nihil erunt. at omne, quod est natura, quicquam sit oportet. φ si quicquã affirmari debet, vel omnino est corporeum vel incorporeum: φ si incorporeum, » diceretur, sequitur absurdum. Nam locum æqualem esse » rei, quæ locatur, necesse est: at corpus & incorporeum »

æqualia

æqualia eſſe, quomodo poterunt? Aequale.n.inuenitur in ipſis quantis,& in his præcipue,quæ ſunt eiuſdem generis. vt lineæ æquales lineis ſunt,& ſuperficies ſuperficiebus,& corpora corporibus.Igit̃ locus corpus eſt, ſi fuerit quoddam ſpatium.Quòd ſi corpus,vel ergo mobile,vel immobile:q ſi mouetur, etiam quocunq; modo moueatur,ſm locũ moueri neceſſe eſt.quare rurſus locus alio egebit loco,quod fieri quidẽ non poteſt,vt etiã Ariſt.& Theophraſto videtur.Inquit porrò vas eſſe locum mobilem,ſed locum eſſe vas immobile: quod locus ſuapte ſit natura immobilis: q ſi imobilis eſt, vel indiuiſibilis eſt à corporibus,quæ adueniunt, vt corpus per corpus procedat,vel diuidi poteſt, velut aer & aqua diuiduntur ab his corporibus quæ illa ingrediuntur: q ſi diuidi poteſt , cum totum diuiditur,partes mouebuntur in vtraque parte eius, quod diuidit,& primum mutabilis erit locus, ſiquidem & partes eius moueantur.at demonſtrauimus illum immobilẽ eſſe. Deinde conſciſis partibus, quæremus rurſus , quò ſe receperit id,quod ſcidit. Nam dandum aut inueſtigandũ erit aliud rurſus interuallũ, quod inter partes diuiſi interiacear, quod capiat id , quod abſciſum eſt , & eius merito collocari dicatur,& hoc abibit in infinitum.Eſt igitur locus corpus, quod diuidi non poteſt. Quod ſi diuidi non poteſt,vel ergo eſt materiatũ,vel materiæ expers:q ſi materiam habuerit,non erit indiuiduum.Omnia.n.materialia corpora , ſi per ea alia corpora materialia tranſierint, & mearint,ab his diuidantur oportet velut corpus noſtrũ quãdo in aquam inciderit. Sola autẽ immaterialia à nullo apta ſunt diuidi,& hoc ex neceſsitate. Nam omne corpus materia expers non patitur : ſed omne, qđ ſcinditur etiam patitur.Etenim diuiſio eſt quædam corporum affectio, quæ eruit & demit ipſam vnitatem & cõnexionem. Quandoquidem etiam continui,qua continuum eſt,nullam aliam affectionẽ,vel moleſtiã patiatur, quam ſectionem , quæ continuationem demolitur & aufert.Eſt ergo locus,vt quæ demonſtrauimus ſimul colligamus,corpus immobile,indiuiduũ,expers materiæ.Quòd ſi hoc dabitus,perſpicuũ ſit etiam illud corpus eſſe quàm cętera lõge minus materiatum , immo etiam minus q̃ materia illa,q̃ in ipſis ſunt quæ mouentur. Quare, ſi de numero illorũ lumẽ ſimplicisſimũ fuerit,ignis.n.eſt magis incorporeus quàm cętera elementa: & ignis lucet manifeſtũ etiam erit qđ puriſsimum,cum ſit,inter reliqua lumẽ, idipſum erit locus. Duas igitur,inquit,ſphęras animis noſtris cogitemus,aliã vnius lucis,aliã ex multis corporibus,quę ſphæræ ſint inter ſe æquales mole . & aliam firma in centrũ,& aliam ſupra illam collocato, reuoluendo eandẽ nimirum vniuerſum mundũ videbis motum in ipſo lumine,qđ eſt immobile,& hic ſm ſe totum vt imitetur locũ,erit immobilis,& vbiq; partium mouebitur,qua parte à loco deficit. Quæ, cum dixerit, perſuaſet ſententiam ſuam ex his,quæ Plato libro ciuilium dixit,qui fatetur lumen illud,ei quod in iride eſt,ſimile,locum eſſe.& ex oraculis Chaldęorum addit ea,quæ dicuntur de anima fontana.

Loci definitio a Theophraſto aſsignata.

Lux eſt locus.

Chaldæorum oracula.

Fontana anima ex Platone.

Lux ſimul ignis & æther ac mundi animantur ab illa. Hoc nanque lucem eſſe, quæ eſt ſupra empyreũ,quæ vnitas eſt ante trinitatem,& empyrei,& etheri,& materialis. Hanc etiam tradit eſſe illum , qui primo patefacit ſempiternam quietem deorum,& illuſtrat merẽtibus ſuapte natura,& ſpectabilia, quæ ſunt per ſe perſpicienda.Nam,inquit , huius ope ſm ipſam rationem & prudentiam , ea quæ ſunt expertia figuræ & impreſsionis imprimuntur. Et forſitan diceret locum ob id lumen vocatum eſſe,quia eſt quædam deſcriptio & typus vniuerſi & facit ea diſtare,quæ haud viderentur diſtare, niſi lumen præſens eſſet. Sed in his contra ſe dubitationem mouet: Primam , quomodo corpus recipietur à corpore,& penetrabitur. Deinde ſecundã, num illud inanimatum ſit, an anima participet.Sed inquit,inanimatum eſſe nõ poteſt, tũ quia melius eſt his,quę ſunt in ipſo animata ,& quia rationalia aiũt animari : quare & hoc corpus & primũ aliorum erit animatum.Quòd ſi eſt animatũ , quomodo eſt immobile. Et diſſoluit primam eo q nonnulla ſunt corpora immaterialia expertia affectionis, & paſsionis.Nã inquit,corpus materiæ expers neque fulcit,nec fulcitur alicui.Quod.n.fulcitur,& reijcitur, naturã habet huiuſmodi , vt ab his,quæ repellunt,percutiunt,aut fulciunt, maxime patiatur.ſed neque diuiditur,cum ſit expers affectionis. quare neq; illud abſurdum adduci põt,quod totũ à minimo caperetur,aut minimum penetraret.Nam ſi nõ poteſt diuidi,neq; æqualiter diuideretur cum paruiſsimo,q ſi non eſt,neq; totum per illud meabit. Secundam diluit aſſerens ipſum corpus animari ab ea aĩa, quæ eſt fons,& quæ diuinam habeat vitam, & ſtet per ſubſtantialem per ſe mobilitatem,ſed non per id, quod actu eſt . Nã ſi animam dupliciter aſſerimus ſeipſa mobilem eſſe:vno modo ſm ſubſtantiam, alio autem ſm actionem: etiam locum partim mobilem, & partim immobilem eſſe dicemus. Quid.n.vetat affirmare locum talis vitę eſſe participem, viuereque,ſm ſubſtantiam immutabilem, & mundum per ſe mobilem ſm actionẽ. Quòd ſi volueris,inquit, motum loci ſm actionem conſiderare,plane videbis illum eſſe velut motorem eorũ corporum,quæ mouentur,& vertunt partes ſuas ſm quandã diſtantiam ; quandoquidem nec illa vbique eſſe queant, neque omnibus loci partibus adeſſe ſm vnamquamque ſui partem eſſe poſsint,& hæc eſt illa interiectio,& affinitas,quæ eſt cum anima ſine dimenſione mouente.Etenim videtur vita,quatenus vita,motum dare , & cum locus ſit illud quod primo particeps eſt vitę,motum illum ad locũ vere motum vnicuique parti tribuit, & facit, vt vnaquæque pars corporis moti appetat peruenire ad ſuum totum, & cum nequeat ob naturale interualli proprietatem diuiſim in ipſo vniuerſo eſſe. Nam omne , quod aliquam naturam appetit,cum eiuſdem vitio & defectione id aſſequi non poteſt,tum magis accenditur, quo conſequatur id,q non poterat naturæ imbecillitate attingere.Etenim oportebat, inquit, inter incorpoream & immutabilem vitam, qualis eſt animæ , quæ eſt cæterarum fons , & mutabilem corporeamq; mediam interponere.hanc videlicet immutabilem & corporeã,Item videntur mihi,inquit,& vniuerſi centra velut vnius ad hoc vnum redigi centrum. Si.n. oracula dicunt centra mũdi materialis fixa eſſe in eo æthere qui ſuper ipſum eſt, & ſm proportionẽ aſcendendo dicemus centra vltimi orbis collocari in lumine huius. Niſi forte,inquit, hoc lumẽ primum ſit paterni profundi & ob id ſupercœleſtis, qm̃ & ille . Hæc & talia de loco Proclus refert . Sed nos aliquo modo eius demonſtrationem demum cõſideremus , qua concluſit tale corpus eſſe locum. Et primo inſtantes contra illã quadripartitam diuiſionẽ eorum quæ pauloante commemorauimus , in quibus, vt opinabar,oſtendi non diuiſionem, ſed enumerationẽ eſſe opinionem de loco,ſiquidem alij etiam modi ſint,quibus locus explicari queat. Si ergo nõ diuiſio ſumpta eſt,patet non eſſe dicendũ hoc, {Si locus non eſt materia , nec forma nec terminus continentis} relinquitur, q ſit interuallum æquale ei,qđ collocatur. Mitto nunc aliter ſumendũ eſſe interuallũ , ac fecerit Ariſt. Nam ille determinate interuallum ſtatuebat eſſe incorporeum, vt indicat dicens,

Locus eſt corpus animatũ.

Locus eſt id quod vnà per corpus eſt animatum.

Locus eſt medius inter vitam incorpoream & corpoream.

Contra vniuerſi in luce defixa ſunt.

Lux, quæ locus eſt, imago profundi paterni eſt.

{At

{At interuallum velut vacuũ,} sed ratio Procli indefinite erat, quare ei opus fuerat, subdiuidere, si ita est, vel corpus, vel incorporeum. Verum, si quis etiam hæc admitteret, quomodo deinceps illud verum est, quod incorporeũ non erit hoc interuallum loci? Si.n. æqualis, inquit, locus asseritur esse corpori, quod collocatur, & corpus & incorporeum æqualia esse nequeũt, propterea q̃ æquale est in quãtis & in his, quæ sunt eiusdem generis, non erit ergo hoc interuallum incorporeum. sed si hoc asserimus æqualia ea esse, quæ eadem dimetiuntur mensura, & mensuræ sm dimensiones fiunt, & non sm id, quo sunt plena corpora, quomodo non erit verum dicere id, quod est trifariam dimensum, æquale esse illi, quod est trifariam dimensum. Etenim est eiusdem generis cũ illo sm hoc. Superficies igitur corpori neque eiusdem generis est, quia ob vnius dimensionis defectionem distinguitur specie. at illud, qđ longitudinem, latitudinem, & profunditatem habet, quomodo non erit idem genere sm hoc, ei, quod habet ipsas dimensiones? Sed, si neque prorsus esse per se tale aliquid interuallum dixit, vt Arist. istuc ipsum demonstrandum erat, vel tanquam ostensum sumere. Quòd, si cõcesserit esse locum ipsum, sed hac de causa negari, quia nõ adæquatur corpori, quod collocatur, admiror quomodo recte dictum sit: nisi intelligat tale interuallũ velut posuere nõnulli vacuum. sed neque hoc est trifariam dimẽsum, neq; dimensio quædam natura, & forma est, sed velut quædam absentia & priuatio: at ipse velut incorpoream naturam compelat. Si enim non hoc, facilius esset rationes conuertere ad eos, qui vacuum eruunt & tollunt. Sed quomodo ostẽdit ipsum corpus esse iam materiæ expers, & si.n. materiale est, vt inquit, diuisionẽ suscipit & est patibile. Cur ergo cœlum immateriale affirmabit, quod traditur à Platone & ab Arist. velut materiatum esse, quanquam impatibile sit & indiuiduum? quo ad id ergo, quid prohibet locum materialem esse, & dici corpus indiuisibile & impatibile nonnihil melius habens, quam alia corpora, quemadmodum & ipse de hoc putat. Nisi forte materiale vocet id quod sub luna est, quod etiã patibile vere est. & hoc negat loco cõgruere. Sed nihil vetabat, vt dixi, illũ esse materiale velut cœlum. Quòd si detur, quomodo melius erit firmamentis expertibus materiæ, quibus locus quoq; est. Etenim quanquam in quadam epistola ad Aristotelẽ quodam modo illa dicat materialia, tñ non dicit huiusmodi esse velut ea, quæ sub luna collocata communem materiã mutant, neque velut cœlestia, quę constant quatuor elemẽtis differentibus, & ob id composita ex his sint, quæ indigent communi subiecto. sed quia cũ moueantur & ipsa secundum locum, habeant, qđ est potentia, quia non vndiq; totum est. Nam primũ est periculosum, videlicet contra oracula loqui, quæ hunc solum mundum materialẽ fatentur. Deinde erit aliqua alia loci significatio non sm id, quo mouetur, sed quatenus distinctus interuallis, & alias alibi differentes partes inter se habet. Sed cur hæc dico? quandoquidem ipse id, quod est expers materiæ præstantius materiato patibili, de loco prædicari voluit, vt dicebam, velut cœlum. Finis hic porrò, inquit, si statuendus est omnino materiæ expers, & purissimus omnium corporũ, nimirum & ignis magis expers materię est, quàm cætera elementa & lumen magis quam ignis: ergo patet, quòd lumen erit locus: At si species ignis est lumen, vt didicimus in Timæo, & species nõ est melior suo genere, igitur quo ad hoc, lumen non erit melius igne. Ad rationẽ igitur demostrantem hæc, dicerem breuiter. Cæterũ ad alias persuasiones, videlicet ad eam, quæ dicebat de lumine simili iridi, respondebimus, quod dicitur esse velut quoddã ænigma dictum, & potest, vt inquit Porphyrius, vehiculum animæ mundi splendens indicare. Item potest aliud significare. Quod si inquit animam illam, quæ fons est, animãtem simul lucem, ignem, æthera, mundus, oracula, aut intelligentia perficiunt, qm etiam lumẽ quicquam aliud est præter accensum ignem ætherem & solarem, & pulchre ex his diuisionibus persuadet, tum etiam, quia hoc est cæteris excellentius. Etenim hoc significat ordinata enumeratio. Nisi forte illa vnitas sit hoc trinitatis mundorũ, quã & ipse fatetur. Vnitas autem nõ velut locus trium est, sed velut vnus mundus ante tres. Nam oportet esse vnu ante tres velut ante septenarium trinitas. Et forte hoc vnum lumen vocauit, velut florem accensi firmamẽti, & velut cõmunitatem apparẽtis, id est sensilis, videlicet vniuersi corporei. Nam oẽ corpus sensibile est, quanquam aliud alijs, sensibus sit commensuratum. Nisi forte etiã dicat oraculum accensum primum corporeum mundum, & vocarit lumen omnem incorporeum ordinẽ, quem in ipsis corporeis mundis infudit & illustrauit anima fontana. Veruntamen, si primus locus sempiternas deorum quietes recipere dicatur, pulchre erit dictum, nõ tñ ex hoc sequi locum esse corpus opinor. Quanquam interuallũ sit quid prohibet, vt etiam diuinis intelligentijs condit tribuatur, & id magis, quã lo erit cognatius incorporeo. Illud autẽ typos characterem & aliorum diuinorum, q̃ appareant, in loco videri, & si maxime videantur suasu oraculi, non tamen valde conuenit, nec concordat hoc, cum oraculo dicente, ipsa videri in æthere, sed non in lumine. Deinde, etiã hæc in ipso interuallo possunt figurari & accipere figuram. Nõ enim subiecto corpore eget, vt fiat sensile, sed eget distantia & figuratione impressioneúe. Item illud non esse absurdum, vt corpus penetret corpus, ĩmateriale, per materiale vel etiam immateriale, fortasse quidem etiã ex ostensis ab illo credi potest, & maxime ex diuina traditione. siquidẽ & ignem accensumúe per ætherem, & hunc ætherem ipsum materialem penetrare asserat. Præterea, si etiam quaternæ & septimæ intelligentiæ ordinem fontanum contineant, & ob id accensum, cognitionem, meditationemúe, aut intelligentiam, concurrant simul cum mundis, perinde ac accensum oĩa penetret. Nisi sphæras inflectant & imperfectas esse asserant, quæ solum apsides sint & non amplius sphæræ: quæ si perfectę sphæræ sunt ad centrum vsq; penetrent & procedant necesse est. Item neque quædam conuenientia est centro cum vniuscuiusque sphæra: & nisi coniungatur & colligatur cum quadam, quæ similis ei sit genere, neq; mundi essent firmi & solidi, sed veluti cameræ, fornices. Quomodo igitur oracula dicuntur?

Septem nam pater in molem solidauerat orbes,

Si autem hæc alicui non sufficiunt, vt persuadeat corpora expertia materiæ vicissim sese penetrare, & materialia petat rationes, oportet, ab eo, qui locum corpus esse asserit. Sed cur cum vates dicant collectim hæc, lumẽ, ignẽ, æthere & materiales mundos à fontana animari aĩa his verbis.

Lux simul ignis & æther ac mundi animantur ab illa.

Et ipse dicit lumẽ proxime animari ab ipsa anima fontana, sed minime alios mundos. Quõ itẽ dicit lumẽ ab ipsa animari? nũ quia illius aĩa sit? At hoc non dixerit. Quomodo enim asserere potest eam animam esse cæterarum fontem, quæ est vnius anima? Nisi affirmet alia habere animas proprias, sed ab ea fontana habere splendorem solum, & illustrationem. Sed neque empyreum animam habere tradunt, cum illum vocent intellectualẽ. sed ab æthere animas habere originem affirmant. Nisi forte

Locum non esse corpus va necnatur cõtra Proclum.

Locus nõ est corpus expers materiæ omnino.

Cœlum esse materiale tradere Platonem & oracula.

Firmamenta quomodo materialia.

Periculosum è Deorũ oraculis contra dicere, ex simplicis sensum.

Lumen non est magis immateriale quã ignis.

Lux Iridi similis apud Platonẽ, quid sit.

Animam, quæ est fons, quomodo dicant oracula ignẽ & lucem animare.

Diuinorũ visionum typi videntur in aere.

Corpus immateriale procedit per corpus immateriale, & materiale.

Lux illuminatur a fontana anima.

In mundis quædam proportio, & conuenientia est intellectualis animalis & naturalis.

anima cuiusuis corporis curam gerat. Nam quędã proportio est in mũdis his, videlicet intellectualis, animalis, & naturalis. Quòd si centra solidi firmaméti, inquit, in lumine fixa essent, non enim omnium mundorũ, velut proportio ab eodé aliud significat, quam illã, quã habebit lumen ad igneum, & quàm habet hic ad ipsum & iste habet ad ethereum, & æthereus ad materiatum. Si hæc ergo, & si loci non centrorum infimorum ipsis concurrẽtium sunt, neq; lumen locus erit propter hoc. Vnde nãeft aũt qui paterni profundi imago lux est omnino & non basis illius, qđ percipitur intelligentia, quod quidem etiam ipse maluit.

Lux basis illius est quod percipitur intelligentia.

Nam ille in trina mundorũ sectione, cum insistat, omnia in tria diuidi affirmat. Nam hi mundi adeo sese tangunt, ac si vnus mundus esse videatur, sed non velut locus mundorum. Si.n.non vnus est mundus ante tres, quo locus erit trium proximus & primus? Hæc autem quispiam diceret & ad tales proportiones. Sed quæcũque, inquit, ostendens effata de loco cõuenire tali positioni, certa illa nihilo magis ponẽtibus locum esse corpus congruẽt, vel his, qui asserunt locum esse spatium incorporeum, vt etiam ipse statur rationẽ faciẽs de ipso interuallo. Similiter & quæcunq; dubitat de loco, velut quæstiones dissoluit, quæ sunt quasi communes ad omnes positiones. Quocirca in fine rationum de loco, enitar hæc colligere. Nũc vero interrogabo eos, qui ponunt locum immateriatum, nũ locus ponatur, qua corpus, an ob id, qđ expers materiæ est. sed non dicẽt propter corpus, sed ob corpus expers materiæ. Et quanquam ea, quæ supra materiatum mundum firmamẽta immateriata dicãt, tñ non locum, sed egere loco dicũt. Si ergo locus neq; velũt corpus, neq; velut immateriatum corpus, cum fuerit alterius locus, non indiget loco, cur aliue quæso dicant? secundo, si propterea qꝫ expers materiæ est, non eget loco, videtur materia esse loco egens. atq; aliquis diceret materiam ſm suam rationem egere loco. Quòd si aliquis immaterialẽ diceret, quomodo etiam immateriata sunt in loco? Tertio, & hoc forte argumentum maximum esse diceret obijciens ea, quæ etiam cõtra veteres dicebãtur, quia propter etatem loci inuestigare prætermiserunt: quænam sit, & quam vtilitatem conferat locus his, quæ sunt in eo, qua nõ inuenta, opinor neq; id discere nos posse, an sit quicquam corporeum, an incorporeum. Nam si quatenus corpus vnumquodq; indigeret loco, fieri ergo põt, vt corpus locus sit, & minime ipse indigebit loco. Verum inter eos, qui tradunt locum esse spatium incorporeum, videtur quędam conuenientia & discrimẽ. Quatenus enim cuncti hoc receptaculum corporum incorporeum tradunt, quoad hoc conuenire vidẽtur. Quatenus vero alij reuera ipsum existimant nihil aliud, quàm absentiam, videntes ipsum esse corporis, & receptaculum corporũ, ipsum nõ velut quandam habens naturam, sed quia nihil est, idcirco non impedit ea, quę de ipso consideran tur, alij vero dicunt ipsum habere naturam & vim peculiarem, & esse receptaculum non per accidens cõpetere putant sed per se, ipsi hoc pacto dissentiunt. Sunt etiam, qui illud corporibus ceteris præstãtius esse fatentur. Contra vero eorũ, qui ponunt illum esse vacuum, alij infinitũ esse dicunt, & sua infinitate in alijs sui partibus à casu suscipere excedere corpora omnia, & ideo aliud, siquidem partes esse in infinito vacuo dici queant. Huiusmodi opinionẽ habuisse videtur Democritus, & eius imitatores philosophi. Sed alij ipsum tanti ambitus esse fatentur, vt vniuersum capiat, ideo suapte natura vaccũ esse aiunt: verũ semper corporibus impleri, & sola cogitatione considerari tanquam per se subsistens, vt multi Platonici arbitrabantur. Opinor

Locus nõ potest esse corpus, nec quatenus corpus, nec quatenus immateriale.

Qui locũ spatium ponunt incorporeũ in quibus nã conueniãt et dissentiãt.

etiam Stratonem Lampsacenũ eiusdem fuisse opinionis. Verum eorum, qui posuerunt ipsum habere formã, & fatentur habere vim excellentiorem corporibus, ego dicerem vnum fuisse Syrianum Magnum præceptorem Procli Lycæi, qui in ipsis cõmentarijs decimi dialogi de legibus Platonis, talia de loco disseruit. Cum.n.ipsum appellasset interuallum, inquit. Nam spatium est proprijs sectionibus, & diuisionibus constitutum, quas habuit ex differentibus rationibus animæ, & illuminationis formarũ, quæ sunt rationes effectrices, qđ spatium est locus talium, vel talium corporum & facit seipsum receptaculum ſm suas partes ipsius ignis. ad qđ receptaculũ dicit in Timęo ignẽ suapte natura ferri. Item ſm alias partes est locus terræ, ad quẽ terra suapte natura deuoluitur, & manet in eodẽ. ideo & nunc omnia, quæ mouentur, & ea, quæ stant ſm naturam, vtraque, inquit, in loco permanere. Verum nec motus, nec statio statij inseruit naturæ corporum, neq; ob ipsam traditum atque constitutum est. Contra ergo illos, qui posuere locum esse vacuum spatium, siue id infinitũ, siue finitũ, satis erit adducere hoc incõmodũ, qm fieri nõ potest vt causa vacui sit loci vis & potentia, quemadmodum Aristoteles ex latione naturali corporum ad propria loca demonstrat. Quænam autem erit potentia, vel differentia vacui, vt si velut vacuum, inaneúe consideretur, vt quo ad nonnullas partes suas sit proprius locus huius, & quo ad alias alterius, vel quod hoc in medio collocetur & hoc in ipso circum? Siue enim infinitum fuerit, quomodo habebit medium, vel circum, quæ sunt terminĩ si etiã erit finitum, & finem habebit per accidens, quia propter corpus, etiam medium, & circum habebit per accidens. Nam hoc modo inane non habebit terminum, nec discrimen inter medium & circum, cum sit quædam corporis absentia, vel negatio, atque non aliud q̃ id, quod non est. Quod.n.nihil tale sit, patet ex eo maxime: qm, siquis cogitatione auferret ipsum, rursus relinqueretur interuallũ vacuum, in quo hoc esset, quemadmodum corpus auferentes illud relinquimus. quod in infinitum facientes nunquam faciemus finem vacuum ponentes ante vacuũ semper propter quod frustra erat & omnino vana imaginatio inanis. Sed Arist. etiam sic ponentes pulchre oppugnabit. Quòd vero interuallum vacuum sit locus, quispiam forte hoc modo ostendere niteretur eisdẽ vtens pronunciatis de loco, quæ supra diximus. Locus cupit esse capax corporis quod est in eo, & vna, ac tñ distare, atq; extendi quãtum corpus extenditur, & ei esse æqualis in tribus dimensionibus. Quòd enim vnã, ac tñ extenditur quantum corpus, trifariam, triplici, videlicet, dimensione extenditur. Quòd autẽ sic extenditur, vel est corpus, vel incorporeũ spatium: qꝫ si corpus est, oportebit etiam ipsum collocari, quatenus corpus. Nihil.n. differt quatenus corpus à corpore, qđ est in loco. qꝫ si locus non eget loco, igit locus nõ erit corpus. igitur erit quoddam spatium incorporeum quod quidẽ habet vim recipiẽdi corpora. Et ob id Arist. etiam ex cõi intelligentia loquens, dixit, spatia igit habet tria, vel tres dimensiones, longitudinem, latitudinẽ, & profunditatem. fieri autem non potest, vt locus sit corpus. Sed aiunt, si dicimus oẽ quod trifariã dimensum est, corpus esse, non tñ omne tale est naturale. Etenim dicimus esse quoddam corpus mathematicum, quod etiam solidũ appellamus tribus dimensionibus definitum, & tamẽ nolumus corpora mathematica esse in loco. quare & si corpus contenderet aliquis ostẽdere, qđ è triplici dimensione constat, tñ eiusmodi non erit, vt ipsum etiam locũ indigere dicatur, sed est corpus medium inter illud, qđ ratio-

Syriani de loco opinio.

Locus nõ est vacuum.

Locũ esse inane, vel vacuũ, quomodo probari valeat.

Mathematica corpora nõ sunt in loco.

Corpus non est proprie id, quod tribus dimensionibus definitur.

ne & specificũ corpus dicitur, in quo habente substantiam incorpoream, anima est: & inter corpus naturale & mathematicum, quod proprie appellamus corpus. Quod.n.generatim & proprie corpus appellatur, non definitur tribus dimensionibus. non.n. mathematica dicebantur incorporea, sed cum iisdem dimensionibus corpus naturale habet aliquod cõmixtum, quo differt à mathematicis corporibus. Duas igitur magnitudines esse inter se adequatas dicimus, aliam loci, & aliam corporis: Alteram quidem, quæ ad dimensionem habet capacem facultatem: alteram vero, quæ ad dimensionem eam capacitatem implendi potestate prædictam habet facultatem, vt quantum extenditur locus, tm̃ loci corpus occupare valeat, sed quatenus nullũ habet corpus, hac ratione potest recipere corpus, cum à nullo impediatur. Et hoc est velut imago ipsius chaos intellectualis in mundo, receptaculũ corporum, ꝑpter istud verbum cho, græce χῶ quod significat recipio, colloco, chaos appellatũ. Et quod non f̃m solam cogitationem vanam existimetur esse hoc interuallum loci, hinc quoq; patebit. Quæ.n.mouentur secundum locum, exinde dicimus aliquo moueri, sed inter hæc est aliquod interuallum omnino. Hoc igitur spatium, vel est ipsius corporis moti, vel alterius corporis, per quod mouetur id quod mouetur, vel per aerem, vel id ipsum est per se incorporeum. Non.n.est aliud corpus præter id, quod mouetur, & illud, per quod fit motus. Sed spatium non est corporis moti. si.n.in ꝓprio spatio & interuallo moueretur, neq; diceretur mutare locum ex loco. Item neque erit cuiusdam alterius materiati corporis, per quod mouetur. Non.n.manente aere, vel aqua mouetur id, quod per hæc moueri dicitur, sed cedente & fusso. Illud igitur est spatium, quod pertransierunt corpora mota, quod restat, postq; cedit, & recipit ea, quæ per ipsum festinant & transeunt, cuius dimensione motus quantitas mensuratur, à moto toties mẽsuratum quot partes illius, quod mouetur cõtinet spatium. Non igitur solum proprium est corporum, sed etiam est aliquid aliud præter hæc. Veruntamen ratio Aristotelis eo tendit, vt ostẽdat nullum aliud spatium interuallumq; relinqui præter illud corporis. Est autem satis occulta cum ordiatur ab hoc, { si.n.esset aliquod spatium, quod aptum est & maneret in eodem, } & definiens in hunc locum { qui est vniuersi cœli. locus.} Et dictum est prius, quod [illegible] onexum aliquod per hoc dicens, quod si est aliquod spatium, cui natura comparatum sit in eodem manere, infiniti erunt loci, & locus f̃m locum mouebitur, atq; loci erit locus & plures loci simul erunt, atqui hęc fieri nequeũt. Fieri ergo non potest, vt sit tale spatium, & pendet ex eo tota ratio, quia partes eius, quod est in loco, per se collocantur, siquidem per vnumquodq; partem spatium recipiat & quidpiam capiat. Quod si hoc, ergo diuiso eo, quod est in loco in infinitum, infiniti erunt loci, & vase transmutato, vna etiam loci ad alia interualla mutabuntur, & ita locus f̃m locum mouebitur, & erit locus in loco. Sed hæc non accidunt his, qui affirmant locum esse terminum continentis, propterea ꝙ partes eius, quod collocatur, non sunt per se in loco. Quod vero hæc absurda non sequantur rationem, ostensum est, cum exponebamus & interpretabamur ea verba, vt.n.corpus cõtinuum, sic etiam interuallum continuum fatentur, qui illud ponunt, atque affirmant esse immobile. Vt ergo corporis partes nondum seiunctæ sunt. qm̃ tum non essent partes, sed minuta quædam & magis vnitatestitem neq; perfectæ collectæ & commixtæ. nam hæc est natura elementorum, sed dum diuiduntur & separantur, substantiam suam sortitæ sunt, sic etiam se habent loci partes. Et ipse consueuit dicere potentia sunt & non actu partes corporis & loci. Quae ergo tales & huiusmodi sint partes corporis, quatenus tales sunt in ipso loco, & non per accidens. si autem hoc verum est, igitur non omne, quod est per se in loco, vt ipse inquit, debuit esse separatum. ꝙ si hoc sequitur, vt terminetur aliquo, dicemus neque hoc omnino necessarium esse, immo neque mutabitur locus. Nam totum spatium est immobile secundum vnamquanque sui partem aliud & aliud adueniens corpus, aut partẽ recipit, velut aqua procedit per canales, qui sunt immobiles, & alia atq; alia pars continetur, & non secum con trahit priorem partem illius canalis. Item neque locus egebit loco, neq; complures simul erunt, quia non simul mutantur localia spatia, neque vnum sit alterius area, vel aliud ingreditur. Item neque loci infiniti erunt: quandoquidem neq; partes continuæ actu diuisæ sunt in infinita, neque partes spatij. Vnde opinor illud absurdum Aristotelis, qui interuallum asserunt, sic effugerent. Cæterum alias dubitationes, quæ possint adduci contra hanc rationẽ considerabimus. Et primo nũc quod ponitur interuallum, vtrum materiata forma, vel immateriata sit interrogandum est. Etenim, si est immateriata, non erit naturalis. neq; hic est ille locus, de quo nunc quærimus. Deinde, si solum cogitatione est, & illud. ꝙ est in loco, erit solum cogitatione & non subsistit: quod si concedatur, erit mathematicum corpus: quod si hoc dicetur subsistere, quomodo erit omnino aliquid sub Luna inuentum immateriatum & triplici dimensione dimensum, atque substantia per se, & non accidens? Quod si quis asserit ipsum esse formam materiatam, primum quod discrimen erit inter formam materiatam trifariam dimensam, & corpus? Si.n.diceremus ipsum esse solum illas dimensiones, non parum discriminis esse inter vtrunq;. Nam alterum esset solum forma, & alterum forma materiata. Quod, si interuallum formam materiatam asserimus, & compositum dimensum his dimensionibus dicemus sic esse, quid ergo intererit inter formam huiusmodi & corpus? Deinde, si forma materiata est, vel totam occupauit materiam, vel eius partem. ꝙ si partem dicimus esse spatium, & corpus est pars, vel ergo duæ materiæ simul erunt, s.loci, & corporis in eodem spatio, vel alibi erit locus, & alibi corpus, quod est in loco, & neq; corpus in loco erit, neque locus corporis. Quod si totam capit materiam interuallum, quomodo hoc accipiens secundum se totam adhuc recipiet corpus. Secundo, si differũt id, quod est in loco, & ipse locus, vel ergo vna est materia, & duæ formæ, vel præter duas formas opus est duas materias ponere: quod, si vna quando id, quod collocatur egrederetur è loco, materia ex seipsa discederet, & eadem se reciperet manens propter locum, & mutata propter corpus. Si vero duæ, quomodo in eadem mole duæ materiæ & loci & corporis esse possunt. Tertio, si corporis spatium sit in ipso loci spatio quomodo ægre ferimus, duo corpora dici in eodem esse, & tamen duo interualla simul esse concedimus? Nam duo corporum accidentia nihil prohibet, quin se penetrent, velut albedo & calor. Quarto, si corpus, cum sit substantia est in loco: & locus est spatium, & spatium est quantum: & hoc est accidens: igitur erit substantia in accidentem, quod quidem absurdum est. Et id quidem, quoniam etiam diximus esse quidpiam melius, quam id, quod est in loco. Quinto igitur, hoc spatium, aut est inanimatum, aut animatum: ꝙ si inanimatum est, & amens erit, expers scilicet intelligentię. Nam mens, intelligentiaúe, alicui aduenire non potest, sine anima. Et quomodo ergo non erit deterior locus eo, quod est in loco? Mentem.n.in anima &

Chaos est imago quod intelligentiæ per æquiter. & vnde dicatur chaos.

Locum esse spatium quod nam sequatur modo.

Mens nullis fuerit absque anima.

animam in corpore Deus constituit & collocauit, cum mundum architectaretur & fabricaret, vt Timæus etiam inquit. Quod si animatum est, quo immobile erit, cum habeat animam per se mobilem? vel quomodo, si mouetur, non egebit loco? Sexto, num omne spatium est secundum se totum & partes sempiternum? aut cœlum est æternum, sed id, quod sub Luna est collocatũ, interitui obnoxium. quod si totum fuerit expers interitus, quonam pacto differret id, quod sub Luna est, ab ipso cœlo? ꝙ si obnoxium interitui diceretur, quinam erit interitus modus? quãdoquidem loci partes mutuo non transmutentur, neq; locus ad aliud proficiscatur, neq; quicquam aliud in locum. Septimo, si ea, quæ non egent loco, sine dimensione sunt, igitur quæ habebunt dimensiones postulant locum, vt quidam vir, qui rationibus oblectatur diceret. Hæc igitur & plura alia contra eos, qui locum affirmant esse spatium, dici possunt. Verum non est concedendum omnino interrogationibus. Nã statim ad eam, quæ interrogabat, num esset spatium materiatum, an immateriatum, respondebimus materiatum. Etenim, vt dilatatũ & in molem redactum indefinitum materiatum dicimus: & terminum, finemq; & formam dicimus formam constituentem, sic etiam de spatio fatebimur. Etenim illud interualli, quod extenditur secundum effusionem intẽsionemue & remissionem, aut angustiorem, materiatum erit, & illud, quod erit mensuratum & definitum & magis in seipso mẽsura & terminus id erit forma: & talis forma in parte videlicet materiæ fit, vt etiam cœlum. Nam alia est mutatio ad locum, & alia ad formam corpoream. Et non est absurdum, vt duę materię sint in eodem: non.n. materia prohibet penetrationem eorum inter se. Item neq; erit absurdũ duo spatia esse in eodem, si alterũ fuerit corporeum, & aliud vacuum, & aliud receptaculum, & aliud id, quod est in illo. Quatuor.n. modis dicitur spatium: Vnum, quod solum in ratione non habente dimensionem est, velut se habet diffinitio interualli. Aliud vero, quod est cogitatione, sed dimensionem habet, vt illud mathematicum. Aliud vero materiam cum qualitatibus & oppositionibus naturalibus, vt corpus est. Aliud vero materiatum quidem, sed omnino expers qualitatis, & incorporeum. Et aliud præter hæc, quod est ipsa materiata dimensio considerata secundum suam amplitudinem & indefinitionem. Sed neq; locus est accidens, sed substantia. Non.n. est simpliciter dimensio, sed receptaculum dimensionem habens. Item nec mirum est, si ipsum sit animatum & immobile. Non.n. solius motus est causa vita animantis, illius, s. qui est secundum locum, sed etiam stationis. Proinde plura animata stant, velut axis, & poli, cardinesue, centrũ & vniuersa terra. Quod si principium motus anima dicatur, illius certe motus dicitur, qui consideratur cum statione, quem proprie magis appellant ortum. Item non est admirabile fateri totum spatium esse perpetuum & discrimen esse inter cœlum, & id, quod sub Luna situm est. Etenim omnes cœli, cum sint sempiterni, inter se multum discrepant. Item cum dicunt si quæ non egent loco experta sunt dimensionis, igitur quæ habent dimensionem egent loco, oportebat addere hoc, quatenus locus est. Nã id simile est, siquis diceret, quæ non indigent tempore sunt immobilia, ergo, quę mouentur, sunt in tempore, qua tempus est. Sed, si videtur deinceps communiter dicendũ est ad eos, qui locum esse corpus & spatium aiũt, vt si vsq; ad centrum procederent, non solum apud Barbaros, quæ dicuntur immateriata firmamẽta, sed etiam omnia corpora cœlestia & corpus superioris, quod per inferius procedit erunt in eadem parte localis spatij, accensum corpus, videlicet simul & ętherenum & vniuscuiusq; cœlorum & elementorum alicuius velut ignis, aeris, vel aquæ vel terræ corpus. Si ergo proprie locum conuenientiã habere dicimus ad ea, quæ sunt in loco, quis ergo erit proprius locus horum omnium corporum? Adhuc ad eos, qui dicunt corpus esse terminum continentis, dicendum est, qui respondent & asserunt causam esse vniuscuiusq; partis sempiterno positionis ad vniuersum. Cur.n. terra in medio? quoniam hoc corporis locantis, vel spatij, vel cõtinentis est terminus. Item cur sphærę inerrabilis aliud boreale est, aliud vero auster? vel errantium, hæc interior est, hæc vero exterior? vel mei corporis caput sursum collocatur, & pedes deorsum & hæc manus vel hepar ad dextram, & splen ad læuam? ꝙ, si locorum hæ sunt differentiæ, locus etiam erit horum causa. Sed quo aliquis locus dictorum, siue corpus, siue spatium, siue terminus, horum causa erit? Etenim aliam partem illius spatij caput continet me stãte, & aliam cum supinus iaceo, vel sedeo, & aliam hic existente, & aliam alibi, quanquã hæ partes in corpore meo eundem contineant locum. Item quo ad dextram semper erit hepar? Nam cuius est hoc dextrum? non certe spatij, vel termini continentis. Et hoc communiter dicendum est ad omnes, ꝙ loci opportunitas, si non recte sit definita, neq; si locus dicatur corpus, neq; si quicquã incorporeum, neq; si habeat naturam dimensiones habentem, neq; si expers dimensionis, scirpo est. Et interrogandi sunt illi, qui spatium per se separabile, vel corpus aiunt esse locum, num fateantur cœli partes esse in loco per se, an non. Etenim, si non sunt in loco, patet, ꝙ etiam non mouentur secundum locum. Etenim id, quod mouetur secũdum locum, oportet esse in loco. Quod, si non mouentur partes secundum locum, secundũ quid aliud ipsorum fiet transitus? Quod, si mouentur secundum locum, & sunt in loco, vel in corpore, vel in ipso spatio, vel tanquam in proprio loco erunt, vel in alieno. Quod si velut in ꝓprio, & vnumquodq; manebit in suo proprio & non mouebitur. Nam quæ proprijs locis potiuntur, cur debent moueri, præter naturam afficienda, si exterim è loco naturali? Quod, si in alieno loco sunt, quomodo erit aliquod corpus alienum solum locum habens, & nullo pacto proprium? Quod siquis diceret, ꝙ totum, verbi gratia, spatium, quod est in zodiaco, vel corpus locale vnicuiq; animali, vel signo conuenit: & ideo in toto vnumquodq; similiter est, & mouetur, primum dicimus, ꝙ oporteret manere similiter in ipso toto: quod fieri nequit: Deinde non stabit pronunciatum, quod dicebat, locum esse æqualem rei, quæ locatur. At hæc aliquis ambigeret etiã de partibus, quatuor elementorum. Sed quoniam præter dictas positiones de loco, quandam aliam secutus est Damascenus ex Damasco Philosophus, vir quidem in perquirendis rebus diligentissimus, qui etiam multum laborauit in philosophia, ob id illam etiam explicabimus, quę necessario longioribus verbis tractanda est, quia noua & recens positio est, cum ex vtilitate & opportunitate loci velit eius substantiam inuenire. Sic ergo inquit. Cuncta, quæ sunt ortui subdita, quæ ab illa natura impartibili & experte dimensionis deciderunt, & secundum substantiam & secundum operationem habuerunt duplicem dimensionem: vnam quidem secundum substãtiam, alteram secundum actionem, vel affectionem. Et eam, quæ est secundum actionem, duplicem, aliam cõgenitam substantiæ, qua substantia est in continuo fluxu: & illam, quæ procedit ab ipsa substantia, secundum quam aliud & aliud agit, ordinatas tamen & non confusas simul habet actiones. Et operationis distãtia statim opus habuit motu, & simul

Materialis quid sit.

Formalis quid sit.

Spatium quatuor modis dicitur.

Vita animalis causa est stationis sicut motus.

Anima quã obrem sit principium motus.

Damascij de loco sententia & ipsa in causa.

Rerum, quæ distãtiam, vel dimensionẽ suscipiunt quam pulchra dimensio.

& simul cum ipsa fuit motus, & secundum motum agēdi, vel patiendi est tota diuisio, aut distantia. Sed substantiæ distantia duplex etiam est, alia est partitio, distributioq́ue in plura, & alia in molem reducitur. & hęc secundum magnitudinem & molem, illico fuit in positura, quia partes alio atq; alio loco sunt distinctæ & disclusæ. Proinde etiam illa duplex est, altera innata substātię, vt in meo corpore caput supra est, & pedes deorsum: alia vero aduentitia, ceu quādo mi, in foro aliquādo positionem habeo. Et patet, φ prima est continua, quæ eadem est, donec res fuerit, sed alia mutatur, & fit alia & alia. Illa ꝓprie dicimus habere positionem, quorum partes extensæ sunt & inter se distant. ideo & magnitudinum & terminorum, qui sunt in eis, videtur esse proprie positio, qm̄ hæc distant secundum continuitatem. Numeri porrò, quanquam distantes & separati sint, tamen non videntur habere positionem, qm̄ non extenduntur & distant. nisi dicas hoc etiam sumere magnitudinem & distantiam. Nam quæ distant, cum contractionem & collectionem amiserint, mutabuntur ad aliam vim, ac erant prius, in qua etiam poni dicuntur, vt quæ apponuntur & quæ cōmixtionem perdunt, quemadmodum etiam in actionibus, quæ ex ipsis exeunt & discedunt, moueri dicuntur & mutari. Cum ergo hæ distātiæ sint, ne omnino in infinitum redigantur, collectæ mensuræ extiterunt. Et his, quæ versantur in actionibus tempus subijcitur, & eorum, quę sunt s̄m substantiam illis secundum diuisionem differentibus definita multitudo tribuitur, quæ est numerus: & his secundum continuationem definita magnitudo cōpetit, vt cubitus vel aliquid huiusmodi: & his secundum positionis segregationem locus congruit. idcirco ea, quæ mouentur in tēpore moueri dicuntur, sed in loco dicuntur habere positionē substantiæ, & sui motus quatenus & ipsa participat motu. Et φ versetur circa positionem & sit aliquid positorum locus, perspicuum est. Nam hęc in loco dicimus, quæcunq; etiam positionem habere dicimus. Sursum etiam ac deorsum differentiæ loci sunt s̄m positionem consideratæ, vt etiam dextrum & sinistrum, ante & retro. Quod vero locus sit determinans, & mensurās, atq; ordinans positionem hinc disces. Equidem vnumquodq; positum dicimus, quouis modo, quanquam & sine ordine positum sit. Equidem vnumquodq; bonam positionem & peculiarem habere dicimus, qn̄ proprium acceperit locum. Quemadmodum etiam illud fieri dicitur, quod acquirit esse & naturam. Et illud bene opportunitatem tunc sibi conuenientem habet, cum in tēpore sibi conueniente factū fuerit. Ob locum igitur singulę partes bene constitutæ sunt, & positæ. Caput in meo corpore sursum, pedes deorsum, hepar in dextris, cor in medio & oculi, quibus videntes procedimus in directum, & ante, scapula vero & deorsum, in quo pondera ferimus retro, quę differētię sunt propter locum. Vt propter tēpus, quidpiam ante aliud efficitur, vt embrio ante animal, & vna ætas aliam præcedit ordinata, & non confunduntur res Troianę cum gestis Peloponensium. Prius.n.& posterius sunt temporis differentiæ, sicut sursum & deorsum & reliquæ distantiæ sunt differentiæ loci, quod etiam Arist. fatetur. Igitur & mūdi partes ob locum habent propriam positionem in ipso toto. Est est quidē vt rudi, ac crasso dicam modo, locus ex hac mentis, & intellectus cōceptione is, qui sic simpliciter dicitur, positionis corporum definitio ac terminatio, vt illum vero dicam, qui s̄m naturam est. Definitio positionis secundum naturam, partibus conueniens. Et inter se inuicem & cum toto, & totius cum partibus. Vt.n. terræ & cœli partes alibi atq; alibi ob locum collocantur, & ordinātur, & quędam forte ab boream vergunt, quædam vero ad austrum versus sitæ sunt: sic etiam totum cœlum, & vniuersa terra, cum sint vniuersi partes, cōmensurationem & dispositionem ordinationemq́ue bonam & elegantē positionis, adueniente ab ipsis propter locum, habēt, quarum alia est supra in gyrum, & alia in medio. Et locus est, qui ꝑbet partibus concursum & cōpressionem. Quod si locus ex ipsa coniectura dictus esset, & ex ipso apposito comprehenditur locus, tāquam coniectura intellectualis determinationis, sic consona erit ratio. Nam his, quæ assimilantur & coniectantur tradit constitutionem, & similitudinem ad exēpla, nisi.n. in proprio loco posita fuerit vnaquęq; partium, quę distantiam susceperunt, ac dimensionē, nunquam exēplari similis fuerit imago: oīs autem ordo & commensuratio & ordinatio abibit, peribitq́;. Et si quidem abstuleris locū videbis dispositionem corporum variatā & inordinatam, & oīno deductam ad indeterminationē. Nam tum quam positionem habebunt singulę partes, cum nullā propriam habent? Ob hunc igitur & quę mouentur naturaliter, mouentur, vt propriam positionem cōsequantur, & quæ proprium locum capiunt possidere, permaneant in cōuenienti parte suæ positionis. Quare cuius in corporibus & corporeis oībus locus sit causa, & quid sit, ex dictis forte aliquis intelligere poterit. quare consentaneum erit, vt talis locus non sit terminus continentis: qm̄ hic terminus, qūo erit causa ordinis, vel determinationis, cū ipse potius determinetur ab his, quę in illo sunt, aut continentur ab illo? immo neq; hic locus erit corpus. Nam, & si aliquis diceret ipsum esse corpus immateriatū, & hoc oīno habere partes distantes, & differētes, certe ipsum indigebit etiā illo, quod ordinet ipsum, & faciat hoc collocari in medio, & illud poni supra in gyrū. Item neq; pōt esse spatium, aut interuallū, quippe tale ob easdem causas, qñquidem habeat differentia & alia alibi atq; aliam partem disiectā aut separatam & distantē, egebit quadam positione. Itaq; videtur locus esse mensura positionis eorum, quæ ponuntur, quēadmodum ips est numerus motus eorum, quæ mouentur. Sed, cum positio duplex sit, alia naturalis, alia vero aduētitia: etiam locus erit duplex, alter elementum perficies illud, quod habet positionem, & alter per accidens. Item est quædā differentia naturalis positionis, quatenus qūo ipsa tota habent propriam positionem peculiarium partium inter se & ad sua tota vel tāquam partes ad totum & ad reliquas partes: & hac ratione duplex locus sit, alter, qui seorsum singulis competit, alter vero s̄m positionem in toto determinans. Vt.n. duplex totum, aliud quod cōuenit vnicuiq; parti secundum determinatam & separatam sui substātiam, quatenus tota terra dr̄ aliquid, & non solum terra, sed etiam animal, plantaq; & vnaquæq; pars in illa. aliud vero est id, quod continet, velut totum mundum & totam terrā & totum aerem dicimus: & sunt vniuscuiusq; totius partes ꝓpriæ. Sic igitur & locum alium dicimus esse bonam positionem vniuscuiusq; partis propriæ, vt partium mearum, quę sunt in meo toto corpore, & aliū huius vniuersi velut partis in loco vniuersitatis, quæ magis continet, quatenus dicitur locus terrenorū locus terræ, & quatenus terra medium continet vniuersi. Nam, si quis terram dimouerit ex positione circa medium vniuersi, adhuc ipsa positionē partium rectam obtinuit in toto proprio. & tū tum non habet illā, quæ est velut vniuersi pars. ideo ipsa tota, si dimittatur, ferretur ad medium, quāsquam in illa existentes partes seruent eam, quę est inter se formam, etiam tum qñ fuerit extra medium. Eodem modo etiam, si pēdebit in aere homo, habebit propriam ordinationem partium suarum,

Numeri non habent positionem.

Operationis mensura motus.

Discretorum mensura multitudo.

Magnitudo, seu continuorum mensura, magnitudo.

Positum esse quid sit.

Recte positum esse quid sit.

Locus quid sit.

Loci diuisio ex Damascio.

sed illam, velut partis ad totum, non habebit. Et quoniam partes sunt magis eorum, quæ tota magis dicuntur, quam ipsa tota. nam à melioribus magis obtinentur, quam deteriora obtineant. & hoc fit, quia semper meliori ꝓportione sunt prima ad secunda, quam secunda ad tertia: merito & gleba in aere propriam positionem haberet, sed, cum appetat magis illā, quę est sui totius, deorsum tenderet. mortale.n. est omnino & letale quando auellitur à toto & priuaretur continuatione, qua continuantur partes cum toto, Quemadmodum plantas si radicitus quispiam euelleret, illico senescerent diuulsæ à suo toto. Omnia.n. viuunt ob vnum animal mundanum. quare donec ob proximas vniuersitates vnumquodq; ipsi mundo inhæret radicitus, tandiu viuit, & seruatur. ꝙ si separantur à proxima vniuersitate, separantur etiam à communitate. Sic ergo & lationes corporum secundum naturam solum in proprijs locis seruantur, si talis est locus, vt posuimus. Et motus secundū locum, nihil aliud est, q̃ transmutatio positionum, quousq; id quod mouetur, propriam acquisiuerit diuisis intermedijs videlicet aere & aqua, & tandiu quandam positionem obtinet, quousq; vehementius procedere queat. Et est partium aeris talis positio, quam gleba terrę, vel ego obtineo, dum moueor. & iste locus est in latitudine, quem ego transeo, cum non sit meus determinatus & peculiaris, sed aeris continentis, quem ego alia & alia parte aptus sum occupare, idcirco & cum dubium sit q́uo ea, quæ mouentur, in loco moueantur, si quidem hæc magis dicantur quiescere in loco, quam moueri, merito itaque videamus q́uo etiam philosophus Syrianus ponit dubitationē & solutionem, qui sic scribit. Et quonam modo quispiam assereret ea, quę mouentur, in loco moueri. Nam magis alicunde aliquo mouētur. prorsus.n. ea, quæ sunt in loco, quiescunt, vel ea, quæ mouentur, locum habent & non habent. Nam in primo & velut in proprio loco suo non sunt, quia quiescerēt, sed sunt in loco, quia latius cōsideratur, vt dicimus Solem esse in leone, quia latitudo illius signi continet illum. & dicimus aquilam volantem, in aere esse. & nauem in pelago, cum secundis ventis fertur. Hæc.n. omnia habent locum cōiter acceptum, sed proprium primū, ad quem tendant, non videntur habere. Et mihi videntur Plurimi maxime ad hunc locum extrinsecus respexisse, qui de illo disputarunt, Interrogati.n. quis sit terræ locus, dicunt illum esse vniuersi medium, qui quidē est vniuersi proprius & terrę velut eius, quod est in vniuerso. Similiter interrogati, quis locus cęli, dicent ipsum circumcirca. At terræ locū illum, qui ponit & collocat partes eius, & eundem cęli, minime affirmant. Eodem modo locus particularium animalium & plantarum. Et ob id omnes, vt videtur, separabilem esse locum ab eo, quod est in loco, enunciarunt. Nam re vera quod vnicuiq; conuenit ex ipso toto magis loco separabile est ab eo, quod est in loco, & non est eius primus locus. Item putant merito locum esse immobilem respiciētes ad hunc cōem locum, qui latius considerat. Etenim proprius vniuscuiusq; & connaturalis omnino simul mouetur, sed cōis latius consideratus manet, cum sit ipsius vniuersi, & eius, quod magis continet, velut corporis proprius. Sed videamus, si placet, etiam ea, quæ huic rationi fauēt, & prius ostendentes, ꝙ locus non sit forma, nunc bonam posituram partium dicimus esse locum, cum vnaquæque forma proprium ordinē partium habeat, secundum quem etiam vnumquodq; est, vt est homo rectus, & animalia irrationalia ad terrā prona, & alia hoc modo & alia aliter in partibus constituta diuersis modis, quomodo igitur nos negamus causam huius esse formā, & locum affirmamus? Secundo si bonæ positionis partium causam illum esse dicimus, quod certe non est pars, hoc neq; diceretur in loco esse, quomodo igitur hæc ratio non videtur similis pati, sicut ea Aristotelis, qui negat vniuersum esse in loco, quandoquidem vniuersum nullius sit pars, neq; hæreat alteri parti, quę sit illi opposita? Tertio partes cęli motæ, vtrum debeant dici moueri secundum locum, vel non? ꝙ si non, quomodo nō? eisdem contradictionibus implicabimur, quibus vsus est Arist. Quòd si s'm locum mouentur, quis erit locus? Nam oportet id, quod secundum locum mouetur, alium locū deserere, & alium acquirere. Sed neq; partium locus talis est, quo partes simul ordinari inter se dicamus. Nam idem is semper manet, neq; coordinans partes alias cum ipsis s'm substantiam, quo taurus post arietem ordinatur, & post taurum gemini &c. Ipse.n. positiones eodem semper manent. Atqui nunc intelligentia loci assignata non affirmat, quendam locum, qui contineat & immobilis sit, quo partes cum mutantur, dicātur moueri secundum locum. Sed q́uo cum alia & alia fiat positio vniuersi secundum vicissitudinē partium, non erit locus vniuersi mutatus, immo & quot positiones, totidem & loci? Quarto q́uo locus erit melior eo, quod collocatur, cum sit quoddam eius elementū. Nam elemētum est deterius eo, quod est ex elementis constitutum, velut pars ipso toto. Quinto, locus vel est dimēsus aliqua dimensione, vel oino expers. Quod si est dimensus & habens dimensiones, q́uo etiam ipse non egebit alio loco secundum dicta? si vero est expers dimensionis, quomodo æqualis erit? vel q́uo continere potest? vel quomodo erit capax eorū, quæ sunt in loco. Quod.n. æquale est ei, quod habet dimensiones, etiam ipsum habeat dimēsiones oportet. Atq; id, quod capax est molis & magnitudinis, necesse est vt mole extensum sit. Sexto, q́uo non opinabimur locum dicendum esse separabilem ab eo, quod locatur, cum omnes existiment ipsum habere naturam separabilem ab eo, quod est in loco. Septimo, q́uo erit immobilis, cum sit elementum eius, quod mouetur. qm̃ mouebitur vna cum eo quod locatur. Octauo, si locum esse elementum eius, quod est in loco, fatebimur, quonā modo nobis magis dicendum non erit locum in corpore esse, quam corpus in loco? Nam elementum est in eo, quod constat ex eo, & non econtra. Nono, si locus est mensura positionis, q́uo verum est id, quod à pluribus philosophis existimatur, ꝙ sempiterna signa deorum in mundo manent, quia descripta sunt in loco sempiterno, & ob hoc medium etiam illa corpora in medio diuinis splendoribus & illuminationibus fruuntur? Decimo tandem, si ex transmutatione corporum in eodem loco venimus in notitiam loci, propterea ꝙ vbi prius erat aqua, ibi aer ingressus est, q́uo, cum vnumquodq; proprium locum habeat, indigebimus transmutatione, & corporum successione? Hæc igitur & alia huiusmodi aliquis diceret, qui contra illam intellectualem de loco suspicionē & opinionem instare voluerit. Sed dicendum est ad hæc. Et ad primum, quia tota forma est complementū omnium suorum elementorum, cum aliud & aliud habuerit. & quemadmodum totum est non propter bonum, v. g. in seipso, sed ob totum & perfectum & propter perfectionem, & aliud quid ob aliud eorum, quę sunt in ipso, sic & positionem habēt ordinatam & bene formatam propter locum. non igitur separantes formam à participatione locali, quæ est sibi naturalis volumus videre ipsum bene positum secundum se. Simile.n. idest ac si perfectionem cogitatione separantes alicuius, idipsum tamen perfectum sine ac seorsum videre contendimus. Nihil igitur contrarium hæc

ratio

Viuūt omnia per vnū mundanū animal.

Quomodo moueri in loco dicantur, quæ sunt in loco.

Damascij de loco positionum examen ex Simplicij sententia.

Simplicij sententia de loco

ratio dicit contra illum, qui vult locum non esse formam. Quod, si ratio, quæ ostendit locum non esse formam vtebatur dignitate hac, seu pronũciato, videlicet, Locum esse separabilem ab eo, quod collocatur, & prius sumpserit alteram propositionem dicentem, formã, quæ est in loco, non separabilem esse ab eo, quod est in loco, conclusit, ꝙ locus non est forma eius, quod est in loco. Vnde cognoscere oportet, ꝙ hoc pronunciatum ſm quasdam intelligentias loci est sumptum, quibus non congruit ea significatio de loco, quæ dicta est à nostro Damasceno. Vnde, & si ex transmutatione corporum in loco cognitio loci suscepta est, qua transmutatione vbi prius erat aqua, huc ingressum aerẽ videmus, nimirum cõem & locum latius sumptum, & non proprium vniuscuiusq; partium hoc modo inuenimus. Proprius enim, secundum quem est eiusdem corporis ratio manet eodem modo, sed cum alius est alterius locus, non amplius est proprius. Ad secũdam dubitationem dicendum est, ꝙ si locum dicamus bonam positionẽ partium, tamen etiã totum nihil minus est locatum ſm hunc. Quemadmodum.n. quod apte cohæret, quanquan secundum commensurationem partium inter se cohæreat, tamen & secundum totum dicimus apte cohærere, sic etiam ordinatum & bene positum, & si partes hoc patiãtur, quia omnis ordo in discretione est, tamẽ ipsum est ordinatum, ergo etiam quod est collocatum similiter se habebit. Etenim id, quod mensuratur, ſm partes mensuratur. & ordinem & mensuram, & determinationem positionis, locum dicimus. Igitur num qm̃ totum vnitum esse dicemus, non ſm vnitatem elementorum totum vnitum & collectum esse dicemus? quamuis totum & vnum sine separatione partium consideratum, neq; aptatum neq; collectum dixerimus, sed secundum partes totum est. Quare & bene positum aliquod corpus, & bene locatum esse dicimus, non aliud, quam vnaquæq; pars, quę est bene posita. Et vide, ꝙ quemadmodum partes totius dicimus esse, sic etiam locos partium, in quibus ponuntur partes, totius esse dicimus, velut medium. & ipsum circumcirca. Idq; merito, qm̃ totius positionis partes hæ sunt. vt totius concentus, tonus acutus & grauis. Est igitur secundum veritatem, vniuersus locus totius mundi, sed sic se habent, vt dominium in bona positura & dispositione partiũ & partes in ipso vniuerso. Etenim & loci differẽtiæ supra & deorsum sunt vniuersi differentiæ, & ob ipsum iudicantur. Ceu si caput solum mei corporis fuerit non supra poni diceretur ſm id quod est naturaliter sursum. Et generatim non partes solum habere bonam & aptam positionẽ inter se dicuntur, & ad totum, sed etiam totum ad partes. Ad tertiam placet mihi dicere, ꝙ duplex est, vt prius diximus, positio totius, & vniuscuiusque partis: alia est connaturalis semper manens, alia vero aduenticia, & alia atq; alia. Et illius connaturalis, alia est totius per se, & alia totius ad partes. Item ipsarum partium alia est alia per se, & alia est earum adinuicem & ad totum. ergo omnis connaturalis distantia, aut positio eodem modo semper manet, & siue vt mouentur, siue vt stant considerentur, & collector & mensurãs eius est locus, qui idem semper est, illa vero aduentitia mutatur. Etenim non solum partes cœli mutantur positione, sed etiã totum. Nam alia est nunc vniuersi positio, & alia erit post horam. Et quia partes mouentur ſm locum, & totum merito dicatur, quia mutãt ordinem & determinationem positionis, quam dicebamus esse locum. Et quemadmodũ secundum tempus illa dicimus moueri, quæcunq; ex alio tempore in aliud mutantur, quanquam prius corrumpatur, & abeat, sic etiam illa dicerẽtur moueri secundum locum, quę primam determinationem positionis deserunt, & alium adipiscuntur, quãquam primus interiret. Sic etiam secundum qualitatem mutati dicimus ea, quæ, cum prius fuerint alba, statim nigra euaserunt, non quia alicubi per se maneat albedo, quam nigrum amisit. Item secundum substãtiam ea, quæ oriuntur & intereunt, mutari dicuntur. & secundum quantitatem ea, quæ augentur & diminuuntur non manente priore dispositione. Igitur non cogimur asserere locum permanere priorem mutatis rebus secundum locum. Neq;.n. in nostris mutationibus, loci seruantur, quando hinc alio secedimus. sed vniuersitas continentis seruata est, & eius locus potest statim se habere conuenienter ad meum spatium, vt ego, quanquam mutatus, potentiã habeo commensurationem ad illam partem vniuersitatis & determinationem positionis eius, ideo & statim iterumq; possum ipsi recte cohærere, & determinationem meæ positionis, i. locum obtinere secundum illum, quando totius aeris locus secundum aliquid sui ipsius meam distantiam metiretur, & me in ordine vniuersitatis aeris comprehenderet. Etenim etiam ipse Aristot. hoc quidem velut pronunciatum, quod prius sumpsit, videlicet oportere locum relinqui, terminum aeris me continentem dicit manere me recedente. Si vero quia manet locus totius immobilis, ob id dicimus partes locum ex loco mutare, hoc etiã opinor in eadem positione poterit dari. Nam determinationem connaturalis positionis totius eadem semper manet, & si omne moueatur & sistet, & manẽte illo aliarum atq; aliarum positionum, velut quædam reuolutio est. Omnem.n. vniuersi positionem vna connaturalis continet, similiter & partium vniuscuiusq;. Et secundum hoc locus assimilatur tempori: vt.n. aliquid eius sempiternum est, & semper manet, quod connaturale est generationi substantiæ cœlestium, quæ quodammodo ingenita est, atque per se fert generationem in distãtia corpora, & cuiusmodicunq; alteratione, siquis & id & quod substantiam animę dimetitur, tempus appellare voluerit, & non quippiam inter tempus & euum diceret: illud autem, quod in eo, quod est generari & corrumpi, totam substantiam habet, idest quod transeuntem cœlestium motum, & omnium generabilium mutationem dimetitur. Sic etiam locus naturalem distantiam siue positionem mensurans sempiternus est & permanens, quẽadmodum illa positio, sed quod habet illam trãsmutabilem secundum actionem dum fit, subsistit. Et velut animæ viuentis secundum naturam primas functiones productionesque semper factas dicimus reuolutionem esse prius existentis & succedentis in seipsa secundum ordinatos terminos, quibus continetur distinctio functionum animi, sic etiam vniuersi secundum substantiam locus continuat concordia quadam omnes aliter & aliter factas positiones & in seipso producit commensurationem positionis. Et positio Arietis naturalis æque omnes eius positiones prius sumpsit, ac locus ipsos locos. Non enim substantiam recipit quatenus oritur, vel occidit, vel secundum talem, vel talem positionem vniuersi, vt neque anima secundum quandam indiuiduam productionem, sed secundum vniuersam anticipationem cuiuscunque positionis. Quare & si nullum corpus prius ponatur immobile, vel spatium locus, nihil tamen prohibet, quin cœlestia moueantur secundum locum. Etenim secundum tempus ipsa moueri dicunt, & tamen non ponunt sphæram temporis immobilem, cuius partes mutari dicent, cum moueantur secundum tempus, sed si opus est aliquo manente, contenti sunt tempore naturali & substantiali, vel recurrunt ad exemplare. Num autem & il-

Bene positum corpus quomodo dicatur.

Loca partium, totius loca sunt.

Locus est totius mundi.

Loci differentiæ infra, & supra, sunt totius.

Duplex est positio totius, & partis.

Quæ per locum mutantur, locum minime seruant.

Locus in quonam sit tempori similis.

Tametsi nullum corpus, vel spatium ponatur locus immobile, mouebũtur nihilominus cœlestia.

Tempus substantiale vel exemplare.

le locus dicatur manere, non parum momenti confert ad motum secundum locum. Nam age sublata sphæra per intellectum, vel ab ipso interuallo, vel corporeo & locali, si moueretur cœli corpus eodem motu orbiculari hunc alium quendam motum vel secundum locum dicemus? Sed videtur illud immobile nostro iudicio & cogitationi conferre, vt comparantes alia ad ipsum iudicemus & discernamus mutationes, vt Astronomi statuunt, sibique sumunt sphæram sine astris, & in eadem circulum zodiachi intellectu & cogitatione comprehēdunt, atq; aliorum astrorum progressus & retardationes, quas cogitatione so la concipiunt, non ea de causa, vt per illa cęlum moueatur motu orbiculari, sed cōparantes motus mensuras ad definitos terminos, possint dimetiri cætera. Et quod videatur ipsa moueri valde nobis confert comparatio ad immobile. Nam quō aliquid dicimus moueri secūdum locum, quod non mutat positionem? & quomodo sentiemus Arietem moueri secundum locum, nisi comparauerimus ipsum cum centris, & mensuras ob terram determinamus motuum. Si ergo neq; oriens, neq; occidens, neq; medium essent, tamen cęlum moueretur, & nos non haberemus indicia differentium positionum. Ad quartum dicēdum est, quod locus, cum sit terminans & finiens & perficiens, similis est alijs finibus & perfectionibus, velut bono, honesto, toti & alijs huiusmodi. Vt igitur horum vnumquodq; ipso pleno, quod est cum ipso, minus videtur, sed comparatum ad alia maius ac præstantius videtur, sic etiam talis locus bona positura cum sit comparatus ad totam bonam posituram est deterior, sed velut perficiens, videtur esse melior ipso perfecto. Porrò ad ipsum quintum dubium quærens, an locus sit expers dimensionis, an habeat illam, dicimus quod mensura distantiæ secundum positionem subijcitur & supponitur. Et omnis mensura vult adæquari illi, quod mensuratur, sed magis id, quod mensuratur, sibi adęquatur. Sed illa mensura separata, quā & potentia excederet, & vnitate substantiæ id, quod mensuratur, excedit, hoc ipsum rapit ad propriam contractionem, quam impertitur mensurato quoad fieri potest. Vt etiam dicimus numeros intellectuales omnia mensurare secundum contractam omnium extremitatem. Et hæc sunt magis mensurantia quàm mensuræ. Sed illud, quod est coordinatum quā est participatio quædam mensurantis & mensurati & se habet secundum cōmensurationem ad mensuratum, colligatur & simul extenditur cum mēsurato. Et quemadmodum apud nos cubitus, aut vlna est mensura, quæ habet dimensionem ex mensurato, quod est sine dimēsione, i. adueniens & facta ex vlna, quæ cogitatione animi fit: Sic etiam tēpus motui vna coextenditur & est in illo pariter infinitum, siue extēdatur & prorogetur vt ille, siue non, & patet, quod est participans hic, & magis est participatio, cum simul diuidatur cum motu & vndiq; simul extēduntur, & eadem prorogationem extensionemq; & sectionem habent, & in his est collectio & deductio eorum quæ deducuntur vna. Locus igitur, cum vna, existat cum corporibus, etiam extenditur cum illis. Vbiq; n. est corporis positio & positionis determinatio. Quomodo igitur dicimus, si locus habet spatium, aut dimensionem, nōn erit ipse in positione, & loco egebit? Hoc porrò est contrarium ad omnem positionem de loco. Sed sciendum est, quod omne qualitercunq; participans, cum suapte natura egeat natura participati, dicitur participare eodem. Quæ autem proprie & per se aliquid habent, non egent introductione extrinseca alicuius, aliter processus abiret in infinitum. Perinde ac dimensio hæc, qua distant ea, quæ distant, cum ipsis vna extēdatur, sed non sic vt designentur secundum aliquid aliud & secundum participationem dimensionis dicantur distare, sed quod ipsa dimensio & distantia distat coordinata cum eo, quod distat & extenditur, & patitur eandem. quod si quadam alia adueniente indigeret distantia, aut dimensione, rursus de illa quęremus. Si. n. sine dimensione esset, quomodo æquabitur his, quæ distant? si vero fuerit distans, etiam ipsa indigebit alia, & id abibit in infinitum. & ob id neq; motus motum, nec tempus temporis, nec mensuram mensuræ requirere debemus. Cur igitur non poterunt etiam hi, qui dicunt corpus locum, vel aliquod interuallum determinatum sic fugere illam dubitationem, quę illis inferebatur. Nam inferebatur, oportet cum illorum sit alia & alibi alia pars, omnino etiam ipsas esse in loco. Etenim illi tradūt vere, quod corpus illud, vel interuallum est locus. Sed locus non erit loci, vt dicunt. Proinde philosophus Syrianus inquit, cum qui hæc dubitat, admonemus, intueri scopum & sententiā veterum, & non quærere motum motus, nec stationis stationem, neq; loci locum, neq; absurdum. Sed si idem esset corporis natura, & mensura positionis, bene dicebatur. Si autem omne corpus, quatenus corpus, mensura indiget, & si etiam secundum distantiam mensuretur: nam illud est distantia, & aliud mensura distantiæ: nam distantia, quatenus distantia, si per se erit, non egebit alia distantia, sed mensura. Et mensura quō egebit mēsura? sed videtur non egere, sed aduenientem extrinsecamq; requirere. & est distantiæ locus secundum participationem eius, quod est in loco. quemadmodum mensura est id, quod est in loco, & locatum secūdum locum. & nihil existimo absurdum sic dicere. Etenim aiunt albedinem etiam ob corpus corpoream fieri. quemadmodum etiam corpus fit albedine album. Cur ergo absurdum est locum distare, qui participatur, ob illud, quod participat ipso? Nā diceret aliquis, quod cōmensuratur illum comprehendere & vna cum illo extendi & distare. Et hæc quidem quandam rationem habent. Sed puto dicendum esse hoc modo, quia alia est distantia secundum formam, quæ etiā consideratur in ipsis exēplaribus, quæ est ratio, & magis forma distātiæ: & alia, quæ ex ea summissione, quæ ex eo est, quod dimensionem & spatium habet, & fit secundum affectionem. Proinde eam distantiam, quæ est in mēte, cum prius insit secundum formam, vel causam distantiæ, ob quam omnis magnitudo cōsistit. Et si primam & proprijssimā dicamus, tamen sine distantia dicimus illam, quia substantia eius intellectualis est, indiuidua & insectilis, & hanc non modo, sed etiam eas, quæ hac participant secundum ipsam distantiam. At quæ hic distant non solum participatione proprietatis, sed etiam summissione incommensurationis hinc distare dicimus. & secundum hanc significationem distantiæ non solum corpora, quæ hic sunt, videntur distare. sed etiam accidentia corporum, quare etiam albedinem, calorem, numeros & huiusmodi omnia, quæ hic sunt, non solū ob subiecta ipsis corpora distant, sed etiā propter seipsa. Verum magis specificam distantiam habet ob formam corporis, in qua est, sed illam intellectualē & exemplarem ob submissionem, quæ est ab ipso, quod expers est distantiæ, per quam & corpus est extensum & distans. At si corpus in mente fuerit, tum erit sine distantia, sed hic distabit. Vt igitur corpus habens positionē distaret ob extensionē, sic etiam mēsura positionis locus distabit eo modo, quo pōt mensura distare, cum fuerit id, quod mensurat sine distantia & dimensione. Locus ergo distabit, cum capiat & comprehendat ea, quæ distant, & non solum corpora, vt dicere videntur, neq; distantias dimensionesúe, si quædā sunt per se, sed etiam hæc & qua-

Sphæram stellis carentē cur posuerint Astronomi.

Immobilis positio quid momenti afferat ad præsentem contemplationem.

Mēsura ad a quas mēsurantur.

Numeri intellectuales cur omnia dimetiantur.

Cubitus mensura procedit ex cubito, vel vlna, quæ est in anima.

Locus, qui est cum corporibus habet cum eis spatium, et dimensionem.

Locum non egere loco, nec, ... sit.

Quæ ex se ... habent haud indigent extrinseca introductione.

Corpus in quantum corpus mensura minime indiget.

Mensura nō eget mensura.

Album fit corporeum per corpus.

Locus distantiam habet ob illud, quod ipsū participat.

Distantia per formam duplex est ab ea, quæ est per submissionem.

Accidentia habent distantiam, quæ sunt per submissionem.

Locus omnia continet quantitates, & accidentia etiam per se.

& qualitates & alia accidentia continet, immo etiam non has solum, quæ sunt per accidens, quatenus simul cum corpore simul distãt, sed etiam per se, quatenus etiam ipsa habent extensionem cum dimensione. Etenim accidentia egent etiam tempore non modo ob corpus, sed etiam per se, quia sunt subdita ortui & interitui. Et vt prꝑter opinionem multorũ aliquid dicamus, punctum etiam ipsum distare diceremus, quatenus relationem & habitudinem habet, & terminus lineæ est. Sed nunc, quod dicitur de dimensione & distantia subdita ortui, esset principium alterius dubitationis merito. Si. n. quod distat, quanquam in mente prius sit ob quandam proprietatem, nõ non indiget loco ob vnitatem sine dimẽsione. Sed videtur neq; hic ob proprietatem dimensionis loco egere, sed ob id intellectualem substantiam & molem, quæ fit in ipsa extensione, & propter interuallum partium, aut separationem. Si autem hoc datur, patet, ꝙ ipse locus sustinens hanc distãtiam secundum extensionem indigebit loco congregante, & tempus egebit tempore. Num etiam secundum proprietatem seiuncta, & extensa, atq; distantia, egeant mensuris secundum, vt fit in multitudine numerorum ibi, sed aliud est perpetuæ collectionis aliud est magnitudo mensuræ magnæ, s. magnitudine formatæ. Similiter quoq; ea, quæ subsistunt exemplariter secundum extensionem circũscribuntur ab his mensuris, quæ extenduntur, & exemplares sunt, quandoquidem sint mensuræ & collectiones eorum, quæ ortui subditæ res sunt. Sed hæc magis collectio & mensura excedit ortum, & supra illum est, & quæ habent in seipsis mensuram non egent alia collectione, quemadmodum alia ab his collecta, sed si egent, meliore quidem & ea, quę magis indiuidua est. Nam sunt media inter mensuratum & mensurans separata à mensurantibus, sed innata his, quæ mensurantur. Et quemadmodum corpora ob propriam diuisionem sunt expertia vitæ per se, sed ea participant ob animam ingeneratam ipsis, & faciẽtem eadem esse tota, & hæc vitalis participatio distat, & patitur circa corpora ob extensionem, quæ ab anima proficitur, attamen altera vita non eget, sed illa sola, quæ radicitus ab anima descendit: sic etiam se habet locus. Nam mensuræ natura superior est mensurato, & non eisdem eget, quibus natura mensurati indiget. Nec. n. hic pulchrum, quamuis per extensionem aliquantisper deprauetur & turpe fiat, eget alterius pulchri materiati participatione, sed sola assimilatione ad exemplar & primũ bonum. atqui pulchrum bonumúe refertur magis cum alijs formis. Sed locus & tempus habent magis separatam naturam ſm vim colligendi ea & continuandi, & distantia ipsorum non est similis alijs dimẽsionibus, distantijsúe consideratis secundum medietatem inter id, quod est sine dimensione, & mensuratum, atq; illud, quod habet dimensionem & mensuratur. Etenim eatenus ortus mensuram obtinet, quatenus extendit illa causa indiuidua mensurans ortum eius, & extenditur non omnino ortus. Non. n. erat mediũ inter id quod mensurat, sine ortu, & ortum ipsum, qui mensuratur. Sed cum sint medium si egeret alia mensura, etiam indigeret alia medietate. Nam mensuram esse omnino oportet medium inter id, quod mensurat & mensuratur, inhærentem ipsi mensuranti & in illud velut in caput redactam, sed coexistentem ipsi mensurato, & vnam simplicem habere substantiam comparatione vtriusq;. Corpus porrò, quod quidem velut corpus statuunt, cum sit corpus suapte natura, cur non eget mensura? Similiter quoq; interuallum, si quidem substantia quædam sit & aliam alibi partem habeat? Vnde ad sextam & septimam dubitationum dicemus, ꝙ qui afferunt corpus separabile esse & immobile, & hæc velut pronunciata de loco assumunt, ad communem & latius consideratum locum respexerunt, vt etiam prius diximus. Nam proprius locus vniuscuiusq; partium positionis inseparabilis est ab illo, & simul mouetur cum illo, quod mouetur. Sed locus latius consideratus, vt Syrianus dixit, ſm quem etiam motus localis fit, cum sit proprius corporis, quod est magis totum, ab illo quidem inseparabilis est, & simul cum illo mouetur, siquidem contigerit moueri quod mouetur, sed à corpore, quod est in illo, separabilis est & immobilis, quemadmodum & illud. Et nihil mirum est, si respiciamus ad hunc locum cõmunem, cum ex transmutatione corporum attigerimus notitiam loci. Ad octauam, quæ dicebat, si locus est elementũ eius, quod est in loco: & elementum est in eo, quod fit ex eo, sed non econtra, id, quod ex elementis constat, est in elemẽto: accidet ergo locum in corpore esse, & non corpus in loco. Hęc etiam soluitur, quia in loco qui magis totus est & continet ipsum, quod collocatur considerantes, merito in illo esse dicimus. Est autem videre ipsum præexistens velut supplementum eius, quod est in loco, & circũscribens distantiam eius, velut si etiam animationem viuẽtis corporis considerauerit. Nam etiam locus habet aliquid seiunctũ, & cuncta localiter & cum mensura assumit quæcunq; habent corpus corporaliter, idcirco seiunctus & separabilis videtur. Et corpus dicitur in loco, & non locus in corpore. Nam cõparatio fit velut separatorum. Est igitur circunscriptũ in circunscribente & claudente, & in eo, quod copulat, segregatum, & in mẽsurante quod metitur, vt etiam in suo toto partes sunt quatenus ipsum distinguuntur ab illis. Etenim mensura est, quæ continere potest & separari ab eo, quod dimetitur, ipsum determinans vndiq;, & colligens, claudensq;. Et ob id primum par est, vt fruatur diuina illustratione, & maxime illum, qui est magis totus & sempiternus, ad quem respicientes dicunt deorum signa & lineamenta in loco perpetuo disseminata esse, & propter hunc, particularis locus, & vnusquisq; magis proprius illis participat. Etenim vnio, mensura, terminus, sunt cognata substantijs deorum, & prima fruuntur illustratione ipsorum. quare & nona dubitatio sic diluatur. Ad vltimam autem, quæ dicit, si ita placet nobis venire in notitiam loci ex translatione & mutatione corporum in loco & non aliter, quô ex hac dicemus locum esse mensuram & determinationem positionis? Etenim tum eorum, quæ mutantur, tum eorum, quæ non mutantur, propria manet determinatio. Sed hæc dubitatio ex iam dictis soluta est. Cum. n. duplex locus sit: Aliter substantialis & per se alicui conueniens, siue maneat illud, siue moueatur: & Aliter, qui alius & alius fit in mutationibus secundum positionem ordinis ad ea, quæ sunt magis tota: cõnaturalis quidem locus, qñquidem substantiæ insitus, atq; insertus esse videatur, difficillime secernitur à substantia, sed ille alter qui alius atq; alius fit eadem substantia manente, fuerit facile, & excitat iudicium in nobis, vt noscamus facile illum esse diuersum à substantia. Vt etiam, cum tempus duplicem naturam habeat, & aliud motum connaturalem mensuret, & aliud motum extra secundum actionem. Ille qui est secundum substãtiam sic difficilis est intellectu, siquidem & tempus maxime sic dici dignum sit, quanquam Aristoteles non videatur dicere prorsus, quæ scilicet tempori subdita sunt, non esse sempiterna secundum substantiam, sed sola illa quæcunq; ortui & interitui obnoxia mẽsurantur. Etenim & motus cum esset connaturalis erat ignotus, & ille qui actiuus est manifestus. Et positio naturalis & si omni-

Accidentia egent tempore

Punctum quanam rõne distantiam habeat.

Mensurarum uaria genera.

Mensura superior ẽ eo, quod suscipit dimensionem, nec iisdem indiget, quibus indiget mensuratũ.

Pulchrum existens hic sola ad exemplar relatione habet, & ex illo mensuratur.

Generationis mensura non est generatio.

Mensura medium est inter mensurans & mensuratum.

Locus latius cõsideratus & immobilis est separabilis, proprius uero contra.

Locus omnia localiter accipit, quæ corpus corporaliter.

Corpus esse in loco non locus in corpore.

Locus primã fruitur diuina illuminatione.

Locus duplex est: substãtialis et alius accidentalis, secundum uarias corporũ in eodem loco trãsmutationes fit, hi manente sub substantia.

Tempus duplex est.

Motus duplex est connaturalis et actiuus.

no aliter & aliter partes distarent, tamen quia altera est ab illa partium, tum fit manifestior quando manentibus partibus in positione substantiæ suæ vniuersi positio mutatetur. At hoc fit in ipsis vicissitudinibus. Et ne forte hæc fuit causa vt lateat cōnaturalis positio, & propria vniuscuiusq; & mēsura eiusdem, cum sit difficilis cognitu quonam modo distinguatur positio ab ipsa positione, Communior tamen est transmutationibus vicissitudinarijs & apertior longe, ad quam, vt videtur, etiam Peripatetici respicientes ea, quæ solum secundum locum mouentur asserunt locum occupare, quia hęc videbant mutare locum. Sed quoniam & hanc intelligentiam de loco pro viribus meis determinaui, ac exposui dubitationes, quæ affetebantur in illam, & solutiones dubitationum adduxi, ꝙ hæc sententia non omnino noua sit, neque à clarissimis Philosophis ignorata, ostendere volo. Etenim Theophrastus etiam in libro suo de naturalibus rebus videtur tenuisse hanc sententiam de loco, vbi hæc inquit, velut dubitando.

Theophrasti de loco sententia.

Nam locus per se non est substantia quædam? At ordine & positione corporum dicitur secundũ naturas & virtutes. Similiter quoq; in animalibus & plantis & generatim in ipsis dissimilaribus, siue illa sint animata, siue inanimata, modo habeant naturam formatam. Etenim horum aliquis ordo & positio partium est ad totam substantiam, ideo & vnaquæq; dicitur in suo loco, eo quod habet proprium ordinem, cumque partium corporis, vnaquæq; desideret & postulet suum locum & positionem. Item ostendam diuinum Iamblicum hoc ipsum testari, quippe qui in ipso quinto libro Cōmentatoriorum in Timæum secundo capite hæc scripsit. Omne corpus, qua corpus, in loco ponitur. Locus igitur cōnaturalis cum sit corporibus, cum his etiam subsistit & nullo modo abest à primo eorum progressu, ad ea quæ sunt & à propriissima substantia. Merito igitur & Timæus vna cum principio corporum & locum primo adducit. Quicunq; igitur non causæ efficiunt locum cognatum, eundem in terminos superficierum, vel in receptacula inania, vacuaúe, aut in ipsa interualla qualiacunq; trahentes, simul quidem & alienas opiniones attrahunt & simul deuiant prorsus à sententia Timæi, quæ semper opificium naturæ copulat. Oportebat igitur, vt corpora cognata causæ deducunt. sic etiam locum videre dependentem à causa, quam Timæus adducit & narrat. Et quemadmodum conati sumus locum tradere, qui foret eiusdem naturæ cum opificio, sic etiam locum fas est existimare. quare & ipse alias eminentias, aut adiectiones reprobando, eas, quę sunt extra illa, quæ sunt in loco, fecit, & locum naturalem in loco inquit. Et vltra procedendo inquit, Quæ igitur opinio perfectũ & cognatum substantiæ circa locum determinat. Vel potentiam corpoream ipsum ponens sustinentem corpora & prohibentem & cadentia detinentem, & sparsa cógregantem, eademq; complentem & continentem vndiq;. Videtur ergo & ipse assignare definitionem loci dicendo, ipsum esse potentiá connaturalem ei, quod est in loco, sustinentem corpora & prohibentem, ac cadētia detinentem, & sparsa aggregantem, simul complentem & continētem vndiq;. Et patet, quòd, si locus complet corpora, non erit separabilis ab eo, quod est in loco. Et continere potest adeo, vt definire & colligere corpora valeat, Dicemus ergo ne tot Viros & Tales in assignãdo loco errasse? Sed cum velut conuiuium non fortunatum & lautum ipsi proposuerimus illis nostras dubitationes, qui consueuerunt deliciari in ipsis veterum contradictionibus, reliquum est, vt sequentes eos, qui de loco quicquam conscripserunt, ostendamus nullum à veritate aberrasse. Et, cum multiplex sit, alij aliam & alij aliam formam loci considerarunt, & explicarunt. Vt ergo cōem sententiam de omni loco videre valeamus, & discrimina Philosophorum, aut contentiones sub ipsa collocabimus, reperamus tali aliquo sumpto principio. Id quidē, quod proprie vnum est, vt quod nullum omnino spatium, ac distantiam habet, & neq; discerni, nec mutari possit, est prorsus terminus, ac mensura, quæ non indiget, vt mensuretur, vel vt definiatur ab aliquo, immo & vnum vni coniunctum præualet & ipsum tandem non eget tali perfectione in opere. Nũc autem appello coniunctum non ipsum cōtinuum, quoniam id distat, & illud vere coniunctum & vnitate cohærens in singulis partibus est non distans, at illud seiunctum est s'm plures modos, & aliud quidem secundum magnitudinem substantiæ, vel virtutis potentiæq; distat, quemadmodum dicimus continua quanta, & quędam secundum multitudinem definiuntur, velut ea, quæ proprie discreta vocantur, & quædam secundum extēsionem extenduntur, vel prorogationem, aut durationem, vt sempiterna, & quędam tanto tempore dicimus subsistere. sed ea prorsus, quę expertia sunt alicuius termini, & ad infinitionem, & indeterminationem proficiscũtur, egent partibus & determinationibus, quæ seruent ipsa determinata & inconfusa. Quarum aliæ sunt secundum effusionem in infinitum, & aliæ s'm confusionem, quæ aduenit periclitando inter eas, quæ inter se distant. Et numerus discretæ multitudinis firmat disgregationem in infinitum, comprehendens discretionem formis & speciebus determinatis, sed quãtum distans in infinitum magnitudo mensura est determinans, vt si quis dicat similitudinem esse vnius cubiti, vel vnius digiti, sed extensionis secundum substãtiam est velut magnitudo, & immobile mensurauit & collegit in vnum, ipsum æuum: sed id, quod mouetur, in numerum tempus. Et tales mensuræ non permiserunt, vt quantitas discreta deduceretur ad infinitionem, neq; in exemplaribus, neq; in imaginibus. Sed quicquam aliud est destructiuum confusionis eorum, quę sunt separata in his omnibus, quod etiã causa est, cur partes inter se secundum proprium vniuersitatem non confundãtur, sed vnumquodq; ordinem & positionem conuenientem accipiat. Non. n. in numeris vnitas sine causa ordinata est ad binarium, & hęc ante trinarium & deinceps, neq; ex incidente & fortuna vicissim pares & impares numeri ordinati sunt, & quadrati deinceps, s. sequentes cohærentes interualla inter se secundum dualitatem habent, quæ æque augeantur, & quęcunq; alia manifesta Theoremata naturalis ordinis numerorum in ipsis rebus numerandis à nobis suscepta. Eodem quoq; modo segregatio & distinctio aliarum formarum incorporearum ordinatur, & ob eandē causam positio fit animalium & plantarum secundum partes, qua caput & manus ac pedes inter se ponuntur aliter, & radices, stirpes & rami taliter in plantis, & non solum ordinem partium inter se separauit, sed etiam vniuscuiusq; vniuersi, velut partis positionem in eo, quod magis materiæ particeps est determinauit. Sic igitur & terram medium vniuersi sortita est, & cœlum, quod est circum circa, & media in medij. Sed hæc aliquo modo ante dicta sunt. Nunc autē hæc dictis adijciantur, quod cōis est quædam vniuersi loci notitia, dicens ipsum esse determinationem vniuscuiusq; positionis eorum, quę separantur, in his quę sunt. Determinatio autem, alia est secundum receptaculum, alia vero s'm id, quo aliquid continet aliud. Item alia est s'm ordinem vniuscuiusq; positionis ad alia, quæ omnia videnda sunt in ipsis rebus incorporeis & corporeis. Etenim ordines intellectuales

Veterum sententias, de loco quo conscribat Simplicius.

Vnũ duplex. Discreta quid explicatur duntaxat.

Æuum quid mensuratur.

Tempus quid mensuratur. Discretorum inconfusionem quid tollat, locus scilicet.

Loci communis notitia.

tellectuales velut locos differentes ipsa interualla & receptacula differentia mũdi intellectualis sortita sunt. Dicit ergo Orpheus de illo, ꝙ habet differentias terminationũ.

Mortalibus diuum sic mundum resq́ue digessit.

Locus apud Orpheum ambitus vel comprehensio. Locus deorũ Astarate, qđ dicitur roinus apud Syros, Deorũ locus dicitur.

Et locus ibi sæpe dicitur ipse rerũ ambitus, idcirco & Syriam astaratem vocant locum securum deorum. Et Aegyptij Isin tanquam multorum deorum proprietates continentes, sed secundum ordinẽ positionis vniuscuiusque ad alia. Plato supra cœlestem mundum illum inquit, secundum quem determinatur & seiungitur ordo intellectualium formarum, & secundum hanc significationem fatemur unũquemque numerum proprium locum habere, quandoquidẽ prima sit vnitas, post hãc dualitas, & deinceps trinitas, & vt prius diximus trianguli hæc loca habent, & alij alias seriatim. Et anima sic dicitur locus formarum secundum hunc modum continendi. Item ea, quæ determinant argumenta demonstratiua, loca appellamus, ceu sunt argumenta à contrariis, & à similibus & à generibus vel speciebus. Similiter quoque & in ipsis corporeis putauerunt materiam secũdum determinationem recipiendi, locum esse, sed secundum cõtinendi modum, quoniam formarum alia est connaturalis, alia extrinseca, dicunt secundum naturalem, ipsam formã secũdum superficiem esse locum, velut in hac positi vniuersi: sed secundum continendi modum extrinsecum est velut eorum, quæ ponuntur in eodem habentia positionẽ. Alij autem terminum continentis posuerunt locum, vt Arist. alij autem incorporeum spatiũ affirmarunt, quo videretur plura absurda effugere eorum, quæ adduximus. Sed secundum ordinem positionis ad alia, vt incorporeum & sensibile incorporeis proxima dicta definitio mihi videtur locũ determinata, quã dixi fuisse Damasci nostri præceptoris, quàm testabatur Theophrastus & diuus Iamblicus. Vt enim hæc positio incorporea est: nã neq; aliquod corpus, quod mouetur est, neque id, in quo mouetur, positio est, sic etiam positionis determinatio incorporea est secundum hanc intelligentiam. Idcirco & differentiæ loci sursum & deorsum, dextrum & finistrum, ante & retro incorporea sunt, quanquam in corpore considerẽtur. Nam manum dextram dicimus non solum secundũ differentem constitutionem eius, sed etiam, quia in dextrũ corporis iacet, & hepar similiter. At locus numerorum in ipsis incorporeis fit, ordinem positionis eorum determinans. Eodem modo & locus formarum intellectualium & animarum. Atqui etiam in corporibus, vt prius diximus, locus est, qui præbet singulis partibus proprium ordinem, & positionem, earum inter se & ad totum. Item in communi toto, vt in ipso vniuerso per ipsum proxime totum conuenientem positionem tradit. Et videtur Arist. præsertim ad hanc loci significationem respexisse, secũdũ quàm aliud in alio ponitur corpore, & totum in toto. velut ego in aere, & id, quod est minus, in illo, quod est magis capax: quanquam proximus locus æqualis esse ei, quod locatur, debeat. Nam inquit, aliquid dicimus esse in loco velut in cœlo, quia est in aere, & hic in cœlo, & in aere, non toto, sed ob extremum eius, & id quod ipsum continet dicimus esse illud in aere. Et talis locus est capax & continet quatenus capacior est. Sed totus locus est ſm determinationem positionis. Et Plato asseruit materiam esse locum formarum & receptaculum, velut positionem capacem specierum & formarũ, quæ in ipsam descendũt & determinantem ipsarum distantiam. Nam formæ per se contractæ habent partium diuisionem, sed ea, quę distant secundum materiatam indeterminationem, materiatum quoque ordinem dimensionis retinent, velut immateriatum facit, antequam recipiat ordinẽ diuisionis. Locus igitur est materia formarum, & velut receptaculum, & velut causa positionis distantiis, & talis positionis atqui etiam locus est interuallũ velut descriptio quędam, & typus eorum corporum, quæ in illo collocantur. Et alter est proprius sphærarum cœlestium, & alter communis, velut locus elementorum, quæ inter se miscentur. Nam in eodem interuallo ignis & aer fiunt aqua & terra, & aliud atque aliud corpus secundum communem proprietatem spatii. Sed neque mirum est & corpus esse corporis locum, immateriatũ videlicet materiati, & id, quod est prius natura, eius, quod est ut Philosophus Proclus censuit. Etenim inclyti Philosophorum nõnullis fatentur orbes cœlestes totos esse & vsque ad centrum plenos. Et patet, quòd orbes interiores continẽtur ab exterioribus, vt Lunæ orbis ab illo Mercurij, & ille ab illo Veneris, & sic deinceps, immo etiam elementa, animalia, plantæ, quæ sub Luna sunt, continẽtur à locis extrinsecus, & ea, quæ sunt Lunæ proximiora, sunt etiam cognatiora illi supero mundo. Vnumquodque igitur, quod continet, est contenti locus velut continens eius, & capax ac determinatiuum eius positionis. Quocirca neq; velut in vniuerso secundũ hoc sunt, sed velut in loco. Cũ ergo Theologia Assyriorum super hũc mundum etiam aliud diuinum corpus & magis æthereum ponat. id autem nouit Orpheus in quibus dixit,

Materia est locus formarũ apud Platonem.

Corpus est locus corporis. Sphæræ cœlestes sunt plenæ ad cẽtrum usque.

Aethere ineffabile omnia concipe circum,
Sed medium tenebat cœlum.

Sphæra inerrans superior quæ dicitur inerrans.

Sciunt autem & Astronomi alium orbẽ sine astris & vere inerrabilem, quem ponunt supra illum necessario, qui dicitur inerrabilis, quĩ & hunc habentem plures stellas motum ab occasu cẽtum annorum curriculo, vnum gradum accepisse credunt, & ob id egent illa, quæ ob apparentem hanc orbiculationem ab ortu in occasum danda est. Cum ergo, vt cœpi dicere, Proclus plures veterum testes habeat ponens aliquod diuinius corpus supra hunc mundum, merito illud locum huius vniuersi posuit: Patet quoque etiam talium corporum recipientium & continentium alia vnumquodque habere distantiam, atq; differentias partium, & locum proprium, & velut spatium, & velut positum bene ordinem partium. Quod quidem igitur principio dicebam, & nunc dico, quòd dicentium de loco quisque respexit ad quandam veram notitiã loci, & à propria eius charactere & designatione non excidit. Quod si non cunctis his notitiis & intelligentiis singuli sunt assecuti quid locus sit, nihil mirum. Verisimile enim est & alias esse nondum manifestas. Sed dictis addatur etiam hoc, Quia Damascius noster præceptor tetigit pulchre locum secundum rectam posituram, & ipse fuit primus eorum, quos nouimus, qui locum determinauit & designauit dearticulauitque. neque dissimulauit alias significationes de incorporeis & corporeis dictas. Nam locum esse determinationem & mensuram positionis opinor. Positio autem erit etiam in ipsis incorporeis secundũ ordinem, vt etiam in numeris dicimus poni binarium ante trinarium. Est quoque in corpore secundum differentiam distantiæ. Hoc autem notandum esse dico, quòd tres mensuras ponens, aliam discretorum vt numerum: aliam in extensione & duratione motus, & hanc tempus, aliam distantiæ, locum, non determinauit duplicem distantiã: aliam velut magnitudinis determinatæ, qua cubitale, aut digitale quicquam esse dicimus: & aliam velut positionẽ habentis quam sursum & deorsum appellamus, & dextrũ & fini-

Damascius ex aliis primus l. cũ explicauit qui est per positionem.

& sinistrum. Atqui locum multipliciter esse mensuram positionis cum diceret, nõ distinxit ipsum à mensura magnitudinis. Nihil autem nocebit forte audire eius verba, qui sic scripsit in libro de Loco.

Tres mẽsuræ sunt in ipsa rerũ generatione. *Tria sũt quæ diuisione fieri possunt.*

Sunt nobis natura tres mensuræ trium diuisionum. neque enim alia est diuisio in generatione est præter tres, neque alia mẽsura. Etenim triplex est indiuisum: Vnitas, Nunc, Punctum. Vnitatis igitur secundum materiam diuisio, vel vt diligentius dicam vnius, facit multitudinem, quò circũscribit aliquis numerus. velut vnã rem & vnitas est indiuisibile numeri. & ipsius nunc fluxus facit durationem. Voco nunc illud, quod non fluit in ipso nunc fluente, vt mutatum esse est principium motus, quæ mutatum nunc mensura, & tempus fluxum & successionem, vt diuisionem numerus. Item puncti extensio facit dimensionem & distantiam, cui simul adest locus mensura determinans omnem positionem vniuersi, quousque fiat trifariam dimensa, quæ est omnino dimensa & distans, & faciet bene ponere totum secundum positionem omnino sui ipsius ad seipsum, & omnes partes in seipsos. Item omnium partium positionis in omni loco & vnaquaq; cuiuscunque. Quare & si sphæra erit, vel aliter haberet aliquod medium, vel terminum aliũ & locum habebit vbi bene ponitur. Et quod mensuram positionis locũ esse bene ponentem positum patet. Neque solus huius, sed etiam magnitudinis, vt magnitudinis mensura determinatur. Dicit ergo post pauca dicta, velut quædam prius descriptio existẽs totius positionis & partium eius, si quis diceret, typus, in quem adaptari oportet positum, si ponendũ sit recte & non confundi præter naturam, vt vel totum maius, vel minus conueniente magnitudine distans, vel in vniuerso positum, vbi non bene, vel partibus eius non habentibus debitam positionem, ceu si quis haberet cerebrum in ipsis calcaneis. Sic plane locum nõ solum totam positionem, sed etiam maioris aut minoris distãtiæ causam esse dicunt. At vero existimo oportere determinare mensuras numerum, magnitudinem, locum, tempus: Numerum quidem, qui metiatur discretionem: Magnitudinem vero, quæ distantiam: Locum autem, qui omnimodam positionem: Tempus autem ortus & generationis durationem. Hæc igitur de loco cupidis discendi tradenda voluimus. Nunc proficiscendum est ad ea, quæ dicit Aristoteles. & diligenter curabo vt disputando de vacuo explicentur.

Tempus est mensura nunc fluentis. *Numerus diuisionis mẽsura est.* *Locus mẽsura positionis est.*

SECTIO SECVNDA, de Vacuo. CAP. VI.

Tex. 50.



Odem autem modo existimandũ est, esse Physici considerare & de vacuo, si est, aut non, & quomodo est, aut quid est. sicut de loco. nanque similem habet & incredulitatem & fidẽ per ea, quæ putantur. vt locum enim quendam, & vas ipsum vacuum ponunt esse dicẽtes. Videtur autem plenum quidem esse, cum habuerit illã molem, cuius est capax: cum vero priuatum fuerit, vacuum, tanquam idem quidem sit vacuum & plenum & locus, esse autem ipsis non idem sit. Tex. 51. *Incipere autem oportet considerationem, capientes & ea, quæ dicunt affirmantes esse, & rursus quæ dicunt non affirmantes esse, & tertio communes opiniones de ipsis.*

Com. 54. PRincipio Tertij libri, cum proposuisset dicere de motu, quatenus est Naturali opportunus, subiunxit, quod sine inani, & tempore esse motus nequaquam posse videbatur. Inquit, Porrò cum his de causis, tũ etiã, quod hæc videntur esse communia & vniuersalia omnibus his considerandum est de vnoquoque horum, qui in hac philosophia elaborare contendunt. Cũ ergo de motu, & deinceps de infinito disseruisset, quoniam omnis motus aut finitus, aut infinitus esse videtur, quippe qui, cum sit continuus, in infinitum est diuisibilis, vt omnia continua, post hæc instituit de loco disserere. Etenim nonnulli dicerent vacuum esse locum corpore priuatum, & locum quoddam spatium inane, capax corporum, contra eos, qui dixerunt locum esse interuallum capax corporũ, his verbis de loco occurrisset, ostendit etiam munus esse peculiare Philosophi Naturalis de vacuo verba facere, qa asserentes inane arbitrantur illud esse velut locum quendam & vas. Et easdem quæstiones adducit de vacuo, vt fecit de loco. Primam, Num sit. Secundam, Quomodo, & quid sit, quoniam & idem significat. Quomodo, & qd Aspasius notauit. Etenim cum quæsiuisset de loco, an sit, & quid sit, hunc in mundum loquutus est. {Si aliquid sit, nec ne, & quõ sit, & quid.} At questio hæc, quõ sit, & qd sit non videt habere locũ in hac cõsideratione de vacuo: siquidem ostenditur nullo pacto vacuum aliquam rem esse. Nisi ergo hec quæstio quomodo & quid sit, nõ proponatur relata ad id, vt ostendatur vacuum subsistere, sed ad eos conuertenda est qui illud ponunt, quomodo ergo ipsi ponunt, & quid est. Vel quia, cum illi causam, cur aliquid moueatur inane dicant, ipse materiam fatentur esse huius motus causam, quam inane dici admittit. Ob id ergo, quoddam modo inane esse concedunt. Concludens igitur sermonem de ipso sic dixit. {Et de vacuo quo modo est, vel non est, determinatum sit. Quoniam, vt quidam dicunt ponentes ipsum, non est, vt autem nihil prohibet vacuum esse.} Cæterum inquit, quod inane similem habet fidem & incredulitatem, vt locus, quoniam qui vacuum affirmauerunt esse locum corpore priuatũ, ex his quæ mouentur secundum locum, fidem fecerunt de vacuo, vt de loco. Qui ergo dixerunt interuallum inane locum esse, locum & inane idem esse confessi sunt, quocirca eisdem argumentis, persuadere locum esse & dissuadere possunt. Quòd vero & ipse ob id censuerit fidem & incredulitatem persimilem habere vacuum, vt locus indicauit his verbis sequentibus. {Vt locum enim quendam & vas ipsum uacuum ponunt esse dicentes.} Recte enim subiungit, quod idem, quando in se habet corpus, cuius est capax, plenum dicitur: sed priuatum eo, dicitur inane. Locus autem est, quatenus capax est. Vacuum igitur locus & plenum idem sunt subiecto, & differunt ratione. Sed patet non plenum idem esse subiecto, cum ipso inani & loco, sed spatium. Hoc enim aliquando plenum est, & aliquando inane, & locus idem, vt capax, sed non quatenus plenum, neque quatenus inane. Proinde inquit, eum oportere, qui vult quærere An sit, nec ne, & Quid sit, primum considerare quæ dicunt illi, qui illud esse contendunt, deinde quæ etiam afferant illi, qui esse illud negant. Nam ex his compertum habebimus, an sit, vel non, si nos adhibuerimus mentem his, qui vera magis proferunt, quod quidem fiet, si communes intelligentias, vel opiniones de loco, inani, & spatio ponderauimus. Solet nanque opinionibus utens tanquam iudicibus, cum illis conferre & contrarias examinare sententias. Quòd vero natura præcedat sermo de loco illum de vacuo, patet: siquidem locus communior sit pleno & inani. Etenim locus & inanis, & plenus est: sed communia præcedunt propria. Prætera, locus similis habitui

Quomodo & quid sit idem esse.

habitui eſt, quippe capax ſit alicuius determinate, ſiue quicquam habeat, ſiue non. Sed vacuum ſimile eſt priuationi, at priuatio poſterior eſt omnino ipſo habitu. Neq; igitur locus & inane idem ſunt, neque enim locus eſt inane: ſiquidem locus interdum ſit vacuus & interdũ plenus. Sed inane & plenũ non erunt idem, quare neq; inane locus eſt quatenus inane, ſed quatenus capax & aptitudinem habet, quo fiat plenus corpore.

Qui igitur mõſtrare tentant, quòd non eſt, non quod homines volunt dicere vacuum, hoc refellunt, ſed quod errantes dicunt, vt Anaxagoras, & qui hoc modo refellunt. Demonſtrant enim, quod aliquid eſt aer, ſtricte ligantes vtres, demonſtranteſque quod fortis eſt aer, ac intercipientes in clepſydris. alij autem homines volunt vacuum eſſe ſpatiũ, Tex. 52. *in quo nullum eſt corpus ſenſibile. Exiſtimantes autem omne quod eſt, corpus eſſe, dicunt, in quo omnino nihil eſt, illud eſſe vacuum. Quapropter plenum aere, vacuum eſſe. Non igitur hoc oportet demonſtrare, quod eſt aliquid aer, ſed quod non eſt ſpatium aliud à corporibus, aut ſeparabile, aut actu exiſtens, quod diuidit omne corpus, vt ſit non continuum, quemadmodum dicunt Democritus, & Leucippus, & alij multi Phyſici: aut etiã ſiquid eſt extra quoduis corpus exi-* Tex. 53. *ſtens continuum. Hi igitur non in foribus propoſito problemati occurrunt, ſed affirmantes eſſe potius.*

Cõm. 51. Cum ea propoſuerit ſibi dicenda, quę illi dicũt, qui & affirmant inane, & qui negant, orditur ab his, qui inane ſtatuunt, & repugnat opinioni, & probationem ipſam, vt conſueuit, affert antequam huiuſmodi argumenta adducat, & eos, qui ipſa deſtruere nituntur, cum non recte illa infringant & confutent, redarguit. Et ſic primum profert eos, qui inanę negant, ſimulque demonſtrat contra quàm inanis intelligentiam occurendum ſit, quia non illi reſiſtẽdum eſt, quam multi aſtruunt exiſtimantes ſola corpore illa eſſe, quæ opponuntur, & reſiſtunt: quocirca cenſuere locum aeris vniuerſum vacuum eſſe, perinde aer nihil ſit. Quocirca Anaxagoras, quoties probaſſet aerẽ quicquam eſſe, putauit ſe omnino inane deleuiſſe & ſuſtuliſſe. Item oſtendebat aerem eſſe corpus, atque illud, quod reſiſtit, cum clauderet illum in vtres, & cũ premeret vtres inflatos. Vel hæc dicta ab Ariſtotele ſic intelligenda ſunt. {Inflantibus vtres, his, qui aerẽ intercludunt vtribus, oſtẽdũt quomodo arduum eſt eoſdem comprimere, } contra vero his, qui non inflant, facillimũ eſt. Item argumento clepſydrarũ idem oſtendunt. Clepſydras vocat, harpagas, inſtrumenta videlicet hauriendi aquam. Quæ, cum habuerint aerem, non recipiunt aquã, ſed illo exeunte, illico aquam ſurripiunt, & prius non dimittunt, donec qui digitum adeo remouerit foramen cooperientem, vt tantũ aeris ingredi permittat, quãtum aquæ ſecundum proportionem exit. Qui ergo ſic contradicunt inani, quoniã illi decipiebantur, qui aeris locum vacuum eſſe credidere, ab Ariſt. redarguuntur, quoniam iſtud non eſt vacuũ, quod illi putarunt eſſe. Nam omnes putant eſſe ſpatium quoddam, in quo nullum eſt corpus ſenſile, quod non cõfutãt, & tamen hoc confutandum erat. Nam, cum cẽſeret omnem rem corpoream eſſe, quod non erat corpus, putarũt nihil eſſe, & ideo dixerũt vacuũ eſſe ſpatium, in quo nihil eſt. Sed qui arbitrati ſunt, illos cenſuiſſe aerem nõ eſſe corpus, & ob id, nihil eſſe in eo ſpatio, quod aerem habet, decepti, hoc dicunt. Oportebat igitur non occurrere contra illud, ꝙ decepti dicunt, ſed contra intelligentiam vacui, demonſtrantes, ꝙ inane non eſt ſpatiũ aliquod aliud præter illud, quod eſt in ipſis corporibus. Nam hoc indicat illud {Neque ſeparabile.} Si enim plenum fuerit, & aliud præter corpora, a corporibus ſeparabile eſt, & quia hoc non ſubſiſtit, ſed ſecundum ſolam intelligentiam, ꝙ quidem indicat illud {neque actu exiſtens.} Illi.n. dicebant tale ſpatium actu eſſe, quod inter corpora ineſt, & non ſinit corpora eſſe continua. Vt Democritus & Leucippus aſſeruerunt, qui non modo inane intra terminos mundi eſſe, ſed extra poſuerunt. Vnde patet, ꝙ tale non erit locus, cum per ſe ſubſiſtat. In eandẽ incidit opinionem Metrodorus Chius, & Phythagoreorum quidam, vt paulopoſt dicet, & ſucceſſit Epicurus. Cæterũ Porphyrius nõ ſcribit hæc {neque ſeparabile, neque actu exiſtens, } ſed hæc ſcripſit. Neque inſeparabile ab ipſis, neque ſeparabile. Nã inquit, inſeparabile poſuit Democritus, quocirca neq; vniuerſum continuum eſt, quandoquidem corporibus receptis in vacuo, intercipiatur, ſed cũ ſeparabile aſſeruerint vacuum extra mundum vniuerſum, relinquunt eſſe continuum, vt Pythagorici. Sed opinor ſcripturã priorẽ eſſe meliorem. Hæc autem ipſa habet rationẽ. Etenim, qui vacuum introduxerunt, alij illud ſeparabile per ſe poſuerũt, per totum mundũ procedere & ſupra mundũ continuum extendi. Alij autem illud in corporibus inſperſũ & inſertum ſ. m quoſdam paruos meatus, & hac ratione videri inſeparabile. Iccirco & argumentorũ quatuor, quæ deinceps facit, aliud eſt à motu, & ab ipſa augendi via primũ eſt, quod vacuum introducit: aliud & ſecundũ à conſtrictione, & cineribus. Quare qui volunt oſtendere aerem quicquam eſſe vt confutent inane, non ad ꝓprias fores, & veluti introitum veniunt ad veram inanis intelligentiam, ſed {non præter fores} ideſt extrinſecus, & alium aditum ſibi ſumunt quam debẽt. Vel quemadmodum illi, qui nituntur per parietes ingredi quàm deceat. In his prouerbiũ fertur. Hi ergo, qui non oſtium verum ingrediuntur, decipiuntur. Sed illis magis eſt adhibenda fides, qui dicunt eſſe vacuum hoc modo, quem explicabit, ponendo argumenta eorum deinceps.

Vacuum non eſſe, quomodo probaret Anaxagoras.

Clepſydræ quo aquam ſuſcipiant, & emittant.

Democriti Leucippi ſententia de vacuo.

Metrodorus Chius, & Epicurus.

Præter fores occurrere quid ſit.

Dicunt autem vnum quidem, quod motus ſecundum locum, non vtique erit. hic autem eſt latio, & augmentatio. non enim videbitur vtique motus eſſe, ſi non ſit vacuum: plenum enim vt ſuſcipiat fieri non poteſt. ſi vero ſuſcipiat, ſintque duo in eodem, continget vtique & quotlibet ſimul eſſe corpora. differentiam enim, propter quam non vtique erit quod dictum eſt, non eſt dicere. Si autem contingat hoc, & minimum ſuſcipiet maximum. Multa nanque parua ipſum magnum eſt. Quare, ſi multa ęqualia contingit in eodẽ Tex. 54. *eſſe, & multa inæqualia. Meliſſus igitur etiam ex his oſtendebat, quòd vniuerſum immobile ſit. ſi enim mouebitur, neceſſe eſt, inquit, eſſe vacuum. Vacuum autem, non eſt eorum quæ ſunt. Vno igitur modo demonſtrant, quod ali-* Tex. 55. *quid eſt vacuum.*

Cõm. 56. Quatuor ponit argumenta eorum, qui inane eſſe dixerunt. Vnum ſ. m notitiam inanis ſeparabilis: & tria ſ. m intelligẽtiã illius, quod diſperſum, & diſſeminatum eſt in corporibus. Et quintum ipſis inducit illud, quod putarũt Pythagorici. Sed ex quatuor, primum illud ſit, quod ex diuiſione ducitur, & dicit. Motus ſecundum locum, qui in latione, vel accretione cõſideratur, aut per vacuum fit intermedium, aut per plenũ: ſed fieri nequit per plenum, vt oſtendetur: igitur per vacuum. Quod vero motus aliquo intermedio fieri neceſſe ſit, videtur ex ſe fide dignũ intelligentibus, quod motus ad locum ex aliquo in aliqd fit: at illud, ex quo, & illud, in quod, inuicem diſtant: illud ergo, quod fit per hæc, neceſſe eſt, vt per aliquod intermedium procedat interuallum. Quòd vero omne ſpatiũ neceſſe ſit vel plenum, uel non plenum eſſe, perſpicuum eſt.

Vacuum eſſe oſtenditur ex motu, qui eſt ſecundum locum.

est. Nam diuisio est contradictoria. Illud autem, quod non est plenum omnino, est inane.

Motus per plenum fieri non potest.

Quòd deinceps motus per plenū fieri nequeat sic syllogismo ostendit hypothetico, Si per plenū fit motus corporū secundum locum, corpus penetrabit corpus, aut recipietur à corpore, & ita paruissimum recipiet maximum: sed hoc fieri nequit, sin autem, pelagus reciperetur in ipso cyathi loco. Sed antecedens fieri nequit, videlicet motum fieri per plenū. Et deductū ostendit, videlicet, ꝙ paruissimū recipiet maximum. quoniam, si omnino aliud corpus ex principio recipit, tanquā possint esse in eodē spatio duo corpora, recipiet etiam aliud tertiū, quia recepit duplum, & totum hoc rursus aliud quartum, & deinceps qualiacunq; alia. Etenim nemo potest dicere causam, cur vnū recipiat & alterū non. Nam plenum erat vnum, ut ēt duo. Recipiet igitur & maximū. Nam quia magnum potest diuidi in multa æqualia ipsi paruo, ꝙ subijciebatur à principio: multa. n. parua sunt id, quod est. Magnum, vt inquit, cum vnumquodq; paruum in magno factū fuerit æquale paruo, ꝙ erat positum à principio etiam totum in ipso erit, & paruissimum recipiet maximum, quod qdem palam absurdum est. Patet autem, ꝙ, si aqualia sibi receperit, etiam inæqualia erit recepturum. Nam plura æqualia efficiunt inæquale. Recipit ergo etiam inæqualia, quare & maxima. Sed recipere inæqualia est absurdum, ideo neque hoc prætermisit. Quòd autem hęc fuerit vetus ratio, quæ inane introducebat ex motu, ex eo facit fidē, qa Melissus palam vtebatur deductione superioris argumēti, quæ dicebat, Si mouetur aliqua res, necesse est per vacuum moueri. Deinde assumebat hoc, Sed inane non est: Infertur ergo, inane non esse.

Magnū est multa parua.

Et quod hoc modo rationem Melissus conficiat perspicuum est. Verum ipse talem rationem faciebat non de corporeo, neq; de aliqua re singulari, sed de re intellectuali & vndique perfecta. Nam illam velut esse vnā, atq; penitus motus expertem. immobilem quidē esse puto ostēdere ex eo, quòd ipsum omnia est, & nihil est. Non. n. est ibi inane. Sed forte neque diuersitas, siquidē cuncta sunt illa res, & quod non est minime locum habeat in eo quod est. Si. n. ibi esset diuersitas qua species inuicem segregantur, tamen & ipsa diuersitas est ens, & vacuum non habebit locum in eo, quod est omnino. quemadmodum neque id, quod non est. Sed magnus Parmenides inquit,

At tu quidem quærendi via ab hac cohibe mentem.

Alio vero, quia videntur aliqua coire, ac constringi. vt & vinum dicunt cum vtribus, recipere dolia, tanquam in ea, quę insunt, vacua, coeunte, quod densatur, corpore.

Cōm. 57. Vacuū & inane esse monstratur ex corporū constrictione.

Secundā rationē adducit, quæ sumitur ex constrictione corporum. Si enim eadem substantia permanente corpora in angustum coarctantur, & extenduntur, patet, ꝙ uacua interualla quædam intercedunt, quibus fit ea constrictio. Huius signū affert, quia dolium cū vtribus capit vinum, Hoc autem Alexander intellexit velut de dolio, quod si iniiceretur in vtres vinum, implēs ipsum, caperet ipsum cū vtribus, Nisi forte hoc sit superuacaneū & ꝓpter difficultatem compositionis, Sed, quia idem doliū refertum vino vtres iniectos in ipso recipientes vinū recipit, & non superexcedit, quod quidem fieri non posse asserebant, nisi vinū constringeretur, quod fieri neq; posset nisi inania intermedia essent, quæ cum concidunt perficit cōstrictio. Qui autē inane constrictionis causam faciunt, ēt grauia à leuibus hac ratione differre aiunt, eo quod leuia plus inanis habent, & grauia minus.

Amplius autem et augmentatio videtur fieri omnibus per vacuum. alimentum enim corpus esse. duo autem corpora impossibile est simul esse.

Cōm. 58. Vacuum esse ostenditur ex ipso nutrimēto, quo uiuē[n]tia augeri dicuntur.

Cum dixerit motū ad locum haud fieri posse nisi vacuum esset, & huius motus alium esse ſm incrementum, alium vero ſm lationem: & ostenderit, ꝙ dictum est de ipso motu ſm lationem, nunc vero ostendit quō illi demonstrabant fieri non posse incrementum, nisi inane sit. Si. n. incrementum ob cibum vndiq; procedentem fit: & cibus est corpus: necesse est vel fiat per plenū, uel per uacuum: sed per plenum fieri nequit, ut ostensum est, corpus. n. per corpus non transit, neq; ab illo recipitur: sin autem duo simul corpora essent: patet igitur, ꝙ cibus illos Inanes meatus ingrediat̄, qui sunt undiq; sparsi, quos, cū replebit cibus, undiq; facit, ut ꝙ alit̄ augeat̄. Quòd autē id sit probabile oībus, ostēditur illis uerbis, {Videtur oībus fieri.}

Tex. 58.

Testimonium autem & illud de cinere faciunt, qui tantum aqua recipit, quantum vas vacuum.

Cōm. 59. Vacuum esse ex cinere ostēditur.

Hoc ponit uelut quartū argumentū, ꝙ probat uacuū. Verum aliquomodo est idem illi argumento de uino, & utribus ex constrictione corporum. Vt. n. dolium cū uino recipit utres, quia uinum constrigitur, sic etiam uas, quod est refertum cinere, aquam recipit meatibus in cinere cōstrictis. Verum differt hoc exemplum, ut existimo, ab illo de uino, quia ibi idem locus cum uino recipiebat utres non habentes æqualem molē cum uino. Hoc autē exemplum de cinere & aqua est, quę per se possunt implere uas, cum meatus in utroque concurrerint. Sed magis quidam meatus concurrunt in aqua, & quidam constringuntur in cinere, & quidam recipiunt aqua in seipsis.

Esse autem affirmauerunt & Pythagorei vacuum. ipsumque cælum ex infinito spiritu veluti respirans ingredi: & hoc esse vacuum, quod distinguit naturas tanquam vacuum separatio quædam sit eorum, quæ sunt consequenter, & distinctio. & hoc esse primum in numeris. vacuum enim distinguere naturam ipsorum.

Cōm. 60. Inane & uacuū esse ex Pythagoreorum sententia monstratur.

Quia sententia Pythagoreorū uidebatur probabilis, horum opinionem adducit tanquam argumentū quintū de uacuo. Nam illi dixerunt uacuum ingredi mundum, exhalantem & attrahentem uelut aerem & anhelitum ab eo, qui circunfunditur. Cuius opportunitatē ostendebant ex eo, ꝙ corpora non sunt inter se continua, ut Alexander intelligit. Attamen Aristoteles non de corporibus intellexit, sed determinat, inquit, naturas, perinde ac uacuum sit quædam separatio eorum, quę sunt deinceps, & determinatio ipsorum. Nam ea sunt deinceps, inter quę nullū cadit intermedium, & hæc distinguit & determinat inane. Quæcunque. n. ab aliis quibusdam intermedij separātur, hæc non à uacuo, sed ab illis remouentur. Verū hanc uim inanis & uacui in primis numeris esse, & uideri distinguētem ipsos aiunt. Quid enim aliud est quod unitatē à binario distinguit, & illū rursus à ternario, nisi inane, cū nulla sit intermedia substātia? Sed hæc erāt quędā enigmata Pythagoreorū. Nisi quia super mundum corporeum diuersitas erat diuidens species ab ipso mundo participata, specierum in ipso distinctionem & separationē efficeret. Quę ibi non erat uacuum. Si. n. forte bonum erat alterum à iusto, id non erat, quia non erat iustum. sed quia cuncta erant secundum bonum propter unitatem ibi. Et quia in eo, quod prorsus est, non est id, ꝙ non est: & hic separatio fit ob ingressum eius, quod non est. Nam unitas non est binarius, & binarius no est unitas: & illud intermedium, quod dicitur non ens, id uacuum est, quod seiūgit species in mundo. quemadmodū diuersitas, quæ supra mūdum est, cū sit res quædam, nequit dici non ens, neq; inane, Sed

causa

causa vacui in hoc loco inferiore est. Ideo Plato in Sophista illud, aliquo modo vocauit id, qđ non est. Hæc igitur sunt argumenta, quæ posuit Arist. eorum, qui vacuū esse contendunt. Sed Lāpsacenus Straton hæc quatuor in duo redegit argumenta: in illud de motu secundū locum, & in illud de constrictione corporum. Tertium autem adiecit illud, ꝙ ducitur ex attractione. Ferreus. n. lapis alia ferrea per alia trahere videtur, quando lapis illud ferri ex meatibus attraheret, cum quo corpore simul trahitur ferrum, & hoc rursus aliud deinceps trahit, & hoc aliud, & hoc vinculum, & nodus, cathenaúe rerum ferrearum à lapide suspenduntur.

Inane & vacuum ex attractione ostenditur.

CAP. VII.

Tex. 57. *EX quibus igitur hi quidem dicunt esse, illi vero non dicunt, tot fere; ac talia sunt.*

Cōm. 61. Plura adduxit eorum argumēta, qui vacuum affirmāt, sed ante illa, rationem posuit Anaxagoræ, qui illud destruebat. Quem nō recto tramite & vero occurrenti aditū dixit illis obuiam iuisse, cū démōstrarit uacuū nō esse, qa aer corpus est. Merito igif nunc dicit ambas rationes adductas esse eorū, qui vacuū esse, & non esse asseruerunt.

Vt autem sciamus vtro se modo habeat oportet accipere, quid ipsum nomen significet. Videtur igitur vacuum locus esse, in quo nihil est. Huius autem causa est, quia quod est, corpus esse putant. omne autem corpus in loco est. vacuum autem, in quo loco nullum est corpus. Quare sicubi non est corpus, ibi nihil, & vacuum esse. Corpus autem rursus omne putant esse tangibile, huiusmodi autē est, quodcunq; habet grauitatem aut leuitatem. Accidit ergo ex syllogismo, hoc esse vacuum, in quo non est graue quicquam, aut leue. hæc igitur, sicut diximus etiam prius, ex syllogismo accidūt. Inconueniens autem est, si punctus vacuum sit. oportet enim locum esse, in quo corporis tangibilis sit spatium.

Cōm. 62. Cum rationes eorum, qui vacuum asseruerunt, & eorum, qui negarunt, adduxisset, merito inquit, opportunū fore, vt de ipsis iudicium, vt sentētia feratur, num hoc vel illo modo proposita quęstio determinanda, ac definiēda sit. Sed, qm̄ tam hi forte, qui illud esse affirmant, quam illi, qui illud detestantur, videntur habere intelligētiam de ipso confusam, idcirco inquit, distinguendū esse qđ significet nomen. Patet. n. hanc quæstionem, illam, Si est, pcedere, velut in libro de posteriori Resolutione didicimus. Nemo. n. quærere potest, An quicquam sit, nisi prius intelligētiam nominis eius proposuerit. Quemadmodum neq; quid aliquid sit quærere nobis datum est, nisi illud prius esse cognouerimus. Differt autē ipsa quęstio, Quid nomē significat, ab ea, quæ est, Quid alicuius. qm̄ quid nominis sumitur ab his, quæ intelliguntur de ipso, siue id sit, siue non, vt nunc liquido patet de vacuo, de quo quid eius nomen significet, quæritur, quanquā non sit. Sed ipsum quid est ducit ab his, quæ rei insunt. quocirca illud sit oportet de quo quæritur quid sit. Et quęstio, An sit, pręcedit quæstionem, Quid sit. Verum Alexāder dicit Aristot. facere nunc de vacuo, vt de loco. quia sicut ibi exposuit quid significabat id, ꝙ est in aliquo, sic etiam hic inuestigat quid inane significet. Nisi forte, quia consensu omniū locus intelligebatur quo ad nomen, quocirca non opus fuit assumere quid sibi voluisset nomē, neq; ante hoc suscepta fuit enumeratio significationū eius, ꝙ est in aliquo, sed adducta fuit ad determinandum, & distinguendū genus eius, qđ est in loco, & id, ꝙ est in loco, ab alijs significationibus in aliquo, & maxime ab illo, ꝙ est in suo toto. Dicit porro, qđ primum inane videatur significare, quia videtur esse locus s̄m communē opinionem, in quo nihil est. Sed quæ fuerit causa cur ita videatur, sed non hoc modo potius, in quo nullum est corpus, subiungit dicendo. Cum .n. cuncti, qui de natura disseruerunt, omne, quod est, corpus esse dixerunt, vel hi, qui nōdum naturam incorporeā cognouerunt, patet illos negasse illud esse ens, ꝙ corpus non est: quare idem dictu est, in quo nullum corpus est, & in quo nihil est. Et neque hoc contenti sunt, sed quemadmodum omne, ꝙ est, corpus esse dicunt, sic etiam omne corpus tangibile esse fatentur. Ideo aerē: neq; corpus, neq; ens dixerunt. Cum ergo omne tangibile sit, quod habet grauitatem vel leuitatem, ex syllogismo conuicti sunt fateri illud inane esse, in quo nullū graue, vel leue est? Quare & in quo est aer. Quòd, si sic diceret indefinite, In quo ponentes, sequitur et vt punctum lineam, numeros vacuū esse dixerint. Non. n. est aliquid graue, aut leue in his, & si quędam alia his insint, sed sic longe absunt ab intelligentia inanis. Nam vacuum est locus & interuallū, in quo est interuallum corporis tangibilis, sed tunc non est inane, quando in eodē corpus, sed quando sic haberet, vt in ipso possit esse corpus. Sed tale non est pūctum. Et patet, quod absurdum deductum est ex eo ꝙ indistincte dicunt illud scilicet {in quo} cum exprimant, ꝙ oporteat esse aliquod interuallum. Ideo paruifaciens sic ponentium facilitatem conuertitur ad veram intelligentiam inanis, & sic ea deinceps adducit ponens ipsum interuallum esse.

Solum corpus esse dicunt qui incorpoream naturam non sunt contemplati.

Vacui & inanis cōmunis definitio.

Tex. 58. *At igitur videtur dici vacuum vno quidem modo non plenum sensibili corpore secundum tactum. sensibile autem est secundum tactum, quod grauitatem habet, vel leuitatē. Quocirca dubitauerit aliquis, quidnam dixerint, si habet spatium colorem, aut sonum, vtrum est vacuum an non. An manifestum est, si corpus quidem suscipiat tangibile, vacuum esse: si vero non, minime.*

Cōm. 63. Cum dixisset id, quod sequebatur ipsam inanis dictam indistincte significationem, absurdū infert, & eos pfert, qui vacuum velut interuallum plenū, vel nō plenum corpore sensili secundum tactum, ponunt. Vtrunque. n. scribitur. Sed quòd ipsum velut interuallum accipiatur, indicat sequens dubitatio dicens {si habet spatium.} Et si quidem fuerit scriptum hoc, {Non plenum corporę sensibili secundum tactum, } profecto intelligendū erit spatium, quod est aptum recipere corpus sensile s̄m tactum, a quo etiam repletur, nondum tamen illud receptū est, neq; hoc repletum est. Si etiam fuerit plenum corpore sensili s̄m tactum, sic intelligendum est, quòd sit aptum impleri, sed non velut plenum. quod quidem aperuit dicens, {An manifestum est, si corpus quidē suscipiat tāgibile, vacuū esse, siue sic siue illo modo.} Dubiū igitur adductū huiusmodi est. Si spatium illud, vel interuallum illud sensu tactu sensile corpus non habuerit, & colorē vel sonum, vel aliā quandā qualitatem cōprehensibilem alio sensu ponat habere, id erit ne vacuum, aut nō? Nā, si inane diceretur, quo erit inane & vacuum habens qualitatem sensibilem? quin etiam quo erit vacuum sensibile? si vero nō erit vacuum, igitur erit aliqd non vacuum tn̄: quanquam non sit plenū corpore sensibili s̄m tactum. Ecce enim spatiū illud habens colorem vel sonum & aptum impleri corpore tāgibili, si quidem interuallum sit & non refertum. quod eñ non est vacuum. At ipse, cum dubium mouisset, solutionē velut ab illis adductam & conuenientem suis dictis adduxit, dicens {An manifestum est, si corpus quidē suscipiat tangibile vacuum esse, si vero non, minime.} Hoc autem non est eorum, qui sibi assumunt hoc spatium nō esse, absurdum, & si capax sit corporis tangibilis & illud non habeat,

Quæstio quid nominis quo differat a quæstione. Quid rei.

Vacuū nō esse spatiū plenum corpore sensili.

beat, sed si colorem vel sonum, vel prorsus qualitaté sensilem haberet, adhuc diceretur vacuum. At Alexander inquit, si fuerit scriptum hoc modo, {Plenum sensibili corpore ſm tactum,} dici potest non secundum aliú sensum, sed ſm tactum solum. Quod dictu est, aerem esse corpus sensibile tactu: quandoquidem erat quædá opinio de vacuo, dicens vacuum esse ipsum aerem tangibilem, eo ꝙ habet quoddam momentum & inclinationem grauis, vel leuis. Hanc aút opinionem Anaxagorei conati sunt euertere, cum comprimerent vtres. Et si quidem esset, inquit, dictum de aere, dubitatio talis esset. Si hic aer, qué dicunt esse vacuum, assumeret colorem, vel sonum, aut quandam aliam qualitatem sensilem sensu distincto à tactu, dubiú est, vtrum adhuc maneret vacuum, an non. Si enim adhuc manere vacuum dicerent, non esset vacuum id, quod impletur corpore sensili, vt dicebatur secundum tactum, siquidem recipiat & alia sensilia & adhuc vacuú maneat. quòd si nó amplius aer fuerit vacuum horum quicquam assumens, erit qualitatum non corporearum vacuum capax. Sic autem in loco non corpora, sed qualitates ponerentur. Et ipse Alexander videtur non admittere hác interpretationem. Proinde illud deinceps, {An manifestú, si reciperet corpus tangibile, vacuú, si non, minime,} inquit non competere aeri, & vacuo seorsum, sed spatio. Etenim qui aerem vacuum dicunt spatiú, in quo est aer, idipsum inane proferebant perinde ac nihil aer esset. Quòd si aeré corpus sensile tactu existimarunt, non dicerét inane illud spatium, quod ipsum aerem habet, neque Anaxagoras vacuum destrueret ostendendo aerem esse corpus & illud, validum, & forte. Nam ob id definiebant vacuú esse spatium, quod aptum erat repleri corpore sensili secundú tactum, ne videretur vacuum esse capax aeris, cum aer non sit corpus sensile ſm tactum, vt opinabantur. Dicit preterea Alexander tertiá quádam scripturam adduci, quæ dicit, vacuum esse plenum insensili corpore sensu tactus. & erit ipsum spatium insensile corpus, quod tres habet diméſiones, & ob id dicitur corpus & plenú. Quia corporis definitio esse uidetur illud, ꝙ habet fere tres diméſiones. Sed inquit huic scripturæ non consonare adductam solutionem. Sed ignoro, quamobrem non conueniat, si quidem velut interuallum sumptú sit? Sed prolatio est geminata, quę dicit spatium vacuum plenú esse corpore insensili sensu tactus. Et aerem, inquit Alex. suapte natura non participare qualitatibus aliorum sensuum, sed solum esse tangibilem. Non.n. aliis sensibus seruiret, si fierent per ipsum, si quandam ipsi qualitatem propriam tribuát. Nam si niger fuerit, quomodo opem ferret, atq; administraret visui, ad percipiendum ipsum album. Patet autem, quòd ſm hanc assignationem uacui, quæ dicit, vacuum esse, id quo nullum corpus sensile est sensu tactus, idest non graue vel leue: & si aliquod esset spatium, in quo cœlum sit, erit vacuum. Diuinum enim, & quod circulari motu mouetur corpus, vt in lib. de cœlo demóstrauimus, neq; graue, neq; leue est. Cæterú videtur primú deductú absurdú hoc esse, quòd punctum sit vacuú, & ex eo deducitur, ꝙ indefinite sumitur illud, in quo. Ná illud, ꝙ tactu solo distinguitur, id, ꝙ nó est in uacuo, & ob id dicatur vacuum.

Aer est omnium qualitatú expers, præter hoc, quod tactu tangibilis est.

Tex. 59. *Alio autem modo, in quo non est hoc aliquid, neq; substantia aliqua corporea. Idcirco quidam dicunt, vacuú esse corporum materiam, qui quidem & locum, hoc idem dicunt non recte, Materia enim separabilis non est à corporibus, vacuum autem quærunt vt separabile.*

Côm. 64. Aliam intelligentiam inanis tradit, quę dicit, vacuum id esse, in quo non est substantia corporea. Nam exponés hoc, videlicet {hoc aliquid} subiunxit {neque substantia corporea.} Differt autem hæc significatio à priore, ꝙ in illa dicitur, inane illud esse, in quo nullum est corpus sensibile tactu, secundú naturá resistédi, qua tale corpus designatur, quam resistendi naturam, cú in aere non uidisset, vacuú dixere spacium illud, in quo aer est. At hic vacuú dicitur, in quo nulla est substantia corporea. Substantia nanq; corporea nó solú grauitaté & leuitatem habet, sed etiam colores, figuras, & magnitudines. Ideo ſm prioré assignationem, spatiú, in quo cœlum est, vacuum dicetur, quia cœlum nec grauitaté, nec leuitatem habet. At secundum hanc assignationem nó erit illud vacuum. siquidem vacuum sit illud, in quo non est substantia corporea. Cœlum auté est substantia, nisi forte prior assignatio sit eorú, qui volunt aerem nó esse corpus, quia nó resistit, & idcirco spatium, in quo est aer, putabant esse vacuum. Quibus Anaxagoras contradicens satis habuit demonstrasse, aeré esse corpus. Si enim vacuum illud esse asserebant, in quo nullum erat corpus resistens, aer tamen & si non esset resistens, est tamen corpus: & illud, in quo est non vacuú. patet igitur, quòd non erit vacuum nunc dictum, ꝙ ab ipsis assignatum est. Cú ergo posuisset vacuú dicentes, in quo non est aliqua substantia corporea, & hac ratione videbantur accuratius dicere, quàm hi, qui addebant corpori, tágibile, & propter hoc incidebant in absurdú: deducit etiá hos oportere materiam fateri vacuum esse, quando fuerit per se & seorsum, quia ipsa est in qua forma corporea fit. Qui ergo hanc vacui intelligentiam habent materiá uacuum esse tradunt. quam etiam locú esse dicebant, quare et vacuum aiunt esse locum: quare idem erunt subiecto materia, locus, vacuum. Sed prius dum disserebat de loco redarguit eos, qui asseuerabant materiá locú esse, nunc vero, cú de vacuo sibi dicendú sumpserit, idem absurdú cótra illos adducit, qui materiá esse vacuum contendunt. & horum ostendit esse diuersas intelligentias, quibus materia non est separabilis rebus, quarum est materia: sed qui uacuum dicunt velut separabile ipsum querút ꝙ aptú est recipere corpus in seipso. Vnde in secúda figura hoc in loco ostendit vacuum non esse materiam, sed locum aliquo modo à nomine vacui significari concedit.

Vacuum non est illud, in quo non est substantia corporea.

Quoniam autem & de loco determinatum est, et uacuú, locum necesse est esse, si sit, priuatum corpore: locus autem & quomodo est, & quomodo non est, dictum est: manifestú est igitur, quod sic quidé uacuum nó est, aut separatum, aut inseparabile. uacuum.n. non corpus, sed corporis spatiú esse uult. Quapropter & uacuum uidetur aliquid esse, quia & locus, & iisdem de causis. Venit enim motus, qui secundum locum est, & his, qui locum dicunt esse aliquid præter incidentia corpora, & his, qui uacuum. Causam autem motus putant esse uacuum sic, ut in quo mouetur. hoc autem tale erit, qualem locum dicunt quidam esse. Tex. 60. Tex. 61.

Côm. 66. Cum posuerit sententias de inani, quę uidebantur esse differentes, omnes in unum tendere ostendit, ꝙ vacuú sit locus corpore priuatus. Siue.n. locus sit, in quo nihil est, siue interuallum non plenum sensibili corpore secundú tactum, siue id, in quo neq; aliquid, neq; substantia corporea est, ſm omnes has assignationes, uacuum est aliquod spatium & locus corpore priuatus. Etenim locum, ut locum, cum sit alicuius locus túc intelligimus, quádo suscepit corpus, sed uacuum quádo nondum susceperit corpus. Atqui, quòd sint quædam dimensiones separatæ à corporibus, patet, quia hoc uidetur utrisq; & uacuo & loco cópetere. Cum ergo ostensum sit de loco, quòd sit uelut terminus continentis, & quòd uelut interuallum per se non

Vacuum non esse inergis ostendere.

est,

est, tum congruens rationi de loco ostēsum est, q hoc nō est spatium. nunc autem, quia illi propositum est considerate hoc, postquā nomen uacui patefecit, quid significet, deinceps, an sit uacuum omnino, idest dictum spatium, oportet deinceps ostendere, q nō est aliquid huiusmodi, neq; id, quod non habet in seipso corpus, quod quidem significat separatum, neq; habens quod quidem est inseparabile. Etenim eorū, qui dicunt inane, alij sic dixerunt, tanquam esset aliquid per se, & ita per se, ut nullū semper habeat corpus, uelut q est extra cœlum: illud uero interdū, velut id, q est in partibus raris, & disiūcta corpora tenet, ne continuentur. Alij uero fatentur illud habere quādam naturam per se, & esse quoddam spatiū, sed corpore semper refertum. Potest autem idem dici ab ipsis extra cœlū separatum, sed inseparabile ab corporibus, in quibus est, sed non semper habens corpus. Hæc .n. positio post ipsum inter Platonicos uiguit. Quòd uero rationes, quæ adductæ sunt, fuerint ad ostendendum, q spatium non est talis locus, & tale uacuum, non ab re dictæ sint, ostendit his, quibus dicit eadem probare posse tale uacuum, quæ probarunt locum esse receptaculum, & separabilem esse, & q motus secūdum locum non esset, nisi locus fuisset. Etenim & inane nō corpus, sed spatiū corporis capax esse uolunt. & totidem causis uidetur esse uacuum, quibus est locus. Sed Alexand. inquit, propterea q inquit uacuum, quanquam sit interuallum trifariam dimensum, non tñ corpus, sunt reprehendendi illi, qui praue putant in ipsis prædicamentis ab ipso Arist. corpus quātum mathematicum illud dici, quod est interuallum solum sine materia. Nā nullo pacto dicendum est tale corpus simpliciter, sed vel corporis interuallum, uel corpus mathematicum. Ibi autē simpliciter corpus quantum dixit. sed patet, q nō erit corporis mathematicum interuallum. Etenim vacuum sic dicitur corporis interuallum tanquam interuallū corporis capax sed non spatium corporis. Sed Alex. sic intelligendo ratiocinatur, q si nō corpus, sed spatium corporis, si nequit tale spatium esse sine corpore, neq; poterit esse vacuum. nisi ergo spatium corporis dicatur simpliciter, dimēsum, quale etiam est ipsum corpus? Nam hoc modo erit dicēdum. Si corporis omnino sunt tres dimensiones, qui statuunt solū corpus esse, id, quod non est, asserunt. Cū ergo plures sint causę, vt dixi, cur in numero eorū, quæ sunt locus & vacuum ponuntur. Equidē multitudinem causarū insinuauit his verbis {iisdem de causis} videlicet per quæ probatur locus. Verum maxime primam adducit

Mathematicum corpus nō ponitur quātū ab Arist.

Nam, inquit, uerè motus secundum locū cum his, qui aiunt locum esse quicquam præter corpora, quæ in illum sese recipiunt, tum his, qui vacuum, dicūt, videbatur esse. Postqua igitur eius differentes causas & plures esse dixit, q vt eadem causa motus secundum locū sit locus & inane demonstrauit dicēdo {causam autē motus putant esse vacuū sic, vt in quo mouetur.} Sic autē erat etiā locus causa.

Tex. 62. *Nulla autem necessitas est, si motus sit, esse vacuū. Omnino igitur in omni motu nequaquam: quocirca, & Melissū latuit. alterari nanque potest plenum. Sed neq; secundū locum motum. simul enim cedere sibi inuicem contingit, nullo existente spatio separato præter corpora, quæ mouētur. Atque hoc manifestum est & in continuorum reuolutionibus, vt & in his reuolutionibus, quæ sunt humidorum.*

Cōm. 61. Cum distinxerit significationem nominis uacui, quod est interuallum & locus corpore priuatus, deinceps quod non sit separabile, neque inseparabile proponit ostēdere. Et primū ostendit eas rationes, quæ uidētur introducere vacuū, nihil habere necessitatis. Et adducit primo illam, quæ probat magis, & aliis ad rem accommodatior uidetur, quæ huiusmodi est. Si motus subsistit & adest, etiam vacuum sit oportet. & statim ostendit nihil valere hanc, nec necessario procedere & interrogare, & paulopost indicat contrariū omnino, videlicet. Quòd si est motus nullo pacto est vacuū, & si est vacuū deletur & tollitur funditus motus. Sed nūc rationē, quia indeterminata est, confutat. Si enim vacuum est causa motus, non tamē omnis motus est causa, quoniam non est causa alterationis. Nā potest aliquid calidum fieri, atq; album, & prorsus alterari, & id plenum esse & nullo pacto indigere vacuo. Et dānat Melissū dicētem indefinite vniuersum immobile esse, quia nō est inane. Ignorare videtur nihil prohibere, quin sit alteratio, & si nō fuerit, non fuerit vacuum. Sed quale immobile, quia non est vacuū, Melissus prius dixit. Oportebat ergo interrogare hoc mō, si est motus secundū locum, inane quoq; est. sed nō simpliciter ratiocinari hoc modo, si motus est. Verū damnauit hoc velut si quis diceret Melissi mancam & ineptam positionē, vnde in primo libro dixit. {Deinde alteratio cur non erit}. Cum igitur soluat deductum hoc modo, quia indeterminata est probatio, deinceps ostēdit, q neq; motus secūdum locum causa est uacuū. Nam corpora possunt sibi inuicem cedere, & sic moueri secundum locum, cum unum in alterius locū secedat, idq; uicissim, & nullum sit uacuum. Quòd quidē dixit separatum spatium, id est, cum non fuerit corporis spatium, sed per se. & quòd hoc fieri queat, ostēdit in his, quæ rotantur & cōtinua corpora sunt, & continēt eundem locum. Etenim trochus, conchilia mouentur secundū locum, & non egēt uacuo. Eodem modo aqua, quando mouetur circū acta in uase, totum occupat locum, & partes eius mutuāt ipsismet loca, & mouentur in loco, in quo motu, uacuū nō accipit, neq; corpus per corpus procedit, neq; penetrat. Vtebatur autem hoc exemplo etiam in primo libro, quando instabat contra id, quod dicebat immobile Melissus. Sed forte aliquis diceret talia neq; moueri secundum locum apud nos quęcunque seruant locum secundum ipsam uniuersitatem: siquidem & totū cœlum immobile dicamus secūdum locum, & tamē in his solum videbitur uacuū nō esse causam motus secundum locum, cum semper maneant in eodem loco secūdum totum. Est ergo ingeniosius multo exemplum Stratonis, quod fugit has suspiciones. Si quis .n. in vas plenum aqua iniecerit lapillum, calculumúe, & volueret ipsum vas, q in orificio haberet gyrum & motum, calculus tum in ore uasis moueretur, cū uicissim partes aquæ, in quo calculus est, succedāt & mutētur in eo loco, in quo sunt. Idem quoq; accidit in his, quæ natant & in piscibus & quibusuis aliis huiusmodi. Dicet autem plura Arist. de hac vnius in alterum mutatione corporum.

Vacuū esse ex motu nō necessario cōcluditur.

Vacuum non est causa motus.

Tex. 6. *Contingit autem & densari non in vacuū, sed propterea, quod ea, quæ insunt, enucleet. vt aqua collisa, aerē, qui inest.*

Cōm. 67. Erat secunda ratio earū, quæ uidebantur probare uacuum esse, illa, a constrictione. Cuius exemplū erat illud de utribus, quos dolium recipit cū uino, ob constrictionē uini, quæ nihil aliud erat, quā coarctatio in his meatibus, qui inerant. Dicit ergo hāc rationem, quod nō est necessariū ut densatum habeat inanes meatus in seipso, ut cum ei accidat densari contrahatur in illos. Possunt enim expresso & colliso corpore dum quoddam subtilius corpus elabitur & euaporat, reliquæ partes in minorem molem sese coarctare, ac comprimere. Et quidem densatio excunte tenuiore & rariore uel igne, uel aqua, & uniuersim abeuntibus subtilioribus & à crassioribus separatis, & tum corpus crassius comprimitur & condensatur, ideo non solū paruum

Vacuum esse nō probari ex corporū constrictione.

Condensatio quomodo fiat.

primum magis fit mole id, qđ densatur, sed etiam in tota substantia crassius fit, illud autem verbum enucleet, vel exprimat, ab his dicitur, qui acinos oliuarum digitis premēdo eijciūt, atq; impellūt, ob figurā, quæ in acutū tēdit.

Et augumentari non solum ingrediente aliquo, sed & alteratione, vt si ex aqua fiat aer.

Cōm. 68. *Augmētū non probat inane.* Tertia ratio ducebatur ab accretione ostēdēs vacuum ob talem deductionem, si est auctio, est etiam vacuū sed primum igitur & secundū. Probabat autem deductū & connexum, quia nutrimentū transiens per vacuū causa est cur quę nutriuntur adolescunt, quia corpus per corpus nō meat neq; penetrat. Dicit ergo non necessariū fore, si quid augetur quod iam corpore ingrediente, & id, quod additū est, augeri. Nam multa augentur & maiora fiunt mole ex minoribus non addito quodam ipsis, sed alterata & mutata, si sunt corporum tenuissimorum. velut quando ex aere aqua fieret. Maior .n. aeris magnitudo, qui ex aqua factus est, illa aqua, ex qua factus est aer. Quare minime sequitur, vt si est augmentum, sit vacuum. In his vtique q; alterationem appellet eam mutationem, quæ fit ex aqua in aerem, quamuis aeris sit generatio, aquæ vero corruptio, nihil mirū Quod autem de augmento dicit ad notatione dignum magis est. Primū quidem quomodo dicit esse auctionem, incrementūq; in ipsis carentibus anima? & qūn dicit nutrimentum augeri licet ipse lib. de Anima planè asserat, q; sola augentur ea, quæ aluntur, & nutriūtur animata. Nā ea, quæ natura animæ vegetandi participāt, hæc sola, inquit, adolescere & nutriri. Quomodo igitur & sine cibo ingrediente nunc augeri inquit, vt vtrinq; euitet effugiatq; absurdum probationis, quę dicebat, cibū oportere, vt vel per plenum transiret, vel per inane? Soluēs ergo has dubitationes Alexander, quia nondum patet quo his, quæ nutriuntur & augentur, additū fiat, & quid sit id, quod augetur, an materia, an forma: de quibus quæret in libris de ortu, & distinguet, atque demonstrabit, quomodo accretio fit, & quid sit illud, quod augetur, an materia, an forma: ob id nunc communius, atq; latius accipit incrementum, & sic instat contra probationem vacui. Sed, si omnino occurrit contra accretionem & nutrimentum, quomodo ratio processit recta via & opportuno aditu occurrendi, si de his nondū docuerit? Nisi forte in sermone de motu primū occurrerit perinde ac illi dixerint indistinctè vacuū esse causam omnis motus, deinde etiam contra eos instat, quia inane motus secundum locum idē dixerunt esse causam, sic etiam nūc obijcere videtur, primum tanquam illi asseruerint accretionem esse qualecunque incrementum, & ostendit non posse magnitudinem augeri nisi cibi & nutrimenti distributione & additione. Sic deinde statuēs, vt perceptum sumus, eos dicere incrementum proprie secundum cibi & nutrimenti distributionem, & ob hanc eos mouisse dubitationem, nititur eos eo deducere, vt videant in quem errorem inciderint, dubitationem afferens.

Omnino autem de augmentatione ratio, & de aqua, quę in cinerem effunditur, ipsa seipsam impedit. Aut enim non augetur quicquam, aut nō corpore, aut contingit duo corpora in eodem esse. (Dubitationem igitur communem volunt soluere, sed non vacuum demonstrant, quod est,) aut totum corpus vacuū esse necessarium est, si omnis ex parte augetur, & augetur per vacuū. Eadem autem ratio & in cinere est. Quòd igitur ea, ex quibus demonstrant uacuum esse, soluere facile sit, manifestum est.

Cōm. 69. Si quis intelligeret incrementum indistinctè de his omnibus, quæ augētur & perueniunt ad maiorem magnitudinem, sat eis est afferre mutationem aquæ in aerem, & omnino incrementi minoris corporis mole in maius. Quòd si de proprio incremento nutrimenti, & additione loquātur, his, qui vacuum introducūt, ob cibum ingressum, non opus est, vt aliorū rationibus confutentur, sed ipsimet alis, vt in adagio est, capiantur, & deprehendantur. Vel q; quidem proprie magis dixit Aristot. Ipsa seipsam ratio impedit. Nam illa, vt communem dubitationem de cibo & nutrimento soluat, inane introducit, non soluendo, sed dubitationem augendo. Si .n. transeunte cibo per inane additio sit, & sic incrementum perficitur, vt aiunt, vel non per corpus sit cibus transitque. Et quæ opportunitas erit, vt inane ponatur, q; ponūt, ne corpus penetret corpus, videlicet id, q; nutrit ipsum, q; nutritur. vel si cibus est corpus, vel non omnis pars nutriretur & augeretur, quod est alienum ab euidentia: nam s'm omnem partem corpora nutriuntur & augentur. vel si omnino nutriretur, & adolesceret, vel corpus penetraret corpus: quod illi effugientes, posuerunt inane: vel omne corpus erit vacuum, siquidem omne corpus augeatur & accretio incrementumque per inane fiat. aquæ vacuū non habebit amplius in seipso corpus, sed erit illud ipsum corpus, tanquam idē sit inane & corpus: quare qui vacuum ponunt, non vacuum esse demonstrāt, sed, cū conētur soluere cōmunē dubitationē de nutrimento, ipsius vacui ope incidūt in dubitationem multo grauiorem. Sed inter hāc diuisionē interiecit hoc, {Dubitationem igitur commune volunt soluere, sed non »
vacuū demonstrant, vt est,} deinde subiungit dicens {Aut »
totum corpus vacuū esse necessarium est.} Quod verbis »
& contextui immittit quandam obscuritatē. Sed has dubitationes libro de ortu & interitu rerum, cū mouisset de cibo & nutrimento, dissoluit dicendo, nō cuilibet loci par ti accedere, sed hoc quidem efficere, illud vero accedere. Equidem, cum fuerit maior copia eius, quod fluit, quàm eius, qđ defluit, tum fit incremētum, quemadmodū etiā cum fuerit plus effluens, quàm affluens, fit diminutio. Nā nutrimentum aduenit meatibus corporū, & cū assimilatur tum fit caro. Verū non totū corpus habet meatus, sed vbi nunc meatus est, alibi fit plenū. Et nunc plenū effluēs denuo meatibus impletur. Et, quoniam quarta ratio erat, quæ introducebat cineris argumento vacuum: siquidem tantū aquæ vas plenum cinere, in quo infunditur aqua, capit, quantū etiam caperet, si esset vacuum. Vel .n. inquiunt corpus penetrabit corpus, quod quidē absurdum est: vel aqua recipietur in illas partes cineris inanes. Et his igitur inquit deprehenduntur, seseque impediūt. Nam cum hoc absurdum effugere velint, videlicet corpus penetrare corpus, coguntur dicere cinerem incorporeum esse, & vndique inanem, si capit tantū aquæ idem vas, quantum etiam si non haberet cinerem. Si .n. cinis corpus cum sit æquam aquæ copiam reciperet, sequetur hoc modo, corpus penetrare corpus: quod quidem fugientes statuūt vacuū esse. Quare hi propter inane cōtendentes soluere dubitationē, ab eodem impediuntur quominus id assequantur. Sed du bitationem de cinere soluit Eudemus in Tertio Naturaliū dicens, quia cōtingit & sine vacui id fieri. Nam calidū quoddam inesse in cinere comprehendi, ut in calce. Patet enim, q; simul ac fuerit infusa aqua hæc ambo urunt. Equidem calx ita facit, sed cinis aquam procedentem per cinerem, quæ aqua corpus est, comburit, & cum hoc fit, multū exhalat, vt videatur moles minui ob euaporationē: sed si minuit, non ergo uniuersa substantia cineris consumitur. Sed opinor nos posse illis auxiliari, qui uacuū ponunt, & densitatem dicentes quæsitum non solas cineris partes

Vacuū nihil me probare eo, quæ est aqua in cinere effusione.

Capi sua penas, & alio q; dixerat e hoc significat.

Augmētum quomodo fiat. Diminutio quomodo fiat.

Cinis quomodo non augetur aqua in ea mista.

Aqua in aerem mutatio alteratio.

partes inane dicere, quod soluantur, sed etiam partes aquæ condensari asserere, quæ ob cineris plenitudinem impelluntur in angustum, & condensationem, vt non videatur æqualem muič & eadem obtinere aqua iniecta in cinere, sicut ante. Hæc igitur Arist. obiecit cõtra eas rõnes, quas ille narrans [illegible] cruit introducere vacuum. Sed Straton. resoluẽs illam, quæ erat ex attractione inquit, neq; attractio cogit vacuum ponendum esse. Neq; enim, si est omnino attractio, manifestum est. Quando & Plato ipse videatur euertere vim attrahẽdi, neq; si est attractio est manifestũ. Si enim ob vacuum lapis trahit, & non ob aliam causam, qui sic dicunt, non demonstrant vacuum, sed supponunt.

Ex attractio ne non astruatur vacuum.

CAP. VIII.

QVòd autem non sit vacuum sic separatum, vt quidam dicũt, dicamus rursum. Si enim est vniuscuiusque simplicium corporum latio aliqua natura, vt ignis quidem sursum, terra autem deorsum. & ad medium, manifestum est, quòd vacuum non erit causa lationis. Cuius igitur causa erit vacuum? videtur enim esse causa motus secundum locum. huius autem non est.

Cõm. 70. Cum patefecisset omnium rationum, quæ videbantur probare vacuũ, alias non habere necessitatẽ, alias vero incidere in maiorem difficultatẽ, quanquã videantur soluere, proponit deinceps & maxime ostẽdere, ꝙ nullo pacto tale vacuum est. Cum ergo, vt prius diximus, alij dixerint aliquod esse separatum per se spatiũ infinitũ & inane, qđ est causa motus ad locum, & alij dispersum & mixtũ corporibus inane posuerint, occurrit primum ad primam opinionem dicens, & ita occurrit ac si illi ob id vacuum separatum dederint, propterea ꝙ ipsum est causa, cur corpora moueantur motu locali. Sed nõ est huius motus causa vacuum: igitur neque erit vacuum separatum: Syllogismus hypotheticus est huiusmodi, Si vacuum est causa motus localis, vacuum separatum est. Sed non est causa motus localis: Ergo vacuũ tale non est. Huius syllogismi connexum totum admittunt, sed assumptionẽ sic virtute ostẽdit. Causa motus secundum locũ est natura: sed inane non est natura: hanc propositionem velut manifestã relinquẽs infert: igitur vacuum non est causa talis motus, sed potest etiam hypothetice assumptum probari. Si lationis corporum ſm locum, quà mouentur, natura est causa, vacuum non erit talis motus causa. Sed primum: Ergo secundum. Quòd vero natura sit motus localis causa, palam ostendit ex ipsa naturali inclinatione corporum. Nam, si latio sursum est igni naturalis, & terræ deorsum, & latio ad media intermediis elementis, patet ꝙ natura & non vacuum est causa motus secundum locum: quare frustra quibusdam videtur vacuum esse causa eius motus.

Vacuũ non est separatum.

Vacuũ nõ est causa motus per locum.

Natura est causa motus localis.

Tex. 65. *Amplius, si est aliquid vt locus priuatus corpore, cum fuerit vacuum quo mouebitur immissum in ipso corpus? non enim in omnibus partem.*

Cõm. 71. Cum prius ostendisset vacuum non esse effectricẽ causam motus, quoniam & ponentes ipsum nõ velut effectricem causam posuerunt, sed velut id, in quo, & veluti locũ, in quo corpora moueri necesse erat, & per quod moueri: merito procedendo ostendit, ꝙ non sit causa, vel cõcausa vacuum, vt locus, in quo mouetur id, qđ mouetur & manet. Si enim est vacuũ velut quidam locus, qui prius sumpsit vacuum esse propter locum, quod in seipsum nullum corpus habeat, sed in priuatione sit illius, cuius capax est. Si ergo est huiusmodi infinitum, vt aiunt, corpus, qđ ponitur in ipsum, quò mouebitur, Qualem enim differentiã motus continebit vacuũ, cum sit vacuũ? Nam ibi nõ erit determinate sursum, nec deorsum. qđ si ad omnes simul partes aliquid mouebitur, dissipabitur & dilacerabit, vel magis manebit, & ita vacuũ erit potius causa mansionis & quietis, quàm motus. Sed neq; magis mansionis, quia cur magis in hac vacui parte, q̃ in alia manebit. Eodem argumento vtebatur dicens de in infinito in ipso Tertio libro. Si enim erit, inquit, corpus infinitum, cum sit eiusdem speciei, erit etiam eius locus proprius infinitus, & non solum ipsum, sed etiam eius quęcũque pars. Eadem enim est ratio secundum naturam partis & totius. Partes igitur infiniti, quia proprius eius locus est infinitus, quo igitur mouebũtur & quò tandem peruenient. Simul enim ad singulas eius partes moueri non potest. Nam dissiparetur & distraheretur. neque ad hanc magis, quàm ad illam moueretur. Neque similiter maneat, quoniam non est cur magis hic quàm ibi maneat. Idem etiam absurdum adducit contra eos, qui ponunt vacuum infinitum. Verum ibi ex similitudine partium infiniti ad totum, hic vero ex indifferẽtia vacui. Cum enim indifferens vacuũ sit, cur positũ in ipso huc magis quàm illuc moueretur? quare vacuũ nõ modo non erit causa motus, velut id, in quo motus, sed etiã contrarium, quia prohibet motum naturalem corporũ. Patet autem, quod etiam prohibet quietem & stationem. Cũ.n. indifferens sit, cur hic potius manebit tellus, & ignis sursũ?

Infinitũ esse, & vacuũ non esse eodem probatur argumento.

Eadem autem est ratio, & ad eos, qui locum esse quid separatum putant, ad quem id fertur, quod fertur. Quomodo nanque feretur impositum, aut manebit? Et de ipso sursum, & deorsum, & de vacuo, conueniet eadem ratio merito. Vacuum enim locum faciunt, qui esse dicunt.

Prius enim similitudine ad infinitum vacuum sustulit, nunc vero ex similitudine ad spatium locale, argumẽtum facit. Quæ.n. ratio, inquit, conueniet contra eos, qui dicũt locum spatium separatum, eadem etiam conueniet contra eos, qui vacuũ introducunt esse hoc spatium. Quomodo enim vnumquodque naturale corpus ad talem mouebitur locum, uel quomodo in eodem manebit, dicendũ est. Nam qui tradunt locum esse terminũ continentis, quoniã non terminum sic uelut mathematicam superficiem accipiunt, sed terminum corporis naturalis, cuius proprietatis etiam est finis, vel termini particeps, merito quia corpora differunt quæ sursum petunt, ab his, quæ deorsum, quare etiam termini discrepant ipsorum, & naturales motus, qui sunt ad hos, etiam differũt. Sed spatiũ vbiq; indifferẽs est. quo.n. in hoc differet sursum ab hoc deorsum, & quo aptitudo ignis in hoc ab aptitudine aquæ distinguetur? Eodẽ quoq; mõ in vacuo. Etenim vacuũ nil aliud q̃ spatiũ separatũ putant. Vt & dicunt locũ & spatio. Si ergo locale spatiũ non est causa motus, patet neq; vacuũ esse. Similiter autẽ neq; stationis erit causa. Cur.n. magis in hac parte loci, quàm in illa quiescceret vacui? Sed Alex. hęc verba cõtextus. {Quomodo.n. mouebitur impositum, aut manebit} vult esse intelligenda & legenda hoc modo {quomõ mouebitur, vel positũ manebit} tanquam de mansione propria positionis dicat. Atqui & ea, quæ mouentur, siquidẽ in loco moueantur, quomodo & nõ diceret habere positionem in illo. exactior erit igitur Aristot. interpretatio.

Cõm. 72. *Vacuũ nõ esse separatũ eadẽ ratione probatur, qua & locum non esse separatum.*

Et quonam modo inerit aut in loco, aut in vacuo? Amplius si neque locus est, neque vacuum erit.

Si hæc verba sequuntur prædicta, nihil obscuri erit. Cũ enim dixisset corpus positum in vacuo neque mouebitur, neque manebit, non ab re infert, quomodo inerit in loco. vel in uacuo? Quomodo.n. prorsus erit uel ut in loco, uel ut in uacuo, in quo, neq; moueri, neq; quiescere potest, li-

Cõm. 73. *Corpus in vacuo esse non potest.*

cet & quæ mouentur & quieſcunt, vel vt in loco, vel tanquam in vacuo moueri videtur, aut quieſcere? Verũ, quia in nonnullis exemplaribus poſt dicta verba, hæc adducũtur. {Non enim contingit, cum totũ poſitum fuerit, vt inſeparato loco, & permanenti corpore. Pars enim, cum non ponatur ſeorſum, non erit in loco, ſed in toto.} Erit etiam hoc quoddam argumentum ad oſtendendum, ꝙ non eſt hoc ſpatium ſeparabile, neq; velut locus, neq; velut inane. Quomodo enim erit, inquit, corpus in tali ſpatio, vel tanquam in loco, vel tanquam in vacuo, quod idem rurſus eſt dictu, velut in loco? Non.n. accidit, ideſt non ſecundũ rationem fit, ſi ſit locus quædam natura remanens, quæ triplicem dimẽtionẽ habet, vt in ipſo ẽt ponetur corpus. Sed cur occurrat per rationem ſic dicentis, infert. Nam videtur, quãdo totum corpus poneretur in loco, totũ occupare locum, partes autem eius continuæ in toto ſunt, quod eſt in loco, ſed non per ſe in loco ſunt. Tum.n. partes ſunt in loco, quando ſepararentur à toto, & à ſua continuatione diſſoluerentur, ſed quouſque fuerint toto continuæ, totum eſt, & continuæ partes erunt in toto, & hæ per ſe & ſeorſum quemadmodum & totum erunt in loco. Similiter enim & hæ occupabunt æquale ſibi ſpatium. Sed abſurda, quę ex hoc ducũtur, in ſermone de loco dixit, quia, ſi partes per ſe locũ obtinerent, & moueretur locus & locus eſſet in loco, atque plures loci ſimul erunt. Hæc autem abſurda ſunt deducta de loco, ſi locus poneretur ſpatiũ eſſe: cum quibus vnà intulit hoc, quoniã, ſi neq; locus eſt aliquid tale ſpatium, neq; vacuum erit, quocirca & vacuum ſpatium velut locus ponitur, vt ſæpe dictum eſt.

Tex. 66.

Accidit autem dicentibus vacuum eſſe vt neceſſarium, ſi erit motus, contrarium magis, ſi quis conſideret, non poſſe moueri quicquam, ſi ſit vacuum. Vt enim qui propter ſimile dixerunt terram quieſcere, ſic & in vacuo eſt neceſſe quieſcere. non enim eſt, quo magis, aut minus mouebitur. quatenus enim vacuum eſt, non habet differentiam.

Cõm. 74.

Cum hactenus rationes probantes vacuũ confutaſſet, & probaſſet vacuum nõ eſſe cauſam motus, & ob id prorſus valeat locus neceſſe eſt, nunc oſtendit illis contrarium accidere eius, quod uolebãt. Nã putarũt motum ſecundũ locum fieri non poſſe, niſi vacuũ eſſet, ipſe autẽ oſtendit funditus euertí motũ localẽ, ſi datur vacuum ſeparatum. Et primũ, qđ quidem dixi paulò ante, ponit argumentũ, quod cò tẽdit, vt probet nihil hinc, quàm illuc moueri id, quod poneretur in eo, cũ vacuũ ſit indifferens. Illud enim quod eodẽ modo ſe haberet non moueretur. Quod vero id, qđ æque ſe habet ad omnem eius partẽ, in quo eſt, maneat immobile, fidẽ facit ex Plat. qui probat terrã in medio manere eodem mõ. Ille.n. in Timæo inquit, {Si quid .n. ſolidum ęqui libratumq; in vniuerſi medio ſit, ad nullã extremorũ partẽ propter perfectã ipſorum ſimilitudinẽ declinabit.} Si.n. æque ſe habet ad omnẽ circa ſeipſum partẽ, cur magis ad hanc partẽ, quã ad illam accederet, ſiquidem & ipſum æqualẽ habet vndiq; inclinationem. Et oẽ circa ſeipſum habet vndiq; habitudinem ſimilem, cur igitur magis in hanc partẽ declinaret, quàm ad illã. Si ergo & vacuũ, indifferens omno eſt, idem habens ſimilẽ habitudinẽ ad id, qđ poſitũ eſt in ipſo: & illud ſimilẽ ad id, in quo totum ponitur. quare erit æquè inclinationis, & ob id nuſquã mouebitur. Sed animaduerſione dignũ eſt, ꝙ videtur ex hoc argumẽto deſtruere motũ ſm naturã, ſi eſt vacuũ. Nam hac ratione conuenit illud. {Non eſt.n. quò magis, aut minus mouebitur,} niſi forte & motũ præter naturam ſimul deſtruat. Nam motus præter naturã contrarius eſt ei, qui eſt ſecundum naturam. Sed notandum

Vacuum non eſt, ſi ſit motus.

Terrã eſſe in medio ſitã quo probat Plato.

eſt, inquit Alexander, quòd in quibuſdam exemplaribus hoc argumentum non adducitur, vt quòd iam dictum fuerit, ſed quod ſequitur.

Tex. 67.

Primum igitur, omnis motus aut violentia, aut ſecũdum naturam eſt. Neceſſe autem eſt, ſiquidem ſit violentus, eſſe & eum, qui ſecundum naturam eſt. Violentus enim præter naturam eſt. Qui vero præter naturam eſt poſterior eſt eo, qui eſt ſecundum naturam. Quare, ſi non eſt ſecundum naturam vnicuiq; naturalium corporum motus, neq; aliorũ erit motuum vllus. At vero natura quidem quomodo erit, cum nulla ſit differentia in vacuo, & in infinito? Quatenus enim infinitum eſt, nihil erit ſurſum, aut deorſum, aut medium. Quatenus vero vacuum, nihil differens erit deorſum, à ſurſum. Vt.n. nihil nulla eſt differentia. ſic & illius, quod non eſt. vacuum autem non ens quippiam, & priuatio videtur eſſe. Natura autem latio, differens eſt. quare erunt qua ſunt natura, differentia. Aut igitur non eſt natura vſquam vlli, latio, aut ſi hoc eſt, non eſt vacuum.

Cõm. 75.

Secũda ratione vtitur hac, oſtẽdens, ꝙ ſi eſt vacuũ, non eſt motus, non ſolũ qui ſm naturam, ſed etiam neq; violẽtus. Si ergo omnis motus vel ſm naturam eſt, vel præter naturam: neuter horum eſſe poteſt vacuo exiſtente. Quo fit, vt ſi vacuũ admittitur, nullo pacto ſit motus. Et primo ponit, quòd omnis motus vel ſm naturam eſt, vel violẽtus, quod eſt dictu, vel præter naturam. in quo argumento contentus eſt diuiſionis neceſſitate. Deinde quia ſi fuerit motus violẽtus, ideſt præter naturam, omnino erit etiam ſm naturam, ſiquidem quod eſt pręter naturã ſit deflexio ab eo, quod eſt ſm naturam. Sed deflexio vbique poſterior eſt principali, & ea quæ præexiſtit ſubſtantia. quare, ſi non ſm naturam fuerit motus, neque præter naturam, neque prorſus erit motus. Cum igitur hæc ſint prius oſtẽſa, deinceps oſtẽdit, quòd vacuo interuallo exiſtente infinito non erit ſecundum naturam motus, idq; propter infinitum & propter vacuũ. Motus.n. ſm naturam fiunt ſecundũ differentias proprias loci. Hę autem ſunt ſurſum, & deorſum, vel medium, vel circum, cum ſint diſtantiæ termini. Infinitum igitur neq; ſurſum, neq; deorſum, neque mediũ, neq; circum habebit ſm naturam. Nam ſecũdum habitudinem ac relationẽ nihil ea prohibet eſſe, ſed hæc facile cõcidunt, & confunduntur. Sed ea, quæ mouẽtur natura, mouent̃ ſemper in eadẽ. ergo motus naturales nõ fient merito differentiarum, quæ ſm habitudinẽ ac relationem ſunt. Quare, ſi fuerit infinitũ, non erit motus ſecundũ naturam. Et vacuũ, quia indifferens eſt, impediet motũ naturalem. Nam in ipſo non diſtat ſurſum, ab eo, quod deorſum, vel medium ab ipſo circum. Nam, vt inquit, eius, qđ eſt nihil, nulla poteſt eſſe differentia, ſic etiam inanis. Vacuum enim videtur non eſſe ens & priuatio quædã. Quare, & ſi quis conuerteris, vere dixeris. Si non eſt vacuum, non eſt motus naturalis, atqui, ſi violentus eſſet, hoc prior ſit naturalis oportet, & ſi motus naturalis eſt ſecundum naturam, non erit inane. quare & ſi violentus eſt, non eſt vacuum. Si ergo omnis motus violentus, vel naturalis eſt, patet, quod non erit motus, ſi fuerit inane. Probatio igitur rationis poteſt etiam confici ſecundo modo ratiocinandi, qui indemonſtrabilis dicitur, hoc modo.

Si eſt inane non eſt motus naturalis.
Sed motus naturalis eſt.
Ergo vacuum valeat oportet.

Vel ſecundum primam formam ſyllogiſmi hypothetici hoc modo.

Si eſt motus naturalis, vacuum non eſt.
Atqui motus naturalis eſt.

Vacuũ ſi ſit ne ſit violẽtus, & præter naturã motus.

Motus duplex: naturalis, violẽtus, ſiue præter naturam.

Motus naturalis prior eſt motu violẽto.

Igitur

Igitur vacuum non est.
Item potest secundum quartú modo hoc modo:
Vel secundum naturam motus est, vel inane:
Sed secundum naturam motus est.
Ergo vacuum non est.

Tex. 68.

Amplius nunc quidem mouentur proiecta, eo qui impulit non tangente, aut propter contrarij circumstantiam, sicut quidam dicunt, aut ex eo quod pellit pulsus aer motu velociori, quàm sit pulsi latio, qua fertur in proprium locum. in vacuo autem nihil horum potest esse. neq; enim ferri erit, nisi vt quod vehitur.

Côm. 76. *Si sit naturam nō potest quippiam iaci.*

Quoniam motum violentum existente vacuo sustulit prius motus secundum naturam argumento, qm̃ si nō est motus secundum naturam vacuo existente, neque poterit esse motus, qui est præter naturam, nûc per quandam deductionem, primariam demóstrationem nobis suppeditat, huius videlicet, ꝙ si est inane non est motus uiolẽtus.

Duplex motus violentus.

Et, cum motus violentus duplicitet fiat, vel pręsentia eius quod cogit, vel vehit, vel impellit, attrahit: vel absentia, vt in his, quæ proiiciuntur, de hoc demonstrationem facit & alteram prætermittit, vt tradit Alexand. ob euidentiam. Inquit enim præsente eo, quod præmit, aut cogit, & mouente eo, quod moueatur, necesse est secundũ naturá motum sic ipsum cogere. Si.n.& hoc, quod cogit, idipsum cogeretur etiam, & illud, à quo cogeretur, ab alio cogeretur, ita in infinitum procederemus. Sed motus secundum naturam non est in vacuo, vt demonstrauimus prius. Nisi forte non ob euidentiam demonstrationis sic violentum prætermisit, sed quia hic modus assignationis prius acceptus est, nunc autem proposuit ipsum violentũ primo, & non ex destructione motus ſm naturam adimens violẽtum. Sed paulopost addet etiam alteram. Nunc igitur de motu, qui fit absente eo, quod cogit, idest de illo, q est ꝓiectio, ostendit tanquam hęc in vacuo fieri nequeat. Nam in pleno facta proiectione ea, quæ proiiciuntur, mouent, vel quia aer impulsus ab ipsius proiicientis impetu semp cædendo circũ resistit ipsi proiecto. Aer enim, cum mobilior sit eo, quod proiicitur, impellitur ante, & vim suam colligens circũ resistens impellit ea, quæ mouentur: quod cũ assidue & perpetuo fiat, motus continuus proiecti manet, donec sensim deficiat ille impetus aeris circũ resisten tis hæc propria latio secũdũ naturam obtinebit eá. Huius quoque opinionis Plato fuisse videtur, qui sic in Timæo circum resistentiam exponit. {Rursus hinc igne decidente, quandoquidem non exeat in vacuum, proximus aer pulsus magnitudinem adhuc humidá in ignis sedes impel lit & ipsam sibi commiscet.} Vel ergo motus proiectorũ sic manet continuus, vel qui aer vi delatus expellitur una simulque cum ipso proiecto. qui aer, cũ sit facilior ad mouendum, quam proiectum, quousque habuerit vim impellentis, expellit proiectũ confluente simul collecto aere post ipsum ob violentiam motus, & vna etiam simul impellẽte, donec paulatim deficit vis in ipso, hác latio deorsum ſm naturam obtinebit. Nam aer, cum sit suapte natura immobilis, & egeat quodá principio, quo moueatur & feratur, & hoc acceperit vbi primum proiectum dimissum est cum violentia, & cum ei quod proiectum est coniunctum fuerit, aceruatim ad ipsum adfluit & hoc ui faciens, mouet id, quod missum & proiectũ est, quáquam nō sit semper præsens, qui primo proiecerit: quousq; paulatim uiolẽta & simul collecta latio durat. Sic ergo ipsius per plenũ proiectorum motus assignatur causa. At in uacuo nihil horum fieri potest. Neq; enim ipsum quicquam impellere potest, neq; circum resistere alicui, cum nihil

Proiectio quo fiat, & eius causa.

Obsistētiam, vel antiperistasim, ponit Plato in Timæo.

sit in uacuo. Verum, cum dicat nihil horum in uacuo esse, neq; posse ferri in ipso, subiunxit, {Nisi ut quod uehitur.} Indicans, quod secundum modum proiectionis, id, quod fertur, non potest ferri in uacuo, sed si quicquá fertur forte uelut ea, quæ uehuntur. Quod si hoc detur, uelut ergo in ipso uacuo uehitur, uel in aliquo corpore: sed in uacuo id fieri nequit. Nam inane, si quidẽ nihil est, omnino imbecille & tenuissimum est. Quod, si aliquod corpus ueheretur in uacuo, & ui moueret, quoniam qđ mouetur etiá ipsum mouet, patet, quòd uel secundum naturá mouetur, quod fieri non posse secũdum naturam demóstrauimus: vel ui: & si ui, uel proiicitur, & hoc fieri etiam non potest: uel rursus ut id, quod uehitur, & hoc abibit in infinitum. Sed, qm̃, ut diximus, aliud est, quod proiectione mouetur & ui, aliud uero quia pręsens est mouens & cogens, & hoc erit uel impellens uel trahens, uel quod uehit, cogit. Sed communius est ipsum uehere, qm̃ & trahens & impellens aliquo modo uehit ob id, quod uehit, accipit pro omnibus. Sed quid prohibet etiam ipsa animalia moueri ſm proprium impetum, & appetitionem in uacuo, & alia corpora moueri ui, uel impellentia, uel trahentia, uel uehentia, uel proiicientia? Non enim dicenda sunt animalia moueri sursum, uel deorsum determinate ſm naturam. Quare, cum hæc non sint in uacuo, neque animalia moueri possunt, vel cum sit naturalis tractatio de naturali motu nũc est sermo, sed nō de illo, qui fit prælectione, quia de illo libris de Motu animalium disputabi. Sed ea, quæ proiiciuntur, & si ab animalibus proiiciantur, non præsente semper mouente, poscunt tamen naturalem considerationem, quando quidem moueantur præter naturam.

Animalium ex appetit... motus, nū fiat in uacuo.

Tex. 69.

Amplius nullus vtique posit dicere, propter quid, quod mouetur stabit alicubi. cur enim magis hic, quam ibi? Quare aut quiescet, aut in infinitum necesse est ferri, nisi aliquid potentius impedierit.

Côm 77. *Vacuũ si est, non est q... nec mansio.*

Cũ prius ostendisset, ꝙ, si vacuũ sit, non est motus, neq; qui est ſm naturam, neque qui est præter naturam, nunc, vt existimo, ostendit, quòd vacuo existente non solum motus tollitur, sed etiam ipsa mansio secundum naturam. Nam mansiones stationesúe corporum naturales fiunt in proprijs locis, qui sunt differentes. At vacuum indifferens est. cur ergo hic magis quàm alibi quod mouetur stabit, cum ad quod & per quod motus inest corporibus: quare si nulla est differentia in vacuo, si quis etiam posuerit aliqua moueri in ipso corpore, in infinitum necesse est moueri, nisi quid fortius impedierit. Et si quiescere dicantur, semper quiescent. Si enim in hac parte vacui aptum esset quiescere, patet, ꝙ similiter in omnibus, quare ostensum erit, quòd neq; stare potest aliquod secundum naturá uacuo existente. Etenim illud {vel necesse est in infinitũ ferri,} tanquam ei stare non conueniat secundũ naturam inferat. Quòd, si expositores hoc argumentũ dicunt, quod non erit motus secundum naturam in vacuo, propterea ꝙ quæ mouentur natura propria petunt loca, sed non est peculiaris locus in vacuo ob indifferentiá. Sed puto melius, quod prius sublato motu nunc tollat stationẽ, & hoc verbis contextus magis consonat, cum sic incipiat argumẽtũ. {Amplius nullus haberet dicere propter quid quod mouetur stabit alicubi.} Sed quid erit tale in vacuo, qđ potẽtius posit impedire, quærere prætermisit, táquam manifestum sit, quod nihil est. Etenim illud vel secundũ naturam manens, vel præter naturam impediret. Secundũ naturam non potest, aliter & ipsum impediens in infinitum abibit. Quòd si quis diceret motum cogi & quod fertur stare, iam diximus de hoc absurdo.

Tex. 70. *Amplius autem, nunc quidẽ si in vacuo, propterea quòd ferri videtur: in vacuo autem, prorsus similiter tale est: quare in omnem feretur partem.*

Cõm. 78. Vndique intelligẽtias explodit, quibus ponitur vacuũ. Et nunc ponentes vacuum causam, quia cedit, adducit & causam cur moueatur per aerem aliquid & per aquam, sed per lapidem & terram minime; causam dixerunt esse, quia aer & aqua sunt vacuo referta. lapides autem, & lateres sunt pleniora, ideo non cedunt. Inquit porro, si poneretur vacuum infinitum quid dicent. Vbiq; enim similiter cũ cedat nullã præstabit differentiam corporibus vt magis in hanc, quàm illã partem moueantur. quare vel quocunq; mouebitur, vel nusquã. Dicit autem Alexand. ꝙ possumus vti hoc argumẽto contra Stoicos, qui tradũt vacuũ infinitũ extra mundum continere. Cur. n. infinito existente vacuo eodem in loco manet in quo est, & nõ fertur aliò: vel si fertur, cur magis huc quam alio. Vacuum. n. non habet differentias & similiter vbique cedit, quòd si dicunt, quia eodem respectu semper manet eodẽque habitu continente ipsum perseuerat, ne eius partes dissipentur & dispergantur, si aliò, atque aliò ferretur, nihil certe efficiei habitus & adiuuabit. Erit autem his ostensum, inquit, ꝙ vacuum neq; sic est causa motus, velut id, per qđ fit: siquidem positum in ipso nequeat moueri ad neutram partem. Hoc autem patet, quod ex prioribus argumentis conclusum est.

Infinitum vacuum mũdum non continere extrinsecus, secũdum quod Stoici volũt.

CAP. IX.

Tex. 71. *AMplius autem, & ex his manifestum est, quod dicitur. Videmus enim idem pondus, atq; corpus velocius ferri propter duas causas aut q2 id differt, per quod, ut per aquã, aut terram, aut aerẽ: aut quia id differt, quod fertur, si alia insint eadem, propter excessum grauitatis, aut leuitatis. Id igitur, per quod fertur, causa est, quæ impedit maxime quidem, si contra feratur, deinde etiam sic maneat: magis autem, si non facile diuidi valeat. tale autem est, quod crassius est. Id itaque, in quo est* A, *mouebitur per* B, *eo, in quo* C *tempore, per ipsum autem* D, *quod est subtilius, tempore in quo* E. *si æqualis est longitudo ipsius* B *cum ipso* D, *secundum analogiam impedientis corporis. Sit enim* B, *quidem aqua,* D *vero aer. quanto ergo subtilior est aer aqua, & minus corporeus, tanto citius* A *per* D *mouebitur, quàm per* B. *Habeat ergo eandem rationem, secundum quam distat aer ab aqua, velocitas ad velocitatem. Quare, si in duplo subtilius est, in duplo tempore lineam, quę est ipsum* B, *transibit, quàm quæ est ipsum* D, *& erit tempus, in quo est* C, *duplum eius, in quo est* E. *Atque semper quanto fuerit minus corporeum minusque impeditiuum, ac melius diuisibile id per quod fertur, citius mouebitur. Vacuum autem nullam habet rationem, qua exceditur a corpore. sicut neque ipsum nihil ad numerum. Si enim quatuor excedunt tria vno, amplius autem duo, & adhuc vnum amplius quam duo, ipsum sane nihil non amplius habet rationem, qua excedat. necesse enim est diuidi id, quod excedit, & in excessum, & in id, quod exceditur. quare erunt quatuor, quæ excedunt, & nihil. Quapropter neque linea punctum excedit, nisi componatur ex punctis. Similiter autem & vacuum ad plenum nullam possibile est habere rationem, quare neque motum.*

Cõm. 79. Nunc laboriosas, ac perdificiles demõstrationes adducit, ostendens ꝙ non fit motus in vacuo. Et, cũ sint hac via quatuor argumẽta, quæ concludunt ex deductione ad impossibile: primum concludit, ꝙ erit motus subito, & sine tempore: Secundũ concludit vacuum habere proportionem ad plenũ: Tertium, ꝙ non solum vacuũ habebit rationem ad plenum, sed etiam eam, quàm habet plenũ ad plenum: Quartum denique, ꝙ eodem tempore id, quod mouetur, pertransibit vacuum & plenum. Assumit ergo prius causas duas inæqualitatis motus. Nam, cum ea, quæ mouẽtur, sint eiusdem speciei: velut ambo, si fuerint apta vt deorsum ferantur, vel ambo sursum, & habuerint eandem figuram: & motus fit inæqualis velocitatis, vel quia diuersum est id, per quod, vt per terram, vel per cœlum, vel per aquam, vel aerem: & si hoc quidem moueatur per id, quod manet, vel per id, quod cõtra mouetur, vel reluctatur. Vel ergo propter hoc celerius mouet, vel tardius, vel propter id, quia quæ mouentur non habent eundem fluxum naturalem, vt ea, quæ sursum, vel deorsum feruntur, modo habeant eandem figurã, sed vnũ excedat aliud in grauitate, siquidẽ ambo fuerint grauia, vel in leuitate, siquidẽ fuerint leuia. Etenim omnia hæc, cũ eadẽ fuerint, celerius mouebitur id, quod plus grauitatis habet. velut si vna sphæra auri, & alia argenti, ambo per aerẽ transirent. Sed hæc differentia paulopost declarabitur. Nunc vero statuens mediũ, quo motus fit, esse differens, & aliud crassius & aliud subtilius, & ob id fieri motus inæquales videns, infert, absurda sequentia illos, qui per vacuum fieri motum affirmant. Ponatur ergo idem graue horæ vnius spatio per aerẽ si vis, uel subtilissimũ moueri spatio unius stadij: igitur per uacuũ proficiscens, quantũ temporis poscit. Nã, si forte in dimidio, erit ergo aer crassior uacuo dupliciter: & si in tertia parte, uel decima, uel millesima, erit quidem ut tempus ad tempus, sic mediũ, quo transit mobile, erit tenuius uel crassius. Sed nullam possumus inuenire proportionem medij pleni ad uacuum. Nã quodcunq; acceptum ipsum uacuum excedit, ergo nullo tẽpore accidit moueri per uacuum: & tñ erit idem graue & eadẽ intercapedo, qua mouebatur per plenum in aliquo tempore definito. Erit ergo motus sine tẽpore. Quod quidem fieri non potest, siquidẽ omnis motus in tẽpore fit. Quòd uero nullam rationẽ habeat uacuũ ad plenũ ostendit per similẽ habitudinẽ nihili ad numerũ. Nihil. n. non habet aliquam rationẽ ad numerũ, qua possit superari ab illo; neq; numerus dicitur excedere nihil. Hoc aũt ostẽdit accipiẽs nõnulla, quæ se mutuo excedunt, & assignat regulam quandam eorũ, quæ sese mutuo excedũt. Nam oẽ, qđ aliqd excedit, diuidiť in id, qđ exceditur, & excessum, & cõponiť ex his. quæ. n. aliquid diuiditur, ex eisdẽ cõponiť. si ergo acceperimus numerũ hũc quatuor, qui excedat ipsum nihil, patet, ꝙ ipse est, cõponitur ergo ex quatuor & nihilo, sed absurdũ est dicere partẽ ipsius numeri esse nihil, & ipsum componi ex nihilo. Ob id aũt inquit, neq; lineã punctũ excedere, quia non cõponitur ex pũcto, neq; punctũ est pars eius: Oportet. n. in eo, qđ excedit, illud, qđ exceditur, esse uelut partẽ eius, & id, qđ excedit, oportet ẽt esse solũ excessum. Vt ergo numerus non excedit nihil, neq; rationẽ habet ad ipsum, sic neq; corpus ad uacuum. Neq; erit cõpositũ corpus ex ipso uacuo & corpore. Quare neq; motus, qui fiũt per ipsa, neq; tẽpora, quibus motus mensurantur, nullã habebũt proportionẽ. Neque. n. prorsus in tẽpore erit motus per uacuũ. Vnde ad ostendenda hæc, ut eius mos est facere, ob exactiorem euidentiã, elementis exponit rationẽ. Et id, qđ mouetur graue, per diuersa spatia, est A, & ea, p quę mouetur, & transit densius, est b, & subtilius d, & tempus, in quo per ipsum dẽsius uidelicet b, ipsum a, transit, qđ est magnitudo definita, sit ipsum c, q̄ñ porro mouetur per d, quod est densius b, ipsum a, tantum interualli pertransibit quantũ per b, moueretur, in minori uidelicet tẽpore, & tantum

Si per uacuũ motus fiat motus non fiet in tempore.

Vacui ad plenũ nulla ratio uel proportio est.


Linea nõ excedit punctũ.

tum in minori, quanto erat densius b, quod impedit magis motum, & d, cum sit subtilius minus impedit. Sed cũ denuo velit proportionem facere nominat corpora, per quæ mouebatur. Et ponit loco b, quod erat crassius, ipsam aquã: & loco d, quod erat subtilius, aerem: & dicit, ꝙ quãto aer subtilior est aqua & magis incorporeus, id est minus impediẽs, tãto per hunc citius mouebitur a, quàm per aquã. His ergo primum concludit id, qđ fieri non põt, videlicet motũ fieri sine tẽpore. Si .n. vacuũ ad plenum nullã proportionem habet: vt autem vacuum ad plenum, per quæ motus fit, sic motus ad motum & tempora, quæ mẽsurant motus: quare etiam tẽpus ad tẽpus, vt nihili ad numerũ erit: igitur neq; tempus erit. Omne .n. tempus finitum ad omne finitũ tempus habet aliquam proportionẽ, quoniam & numerus ad omnem numerũ. quare erit quidam motus per vacuum repente, & sine tempore, vel si fuerit in aliquo tempore, erit quidam motus ad motum, & tẽpus ad tempus finita, sine aliqua proportione, qđ fieri nequit. Et hoc mihi videtur qđ fieri non potest Aristot. concludere in calce verborum, quibus hæc inquit {Similiter autem & vacuũ ad plenum nullam potest habere rationem: quare neq; motum.} Quòd vero cum motu, & tempus assumat, patebit ex his, quæ dicenda sunt.

Tempus finitum ad finitum tempus habet proportionẽ, sicut & numerus ad numerum.

Tex. 72. *Sed si per subtilissimum in tanto tẽpore tanto motu fertur per vacuum, omnem exuperat rationem. Sit enim F vacuũ, æquale autem magnitudine ipsis B & D. Ipsum ergo A, si transibit, & mouebitur quidem in quodam tempore, eo scilicet, in quo est G: in minori autem, in quo est E: & hanc habebit rationem vacuum ad plenum.*

Cõm. 80. Cum ostendisset primo argumento, ꝙ vacui ad plenũ non est proportio, ex hoc cõcludit, ꝙ, si est motus per vacuum, quod motui & tẽpori accidit quod fieri nõ potest: videlicet sequeretur hoc, quod fieri nõ potest, non esse proportionem motus finiti ad finitũ, nã hoc accidit. quare neq; motus erit, neque motus erit in tempore. Sed nunc dicit, ꝙ motus in vacuo nullam habebit proportionem neq; ad illum, qui fit per subtilissimũ medium, ꝙ qui fit per inane subitò fit & sine tempore, & ea absurda, quæ sequuntur eos, qui sic dicũt, adducit. Et Alex. hoc. {Sed si per subtilissimum in tanto tempore, tãto motu fertur per vacuum, omnẽ exuperat rationem.} inquit esse cõclusionem prioris argumenti iam facti, & nunc à proposito incœpit, scilicet ab hoc, {sit enim f vacuum,} Sed melius asserendum esse puto, illũ minime dicere hæc velut principium. Sin autem, quomodo reponeretur illa coniunctio, Enim? sed per hæc ostendit quæ accidunt his, qui statuunt motum in vacuo esse temporaneum, & fatentur esse proportionem motuũ & temporum. Sequitur equidẽ econtra, videlicet esse proportionem vacui ad plenũ, quod quidem fieri nequit. Eo .n. ꝙ nulla est proportio vacui ad plenum, nec motuũ esse, nec temporũ, sequitur: eodem modo sequitur, ꝙ si proportio est motuũ & temporũ, etiam sit proportio vacui ad plenum. Qui enim statuit in tempore finito fieri motum per vacuũ, & eandem proportionem accipit in ipsis temporibus motus, & eorũ, per quæ motus fit, in his concludit id, quod fieri nequit. quia habebit vacuũ ad plenũ proportionẽ, quàm tempus habet ad tempus: quod est dictũ, quam habet numerus ad numerum, & non solũ hoc, sed quinetiam habebit uacuũ ad plenum proportionem, quam habet plenum ad plenũ. Si enim inquit, vacuũ ipsum, in quo f, æquale fit magnitudinem ipsi b, quod erat aqua, & ipsi a, quod erat aer, & ipsum a moueatur in aliquo tẽpore per ipsum f vacuũ, verbi gratia g, patet quidẽ tempus hoc g, breuius esse ipso e, in quo ipsum a per d, quod erat aer mouebatur. nam ponebatur in hòc ꝑ hunc transire. Quàm ergo proportionẽ habet tempus g ad tempus e, eandem habebit etiam vacuum ad plenum. Vt enim subiecta spatia, per quæ motus fiunt inter se, sic etiam motus & tempora motuum sunt: & econtra, vt tempus se habet ad tempus, ita subiectum spatium ad alterum spaciũ. quare, si detur proportio finiti ad omne finitũ esse, etiam erit proportio inanis ad plenũ. Quocirca intulit hęc, {Et hanc habebit rationẽ plenũ ad vacuũ.} tanq̃ haud fieri id possit, quĩa nulla est ꝓportio numeri ad nihil, vt prius demonstrabimus.



Tex. 73.

Tex. 74. *Sed in tempore quantum est in quo est G, ipsius D, A transibit lineam K.*

Cõm. 81. Eisdem positionibus & petitionibus tertiũ, quod fieri nequit, concludit: videlicet in æquali tempore quod mouetur pertransibit plenum & inane. vt a in tempore g, in quo per f, inane mouebaẽ, & per plenum aliquod mouebitur. Si .n. in ipso tempore e, per ipsum d totum mouebitur in ipso g, quod est breuius multo ipso e. Nam breuius est, siquidem in g, per f, vacuum æquale ipsi d, mouebaẽ etiam ipsum mobile a, aliquã partem d pertransibit in eodem tempore g. sit ergo illa pars h, & patet cõcludi, breuibus quidem & euidenter, ipsum mobile a, in eodem tempore hoc, videlicet g, vacuũ f, pertransisse, & ipsum h, plenum, quanquam non sint æqualia hæc in longitudinem.

Cæterum Alexand. tradit Aristotelem, cum duxisset rationem ad hoc, prætermisit ostendere illud absurdum, quod sequebatur. Erat autem hoc, æqualem proportionẽ habiturum vacuũ ad plenum, quàm habet plenũ ad plenum. Vt enim tempora inter se, videlicet g ad e se habent, sic etiam se habebit h, pars ipsius d, ad totum d: sed quàm proportionem habet tempus g, ad tempus e, eandẽ habet vacuum f, ad plenũ d. Sed quæ ad eadem habent proportionem, eandem & inter se habent proportionem. igitur quàm proportionem tenet h pars ipsius aeris, scilicet d, eandem etiam obtinebit vacuũ f, ad plenum d. Quam ergo plenum ad plenum proportionem retinet, hanc etiam habebit vacuum ad plenum. Sed hęc quidem Alex. inquit, nisi forte & concludatur hoc absurdum dictũ ab ipso. Sed Aristotel. non palam absurdum hoc, & id, quod fieri non potest, cõclusit: videlicet, in æquali tempore aliquid plenum & inane pertransire. Et dicit paulopost processu verborum, {Accidit hoc impossibile.} Nã in æquali tempore daretur quicquam pertransire plenum & vacuũ. Erit enim aliquod corpus proportionem habens alterum ad alterum, vt tempus ad tempus. idem dicens, quod paulo ante conclusum est. Propterea enim, quòd hęc pars h, magnitudinis d, hoc etiam tempus g, erit pars ipsius tẽporis e, propter hoc etiam idem est in quo ipsum a pertrãsit ipsum vacuum f, & ipsum plenũ h. Quòd si quis existimaret nihil absurdi cõcludi, quia maius est vacui f, interuallum ipso interuallo h, is sciat, quòd etiam Aristoteles non æqualitatem voluit concludere, sed proportionũ similitudinem. Nam, quia demonstrauit prius, ꝙ vacuũ ad plenũ nullam proportionem habet, velut neq; ipsum nihil ad numerum, merito nunc velut absurdum conclusit, aliquid in æquali tempore pertransire plenum & vacuum.

Proportionẽ eandem ad eadem habentia, eandem habẽt inter se.

Transibit autem, si etiam sit quippiam subtilitate differens ab aere id, in quo est F, secundum eãdem proportionem, quàm habet tempus in quo est E, ad tempus in quo est

est G, Si .n. sit tanto subtilius corpus in quo est F, ipso D, quanto exuperat E ipsum G, econuerso transibit velocitate in tanto quantū G, ipsum F, ipsum, in quo est A, si feratur. si ergo nullum sit corpus in ipso F, adhuc velocius. sed erat in ipso G. Quare in æquali tēpore transit & cū est plenum & vacuū. sed impossibile.

Tex. 73. *Manifestum est igitur, quòd si est aliquod tempus, in quo per vacuū quoduis feretur, accidet hoc impossibile: In æquali enim tempore accipietur aliquid & quod plenū est trāsire & vacuū. erit .n. aliquod corpus habēs proportionem & conuenientiā alterū ad alterū, vt tempus ad tempus. Vt autē in summa dicā, manifesta est eius, quod euenit, causa; quia motus quidē omnis ad motum est proportio: in tempore enim est: temporis autem omnis est ad tēpus, finitis vtrisque.*

Tex. 74. *vacui autem ad plenum non est. Quatenus igitur differunt ea, per quæ feruntur, hæc contingunt.*

Com. 24. Per hęc, inquit Alexander, addit, quòd etiam, si etiam in subtilitate tantum differt à corpore D, quantum tempus E superat tempus G A, In tempore G tantum pertransibit illius subtilis corporis quātum crassioris corporis D in tempore, in quo E. Ponit autem nunc ipsum F, qđ quidē prius vacuū ponebat, corpus subtilius ipso corpore & spatio d. Si enim esset tantum f, spatium corporeum ipso d, subtilius, quantū excedit e, tempus ipsum tēpus g, ecōuerso transibit corpus, quod exuperat in subtilitate in tēpore, quod exceditur, & corpus, qđ superatur in subtilitate in tēpore excedente, Nā in longiore tēpore crassius, & in minore subtilius. Et Alex. rectè exposuit ad vnguē ea, quæ dicta sunt, sed quā opportunitatē propositis & vtilitatem afferant hæc, non dixit. Existimo tamen hęc nō dici velut addita. Inquit etiā hanc rationē habere necessitatem, quoniā non est accipere aliquid tāto subtilius ipso d, quantum tempus excedit ipsum tempus g, immo neque potest esse aliquod principiū subtilius ipso d. Verum potest esse subtilius ipso, sed non tāto quidem, quanto tēpus e, excedit tēpus g. & inquit, se omnia prędicta existimare, cum sint hoc modo valida eo contendere & huius gratia dici, ac si debilia essent, vt expositores aiunt. Sed hoc non est eorum, qui sequuntur demonstrandi viam & normā, neque eorum, qui rem intelligunt, quia hoc additur ex petitione iam habita & non velut necessariū. ideo etiam sic dixit. {Si etiam sit quippiam subtilitate differens} ostendens, quòd non necesse est esse, ꝙ si fuerit, hæc proportio seruabitur. Etiam, quando dicitur, ꝙ non omnino est aliqđ corpus subtilius ipso d, merito dicit. Nisi forte Arist, cum statuat ipsum d, esse aerem, & partem eius esse h, & f, vacuum accipiat, velit deducere rationem vsq; ad subtilissimum illud, quod est proximum vacuo ob subtilitatem, vt etiam ostendat plane proportionem & tradat intelligentiā huius diminuendo semper gradatim & sensim ipsum tempus, quia siquidem erit motus per vacuum, nō erit in tempore. Si .n. & minimi temporis, in quo subtilissimum pertransit celerior, & breuior debet esse ea pars, in qua vacuum est, patet, ꝙ neq; tempus erit. Iccirco existimo subiūxit hoc de vacuo. {Si feratur.} Quocirca, si subtile erit, moueretur per ipsum a, in tempore. si autē fuerit vacuum, neque mouetur. Præterea, si supponatur prorsus moueri per ipsum vacuum f, propositum absurdum euidentius concluditur. Nam in minori tempore mouebit, quàm erit in ipso g, motus factus per vacuū f, in quo & per corpus, quæ est h, pars ipsius d, quare in ęquali tempore pertransit plenum & vacuum. quod quidē fieri nō potest, Et causam huius impossibilis subiūxit. Si enim in aliquo tempore mouetur quoduis per vacuū, accidet in æquali tempore aliquod plenum pertransiri, & vacuū. Propter quod diximus etiam prius, vt se habet d, ad h, ita se habet e ad b: & velut se habet e ad g, sic etiam erit ipsum d ad f: ergo velut d ad h, ita d ad f: igitur f vacuū ad ipsum d plenum habebit proportionem, quam habet h, plenum ad d, plenum & in æquali tempore pertransibit aliquod inane & plenum: quod quidem absurdum, etiā si sint inæqualia. Quòd vero hæc omnia absurda sequantur, ex eo, quia in aliquo tempore per vacuum motus fit, ipse indicauit dicens, {Manifestum est igitur, ꝙ si erit aliquod tempus, in quo per vacuum quoduis feretur, accidet hoc impossibile,} idest, si positū fuerit aliquid per vacuū moueri in tēpore. Sed, cur sequantur absurda hæc positionē dicentē aliquid moueri per vacuū, pulchre deinceps adiecit. Si enim est aliqua proportio motus ad motum, & temporis ad tēpus, cum ambo finita esse videantur, & vacui ad plenum non est, patet, ꝙ motus per vacuū erit sine tēpore. Quòd si quis in tempore statueret motum per vacuū: quia tempus habet proportionem ad tempus, vt autē sunt tempora, in quibus motus, sic sunt subiecta, per quæ fit motus: inane igitur habebit proportionem ad plenū, quam habet plenum ad plenum, & mouebitur in æquali tempore aliquid per vacuum, & plenū. Hęc igitur sunt absurda, quæ sequuntur vel ob hanc causam, differentiam illorum, per quæ mouētur ea, quæ ferūtur, quæ differentia est ob constitutionē. sed facilius ex altera, quæ est secundū æqualem motum, vacuū tollitur. Non enim ęquæ pertransiri potest vacuum, quia neq; prorsus pertrāsitur. Nisi forte quis poneret vacuum separatum, & diceret motum fieri per vacuum: qui forte non incideret in absurda prædicta, neque in aliquod inferendum. Detur enim, quo ad vacuum, ea, quæ mouentur, æquali moueri velocitate. Et sit differentia propter corpora existentia in vacuo: in quibus expulsis, vel celerius, vel tardius mouebūtur necessario ea, quæ feruntur. Si ergo fuerit vnum crassum, & difficile, vt diuidatur: vel quod nō facile impellitur, & econtra in æquali velocitate motus succedet, & tamen omnis fit per vacuū. Fit autem differentia, vt ipse dixit, & dicet, ob ea, quę mouentur, si hæc quidem plus ponderis, vel momēti habuerint, & nōnulla minus. Vt .n. in aliis virtutibus, sic etiā corpora habent differentias quo ad inclinationem & momētum. & sic motus non erit sine tempore & subito, neque vacuum habebit proportionem ad plenū, quia motus non fit per vacuum quiescens aliquando, neq; per id quiescēs, quod facile diuidi potest, & per quod celerius aliquid mouetur & fertur, sed etiam ob propriam virtutē. Quod .n. motus non fit per uacuum interuallū, hinc quis probaret, vt diximus in libris de loco. Sed, quia omne, quod mouetur, ex aliquo in aliquid mouetur, igitur illa intercapedo huius vnde discedit, & huius quò peruenit, motus vel inane est, vel interuallū inter corpus vt aerē, sed illud vt aeris simul cum aere cedit, quomodo ergo id, quod mouetur pertransit ipsum interuallum, quod non est? item quomodo id, quod non est mensurabitur.

Si per vacuū motus fiat quia nullū enim est impossibile.

Per spatium inane non fit motus.

Secundum autem eorum, quæ feruntur, excessum, hæc. Videmus enim ea, quæ maius momentum habent aut grauitatis, aut leuitatis, si quo ad alia similiter se habeant figuris, citius ferri per æquale spatium, & secundum rationem, quam habent magnitudines adinuicem. Quare & per vacuum. Sed impossibile est. Propter quam enim causam feretur velocius? in plenis enim ex necessitate. velocius enim diuidit quod vi maius est. Aut enim figura diuidit, aut momento, quo habet id, quod fertur, aut proiectum est. Aeque velocia ergo omnia erunt. Sed impossibile est,

Cum

Cõm. 83. Cum duæ dictæ sint causæ inæqualitatis motus, Vna ſm discrimen illorum, per quæ motus fit, si vnum fuerit crassius & solidius, & alterum subtilius, & ad cedendum facilius, vel hoc quidem manens, alterum vero ꝙ contra fertur: Altera vero ſm differentiam eorum, quæ mouentur: plures auté sint causæ inæqualitatis, etenim est figura, & momentum, vel illa ob constitutionem cõstantiamúe, vel illa ob magnitudinem, quando fuerit differẽs. etenim aurum breuius, est maiore ligno ponderosius, & bolus maior breuiore, quæ cum omnia alia seruant eadem, tñ mutant momentũ in corporibus: ostendit hoc mõ sequentia absurda contra eos, qui asserunt motũ fieri per vacuũ. Nam, cũ alia eadem sint, quæ maius vel leuitatis, vel grauitatis momẽtũ habent, hæc ipsa plane videmus velocius moueri deorsum, vel sursum. Verbi causa, si duæ sphæræ, altera auri, & altera argenti æque magnitudinis, & dimittantur, celerius deferetur deorsum illa auri. Idẽ simili mõ fiet in vacuo, si quicquam per vacuũ moueatur. At hoc in vacuo non accidet. Quæ.n. erit causa in vacuo, vt hoc celerius, illud vero tardius moueatur? In pleno.n. ponderosius tardius diuidit spatium, sed in vacuo nulla huiusmodi causa locũ habebit. Ibi.n. non est aliquod diuisum. Aequa igitur velocitate ferentur ea, quæ mouentur, quanquã differant quo ad momentum & põdus, sed hoc fieri nequit. Nam substantia eius ꝙ ponderosius est, dicitur esse deorsum ferri. Verum Alexand. hoc in cõtextu, {impossibile est} pro hoc scribit {Sed simul Impossibile} & exponit, vel quia non potest simul leuius & ponderosius ferri, vel quia accidit, vt ꝙ maius pondus habet ob suam naturam, celerius necessario moueatur deorsum, sed per vacuũ non celerius moueri. Hæc autem simul concurrere atq; consistere nequeunt. Cæterum, cum subiungit, {Secundum rationem, quam habent magnitudines adinuicem.} indicat corpora, quæ feruntur, quæ mouentur secundum eã proportionem, quam habent inter se quo ad momentũ. Tanto enim celerius, vel tardius mouetur, vt si dupliciter põderosius, dupliciter celerius, idest in dimidio tẽporis deuoluetur deorsum. Sed neq; hi, qui vacuum introducunt causam differentię ob figurã assignabunt. Quęritur.n. cur plumbum quidem latum, vel ferrum magis supernatat in superficie aquæ, sed rotundum, aut longum minime, & si valde paruum fuerit. Et nõnullis quidem facillimũ est dicere, quod lata, propterea ꝙ plus aeris cõprehendunt, quã aquæ, quibus vehuntur, idcirco nõ celeriter deorsum feruntur. non.n. diuiditur spatiũ ob acutiẽ figuræ. At aliter figurata parum aeris capiunt, ideo celerrime quocunq; se inclinauerint, facile rũpitur subiectum. Sed hi, qui vacuũ aiunt, hanc causam afferre nõ possunt. Porro ex his, inquit Alexander, contra Epicurum dici potest, & forte nõ minus contra Democritũ & Leucippum, & simpliciter contra principes sectarum, qui asserunt inter absurda, quę dicunt, etiam vacuum: quia si inæqualiter atomi in ipso vacuo ferãtur, causas huius lationis inæqualis illi dicere nequeunt. Nihil.n. confert ipsis magnitudo, vel grauitas, vel figura ad celeritatem. Quòd, si æqualiter, nunquam altera recipiet alteram, neq; mutuo sese formabunt, vel complectentur. Neq; enim figurarum eius differentia potest efficere inæqualem ipsorum differentiã. Etenim figuræ, ꝙ diuidunt, vel non diuidũt, efficiunt inæqualem lationẽ. Sed in uacuo nihil est quod diuiditur. Quare neq; erit ortus alicuius secundum ipsos. Num autem hoc absurdum illis accidat, si dixerint semper moueri atomos. Si enim quiescunt, & æque mouẽtur, se mutuo cõprehendẽt. Sed, si quis quærit, cur non potest æque moueri ponderosius, cum eo, ꝙ est minus graue. Facilius dicẽdũ est, ꝙ si additio grauitatis non facit motum celeriorem, neq; principio causa erit motus deorsum in uacuo ipsa grauitas. Quòd enim aditum non intendit, neq; auget motum, hoc neq; omnino causa motus erit. Si uero momẽta in corporibus sunt causæ motus in uacuo, neq; mouerentur in ipso initio corpora in uacuo. Neque.n. est quædam alia causa lationis naturalibus corporibus, præter eam, quæ est propriũ momenti & inclinationis. Item, inquit Alex. ꝙ si omne corpus uidetur Epicuro habere grauitatem, & ob grauitatem moueri corpora per uacuum, accidit ut ea, quorum grauitas est causa motus, habeãt causam celerioris motus ipsum maius momentũ: sed hoc in uacuo fieri nõ potest, neq; ob pondus moueretur in eo. si uero non ob hoc, nec penitus moueretur. Quòd, si hæc quispiã audiuerit, dicet statim existimo, ꝙ si quidem est momẽtum causa motus corporum, & plus momẽti est causa celerioris, cur nõ mouebuntur corpora per uacuũ. Si.n. habeat aliquid, ꝙ facile uel non facile diuidi ualeat, illud etiam, per quod motus fit ad illud, ut motus sit celerior, & tardior, quæ sunt differentiæ motus. sed hoc non est causa momẽti: sed cũ fuerit illa differentia, addit aliquid differentiæ momenti, secundum naturam, & erit bene diuisile, uel non. Vt enim aliæ qualitates similes genere in maioribus sunt maiores, sic etiam consentaneum est, ut habeant momentũ. Et generatim momentum est magis causa diuisionis, quàm diuisio momenti, & si alicubi spatia subiecta aliquid impedierint, & alicubi minime.

Ali ob figurarum diuersitatem motus per uacuum fiat, quarẽ contingant docet unde.

Atomi nullo mõ ferri posse per uacuum.

Momentum motũ defendit Simplius.

Momentum diuisionis causa est, nõ diuisio momenti.

Tex. 75. *Quod igitur si vacuum est, accidit cõtrarium illius. propter quod probant dicẽtes esse vacuum, ex dictis manifestũ est. Hi igitur putant vacuum esse, si erit secundum locum motus, separatum secundum se. Hoc autem idem est, ac si dicatur locum esse quid separatum. Hoc autem, quod impossibile sit, dictum est prius.*

Cõm. 84. Qui vacuum introducunt, uelut quoddam necessariũ motui introducunt: quia per plenum quicquã moueri nõ potest, ne corpus per corpus procedat, ideo & rationẽ interrogabant connexã dicentes, Si est motus, uacuũ quoq; est. Sed ipse contrarium pluribus demonstrauit. Quòd si est inane, ualeat motus oportet. Sed ad memoriã reuocat eam demonstrationẽ, quæ dicta est de loco, ubi probabat locum non esse aliquod uacuũ separatum. Nam eadẽ ratio etiã nunc congruet. Illa autem concludit, ꝙ locus mouebitur, & ꝙ multi loci simul erũt. Cũ ergo dicat {Hi igitur putant uacuum esse.} non statim assignauit illud, sed contradixit his prius, & ideo de aliis ponẽtibus uacuũ addit dicẽs. {Sunt autẽ quidã, qui per uacuum & densum.}

CAP. X.

Tex. 76. *AT vero per se considerantibus, videbitur vtiq; dictum vacuum, per quam vere vacuum. Vt enim in aqua, si ponat aliquis tesseram, cedet tanta aqua quanta est tessera: sic et in aere. Sed sensu immanifestum est. Atq; semper itaq; in omni corpore habenti transitum ad id, ad quod est aptum natura vt transeat, necesse est, nisi condensetur: aut deorsum semper, si deorsum latio est, vt terræ: aut sursum, si ignis: aut ad vtrũq; vt aer: siue quodcunq; aliud impositum. In vacuo autem, hoc quidem impossibile est: non enim corpus est. Per tesseram autem æquale spatium transiuisse videbitur, quod quidem erat & prius in vacuo. tanquam si neq; aqua cessisset tesseræ ligneę, neq; aer, sed omni ex parte per ipsa peruasissent. At vero & tessera tantam habet magnitudinem, quantam occupat vacuum: quæ etsi calida est, aut frigida, aut grauis, aut leuis, nihilominus ratione altera ab oĩbus*

paſsionibus eſt, etiam ſi ſeparabilis non ſit ab illis. Dico autẽ figuræ teſſeræ magnitudinem. Quare, & ſi ſeparata fuerit ab omnibus alijs, & neque leuis, neque grauis fuerit, vacuũ occupabit æquale ſpatium, & in eadem erit & loci & vacui parte æquali ſibi. Quid ergo differet corpus teſſeræ ab æqua li vacuo & loco? Et ſi duo ſunt talia, propter quid & non quæcunque in ipſo erunt? Vnum igitur hoc inconueniens, & impoſsibile eſt.

Cõm. 85. Magno vſus eſt docẽdi ordine. Etenim prius diſſoluit rationes, quæ videbantur probare vacuum, deinde, ꝙ non ſit motus cauſa demonſtrauit, & ob id, neq; prorſus eſt, ſi quidem ob id acceptum fuerat. & tunc in contrarium conuertit rationem. Cum.n. illi dicerent, Si eſt motus, eſt vacuum, ipſe multis argumentis demonſtrat, ꝙ, ſi eſt inane, non eſt motus, & deinceps ipſam quæſtionem per ſe proponens argumentatur, & oſtendit, ꝙ inane non eſt, & rurſus deducit rationem ad impoſsibile, videlicet, Si eſſet vacuum, corpus per corpus procederet, & penetraret: quod illi euitare volentes, vacuum eſſe ſtatuerũt. Nam quando aliud corpus in alio corpore poneretur, ceu teſſera lapidea in aqua, vel in aere, neceſſariũ eſt, vt illud, ꝙ prius erat, cedãt ingredienti, vel ſurſum, ſi ignis fuerit: vel deorſum, ſi terra, vel in medium, ſi fuerit aliquod elemẽtum intermedium, & neceſſe eſt, vt tñ diſtet, extẽdatur, & cedat, quantum eſt magnitudo eius, quod ponitur. Hoc autem in aliquibus ſtatim manifeſtum eſt, vt lapidea teſſera iniecta in aquam. Nam tãta magnitudo effluet aquæ & cedet, quanta eſt illa teſſeræ. Sed in quibuſdam non eſt ſenſui perſpicua illa ſucceſsio, & receptio, quia occupatur aliquibus ædificijs. Nam in ipſis aqueis fiſtulis tribuiſue, quando fuerint plenæ aqua, quando infunderetur aqua, quædam linguæ fiſtularum vel tubarum foraminibus additæ, per quæ exit ſpiritus ob ſtrepitum cõuincunt exitũ aeris per eadem foramina. Quòd, ſi nullum exitum habet id, qđ additum atque impoſitum corpus, cogeretur autẽ vel alterum ingredi, vel impoſitum corpus dẽſaretur in ſeipſo, & craſsius fieret contractum, vt iniectum tantum capiat vaſis, quantum conſtrictio prioris magnitudinis contracta eſt, vel potius rumperetur vas quàm alterum corpus reciperet. Cum ergo hæc euidenter appareant, quid dicemus in vacuo accidere, quando in ipſo aliquod corpus poneretur? nunquid æqua moles vacui diſtaret, aut cederet? Sed hoc ridiculum eſt: ſiquidem ridiculũ eſt impoſsibile. Id enim, quod eſt, diſtat & cedit & non ipſum quod nihil eſt. Item quomodo manebit? Equidẽ non pertranſibit æquũ ſpatium vacui per teſſeram: quare, ſi nihil omnino eſt inane, nos quæſitum habemus. Quod ſi habet aliquam naturam, tribus dimenſionibus conſtans, quomodo pertranſibit per alterum tale ſpatium? Hoc.n. æque abſurdũ eſt, velut ſi aqua non cedens penetraret, & procederet per teſſeram lapideam. Cur enim his prohibetur, vt nequeat vnũ per alterum procedere, & in eodem loco eſſe, in quo eſt alterum, & vacuo non? An forte, quia hæc cum calida, alba, grauia, vel plena quibuſdam alijs affectionibus, & accidentibus ſuis referta, hoc facere nequeunt, & vacuum talibus priuatum? An etiam hoc abſurdum eſt opinari. Nam cõfutatum eſt prius, ꝙ corpora locum occupant ſ᷑m ſolas dimenſiones, quibus etiam cum partes diſtent, poſitione indigebant. Nam & ſi dimẽſiones inſeparabiles ſint ab alijs accidentibus, tñ dimenſiones, quatenus tales, operationis poſſunt ſeiungi & ſeparari. Lapis ergo non quia albus vel niger, vel grauis tantum loci occupat, ſed quia tantum eſt ſpatium, tantaque eſt dimẽſio, quanquam feratur in hunc locum ob grauitatem, ſed quando in loco fuerit ſecundũ magnitudinem eſt in loco. Hoc enim ſolum earum, quæ inſunt teſſeræ, nempe loci magnitudo ſequitur. Quare & ſi ſtatueris teſſeram lapideam ab omnibus alijs accidentibus ſeparatam, & ſolæ dimenſiones ſint in ea, nihil minus ęqualem locum occupabit, quantum etiam occuparet cũ illis accidentibus & affectionibus. Quomodo ergo differet teſſerę dimẽſio ab illa vacui, & loci æquali? & ſi duæ tales ſunt in eodem, cur non plures & infinitæ? Vnde concludendo rationes quiſpiam videbit neceſsitatem demonſtrationis. Si.n. eſt corpus in vacuo, & ſpatiũ, dimenſioq; erit in dimẽſione, & magnitudo in magnitudine erit, & corpus in corporibus. Alia enim accidentia nihil prohibent, cũ ſint incorporea, quin vnum procedat per alterum & penetret. Si ergo fieri non pôt, vt corpus ſit in corpore etiam fieri nõ poteſt, vt ſit in vacuo. Dixit aũt vere vacuũ quoniam demonſtrabit illud nullam vtilitatem conferre.

Si uacuũ eſt, corpus ut per corpus procedat oportet.

Fiſtulæ inſtrumẽta, muſica oſtenſionem corporum in loco oſtẽdunt.

Amplius autem, manifeſtum eſt, quòd hoc teſſera habebit etiam & ſi tranſeat, quod & alia corpora omnia habent. Quare, ſi à loco nihil differt, quid oportet facere locum corporibus præter vniuſcuiuſque magnitudinem, ſi impaſsibilis magnitudo eſt. nihil enim confert, ſi alterum circa ipſam æquale ſpatium huiuſmodi ſit. Tex. 77. *Amplius oportet manifeſtum eſſe quale vacuum ſit in his, quæ mouentur. Nunc autem nuſquam intra mundum. Aer enim aliquid eſt, non videtur autem neque aqua, ſi eſſent piſces ferrei. tactu enim iudicatur illud quod tangitur.* Tex. 78. *Quòd igitur non ſit ſeparatũ vacuum, ex his manifeſtum eſt.* Tex. 79.

Cõm. 86. Secundum hoc argumẽtum ponit ad idem tendens. Si enim ſpatium in vnoquoque ſeparatũ ope rationis à cęteris affectionibus, ideſt accidentibus nihil differt à vacuo: Et corpora, quæ mouentur, & transferuntur, eum proprijs dimenſionibus mouentur: cur oportet, vt corpora alias dimenſiones adipiſcantur. Si enim quatenus interuallum & habens dimenſionem altero eget interuallo, quomodo etiam vacuum non egebit alio, & illa, alia, & ſic in infinitum progrediemur.

Tex. 80. *Sunt autem quidam, qui per rarum & denſum putant manifeſtum eſſe, quod eſt vacuum. Si enim non eſt rarum & denſum, neque vt conſtringat quidem. & condenſetur quippiam poſsibile eſt. ſi vero hoc non ſit, aut omnino motus non erit, aut totum fluctuabit, vt dixit Xuthus. aut in æquale ſemper mutari aerem, & aquam oportebit. Dico autem, vt, ſi ex aquę cyatho factus eſt aer, ſimul ex tanto aere, tantum aqua factum ſit, aut vacuum eſſe neceſſario. coarctari enim ac dilatari, non aliter contingit.*

Eorum, qui vacuum aſſerunt, alij illud per ſe ſeparatũ dicunt, velut per omnia corpora penetrans: & in aliquo vi fatetur habere corpus, in alio non habere: qđ quidem ꝓprie vacuum dicebant, velut corpus habens locus. Alij vero aiunt illud diſperſum in corporibus vndique ſ᷑m quoſdam paruos meatus. Cum ergo dixerit contra priorem opinionem, nunc proponit reliquam, Primam opinionem dixit tum quando dixit, {Sunt ergo qui putant vacuum eſ ſe, ſiquidem erit ſ᷑m locum motus, ſeparatum per ſe.} Sed aliam opinionem nũc adducit dicendo. {Sunt autem quidam, qui per rarum & denſum putant manifeſtum eſſe ꝙ eſt vacuum.} Nam hi confeſsi ſunt raritatem & denſitatẽ eſſe, & ſi hæc ſunt, vacuum ſit oportet, & iam contradixit huic rationi. Hæc enim erat vna rationum quatuor, quas principio poſuimus ponentium vacuum, quam oportet ſecundum veritatem ſoluere. Nam alij introducunt vacuũ per ſe ſeparatum ex motu, alij diſperſum ob raritatem & denſitatem. Nunc autem diligentius multo ponit probationem rationis, & deſtructionem adducit. Non enim ſolum

Ablato vacuo auferetur rarefactio & condensatio, per quæ mouentur corpora.

lum hi asserebant sublato vacuo tolli raritatem & densitatem, sed quia si non est inane, nõ est etiã raritas & densitas. Quòd si non est raritas & dẽsitas, prorsus motus nõ erit. Neq; enim erit motus secundum locum, neq; secundum auctionem, neq; secundum alterationem, & generationem. Dicunt enim illum secundum locum non aliter fieri quàm contractis & densius corporibus præbentibus cedentibusq; locũ his, quę mouentur. Quemadmodũ cedunt nonnulli alij, vbi est maxima frequẽtia hominum & multitudo. Et ea, quæ augentur & extenduntur secũdũ magnitudinem densis alijs & contractis in sua vacua accipiunt locum in extẽsione, immo etiam facta maiora ex minoribus & occupantia maiorem locum quędam fiunt densatione & contractione. Sed condensatio non est, nisi vacuum sit inspersum corporibus. Et generatim, si non fuerit raritas, non poterit aliquid ex minore fieri maius. Equidẽ raritas vacui esse nequit nisi vacuum recipiat corpora. Item neq; alteratio fieret sine motu ad locũ. Oportet enim ea, quæ mouentur, velut alterãs & id quod alteratur, proxima esse. Dixerunt ergo, quòd si nõ est inane, non erit raritas, nec densitas: quæ, si non fuerint, nõ est motus, si vero non fuerit raritas, nec dẽsitas & erit motus necesse erit vt vniuersum fluctuet, vt inquit Xuthus Pythagoricus & superesfundetur latius & extẽdetur, velut mare vndis diffunditur vsque ad litus, & supernatat ei. Hoc igitur accidere aiunt propter ea, quæ mouentur in rectũ, & expellunt quæ apposita sunt, & ea, quæ augentur similiter, quia non est densatio, cuius ope locus est his, quæ accidunt: in his enim solis, quæ mouentur circulariter, fit transmutatio, quia in his solis recipiunt circum resistẽtiã, & quando aliquod densatorum corporum mutaretur in illud, quod magis rarum est, rursus necesse est vt superesfundatur; & ea superna effusio non fieret rursus nisi esset vacuum separatum, videlicet extra mundum, quare ratio rursus in eadem cadit. Sublato.n. vacuo tollitur cõstrictio & densatio: qua sublata, vacuũ introducitur, quandoquidem vniuersum nõ fluctuet in corpus, sed omnino in vacuum. Sed quędam alia factitia positio de ortu adduci solet. Nam quispiam diceret, quod quando mutaretur vnus cyathus aquæ in maiorem aerẽ, quiuis alius aer huic ęqualis mutaretur in cyathum aquæ seruans æqualitatem. Vel etiam ignis aliquando in aerẽ mutatum proportionẽ seruat. Sic enim existimo optime intelligendum esse. Vel vt Themistius intellexit, ꝙ necesse est ex qua vnius cyathi vnum cyathũ fieri aeris, ꝙ fieri nequit. Sed forte Alex. sic exponit dicens mutationem æqualem fieri in ęqualia, nisi ergo ambo ambobus æqualia dicat, sed minime, vt Themistius inqt, aere aquæ. Si ergo hæc absurda sunt vniuersum superna effusione latius extendi, & ęquas fieri mutationes, necesse est ergo vacuum esse mixtum in corporibus. Sic enim duntaxat fore raritatem & densitatem, & sic tolletur quodcunque absurdum dictum.

Absque vacuo nõ est augmentum.

Absque vacuo non contingit alteratio.

Tex. 80. *Si igitur rarum dicunt multa vacua separata habens, manifestum est, quod si neq; vacuum esse potest separabile,*
Tex. 81. *sicut neq; locus habens spatium sui ipsius, neque rarum sic. Si vero non separabile, sed tamen inesse quid vacuum, minus quidem impossibile est. Accidit autem primum quidem, non omnis motus causam esse vacuum, sed eius, qui sursum mouetur. rarum enim, leue: quapropter ignem rarum esse dicunt. Deinde causam motus non tam esse vacuum, quàm id in quo. Sed vt utres ex eo quia feruntur sursum, ferunt quod ipsis cõtiguum est, sic vacuum sursum fertur. Atqui qualiter possibile est, esse lationem vacui, aut locum vacui? vacui enim est*
Tex. 82. *vacuum, ad quod fertur. Amplius autem quomodo in graui assignabunt ferri deorsum? Et manifestum est, quod si quãto rarius & magis vacuum fuerit, sursum feretur, si omnino sit vacuum, velocissime utiq; feretur. Fortasse autem et hoc impossibile est moueri. Ratio autem est eadem, quod vt & in vacuo immobilia sunt omnia, sic & vacuum, quod est immobile. incomparabiles enim sunt velocitates.*

Com. 88. Cum defendisset rationes illas quoad fieri potuit, quæ ex raro & denso vacuum inducunt, & proposuisset occurrere illis, diuidit rursus vacuũ in separabile, & inseparabile. Et separabile quidem vacuum appellat, quod per se est continuum, spatium capax corporis, nõ tamen recipit. Inseparabile autem est illud, quod est indispersum in corporibus. Duę enim hæ sunt opiniones dicentium vacuũ. Diuidit autem opinor nunc dispersum in illud, quod est dispersum secundũ magnas partes, & in illud, quod nõ est diuisum in magnas partes. Et dicit, quòd rarum dicentes, siquidem tale dicunt, tanquã habeat multa separata, idest quæ habeant circũscriptiones iustas, iam ostensum est, ꝙ tale vacuum si sit, vt quicquam per ipsum moueri queat, est impossibile. Sed idipsum ostensum est, qñ etiam locũ demonstrauimus non esse aliquod spatium separatum. Et prorsus neq; rarum erit hoc modo. Quòd si rarũ dicerent ob vacuum inspersum secundũ parua corporibus non separabile, versimilior erit opinio, & minus videbitur impossibilis. Sed huic etiam accidunt absurda, quæ dicẽtur. Primum quidem, ꝙ non omnis motus causa est tale vacuũ, sed si est, profecto erit motus sursum. Rarum enim, quod vere rarum videtur, ob tale vacuum in ipso leue est, & sursum fertur. Ideo & ignem dicunt rarum esse. Quæ ergo causa erit motus deorsum, ꝙ quidem paulopost concludet. Sed nũc, quia concessit rarũ esse causam motus sursum, quomodo ipsum possit esse causa motus localis ostẽdit dicendo, ꝙ non eo modo, vt per ipsum motus fiat, vt dixerunt hi, qui vacuum separatum introduxerũt, sed velut ipsum mouẽs, & velut id, à quo moueat, quemadmodum natura demonstrata est mouere. Vnde ingeniose & eleganter adiecit exempli loco vtres inflatos in aqua, qui sibi subiecta eleuãt. uelut retia quæ sunt in mare, & sopposita ipsis. Multi proinde flumina transeunt, qui utũtur utribus uelut lintribus, qui illos transmittant utẽtes: sic etiam uacuũ uidetur eleuare, & leuiora reddere corpora, in quibus est, quod sursum ipsum feratur. Quod si tale uacuum est, duo absurda tãdem inducit. Vnũ quidem, quia sequitur esse quendam motũ & lationem uacui. Quomodo.n. potest esse latio uacui, cũ sit vacuum. Secundum est, quod si uacuũ sursum fertur secundum naturam, erit etiã sursum uelut in loco. Quare etiam ille locus erit uacuũ: ergo erit uacuum in uacuo. Sed post hæc adducit cõsequẽs absurdũ contra eos, qui tradunt inane sursum moueri. Si.n. hoc est motus sursum causa, quid dicent de graui, & quõ assignabunt causam motus deorsum eorum. Huius enim causa dici non poterit uacuũ. non.n. uacuum deorsum attrahet corpora in quibus est. Quare vacuum non est simpliciter causa motus, sed quicquam aliud est causa motus sursum, & deorsum. Vt.n. quibus natura est causa motus in ipsis corporibus, non solum causa eius dicitur, qui sursum fit, sed similiter amborum: sic etiam vacuum erit, si fuerit motus causa, vtriusq; similiter, & sursum & deorsũ motus. Quod si quis diceret grauia & pondera deorsum ferri ob causam mouendi deorsum, quę est in ipsis corporibus, & hanc appellari grauedinem, aut pondus, cur etiã leuia non dicentur sursum petere ob leuitatẽ in ipsis existentẽ sed natura claudicat, cũ oppositum grauedini non assignet. Sed hæc ratio quoq; conuenit cõtra eos, qui dicũt

Vacuũ si ponatur separabile, quod per paruas partes dispersum sit, quæ nam impossibilia contingant.

Vacuũ si eleuet corpora, ut utres quid absurdi eueniat.

omnia corpora suapte natura grauia, & quæ deorsum ferantur. Sed, quia huius videlicet, qđ alia supernatent alijs, nonnulli vacuum esse causam dixere: alij autem aiunt causam esse, quod grauiora subsidant, addit aliud absurdum contra eus, qui vacuum aiunt esse causam lationis corporum sursum. Si.n. hæc esset causa lationis sursum, tanquam secum corpora sursum rapiat: patet, quod ipsum per se vacuum celerrime feretur, siquidem & corpora veherentur. Sed quale est hoc absurdum aliquis diceret? Num quia non potest moueri vacuum penitus? Et eadem ratio, inquit, nunc erit, vt illa prior, quæ ostendit in vacuo non fieri motum, quia nullam proportionem habet vacuum ad plenum, quæ ratio demõstrat etiam neq; vacuum moueri posse. Si.n. corpus vnum alio celerius mouetur, quę per ipsum mouentur ſm excessum, quemadmodũ ea, quæ mouentur deorsum pondere, sic etiam in his erit, quæ mouentur sursum ob leuitatem, & raritatem, & ſm proportionem, quæ habent plus leuitatis in minori tempore: quia vacuum nullam proportionem habet ad corpus leue, neq; excedit ipsum, neq; erit aliquod tẽpus eius, in quo vacuum sursum æquæ velociter moueatur cum ipso corpore leui. Omnem.n. corpoream leuitatem vacuum excedit, quia sine vlla cõparatione excedit. Quam.n. proportionem habet tempus, in quo motum est vacuum, ad tempus, in quo mouetur corpus leue, hanc etiam habebit & vacuum ad corpus. Sed nulla est vacui ad corpus ratio, velut neq; ipsius, quod nihil est, ad numerum. Igitur vacuum non mouetur in tempore, igitur neq; mouetur. Adiecit autem illud { fortasse } quia proprie accepto leui & raro corpore, quod dicitur proculdubio verum est. Equidem dicitur ab illis leue non illud quod est leue ob suam naturã, sed quia miscetur vacuo. Si ergo comparetur corpus, quod est in se ipso, ad vacuum, non poterũt comparari, si vero velut inane ad inane, non erunt incomparabilia ipsa inania & vacuã. Erit ergo rarius id, quod excedit secundum vacuum, & excessum erit corpus in quadam proportione. Si ergo destruitur motus vacui, neq; causa erit motus sic eorum, quæ mouentur ab ipso, vt ob ipsum moueantur, vt dixit ea positio, quæ asserebat vacuum inseparabile. Sed tolleretur vacui motus, & ob idipsum est hoc absurdum, & propter alia, q̃ vacuum moueretur.

Tex. 83. *Quoniam autem vacuum quidem non dicimus esse, alia vero dubitata sunt vere: aut motus non erit, si non erit densitas & raritas, aut fluctuabit cælum, aut semper æqualis aqua ex aere fiet, & aer ex aqua. Manifestum n. est, quod plus aeris ex aqua fit. Necesse est igitur, si non est constrictio, vt siue quod est propinquum extrusum, quod vltimum est fluctuare faciat: vel quopiam alio loco mutetur æquale in aquam ex ipso aere, vt quæuis moles totius sit æqualis, aut nihil prorsus moueatur. Semper.n. dum transit, hoc accidet, nisi in orbem, vel circulariter moueatur. Non autem semper fit in circulum loci mutatio, sed & in rectum. Hi igitur propter hæc vacuum aliquid esse dixerint.*

Cõm. 83. Cum illi dicant raritatem & densitatem non fore nisi vacuum esset, & si nec raritas, nec dẽsitas sunt, neq; motus est, vel fluctuaturum esse vniuersum, ipse pulchre aduertit primum connexum non esse admittendum: neq;.n. est vacuum, & simul raritas est & densitas. Hæc autem, quæ deinceps dubitata, bene admittit. Si.n. non est raritas nec densitas, reuera vel non est motus, vel fluctuabit vniuersum: vel si non hæc, saltem necesse est, si fiat hic aqua ex aere, alicubi ex æquali aqua fieri æqualem aerem, non aquæ, sed aeri, ex quo aqua oritur. Quod.n. ille dixerit non molem aeris æqualẽ aquæ, vt intellexerunt interpretes, patet, quia

Motus tollitur si non sit rarefactio & condensatio.

subiungit dicens, { Manifestum.n. est, quod plus aeris ex »
aqua fit. } Et quidem scio, eos, qui sic æquale acceperunt, »
quod tanq̃ illius confutationem audient, semper æqualis aqua fit ex aere. Quod vero non sic dictum sit, sed velut id, quod exponit hoc, quõ.s. oporteat æqualitatem accipere: quia eius, quod fit, non ad id, ex quo fit: velut, si ex aere aqua hic fiat, & alibi ex æquali hic aquæ, quæ hic facta est: æqualem factum esse aerem ei, ex quo hic aqua facta est. Quod.n. sic Arist. æqualitatem dixerit, indicat concludens & dicens, necesse est igitur, si non est constrictio, vt siue quod est propinquum extrusum quod vltimũ est fluctuare faciat, vel quopiam alio mutetur æquale in aquam ex ipso aere, vt quæuis moles totius sit æqualis: aut nihil prorsus moueatur} illud in quopiam alio loco, non apposuisset si diceret aquã esse æqualem aeris magnitudini, id, quod fit ei, ex quo fit. Sed quõ est manifestum, quod plus aeris ex aqua fit? vel quia ex vasibus, quæ corrũpuntur ex mutatione humidi in spiritum & aerẽ. velut in dolijs musti cõtinue videtur hoc fieri ob mutationem in maiorem molem. Repetit ergo dubitationem, quæ confirmat oportere raritatem & densitatem esse: siquidem absurda illa sequantur eos, qui tollunt vacuum, vt deinceps ostendat, quod non velut ob inspersum vacuum, sed ob aliã causam raritas & densitas fiunt, quæ tollit vacuum, tanquam non necessarium ad hæc, vt seruent motum. Sed sciendum est, q̃ æquam molem statuentes eorum, quæ mutantur, & positionem factitiam ponentes, non oẽm motum introducunt, sed solum ortum & incrementum. Cum ergo dixerit necessarium esse, q̃ si vacuum non est, vel nihil moueri: vel si quicquam moueatur continue & non post, post aliud expulsum, vel necesse est fluctuare & extra cœlum super effundi vel mutationes fieri in æquali: induxit etiã alium modum, quo ostenditur fieri posse, vt nihil horum absurdorum accidat, non existentę vacuo. Hoc autem est, si vicissim in orbem sese mouerentur. nam quæ mouentur in orbem, non fluctuant, neq; mutantur in æqualia, neque raritas & densitas vt sit necesse est. quia quæ circũuoluuntur, eundem semper obtinẽt locum, & non egent alterum occupare locũ. Cum ergo hoc explicet, rursus instat contrà hos dicens, quia & si motus orbicularis soluat dubitationes, cum nullo prædictorum indigeat, tamen neq; omnis motus localis in orbem fit, sed est motus localis in rectum, vt adhuc videatur recte manere dubitatio de hoc, quia constrictione non existente vel non erit motus sursum, vel deorsum, uel uniuersum fluctuaret, uel necessario fieret mutatio inæqualia. Vt ergo hæc non accidant absurda, vacuum esse posuerũt, quod est uelut id quod hęc omnia absurda euellat & dissoluat. Quod uero non esset illorum hæc persuasio dubitationis, sed ipse obijciendo illis talem insinuauerit, satis opinor ex hoc verbo { dixerint } pa »
tefactum esse, quasi illi non dixerint, sed dixissent libẽter, si quis illis talem argumentationem indicasset.

Plus aeris fieri ex aqua quo cognosci possit

Circularis motus quid faciat.

Nos autem dicimus ex suppositis, quod est materia vna contrariorum, calidi & frigidi, & aliarum physicarum contrarietatum: & ex eo, quod potentia est, id, quod est actu, fieri. Et non separabilis quidem est materia: per id autem, quod est, diuersa est. & vna est numero, si forte fuerit colorem, & calidum, & frigidum assecuta. Est autem corporis materia, & magni & parui, eadem. manifestum autem est: cum.n. ex aqua factus est aer, eadem materia non aliquo alio assumpto facta est: sed quod erat potentia, actu facta est. Atq; rursus aqua ex aere similiter: aliquando quidem in magnitudinem ex paruitate, aliquando vero in paruitatem, ex magnitudine. Similiter igitur si & aer multus existens, in minori fiat Tex. 84.

magni-

magnitudine, & ex minori maior, potentia existens materia sit vtraq;. Vt.n.ex frigido fit calidum, & ex calido frigidum eadem, quia erat potentia, sic & ex calido magis calidum nullo facto in materia calido, quod non erat calidum, quando minus erat calidum. Sicut neq; maioris circuli circunferentia & curuitas, si fiat minoris circuli, eadem cum sit, aut alia, in nullo facta est curuitas, quod erat non curuum sed rectum: non.n.ex eo quod deficiat, ipsum minus, aut magis est: neq; est accipere flammæ magnitudinem aliquam, in qua & albedo & caliditas non insit. sic igitur & prior calor posteriori. Quare & magnitudo & paruitas sensibilis molis, non insuper accipiente aliquid materia, extenditur, sed quia potentia est materia vtriusque. Quare est idem densum & rarum, & vna materia ipsorum est.

Côm. 90.

Vacuum esse non sequitur si fit corporum constrictio.

Cum dixerit, nos negamus vacuum esse, sed alia, quæ dubitata sunt pulchre ab ipsis vocata sunt in dubium. quia si non esset constrictio, vnum dictorum absurdorum accidet, vel.n.non erit motus, vel fluctuabit vniuersum, vel in his, quæ mole crescunt, æquam necesse esset fieri mutationem: nunc soluit dubitationem, in qua concedit fieri constrictioné in corporibus, non tñ ob hoc admittit vacuum, sed alio modo densitatis & raritatis causam facit, quã esse materiam corporum fatetur, de qua primo libro docuit, merito expositis, quod est dictu, prius concessis se facturum rationes pollicetur. Nam diximus, quod est materia aliquod subiectum contrarijs, & hæc materia calidi & frigidi est, similiter autem sicci humidi, atq; aliarum contrarietatum transmutata ab vno in alterum, quia semper est actu alterum contrariorum, & potentia alterum, & nunquam materia subsistit sine vno cõtrariorum, sed propria ratione eius & cogitatione alia est ab ipsis cõtrarijs & manens fm numerum eadem vtrunq; suscipit contrariorum. Vt ergo cõtrarietatum fm quale eadem numero est subiecta materia, velut calidi frigidi, albi & nigri, vel dulcis vel amari: sic etiam in ipso quanto vel circa quantum, & cum quanto, magni vel parui in corporibus, eadem est numero materia capax. Nam si materia habet aliquam magnitudinem per se quamlibet, non reciperet contrariam ei, nec minorem, quam habet fm naturam. Quemadmodum neq; si alba fuerit secundum naturam, susciperet ipsum nigrum. Sed, quoniam vt aliarum formarũ, sic etiam magnitudine & corpore priuata est, & cõtrarietates in ipsa magnitudine existentes ipsa, cum sit vna numero & eadem recipit. Hoc autem manifestũ est ex mutatione aquæ in aerem. non.n.quædam alia accedit materia, quando ex aqua aer fit. Si.n.cum existens materia potentia erat aer, qñ ex potentia mutatur ad id, quod est actu, ipsa manens eadem numero fit aer, quæ erat prius aqua. & maior fit moles, cum prius esset minor, neq; materia mixta, neq; vacuo ingressio. Non.n.esset eadem potentia aer, siquidem mixtione alicuius aer fieret. Similiter autem & si ex aere aqua fiat, in minorem magnitudinem mutatur, nulla deficiente materia. Sed hoc euidentius fecit, sumpto ipso aere ex maiore minore facto, & ex minore maiore, neq; aliquo accedente, neq; aliquo abeunte, sed ipso aere crassiore, vel subtiliore facto, ob potentiam materiæ, quæ est in ipso, ad vtrunq; oppositum. quæ materia etiam mutatur ex eo quod est in potẽtia ad id, quod est actu, & sic ex maiore in minorem molem mutatur, & ex minore in maiorem: quod quidem videtur, quia qualitates suscipiunt magis & minus, & ob id ostendit etiam in alijs qualitatibus, quod subiectum sic mutatur ad magis & minus, velut in contraria. Vt.n.ex calido frigidum, & ex frigido calidum eadem materia fit, quia ambo potẽtia est, sic etiam ex calido magis calidum. non.n.sic mutatur, tanquam prius fuerint nonnullæ subiecti partes, quæ non fuerint calidæ, & nunc euaserint calidæ, velut minus calidi mixtione cum his, quæ non sunt calida. Etenim qñ minus calidum corpus erat, eodem modo tota materia erat talis: & qñ magis extitit calida, tota similiter aucta est. Nam si alia eiusdem erunt calida, quando illa minus erat calida, alia autem, qñ magis non vtiq; eadem numero fit calidior, & minus calida id suscipiens, quod est magis & minus: sed quoddam aliud calidum aduenit præexistenti, & eidem admiscetur. Vt ergo in his, sic etiam in corpore, quod rarefit, & densatur, & maior, vel minor fit, eadem est materia ambo recipiens, & non extrinsecus aliquid ingrediens, vel exiens, vt hi, qui vacuum introducunt plane asserunt, cum ignorent naturam materiæ, ꝙ eadem manẽs recipit contraria. Sed, cum demonstrasset in alijs qualitatibus, quod idem subiectum manens recipit magis & minus, ostẽdit idem etiam in figura. qm̃ & si qualitas sit, tamen magnam habet communionem & conuenientiam cum magnitudine & quantitate. Si.n.maioris circuli circũferentia in minoris circuli constitutionem redigeretur curuata, non quia partes circũferentiæ priores, cum non essent curuæ, sed rectæ, nunc vero curuatę in minorem rediguntur orbem & circulum, sed quia minus curuæ magis fiunt curuæ. Porro, si eadem dicetur circumferentia, quæ prius erat curua, & postea magis facta est, quod eadem alia atq; alia facta sit, hoc perspicuum est, quia non velut rectæ aduenit curuitas, sed quia minus curuum magis curuum fit. Et videtur hoc, {Aut alia} additum esse ad abundantiã demonstrationis. Quod si velit aliquis eandẽ esse circumferentiam, quæ prius erat minus curua, & postea magis est facta, sed aliam & aliam dicat, sic etiam non velut recto, quod aduenit curuum subijt, sed quod minus erat curuum magis curuum euasit. Nam omnino magis, minus dicitur, non quia deficit aliqua forma in illo, quod minus tale dicitur, & non deficit, in eo, quod magis dicitur. Non.n.aduenit aliqua forma, sed vniuersum intenditur vel remittitur. velut calidius, vt etiã dulcius, & candidius. Sic ergo & in paruitate & magnitudine sensibilis molis, vbi materia non assumens alteram magnitudinem, extenditur, vel abijciens contrahitur, vt aiunt, qui vacuum causam faciunt, sed idem manens subiectum, quod quidem erat potẽtia maius, actu euasit maius ex minore, & quod erat potestate minus, fit actu minus ex maiore. Hoc.n.est illud, quod dicimus, videlicet esse quandam naturam subiectam contrariorum capacem. Quod quidem indicauit his verbis, {Potentia existens materia,} non quia potentia sit materia dicens, sed quia materia est potentia illa, quorum capax est. Vt vero fm omnem partem flamma est calida & alba, sic etiam secũdum omnem partem rara est, non tamen secundum vacui mixtionem, sic etiam caliditas & prior ad posteriorem, non quia aliquid aduenit, vel abest magis & minus habet, non.n.aliqua accedit, vel abest forma, sed intenditur, aut remittitur eadem. Dixit autem sensibilem molẽ ipsam materialem, velut distinctam cõtra intellectualem & mathematicam. Nam sensilis & materialis hæc est extensa & contracta. Sed sciendum est, quod etiam vult magnitudinem esse quandam formam, & paruum magnumq; esse magnitudinis differentias constitutrices, rationes.n.sunt specierum completiuæ cum descendunt ad materiam. Vt.n.ab albo nigro, calido frigido, & talibus animalia & plantæ cõplentur, sic etiam à magnitudine propria. Ideo etiam determinata est in vnoquoq; aĩali maxima & minima magnitudo.

Figura magnam conuenientiam habet ad quantitatem.

Circumferentia minus curuatur quæ fit magis curua.

Magnitudo sensibilis distinguitur à Mathematica.

Magnum & paruum formales differentiæ sunt.

Est autem ipsum quidem densum graue: rarum aũt, leue.

Cum

Cōm. 91.

Cum patefecerit quonam pacto fieri queat raritas & densitas sublato vacuo cum materiæ aptitudo ad extendendam, & contrahendam corpoream molem, sufficiat, deinceps ostendit, quomodo ex raro & denso prodit differentia motuum in rectum. Si.n. rarum leue est, & leue sursum suapte mouetur natura; patet, ꝙ rarum fiet non vacui ope, sed ob subiectam materiam huic, Vnde, postquam simul quicquam rarum ac leue est, etiam mouetur sursum similiter si fuerit ponderosum & densum, deorsum petet: quare habebimus causas motuum in rectum sine vacuo.

Rarum & densum sequuntur differētia motuum, qui fiunt in rectū.

Tex. 85. ● *Amplius sicut circuli circunferentia conducta in minus non accipit aliud aliquod concauum, sed quod erat conductum est: sic ignis quodcunq; aliquis accipiat, totum calidum est. sic & oē congregatione et distinctione eiusdem materiei.*

Cōm. 92.

Hic contextus videtur eadem dicere, quæ prius ostensa sunt, quō videlicet non additione alicuius, vel ablatione ea, quæ magis & minus fiunt, sic euadāt. Id.n. in ipsa quoq; figura curua patet, quia neq; in ipsa, neq; in caliditate magis, neq; in remissione & intensione magnitudinis, sed in ipsa materia ad contraria transmutata hæc fiunt. & nihil
» iam de hoc dici, addidit in quibus dixit, {Sicut neq; ma-
» ioris circuli circunferentia & cutuitas} &c. sed verba sunt quædam paraphrasis illorum, ideo & in quibusdam exēplaribus non fertur tanquā sit introducta à conscriptore. Talis autem est orationis styllus. Et sequitur demonstrationem, quæ dicit. {Est autem densum graue, rarum leue.

Duo enim sunt in vtroque, & denso & raro. Graue enim durum densa uidentur esse: & contraria rara, leue inquam, & molle. Dissonat autem graue & durum in plūbo & ferro.

Cōm. 93.

Densum, graue & durum est.

Rarum leue & molle.

Cum dixerit densum graue esse, & rarum leue, addit quod non graue solum sequitur id, quod est densum, sed etiam durum: & contra, rarum non leue solum, sed etiam molle, velut duo sint in vtroque denso & raro, huius quidem graue & durum, alterius vero leue & molle. Sed vtilitatem additionis mollis & duri, paulopost sciemus, quando per eandem ostendet materiam esse causam aliorum trium motuum præter localem. Quod autem quanquam sic plura se habeant, non cuncta id habeant immutabiliter, docet nos ferri & plumbi argumento. Plumbum enim quanquam sit ferro mollius, tamen grauius est eodem etiam, si fuerit in æquali mole & rarius. Et forte nō adiecit hoc frustra. Sed indicans, quòd rarum est quædā forma per se non secundum commixtionem multi uacui facta, Si enim hoc, etiam leuius prorsus esset. Sed nunc nō ita se habet siquidem plumbum sit rarius ferro & tenuius, tamen grauius est ipso.

Tex. 86. *Ex dictis igitur manifestum est, quod neq; disgregatum est vacuum, neq; simpliciter, neq; in raro, neq; potentia. nisi quis velit omnino vocare uacuum, causam, cur aliquid feratur: sic autem ipsius grauis ac leuis materia, quatenus huiusmodi, erit uacuum. Densum.n, & rarum secundum hanc cōtrarietatem, lationis factiua sunt. secundum autem ipsum durum et molle, passionis & impassibilitatis, non et lationis, sed alterationis magis.*

Cōm. 94.

Qui uacuum dicunt, alij dixerunt ipsum esse actu semper separatum à corporibus, alij uero potestate, ut quod fieret & periret ex ipsis corporibus. Sed eorum, qui actu separatum asserunt, alij simpliciter & per se illud esse extra corpora affirmarunt, uelut hi, qui uacuum extra mundum posuerunt, alij uero separatum & ut actu, non tamen per se existens, sed inspersum corporibus, & intercidens continuationem eorum. quod etiam causa fit raritatis, Demonstrauit ergo uacuum neq; per se, neq; uelut in corporibus inspersum esse, quare nullo modo uelut actu existens & separatum. Sed potestate inquit Alexander hoc diceret, contra quod posteriores rationes fecit, quod quia miscebatur corporibus dicebat esse causa raritatis & leuitatis ipsorum. Hoc autē, opinor, erit vacuum imbibitum introq; spersum corporibus. Quod vero non introducat raritatem ostensum est. Alexander autem hæc, Necessarium est autem attendere, an id, quod est potētia vacuum, dicatur esse causa raritatis, an id, quod est actu introspersum. Nisi ergo dicat potentia vacuum id, quod nondum est, sed ſm distātiam corporum aliud atq; aliud fit, vt nos dicimus fieri meatus, in quibus semper est aliquid subtilius corpore continente. Sed patet, ꝙ, si actu vacuum non habet ingressum inter ea, quæ sunt, neq; id, quod est potentia hoc habebit. Id.n. potestate est, quod vndiq; est aptum omnino deduci in actum, si non prius exhaustum & effectum fuerit subiectum ad hoc vt sit. Cum ergo ostēderit, nullo modo inane esse, quia vacuum ponentes velut causam motus posuerunt, rationem adaptans quātum ad rem nunc spectat, adducit eam determinationem, quæ adduci potest, & reuocat, quæ dixi, ad memoriam dicens, Quod, si vacuum dicunt esse causam motus ſm locum, causa autem est materia capax raritatis & densitatis, vel vt diligentius dicam, leuitatis & grauitatis: dicatur ergo vacuum esse materia. Etenim conuenit ei hoc nomen. Et si quidem erit substātia ipsa fuerit vacuum, quæ ostensa est inter ea, quæ sunt numerari, & nullam formarum sibi propriam & agnatam habet, sed ablatione tanquā vacua omniumq; expers intelligatur. Sed, qm̄ rarum & densum vtrunque duo habebat concurrentia: rarum quidem, habet leue, & molle: & densum, graue, & durum: merito rarum & densum, secundum leue & graue causę sunt motus in rectum, sed secundum molle & durum, minime, Sunt autem magis hæc causæ, cur facilius vel difficilius aliqua patiantur, quibus mutationes & alterationes fiunt. Etenim quod facile patitur est molle, quod difficile est durum. Demonstrauit ergo statim per hæc alterationis materiam esse causam, & non vacuum: siquidem alteratio duritiem & mollitiem sequatur, verum hæ raritatem & densitatem, hæ autem propter materiā. Nunc intelligenda est alteratio non ea mutatio, quæ est solum secūdum qualitatem, sed etiam secundum quantitatē, & substantiam. Nam actio & passio in ipsis omnibus speciebus considerantur. Et ecce nunc manifestum fit cuius gratia sumpta est oppositio mollis & duri. Vt etiam ostendat, quod & aliarum trium specierum motus materia est causa, & eius qui secundum qualitatem, & eius qui secundum quantitatē, & eius qui secundum substantiam. Dicendo ergo, quod causa ponderis & leuis motus est materia adiecit hoc, {Quatenus huiusmodi,} propterea quod cunctis differentijs materia subijcitur. Verum non omnis motus est causa, quia non eius qui ad locum, sed ſm solam ponderis & leuis oppositionem,

Potentia non esse vacuum quo dicat. Aristoteles Meatus fieri quid sit.

Molle & durum facilitatis et difficultatis ad patiendum potius causæ sunt, quam motus.

Alteratio sumitur per mutatione non solum in qualitate, sed pro mutatione in substantia, & quantitate.

Et de vacuo quidem quomodo est, & quomodo non est, determinatum sit hoc modo.

Principio differendi de vacuo proposuit sibi quærendum esse, an inane esset, an non, item quō, & quid sit: nunc vero concludens disputationē inquit, { Et quomodo est, & quomodo non est.} Quia vacuum velut separatum potentia non est, si quis dixerit vacuum esse quoddam spatium priuatum corpore actu vel potentia, tamen si concederet aliquis vacuum esse velut materiam motus causam, hoc modo admittet vacuum esse. Hæc igitur Aristoteles de hoc statuit, Veruntamen Straton Lampsacenus nititur ostendere vacuum esse, omne corpus intercipiens, vt non sit continuum, dicendo, ꝙ lumen neq; per aquam, neque

Cōm. 95.

Vacuum est, si ut materia accipiatur causa motus.

Vacuum esse quod corpus intercipit ut

per

a̅ctiuum sit, ait Straton.

per aerem, vel per aliud corpus potuit pertransire, neq; caliditas, neq; alia vis corporea. Quomodo enim solis radij splendoresq; penetrarent in vasis fundum? Si.n. humidum non haberet meatus, sed id radij diuiderent, accideret vt plena effunderentur super vasa, & non alij radiorum reflecterentur ad locum supra, & alij inferius transmearent & si deorsum. Sed hæc quidem dilui queunt secundum positiones peripateticas, quibus etiam caliditas & aliæ corporeæ potestates & lumen, cum sint incorporea non poscunt spatium vacuum, qd̃ subijciatur vt sint, & transeant, nullam molem corporibus afferentia. Quod si quis diceret lumen esse corpus, & materiale, quod est lumen Solis sub Luna testando, reflexionis & solidorum repercussiones, quia materia patiens commiscetur, etiam sic ope raritatis & densitatis possumus soluere dubitationem. Nihil enim prohibet sic rara corpora velut aer & aqua condensata dare locum quibusdam radiis, vt pertranseant & intercidant, sed quicunq; partibus densioribus accidunt, hi reflectuntur. Hæc igitur, vt dixi, sic forte solui possunt, cum nihil impedimenti afferant, quin distinguatur reuera vacuum. Vacuum tamen per se spatium quoddam corporum receptaculum, quod etiam habet aptitudines differentes ob differentias ipsorum, forte nondum ex dictis sublatum est. Etenim in raris & densis oportet esse quendam locum, & aliud interuallũ aliud à corporibus, quod quidem comprehẽdit rarum. Non enim in corpore proximo fit, sed in ipso interuallo, à quo corpus proximum impulsum, vel densum excessit. Videtur etiam Plato vacuum reuera & omne corpore priuatum interuallum non agnoscere, & huius his verbis perfectam causam dicit. Inquit enim. {Ambitus vniuersi, quoniam comprehendit genera, cum sit orbicularis & cum hisce coire studeat, constringit omnia & vacuum locum nullum relinqui sinit.} Nam vacuum hoc actu quod euertat continuationem & consensum vniuersi intercidat prorsus non est, neq; quicquam confert, vt sit. Cuius.n. gratia factus est locus plurium corporum, quæ sunt in eo collocãda, siquidem omnis locus est vna cum illis genitus, & insitus illis & congenitus. Item, si hoc habet corpus, illud non habet, quæ assignatio maior esset, cum nulla sit in vacuo differentia. Attamen vacuum illud, quod est spatium distinctum à corporibus, quæ sunt in eo, aliud & aliud semper corpus habens, videtur etiam Plato nosse, quod affirmans, videtur nominare vacuum, in quibus inquit. {Quæ enim ex maximis partibus fiunt, vacuitatem quoq; maximam in sua constitutione relinquunt. Et minima minimam. Constrictionis autem concursus parua in magnorum vacua compellit.} Et paulopost plane significauit corpora, quæ mutantur non in quandam regionem vacuam corpore sese recipere, sed in quam corpus erat prius aliud habentem, facta circum resistentia, in quibus inquit, {Rursus excidente igne, cum non fiat in vacuum aer proxime pulsus magnitudinem adhuc humidam in ignis sedes impellit & ipsam ipsi se miscet} & patet, quòd sedes ignis est locus quidam, in quo erat ignis. Quod vero hoc sit interuallum æquale cuicunque corpori, in ipso etiam ex his, quæ prius diximus de loco possumus probare ea repetendo memoriter. Nam ea, quæ mouentur vnde & quo secundum locum, siue in orbem siue in rectum moueantur, vt etiam prius dixi, omnino necesse est aliquo moueri interuallo. Si ergo neq; in hoc eius neq; in illo appositorum corporum, ergo in alio separato à corporibus mouebantur. Et hoc est interuallum, quod promptam & apertam loci intelligentiam præbet.

Spatium esse id quod corpora continet.

Vacuum quo actu corpore priuatũ non nouit Plato.

Spatium æquale est corpori quod in ipso est.

SECTIO TERTIA,

de Tempore. CAP. X.

Consequens autem est ad ea, quæ dicta sunt, aggredi de tempore. Tex. 78.



Voniam de motu maxime attinet ad Naturalem differere, quandoquidem natura sit motus initium, & si quidem quæ natura sunt, ab his quę natura non sunt per eam distincta sint. Si autem omnis motus est in tempore, & nonnulli ipsum putarunt esse tempus, nonnulli vero tempus quandam eius mensuram, patet etiam necessarium esse sermonem de motu Ipsi Naturali. Etenim perspicuum est cunctis atq; in ore omnium tempus, quanquam eius notitia & quomodo subsistat multos latuerit, & cuncta naturalia comitatur, vt motus. Igitur his omnibus sermo de tempore est dignus vt studiose tractetur à Naturali. Et, cum dixerit de motu in ipso tertio lib. & huic sermonẽ de infinito adiecerit, quia motus est continuus & continuum diuidi potest in infinitum, & est vel finitus, vel infinitus, deinceps quia omnis motus in loco, & tempore fit & cognatior est & notior locus quam tempus, proinde cum dixerit de loco & huic subiunxit illico vacuum, propterea, ꝙ nonnulli dixerunt vacuum esse locum corpore priuatũ: merito restat proxime aggredi tempus. Sed quoddam mirabile tempus patitur, vnum commune cum alijs, alterum proprium sibi. Vt.n. color & motus palam sunt, tamen eorum substantiæ ratio difficilis est comprehensione, sic etiam tempus existere non modo sapientibus, sed etiam omnibus perspicuum est. Nam illud magis iuuenescere, & senescere dicimus, & heri, hodie, cras, olim, superiori anno, in proximum annum: dies item noctes menses & annos, quis homo ignorare videbitur. Sed interrogatus quid sit tẽpus, vix sapientissimus responderet, & hoc quidem habet cõmune cum alijs. Proprium vero est, quia illud existere non comprehenditur sensu, & si habeat aliquas occasiones ex sensu. Non.n. sentitur, an senius, an magis iuuenescat, neq; hodie, heri sentiuntur, tamen omnibus videtur esse clarius. Sed adeo visa fuit quęstio de substantia eius dubia, vt quidam eius obscuritate perterriti, etiam tempus esse, quanquam esse manifestum sit, vndiq; ignorarint. Sed absurdum est ignoratione substantiæ vna tollere ipsum prorsus è medio. Plura.n. eorum, quæ sunt, non solum quæ sint, sed etiam an sint ignoramus, & tamen inter ea, quæ sunt, collocantur.

Cõm. 96.

Tempus esse fatentur o̅cs.

Tempus quid sit, ignorant ẽt sapientes.

Tempus, cum sensu nequeat apprehẽdi, est omnibus apertius.

Primum autem bene se habet, dubitare de ipso & per exteras rationes, vtrum sit ex his, quæ sunt, an ex his, quæ non sunt, deinde quæ sit natura ipsius.

Vt de alijs, sic etiam de tẽpore primum quærit, an tempus sit, nec ne, & primum constituit rationes, quę illud destruunt ex exteris. Sunt autem rationes exteræ cões, & terminatæ per probabilia, sed non demonstratiuæ, neq; auscultatoriæ, videlicet ad prębendam disciplinam. Post vero hanc considerationem inquit, deinceps considerãdum esse quæ sit temporis natura. Nam post hanc quæstionem si est, succedit quæstio quid est. Sed notandum, inquit Alexander, ꝙ Aristoteles ostensurus vacuum non esse, initio sermonis dixit, declarandum esse quid significet nomen, sed de tempore, ꝙ est pro confesso acceptum, quæ sit eius natura inquirit. Significant etiam quædam nomina ipsa, quæ non sunt, vt tragelaphus, at nonnulla sunt, quę habent propriam

Cõm. 97.

Exteræ rõnes quæ sint.

Quid temporis nomen significet cur omiserit Aristoteles.

propriam naturam & sunt omnino, Sed hæc quomodo dicta sint, considerandum est. Etenim in hac disputatione de tempore sumpsit exordium ab hac quæstione, An sit, & non ab ea, Quid sit. Deinde etiam in his, quæ pro confesso sunt, quando apertiora fuerint nomina, quid nomen significet præcedit ipsum, An sit. & hunc ordinem quæstionum in libro de demonstratione explicauimus. Sed quoniam vacui nomen etiam multipliciter dicebatur, & habebat intelligẽtiam confusam indistinctamq́;, sed temporis nomen omnibus manifestum est, & si natura temporis non sit comprehensibilis, merito de vacuo quid significat nomen prius sumpsit, & de tempore hanc quæstionem proposuit, An sit. Proinde potius dicendum est, quod Quid nomen significet cum in his, quæ sunt, tum etiam in his, quæ non sunt quærere oportet, fuerit occultum id, quod dicitur, vt etiam illud an sit vel non de ambobus quæritur: sed quid sit, & quale, & cur, in solis, quæ sunt, requiruntur: sed in his, quæ non sunt, si fuerit manifestum nomen, vt tragelaphus, & illud non extiterit, non est opus quærere quid nomen significet.

Quæstio quid nomen significet quando, cum præponenda sit.

Tex. 88. *Quod igitur omnino non sit, aut vix & obscure, ex hisce aliquis suspicabitur. Aliud.n. ipsius fuit, & non est, aliud vero futurum est, & nondum est. Ex his autem, & infinitum, & quod semper accipitur tempus, componitur. Quod autem ex his, quæ non sunt, componitur, fieri non posse videtur vt*

Tex. 89. *participet aliquando substantiam. Ad hæc autem, omnis rei partibilis si quidem sit necesse est quando est, aut quasdam, aut omnes partes esse: temporis autem alia fuerunt, aliæ vero futuræ sunt, nihil autem est, cum sit diuisibile. Ipsum autem Nunc, non est pars. Nam & mensurat pars, & componi oportet totum ex partibus. tempus autem non videtur componi ex ipsis Nunc.*

Cõm. 98. Tria ponit argumenta, quæ ostendunt non esse tempus. Quorum primum est tale, Tempus ex præterito & futuro componitur, quorum illud quidẽ præterijt, hoc vero nondum est: At illud quod ex his, quæ non sunt, componitur, non est. Ergo tempus non est. Etenim, si infinitum & semper acceptum dixeris, ex his est. Secundum argumentum eget huiusmodi dignitate & pronunciato prius, Omne, quod diuidi potest, si ipsum fuerit, necesse est, vt quasdam partes habeat, vel omnes, è quibus componitur, quæ existant. Omnes quidem, vt linea, & superficies, & corpus, aliquas vero, vt ea, quæ sunt dum fiunt, vt in certamine & motu, Cum ergo tempus, cum sit continuum, in partes diuidi possit: igitur necesse est vt vel omnes, vel quædam partes sint: sed nulla est tẽporis pars, siquidem partes temporis sint præteritum, & futurum, quorum neutrum est: quippe præteritum abijt, futurum nondum est, igitur neq; tempus erit. Sed differt hoc argumentũ à priore, quatenus illud est categoricum, hoc autem hypotheticum. & illud est s'm compositionem ex partibus. hoc vero secundum diuisionem in partes: ideo & illud velut compositum accipit tempus, hoc vero velut diuisile. Sed commune ipsis est, quia si non fuerint partes totum non erit. Sed q̃m non solum temporis partes videntur esse præteritum & futurum, sed etiam præsens quod est nunc, & hoc subsistit, & ita priores syllogismi non sunt veri, merito tertium argumentum adducit, quo ostendit nunc non esse tẽporis partem, & duos syllogismos in secũda figura huiusmodi breuiter concludit. quorum primus est, Pars totum metitur: Sed nunc non metitur totum tempus: Ergo nunc non est pars temporis: Equidem proprium est partiũ quanti hoc, videlicet vt totum mensurent. Rursus. Pars componit totum: Sed nunc non componit, quia tempus non cõstat ex ipsis nunc, vt neq; linea, punctis, neq; generatim diuisibile constat indiuisibilibus. Verum Alexander, cum scribat mensuratur passiue nam quia pars mensuratur magis fœminine & debiliter exponit dicens, quia dimensionem habet. Nam, quia totum est in extensione & continuatione, etiam partes sunt in distantia & dimẽsione, sed Nunc non est mensurabile, quia neq; est extensibile. Sed non est accipiendum, ipsum {mensuratur} passiue, sed velut verbum est accipiendum hoc μέτρει, & velut coniuncto, hoc τι. Pars.n. in quanto dicitur mensurare totum, sed ipsa non mensuratur. Verum Alexander nouit etiam hanc scripturam. {Non videtur autem,} Dixit, componi tempus ex ipsis Nunc, quia nondum hoc est demonstratum, demonstrabitur autem hoc in his, quæ sequuntur. Verum, quia ipsum Nunc est aliquid temporis, quod subsistit, non tamen est eius pars, ob id initio contextus dixit de tempore. { Quod igitur omnino non sit, aut vix, & obscure, } est igitur tempus secundum ipsum nunc, quod quidem neq; tempus est, siquidem tempus sit diuisile: neque pars temporis, siquidem non mensurat totum. Dixit autem hoc {Aut vix & obscure,} & quia fuit aliquid eius, & aliud futurum est, & id quod præterijt nullo modo est, & quod futurum est vel nullo pacto est, vel nondum perfecte, quia esse non potest quod fuit, & id quod futurum est nondum subsistit.

Tempus non esse probatur ex his, quæ nõ sunt.

Tempus non esse probatur q. nullæ illius partes sunt. Diuisibilis in partes, si sit, necesse est omnes eius partes esse, vel aliquas.

Nũc non est tẽporis pars.

Tex. 90. *Amplius autem, & ipsum nunc, quod videtur distinguere præteritum, & futurum, vtrum vnum & idem semper permaneat, an aliud sit, & aliud, non facile est videre. Si.n. semper aliud & aliud est: nulla autem est earum, quæ sunt in tempore alia & alia pars: simulque si non sit continet, & quòd contineatur, vt minus tempus sub maiore: ipsum autem Nunc, quod non est, prius autem fuit, necesse corruptum fuerit aliquando, & ipsa nunc simul quidem inter se non erunt. corruptum autem fuerit necesse est semper prius. In seipso igitur corruptum esse, impossibile est ex eo quia tunc est, in alio autem Nunc, interijsse prius Nunc, non contingit. Sit.n. impossibile, contigua esse adinuicem ipsa Nunc, vt punctum cum puncto. Si igitur in eo, quod est consequenter, non corruptum est, sed in alio: in medijs Nunc, quæ sunt infinita, simul erit. hoc autem impossibile est.*

Cõm. 99. Superius, cum accepisset Nunc, ac si esset, demonstrauit quod non est pars tẽporis, nunc vero tertio argumento nititur ostendere, quod neq; ipsum, Nunc, videtur determinare præteritum, nec quicquam est futuri. Necesse enim, si est nunc, vel ipsum esse, vel aliud & aliud, quod quidem idem est cum hoc, non idem. Si ergo neq; idem est, neq; aliud & aliud, patet q neque est. Primum igitur ostendit, q non est aliud & aliud hoc modo. Si aliud atq; aliud est Nunc, quod prius fuit, oportet corruptum esse: Sed Nunc corrumpi interireue non potest: Ergo non erit aliud, atq; aliud Nunc. Et ostendit connexum, quia prius & posterius nunc simul esse nequeunt, non.n. possunt esse duo tẽpora simul, nisi vnum sit maius, & alterum minus, & alterum contineat, alterum vero contineatur. vt annus se habet ad mensem, qui est in eo, & mensis ad diem, qui est in mense. Quod.n. dies est dicitur mensis esse, & sic simul esse videntur. Sed vnum Nunc non potest alterum continere, nec vnum esse pars, & alterum totum, & neutrum altero longius. Neq;.n. sunt quanta, sed quantorum principia, equidem plus & maius est in quantis. Quare simul esse nequeunt, sed necesse est siquidem aliud & aliud est prius corruptum esse. Quod.n. prius est & posterius non est, id nempe interijt. Deinde assumptionem probat dicentem, quod nunc interire non potest & eandem probat ex

Nunc nihil esse probatur.

bat ex diuisione. Si.n.corrumpitur, quia quod interit in tempore deficit, vel ergo ipsum nunc in seipso, vel in alio deficit. Sed in seipso nequit, quia tum est. Si ergo in alio: quia ipsa nunc non sunt continua (quia tempus non componitur ipsis nunc, quod in præsentia petit, sed postea demonstrabit) ergo interit in alio nunc: patet quod in ipso intermedio, & ipso, in quo corruptum erat: sed inter ipsa Nunc, intermedium est tempus, velut inter puncta, linea cadit. Si ergo in medio tempore deficit, & in ipso intermedio sunt infinita nunc, siquidem omne tempus est diuisile in infinitū, vt ostendetur & diuiditur secūdum ipsa nunc, erunt ergo simul nunc ipsum, cum illis infinitis, quæ sunt in ipso intermedio tempore. Sed neq; in ipso intermedio tempore interit nūc: sin vero, opus erit, vt in vnaquaq; parte ipsius aliqua pars ipsius nūc corrumpatur: sed ipsum est indiuisibile. quare neq; in ipso nunc, neq; in ipso intermedio tempore interit, ipsum nūc. Item si in aliquo tempore corrumpitur ipsum nunc, quod sit aliud quam ipsum, vel etiam ipsum nunc est, & si fient duo simul nunc, corruptū, & id, in quo interit: vel tempus siue præteritum siue futurum. Sed, si tēpus præteritum fuerit, in quo corrumpitur, antequam esset, interiret, si vero futurū, nondum corrumperetur nunc, sed semper corrumpendum esset, quia illud, in quo corrumpitur, futurum est. Et vniuerse tempus accedens & futurum est, si vero interiret ipsum nunc coextenderetur ipsum indiuisile ipsi diuisili. Si ergo neq; est prius nūc, quia nequeunt duo simul esse, neq; corruptum est, patet, quod neq; prius erat: si vero neq; erat, neq; est prius nunc, patet quod aliud & aliud esse nunc non potest.

Tex. 91. *At vero neq; semper idem permanere possibile est. Nullius.n.diuisibilis finiti, vnus terminus est. neque si ad vnum fuerit continuum neq; si ad plura. Ipsum autem Nunc, ter-*
Tex. 92. *minus est: & tempus est accipere finitum. Amplius, si simul esse secundum tempus, & neq; prius neq; posterius, est in eodem esse, & ipso hoc nunc sit: & si quæ prius, aut posterius fuerunt in ipso nunc sunt, simul erunt quæ ante decies millenos facta fuerunt annos cum his, quæ facta sunt hodie, & neq; prius, neq; posterius vllum aliud alio. De his igitur, quę insunt ipsi, tot sint dubitata.*

Cōm. 100.

Idem Nunc numero permanere est impossibile.

Continui temporis finiti nō est unus finis.

Cum ostenderit, quod nequit esse aliud, atq; aliud nunc, deinceps ostendit duobus argumentis, quod neq; semper idē numero permanere potest. Quia, si nullius finiti continui est vnus terminus, siue fuerit continuum secundum vnam dimensionem, vt linea, siue secūdum duas, vt superficies, siue secundum tres, vt corpus: sed linea clauditur duobus punctis: & superficies totidem terminis, quot sunt lineæ continentes, & corpus solidum totidem quot continent superficies: patet, quod nunc non erit vnum & idem, cum sit terminus temporis finiti. Sed primum: Ergo secundum.

Circuli & sphæra unum finem et terminum esse uidentur.

Quodcunq;.n.acceperimus tempus, etsi minimum finitum, aliud habebit in principio nūc, & aliud in fine. Ex vtraq;.n.parte ex ipsis nunc terminatur. Quare nō vnum & semper permanet nunc, sed finitum sumēdum est tempus, tanquam continuum in rectum, quale est tēpus. Nam talia non habent vnum terminum. licet in sphæra & circulo vnus terminus esse videatur. Nam ab vna superficie & vna linea continentur. Secundo quoq; modo ostendit, quod non idem nunc semper permanet. Si.n.idem nunc semper est, cuncta in eodem nunc erunt, & neq; prius, neq; posterius. Sed quæ sic se habent, simul sunt. Ergo ea, quæ olim gesta sunt, cum his, quę modo fiunt, simul erunt, & sic antiquissima & vetustissima simul erunt cum his, quæ nuper fiunt & sunt. Nam in eodē nunc sunt ambo. Sed hoc quid absurdius erit ipsius diluuij esse, vel fuisse, quia erūt æqualis ætatis, quę dudum & nuper facta sunt, siquidem sint illa æqualia ætate, quæ in eodem nūnc existunt. Sed valde caute dixit, quod prius & posterius in hoc nūc fiant. Nam fuerunt in eodem nunc, sed non sunt. hoc.n. in tempore esset. Si ergo necesse est, vt si nunc sit, vel idem esse, vel aliud & aliud: sed nec idem, neq; aliud atq; aliud: patet ergo, quod nunc non est è numero eorum, quæ sunt. Cum ergo hæc concludat, subiungit, quod de his, quæ tempori insunt, ostensum est non esse tempus. Vnde vniuersæ, si necesse est vt sit, cum sit tempus continuum, & nunc neque præterito contiguum est, neque futuro, quia neutrum subsistit, patet, quòd neq; erit continuum.

Quid autem est tempus, & quæ sit ipsius natura, similiter & ex traditis immanifestum est, & ex his, quæ differuimus Tex. 93.
prius. Nam quidam vniuersi esse motum dicunt. Alij sphęram ipsam. Atqui circumuectionis etiam pars tempus quoddam est: Circumuectio vero non. pars.n.est circumuectionis est, quod acceptum est, sed non circumuectio. Amplius autem, si plures essent cœli similiter esset tempus equilibet ipsorum motus. Quare multa tempora simul. Vniuersi autem Tex. 94.
sphæra visa est quidem, dicentibus esse tempus, quòd & in tempore omnia sunt, & in ipsa vniuersi sphæra. Est autem stultius quod dictum est, quam, vt de eo impossibilia consideremus.

Cum ostenderit ex dictis argumentis acute adductis, incertum esse an tempus sit, siquidem sic sunt probabiles rationes, quæ illud probant non esse, deinceps inquit, & quid sit tempus, & quæ eius natura sit, si quispiam ex assignatis considerare periclitabitur, eodem modo incertum esse inueniet, quemadmodum & hoc, si est, in rationibus videbatur incertum, quas prius explicauimus. Incertum igitur est & ipsum quid sit, siquidē non nulli vniuersi motum & orbiculationem tempus esse dicant, velut Platonem dixisse aliqñ Eudemus & Theophrastus, atq; Alex. putant: & nonnulli asseruerint esse sphæram cœli, velut tradūt Pythagoreos dixisse, qui forte cum didicissent, audissentq; ab Archyta dicente vniuersum tempus esse quoddam interuallum vniuersæ naturæ: vel vt quidā dixerunt Stoicorum: & alij tēpus motum simpliciter affirmarint. Narrat.n.tres opiniones de tempore, fabulosiores & magis commentitias prætermittens, in quibus ex diuisione sumptis omnes complexus est. Aut.n.tempus est motus, aut id, quod mouetur primo, quod est vniuersi sphæra. Et si motus, vel omnis motus, vel motus vniuersi. nā stationem, vel quicquam stationis, non suscipit temporis intelligentia. Quarum opinionum breuiter ei prius contradicit, quæ tempus asserit esse cęli circumuectionem: sed contradicit, ei pluribus, quæ dicit tempus idem esse quod motus. Sed illā, quæ dicit tempus esse cœli sphæram, velut admodum à verisimilitudine alienam, censuit Arist. non esse dignam contradictionē. Nam ob id videbantur cœlum dicere tempus, quia cuncta sunt in cœlo, & cuncta in tempore. & patet, quod sic dicentes primum ignorarunt multiplicem fuisse vocem huius, in aliquo, quam ipse in sermonibus de loco pulchre determinauit. Nam aliud est aliquid esse velut in tēpore, & aliud velut in loco, aut in toto. Deinde ignorabant complexus syllogismos, proinde Arist. etiam vocauit opinionem stultiorem, quia in secunda figura ex duabus affirmatiuis ratiocinantur, hoc modo, & concludunt. Cęlum est in quo cuncta sunt: Sed tempus est in quo cuncta: Itaq; tempus cœlum est. Potest forte etiam in prima figura hoc concludi, & hoc modo. Cœlum est in quo omnia: Sed in quo omnia est tempus. Deinde temporis partes sunt præteritū & futurum: Sed sphæræ aliæ sunt partes,

Cōm. 101.

Tempus esse motū & uniuersi orbiculationem nonnulli crediderunt Platonem dicere.

Tempus spatium esse naturæ uniuersi dicebat Architas.

Tempus non esse sphæram.

partes. Item tépus est dum fit: Sed sphæra non sic se habet: Præterea sphærę partes non vbiq; sunt: Sed tempus vbiq; Etenim in eadem sphæra sunt iuniores & seniores, sed in tempore non sunt.

Rursus sphæra est quædam substantia corporea:

Sed tempus non est substantia:

Verum hanc velut stultiorem opinionem Arist. dicit, neq; censuit dignam esse aliqua ratione contra eam. Ad aliam porrò occurrit, quæ dicit, tempus esse vniuersi motum, & circumuectionem.

Quædam pars circumuectionis & completæ reuolutionis, velut dies, tempus secundum ipsos est:

Tempus non est motus uniuersi.

At pars circũuectionis non est circũuectio, neq; reuolutio. Tempus ergo non est vniuersi circumuectio. Si.n. aliquod tempus est pars circumuectionis & reuolutionis, igitur non omne tempus est reuolutio. Quod vero pars circumuectionis non sit circumuectio, quáuis tempus sit, indicauit dicendo, {Pars.n. circumuectionis est non circumuectio.} Nam circumuectio est motus ab eodem in idem, & tũ dicitur uniuersum circumuolui, quando unaquæq; pars ipsius ab eodem in idem recidit, sed tempus dictum uelut dies & nox est pars circumuectionis & nõ ipsa circũuectio. Quòd si utrunq; acceperis, dię & noctę, erit plus temporis quã sit circumuectio ob Solis motum, cui semper aliquid additur. Deinde & aliud ponit contra hoc argumentum.

Si enim plures essent cęli, idest mundi, vt statuunt Democritici, unaquæq; circumuectio eorum tempus esset, et sic multa tempora simul essent. quod quidem fieri nequit, Nã simul motus plures esse queunt, sed nõ possunt esse plura tẽpora. Nam idem nunc ubiq; est. Sed Eudemus etiã alias argumẽtationes ponit, quas audire possumus ex uerbis eius, quæ ita dicunt. Adhuc motus uniuersi patet, quòd sit in eodẽ, uelut Diari ambulatio est in ipso. igitur etiam cœli perfecta erit in ipso cœlo. sed hoc absurdũ, quia non est tẽpus in cœlo, sed magis cœlũ est in tẽpore. Itẽ absurdius multo sequitur, quòd nõ esset tempus alibi, quòd cœlum est in seipso & in nullo alio, igitur tempus non erit in terra, neq; in mari. Quòd si tempus non est dicendum, ut sit totus ambitus, sed æque quáuis partẽ eius, & unaquæq; pars est alia à cœlo, similiter quoq; & cœlum à partibus: motus diuersi ab vniuerso motu, & ab vnaquaq; parte. Si ergo motus, inquit, diuersi sunt, & tẽpus nõ est aliud, immo idẽ, igitur non erunt motus ipsum tẽpus: Quare neq; motus uniuersi, neq; partium motus est tps. Deinde procedendo etiã hæc dicit. Qui aiunt motũ Solis tẽpus, quomodo dicent de alijs stellis, non sunt enim omniũ ijdẽ motus. Si ergo sunt omnes tempora, cũ sint alij: hoc etiã est absurdũ. Et erunt plura tẽpora simul. Quòd si lationes reliquorũ non sunt tempora, dicenda est differentia, cur Solis latio sit tempus, & non illa Lunæ, neq; illa aliarũ. Hoc autẽ uidetur non facile. Sed Iamblicus octauo suorum cõmentariorum in Timeo, hæc contra opinionem induxit.

Eudemus quomodo probet tempus nõ esse motũ uniuersi.

Iamblicus quomodo probet tempus nõ esse motũ uniuersi.

Omnis est in tempore. Plures motus simul sunt. Et partes temporis aliæ atque aliæ. Motus circa aliquod manẽs fertur. Sed tempus nõ eget quiete. Equidẽ motus motui uel quies aduersatur, & vnus genere, uni genere, & vnus specie, vni specie: Sed nihil tẽpori contrariũ est. Verũ Alexãder cõtendens ostendere opinionẽ Platonis esse eã, quæ dicit tempus esse cœli lationẽ, primo testem adducit Eudemum dicentẽ, Secutus est Plato hæc uerba, & quã absurdissime. Inquit enim, Antequã cœlum factũ esset, motus erat inordinatus. Sed nõ similiter contingit, siquidem omnis motus esset in tẽpore. Deinde nõ admittit dicentes, æque Platonẽ, ut Aristotelẽ, definiuisse tẽpus esse numerum motus, cũ Plato protulerit esse tempus simulachrũ, aut imaginẽ æternã labentẽ in numero. Itẽ neq; dixit Plato numerũ motus esse tẽpus, sed secundũ numerũ motus, idest secundũ ordinẽ. Hæc Alexander. Vnde opus est mihi nonnulla demonstrare. & primo, unde Eudemus suspicatus est Platonẽ dicere tempus, ambitum cœli. Deinde, quòd non accidit hoc absurdũ Platoni, ut Alexander ratione deduxit, quod tempus esset ante tempus. Si enim omnis motus, inquit, est in tẽpore, patet etiã illum inordinatum mendosum, aut errantẽ in tempore esse. Si ergo talis motus erat priusquã cœlũ factum esset, itaq; & tempus erat ante uniuersi circumuectionem. si ergo ea est tẽpus: ergo tempus ante tempus. Sed ad hæc respondendum est: Nam illud, uidelicet, quomodo Plato dixerit tempus esse imaginẽ æternã secundũ numerũ fluentem, tũ discemus, quando audiemus Aristotelẽ dicentem, tempus esse numerũ motus. Sed Platonẽ dixisse tempus esse circumuectionem cœli suspicatus est Eudemus ex his scriptis in Timæo. {Nox ergo & dies ob hæc facta sunt, unius circuitus reuolutio. Mensis uero, posteaquã Luna suo lustrato circulo Solem apprehendit. Annus autẽ, quando Sol suũ cyclum compleuerit. Cæterorũ autẽ syderum circuitus, cum non intellexerint homines, præter admodum pauci, neq; nominant, neq; numeris inter se distinctis considerantes commetiuntur. Quare, vt ita dixerim, nesciunt idipsum tempus esse peruagationes horum.} Vnde ex his uidetur dicere vnumquemq; ambitum, & circuitũ eorum esse tempus, & vniuersi vnum esse totum tempus. Inquit enim {Vt perfectus numerus temporis perfectum impletum annum, quando omnes ambitus & circuitus confectis suis cursibus æque mensuratis ab eo, qui eodem voluitur modo, ad idem caput redierint.} Quod vero Plato non asserat motum cęlestium esse tempus, sed mensuram motus, planum existimo etiam ex his cõscriptis esse. {Hæc.n. verba, quibus tradit eos, qui circuitus numeris non cõmensurare noscunt, idcirco ignorare tempus esse horum peruagationes} plane indicant, quod temporis substantia consistit in numero motuum. Sed adhuc apertius intelligere possumus, quia Plato inquit, non idem esse tempus & motum, si iã inuenerimus iam vniuerso motu secundum rationem, quia participat anima, tempus velut mensuram motus illum existimasse. Sic porrò dicit in Timæo postq̃ absoluit tractationẽ de anima mundi. {Cum porrò hoc pulchrum simulachrum sempiternorum deorum factum, quod genuit pater, moueri & viuere intellexit, admodum letatus est, & cum oblectaretur simile illi aliud fabricandum esse censuit. Itaque, quemadmodũ illud sempiternum animal est, ita hoc vniuersum pro viribus tale facere aggressus est. erat igitur animalis natura sempiterna, quod genito omnino congruere non potest, sed imaginem quandam æui mobilem effingere decreuit: & simul ac cęlum ornaret fecit manentis æternitatis vnius æternam, quandam in numero labentẽ imaginem, quam nos tempus appellamus.} Ergo ordinem omnium subsistentium simul, quæ ab opifice cõdita sunt, sermo indicet, perspicuum est. Si.n. simul cum cœlo genitum est tempus, vt paulopost indicat his dictis. {Tempus vero vna cum cęlo factum est,} patet neutrum esse neutro prius. Sed quõ aliquid tẽporis prius fuit, quam tempus. Quod si motui vniuerso tẽpus induxit, patet quod non idem tempus & motus sunt secundum eius sententiam, sed aliquomodo tempus est perfectiuum motus. Et quando Plato illud, quod mouetur inordinate & temere, dixit precedere mundi ortum, vbi dicit. {Nam, cum Deus velit omnia

Platonis sententiã de tempore conuenire cum Aristo. ostenditur.

Tempus uno mero procedit aeui imago ex sententia Platonis.

Prouidentia quomodo omnia in ordinem redegit.

fit omnia bona, & nihil quo ad posse fore malum sumpsit quodcunque sub aspectum caderet non quietum, sed temere atque inordinate agitatum, idque ex inordinatione redegit in ordinem, cum censeret illud hoc esse præstantius.) Ex his ergo non hoc patefecit, quod quidem plane videtur dicere, videlicet fuisse prius ante tempus quoddam sensile inordinatum, & postea opifex velut è somno quodam excitatus ordinauerit hoc. Si enim ob bonitatem illud còdidit. Et bonitas eius semper perfecta est, atque operans, & quia sint omnia bona, semper bonus est, patet quod prouidentia opificis vna subsistit cum mundo & ordine, siquidem statuit illud temere & inordinatum proficisci ab actione dei, & ratione cogitationeque; statuit motum illum temerarium, atque mendosum prius ortum fuisse, ac cœlum. Et si omnis motus sit in tempore, patet etiam, quod illud tempus incompositum, atque inordinatum, velut quędam vmbratilis descriptio est illius temporis perfecti secundum positionem rationis & cogitationis. Sed hæc mum plura quàm oporteat dicta sunt: At prosequamur cætera.

Tex. 95. *Quoniam autem videtur maxime motus esse ac mutatio quędam, tempus, hoc considerandum erit. Vniuscuiusque igitur mutatio, & motus in eo, quod transmutatur est solum aut vbi fuerit ipsum quod mouetur & transmutatur. Tempus autem similiter, & vbique, & apud omnia est.*

Com. 102. Tempus non est motus. Cum duas opiniones posuisset de tempore, aliam dicentem tempus esse vniuersi circumuectionem, & aliam, quæ asserit esse sphæram vniuersi: & priorem confutarit, & stultiorem quàm censuerit, neque dignam còtradictione, nunc tertiam proponit, quæ ex tribus verisimilior videtur, dicentem, tempus motum esse & mutationem quandam. Et patet aliam esse positionem hanc ab illa, quæ dicit, tempus esse vniuersi circumuectionem. Et nò necessario nùc Alexand. induxit, ideo & Plato & alij quidam motum ipsum esse dixerunt. Plato. n. si quidem ita sit, videtur tempus dixisse esse vniuersi ambitum. Sic. n. ipsum hactenus Alexand. explicauit. Sed videtur eadem aliquomodo intelligentia esse temporis & motus. Nam tempus indicat quendam fluxum & successionem, & dum fit, estque quod quidem peculiare motui est, & quoddam accidens & continuum, & similiter diuidi potest in infinitum. Quòd vero nò sit idem motus & tempus, prius sumendo omnem motum, mutationemque in illo, quod mutatur, solum esse, vel in loco, ad quem peruenire & mutari contingit id, quod mouet, ostēdit. Ob id Alexand. inquit, hæc adiecit, quia in aliis mutationibus illud, per quod mouetur, & mutatio fit, in ipso motu est. Quod enim alteratur secundum existentē in ipso qualitatem mutatur: & quod augetur per eam, quæ est in ipso quantitatem: & quod fit, per eam quę est in ipso substantiam. Sed locus, secundum quem mutatur id, quod ad locum mouetur, non est in eo, quod mouetur: sed vbi est quod mutatur, ibi etiam est motus. Sic quidem Alexand. num forte etiam motus secundum locum in eo, quod mouetur, est sic. Non enim locus, secundum quem mouetur id, quod mouetur, statuit esse tempus, sed motus secundum locum. & cum motus sic semper in eo, quod mouetur, vt demòstrauimus in libro de motu, non itaque ob id additur hoc in loco, sed etiam alios motus dicimus. Proinde dicimus Socratem Athenas profectum, auctum & caluum fieri. Pulchre ergo Aristoteles dixit, quia omnis mutatio & motus solum est in ipso, quod mutatur, aut vbi fuerit id, quod mouetur. Et quod ita sumptum sit, indicat altera propositio, hęc videlicet assumpta, quæ dicit, quod æque tempus vbique est & apud omnes. Si ergo motus non similis est vbique, sed ibi solum, quo tendit id, quod mouetur, sed neque apud omnes, sed solum in eo, quod mutatur: patet, quod tempus non est motus. Siquidem similiter est vbique & apud omnes. Deductio est in secunda figura. Et opponitur ei, quod est vbique, illud quod est alicubi: & illi, quod est apud omnes, illud, quod solum est in ipso, quod mutatur.

In mutationibus id, secundum quod mutatur est in eo, quod mutatur.

Tex. 96. *Amplius autem mutatio quidem omnis velocior, aut tardior est, tempus autem non est. Tardum enim, & velox tempore definitum est. Velox enim est, quod in pauco multum mouetur: Tardum autem, quod in multo parum: Tempus autem non est definitum tempore, neque quò quantum quid est, neque quò quale. Quòd igitur non sit motus, manifestum est.* Tex. 97. *Nihil autem referat nostra dicere in præsentia, motum, aut mutationem.*

Com. 103. Tempus non esse motum, ex eo patet quod nec velocius, nec tardius dicitur. Rursus idem ostendit per alium syllogismum huiusmodi in secunda figura, Motus est velocior & tardior: Sed tempus non est velocius, nec tardius: Motus ergo non est tempus. Quòd vero tempus non sit velocius & tardius patet ex vsu. Etenim consueuimus dicere tempus multum & paucum, sed velocius, aut tardius non consueuimus. Demonstrat autem hoc etiam per syllogismum hoc modo.

Velox & tardum tempore definiuntur:

Sed tempus non tempore definitum.

Ergo tempus neque est velocius, neque tardius.

Quòd vero velox & tardum tempore definiantur patet. Velox enim dicimus, quod exiguo tēpore multum mouetur: & tardum, quod multo paucum. Sed tempus dici nequit vel in pauco multum fieri, vel in multo paucum. Atqui, quia etiam tempus non sit definitum tēpore, rursus patet ex eo, quod tempus nec secundum quantum à seipso tēpore definitur. Multum. n. tempus multum est, non quia sit in multo tempore, & paucum, non quia sit in pauco. Hoc enim est motus proprium. Multum. n. dicimus motum, quia multum temporis sibi poscit, & paucum, quia exiguum temporis, sed tempus non sic. Quale autem, tempus non est prorsus, velut velox et tardum. quare neque definiretur ipsius quale à tempore, vt qualitas motus. Nam motum dicimus velociorē, & tardiorem, & hoc quale tempore definitur. Velocior. n. motus est multus in pauco tēpore, & tardior est, qui absoluitur longo circuli spatio. Sic motus quantum definitur tempore, sed quantum temporis minime ipsumet definitur. quamquam. n. diceretur tempus multum, tamen hæc non definiuntur secundum relationem ad tempus, sed secundum relationem ad continuum, & numerum, vt demòstrabitur. Verum Plotinus aliud etiam addit argumentum, quo ostendit motum non esse tempus. Motus. n. inquit, & cessat, & deficit: sed tempus minime. Quod vero non sit idem motus & mutatio quinti libri huius tractationis initio demonstrabit. Ortum. n. atque interitum mutationem esse demonstrabit, sed minime motum. Verum vsus est nùc & vtetur nomine motus & mutationis indifferēter. proinde quia nunc non facit discrimen admonet auditorem, indicans se vsurum his vocabulis indifferenter.

Tempus non esse motum quo probat Plotinus.

CAP. XI.

AT vero neque sine mutatione. Cum enim ipsi nihil mutauerimus secundum cogitationem, aut mutare nescimus, non videtur nobis fuisse tempus. Sicuti neque iis, qui in Sardo fabulose dicuntur dormire apud Heroas, cum fuerint experrecti. Copulant enim primum nunc posteriori nunc, & faciunt vnum, remouentes propter insensibilitatē intermedium. Vt igitur, si non esset alterum nunc, sed vnum & idem, non esset tempus, sic & quando lateat alterum esse, non videtur quod medium est, esse tempus.

tempus. Si igitur, vt non putemus esse tempus, tunc accidit nobis, cum non diffinimus vllam mutationem, sed in vno & indiuisibili videtur anima manere, cum autẽ senserimus ac diffiniuerimus, tũc dicimus factũ fuisse tẽpus, manifestũ est, quòd non est sine motu, ac mutatione tempus. Quod igitur neq; motus, neque sine motu tempus est manifestum est.

Cõm. 104.
Tempus non esse sine motu ostendit.

Cum ostenderit tempus non esse motũ, deinceps ostẽdit neq; sine motu esse, sed omnino eũ motu. Sciẽtis.n.est, eorum, quæ sunt natura vicina, & discrimen & communionem afferre. Quòd vero tempus non existat sine motu, neq; posit tempus sine motu accipi, sic ostendit.

Tempus absq; motu sensu percipi nequit:

Quod sine motu percipi sensu nõ potest, non est accipiẽdum sine motu, quia prorsus cum motu subsistit.

Tempus ergo cum motu subsistit, & sine hoc neq; est, neque potest intelligi. Quod vero sine motu nõ posit sensu percipi, ex eo, qñ nos prorsus non mouemur secundũ mẽtem & intelligentiã, vel nos latet moueri ſm ipsam, idest intelligentes aliquid neq; tẽpus aliquod fieri arbitramur, perinde ac tempus nequeat intelligi sine motus cognitione. Quòd vero ita se habeat perspicuũ nobis est ex somno, quippe qui sopitis nostris æque sensibus: deinde expertis medium temporis curriculum non intelligimus. Patet idem etiam in his consonis intellectionibus contemplationibusq; & actionibus. Cũ.n. illis fixam mentẽ adhibemus adeoq; attenti, nõ putamus lapsum fuisse aliquod medium tempus, quãq̃ longũ sæpe abierit ac præterierit. Non enim quia nos mouemur, sed quia intelligimus motũ vna etiam tempus simul existens cũ motu percipimus. Propterea.n. cũ dixisset. {Cũ.n. ipsi nihil mutauerimus, secundũ intelligentiam, adiecit, quia ſm consecutionẽ intellectualem motus, quæ est immobilis, etiam vnà tempus fit. Etenim ex ipso cõtrario videri potest, qa vbi aliquid tristitiæ & doloris aut miseriæ sustinemus, vel aliquo indigentes quicquam expectamus & appetimus, talem expectationem motionemq; multam existimantes, multum etiam temporis præterire putamus. Proinde dicit quidam in Comœdia, nunquam non erit dies? Sed ego dudũ audiui gallos canentes. Et alter Poeta dicit, Senescunt in dies qui expetunt. Quod vero qui motũ non cogitatione cõsequuntur hi nec tempus participẽt, nos quidem, vt dixi, ex somniis quotidie id possumus cognoscere. Sed Aristot. ex longissimo somno eorũ, qui vt fabulæ narrant, in insula Sardo apud heroas dormierunt, fidem facit. Cũ.n. essent

In Sardo insula dormientes.

nouem filij Herculis, quos ex Thestiæ Thespiensis filiabus habuit, corpora permanẽtia sine putredine & integra habuerunt, quæ videbanẽ dormire, vt forte Arist. & eius interpres Alex. dicunt, & hi filij Herculis erant heroes in Sardo, apud quos gratia dormiendi, vel alicuius alterius vtilitatis erant. Equidem quosdam longissimos somnos dormisse & Symbolicũ, .quod aliud significat ac profertur, quidam profecti ad Sardũ copulãtes nũc ipsius somni initium cũ ipso fine, & vnum facientes, quia nõ percipiebant curriculum motus inter duo nũc, vna etiam cogitationem temporis in ipsum nunc redigere, & sustulere tẽpus, quia nõ perceperunt sensu motũ intermedium. Vt.n. si non esset, inquit, alterum nunc in principio, & alterum in fine, sed vnum & idem non esset tempus, quia nunc nõ est tempus, sed temporis terminus, sic etiam quando latuerit nũc alterum, non videtur esse tempus mediũ inter duo nunc. Veruntamen Eudemus, cum prætereat fidẽ fa-

Dormientibus in antro subterraneo Athenienses quid contigerit.

cere ex his, qui dormierũt in Sardo, fidem facit ex quodã casu, qui Atheniensibus acciderat. Fertur.n. inquit, cũ diuinum sacrificium à populo ageretur quodã conuiuiũ facientes in quadam spelunca subterranea ebrios euasisse, q vnà cum seruis duos dies & totidem noctes dormierunt. Et cũ quidam experrectus esset, vt vidit astra, denuo recubuit & cũ dies illuxisset vt è somno excitati sequenti die adhuc conuiuiũ puellarũ agi cũ vidissent. Sicilicet, vt intelligatur casus, erat, inquam, cõuiuium & festum puellarũ, qđ tertio die agebatur in ipsis festis, quæ vocant apaturia, velut prima die agebantur conuiuium & festa, quæ appellabant dorpia, & secũda die Anarrysis, & 4. die Epil. post ergo secundæ diei sacrificiũ, totum sequentem diem & noctem dormierunt, & quartam deinceps pro tertia velut conuiuium puellarum & illud festũ, quod vocant cureo putabant. Si ergo quando nullam perceperimus mutationem esse, sed in eodem nũc stare, & esse, tum accidit, vt neq; tempus interim effluxisse putemus: quando ergo senserimus motum, & quædam plura nunc definiemus, alterũ velut principium, & aliud velut terminum, & aliud velut prius, & aliud velut posterius, tũc etiam curriculum temporis vnà percipimus, quo patet tempus non fore sine motu & mutatione. Ex his ergo, quæ nũc dicũtur, Gal. admirabilis Octauo libro de arte demonstrãdi putat Aristotel. ob hoc dicere tempus non esse sine motu, quia intelligimus ipsum moueri. Et absurdum contra rationem quoddam adducit, quod etiam simpliciter immobilia necesse esset vt cũ motu essent, si quidem & horũ intellectio nobis cũ motu sit. Nã neq; nos intelligimus intellectione immobili. Scilicet diceret aliquis, qđ neq; sine distantia essent ea, quæ non distant, si nos intelligimus eadem cum distantia agentes multa per phantasiam, sed primũ quidẽ oportebat intelligere, ꝙ Aristot. non vult animatum moueri, sed agere, cũ censuerit solas motiones naturales motus appellandos esse. Non itaq; quòd moti fuimus cogitamus tempus, ideo dicit ipsum nõ esse sine motu, sed quia motio & intelligentia motus, quæ est immobilis, inducit secum temporis intelligentiam. Qđ vero sic dicat, patefacit ex his, quæ dicit: quoniam, & si mutauerimus cogitationem, idest, etsi cogitatione ac intelligentia ageremus circa mutationẽ, & lateret nos mutari, nõ appareret nobis fuisse tẽpus. Et rursus lateret nos, inqt motus, non qa non moueamur, sed qa nullã habeamus intelligentiã, nec animaduersionẽ motus. Vnde, si inquit, simul & tẽpus & motum nos sentire, sed non cũ ipsi moueamur sentire. Quòd si aliquis existimet hæc verba, {Cum ipsi nihil mutamur ſm intelligentiam,} dici loco horum. Non mutamur ſm intelligentiam, & sic non intelligere tempus, quia nos mouemur, & tempus simul consideratur cũ motu, sed qa tempus comitatur motũ, siue moueamur, siue non, idcirco & velut determinans subiunxit hoc, {Aut latet nos mutari.} Proinde quemadmodũ dixi prius & intelligentes & agẽtes simul quod moueamur patet. Vnde non animaduertentes extensionẽ, ac prolixitatẽ motus, neque definientes prius & posterius nunc, nec tẽpus intermediũ percipimus ꝙ vna subsistit cũ motu, quem contraximus. Veruntamẽ cardines & centrũ vniuersi nõ intelligimus, nisi velut ea, quæ moueri nequeũt. Vniuersale.n. est, vt, si alterũ eorũ, quæ simul existũt & habẽt substantiã in habitudine quãdam inter se aliqũo, cognoscitur, necesse est vt vnà intelligatur & alterũ. Qui porrò amicũ intelligit, & amici esse amicum intelligat oportet. Eodẽ modo qui dextrum cõprehendit, etiam læuũ statim cognoscet. Ideo animaduertẽdũ est, qũo Alex. dicit regulã & cognitionem eorũ quorum vnum sine altero non comprehẽditur, fauere ac magis conferre quàm hanc, qua dicit motus esse suapte natura aptus, vt cum tempore consideretur & intelligatur.

Apaturiarum dies, qui Athenis agebantur.

Galenus, qui perperã intellexerit.

Tempus non esse sine motu.

Patet

Motum & tempus simul cogitamus.

Patet etiam motum simul cũ tempore ferri & labi. Nam cum inambulando, aut proficiscẽdo aliquòtantũ tẽporis consumpsisse cognouerimus, totidem etiam stadia nos peragrasse tanto tempore coniecturamus, & Aristoteles in sequentibus dicit, {At vero & cum tempus videtur fuisse aliquod, simul & motus quidam fuisse videtur.}

Tex. 98.

Accipiendum est autem, quoniam quærimus quid sit tẽpus, hinc incipientibus, quidnam ipsius motus sit. Simul.n. motum sentimus, & tempus. Etenim, si fuerint tenebræ, & nihil per corpus patiamur, motus autem quidam in anima fuerit, confestim simul videtur quoddam fuisse tempus. At vero & cum tempus videtur fuisse aliquod simul & motus quidam fuisse videtur. Quare aut motus, aut motus aliquid est tempus. Cum igitur non sit motus, necesse est motus aliquid esse ipsum.

Cōm. 105. Temporis & motus sensũ simul habemus.

Cum conclusisset ex dictis, neq; motũ esse tẽpus, neq; sine motu, proficiscens ad quæstionẽ substantiæ eius, nũc primum ex dictis confirmat nos simul tempus & motum sentire. Nam, etsi tenebræ fuerint, inquit, vt neq; nos corpore moueri, neq; alios percipiamus, cum motus quidam in anima insideat, cum ipsa quicquam intelliget, qđ æquale est huic, Alexander inquit, quia aliquã motus intelligentiam habemus, quod quidem esse patet motus animaduersione, mox simul quoddã videbitur fuisse tẽpus. Sic autẽ Alexander exponit, sciens Aristotelem nolle animũ moueri, sed dixisse motũ in anima ipsam intelligentiã immobilem, quacunq; motus specie. Nisi forte Aristotel. putet intellectiones animi esse distinctas à naturalibus motionibus, & alia specie motus intelligat. Deinceps vero addit sententiam econuerso ab his, quæ prius dixit, quia non solum cum motu simul intelligit tempus, sed etiam motus vnà cũ tempore. Merito igitur quia hęc inter se & mutuo referuntur, quia vel motus est tempus, vel aliquid motus. si ergo ostensum fuerit motũ non esse, relinquet ergo, idẽ esse aliquid motus.

Motũ in anima quo dicat Arist.

Tex. 99.

Quoniam autẽ quod mouetur, mouetur ex quodam in quoddam, & omnis magnitudo continua est, sequitur magnitudinem motus. Quia enim magnitudo continua est, & motus est continuus. Quia vero motus, & tempus, quantus enim motus est, tantum & tempus semper videtur fuisse.

Cōm. 106. Motus est cõtinuus.

Cum ostenderit tempus esse cum motu, deinceps quęrit quid sit motus. Ostendit igitur, ꝙ, cũ cõtinuus sit motus, habet prius & posterius: & hoc est tẽpus, vt discemus. Quod vero motus cõtinuus sit, sic ostẽdit, quia prius demonstrauit magnitudinem, in qua motus est, continuam esse, & quod mouetur ex aliquo ad aliquid mouetur, & quod sic mouetur, in aliqua distãtia magnitudinis mouetur. Cum ergo magnitudo continua sit, & in magnitudine motus collocetur, & motus sit cõtinuus ob magnitudinẽ vt tempus per motum oportet. Quantus.n. motus est, tantum etiam tempus esse, ac præterisse videtur, vt etiam quãta est magnitudo, tantus est motus. Si autem quantitas ipsius motus est cõtinua, vt etiã magnitudo, velut vnius stadij distantia, & quantitas temporis erit continua. Quòd si non erit continua, sed discreta, profecto nõ diceret quod quantum est alterum, tantum etiam alterum est. Nam talia quanta vicissim comparari & conferri nõ possunt. Cũ igitur vnam propositionem omittat dicentem, quod ex aliquo ad aliquid mouetur supra aliquã magnitudinẽ mouetur, videtur quandam magnam obscuritatem ingerere verbis. Et Eudemus Tertio naturalium eandem habere sententiam videtur, quod ob magnitudinem motus est continuus, & ob motum tempus, qui sic scribit.

Motus continuus est ob magnitudinẽ.

Tẽpus continuum est ob motum.

Repetentes rursus dicamus, quod tẽpus est cõtinuum, & ex his, quę diuisilia sunt, videtur esse. igitur & motus & magnitudo. Quod igitur horũ principium, & cui primũ hæc insunt? Num longitudini corporiq; hæc per se videntur inesse. Non.n. quia aliquid horum sic est, neque quia talia ideo diuiduntur & continua sunt, sed motus quia est in longitudine continuus & patibilis esse videt. continuus quidem, quia in cõtinuo est, & diuiduus, quia diuidi potest, velut longitudo. Quæ.n. pars lõgitudinis sumpta fuerit, hæc etiam est motus pars, similiter quoq; & temporis. Vt.n. motũ, sic etiam tempus diuidi putamus. Verũ Lampsacenus Straton motũ tradit esse continuum non solum ex magnitudine, sed etiam per se. quoniã si discessus fuerit, statione quidem intercipiatur & motus est ille fluxus, qui medius est inter illas distantias, non interruptus. Et inquit, qđ motus est quantus, & diuidi potest in ea, quæ semper diuidi possunt. Quod si à præsenti semper habet semper exitum, & successionem, quatenus etiam semper nominatur motus, & secundum hoc non est quantus neq; hoc mirum est. Etenim numerus determinat: sed nõ quantũ est definire. Et magnitudo cogitur & continuat alteri, nõ quatenus est quãta. Nã hæc sunt differentiæ quãti, sed non quantũ. Ideo fit etiam successio, aut prorogatio differentia motus. Sed quomodo dixit. {Quãtus.n. motus est, tantũ & semper tempus videtur fuisse,} siquidem celerem motum dicimus illum, qui multus est in paruo tempore? nam non vtique verum est, Quantum motus, tantũ tempus, siquidem ille multus, hic autem paruus. Nisi quantũ & quantum non solum in quantis solis æqualibus consideratur, sed etiam in proportionibus identitatis. Quanta enim est proportio ipsius d, ad ea, quæ sunt b, tanta est & eorum, quæ sunt e, ad ea, quæ d. Nam dupla est sic etiam, vt motus ad motum & tempus ad tempus, cum sint celeritas, & tarditas eorum differentię. Et Aristot. per æqualitatem quanti non accepit quantum & quantum, sed ob similitudinem continuationis. Quæ enim non sunt similiter continua, neq; comparabilia sunt, vt diximus prius, sed neq; hoc prætermittamus addere quæsitis. Qui magnitudinis, in qua motus est, continuationem ad motũ & tempus proportio transferens & ex hac substantiam temporis inueniens solũ motũ localem accipit. Nam alij motus, velut alteratio, incrementũ, diminutio, ortus, interitus non sunt magnitudinem motus, neq; in magnitudine sunt, quare & tempus non omne, sed solum illuc inuenit ratio, quod simul est cum motu ad locũ. Sed Arist. videtur ex notiore efficere probationem. At Straton elegans ostendit motum per se habere continuationem, forte ad hoc respiciens, vt non solum de motu locali, sed etiam de cæteris alijs concludantur dicta.

Motus ex se continuus est.

Motus & tempus quomodo … quæ differenter considerentur.

Prius autem & posterius in loco primum est, hic quidem positione. Quoniam autem in magnitudine est prius & posterius necesse est & in motu esse prius et posterius cõuenienter proportionaliter ijs, quę sunt ibi. Quinetiam & in tempore est prius & posterius, propterea quod alterum sequitur semper alterũ ipsorum. Est autem prius & posterius ipsorum in motu. Id quidem, quod est, motus est, esse tamen ipsi alterum est, & non est motus. At vero & tempus quoque cognoscimus, cum diffinierimus motum, prius ac posterius diffinientes. atque tunc dicimus fuisse tempus, quando prioris & posterioris in motu, sensum caperimus. Determinamus autem aliud & aliud existimando ipsa, & medium quippiam inter ipsa aliud. Cum enim extrema altera à medio intellexerimus, duoque dixerit anima, ipsa Nunc, hoc quidem prius, illud vero posterius, tunc &

hoc dicimus esse tempus. Quod enim determinatur ab ipsis Nunc, tempus esse videtur, & supponatur. Quando igitur tanquam vnum, ipsum Nunc sentimus, & nõ aut vt prius, & posterius in motu, aut vt idem quidem, non autem prioris & posterioris cuiusdam, non videtur tempus factũ fuisse vllum, quoniam neque motus; cum autem prius & posterius est, tunc dicimus tempus. Hoc enim est tempus, numerus motus secundum prius & posterius. Non ergo motus, tempus est, sed quatenus numerum habet motus. Signum autem est. plus enim & minus discernimus numero; motum autem maiorem, aut minorem, tempore. Numerus itaque quidam tempus est. Quoniam autem numerus est duplex (etenim quod numeratur ac numerabile, numerum dicimus & quo numeramus) tempus autem est quod numeratur, & non quo numeramus. Est autem alterum, quo numeramus, & quod numeratur.

Tex. 101. *Definitio temporis.* *Tex. 102.*

Eorum, quę dicuntur, hæc est intentio. quia, vt motus continuus est, & id à magnitudine habet, quę dicit illa, in qua est motus, sic etiam prius & posterius in magnitudine, quæ secundum positionem motus sunt, prius & posterius motus proficiscuntur, & à priori motus & posteriori, & temporis talia emergunt, vt etiam continuatio. In magnitudine.n. forte prius est id, in quo ponuntur certantes, & posterius illud vltimum stadij. In motu autẽ prior motus est secundum primũ punctum, sed posterior secũdum posterius. At in magnitudine semper prius simul existit cum posteriori. Simul.n. est primum punctum cũ posteriore. Sed in motu intereunte & corrupto priore succedit posterius, non tamen idem sunt prius & posterius cũ motu secundum rationem, vt neq; prius & posterius sunt idem cum magnitudine. quia, si subiecto idem sunt, tamẽ ratione differũt. vt quinque subiecto ligna sunt, sed quòd quinq; sint, ex numero habẽt. Et subiectũ motus est actus mobilis, quã mobile: Sed prius & posterius in motu sunt numerus & ordo in tali. Similiter autem & in magnitudine, in quo est prius & posterius motus, subiectum forte est columnæ: sed prius & posterius est ordo in ipsis. Et hoc est quod inquit, quod cum est quidẽ aliquãdo, est motus} hoc est ipsa substantia & subiectum, sed ei esse, idest ratio, est altera à ratione motus. Sic ergo, cũ separauit prius & posterius in motu, quęrit deinceps, quid illud sit quo prius & posterius differunt à motu, vt in linea, quàm donec intelligemus vnam ipsam & continuam, non percipimus, tamen eius prius & posterius positione, sed quando diuiderimus & definiuerimus illam pũctis, mox aliquid prius positione facimus, & aliquid posterius, & diuersa extrema lineæ mediæ, quæ continetur ab eisdem. Sic autem & in motu non aliter intelligimus prius & posterius qđ est ipso, nisi diuiserimus ipsum, & definiuerimus velut duo, & perceperimus velut aliud & aliud. Quo igitur distinguimus? non certe puncto, quia nõ habet positionem, sed quodam alio modo. Dico.n. priorem motũ, quo moueor forte ambulãdo, & posteriorem, quo mouebor: quare determinatio fit, quòd alterũ præterit, alterum vero futurũ est; præteritum autem & futurum est tempus. Similiter tempus erit, quando distinguemus prius & posterius, quę distinguuntur, quando ipsa nunc in anima erunt separata, quorum vnum est velut initium motus, & alterum velut terminus. Tẽpus enim inter ipsa nũc statim intelligimus, cum sit aliud ab ipsis. Sed sæpe vnum nunc accipientes velut terminum præteriti, & velut principium futuri rursus intelligimus tempus, & prius & posterius eius. Sic enim melius existimo intelligendum esse hoc, {Aut vt idẽ quidem, non autem prioris & posterioris cuiusdam, } quàm Alexander exposuerit dicẽdo idem nũc & vnum verum in priore & posteriore existens, quemadmodum intelligentes ipsum productum aliud & aliud motus fit, quare vbiq; intelligentia aduenit temporis, quia diuiduntur & separãtur inter se prius & posterius motus. Secernitur, inquam, vnum ab alio, quando aliud & aliud sumptum fuerit: idest, quando numeraretur. Numerus.n. non vnius, neque prorsus eiusdem est, sed habẽtis aliud & aliud. Quare numerus motus est tempus, quatenus numerari potest secundum prius & posterius. Et quod sit numerus motus patet, si quidem plus & minus numero iudicatur, sed plus & minus motus tẽpore discerni solent. Plus.n. motus est, quod sibi poscit plus temporis æqualem accipiens velocitatem, & minus, quod minus temporis postulat. quare in tertia figura concluditur, quod tẽpus est quidã numerus. Verum Alexander ex duabus vniuersalibus affirmatiuis in tertia figura sic concludit, cuiusuis rei quod est plus & minus, numero discernit, manifestum est itaque, ꝙ etiam motus, sed omnis motus plus & minus tẽpore discernũtur, & metiuntur: Ergo tempus est quidã numerus. Animaduertendum est ergo, an idem sit subiectum propositionis, quãdo dicimus, cuiusuis rei id, quod est plus & minus, numero iudicãtur, & omnis motus, plus & minus numero iudicãtur & numerantur. Quòd vero necessario & addatur secundum prius & posterius, patet, si quidem numerantur motus & plures simul. Velut de te, verbi gratia, quando auctus fueris, & calidus factus eris, & ex loco ad locum processeris, quia tribus motibus simul moueris, tamen non est talis numerus motuum tempus, sed secundum prius & posterius. Vnde nihil mirum si volueris tempus esse numerum numeratum motus, & in diffinitione non numerabile dixerit, sed numerũ. Dicitur enim & numerus numeratus & mensura mensurata, velut numerus hominum, equorum, & boum, etiã chænix lignea, & chęnix frumenti, ac dolium fictile, & vini dolium. nã chænicem comedimus, & bibimus dolium, non autem lignum vel fictile, verum frumenti, atq; vini. Item neq; numerus numerans conueniret tempori. Nam diuisus est & nõ cõtinuus, sed numerus numeratus potest etiã esse continuus, velut iaculũ, aut hasta, quæ est vndecim cubitorũ. Et ipsum quod numeratur duplex est: aliud ſm quantum, velut dicimus duos motus, vel tres: & aliud secundum ordinem, vt dicimus secundũ priorem & posteriorem motũ. Vult ergo ostendere, quòd numerus motus est tempus & velut numeratus, & velut secũdum ordinem numeratus. Hic.n. est proprius. Numerus.n. communis est & motui. & bobus, & equis. Quãdo ergo dixit, {Quod.n. determinatur ab ipsis nunc, tempus esse videtur, & supponatur, } indicat, quomodo tempus est numerus motus quia velut numeratus & determinatus, sed non velut numerans. Est enim numeratũ in motu, & sic determinatur velut aliud, atq; aliud, & ita erat prius & posterius in motu, & non motus; siquidem aliud atq; aliud ostensum sit motus prius & posterius. Numeris enim prioris, & posterioris motus hic tempus est, & non numerus ipsius motus. Motuum enim numerus, vt diximus, siue plura sint, quæ moueantur, siue vnum, vt ego, qui ambulo, calefio, & augeor: fuerit ipsæ partes motus. numerus autem hic non est tempus, sed enumeratio cuiuscunque horum prioris & posterioris, secundum prius & posterius, hoc tempus est, & non eorum, quæ sunt in magnitudine, quia permanent simul cum illa. Sed temporis prius, & posterius non permanet simul cum tempore, sed quoniam à tempore mensurari videmur, quippe qui tot annos

Com. 107. *Motus, & illius prius quã quam subiecto eadem sint ratione tamen differunt.* *Motus quonam pacto diuidatur.* *Motus simul plures numerari contingit.* *Numerus est duplex, numerus numeratus, & numerus numerans.* *Quod numeratur duplex est per quantum, et per ordinem.*

nos vixisse dicere solemus, & festum esse tot dierum spatio, ob id nonnulli mutat verba, vt inquit Aspasius sic, Sed tempus non est numeratū, sed quo numeramus, {Sed patet, qđ etiam tempus mensuratur ab ipso numero confecto ex vnitate. Nam dicimus quot tempora præterierūt. Sed forte nil prohibet tēpus esse numerabile, & numerare. Et Aspasius sic verba deinceps exponit. Est autē aliud nō quo numeramus, sed numeratus. Et inquit, quod si acceperimus numerum ex vnitatibus collectū, esse propne numerum, quo numeramus, dicendū est, quod nō erit velut alter ille, quo numeramus. Sæpe.n. vnitatē accipimus, & vnitas ab vnitate non differt genere, nec specie, nec numero. Quod.n. numero differt, vel forma differt, vt Socrates à Platone, vel ordine, vt punctum à pūcto: vel tanquā nūc ab alio nunc, quia vnum prius & alterū posterius, vel positione, vt sursum & deorsum: vel fm aliam quandam talem intelligentiam, quæ quidem in vnitatibus non sunt. Sed melius, inquit, in præsentia est accipere numerū, quo numeramus: Nisi forte & numerans sit idem vbique plurium. Talis est ergo dictorum intentio. At Alexander recte cuncta penè, cum exponat, quædam iniecit, quæ sunt animaduersione digna. Cum.n. Aristotel. principio propositi contextus dixerit, prius & posterius in loco primū esse, idem est inquit, ac si dixerit, in quantitate quę mouetur. Nam positione, inquit, quod est in loco, ꝙ magnitudo est, habet & prius & posterius. Sed quomodo hoc dictū est? Prius.n.& posterius per positionē in loco sunt, sed non in magnitudine, quæ est in loco. Positiones.n. magnitudinis secundum motum sunt, qui quidem motus à loco trahit prius & posterius secundum positionem: neq; sunt simul priora & posteriora, sed aliud, aliam atq; aliā pertransit magnitudinem, at loci priora & posteriora simul sunt. Sed quō ex priore & posteriore positione, in eo qđ mouetur, velut è capite & pedum prius & posterius motus sumuntur? Nisi forte igitur, quando dixit Aristoteles, ꝙ prius & posterius in magnitudine sunt, non & magnitudine, quæ mouetur, illud dixerit, sed de illa, in qua fit & motus. Sed contra hæc dicta Aristot. quispiā ambigeret. Primum quidem, quomodo tempus collocat in ipso priore & posteriore motus secundum locum, vt indicat illud, quoniam ex habente prius & posterius secūdum positionem in loco, proficiscitur ad prius & posterius motus. Et si tempus non solum consideretur in solo motu locali, sed etiam in omni motu. Secundo, quomodo asserens, quia in magnitudine sunt prius & posterius, necesse esse, vt etiam in motu sint prius & posterius, quæ sunt illi sibi respondētia, vel proportionem cū illis habentia, dixit tempus esse hoc prius & hoc posterius, quę sunt secundum similitudinem eorum, quæ sunt in motu & proficiscūtur ab illis, quę sunt magnitudine, quia talia essent secundū positionem & non secundū tempus, quandoquidem alius motus positione intelligitur in priore magnitudine, & alius in posteriore. Velut prius ipsius motus positione est, quādo ex Athenis ad Thebas aliquis proficiscitur, & posterius est uersus Thebas, & prope. Nisi quia non sumuntur hæc prius & posterius ex ipsis in magnitudine. Sed duplex est prius & posterius in motu, alterum quidem ab ipso loco, aliud vero ab ipso tempore. Et quēmadmodū dixit prius loci intelligentiam fieri ex priore, & posteriore, quę sunt in motu secundū positionem, sic etiam tempus non vult intelligere à priore & posteriore in motu, & nō ex priore & posteriore magnitudinis, è quibus prius, & posterius motus emergunt, sed ex priore & posteriore, quæ sunt ex prorogatione & duratione temporanea, Nam cū motus sit medius inter locum & tempus, vtrunq; mensuram assumit, vel numerū eius, quod est prius & posterius, verum in loco dicitur locari, vel efficitur locus, in tempore vero tempus. Et fit locus, quatenus distantia eius & successio habet positionem, sed tempus dicitur, quatenus subsistentia eius erat in fluxu. Neq; enim si positionem solam haberet, tempore indigeret nam, cum simul esset, in eodem nunc esset: neq; si solum fluxum haberet, posceret sibi locum. Nam locus erat mensura distantiæ fm positionem. Quare, si qs tempus definiuerit esse numerū prioris & posterioris fm fluxum motus, quemadmodum locum numerum prioris & posterioris distantiæ secundum positionem, nō peccarit, existimo. Sed quoniam duplex est numerus, alter q numerare quantitatem potest, vt vnum, duo, tria: & alter ordinans, vt quando dicimus primum, secundū, tertium, tempus est talis numerus, ideo secundū prius & posterius determinantur. Quid ergo defectus habet definitio, nisi addatur hæc particula, {secundū fluxum,} vel hanc {extensionem prioris & posterioris} quæ separent ipsum ab ipso priore & posteriore secundum positionem? Vel illud secundum positionem per accidens est in motu, quia ob positionem eius, quod mouetur in ipsa distantia, videtur motus distare & habere positionem, & id pretermisit. Attamen extensio secundum fluxum est quædam substantia motus. Quinetiā ipse posterius determinans dicit, vniuscuiusque naturam tempore dimetiri. Forte ergo apertius esset non ex priore & posteriore motus tempus designare, neq; dicendum erat in sequentibus, ꝙ quanta est magnitudo tantus est motus, & quantus est motus, tantū est tempus: quia hæc fm positionem motus exhibent distantiam, & non illam secundum tempus. Proinde illis maxime attendendū est, vbi inquit, extensionem naturæ à tempore metiri. Et hæc dicta sint quo ad secundam dubitationem. Sed ad primam dicamus, ꝙ quāquam omnis motus tempore mensuretur, tamen, vt cæteris motus secundum locum est euidentior, sic etiam hoc tempus est euidentius, quod huic motui cognatū est, eo tempore, quod simul est cum cæteris motibus. Nisi etiam videatur diligentius consideranti, ꝙ cæteri motus, velut incrementū, ortus, alteratio ab eodem tempore mensurari dicanē, qđ est simul cum motu locali. Nam horis, diebus, mensibus & annis extensionem aliorum motuum definimus. Attamen Eudemus tertio Naturalium scripsit. De tempore quis forte dubitaret, cuius vel qualis motus sit numerus. Equidem non vnius cuiusdam, sed similiter omnium esse videtur. Nam æque omnium est numerus, in quibus est prius & posterius, hoc autem commune est motus. Velut mortali, animalis sciētia non est æqui, nec hominis, nec alicuius alterius speciei, sed vniuersi; sic neq; tēpus est alicuius motus numerus, sed æque omnium. Est porro vbique similiter & quicunq; motus, non tamen æque primo omnium, sed primo est & maxime prioris motus, & vniformioris. Nam sit notius in ipsis determinatis. Hæc, cum Eudemus plane scripserit, attendendū est quid sit hoc vniuersum. Si enim motus vniuersalis subsistit, cur non homo, equus & aliorum vnumquodque vniuersale subsistit? Cur item non quemadmodum motus alter vniuersalis, & alter proprius, sic etiam tempus aliud commune, & aliud proprium. Quōd, si motus vniuersalis vel nihil, vel posterius est, vt se habet motus etiam tempus habebit, igitur tempus vel nihil est, vel sola notione animi. Sed quia videbatur Alexandro definitio temporis tradita ab Aristotele, non habere eandem intelligentiam, quā habēt dicta Platonis de tempore agerationes & definitiones ho-

Positio, quæ prius est posteriusque in loco, est, quæ sequens Aristoteles in tempore definitio ne.

Prius & posterius in motu duplex est: alterum à loco, alterum à tempore.

Motus medius est inter locum & tempus.

Definitio temporis ex Simplicii sententia. Loci definitio secundum Simplicium. Numerus duplex est: alter numerāns, alter ordinās.

Tēpus mēsurat omnes motus, non tātū localem.

Motus vniuersalis quis sit.

Platonis de tpe definitio quo conueniat cũ definitione Aristotelis.

rum adducamus in mediũ. Aristoteles itaq; definit tempus esse numerum motus secundũ prius & posterius. Plato autem dicit tempus esse imaginem quandam æternam secundũ numerum labentem & fluentem ipsius æternitatis, quæ eodem modo manet. Vnde illi particulæ {eodem modo} posuit contrariam hanc {secundum numerũ,} & illi {manet,} hanc {labentem,} & illi {exẽplari} hãc {imaginem.} Et vide quomodo Aristoteles melius longe quã cæteri intellexerit sententiam Platonis de tempore. Quid enim aliud est tempus esse imaginem quandam æternam secundũ numerum labentem, quam tempus subsistere secundum numerũ. qui neque sit exemplaris, neque ille qui ex vnitatibus collectus, sed ille, qui est imago & secũdum ordinem motus, idest secundũ prius & posterius consideratum. Nam eius, quod mouetur, vt mouet, proprius numerus habẽs aliud & aliud introducit prius & posterius, & secũdum ordinem determinatur. Hæc igitur, cum pulchre Aristoteles nouisset, & spectasset, apertius explicans dixit, tempus esse numerum motus secundũ prius & posterius. quare si hoc, secundũ numerum, significat hoc, secundũ ordinem, vt Alexander intellexit, nihil aliud significat quàm secundum prius & posterius. Nam hic est numerus ordinis, vt numerus monadicus, vnus, duo, tria. Vide præterea, quomodo Aristoteles etiam recte intellexit illud, æternam, secundum Platonis sententiam. Nam illius sempiternitas dicit, quia semper habet ipsum animal æternũ viuens, sed hoc denominationem traxisse ab ipso semper inquit. Item quia eodẽ modo manet pulchre exponit quòd contineat & habeat omne tempus, & ab ipso natura cuiuscũq; proficiscatur & viuere prodeat. Sed primũ qđ vitæ est particeps est primum animal. Sed, quoniam contra nonnulla, quæ hoc loco dicũtur, Galenus doctissimus instat, qui dicit tẽpus seipsum declarare, age & hanc obiectionem adducamus in mediũ. Cũ.n. multas enumerasset prioris & posterioris significationes, & quasdã dixisset nõ congruere definitioni, sed illam solam, quæ est per tẽpus, vt sit tempus, numerus, motus, secundum tempus. Hanc autem obiectionem duobus argumentis cũ Themistius soluere proponat, sciendũ inquit, quòd prius & posterius in motu non propter tempus hoc prius est, & hoc posterius, sed idem magis facit prius in tempore, & posterius. Fit autem ex priore & posteriore, quod est ſm magnitudinem & positionem, à quibus etiam trahit suam continuitatem. Et ob id plane Aristoteles inquit, {Prius & posterius in loco primum sunt,} & hic porrò sunt positione, & quia sunt in magnitudine, necesse est etiam vt in motu collocentur. Sed contra hęc diceret Galenus, prius & posterius in magnitudine, in qua motus fit, & secundum positionem maxime sunt. Nam tale prius & posterius erant in magnitudine & aliud erat hoc secundũ tempus (vt diximus prius) quod simul est cũ priore & posteriore motus non ſm positionem habens prius & posterius, sed secũdum extensionem naturæ suę: sed hoc quod est præter hoc, scilicet ſm positionem ę magnitudine motui aduenientem. Secundam autem solutionem adducens inquit. Sed detur etiam, vt nihil aliud prius & posterius significent quam hoc {ſm tempus} vt putat, quid incommodi ex hoc eueniet. Neque.n. tempus quicquam aliud esse dicimus quàm prius & posterius in motu. Equidem necesse est, vt idem definitiones significẽt quod nomina repręsentant, quare hoc latet eum, qui definitionem accusat, quod quidem admittere eũ decebat. Sed etiam ad hanc Galenus diceret, qđ si vnũ esset prius & posterius in motu ſm tempus pulchre hoc diceretur esse tempus illud prius &

Nũ, vel æternitatẽ quo modo Arist. cũ Plat. intellexerit.

Galeni instantia cõtra temporis definitionem datã ab Arist.

posterius quod est in motu, & sic non esset tẽpus seipsum declarans, sed si alius est secundum positionem quod non fuerit temporaneum, sed aliud ſm tempus, necesse est dicere, ꝙ tempus est prius & posterius in motu secundum tempus. Nisi ergo si quis prius & posterius accipiat secundũ extensionem suæ naturæ, sed non secundum positionem & tempus declaratur & non per seipsum, & nomen eius non erit simpliciter idem cum priore & posteriore, sed cum tali priore & posteriore, quæ quidem sunt in definitione. Cæterum, quia esse duplicem numerum cũ dixerit, tres significationes numerauit, numerum numeratũ, numeratilem, & quo numeramus, cuiq; perspicuum est, ꝙ numerus numeratus & numeratilis idem sunt.

Et vt motus semper alius est & alius, sic & tẽpus. Tempus autem simul omne idem est. Tex. 105

Cum patefecit esse tẽpus aliquid motus, quòd est quicquam numeratile motus secundũ prius & posterius, certiorem facit eorũ cognationem ex ipso fluxu, qui quidem communis est motui & tempori. Vt.n. motus est semper alius & alius, cum non permaneat primus, sed abeat intereatque, sic etiam prius temporis, vbi aduenerit posterius, interit. Sed patet non solũ hoc prius temporaneũ nõ permanere, sed etiam ipsum prius ſm positionem. Etenim in hoc priore decedente posterius succedit. Verũ in magnitudine eadẽ, in qua motus fit, prius & posterius simul permanent. Nam in his solis, quæ sunt, dum fiunt, hæc proprietas inest, vt corrupto priore semper posterius præsto sit. Prius ergo & posterius in motu, quæ non sunt secundũ positionem eius, sed secundum extensionem suæ naturæ, sunt ipsum tẽpus, non quatenus motus, sed quatenus sunt prius & posterius. Prius enim & posterius in eo motu etiã sunt, quo quis proficiscitur ex Athenis ad Thebas, sed primus motus est ille, qui fit prope Athenas. Hæc prius & posterius, etsi consistant dum fiunt, tamen considerata secundum relationem ad positionem permanentem aliquo modo permanere videntur, & qñ etiã motus velut coextensus magnitudini in qua fit, cõsideratus, sed quãdo proprie velut motus consideraretur secundũ fluxum & quatenus est, dum fit, tum aliud præteritum est & aliud futurum, & si sic tempus fit. Cum ergo conuenientiam temporis ad motum dixisset, merito inducit differentiam. Etenim motus non solum alius est prior motu, qui est post ipsum, quod quidem etiam est cõmune tempori, sed etiã qui simul sunt differunt. alij quidem etiam specie, si vnum intereat, & aliud vero augeatur & aliud alteretur: alij vero numero solum, si plura simul intereant, vel augerẽtur vel alterentur. Motus enim est in eo quod mouetur. Quare quotcunque mouentur, tot etiam sunt motus. Attamen tẽpus est vbiq; idem secundum aliquam eiusdem significationem, & non differt tempus à tempore. Neque enim illorum differentia, in quibus est tempus, siue secundũ speciem, siue secundum numerũ, temporis differentiæ sunt. Etenim quæ in Athenis & quæ in Corintho in eodem tẽpore sunt, propterea quod non velut vniuscuiusque moti est quidã motus proprius, sic vniuscuiusq; motus determinati tempus est numerus, sed omnium, velut vnius. Nam vnum & idem in omnibus, quæ simul fiunt, prius & posterius quatenus tale est. Non.n. quatenus alter est in hoc, & alter in hoc: neq; quatenus hic est interius, & hic augmẽtũ, & hic alteratio, hi motus habent prius & posterius, sed in communi quatenus motus, Ideo dicuntur eiusdem quãtitatis, qa sunt in eodẽ tẽpore, quemadmodũ hic qnq; dierũ, & ille similiter, quãquã ea, in qbus sunt differãt. Sed sola differentia secundũ tempus est ob ipsam diuersitatẽ

Cõm. 108.

Inter tempus & motũ que nam conuenientia sit.

Temporis à motu discrimen.

Tempus semper idem est.

ipsorum

ipsorum nūc. Cum.n. hæc accipiuntur, tempus subsistit, & vnum fuerit acceptū, vt prius, & alterum velut posterius. Quòd, si differentia in ipso nunc efficit differentiam ipso tempore, erit etiam differentia in tempore ſm prius & posterius solum. Sed illius temporis, quod est simul, non est hoc prius & hoc posterius: quare non habet partes differentes illud tēpus, quod simul existit. Sed contra hæc opinor aliquis dubitaret, quod si erat tempus numerus velut numerans, forsitan esset vnum & idem: sed quia est velut numerus numeratus, & hic est qui iam est coordinatus & participatus, quomodo idem erit, si vero in communi, quatenus tempus esse dicetur, cur nō etiā motus quatenus motus idem erit? quòd si etiā motus & aliud atq; aliud habet & commune: primo dicant quod commune, qui communia afferunt, vel nihil, vel posterius esse. Deinde, cur nō etiam tempus alterum erit commune, & alterū propriū? Solueret autem aliquis dubitationem, existimo, dicendo, quòd non omnis motus numerus est velut numeratile tēpus. secundū hanc suppositionem, velut meæ ambulationis, & tuę dealbationis: quia hoc modo non esset indifferens, neq; simul ſm vnum nunc tempus determinatum: sed tempus, cum sit numeratile primi & simplicis motus coeli, ſm prius & posterius, illius numerat priora & posteriora in differentibus motibus secundum vnum propriū nunc, ideo & simul vbique idem tempus est. Et ipse Aristoteles procedendo ipsum nunc non numeratile solum,
» sed etiam numerans ponet, quando dicet. {Quatenus igi-
» tur terminus est ipsum nunc, nō est tēpus, sed accidit qua-
» tenus numerat.} Et si hoc ita se habet, quatenus numerat, indifferens erit, sed quæ numeratur, differens. Nisi forte dicemus conuenientius esse Aristoteli, quòd differentes motus, & si quatenus motus tales differant inter se, vel specie, vel numero, sed commune motus est vt sit ordinatus, & sit dum fit, secundum quod prius & posterius ipsorum acceptum secundum extensionē suæ naturæ, ſm qđ etiā tempus determinatur, est vnum & idem vbique. Prius enim meæ ambulationis & tuæ dealbationis velut motus, si simul fuerint, erunt in eodem nunc. Eodem modo posterius in ipso eodem, quod explicatur in calce istius libri. Nam & si separatum alicubi per se fuerit ipsum commune motui & ordinatum, seruabit tamen suam communitatem, & vbiq; idem erit. Nam secundum illud, nondum motus diuisi sunt in numerum.

Tex. 104. *Nam ipsum, Nunc quod quandoque fuit, idem est, esse autem ipsi alterum est. Ipsum autem Nunc, tēpus metitur, quatenus prius est, atq; posterius. Ipsum autē Nunc est quidem vt idem, est vero, vt non idem. Quatenus.n. in alio & alio est, diuersum est: hoc autē erat ipsi nunc: Quatenus vero est id, quod aliquando est nunc, idem est. sequitur.n. vt dictū est, magnitudinem motus: hunc autem, tempus, vt diximus. & similiter igitur punctū id, quod fertur, quo motū cognoscimus, & prius in ipso & posterius, hoc autem secūdum id quidē quod est aliquādo idem. punctū enim aut lapis, aut aliquid eiusmodi est, ratione autem aliud est. sicut Sophistæ accipiunt esse diuersum Coriscum in Lyceo esse, & Coriscū esse in foro. & hoc igitur ex eo qa alibi et alibi est, diuersum est. Ipsum autem nunc sequitur id, quod fertur, vt tēpus, motū. eo enim, quod fertur, cognoscimus prius & posterius in motu. Quatenus autē numerabile est prius & posterius ipsum nunc est. Quare & in his, id quidem, quod est nūc est idem: Prius.n. aut posterius est, quod in motu est. ipsum autē esse, alterum. Quatenus.n. numerabile est prius et posterius. ipsum nunc est. & notū maxime hoc est. etenim motus est per id, quod mouetur, & latio per id, quod fertur. Hoc aliquid enim est id. quod fertur, motus autē non. Est igitur vt idem ipsum nunc dictum, semper est autem vt non idē. etenim similiter & quod fertur.*

Com. 109. Cum dixerit commune esse motui & tempori hoc, scilicet vt fiant successione & intereāt, & in hoc differre, qa motus differunt inter se, sed tēpus totum simul idem causam huius inquit esse, quia ipsum nūc est idem subiecto.
» Hoc.n. significat illud, {Quod quandoq; fuit,} Vt enim de priore & posteriore dixit, quia ſm illud qđ sunt motus sunt, sed natura eius & ratio est alia eorum, & non motus, sic etiam de ipso nūc dixit, quia subiecto vnū & idem est, sed ratione differens, quatenus vnū est prius, & alterū posterius, & ſm hoc prius & posterius sunt & mensura tēporis est ipsum nunc, qua mensurat tempus velut aliud & aliud existēs. vt vnitate metitur numerus. Merito ergo & temporis differentia & identitas sumitur secundum identitatē & differentiam ipsorum nunc. & idem erit tēpus illud, quod erit definitum ex his nunc, quę indifferenter sumuntur, quanquam fuerit in differentibus motibus. vt eadem est dies hodierna, in qua quidem augetur hoc, illud vero albesit, & aliud ambulat, qui habet eadē nūc in principio vt in fine. Quòd si differentia fuerint sumpta ipsa nunc, qđ alia sint priora, & alia posteriora, erit etiā differens tempus. Simul ergo tempus cum sit ab eisdē nūc definitum, non erit differens. Sed parū obscuritatis vidētur verba habere, quæ ipse explicat differenter pręter suā cōsuetudinem, vel potius exponit priora verba per ea, quæ sequuntur. Cū.n. dixerit. {Nam ipsum nunc idem est ſm »
id, quod est, sed esse ipsi alterū,} & deinde inducens, tem- »
pus mensurat quatenus prius & posterius, vult declarare qūo alterum sit ipsum nunc, & rursum totum diuisiuū posuit, cū dicat, {Ipsum autem nunc est quidem vt idem, est »
vero vt non: quatenus.n. in alio & alio est, diuersum est,} »
quod est dictu, quatenus est prius & posterius. Deinde rursus subiūgit, {Quatenus vero ipsum nunc est id, qđ est, idē »
est,} quod idē est ac si dixerit, ipsum nunc idem erat, & cū »
non sit ratum & firmū, adhuc opinor, videlicet nūc idem subiecto esse, sed ratione diuersum, quatenus in alio & alio acceptū prius & posterius fit, nititur probare ex ipsa consecutione eorū, quæ sunt eidem cognata. Nam motum sequi magnitudinem ante dicebatur, & motū tempus, quia quanta est magnitudo hæc, in qua motus, tantū etiam tēpus est, cum sit numeratile motus, quæ cū sese mutuo sequantur, sequentur etiam ea, quorum vnū est alterius interitus. Est autem punctū illud, quod efficit magnitudinē: siquidem linea sit fluxus puncti: prima autem magnitudo est linea, efficiens autē motus id est, quod fertur, & Nunc, temporis. Vt ergo idem punctū fluens magnitudinē efficit, sed non additus alteri puncto, & idem qđ tertiū efficit motū, sic etiam Nunc, cū sit idem subiecto, sed numeratum priore & posteriore, efficit & determinat tempus. Quòd vero ita se habeat Nunc, probat ex euidētiore ipso quod mouetur. Et qđ euidentius hoc sit, declarat ex hoc, quia etiam motū ex ipso cognoscimus, & prius & posterius ipso. Nam quia quod fertur ſm aliam & aliam subiecti partem fit, etiam motum cognoscimus, & prius & posterius in motu & in tempore. Quod vero idem subiecto sit id, quod mouetur, velut manifestū accipit. quoniā vel punctum est, vel lapis, vel aliquid aliud tale. Et φ sit idem lapis perspicuum est, & si alius & alius quoad locum fiat. Quòd vero punctū idem sit in fluxu, patet, si quidem qđ fit continuū sit & non consistat secundum contactum punctorum. Sed cū priore manente vna apparet id quod deinceps est secundū fluxum puncti vnius. Verū lapis, dum

Nūc est mensura tēporis, vt vnitas numeri.

Pūctū efficit magnitudinē. Nunc determinat et facit tempus.

fertur, differt ratione, quia secũdũ aliam & aliam partem magnitudinis, in qua mouetur ipsa, motum suum habet.

Punctum in fluxu idẽ est.

Quod vero hæc sit quædam differentia, ex rationibus sophistarum probat. Equidem nonnulli hanc differentiam transferentes ad subiectum, videbantur cõcludere, quòd idem est, à seipso alterum fieri: Dicebant enim, quòd cum esset Coriscus idem, aliquando quidẽ foro, aliquando Lyceo: est aliquando quidem in foro, postea vero in Lyceo, illico factus est alter à se ipso. non seruãtes ipsum alterum & diuersum, quatenus sumptum est alterum, sed traduxerint ipsum per accidens diuersum ad substantiale. Sophisticum igitur indicat esse, si censeatur quod sequatur hoc, videlicet, si prius & posterius sunt diuersa ratione, sunt & diuersa subiecto. Sed cũ ostendisset, qm̃o id quod fertur subiecto idem sit, & ratione diuersum, similiter inquit, se habere etiam ipsum nunc. siquidem sequitur & eadẽ patitur tempus quę motus, vt diximus prius, & nunc vt ipsum momentum. Similitudinem autem & identitatẽ horum indicat, {Ipsum autem nunc sequitur id, quod fertur; & eo quod fertur cognoscimus prius & posterius in motu.} non enim hæc separantur manente eo quod fertur. Sed, qm̃ id, quod fertur, aliquando quidem est in priori loco, aliquando in posteriori, & ob id alterum motus sit prius, & aliud posterius, sed quatenus numeratile prius hoc, & posterius, secundum tantũ, inquit, nunc demõstratur. Et rursus patet secundum me, quod illud prius motus sumendũ est non secundũ positionem, sed secundũ extensionem, & prorogationem illius naturæ: quare etiã ipsum nunc idem est subiecto, sed ratione diuersum. Nam ipsum numeratile esse, & velut aliud & aliud sumptum efficit vt ipsum differat à seipso secundũ rationẽ. Et Eudemus hæc de ipso nunc in ipso tertio Naturalium inquit, sic scribendo.
» Si autẽ intellexerimus punctũ ferri, quòd sit in alia par
» te lineæ, & aliud & aliud fieri, sic etiam putabimus ipsum
» nunc se habere, qđ subiecto idẽ est, & sic intelligendum
» est idem esse, & sic permanet idem, sed in alio & alio eum
» fit, erit alterum & alterũ, vnde erit idem subiecto, sed fit
» aliud & aliud. Et quatenus alterum est iam prius, & alte-
» rum posterius, hac ratione diuersum est, hac ratione etiã
» numerus tempus est.

Quare, quando ipsa nunc fuerint eadem, & numerus & tempus erit idem, sed quando diuersa & reliqua erunt diuersa. Sed, cum ostenderit ex priore & posteriore nunc sequi ipsum momentũ, ostendit etiam hæc ambo nota esse per hæc, motum videlicet per id qđ mouetur, & tempus per ipsum nũc. Cognoscit.n. motus per id, quod mouetur, & tempus per ipsum nunc. Hoc.n. videtur solum in substantia tẽporis esse.

Nunc solum est in substãtia temporis.

Sed cur id, quod fertur, sit ipsa latione notius, indicauit dicendo, {Hoc aliquid.n. est id, qđ fertur, motus autem non.} Nam substantia & subsistens totum est id, qđ fertur, sed motus est accidens & est dum fit. Etenim motus subsistit mutatione eius quod mouetur. Et cũ dixerit motus per id, quod mouetur, subiunxit, {Et latio per id, quod fertur,} Non quia latio non sit motus, sed quia in latione euidẽtius est, cognosci lationem ex ipso, quod fertur. Nã & si alteratio ex ipso alterato, & auctio ex ipso, quod augetur, velut ex substantia & his, quæ sunt, cognoscantur, magis tamẽ latio ex eo, quod fertur, quia latio est euidẽtior aliis motibus. Deinde ex dictis concludens dicit, {Est igitur vt idem ipsum nũc dictum semper, est autem vt non idem. Etenim est id, qđ fertur} quia enim nunc sequitur quod fertur, ideo ex ipso esse habet & idem est, & diuersum. Sed in his videtur mihi dignũ esse animaduersione, quomodo prius & posterius subiecto idem esse inquit, Quomodo enim præteritum est idem præsenti, & id, quod non est, ei, quod est? Nam quod fertur aliter atque aliter fit, & cum permaneat secundum esse, verum est dicere, quòd subiecto est idem, sed motus & tempus & quæcunque sunt dum fiunt, quomodo erunt eadem subiecto? Puncto.n. hoc uidere nihil prohibet. Secundum fluxum enim suum subsistens magnitudo tota permanet & non est, dum fit, vt tempus. Sed quomodo ipsum, quod fertur, & punctum secundum illa ipsum nunc sequatur, etiam in illis hoc demonstrauit, cũ tanta sit eorum differentia, vt aliqua permanere videantur, & aliqua non. Quomodo ergo id, quod non permanet, cum eo, quod eodem modo permanet, idem erit subiecto? Secundum existimo quærendum esse, cum tria hæc sint, magnitudo, motus, tempus: & sic se habeant, vt vnum alterum sequatur, vt inquit: & magnitudo à punctis terminetur, & tempus ab ipso nunc, quid erit quod habeat proportionem cum his in motu, dico, scilicet cum his puncto & ipsi nunc? Nam oportet esse alium terminũ motus, sed non id, qđ mouetur. Quàm nam enim habet hoc proportionem, vt consequatur nũc & punctum? Nisi forte ad primum dubium dicendum sit, quòd ipsa nunc inter se nihil differunt, nisi quia aliud est prius, & aliud posterius. qa neq; genere, neq; specie, neq; numero, quemadmodum neq; vnitas ab vnitate. Quæ.n. numero differunt vt etiam prius diximus, quibusdam accidẽtibus differũt, vt Plato à Socrate differt. Forte ergo, quia secundũ nullũ modum differentiæ differt, dictum est, quòd sit idẽ subiecto. Sed similitudo violenta videtur esse ad punctũ & lapidem, cũ hæc quidem maneant, illa vero sint, eò q̃ generentur, & corrumpantur. Si ergo hanc proportionem nolumus ad vnguem discutere, dicere melius existimo, q̃ esse subiecto idem, specie idem esse significat. Etenim ipse paulopost dicet procedendo, quòd, vt motus specie est idẽ q̃ rursus & rursus fit, sic etiam tẽpus. Sed quod sic specie idem est, vt secũdum nihil differat, & numero aliquo modo idem videtur esse, vt etiam in ipsis vnitatibus diximus prius, & paulopost, Eudemũ testem adducemus. Quocirca neq; valde videtur dura similitudo ipsius nunc ad punctum, & id, quod fertur. Sed ad scđm quæsitum dicendũ, quòd mutatũ, aut momentum motus est finis motus, non tamen principium motus, neq; causa. Sed, quia velut causam punctum & nunc petit: Nam aliud est lineæ, & aliud temporis: merito id, quod sit his respondens, & proportionem cum his habens, est id, quod fertur.

Magnitudo & tempus quid proportionem habeant cum puncto & Nunc.

Momentum finis est motus.

Tex. 105.

Manifestum est autem, quòd, etsi tempus non sit, ipsum Nunc non erit: & si ipsum Nunc nõ sit, tempus non erit. vt enim simul sunt, id quod fertur, & latio, sic & numerus eius quod fertur, & lationis. Tempus enim est lationis numerus. ipsum autem nunc, est vt quod fertur, vt vnitas numeri.

Cõm 110. Tempus & Nunc simul sunt.

Postquàm dixit quomodo se habet nũc ad tẽpus, quia velut id, quod fertur, ad lationem: & quòd notius est ipsum, Nunc tempore: in pręsentia ostẽdit eorum simul existentiam s̃m similitudinẽ rursus, quæ est ad id, quod fertur & ad lationem. Quemadmodum.n. inquit, id qđ fertur, & latio simul est. (Nam vnũ sine altero esse nequit,) si quod fertur non s̃m substantiam, sed quatenus fertur, accipiatur: sic etiam se habent nunc & tempus. Et demonstrauit necessitatem consequentiæ ex proportione & cõuenientia ad id, quod fertur, & ad ipsam lationẽ. Hæc.n. est numerus eius, quod fertur, velut quædam vnitas, quæ adæquat indiuisile indiuisili, & numerus, motus est ipsum tempus. Vt.n. vnitas eo quod iterum atq; iterum suscepta efficit numerum, sic etiam nunc efficit tempus, &

id, quod

id, quod fertur lationem. Sed numerus lationis est tempus nó quatenus latio est, ut diximus, sed secundũ prius & posterius in ipsa. Nó.n. tempus est ipse numerus motus, sed interuallum prioris & posterioris, uelut prioris & posterioris, quæ iterum atq; iterũ accepta efficiunt interuallũ temporis. Differt autem unitas ab ipso, quod fertur, & ab ipso nunc: quatenus alia facit discretum numerum, sed alia continuum motum, & tempus.

Et continuum tempus est ipsi nunc: & diuiditur secundum ipsum nunc. Sequitur enim hoc lationem, & id quod fertur. Etenim motus & latio vna est cum eo, quod fertur, quia vnum est, & non secundum id, quod est aliquando: (etenim defecerit.) sed etiam ratione. Et hoc quidem motum determinat, qui est prius & posterius. Sequitur autem & hoc quodammodo punctum. etenim punctum, & continuat quodammodo longitudinem, & determinat. est enim huius quidem principium, illius vero finis. Sed, cum sic quidem acceperit aliquis tanquam duobus vtens, in vno necesse est stare, si erit principium & finis idem punctus. ipsum autē Nunc ex eo quod mouetur id, quod fertur, semper alterũ est. Quare tempus numerus est, non vt eiusdem puncti, quòd sit & principium & finis, sed vt vltima ipsius lineæ magis, & nõ vt partes, propter id, quod dictum est. medio enim puncto tanquam duobus vtetur. Quare, vt quiescat, accidet. Et insuper manifestum est, quod neq; pars est ipsum Nunc, tẽporis, neq; diuisio motus. sicut neq; puncta ipsius lineæ. lineæ.n. duæ partes vnius sunt.

Tex. 106.

Tex. 107.

Cõm. 111.
Tempus continuum efficitur & diuiditur per ipsum Nũc.

Quod etiam temporis continuatio & diuisio fiat secũdum ipsum Nunc, ostendit iterum ex consecutione lationis ad id quod fertur. Motus nanq; (idem uero est dicere latio) per id quod fertur, fit unus & continuus, & non per quippiam aliud. Per illud autem fit unus & continuus, quoniã hoc etiam unum subiecto ostendit. Quòd rursus dixit, quod est aliquando (ut si lapis sit id quod fertur, & quatenus fertur, idest secundum rationem eius, quod fertur, & non secundum subiectum, esset causa continuationis, quia & si idẽ vnum maneret, proprie tamen motus eius interciperetur statione interceptus & interpolatus, tamen si velut vnum secundũ rationem eius, quod fertur & velut id, quod latũ est, sumeretur, tum causa fit vt sit vnus & continuus motus. Sed non solũ continuũ tempus facit ipsum nunc secundũ consecutionem ad id, quod fertur, sed etiã diuidit ipsum determinans prius & posterius motus. Sic enim diuidit tẽpus. Et sequitur quatenus continuat, & diuidit nõ solum ipsum quod fertur, sed etiã punctum aliquo modo. Etenim punctum quando idem acceptus fuerit est velut vnius principiũ, & alterius finis: & continuat longitudinem, si quidem in vtraq; parte longitudinis vnũ & idem sumatur: & etiã diuidit ipsam. Diuisio.n. longitudinis fit secundum ipsum punctum. Similiter autem & ipsum nunc continuat & diuidit tempus. Igitur quatenus diuidit & continuat simpliciter, sequitur etiã pũctum, sed quatenus idem punctum est principiũ & finis, vtimur vno velut duobus, & necesse est stare in vno puncto, quod bis accipitur, aliquando quidem velut finis, aliquando vero velut principium. Permanet.n. etiam in positione secundum rationẽ eius. Sed id, quod fertur, non contingit bis accipere. Semper.n. est aliud & aliud: sed aliud sic, vt non sit aliud à seipso, sed quia aliud in alio est, & alio. Si.n. in eodem bis necesse est stare, & continue moueri ponitur, sic autẽ & nunc non erit bis accipere: quomodo ergo cum numeratur ipsum nunc, tempus est? Vel non vt idem punctum bis velut principium & finis accipitur, sed si accipiatur velut duo termini lineæ hoc & hoc, quæ definiunt interuallum lineæ atq; spatium, cum sit alterũ atq; alterũ, sic etiã nunc enumerat aliud & aliud, hoc quidem prius, hoc vero posterius. Sed bis hoc accipere impossibile est. Staret enim tempus, quod fieri nequit. Tamen punctum bis accipere nihil absurdum est, quod habeat positionem & permanentiã. Sed ipsum nunc nõ permanet, vt bis accipiatur. Patet autẽ, quòd si velut finis & principiũ acciperetur punctum, quod linea diuideretur per se: & vbi primũ fuerit diuisa, non amplius erit continua: quare neq; motus, qui est in ipsa, continuus esset. Sed tempus est continuum, quoniã & motus continuus est. Numerus ergo ipsorum nunc est tempus, neq; velut eiusdem bis accepti, vt punctũ bis accipitur, sed velut alterius, vt principium, & alterius velut finis: & neq; sit principiũ & terminus velut partes dicantur sæpe, primum & vltimũ. Et quòd non bis accepto puncto ipsa nunc assimilentur demonstrauit ex hoc. Puncto enim medio velut duobus vtetur, quare quiescere accidet. Si ergo tempus quiescit, non velut bis acceptum punctum in ipso est nunc, sed velut principiũ & finis. Quod autem nõ sit principium & finis velut partes, sed velut termini, deinceps facit fidem ex similitudine eius ad ea, quæ sunt cognata: quare hæc verba, {propter id quod dictum est,} & illud quod deinceps assignatum est, quod causam dicit, refertur ad hæc verba, {nõ vt ipsius puncti, quia & principium & finis est, sed vt vltima ipsius lineæ magis, & nõ vt partes.} Item illa verba, quæ sequuntur. {Et insuper manifestum est, quòd neq; pars est ipsum nunc.} & cætera, referenda sunt ad illa, {Et non vt partes} & si quidẽ fuerit sic scriptum, vt Alexander & Aspasius scribunt {Et insuper manifestum, quod nulla pars motus est tempus, vt neq; punctus lineæ,} aiunt eum dicere tempus Nunc: quod neq; motus, neq; temporis pars est. Terminus enim eius est, & terminus non est pars. Neq;.n. punctus est pars lineæ. Nam lineæ pars, est linea, Sic dixit Alexander. Sed Aspasius inquit, tempus non est pars motus, quia numerat ipsum secundũ ipsum nunc. & hoc est terminus motus, sed non pars. Sed quomodo ipsum nunc diceretur terminus motus? Quorum.n. naturæ sunt diuersæ, horũ etiã termini sunt diuersi. Si ergo differet tẽpus à motu, & fines ipsorum distinguentur. Meliorem ergo existimo scripturam, quæ fertur in pluribus exemplaribus, quam Porphyrius & Themistius videntur nouisse, sic se habentẽ. {Et insuper manifestum est, quòd ipsum nunc nulla est temporis pars, neq; diuisio motus, vt neq; puncta lineæ. lineæ.n. sunt duæ vnius partes.} Nam patet, quòd lineæ sunt partes lineæ, sed non puncta. Et diuisionem appellat terminũ motus, tanquam secundũ ipsum diuidatur, quem quidem in libris de motu vocat mutatum, vel momẽtum. Sed, cũ dixisset Aristoteles, quare tempus numerus est, non vt eiusdẽ puncti, Alexander inquit, quod dixit tempus esse nunc. Sed non sic, inquit, nunc est numerus, velut numerus puncti, vt quando vnum vel duo & bis accipimus. Nisi forte non necesse sit tempus nunc accipi, sed quod dictum est, quod numerus est tempus ex ipsis nunc velut ex vnitatibus suis numerus, & non quoties bis accipitur, sed quoties aliud, atque aliud accipitur.

Temptus diuiditur ac discernitur per ipsum Nunc. Pũctus idem acceptus, est principium vnius, & finis alterius.

Nunc bis sumi non contingit.

Tempus quo numeretur per nunc.

Tempus non est pars motus.

Quatenus igitur terminus est ipsum nunc, nõ est tempus, sed accidit: quatenus vero numerat, numerus. Termini.n. illius solum sunt, cuius sunt termini: numerus autem horum equorum, denarius scilicet, & alibi est. Quòd igitur tempus numerus motus sit secundum prius & posterius, & continuus: nam continui est, manifestum est.

Tex. 108.

Cõm. 112.

Cum dixerit ipsum nunc esse ita terminum, vt extrema ipsius lineæ puncta, quia per se terminus temporis est nunc,

Nunc accipitur ut terminus motus & ut finis t pis. nunc, quia nihil aliud eſt tempus, quam prius & poſterius motus numerata, quandoquidem fuerint ipſa nunc, compertum facit ac notat, quod q̄ñ ipſum nunc acciperetur velut numeratum motus, tum motus ſit terminus, & accidit ipſi, vt ſit terminus. Tum autem & ſm ſubiectum nūc accipitur, & in illo ſolo eſt, cuius eſt terminus, ſed quando velut temporis acciperetur vt terminus, neq; accidens eſt. Nam per ſe ineſt tēpori. Et, q̄m numerus Nunc eſt vbiq;, & quod vbiq; eſt numerus, numerans eſt: Nam numerus denarius menſurās decem equos, & decem homines menſurat. & nunc igitur ſimul vbiq; eſt, & non in ſolo motu, cuius terminus eſt, non velut nunc, ſed velut mutatum, aut momentum. Sed quærens Alex. q̄uo dixit numerare ipſum nunc, non.n. erat numerus tempus velut numerans, ſed velut numeratus, Vel inquit, non dicit ſcriptura, numerat, ſed numeratur: aut numerantur ipſa nunc in motu, & numerant tempus. Secundū ipſum nunc.n. diuiſio temporis fit, & his ipſum numeramus tanquam ſit ipſum nunc numeratū, velut in motu, ſed numerans, velut ad tempus. Quod.n. Nunc velut numerū numerantem accipiat, indi-
» cat dicendo, { Numerus autē horū equorum, nempe de-
» narius eſt etiā alibi. } Poteſt etiā motus videri numeratus ab ipſo nunc. Si.n. tempus eſt numerus motus ſecundum prius & poſterius: & prius & poſterius ſunt ipſum nunc: per nunc ergo motus numeratur. Sed, quoniā tempus nō eſt ipſa nunc, ſed interuallum ipſorum nunc, quæ quidē ſunt numerantia ipſum, tempus eſt etiam numeratum; & patet, ꝙ omne participans hoc, numerare diceretur, velut denarius numerus equorum. Nam ſecundū hunc numerantur equi: ſed talis non dicebatur vbiq; eſſe. nā hic erat numerus numeratilis. Si ergo nūc dicatur numeratile primi motus & numerans alios. Nā hoc idem vbiq; eſt. Hæc, cum dicat, concludit dicta, & ꝙ ſit tempus continuum, addit propterea ꝙ numerus eſt continui. Tempus.n. exiſtit, quia eſt numerus motus. Subſtantia ergo temporis extenſa continuationi motus enumerati, erit etiam ipſa cōtinua, quæ cum non deficiat, neq; ipſa ſubſtantia temporis deficit. Tempus.n. definitur & terminatur terminis motus, nō quatenus ſūt termini motus, ſed quatenus prius & poſterius, & quatenus tēpus eſt cōtinuū, erit etiam ipſe.

CAP. XII.

Minimus autem numerus qui ſimpliciter quidem eſt, eſt binarius. Quidam autem numerus eſt quidem vt ſit, eſt autem vt non ſit. Vt lineæ minimus numerus, multitudine quidem eſt duæ aut vna, magnitudine autem non eſt minimus: ſemper enim diuiditur omnis linea. Quare ſimiliter & tempus. minimum .n. ſecundum numerum eſt vnus, aut duo: ſecundū autem magnitudinē non eſt.

Cōm. 113. Cum affirmauerit tēpus eſſe numerum & continuum, vel apparentem contrarietatem in his dictis conciliare. Nam numerus eſt quantitas diſcreta: ſed continuum non eſt diſcretum, & vt quidem ipſe inquit, in numero eſt aliquod minimum velut binarius. Nam hic primus numerus eſt, & diuidi non poteſt in numeros: ſed in continuō non eſt minimum: quia continuum in infinitum in continua diuidi valet. Si ergo numerus eſt minimus, & tempus non eſt minimum, quia continuum eſt: non erit ergo tempus numerus. Hoc igitur ſoluens vtitur prius dicto, quod numerus eſt non velut numerans; ſed velut quod numeratur: cum dupliciter autem dicatur numerus, alter ſimpliciter & proprie, & hic eſt, quo numeramus diſcretus, qui etiam conſtat ex vnitatibus indiuiduis, & ob id, in ipſo eſt minimus numerus: & alter eſt velut numeratus, qui non ſimpliciter, neq; proprie dicitur numerus & ſubſiſtit in ipſis continuis: ſed velut numerus & iſte acceptus velut duæ lineæ, velut duo anni, habet minimum, ſed velut magnitudo minime. Habent hæc etiam ſm magnitudinem quantitatem & non ſolum ſecundum numerum. Sed inſtat Alexāder, quia dicit minimum numerum binarium, & non vnitatem, quia vnitas ſic numerus eſt ſiquidem numerus ſit multitudo vnitatibus conſtans, & vnitas ſit numerus incompoſitus. Similiter.n. dicimus lineam vnam, & tempus vnum, quę velut minimum ſm numerum dici poſſunt. Hoc autem vel cōmunius inquit, quia de his non eſt nunc ratio propoſita, vel quia vnitas omnino exiſtit in numero incompoſita, velut numerante, quæ nondum numerus eſt, ſed de numerato, & vnum iam numerus eſt. Compoſitio.n. in ipſo eſt ex ſubiecto & vnitate.

Manifeſtum autem eſt, & quod velox quidem & tardum non dicitur, multum autem & paucum, & longum & breue. Quatenus .n. continuum eſt longum & breue dicitur: quatenus autem numerus multum & paucum. velox autem & tardum non eſt. non.n. numerus, quo numeramus, velox & tardus vllus eſt. Tex. 109

Cum oſtendiſſet q̄uo tempus, cum ſit numerus velut numeratilis, & continuus, velut magnitudo, dici debeat quod quia vt numerus, minimum habet, ſed quia continuum eſt, non habet, velut conſequens ex his infert conſentaneum eſſe, vt tempus multum & paucum dicatur ob numerum, & longum, & tardum, velut magnitudo. Nam his hęc propria ſunt. Sed velox & tardum minime dicitur, quia nullus numerus eſt tardus, aut celer, neq;.n. numerus vnitatum, quo numeramus, dicitur celer & ſegnis, neq; numerus numeratilis. Vnde.n. hoc habuit celeritatem & tarditatem numerantis, cum non ſit? Vt.n. numerus ſit per illum ſic etiam ſi eſſet velox numerus numerans & tardus, & ea, quæ numerantur habent ab ipſo velox & tardum. Patet autem, quod neq; magnitudo, quatenus magnitudo, habet velox & tardum. Motui.n. ſunt hæc ꝓpria, ſed non magnitudini. Demonſtrauit autem & prius, quod tempus non habet velox & tardum, ſed motus. Hæc.n. definiuntur tempore, ſed tempus tempore non definitur.

Cōm 114. Tempus multum & paucum eſt, longum & breue, & non velox & tardū.

Et idem etiam vbiq; ſimul eſt. Prius autem & poſterius non eſt idem, quia & mutatio, quæ præſens quidem eſt, vna: facta vero, & futura, altera. Tempus autem numerus eſt, non quo numeramus, ſed qui numeratur. Is autem accidit ſecundum prius & poſterius, ſemper alius. Ipſa .n. nunc alia ſunt. Eſt autem numerus, vnus quidem & idem centum equorum, & centum hominum, quorum autem numerus eſt, alia ſunt, equi, ſcilicet, ab hominibus. Tex. 110

Cōm. 115. *Tempus idem & non habet ob præſens & inſtans.* Vnum erat prius dictum de tempore, hoc.ſ. tempus præſens, & ſm ipſum nunc cōſideratum, ſimul vbiq; eſſe, ſed prius & poſterius non idem eſſe. Quia ergo & hoc ſequitur aſſignatam intelligentiam temporis, vt etiam, quę ſunt proxime dicta, oſtendit ex hoc etiam motum, in quo hęc tēpore ꝙ ſint habent. Nam pręſens & inſtans motus idem eſt. Non.n. eſt eius ad ſeipſum differentia, ſed eſt vnus ſm eādem ſpeciem extenſionis, tamen præteritum & futurum ſunt inter ſe diuerſa. Vt ergo habet vnus motus idem & diuerſum, ſic etiam habet omne tempus, quod ſimul omnes motus menſurat. Non.n. eſt tempus huius & huius motus numerus, quatenus tale, ſed motus, quà motus. Idcirco vnum tēpus eſt multorum exiſtentium motuum, quia non quatenus multi, hac ratione eſt tempus numerus ipſorum, ſed quatenus oēs motus. Et mutatio præſens omnis vna, quatenus mutatio eſt. Sed tempus non ſolum ſpecie vnum eſt, ſed etiam numero: quia eſt vnius motus ſpecie, & numero,

mero, quia nihil eius sibi tribuit differẽtias, & prius tempus est diuersum à posteriori, quia etiam motus, & si vnus numero sumptus fuerit, quia est dum fit, quoad prius & posterius est alterum, atq; alterum. Sed deinceps ostendit, ꝙ prius & posterius tempus non idem. Nam numerus, quo numeramus, semper idem est, siue prius, siue posterius accipiatur, vt ternarius: tñ quæ mensurãtur non amplius eadem esse necesse est. Equi.n. distinguuntur ab hominibus. Si ergo tempus est sic numerus, velut numeratus in motu, & non numerans, & numerãs motus non permanet idem, sed aliud & aliud accipitur, merito & tẽpus aliud est prius à posteriori, & præteritum à futuro. Etenim ipsa nunc, quibus numeratur & discernuntur, diuersa sunt. Nam numeratum motus secundum prius & posterius est alterum & alterum ratione, sed idem subiecto, velut specie. Sic.n. demonstratum est prius.

Tex. 111.

Amplius autem, vt contingit motum esse eundem & vnum, iterum & iterum: sic & tempus contingit esse: vt annum, aut ver, aut autumnum.

Com. 116.

Cum dixerit omnem præsentem motum & instantem vnum esse secundum cõitatem, & ob id tempus præsens idem simul vbiq; & præteritum & futurum diuersa, & tẽpora diuersa, nunc ostendit, quonam modo prius & posterius in motu & tempore possint esse in eodem, eo quod iterum & iterum redeunt. Et cum prius asseruerit idem nunc subiecto esse, sed ratione differẽs, nunc, vt existimo, distinguit quõ tum dixit idem, & quia sic vt motus eo qđ iterum atq; iterum, i. cum sit idem secundum speciem iterum atq; iterum fit. Nam, quia motus rursus & rursus fiūt, velut sole ab eodem iterum atq; iterum procedente & ab ariete & à libra, sed tempus comitatur motum: patet ergo, quod etiam annus iterum, & æstas & autumnus redeunt. Sed cur ergo neq; prius dixit nunc idem specie esse, sed subiecto? neq; nunc tẽpus specie idem, sed quia iterum atq; iterum, vt motus fit, reuertitur idem est. Atqui eiusdem maxime est facta distinctio, quõ idem sit tripliciter: videlicet genere specie, numero. Num quia non solum genere eadem multam differentiam relinquunt, sed etiam ea, quę dicuntur eadem specie, si numero differunt, velut Plato & Socrates, magnam differentiam accidentium habent: Sed motus iterum atq; iterum velut ijdem & ipsa nunc & tempora fere aliquid & eadem numero sunt. Sic autem & Pythagorei eadem aliquo numero, quia iterum atq; iterum fiebant, esse dicebant. Sed nihil nocebit forte audire contextum Eudemi, qui breuiter hæc dicta hic, Tertio naturalium interpretatur. Sed ipsum tempus an fiat, vt aliqui dicunt, vel non, dubitarit aliquis, cum multipliciter idem dicatur. Idem nãq; specie fieri videtur, vt æstus & hyems & reliquæ horæ & circuitus temporum. Similiter & motus ijdem specie fiunt. Conuersiones.n. & æquinoctia & reliquas vias, ac transitus, Sol efficit. Siquis autem crediderit Pythagoricis qui rursus eadem numero futura sint, & ego tenens virgam vobis sedentibus fabulas narrabo, ita quoq; omnia alia eodem modo se habebunt, & idem tempus esse rationabile est. Vnius.n. eiusdem motus est similiter etiam ipsorum plurium prius & posterius vnum & idem, & horum plane numerus: omnia igitur sunt eadem: quare & tempus. Et vide quod vnum & eundem motum dicit, qui iterum atq; iterum redit, & ipsum prius & posterius idem esse, Quod vero iste inquiat motum & tempus semper alia atq; alia fieri, audi qualia paulopost iam illis appositis scripsit. Vt aũt de ipso motu solũ subsistit ipsum indiuiduum momentum, & præteritum effluxit & futurum nondum est, sic etiam tẽporis aliud abijt, aliud nondum est, & aliud pręsens, quod semper aliud atq; aliud fit.

Prius & posterius quo pacto idem possint esse in tẽpore & in motu.

Cur nũc cum tempore idem subiecto sit nõ aũt specie.

Fieri quomodo dicunt Pythagorei.

Tex. 112.

Non solum autem motum tempore metimur, sed & motu tempus, propterea quòd à se inuicem definiuntur. Tempus.n. definit motum, cum sit numerus ipsius. motus autem tempus. Et dicimus multum, aut paucum tempus, motu metientes; sicuti numerabili numerum. vt equo vno, equorum numerum. numero enim, equorum multitudinem cognoscimus. Rursus autem vno equo, ipsum equorum numerum. Similiter autem, & in tempore, & motu. tempore.n. motum, motu autem tempus mensuramus. Et hoc rationabiliter accidit. Sequitur.n. magnitudinem motus. motum autem tempus, quòd quanta sint & continua, quæ diuidi valeant: propterea.n. quod magnitudo est huiusmodi, motui hæc contigerunt: propter motum autem tempori. Atq; mensuramus & magnitudinem motu, & motum, magnitudine. Multam.n. dicimus esse viam, si ambulatio multa est, & hanc multam, si via multa sit. & tempus, si sit motus, & motum, si sit tempus.

Tex. 113.

Com. 117.

Quia tempus dicitur numerus, & mẽsura motus, quasi per id motus mensuretur: Dicebatur autem motus velocior & tardior, maiore & minore tempore mensuratus: nunc addit, ꝙ non solum tempus mensurat motum, sed etiam motus tempus. vtrunq;.n. mensurat alterum, quia vnum definitur ab alio vicissim, videlicet motus à tempore, & tempus à motu. Nam in quo tempore multus motus hoc etiam multum dicitur. Verum primarie tempus motum metitur, cum sit eius numerus & determinet eũdem secundum prius & posterius, verum per accidens quomodo econtra mensuratur ab eodem. quod quidem in alijs etiam mensuris fieri videmus. Nam mensuræ ab his, quæ mensurantur, econtra mensurantur. Iudicamus enim & discernimus medio tritici ligneum modium an sit maius, vel minus: & cyatho vini econtra metimur æreum cyathum. Sed, cum dixerit, sed motu & tempore & alijs mensuris continuis, quia etiam hæc ab ipsis mensuratis remetiũtur, dicit, ꝙ idem videre possumus in numeris. Etenim numerus aliquo modo econtra numeratur ad his, quę enumerant. Vt.n. decem equos dicimus, quia decem vnitatibus ipsos numerauimus, sic etiam vnitates decem dicimus quia decem equis æquantur. Forte.n. in cognitionem decem haud peruenissemus nisi accipissemus vnum ęquum, vel hominẽ vnum toties. Cum ergo hæc inquiat, causam etiam ipsius econtra mensurationis affert. Nam sequitur, inquit, vt diximus motus magnitudinem & tempus motum. Quia ergo vt se habet motus ad magnitudinem, ita tẽpus ad motum, & motus mẽsurat simul magnitudinem, & econtra mensuratur ab eadem: Multam.n. dicimus esse viam, quia incessus longus est: & multum incessum, si via longa est. Quæ.n. vicissim sese adæquant vnum alterum vicissim etiam metitur, & cum tẽpus sit continuum & diuisibile ob motum, quid mirum erit, si etiam ab eodem mensuretur, vt etiam motus ob magnitudinem hæc habens mensuratur ab eodem. Sed differens fertur scriptura, quæ est in calce huius contextus. Et si ita se haberet {Et tempus si sit motus, & motum si sit tempus,} vt in pluribus exemplaribus iacet, quod dicitur manifestum est: si vero sic iacet, {Et tẽpus motus, & motum tempus.} Nam & hæc scriptura adducitur: & ipsam Alexãder reprobat, „
quia vtrisq; idem significatur, nempe quî tempus à motu mensuratur. Sed quõ hoc {& tempus motum} significarit „
quod tempus à motu mensuratur? Sed hæc scriptura cum „
dixit {& motum tempus} facit fidem de hoc, quod mo- „
tus tempus metitur, ꝑ in eandem intelligentiam, induxit „
statum, {Et tẽpus motum,} sed sciendum est, quod etiam „

Motus mensurat tempus.

Mensuræ mensurantur à mensuratis.

Prius & posterius considerantur per consensionem, quod est esse.

impræsentia

imprǽsentia motum mensurari à magnitudine inquit, & à motu tempus, sed prius & posterius, quæ ex positione in magnitudine proficiscuntur ad motum, diuersa sunt ab illis secundum extensionem, ſm quam tempus consideratur. Ideo oportet etiam considerare proportionem dicentem, vt se habet magnitudo, & motus, & vt motus, tẽpus, quomodo vera sit. Cum.n. longa via sit & multus motus est, nihil prohibet quin tempus sit paucum, si quod mouetur fuerit velox. Nisi possint hæc in seipsis cõsiderari, quia quantum ad motum, multum erit tempus ipsius motus, qui multus est. Potest etiam secundum proportionẽ velocitatis sumi multum & paucum temporis. Nam celerrime multum erit tempus vnius diei, quia ex Elide vsq; in ipsum Epidaurum multam viam absoluit.

Inter motum & tẽpus proportio.

Tex. 114. *Quoniam autem tempus est mensura motus, ipsiusq; moueri, metitur autem hoc motum, determinando quendam motum, qui mensurabit totum: sicut & longitudinem cubitus, determinando aliquam magnitudinem, quæ remetietur totam: & esse motum in tempore est, mensurari tempus, & ipsum esse eius, simul.n. motum & esse motus mensurat: &* Tex. 115. *hoc est ipsum in tempore esse mensurari ipsius esse. Manifestum est autem, quod & alijs hoc est ipsum in tempore esse, mensurari ipsorum esse à tempore.*

Cõm. 118. Cum ostenderit quid sit tempus, & ea, quæ dicuntur competere ipsi, conuenire diffinitioni patefecisset, & ꝙ ea proprie tẽpore metiri dicimus, quæ ab illo continentur, nunc existimo, quæ maxime congrua sunt tempori dicendo, indicat ſm quid vnumquodq; dicitur esse in tempore. Sed cum fuerint verba longæ explicationis, & assignationis, quandam obscuritatem habent. Sed assignatio huius est, quia tempus est mensura motus & ipsius moueri: hoc est in tempore esse, & motum atq; alia mensurari à tempore. Illa autem cõiunctio {Et} in his verbis, cum dicit {Et hoc est} non ponitur frustra, vt Alexander censuit, quia copulat sequentia cum proxime dictis. Forte, aút, vt etiam Alexã. iudicat, assignatio ab hoc {manifestum est autem, ꝙ & alijs} est huius, & alijs cũ motu pro hoc sumpto cum alijs. Nam per mediũ motum probat, quod omnium, quæ sunt in tempore, natura metitur à tempore. Et hoc merito. Nam vniuscuiusq; naturæ & eius, quod est motus est actus. Sic ergo dixit, {Quoniam tempus est mensura motus,} Et motum esse in tempore, & alia ſm suum motum, nihil aliud est, q̃ naturam eorum & esse à tempore dimetiri, ostendit autem quõ motus sit hoc modo in tempore. {Tempus motum mẽsurat,} sed mensurare motum non simul existentẽ, sed dum labitur existentem, proprie idem est huic, s. quod eius esse & natura mensuretur, i. quantum motus durat. Mensuratur.n. motus etiam per spatium, in quo fit, qñ dicimus vnius stadij motum fuisse, sed per accidens sic mensuratur, & non quatenus motus. Nam velut permanente proprie sic habet talem mensuram: sed velut motus, & velut id, quod, dum fit, existit, pro sua mensura dum durat, tempus habet. Nam hoc est mensura illius esse cum subsistat dum fit. Et ecce nunc, vt existimo, Arist. plane tradidit quõ tempus est mensura motus, qa velut mensura ſm extensionem eius dum est, qua etiam subsistit. Nam in motu, vt refert Alex. esse motus & motum idem est, vt etiam alia, quæ sunt, dum fiunt. ideo idem est mensurare motum, & esse eius. Patet autem idem esse motum mẽsurare, & motum esse. Etiam patet, quod aliud est hoc esse, ab illo, quod dicere solent Peripatetici, & quod significat formam. Hoc.n. extensionem substantię significat & quasi actionem eius quod est, cum ergo motus substantia sit actus extensus: quippe qui erat actus mobilis: merito idem est motus & esse motum. Ideo & ipse cum dixisset, tempus esse mensuram motus, subiunxit, & ipsius moueri. non velut aliud hoc addens, sed quia motus est actus, & mensura eius est tempus. Quòd vero motus mensuretur ex existentia eius à tempore, oñdit ex eo, quia quicunque motus fuerit acceptus tempore definitur. Futurus.n. motus nondum est, ideo neq; determinatus est. Vt.n. qui dicit mensuram vitę hominis tempus esse, hoc etiam asserit tot, videlicet annos, quot homo hac luce potitur, tempus metitur & determinat: sic etiam de motu, qui dicit, ꝙ duratio eius metitur à tpe, nihil aliud dicit, quam quod in quantum motus est tempus illum mensurat. Et in alijs, quę non sunt dum fiunt, sed tota simul subsistunt, vt de hoie, cuius vitam, i. spatium & curriculum vitæ suæ, tempus metitur, & ipsum hominem, i. intercapedinem & spatium hominis, vel cubitale vel aliquid tale metitur: sed de motu, eius durationem & ipsum, tempus pariter mensurat. quia cum duratione sua est, & concurrit, quæ tempore potest mensurari, & motus ipse. Si vero hæc vera sunt, quod erit motus mensuratum à magnitudine. Siquidem non solum magnitudinem motu mẽsuramus, sed etiam motum magnitudine, vt diximus. Nam patet, quod dimensio eius, cum sit eadem subiecto cum extensione durationis. nam actus est, & non permanet: mensuratur vel quidem dimensio & distantia permanens ob relationem ad magnitudinem, ab ipsa magnitudine. Dicimus.n. motum vnius stadij, sed velut extensione durationis eius, tẽpus. Sed quia hæc sunt subiecto eadem, merito dictum est, ꝙ motus & duratio, esseq; motus sunt idem. Sed, cum dixisset tempus esse mensuram motus, quõ addit, {Qui mensurabit totum,} omne.n. quod mensuratur, à propria sua parte videtur mensurari, quia etiã pars illa est, quæ mensurat totũ, quantum.n. est vniuersum, tanta est pars toties replicata. motus ergo à motu dimetitur. pars.n. motus est motus, & omne continuum est, quod diuidi potest in ipsa æqualia finita, quõ ergo motus dicitur mensurari à tẽpore? determinat, inquit, tempus partem motus, quæ mensurat totum motum, & hanc determinat prius, & posterius nunc, & similiter tempus motum mensurat, vt etiam magnitudo vnius cubiti non velut pars eius, sed quia determinat aliquam eius partem, qua toties sumpta, totum dimetitur. Cum ergo & motus à tempore sit determinatus, velut pars vnius horæ totum metitur, ob id motus dicitur à tẽpore dimetiri. Cum ergo ostendisset motum esse in tempore, idem esse ac si diceretur, à tpe dimetiri, ex ipso motu proficiscitur etiam ad alia, quæ dicuntur esse in tempore. Quasi dicat, si motum esse in tempore est mensurari eius esse erit, etiam in alijs idem. videlicet esse in tempore mensurari à tempore, quia ea sunt actu, & motus est actus eorum, quæ actu mouentur: si ergo primum, & ſm. Sed in alijs inquit, minime fit, vt natura vel esse ipsorum sit mensurari à tẽpore, propterea quod in motu idem erat motum esse & motũ, sed de alijs, quæ sunt in tẽpore non similiter, sed hoc spatium eorum ſm durationem eorum vt fit, existit, sed illa non sic se habent. Sunt igitur in tempore, ꝙ etiam esse eorum mensuratur à tempore. Ex his proinde accidit, opinor, dubitatio. Primum, si tempus est numerus & mensura motus, quõ quicquam aliud præter motum à tempore metitur, & in tempore est? quasi dicenda sint etiam alia in tempore esse. Nam alia, quę sunt distincta à motu, vel non mouebuntur, vel omnino non sunt motus: igitur neq; mensurabuntur à tempore: siquidem motus mẽsura sit tempus. Secũdo, hic homo, & hic equus, & aliorum vnumquodq; quod non est, dũ fit, quasi hoc dici possit de his, quæ versantur

Esse in tempore quomodo dicatur motus.

Tempus est mensura motus per extensionẽ eius essentiæ.

Magnitudo quãdo motũ mensuret.

Tempus metiri motum quõ dicatur.

Res quõ dicantur esse in tempore.

Tempus quõ alia præter motum metiatur.

ſantur in generatione, qũo erunt in tempore? ſiquidem tempus dum fit, eſt, & neceſſe ſit id, quod eſt in tempore, vt ſimul ponatur cum tempore. Et ad primam dubitationem dicendum eſt forte, ꝙ, cum faciat rationem de motu, præcipue ſecundum locum, vt indicat, cum dicit, motum magnitudine menſurari, & hunc multum eſſe, quia iter longum, reliquas etiam ſpecies motus, incrementum, alterationem, generationem dicit. Sed forte melius eſt dicere, motum actum eſſe, qui eſt dum fit, & duratio eius eſt ipſemet motus, cuius eſſe eſt primarie in tempore, & à tempore dimetitur. Sed alia quæcunq; dicuntur in tempore, velut homo, aut æquus, & hæc ſ͠m ſubſtantialem motum ſuum, qui eſt actus ſubſtantiæ, & exiſtentis, & actus non perfectus, neq; ſtans, ſed qui dum labitur, eſt, & ea ratione in tempore ſunt cõpoſita ex generatione & interitu. Alia ergo præter motum, videlicet ſubſtantiæ, quas dicit eſſe in tempore & mobiles ſecundum ſuum motum, qui eſt duratio illorum permanentiæ, fatetur eſſe in tempore. Quare quæ proprie ſunt, & non ſunt dum fiunt, quæ ſempiterna appellant Plato & Ariſt. non ſunt in tempore, ſed in æternitate ſemper manente. Et ſi hęc vera, ſunt ſoluta etiam eſt ſecunda dubitatio. Subſtantiæ.n. ſubditæ ortui, in tempore ſunt ſecundum fluxum & extenſionem proprię permanentiæ, quouſq; durant. Nam dicuntur eſſe illæ quantum tempus eorum extenditur. Et ſic tempus eſt menſura fluxus & durationis ſecundum eſſe eorum. Et hęc ſunt, vt mihi videtur, quæ Philoſophatur ſubtiliter & ingenioſe Ariſtoteles de tempore.

Sempiterna non ſunt in tempore, ſed in æuo, vel æternitate.

In tempore.n. eſſe, duorum eſt alterum, vnum quidem, eſſe tunc, quando tempus eſt: vnum autem, vt quemadmodum quædam dicimus, quòd in numero ſunt. Hoc autem ſignificat aut partem numeri, & affectionem, et omnino, quod numeri aliquid eſt, aut quod eſt ipſius numerus. Quoniam autem numerus tempus eſt, ipſum quidem Nunc, & prius, & quæcunq; ſunt huiuſmodi, ſic in tempore ſunt, vt in numero vnitas, & impar & par: hæc.n. ſunt, numeri aliquid, illa vero temporis. Res autem, vt in numero, ita in tempore ſunt. ſi autem hoc eſt, continentur à numero, ſicut & ea, quæ
Tex. 116. *ſunt in loco, à loco. Manifeſtum autem eſt, & quod non eſt in tempore eſſe, eſſe quando tempus eſt, ſicut neq; in motu eſſe, neque in loco, quando motus, & locus eſt. Si.n ſic erit quod eſt in aliquo, omnes res in quolibet erunt, & cælum in milio, quando.n. milium eſt, & cælum eſt. ſed hoc quidem accidit, illud autem neceſſe eſt conſequi: vt & illi, quod eſt in tempore, ſit quoddam tempus, quando & illud eſt, & ei, quod eſt in*
Tex. 117. *motu, ſit tunc motus. Quoniam autem eſt vt in numero, eſſe in tempore, accipietur aliquod maius tempus omni eo, quod eſt in tempore. Quapropter neceſſe eſt omnia ea quæ in tempore ſunt contineri à tempore, ſicut & alia quæcunq; in aliquo ſunt, vt ea, quæ in loco ſunt, à loco.*

Cõm. 119. Poſtq̃ dixit motum eſſe in tempore, velut menſuratum ab ipſo, deinceps ſignificationes eius, quod eſt in tempore, enumerat, vt manifeſtum fiat, qũo temporalia ſint in tempore, vt Nunc, & prius & poſterius, & huiuſmodi, & qũo aliæ res. Nam duo ſignificat ipſum eſſe in tempore. Vnum, eſſe, quando tempus eſt: vnum autem, ſicut dicimus eſſe, quia eſt in numero. Et hoc duplex eſt, vel.n. ſic eſt in numero, q̃a eſt pars, aut affectio numeri, velut duo, & impar: quorum illud eſt pars, & hoc affectio: vel quia eſt eorum numerus, & numeratur, velut decem equi, & decem bones numero. Cum ergo tempus ſit numerus, vt ſe habent ea, quę ſunt in numero, ita ſe habent ea, quę ſunt in tempore, quare ipſum nunç & ipſum prius ſic eſt in tempore, velus vnitas in numero numerante, & impar. Nam

Eſſe in tempore ſignificata, ſicut inquid eſt eſſe in numero.

Eſſe in numero qũo quipiam dicatur.

hæc numeri ſunt partes, vel accidentia, illa vero temporis. Sed motus & alia, quæ non ſunt partes, vel actiones temporis, ſic in tempore ſunt vt in numero decem homines, quia numerantur ab ipſo. Sicut ergo illorum, quæ in numero eſſe dicuntur, ſemper eſt aliquis maior numerus: ita illorum, quæ ſunt in tempore ſic, ſemper aliquid maius tempus eſt. Etenim tempus eſt quidã numerus. Si autem hoc, quæ ſunt in tempore cõtinentur à tempore, & ea, quę ſunt in loco, continentur à loco, & omnino, quæ ſunt in aliquo, velut in continente. Et vide, qũo Ariſt. communitatem temporis ad locum & numerum, antequam alij dicant poſterius, intellexit. Hæc eſt ꝓpior ſignificatio eius, quod eſt in tempore. Dicere.n. aliquid in tempore eſſe, quia eſt, q̃n tempus exiſtit, magis improprie dicitur. quia hoc modo diceretur etiam immobile eſſe in motu, quandoquidem ſit quando motus eſt. Quin etiam nihil intereſſet, ſi diceretur cœlum in grano milij eſſe, & prorſus ſingula in ſingulis & maximum in minimo: ſiquidem quando eſt cœlum & granum milij ſit. Sed ſimul eſſe pluribus accidit, quod ſignificat illud, q̃n & tunc: At eſſe alterum in altero, eſt alterum ab altero cõtineri. Et ſequitur quidem hęc illud, & ſimul eſſe, ſed non quia ſimul, idcirco alterum in altero, ſed quia ſimul ſunt alterum in altero, ideo ſimul ſunt: ambo ſunt in eodem tempore, tñ non in tempore. & ſi fuerint exiſtente tempore dicerentur ſimul, quia ſimul ſunt in eodem tempore: ſed neq; his cõpetunt hęc Quando, & Tunc. Cæterum, cum patefecerit quæ ſunt proprie in tẽpore ſic dici, velut quæ à tempore continentur, velut ea, quæ ſunt in numerò, ab ipſo numero, ſignum eorum, quæ ita ſunt in tẽpore, & ſimul cauſam, cur ſic dicatur, affert. Eorum.n. quæ proprie ſunt in tempore, ſemper temporis plus eſt accipere. Sic.n. à t͞pe continebuntur, & proprie dicentur in tempore, vt etiam in loco & in numero. Ideo inquit Alexander, ſempiterna non ſunt in tempore, cum eorum durationem tempus non contineat. Et ſiquidem ſempiterna dicit, quæ perpetua ſunt, vt Plato nominauit in Timæo de exemplari dicens. {Natura itaq; animalis exiſtit, cum ſit ſempiterna,} recte diceret. Nam æternum non eſt in tempore, neq; cõtinetur à tempore. Quòd ſi ſempiternum dicit id, quod omni tẽpore ſubſiſtit, haud verum eſſe fatebor, hoc non eſſe in tempore, ſi ſolum ſic poneretur velut in tempore eſſe. Sed hæc, cum fiant, exiſtant, & non ſimul vniuerſa ſubſiſtant, ſic vt æterna. Comprobat aũt hanc ſcripturam ipſe Alexã. cum ſic ſcribat his verbis. Sed motus, qui eſt ſempiternus, tñ in tempore eſt, quia non ſubſiſtit, neq; idem permanet numero, ſed exiſtit dum fit. cum ergo ſic alius atq; alius ſemper fiat, hoc modo in tempore eſt. Si ergo etiam alia, quæ ſunt in generatione, ſ͠m motum in tempore ſunt: quia ſecundum eſſe illorum: ſi aliqua fuerint quæ ꝙ ſint, habent, ꝙ minime deficiant, & ſunt, dum fiant, ſicut quæ per operationem, vel per qualitatem, vel per locum mutentur, nihil prohibet hæc in tẽpore eſſe. ſed quia cuncta ſunt in numero, videntur etiam in tempore eſſe, quia tẽpus etiam eſt numerus. Etenim eorum, quæ ſunt in numero, plus numeri eſt accipere ſemper, quia omne qd̃ numeratur eſt in numero finito: ſed omnis numeri finiti eſt ſemper plus numeri accipere, quia numerus ita augetur in infinitum, vt magnitudo diminuitur in infinitum. Sed eorum, quæ ſunt in loco, non eſt ſemper alium & maiorem locum accipere, quia ſi locus eſt terminus continentis, vel debita eorum, quę diſtant, poſitio, locus circũſcriberetur loco. Quòd ſi locus eſt interuallum, æquidem particularia corpora, cum ſint in loco, ſemper habent aliquẽ locum excedẽtem, in quem ſæpe

Tempus, locus, & numerus in quo conueniant.

Aeterna non ſunt in tẽpore

Motus æternus qũo eſt in temp. re.

Eſſe in tẽpore & in numero quomodo ſimilia ſint. Quomodo numero maiorem ſumere liceat.

Quouis loco non potest maior sumi locus.

sæpe ciiſ mutantur. Sed totum non habet maioré locum, quia totum capit totum, quare iuxta omnem ſuam ſignificationem, erit verum dicere, quod non quouis loco eſt accipere maiorem, ſicut omni tempore, & omni numero. Sed ſolum vtebatur loci exẽplo, ad oſtendendum ſolum, quod ea, quæ ſunt in tempore, continentur à tempore, vt ea, quæ circũſcribuntur loco, ab eodem complectuntur. Sed totam rationem ſic Alex. concluſit. Quæ ſunt in tempore ſunt in numero: Sed eorum, quæ ſunt in numero, eſt numerus. Eorum ergo, quæ ſunt in tempore, numerus eſt. Sed quorum eſt numerus, horum etiam numer[illegible]lius maior accipi poteſt: finitorum.n. eſt numerus, Sed omni finito maiorem numerum eſt accipere: igitur his, quæ ſunt in tempore, maior eſt numerus ſecundum tempus.

Et pati itaq; aliquid à tempore, ſicut & dicere conſueuimus, quod conſumit tempus, & ſeneſcunt omnia tempore, et obliuiſcuntur propter tempus. ſed non didicit, nec nouum factum eſt, nec pulchrum. Corruptionis enim cauſa per ſe magis eſt tempus. Numerus.n. ipſius motus eſt, motus autem expellit id, quod ineſt.

Cõm. 120. *Quæ ſunt in tẽpore patiuntur à tempore*

Cum oſtenderit, ꝙ eſſe in tempore, eſt contineri à tempore, & ſic contineri, vt etiam ante ipſum ſit tempus: deinceps addit, quod etiam, quæ ſunt in tempore, patiuntur ab eodem. Conſueuimus.n. dicere, ꝙ tempus conſumit, & omnia tempore ſeneſcunt, & obliuioni mandari ſolent ob tempus, quæ quidem ſubſtãtiam, vitam, cognitionem, delent. Non.n. ſimiliter dicimus, quod didicerit, neq; iuuenis factus eſt, neq; pulcher ob tempus, quia tempus eſt magis cauſa interitus, cum ſit numerus motus: motus autem eſt egreſſus eius, quod eſt & mutatio: quare merito, cum tempus ſit aliquid motus, qđ eſt in ipſo exijt à ſuo eſſe & mutari facit, numerus exiſtens vniuſcuiuſq; eorum, quæ ſunt in ipſo, mutationis & egreſſus. Sed vt ſecure diceret hoc {magis} adiecit. Interitus.n. cauſa per ſe tẽpus eſt. Et quia neq; patiendi tempus eſſe cauſa videtur ſimpliciter & per ſe, ſed quatenus pati ineſt omnibus, quæ ſunt in tempore. Patet autem, ꝙ non ſolum interitus, ſed etiam generationis & productionis cauſa videbatur dicenti, Omnia longum & numerabile tempus profert, quæ incerta ſunt & occulta, & occultat manifeſta, & non ſolius obliuionis, ſed etiam diſciplinæ cauſa eſt. Tempus.n. aliquid me ſcire facit, ſi audiamus dicentem, Simonides autem ſapientiſſimum eſſe tempori attribui. Hoc.n. dixit omnes inuenire, & diſcere. Euenus aũt ex vtriſq; fecit tempus ſapientiſſimum, & ſtultiſſimum. Et Ariſt. Tertio lib. duplicem motum dixit, alium à forma in priuationem, & alium à priuatione. Ob id etiã eſt magis cauſa interitus, quia quæ fiunt, ſemper etiam in tempore fieri videntur, ſed non aliquid à tempore, quia perſpicua eſt cauſa efficiens, ſed exiſtit ob tempus, vt ædificator ædis. Quæ vero intereunt non ſolum in tempore interire videntur, ſed etiam à tempore, quando nihil aliud videretur propria cauſa interitus. Similiter quoq; doctor facit diſcere, ſed ad obliuionem videtur ſufficere tempus.

Tempus eſt cauſa corruptionis & generationis.

Tempus prudentiſſimum protulit Simonides.

Tempus doctiſſimum & ſtultiſſimum dixit Euenus.

Tempus eſt magis cauſa interitus.

Quare manifeſtum eſt, quòd ea quæ ſemper ſunt, quatenus ſemper ſunt, non ſunt in tempore: non enim continentur à tempore, neq; menſuratur eſſe ipſorum à tempore. Signum autem huius eſt, quòd neq; patiuntur quicquam à tempore, tanquam non exiſtentia in tempore.

Cõm. 121. *Sempiterna non ſunt in tempore.*

Cum patefecerit, ꝙ ea ſunt in tempore, quorum eſt accipere ſemper aliud tempus maius, & quia quæ ſunt in tẽpore patiuntur à tempore, velut quoddam corollarium ex dictis concludit, quod quæ ſemper ſunt, quatenus ſemper ſunt, non ſunt in tempore, neq;.n. ab eo continentur, vt ſic plus temporis accipere quam ipſa durent: neq; à tempore patiuntur. Adiecit autem illud. {Quatenus ſemper ſunt.} propterea, quod dum exiſtunt, tempus eſt, motus tñ ipſorum & mutationes ſunt in tempore, ꝙ vniuſcuiuſq; ipſorum liceat plus temporis accipere. Quomodo ergo ſempiternus motus. (Oſtendetur.n. circularem motum eſſe ſempiternum,) igitur eſtne in tempore, vel non? Si.n. non in tempore eſt, ergo tempus non eſt omnis motus numerus: ſi vero in tempore, quo erit hoc in tempore, quod tempus non excedit? Niſi ꝙ ſemper eſt alius, atq; alius & nũquam eſt idem numero, ideo poteſt eius tempus maius accipi. Themiſtius autem. Et ſi, ait, tẽpus motum non excedat, nec ipſum ſic contineat: quia tñ inuicem coniuncta ſunt, ſimulq́; extenduntur, ac ſimul alterantur, & alterum alterius indiget: ideo motus in tempore eſt. Sed forte ſi quis diceret, quod huius gratia & tempus erit in motu. Sed ſempiterna erunt dicta ſ'm ſubſtantiam, quæ ſimul tota ſunt, qualia intellectilia, & ea, quæ reuera ſunt, & actionem ſemper ſimul totam habent, & ſupra tempus ſunt omnino ab ipſo æuo menſurata. Et cęlum, cum ſit ſubſtantia, perſpicuum eſt, ꝙ ſ'm illam eſt mutatione immunis. Atqui, ſi nullam alterationem ſuſtinet, nullum.ſ. habens motũ, neq; extenſionem in ipſo eſſe, etiam ſubſtantia eius ſupra tempus erit. Tempus.n. eſt eorum, quæ fiunt, ſed non eorum, quæ ſunt, menſura. Quòd, ſi aliqua viciſſim ab vno in alterum detur perfectio ſ'm differentes figurationes, vt plane in Luna videmus fieri, & eſt alia, atq; alia hæc & ſubſtantiæ perfectiua, patet ꝙ etiam ſ'm hæc à tempore menſurabuntur. Quod ortus particeps eſt, omnino quicquam habeat quod fiat, & intereat oportet, ſed non ſecundũ ſubſtantiam neceſſe eſt. Verum Ariſtoteli & philoſophantibus ſemper eo duce ex manifeſtis ſat eſt, cœleſtium ſubſtantiam expertem ortus eſſe & ſupra tempus, ſed motus temporaneos eſſe. Et niſi forte melius dicendum ſit, ꝙ extremorum, velut omnino immutabilium, & eorum, quæ contra mouentur, & ſemper tempus eſt menſura. Sed mediorum, velut animæ & ſempiternorum corporum, ſunt quædam aliæ menſuræ, quæ carent nominibus.

Motus æternus qui & circularis eſt, nũ ſit in tẽpore.

Aeterna ſũt ſupra tempus, & æternitate, vel æuo menſurantur. Cœlum aliquo modo eſt in tempore.

Animæ & corporis æternorum aliæ menſuræ ſunt præter tẽpus.

Tex. 118. *Quoniam autem tempus menſura motus eſt, erit & quietis menſura ſecundum accidens. omnis.n. quies in tempore eſt. non enim, vt quod eſt in motu, neceſſe eſt moueri, ſic & quod in tempore. non.n. tempus motus eſt, ſed numerus motus. in numero autem motus poteſt eſſe & quieſcens. Non n. omne immobile quieſcit. ſed priuatum motu, aptum autem natura moueri, ſicut dictum eſt in prioribus. Eſſe autem in numero, eſt eſſe quendam numerum rei, & menſurari eſſe ipſius numero, in quo eſt. Quare ſi eſt in tempore, à tempore. Menſurabit autem tempus id, quod mouetur. & quod quieſcit, quatenus hoc quidem mouetur, illud vero quieſcit. motum n. ipſorum menſurabit, & quietem quanta ſit. Quare, quod mouetur, non ſimpliciter erit menſurabile à tempore, quatenus quantum quoddam, ſed quatenus motus ipſius quantus eſt.* **Tex. 119.**

Cõm. 122. *Tempus eſt menſura quietis.*

Cum hactenus dixerit tempus eſſe menſuram motus, merito addit, ꝙ etiam quietis eſt menſura, & ob id, quia eſt motus. Illa.n. cõtinuatiua coniunctio {Quoniam} hoc ſignificat. Si.n. quies eſt motus priuatio, & ſunt eadem illa, quæ diſcernere faciunt & menſurant habitus & priuationes, vt lumen & tenebras viſus: & vocem, ſilentijq; auditus: & rectũ & curuum regula: merito id, quod motum metitur, etiam eius & priuationem, quæ quies eſt, menſurabit. ſed hanc per accidens. Motum.n. per ſe tempus metitur. quia ſubſtantia eius in hoc verſatur. Sed per accidens metitur etiam quietem, & ſecundum relationem ad motum.

Tempus quomodo ſit menſura quietis per accidens.

tum. Nam mensurat eam quantum eius non motum est, vt etiam ipse dicet. Est.n.aliquod tempus, quo quiescit ipsum quiescēs, cuius mora aliam est accipere longiorem. Quiescere.n.dici solēt ea, quæ etiam apta sunt vt moueantur. Et Alexan. inquit, tempus esse numerum quietis, quia accidit motui priuatio motus, cuius per se numerus est tēpus. Sed Themistius dicit hoc fieri, quia alium mensurat motū. Nox.n.est mensura per se lationis solis, quæ est sub terra, sed per accidens etiam quietis animalium. Fortitan diceretur & aliter. Nam, quia omnis quies est media inter duos motus, quos per se mensurat, & est quidem prius nūc terminus prioris motus, & posterius principium secundi spatium medium, quod intercedit, quod ex accidēti mensurat spatium quietis intermediæ, qm̄ contingit quietem esse inter duos motus. Sed qūo tempus, cum in hoc substantiam habeat, vt sit numerus & mensura motus, etiam quietem, quæ est priuatio motus, mēsurat? Erit.n.& quies motus, siquidem quod metitur à tempore, motus sit. Hāc igitur instantiam soluens inquit, non necesse est, quod est in tempore, moueri, quia non est tempus motus, sed numerus motus, & aliquod accidens. sed non si quid est in subiecto, iam etiam in illo erit, cui hoc accidit. Non.n.si quid in die est, iam hoc ipsum in latione Solis est, siquidem dies sit tm̄ temporis, quod est numerus tāti motus Solis. Quare non necesse est, vt quies moueatur, quanquam substantia temporis in eo cōsistat vt sit numerus motus. Dicimus enim, morbo laborantem tm̄ temporis quieuisse. Etenim regula & passus vulgo est per se rectum faciens discerni, per accidens torta discernere facit. Cæterum, cum tradiderit quiescens in tempore esse, quid sit illud quiescens inquit, quia nō sit quies omne immobile. Si.n.hoc, non omnis quietis tempus esset mensura. Non.n.& sempiternæ immobilitatis, quia non continet substātiam eius, sed sunt quiescentia hæc, vt diximus, quæcunq; sunt apta moueri, sed tum priuantur motu. Quod vero aptum est moueri non habet sempiternam immutabilitatem. Deinde etiam cur sit in t pe addit, quia, vt in numero est, vt sit aliquis rei numerus, sic etiam in tēpore illud est, cuius duratio mensuratur à tempore. in quibus etiam adiecit, ꝙ quiescens quatenus quiescens tēpus mensurabit, vt etiam id, quod mouetur, quatenus mouetur, sed non subiectum mēsurat, sed motum & quietem ipsorum. Quare, inquit Alexāder, & sempiternorum motus, sed non substantias eorum, quę mouentur, tempus mensurabit. Sed ex dictis nonnulli dicerent assignatam temporis definitionem mancam esse. Nam, inquit, oportere non solum tempus determinari per numerum motus, sed etiam quietis. quos increpat Alexā. quasi, inquit, ęque dictum sit numerum motus esse & mensuram motus, & sic intelligunt numerum motus: ideo censent, cum mensura quietis sit, & non solum motus, etiam illud esse adijciendū definitioni. Sed non est idem. Non.n. subsistit tempus quatenus motum metitur, sed hoc ei accidit, sed substantia eius est quatenus numerat prius, & posterius in motu, quæ prius & posterius non sunt in quiete. Non.n.huic, vt sit in mutatione à priore quodā in aliquod posterius & post ipsū esse vt motui inest. & hoc plane indicauit dicendo, {In numero autē motus contingit etiam quiescens, esse autem in numero est quendam numerum rei esse.} Quæ, cum dicat Alexander, me admirari fecit, qūo asserat quietem non habere prius & posterius, vt motum. Si.n.non habet, sed copulatur prius nunc posteriori, non erit t pis cogitatio in quiete, vt neq; in motu. Quòd si prius & posterius, & transitus ab illo in hoc, & priori, corrupto posterius succedit, qūo non est dum fit & quies &c motus quidam existens in ipsa apparebit? Nisi forte igitur duplex sit motus. alter oppositus quieti, & alter, qui est quædam duratio, atq; extensio ipsius quietis. Vt.n.oīum aliorum, quę versantur in ortu, fluxum existēre esse prius appellabamus, & quies etiam est in fluxu & prorogatione & duratione, ideo Aristoteles, quamuis principio dixerit, quietem mensurari à tempore per accidens, tn̄ procedendo inquit, {Mensurat autem tempus id, quod mouetur, & quod quiescit: illud quatenus quidem mouetur, hoc vero quatenus quiescit, motum.n.ipsorum & quietem mensurabit, & quanta sint,}.i.durationem vtriusq; mensurabit ſm esse, i.ortum & fluxum. Et nisi forte per accidens} ob id dixerit, quietem mensurari à tēpore, quia non vt quies simpliciter, sed secundum id quod in ortu versantur, vt & motus & aliæ species ſm hoc temporaneæ fiunt. Verum quia in motu idem est motus esse & motum, merito videtur motui per se competere tempus. Quod vero quietem motus priuationem non velut incuruum recti, & prorsus ea, quæ sunt præter naturam, eorum, quæ sunt secundum naturam, sed velut absentiam illius, quod aptum est, cum ipsa sit ſm naturam, esse dicat, patet: quia definiens naturam esse principium & causam non solū motus, sed etiam quietis ipsam dixit per se. Etenim quietis natura est causa, forte ob id non appellauit ipsam stationem, quia vult proprio nomine appellare stationē, in quam & ad quam motus procedit. Etenim ea, quæ semper immobilia sunt, manent, vt poli, cardinesūe & axis vniuersi. Etenim stare dicuntur, sed minime quiescere, quia quiescere conuenit aliquando etiam his, quæ mouentur.

Quare quæcunq; neque mouentur, neque quiescunt non sunt in tempore. Esse.n.in tempore, est mensurari à tempore. Tempus autem, motus & quietis mensura est.

Cum prius dixerit quæ sunt in tempore, quia quæ mouentur & quæ quiescunt in tempore sunt, & quædam aliquando quidem sunt, & quædam non aliqn̄ sunt, quia ea sunt, quorum duratione tempus longius est, in his ostendit, quæ non sunt in tempore, quia quæcunq; non mouentur, nec quiescunt non sunt in tēpore. Et deinceps neq; id, quod penitus non est, neq; quod semper est, sed illa, quorum ortus est & interitus. Quod vero quæcunq; non mouentur, neq; quiescunt in tempore non sint, sic ostendit. Si tempus est mensura motus & quietis, quæ ergò nec mouentur, nec quiescunt, hæc non erunt in tempore. Sunt aūt quædam, quæ nec mota, nec quiescentia sunt, sed immobilia suapte natura. Et patet, ꝙ ea sunt omni motu immobilia. Et syllogismus est in secunda figura talis, Quæ sunt in tempore mensurantur ab eodem: Sed quæ non mouentur, ne quiescunt, haud à tēpore mensurantur: Conclusio est, ergo ea, quæ non mouentur, nec quiescunt, non sunt in t pe. Sed horum maiorem propositionē posuit. Nam quod in tempore est ab eodem mensuratur. & minorem dicentem, quę non mouentur neq; quiescunt à t pe non mensurantur, hanc non posuit sed probationem eius dicentem: Sed tempus motus & quietis mensura est: cum quibus subaudiendum est hoc {solum} tanquam iam demonstrata hæc sint, ꝙ si hæc sola à t pe metiuntur, patet verum esse, ꝙ neq; id, quod non mouetur, neq; id quod non quiescit, à tempore mensuratur. Sed qm̄ eorum, quæ sunt, alia semper sunt immobilia, alia vero semper mobilia, & alia aliqn̄ mouentur, & aliquādo quiescunt patet, ꝙ semper immobilia prorsus non sunt in tempore, sed ea quæ semper & aliquando mouentur & quiescunt in tempore sunt. Quęcunque autem nec semper, nec aliqn̄ mouentur, hæc non sunt in tempore. Patet autem, ꝙ quæ aliqn̄ mouentur, hæc

sint

Regula rectum per se discernit, incurvum vero per accidens.

Quiescere quæ dicantur.

Quiescentia sunt in tēpore.

Tempus mensurat, id quiescens quatenus quiescit, sed nō subiectum.

Cur definitioni temporis non addatur, numerus motus & quietis.

Quies habet prius & posterius.

Duplex motus: alter qui opponitur quieti, alter, qui est duratio extensionis & essentiæ quietis.

Stare & quiescere non idem sunt.

Cōm. 119. In tempore quæ non esse dicantur.

Immobilia non sunt in tempore.

sint aliquando & quiescentia. Sed quõ tempus est mensura motus & quietis: quidam.n.dicunt motus esse mensuram tempus per se, & quietis, velut priuationis existentis ipsius motus, meritò horum solum mẽsuram esse aiunt. Sed qui asserunt solius motus tempus esse mensuram & quietis secundum esse & quatenus in fluxu consideratur, patet ꝙ non solius quietis, sed etiam aliorum omnium, quæ sunt subdita ortui, vt ipse dixit, tempus est mensura ſm esse. Nam motus secundum fluxum suæ naturæ tẽpus est mensura proprie, qui proprius est in ortu & fit, Sed forte quia omnia, quę sunt subdita ortui, vel mouẽtur, vel quiescunt, verum est dicere, ꝙ hæc sola in tempore sunt.

Tex. 120. *Manifestum igitur est, quòd neq; omne, quod non est, erit in tempore, vt quacunq; non possunt aliter esse. vt diametrum esse lateri commensurabilem. Omnino enim, si tempus est per se mensura quidem motus, aliorum autem secundum accidens, manifestum est, quòd quorum esse mensurat, his omnibus erit esse in eo quòd quiescant, vel mouẽatur. Quacunq; igitur corruptibilia & generabilia sunt, & omnino, qua aliquando quidem sunt, aliquando vero non, necesse est ea in tempore esse. est.n.tempus quoddam maius, quod excedet esse ipsorum, & eius, quòd mensurat substantiam. Eorum autem, qua non sunt, qua quidem continet tempus, alia quidem erant, vt Homerus aliquando erat, alia vero erunt, vt futurorum aliquid, vtrauis cõtinet: & si ambo, vtraq; et erant et erunt. Qua aũt haudquaquam continet, neq; erant, neq; sunt, neq; erunt. Sunt autem huiusmodi eorum, qua non sunt quorum opposita sunt semper. vt incommensurabilem esse diametrum, semper est. & non erit hoc in tempore. neq; ergo, commensurabilem esse. Quapropter semper non est, quoniam contrarium est ei, quod semper est. Quorum autem contrarium non semper est, hac possunt & esse & non esse, & est generatio & corruptio ipsorum.*

Cõm. 124. Adhuc sequitur distinguendo & dearticulando ea, quę sunt vel non sunt in tempore, & nunc ostendit, ꝙ neq; ea quæ prorsus non sunt, in tempore sint, neq; ea, quæ semper sunt, neq; ea, quę tempus non excedit quoad durationem. sed illa solum in eo versantur, quæ sunt ortui obnoxia & interitui. Et his euidentiorem facit intelligentiam, quam habet de tempore. Dicit autem non omnia, quæ non sunt, non esse in tempore, sed quędam. Eorum.n.quę non sunt, alia præcesserunt, velut Homerus poeta: alia manent, vt eclipsis: alia vero & transierunt & manent, vt bellum & eclipsis. Et hæc quidem omnia tempore esse demonstrabuntur. Sunt aũt quædam eorum, quæ non sunt, quæ nequeunt esse. vt diameter nunquam lateri commẽsurabilis erit, neq; omnino esse potest. hæc ergo non sunt in tempore. & causam addit, Quia tempus est mensura motus per se, & aliorum per accidens. Dicit aũt alia, videlicet quietem, & ea, quæ mouentur & quiescunt, quorum quietem etiam mensurat tempus. Mensurans, inquit Alex. quãtum spatium fuerit, quo non mouebatur quiescens. sed existimo, quod etiam durationem ipsius esse quietis mensurat, & ob id inquit, per accidens, quia ſm relationem ad motum. Sed subiecta motui & quieti, neq; ea ipsa mensurat, sed ea per accidens dicitur mensurarę, quia hæc accidunt eis, videlicet motui & quieti, quę mensurantur à tempore. Cum ergo tempus motum & quietem solum mensurat, patet, ꝙ quorum esse, atq; natura mensuratur, hæc etiam sunt, dum fiunt. Talia vero sunt ea, quæ sunt ortui, atq; interitui subdita, & omnino ea, quæ aliqñ existunt, & aliquando non. Idcirco & continentur hæc à tempore. Est.n. tempus aliquod maius, & longius est ac id, quod mensurat substãtiam ipsorum. Eorum ergo, quæ non sunt, quæcunq; talia sunt, vt fuisse aliquãdo, vel fore, vel etiam fuisse & fore, illud tempus, quod mensurat hæc, tempus excedit. etenim etiam illud tempus qñ erat, vel erit, tẽpus est, ideo & talia quę non sunt in tempore erunt. Sed cum dicat, {vt futurorum,} adiecit illud {ad vtrauis continet.} Nam in his, quæ facta sunt, à præterito in tempore in quo fuerant non esse illorum continet, vel tempus huius est mensura. ideo in tempore sunt, quæ hoc modo non sunt. Sed in futuris, à futuro. Nam tempus, in quo erunt, post hoc, in quo non sunt, amplius est, in quo sunt. ideo & hæc sunt in tempore. Quæcunq; autem prius erant, & posterius erunt, nũc autem non sunt, vt eclipsis, vel bellum, & prodigia, horum durationis tempus vtrinq; continetur. Etenim à pręterito, quia in illo fuerunt: & à futuro, quia in illo erunt. & vtrunque maius est eo solo, in quo solo non est id, quod est cum præterito, & id, quod cum futuro. ideo & in his est non esse ipsorum in tempore, vt etiam esse. Nam excedit tẽpus vtrunque, & ob id continentur à tempore & in tempore sunt. Sed quæ nequeunt esse, horum non esse neq; est in tempore. Sed quæ sint hæc, prius in exemplo dixit, {Vt diametrum esse lateri commensurabilem,} nunc autem & per vniuersalem regulam assignauit. Quorum.n.opposita sempiterna sunt, hæc nequeunt esse. quia ergo semper & necessario diameter est costæ immensurabilis, non potest esse commensurabilis. Rursus quæ sint, quæ possunt esse & non esse per regulam tradidit dicendo, {Quorum contraria non semper sunt,} sed aliquando. Nam si semper erunt contraria, nunquam erunt ipsa, si vero nunquam erunt ea quæ sunt contraria eis, hæc semper erunt. Quod, si aliquando sunt & aliquando non sunt contraria, & ipsa erunt aliquando & non aliquando, ac orientur & interibunt. Quando.n.sunt contraria, hæc non sunt, & quando non sunt illa, hæc sunt.

Generalis regula eorum quæ sunt, & non sunt in tempore.

CAP. XIII.

Tex. 125. *IPsum autem Nunc, est continuitas temporis, sicut dictum est. Continuat.n.tempus præteritum, & futurum, & omnino terminus temporis est. est.n.huius quidem principium, illius autem finis. Sed hoc non vt in puncto manente manifestum est. diuidit autem potentia. & quatenus quidem est tale, semper alterum est ipsum Nunc, quatenus autem copulat, semper idem est. vt in mathematicis lineis. non.n.idem semper, vnumq; punctum est intellectu. diuidentium.n.aliud est. Quatenus autem est vnum, idem penitus est. Sic & ipsum Nunc, hoc quidem est temporis diuisio secundum potentiam, illud autem, terminus vtrorumque, & vnio. est autem idem, secundum idem, diuisio & vnio. esse autem non est idem.*

Cõm. 125. Nunc proponit sibi dicendum de ipso Nunc, quatenus præsertim videtur esse tempus, quod quidem Nunc est illud, quod diuiditur in ipsum Nunc proprie, & Nõc, quod dicitur cum quadam latitudine. Et primum dicit de primo, de quo etiam prius dixit, ꝙ eo tempus est cõtinuum; & diuiditur ſm ipsa Nunc. Hæc porrò in præsentia de ipso breuibus dicet, videlicet cõtinuationem temporis esse ipsum Nunc: hoc.n.est quo continuum tempus fit. Continua.n.sunt, quorum partes copulãtur ad vnum terminum cõem, vt Sexto huius tractationis demonstrabit. Sed partes temporis præteritum & futurum copulantur ad ipsum nunc, quod est cõis terminus in vtrisq;, & nunc sic acceptum facit tempus continuum. sed qñ velut terminus pręteriti, & velut principium futuri assumeretur & intelligeretur, diuisit ipsum rursus. Nam ipsum aliqñ continuat, & aliquando diuidit. Vt etiam se habet punctum in longitudine.

Nunc quo pacto sit temporis continuatio.

dine. Etenim & hoc continuat longitudinem, sed qn̄ velut vnum intelligitur & accipitur, quando vero ipso vsi fuerimus vt duobus, dicentes ipsum esse terminum huius, & principium alterius, nunc diuidit. Sic Alexā. continuationem existimans significari, vsq; ad hæc verba, {Continuat.n. tēpus præteritum & futurum,} Et hæc hinc de diuisione intelligit, quia dixit nunc esse vnius terminum, & alterius principium, non sic tamen, vt in puncto continuat permanens. Nam ipsum Nunc, tēpore transeunte ac fluente, non permanet. Sed, cum sit differens scriptura, & alia habeat hæc verba, {Et terminus temporis,} & alia, {Finis temporis} vtriusq; tn̄ est eadem intelligentia. Etenim procedendo cōem terminum appellat finem & vnionem amborum, sed ꝓprior est illa, quæ dicit, terminum. Quia continua dicimus illa, quæ copulantur ad terminum communem. Et Alexan. hoc, {diuidit autem potentia} intelligit ad prędictum referēdum esse, quia non est manifestum in puncto manente, sed potentia diuidit nunc. Et sic rationem habet interpretatio. Dicit ergo, Nunc diuidere tempus potentia, i. qui animo concipiatur, non.n. actu, velut punctus, eo ꝙ habeat positionem, & permaneat, & separatas partes demonstret. Nam ob temporis fluxum non possunt partes temporis sic se habere, vt vnum demonstretur sine altero. Et qn̄ velut continuū acciperetur ipsum Nunc, idem etiam ratione & non subiecto solum est. Non.n. secundum aliam & aliam rationē acceptum continuat tempus, sed qn̄ ad ambas partes eandem haberet rationem cōmunis tunc factus est terminus amborum. Sic autem se habent ea, quę sunt in ipso, nunc inquit, vt in lineis mathematicis. Quatenus quidem idem punctum accipimus secundum subiectum, velut diuidēs ratione & intelligentia longitudinē, & huius terminus sit, & huius principium idem facimus, plura ratione, quod quidem idem est secundum subiectū. Nam alia est ratio ipsius vt terminus, & alia eiusdem velut accepto principio. Sed quatenus velut vnum & idem non subiecto solum, sed etiam ratione acceptum tanquam cōtinuans lineam, ſm hoc omnino vnum fit, i. non secundum subiectum solum, quod etiam diuidenti inest, sed etiam secundum rationem. Potest autem inquit Alex. illud {Intellectu} non coniungi, nec referri ad ipsam diuisionem, sed ad hoc {Aliud} Nam intelligentia aliud atque aliud fit punctum diuidens: non.n. subiecto. Vt autem se habet in mathematicis punctum lineæ, sic etiam in naturalibus se habet Nunc temporis. Nam velut diuidens tempus, accipitur cogitatione & velut potentia, non.n. vt actu & permanēs, sed sic in linea punctum diuisiuum bis intellectum potentia duo est, sed fit actu duo, qn̄ partes lineæ inuicem separarentur, sed nunc potentia est quam simillimum huic, quando cogitatione vtrunq; bis acciperetur. non.n. fit aliqn̄ hoc actu: non.n. permanet. Vel potentia inquit Alexander, quia secundum potentiam aliquam & rationem vnum ſm subiectum, duo ratione fiunt. Diuidens igitur sic, aliud velut finis, i. terminus & vnio amborum, cum in ambobus similiter existens accipiatur. Quando.n. eandem rationem habuerint ad ambo tum connectentur ipsa, & vnum efficient. Sed secundum idem punctum, & secundum idem nunc diuisio & continuatio longitudine & tempore fit. Sed ratio non est eadem connectentis & diuidentis, siquidem vnum & idem non solum subiecto, sed etiam ratione fit. Illud autem {velut duo} ratione accipitur. Sed cur in mathematicis magnitudinibus diuisione & continuatione vsus est exemplis, & non exemplo in physicis? Etenim quod dicebatur in his verum est. Nam mathematicis vsus est, primum, quia proprie nunc

Nunc diuidit tempus potestate, non actu.

Punctus consideratur vt principium & finis.

indiuiduum est, & punctum mathematicum pariter indiuiduum & expers partitionis est, sed non naturale. Deinde, quia hæc horū diuisio sola est in intelligentia, vt etiam est temporis natura. Nam in magnitudinibus naturalibus & subsistit talis diuisio. Nisi forte & in tempore sit, siquis naturales determinationes partium temporis intellexeris, velut diem & noctem, menses & annos, vt etiam in motu fit. Etenim existimo etiam huius esse quasdam naturales determinationes, alias quidem ex subiectis, alias vero ex ipsa differentia secundum motum.

Ipsorum igitur Nunc hoc quidem sic dicitur, aliud autem, cum tempus quod est huius, prope fuerit. Vt veniet nunc, quia cras veniet. venit nunc, quia hodie venit. Quæ vero in Ilio gesta sunt, fuerunt non nunc. neque diluuium fuit nunc. & quanquam continuum tempus est ad ipsa. sed quia non prope. Tex. 122.

Postq dixit de ipso Nunc proprie, quod expers est dimensionis continuans tēpus & diuidens, addit etiam alias significationes ipsius nunc, quibus consuetum est vocari, licet non proprie. Quod nāq; vtrinq; propter hoc, Nunc, positum est tempus, præteritum & futurum, vt quod sit prope ipsum: ipsum etiam nunc dicitur secundum appropinquationem ad nunc proprie dictum. Dicimus.n. eum nunc venturum, qui hodie veniet, & venire nunc, qui paulo ante accessit. Sed quæ in Troiano bello gesta fuere, non fuere nunc. neq; diluuium: quanquam continuum est tempus. Sed prope ipsum proprie nunc non fuerunt ea, quæ tum gesta fuere, sed valde remota. Cōm. 121. *Nunc n. vtroque cōmuniter accipitur.*

Ipsum autem Aliquando, tempus est determinatum ad prius & posterius nunc. Vt aliquando capta est Troia & aliquando erit diluuium. oportet enim terminari ad ipsum Nunc. Erit ergo quantum aliquod ab hoc tempus, ad illud, & fuit ad præteritum. Si vero nullum tempus est, quod non sit aliquando, omne erit tempus finitum. Deficiet ne igitur, an non, si quidem semper est motus? aliud igitur, aut idem sæpe est. Manifestum est, quòd vt motus, sic & tempus est. si n. vnus & idem fit aliquando, erit etiam tempus vnum & idem: sin minus, non erit. Quoniam autem ipsum Nunc, finis & principium temporis est, sed non eiusdem, sed præteriti quidem finis, principium autem futuri. vt circulus se habuerit, in eodem, quodammodo curuum & concauum: sic & tempus semper in principio erit & fine, & ob hoc videtur semper aliud non est.n. Nunc eiusdem principium & finis. simul enim, & in eodem opposita fuerint: Et non deficiet vtique tempus: semper.n. in principio est. Tex. 123. Tex. 124. Tex. 125.

Deinceps de ipso aduerbio aliquando, & alijs quæcunque temporanea sunt, docere aggredietur, simulq; earum etiam, quæ habent ad nunc habitudinem determinabit. Præterea, vt ostendat per hoc, ꝙ nullum tempus accipitur infinitum. Est igitur, inquit, ipsum aliquando tempus determinatum ad prius Nunc & posterius. Ceu aliquando Troia capta fuit. Quod quidem dicimus significantes, ꝙ est aliqua distantia ab ipso nunc præsente, quod erat, quando erat Troia. Similiter quoq; & ad futurum. nam dicimus, aliquando erit diluuium. Quibus deinceps demonstrabit, ꝙ omne tēpus assumptum definitum est. Omne.n. tempus habet prædicatum illud aliquando. Hoc vero significat illud, si vero nullum tempus est, quod non sit aliquando} non ꝙ tempus aliquando fuit, vel erit, sed quia nullum est tempus, quod non recipiat prædicationem ipsius aliquando. Si ergo omne tempus est aliquando, & omne aliquando est determinatum: hoc enim pauloante demonstratum est: tēpus omne definitum est. Quod si acceptum tempus definitum est, neq; cessabit, sed semper erit, Cōm. 127. *Aliquando quid significet.* *Omne tempus terminatū est.*

quia etiam motus cuius numerus tempus est semper subsi stit. Quod vero motus non deficiet aliqn, in sine huius tractatus demõstrabitur. Sed, si tempus est mensura quietis, videbitur etiam non existente motu tempus esse. Talem aũt instantiam soluens Alex. mensurat, inquit, & quietem tempus, tñ esse eius & substantia in tempore est. Huius.n. est numerus, vt demonstratum est prius. Rursus ergo ad memoriam reuocemus, ꝙ tempus non debet intelligi numerus illius motus, qui contrariatur quieti, sed etiam motus, qui est in quiete, & oium, quæ fiunt, dum sunt, & subijciuntur ortui, atq; interitui, qñ tempus est consideratum ab ipso ſm extensionem propriam. Diceretur autem, ꝙ si esse & substantia eius est in motu, quod primum & maxime proprium motuum est illud, quod mẽsurat motum orbicularem, ſm quem mensurat etiam alios. Sed interrogans de tẽpore, aut non deficiens sit idem, vel aliud, atq; aliud, respondet etiam nunc, quod tps æque vt motus, iterum atq; iterum fieri sed numero, alium atq; aliud, specie vero idem. sic.n. etiã in motu fieri vult. Quod vero semper aliud atq; aliud, & non deficiet tempus, ostẽdit palam per ipsum Nunc. Quia.n. idem Nunc præsens, vt præsens, (Neq;.n. velut terminus simpliciter simul est principium & finis temporis) principium quidem est futuri, & finis præteriti. Et sunt in eodem ipsa nunc quæ eadem sunt, vt in circulo incuruũ, & concauum, in quo patet alterius esse terminum, & alterius esse principium. Sic etiã diuidit tempus, & fieri nequit, vt eiusdem simul sit principium idem, atq; finis. Essent.n. simul in eodem opposita, quæ quidem ipse contraria cõis dixit. Sed erunt aliquo modo contraria principium & terminus, & non solum, velut quæ sunt ad aliquid, opponuntur. Et tempus est id, quod habet contraria. Si.n. cuius terminus est ipsum nunc hoc preteritum est, & cuius hoc principium, est futurum, idem nunc terminus & principium sumptum erit, simul ergo erit tempus præteritum & futurum, si quædam in tẽpore est contrarietas. Si ergo non eiusdem, sed terminus præteriti, & principium futuri, necessario aliud erit futurum à præterito, & ob idipsum nunquam deficiet tempus, quia præsens nunc pariter vt est terminus, sic etiam principium est. Terminus quidem præteriti, sed principium futuri. Erit ergo & futurum semper. Principio.n. existente oportet etiam esse id, cuius est principium, & non deficiet. Quod vero nihil prohibeat, idem esse terminum & principium, & omnino contraria ſm aliam & aliam habitudinem, acceptum demonstrauit de circumferentia circuli. In quo omne sumptum concauũ simul & connexum est ſm aliam & aliam habitudinẽ acceptum: & fieri nequit, vt vnum sit in linea circuli, & alterum non sit. Sic ergo & rursus nunc proprie acceptum terminus est simul, & principium ſm habitudinem ad differentia tempora. Præsens.n. tempus, quatenus præsens, medium est inter præteritum & futurum.

Tempus non quit esse, si motus non sit.

Quis nam sit is motus cuius mensura tempus dicitur.

Tẽpus nunq̃ deficit, et semper aliud est.

Principium & finis sunt aliquo modo contraria.

Tex. 126. *Ipsum autem Iam, propinquum presenti nunc atomo pars est futuri temporis. Quando ambulabis? iam, quia prope est tempus, in quo futurum est, et præteriti temporis, id, quod non procul est ab ipso nunc. quando ambulabis? iam ambulaui. Ilion autem iam captum est, non dicimus, quia procul valde est ab ipso nunc.*

Cõm. 128. *Iam quid nã significet.* Et ipsum Iam est aduerbium temporis, vt etiam aliqñ. Definitur autem etiam ipsum hoc modo, quod sit prope ipsum nunc indiuiduum. Sed non illud quod latius est. Nam illud dicimus iam esse, quod ad vtranq; partem est prope ipsum nunc præsens. Etenim fuisse & fore iam hoc dr, quod pauloante fuit & paulopost erit. Qñ.n. ambulabis interrogatus aliqs, iam dicit, vel iam ambulaui, qñ tempus erat prope ipsum nunc, sed in his, quæ facta sunt ante multum tps, nullus dicet de his, iam. Nullus.n. dicit, Ilium iam cõsumptum, aut captum fuisse, quia olim fuit captum. Nam prope ipsum præsens esse sibi poscit ipsum iam.

Ipsum autem Nuper, est id, quod propinquum præsenti Nunc, & pars præteriti. Quando venisti? Nuper, si sit tempus propinquum præsenti nunc. Tex. 127.

Et Nuper partem tpis esse inquit præteriti, quod propinquum est ipsi nunc præsenti. Qñ.n. interrogati fuerimus, Venisti, rñdebimus Nuper, si tempus, in quo venimus, fuerit prope ipsum nunc. Et Aristo. ipsum nuper velut de solo præterito intelligit dictum esse, vt etiam exemplum indicat. Sed Alexan. & Aspasius aiunt de futuro dici posse. Nam interrogati, qñ venietis, dicimus nuper, si statim & illico veniemus. Sic autem inquit Alexander, nihil differt ipsum Nuper, ab ipso Iam, nisi secundum solum nomen: Attamen ſm Aristotelem ipsum Iam ad vtranq; partem dicitur, sed Nuper solum de præterito, & hac ratione differre videtur. Sed neq; hæc ab ipso Nunc differrent, inquit Alex. videlicet Iam & Nuper, cum ipsum quidẽ nunc dicatur in latitudine, quod etiam prope est ipsum proprie dictum nunc: idcirco & ipsum sic nominatur. Quare inquit, Nunc in latitudine dictũ & Iam, ac Nuper idem tẽpus significabunt. Verum Aspasius inquit ipsum nunc tale admodum prope ipsum nunc proprie esse. Nisi forte ipsum nunc in latitudine q̃quidem sit prope ipsum nunc proprie hãc habeat nomenclaturã, & iam cum ipso prope fuerit haberet significationem cõcludendi aliquid, quanquam de futuro dicatur tpe. At ipsum Nuper videtur significare Recenter, & forte de futuro diceretur nuper, sed ingens consuetudo est, qua solemus de præterito ipso vti.

Cõm. 129. Nuper quid significet.

Nunc ad ipsum iam quid conueniat et differat.

Quondam autem, quod procul est.

Partem temporis in præterito, quæ remota est ab ipso nunc dicimus {Quondam} & opponitur ipsi nuper nomine. Sed in vnoquoq; horum tantã habemus intelligẽtiam. *Cõm. 130. Quõdam quid significet.*

Repente autem est id, quod in in sensibili tempore, propter paruitatem, excessit.

Ipsum Repente hæc sibi postulat: vt fiat in pauco tempore totum simul, vt videatur sine tempore esse quod repente dicimus, & vt fiat eius duratio insensilis nobis ob breuitatem tpis & velocitatem motus, qui fit. Hoc modo quidem repente dicimus fieri fulgorẽ & coruscationem, quia tota simul & breui ac velociter non præsentientibus nobis, neq; assuefactis coruscatio fit. Ob id etiam quæ repente fiunt, perturbant fortissimos. Sed quærit Alex. qũo dicat tempus insensile ob paruitatem, & in libro de sensu & sensilibus nullum tẽpus voluerit esse suapte natura insensile. Nisi forte, inquit, quia sensile & insensile tẽpus discernitur affectu sensili & insensili qñ non possumus comprehendere aliquod factum ob celeritatẽ illius motus & temporis breuitatẽ, in quo fit, vel mouebatur, tum in illo insensibile tempus erit, sed nõ simpliciter insensibile. Est.n. in eodem, & si non illud, sed quoddam aliud sentiatur nos ipsos porrò in tempore existentes & sentientes cõprehendimus. Non.n. est tempus accipere, in quo non possumus nos ipsos existentes cõprehendere. Quare simpliciter hoc breue tempus sensile erit: sed insensile in hoc aliquo ꝙ dicimus repẽte factum esse, tanquam ob motum insensilem diceretur etiam tempus insensile, in quo talis motus fit. Vel cõius, inquit, nuper tempus nominauit ipsum Nunc terminum temporis, quod est insensile suapte natura. Mos.n. illi est & ipsum tempus appellare. Hæc igitur in hoc facta sunt. Est autem terminus mutationum in hoc, & si aliqua fiunt sine tempore in ipso nunc insensili fiunt, & dicuntur hæc

Cõm. 131. Repente quid significet.

Tempus quo nam pacto sensibile, vel insensibile dicitur.

hæc repente. Nam in his, quæ repente fiunt, ipsum repente dici solitum est. Sed in quibusdam exēplaribus scriptum est, {ob paruitatem} & significat id, quod motum est.

Tex. 128.

Mutatio autem omnis, natura remotiua est. In tempore autem omnia fiunt, & corrumpuntur. Quapropter & alij quidem, sapientißimum ac doctißimum dicebant. Pythagoreus autem Paro indoctißimum quia in eo obliuiscuntur: dicens rectius. Manifestum itaq; est, quòd corruptionis magis erit per se causa, quàm generationis, sicut dictū est, & prius. Remotiua n. mutatio per se est. Generationis autem et ipsius esse, secundum accidens. Signum autem sufficiens est, quia fit quidem nihil, nisi moueatur quodāmodo ipsum & agat. Corrumpitur autem, etiam si nihil moueatur. et hunc, dicere maxime consueuimus, à tempore corruptionem. At vero neque hunc tempus facit: sed accidit vt in tēpore fiat hæc mutatio.

Cōm. 132. Num tempus sit causa generationis, & interitus.

Post explicationem aduerbiorum temporis, videlicet ipsius Nunc, ipsius Iam, ipsius Aliqñ, ipsius Nuper, ipsius Repente, quod prius dixit, videlicet tempus esse interitus per se causam, magis quam ortus, magis distinguit, & adhuc addit, quod neq; interitus per se causa est. Nam cum assumpsisset prius, ꝙ omnis mutatio est remotiua, hoc vtetur paulopost ad demonstrationem. Nunc autem tandem dicit, quia omnia inquit, quæ fiunt, & corrumpuntur, illa quidem in tpe fiunt, hæc vero intereunt: merito alij tempus sapientisimum, alij vero insipientisimum dicunt. Simonides. n. dixit ipsum esse sapientisimum, quia docti & periti euadunt in tēpore. Et Paron Pythagoreus asseruit ipsum esse insipientisimum, quia obliuiscimur in tempore. Hic aūt videtur esse ille, de quo mentionem fecit Eudemus, non nominando illum, dicens, Simonide in Olympia laudāte tempus velut sapientisimum, siquidem in eo disciplinæ comparētur & recordationes. Cuius voci, cum adesset quidā vir sapiens dixit, cur ò Simonides non obliuiscimur in tempore. Et nisi forte apud Aristotelem hoc non sit dicendum. Quia, cum dicit Pythagoreus Paron, illud Paron non esse nomen proprium, sed participium. Nam inquit assistentem Pythagoreum Simonidi dicenti tempus esse sapientisimum dixisse illi tēpus esse insipientisimum. Videtur ergo, qui sic sentit, rectius dicere. Nam omnis mutatio suapte natura est remotiua. Patet ergo, tempus esse magis causam interitus per se, q̄ ortus, vt antea dictum est. Etenim motus & mutatio per se id quod prius erat remouet. At qm̄ accidit quibusdam, quæ à propria substantia egrediuntur, vt in aliam mutentur, ob id etiam est ortus causa per accidens. Si ergo tempus est numerus motus & mutationis: & mutatio & motus est per se causa interitus: & tēpus interitus per se est causa, si quidem tempus est numerus motus. Signum autem facit, ꝙ recte dicta sint hæc, quia his, quæ fiunt, non solum tempus sufficit ad generationem, sed etiam indigent actione aliqua, ex qua fiant, nempe arte, vel natura, aut doctrina, aut operatione. Sed his, quæ intereunt, sat est tempus solum ad interitum, & si nulla exterior causa aduenerit. Velut fit in his, quæ liquefiunt & putrefiunt in tempore, de quibus etiam dicere consueuimus, ꝙ à tempore hæc patiuntur. Et hic est, qui fit à tēpore interitus. Quæ cum dixerit, subiunxit cuius gratia repetit illa prius dicta, quia tempus nec per se facit interitum, sed accidit in tempore fieri etiam transmutatio. Quid ergo est interitus causa. Inquiunt expositores, ꝙ vniuscuiusq; natura & subiecta materia est causa. Nam mensuræ omnium, quæ sunt in ortu, à natura determinantur & incremēti ac status & declinationis. & iam diximus compertum esse vt natura sit causa incrementi & vigoris. Sed quæ causa est interitus? Dicimus. n. reuera esse eā, quia habent res naturam ad interitum pronam. Vel proprie natura dicta, quæ est effectrix & motrix corporum principiū ortus est, & vt sit res primaria causa. ideo etiam Poetam in secundo huius tractationis libro tradit, ridicule illud dicere, Extremum ob quod natus erat, fatumq; potiuit. Non. n. est naturę respicere ad mortem, & interitum, velut in finem, sed ad ortum & existentiam. Sed, cum talis sit ortus rerum caducarum & fragilium, vt dum fit vnum, aliud intereat, interitus simul cedunt generationibus & motus per ipsos motionibus efficientibus. Illud autem est natura interitui obnoxiū, quatenus dicimus idem materiatum & imperfectū, aptum esse vt intereat. Vnde, si quis interitus causam quærat, dicendum ei esset, ꝙ est natura subiecta materiæ, quæ non potest semper formas tolerare: & quæ hic sunt cōtrariorum propter remissionem diuulsio, quæ simul esse non possunt, velut in prima & intellectuali ipsorum causa. Si ergo hæc vera sunt, etiam tp̄s erit primaria causa ortus, & deinde ipsius interitus, secunda & posteriore quadam ratione. Verum Arist. cum hoc loco euidentiores causas, quę videntur accipiat, efficit tēpus esse magis causam interitus. Ipso. n. adiecit hoc, {magis,} quia omnis mutationis causam fecit esse materiam ob suam habilitatem ad contraria, vt etiam docuimus in calce librorum de cœlo. Sed qūo tempus, cum sit mensura dr̄ ortus & interitus causa? Nisi quia etiam est mensura, quę potest conficere & mēsurare: velut etiam tricubitum, vel quadricubitum cōficit magnitudinem, & metitur, ita hoc durationem ortus & interitus quantum durarint?

Tempus sapientisimum est, ex Simonidis sententia. Tempus insipientisimum protulit Paron Pythagoreus.

Natura causa est augmenti, ac perfectæ ægri.

Causa interitus est ipsa natura, & contrariorum diuisio.

Tempus, cum sit mensura quo sit causa ortus & interitus.

Quod igitur tempus sit, & quid est & quot modis dicimus ipsum Nunc, & quid ipsum Aliquando & Nuper, & Iam, & Quodam, & Repente, dictum est.

Cōm. 133. Tēpus quid sit, ubi probauit Arist.

Videtur non demonstrasse ipsum esse, immo contrarium, quia principio disputationis de tpe argumenta acute fecit vt tolleretur de medio. Verum, cum demonstrasset quid sit tēpus de aliquo eorum, quæ sunt, cuius etiam intelligentiam habemus faciendo sermonem, simul etiam ostendit ipsum esse. Demonstrabit & deinceps statim, qñ demonstrabit omnem motum, & omne, quod mouetur, in tempore moueri & prius & posterius in tempore esse.

CAP. XIIII.

Tex. 129.

HIs autem à nobis sic determinatis, manifestum est, quod omnem mutationem, & omne, quod mouetur, necesse est moueri in tempore. Velocius n. & tardius est in omni mutatione. in omnibus n. sic videtur. Dico autem velocius moueri, quod prius dum transmutatur ad subiectum secundum idem spatium & regularem motum moueatur. vt in latione, si vtraq; secundum circumferentiam moueantur, aut vtraq; secundum rectam. Similiter autem est, & in alijs. Quinetiam, Prius, quidem in tempore est. Prius enim & posterius dicimus, secundum eam, qua ad ipsum Nunc est, distantiam. Ipsum autem Nunc, terminus præteriti & futuri est. Quare quoniam ipsa Nunc in tempore sunt, & prius & posterius in tempore erunt In quo n. est ipsum Nunc, & ipsius nunc est distantia. Contrario autem modo dicitur prius & secundum præteritum tempus, & futurum. In præterito n. prius dicimus, quod longius est ab ipso Nunc: Posterius autem, quod proprius est. In futuro autem prius quidem, quod propinquius est: posterius autem quod longius est. Quare, quoniam prius quidem in tempore est: omnem autem motum sequitur ipsum prius: manifestum est, quòd omnis mutatio & omnis motus in tempore est.

Cōm. 134. Mutatio &

Cum pauloante dixerit omnia tempore interire, & oriri, idem nunc proponit ostēdere, cum efficiat demonstra-

motus qui nisi sit in tempore

tionem vniuersaliorẽ, ꝙ omnis mutatio & omnis motus in tempore fit. Nam eius demonstratio cõfert proprie ad quæstionem de tempore, & confirmat ipsum prius & posterius in tpe demonstratum, ꝙ sit interitus magis tempus, q̃ ortus causa. Et est argumentum tale in prima figura conclusum. Omnis motus prius & posterius habet: Quod habet prius & posterius in tempore est. Sequitur ergo, vt omnis motus in tempore sit. Sed qm̃ non sunt manifestæ propositiones, vtranq; probauit, Sic minorem. Omnis motus velocitatem & tarditatem habet, qm̃ omni motu quicquam dicitur velocius & tardius moueri. Sed omne, quod habet celerius & tardius, id prius & posterius habet: qm̃ quidem his definiatur celerius & tardius. Celerius.n. dicimus, quod prius in illud mutatur ad quod motum est, & tardius id, quod mouetur posterius. Sed comparatio recte fieret, si etiam eãdem speciem motus acceperimus: vt sm locum, accipiamus æquale, ac simile spatium, vt in circũferentia vel in recta linea, & motum vniformem. Qm̃, si acciperetur vnum, quod mouetur irregulariter motum, & alterum regulariter, posset etiã motum posterius ad finem motus peruenire celerius. Fit etiam quædam differentia motus ob figurã subiecti, si alterum fuerit rectũ, & aliud orbiculare. Sed maiorem propositionem dicentem, Prius & posterius in tẽpore esse, demonstrauit: quia prius & posterius dicitur per remotionem & distantiã ab ipso Nunc. Nam prius est, quod à parte præteriti distat plus à præsenti Nunc: sed posterius ponebatur proximius ipsi Nunc. Sed de futuro econuerso. Prius.n. proximius est ipsi Nunc, & posterius remotius. Quare prius & posterius sm remotionem & distantiam ad ipsum Nunc subsistit. Nunc.n. est terminus præteriti, & futuri. Quare, cum ipsum Nunc sit in tempore, & prius & posterius in tempore erũt. Nam in quo est Nunc & eius Nunc distantia est: quod quidem est prius & posterius. Si ergo omnis motus prius & posterius habet: & hæc sunt in tempore: & omnis motus est in tẽpore, vtraq; propositione vere sumpta. Nam ꝙ velut proximas demonstrationis propositiones posuerit, aliam dicentem, ꝙ omnis motus prius habet & posterius, & aliam dicentem, prius & posterius in tempore, significauit deinceps post demonstrationem inferẽdo. {Quare, quoniam prius in tempore, omnem autem motum sequitur ipsum prius, manifestum est, ꝙ omnis mutatio & omnis motus in tempore est.} Ipsum autem sequi est prædicari.

Celerius quid dicatur. Tardius quid dicatur.

Tex. 130. *Dignum autem consideratione est, & quomodo tandem se habet tempus ad animam. & propter quid in omnibus videtur esse tempus, & in terra, & in mari, & in cœlo. An quia ipsius motus passio quædam est, vel habitus, cum numerus quidem tempus sit. ea autem mobilia omnia? in loco.n. omnia sunt. Tempus autem & motus simul sunt, & secundum potentiam, & secundum actum.*

Cõm. 135. Duo proponit quærere in his. Vnum, quo tempus se habeat ad animam. hoc autem est, num possit esse tẽpus anima non existente. quod dictu idem est, num possit esse numeratum non existente numerante, si quidem anima sit illud numerans. Sed cum hoc primum proponat, posterius enitetur determinare. Alterum vero est, cur tempus vbiq; esse videatur, & in mari, & in terra, ac in cœlo. Et sane huius primi causam assignat, quia tempus, cum sit numerus motus, eiusdem erit habitus vel affectio. quare accidens erit inseparabile motui. Etenim numerus videtur esse in ipsis numeratis & contineri ab ipsis. Qm̃ igitur hæc omnia in quibus tempus dicitur esse velut terra, mare, cœlum corpora sunt, & omne corpus est in loco, & quod est in loco mobile, vel secundum totum, vel secũdum partes mouetur, atq; mobile cum motu, habet etiam motus accidẽs velut affectionem, aut habitum tempus: merito in terra mari & cœlo, in quibus est motus, erit etiam in eisdem tẽpus. Hæc autem breuiter concludẽdo, subiunxit, Sed tempus & motus simul sm potentiam & actum sunt.} Nam, cum dixerit tempus vna cum motu simul esse, & in quot erit motus, etiam erit tempus, addit, ꝙ tẽpus vniuscuiusq; eodem modo se habet cum motu, ꝙ si potentia est motus, etiam potentia est tempus: ꝙ si actu erit, etiam tẽpus actu erit. & ob id in ipsa collectione rationis mobilia dixit, quæ sunt in loco, & non quæ mouentur, vt vtraq; comprehenderet cum ea, quæ potentia, tum etiam ea, quæ actu sunt. Mobile.n. est & id, quod mouetur, & aptum moueri, velut quiescens, vt ait Alexander. Dicit autem affectionem motus esse tempus, velut accidens, sicut numerabilium est affectio, Habitus autem, quia inhæret fixe motui. Sed, si potẽtia motum dicitur quiescens nunc, vt Alex. intellexit, in quo motus est potentia, in hoc etiam in potentia tempus, patet, ꝙ in quiescente potentia erit tempus. Atqui non solum ea, quæ mouentur, sed etiam, quæ quiescunt, in tempore esse dicebantur actu. Nam mensura quietis actu est tempus, velut durationis eius, vt etiam durationis motus mensura est tempus. Num igitur ad tẽpus reduci suscipiendum est non ea, quæ quiescunt, quæ potentia mouentur: sed illa quidem, quæ non dum ad generationem peruenerunt, possunt autem generari. Si.n. tempus esset numerus motus sm ortum, eodem etiam mouerentur ea, quæ dicuntur quiescere, patet ꝙ etiam motus actu erit in his, & tempus mensurans talem motum erit. Sed, qm̃ per accidens Alex. intellexit quietem esse in tempore, diceret per se in tempore motum interdum potentia, vt quiescens, sed tunc quies accipitur iam in ipso moto. Narrat quoq; aliam scripturam Alex. ob eam dubitationem forte, quæ sic formata fuerat. Sed locus & motus simul sm potentiam & actum} quæ ad fidem huius erant, ꝙ cœlum, terra & mare mobilia erant, cum ipse nunc adderet hoc dictum, tanquam eorum aliqua sint actu in loco & per se moueantur, & aliqua potentia, velut partes vniuersi, quæ etiam mouentur potentia. Signum ergo, ꝙ motus sit de numero eorum quæ sunt in loco, hoc est, quia vnumquodq;, quod est in loco, ipso motu participat: & vt est, sic participat: si illud est potentia in loco, ita participat potentia, si vero actu, & actu. Sed, cum in promptu sit ambigere quo tempus sit in cœlo, ꝙ non est in loco, si quidem sola quæ mouentur ad locum, hæc sola sint mobilia in tempore, id sentiens & soluens Alexan. inquit, ꝙ in cœlo sit tempus, & si non sit cœlum in loco, perspicuum est. Semper.n. & vbi est motus, ibi adest etiam tempus, sed in alijs, quæ semper mouentur, opus est loco, quia demonstrauit eadem, quæ sunt in loco, etiam mobilia esse. Sed diuinum corpus non egebat demonstratione, vt probaretur moueri: quippe eius motus manifestus est & euidens sempiternus. Hæc igitur Alexander suis verbis scripsit. Quia, si cœlum mouetur motu orbiculari, patet etiam motum hunc esse secundum locum & non secundum aliam speciem motus, sed quod mouetur secundum locum obtinet etiam locum.

Tempus cur vbique esse ponatur, in terra, mari, & in cœlo.

Quid dicatur mobile.

Reducuntur ad tẽpus quæ generari possunt, quamuis genita non sint.

Tempus quo sit in cœlo, cum non sit ipsum in loco.

Tex. 131. *Vtrum autem cum non sit anima, erit tempus, an non, dubitauerit aliquis. Cum.n. impossibile sit numeraturum esse, impossibile est numerabile aliquod esse. Quare est manifestum, quod neq; numerus est. Numerus.n. est aut numeratum, aut ipsum numerabile. Si autem nihil aliud aptum natura est quam anima numerare et animæ intellectus, impossibile est tempus esse, cum non sit anima. Nisi hoc, quod est aliquando existens, tempus est. vt si contingit motum esse sine*

sine anima. prius autem & posterius in motu est: tempus autem hæc sunt, quatenus numerabilia sunt.

Cōm. 136. *Nam tēpus sit, si anima non fuerit. Quæ referuntur ad aliqd simul sunt.*

Sese transfert ad alterum quod proposuit, quod etiam prius erat. ibi.n. propositum erat, quō se haberet tempus ad animam, hic autē apertius assumptum est. Quæritur.n. an si anima non fuerit, erit tempus vel non. Nam quia consentaneum videtur vt ea, quę ad aliqd sunt simul existant, & etiam simul pereant (si.n. dextrum non sit, neq; læuum sit oportet.) Ad aliquid autem refertur id, quod potest numerare, & quod numeratile est. Anima aūt est id, quod potest numerare, & mens animæ: non.n. aliter quam ratione numeramus, & tempus est numeratile. Quare, si non fuerit animus, nec tempus esse videtur. Opposuit autē ipsum numeraturum numeratili, cum decorum esset, vt potens numerare, aut numeratiuum ipsi numeratili opponeret. Sed idem est numeraturum & numerans, aliud quidē potentia, aliud vero dicitur ſm tempus futurum. Item assumpsit numerum vel esse numeratum, vel numeratilem. Dicimus.n. numerum vel id, quod iam numeratum est, vel id, quod numerari potest. vt militum multitudo numeratilis, quia potest numerari, est etiam numeratile quod iam numeratum est. Cum ergo non fuerit numeratile, neq; numerus erit. Quare tota collectio est ſm deductionem per tria, talis. Si non est id, quod numeraturum est, neq; numeratile erit: si non numeratile, neq; numerus, vt numeratilis: si ergo id, quod est numeraturum, anima est secundum suam mentem, & tempus est numerus, cum ergo anima non fuerit non erit tempus. Sed contra hanc rationem, instat Boethus dicendo, quod nihil prohibet numeratile esse etiam sine numerante, vt etiam sensile sine sentiente. Verum Alex. etiam hanc obiectionem pluribus posuit, & solutionem adduxit sequendo Aristotelem. Nam dignum fuit quærere, quō hoc valeat, non existente numeraturo, neq; numeratile erit. Nam hoc, numerum non esse, neq; numeratum, qua numeratum, erit non existente numerante, quasi eo tendat ratio, vt videatur asserere numeri naturam consistere dum numeratur. atqui numeratile ipsum, & quod numeratur, ceu homines, vel equi, non videntur simul cum ipso numerāte destrui ac tolli. Prius porrò & posterius, cum sint in motu numerabilia, ostendit ipse hęc posse subsistere etiam non existente anima: siquidē motus esse posit non existente anima. Sed soluens dubitationem dicit, nunc non erit numerabile, sed erit id, cui accidit numerari, vt equi, homines, sed tñ non erit numeratile, qua numeratile. Etenim & in alijs, quę sunt ad aliquid, non existente dextro, qui forte erat sinister, vt Socrates erit, sed non velut dexter. Si ergo prius & posterius esset tēpus numerabile vt numerabile, si non fuerit numeraturum, non erit tempus, tamen esse tempori subiectum, quod quidem erat motus, nihil prohibet. Hanc autem solutionem Arist. breuiter tradidit per hæc verba, {Nisi hoc quod aliqñ est tempus est.} Subiectum.n. tempori vel numeratili nihil vetat esse, etiam non existente anima, etiam si posit omnino motus esse sine anima. sed tempus non erit. Si.n. dicuntur quæ sunt actu ad ea, quæ actu; & potentia ad ea, quæ sunt potentia, si non poterit esse numeraturum, non poterit etiam esse numeratile, si quidem numeratile hoc posit numerari. Neq;.n. sensu sublato, manēte colore, erit color vt visibile, sed velut color solum. Et admodum diligenter adiecit hoc, {Si contingit motum esse sine anima.} Quantum.n. ad oppositionem, quæ est ad aliquid, & sublata anima ratione, & si non tempus fuerit, tñ nihil prohibet motum esse. Tamen, si non potest motus sine anima esse, non solum tempus, sed etiā motus destruetur anima non existente.

Numerus dicitur tam qd numerar potest, q̄ quod potest numerari.

Non valeat esse numerabile absq; numerante.

A moto non relatiuo uno, amouetur relatio, quamuis remaneat res.

Sublato visu remanet color, sed non visibilis.

Si.n. orbiculatio, qua & alij motus & mutationes sunt, etiam subijcitur mēti, & est ex appetitione, vt fatetur etiam Alex. sublata anima tolleretur omnis motus. Nam qui est secundum locum, est ab eo qui fit in orbem, si quidem mutationes simplicium corporum debeant fieri inter se ob illum. Num ſm grauitatem & leuitatem fiunt. Et si secundum locum motus sit prior qui est secundum naturam, & posterior est is, qui pręter naturam, eo, qui est secundum naturam: & motus animalium secundum naturam causa propria est anima & circularis motus. Nam homo generat hominem, atq; Sol: quare etiā mutationis secundum ortum causa est motus circularis. etiam mutationes secundum alterationem, accretionem, diminutionem ab illa emergunt: Solis.n. accessus & recessus est maxima ex parte harum. Sed his dictis, censeo sciendum, q̄ sublato numerāte, vt numerus numeratilis tempus tollitur, sed velut prius & posterius ſm extensionem durationis motus non destruitur, & secūdum hoc tempus subsistit. Nam vt sit numeratile accidit ipsi secundum prius & posterius. Sed anima sublata, quæ principiū est ortus, & omnis motus secundum ortum, cui adest tempus: tollevur etiam tēpus. Merito ergo Arist. tanquam anima numerante sublata, inquit, tempus velut numeratile deficere. Tamen velut principio ortus & motus sublato, etiam motus nec tēpus permanere posse his verbis indicat, {Si contingit motum esse sine anima,} non solum autem id fit, quia si aufertur motus vna simul tollatur tempus motus aliquid existens oportet, sed etiam ipsum per se cum sit dum fit, destruetur sublata anima, quæ erat causa omnis ortus & motus. Et vide quomodo & hic Arist. consona scripsit suo magistro dicendo, {Si contingit motum esse sine anima,} .i. sine mouente, cum ille dicat: Quod aliorum, quæ mouentur, fons & principium motus est anima, & quod ex hoc principio omne, quod producitur, fit.

Motus omnis auferetur, si auferatur anima.

Motus circularis est omnium aliorum motuum et mutationum causa.

Animā fons est & principiū omnis motus apud Platonem.

Tex. 132.

Dubitauerit autem aliquis, & cuius. nam motus numerus tempus sit, an qualiscunq;. Etenim generatur in tempore, & corrumpitur, & augmentatur, & alteratur in tempore, et fertur. Quatenus igitur motus est eatenus est vniuscuiusque motus numerus. Quapropter ipsius motus continui simpliciter est numerus, sed non cuiusdam.

Cōm. 137.

Cum ostēdisset tempus esse numerum motus, & hactenus fecisset sermonē longum de motu ſm locum, huic.n. competebat mensurari à magnitudine, quia multam dicimus esse viam, si fuerit incessus longus, & hunc longum, si longa via fuerit: Quñ motuum plures sunt species, alius secundum locum, alius ſm qualitatem, alius secundum quantitatem: est autem etiam ortus & interitus ſm substantiam mutatio, si etiam non sit motus velut post hunc librum diligenter consideranti apparebit, tamen etiam in hoc videtur prius & posterius tempore participare: merito dignum dubitatione inquit esse, qualis horū motuum tempus sit numerus. Et dicit non esse alicuius quatenus aliquis est, sed cuiuscunq; motus. Non.n. quatenus interitus, alteratio, vel quędam alia mutatio est, ſm hoc tempus est numerus ipsius, sed motus & mutationis, quatenus talis qui quidem est cōmunis omnibus dictis motibus. igitur tempus est numerus similiter omnis motus. Nam in cunctis prius videtur & posterius, & quod quidem tēpus est numeratum. Quatenus ergo motus simpliciter, sed non quatenus aliquis motus in tempore. Sed pulchre dicens, q̄ tēpus est numerus motus, adiecit hoc {continui, sed non alicuius.} Nam motus, qua continuus, habet prius & posterius secundum tēpus numerata. Quod si diuisus acciperetur, non à tempore, sed à numero mensuraretur. Nam

Tempus cuiuslibet motus numerus est.

duo vel tres, vel plures, qui sunt motus, numerãtur numero, qui vnitatibus fit. Si.n.his alteratio fuerit & interitus, & accretio, nulla existẽte continuatione ipsorum inter se, tres fiunt motus, sed quatenus horum vnusquisq; est continuus priora & posteriora in ipso numerantur non numero monadico, quo numeramus videlicet, sed tempore. Verum Alexã.inquit tempori, ꝙ sit, conferre illud, quod est prius & posterius cuiusuis motus, qua continuus est, & qua eam sequitur, in qua fit magnitudinem, in qua prima est ipsum prius & posterius. Sed dubitãda sunt hæc etiam contra Arist. quæ ego quidem prius existimo breuius dubitasse, & Themistius latius dubitat. Si.n.prius & posterius primum sunt in magnitudine, & distantia, in qua motus labitur, deinde ad motum & tẽpus sic proficiscuntur, quõ in accretione & alteratione erunt prius & posterius? Non.n.hæc sunt in aliquo spatio, neq; aliunde, aliquo, sed totũ corpus calefit in solidum, & totum augetur & densatur: Vnde ergo, in his tempus habeat prius & posterius, sicut in locali motu ex distantia, & positione? Item quõ quod non habet prius & posterius habebit numerum secundum eadem? Nisi quis dicat in accretione esse alicunde, & aliquo. Nam à minori loco in maiorem fit mutatio. Sed quid dicemus de ortu, interitu, & alteratione? Vnde.n. prius & posterius habebit motus, vel tempus. Num ergo tempus metitur solum motum sm locum primarie, vel si etiam alios primarie, nihil egebit priore & posteriore positionis, vt etiam ipsum obtineat prius & posterius. Sed quia Themistius videtur cedere dubitationi, iubet hæc sæpe quærenda, & non sine examinatione suscipienda. Sed forte nil prohibet, quin nunc meam opinionem afferam cum dubitatione, & illam ꝓponam illis ad indagationem quia ad eam sunt parati. Equidem prius & posterius, cum sint significantia ordinem, alia proinde existimo esse temporis, quæ sunt sm numerum & ordinem ipsorum plurium nunc definientium tempus, & alia, quæ sunt considerata sm ordinem in positione. Sed hæc duplicia, alia in magnitudine, vt prius. viæ est illa pars, vnde auspicamur motum, posterior vero ea est, in quam definimus. Sed hęc in numero aliter, eoq; duplici, vel in numero numerante & monadico, vt dicimus vnitatem esse priorem binario, & binarium ternario: vel in numero participato & nũcrato, velut intellectualia sunt priora sensibilibus, & columna prior est illa columna. Etenim etiam incorporea habere positionem videntur, cum positio dicatur sm metaphoram. Tertia autem significatio prioris & posterioris est in actionibus & motibus: Vnum quidem secundum numerum terminorum definientium motum, quæ momẽta, ac mutata esse appellamus, quę habent proportionem & conuenientiam ad puncta lineæ, & temporis Nunc: alterum vero sm ipsas partes motus, qui est continuus secundum se. sed motus in loco habet prius & posterius secũdum positionem in seipsum recipiens, conuenit aũt hoc proprio priori & posteriori huic, vt termino, & huic, velut parti, Ceu, qñ primum motum illum cursorum dicimus, qui præmij spe certant, & posteriorem illum, qui est in termino stadij. Et sunt hæc prius & posterius propria sm positionem ipsius motus secundũ locum, & hac ratione etiam alijs motibus, qui sunt dum fiunt, tempus suum prius & posterius dat, quæ conueniunt & æquantur priori & posteriori motus. Nam quæ definiunt Nunc, cum in terminis motus insunt, tempore motum terminant. Igitur tempus est mensura motus. Nam secundum suum prius & posterius applicans se priori & posteriori motus mensurat tempore motum. Sic autẽ etiam motus fit mensura temporis, quando prius & posterius motus propria, applicata priori & posteriori temporis, definierint motu tempus. Sic quoq; magnitudo localis motum non omnem, sed localem metitur, quando prius & posterius loci secundum positionem applicauerit priori & posteriori motus. Quod si Aristot. velut communi hoc vtitur, videlicet mensurari motum à magnitudine, par est, vt vtatur ipso quia est manifestum. Idcirco etiam plurimum in his moratus est faciens rationem tanquam de motu ad locum.

Prius ac posterius quo pacto sint in generatione, accretione, & alteratione.

Prioris & posterioris, aliquæ significationes.

Sed fieri contingit, vt alia etiam nunc mota sint, quorum vtriusq; motus erit numerus. Aliud igitur tempus erit, & simul duo tẽpora erunt, an non? Omne nanq; tempus, vnum similiter, & simul est, Specie autem, & quæ non sunt simul. Si.n.fuerint hi quidem canes, illi vero equi, vtriq; autem septem, idem numerus est. sic et motuum simul terminatorum idem tempus est. sed hic quidem velox fortaßis, alius vero non. & hic quidem latio est, ille autem alteratio: tempus tamen idem est siquidem & numerus æqualis est & alterationis & lationis, & simul. Atq; propter hoc, motus quidem alteri, & separati sunt, tempus autem vbique est idem. quia & numerus vnus & idem vbique est, qui est eorum, quæ sunt æqualia, & simul.

Dubitationem ponit, quę consequitur ex dictis de tempore. & simul quod sæpe dixit, tẽpus esse vbiq; simul, censet distinguendum esse. Sed dubitatio talis est. Si numerus motus est tempus, & est motus in eo, quod mouetur, vt diximus: & tempus in motu, tot ergo tempora essent quot motus. Plura igitur simul erunt tẽpora, & non velut continens, & velut contentum. hoc.n.nihil absurdum esse. Soluens igitur dubitationem, non sic se habere inquit. Non.n. plura simul tempora fiunt, sed totum tẽpus æquale in præsenti, vnum est idẽ simul numero: Sed specie sunt eadem etiam, quæ non simul sunt, i. præteritũ cum futuro. Quod cum dixisset, quõ etiam si plures sint motus, vnum sit tempus, licet sit numerus motus, docet. Vt.n.in numero monadico, non differentia numeratorum vna diuiditur numerus. ceu si equi illi canes fuerint numerati, & vtriq; septem fuerint, hi inter se differũt: Sed numerus septenarius idem est in vtrisq; non.quatenus differunt, eundem habent numerum sed quia sunt tot, quod quidem est ipsis cõe: Sic neq; in motibus & tempore, cum sit numerus. Nam idem Nunc est in omnibus, & vnum sm numerum, & si alter sit latio, & alter alteratio. & est in cunctis numeratum, & prius & posterius nunc acceptum. Quare, si hoc est idem in omnibus, merito & tempus in omnibus idem erit. Si.n. alter accidens esset tẽpus motibus, vt calor & albedo, non ab re cum illis simul diuideretur: sed qñ numeratum est eorum & quantum, vbi prohibet hoc idem, esse etiam in pluribus. vt etiam in monadico numero idem est numeratum, vt vnum, & si plura sint numerabilia, & differant inter se. Sic ergo & motuum, qui sunt simul, idem est tempus, sed non eadem celeritas, neq; idem locus. Non.n. secundum celeritatem & tarditatem, neq; secundum differentes species motus, numerati motus efficiunt tempus. vt si vnus est alteratio, & alter latio, & alter accretio: sed sm solum prius & posterius, quę in cunctis simul sunt: & si sic accipiantur nunc. Si ergo nunc eadem sunt cum his, quibus numeramus tempus: & ipsum tempus est idem ab ipsis nunc definitum, & contẽtum. vt.n. eorum, quæ mouentur secundum locum differentia, quæ est secundum quicquam aliud, velut secũdum colorem, aut saporem, & non quatenus mouentur; velut secundum leuitatem & grauitatem, non facit motus differre, sic neq; motuum differentiæ faciunt tempus differre: quia non quatenus differunt tempus

Cõm. 138. Tẽpora plura simul non sunt.

Numerus monadicus semper idem est, quamuis mutentur quæ numerantur.

Motuum simul existentium idem est tempus.

tẽpus est numerus ipsorum, sed secundum prius & posterius, quod est in ipsis, quod habent absq; aliqua differẽtia. Nam horum numerus est indifferens, & numerus, inquit Alex. non est cum his, quæ numeratili insunt. quare neq; tempus, cum sit numerus, sic in motu est. Neq;.n.nomen huic, cuius est nomẽ, sic inest, vt album, quia idem nomen ſm numerum est plurium simul, vt etiam numerus. sed album non est idem in pluribus secundum numerum. Et hæc adiecit Alexan. significans quod non sic in motu tp̃s est tanquam numerus simul diuisus cum ipso, & sit & consistat dum numerat, quia non existente numerante, vt demonstrauit Arist. neq; tẽpus erit numerus, & si motus fuerint. Quod si tempus est ob ipsum numerans, & sic est in motu, tñ non sic inest in motu tanquam sit aliquid eius, ideo neq; simul diuiditur cum illo. In his porrò interrogandus est Alexã. quomodo dum numerus numerat non inest numerabili: vel q̃uo cum sit numerus motus, velut numerabile non inest motui, neq; est aliquid illius: & si affectio & habitus dicatur illius. Dixit enim, quod tempus vel est motus affectio, vel habitus, cum sit numerus. Item magis, q̃uo habet rationem numerus numerabilis, & habitus, vel omnino accidẽtis, si sic se habet ad illud, cuius est, velut nomen, vt idem numero pluribus insit. Numerus.n. numerans qñ est seiunctus ab ipsis numeratis, vnus & idẽ est in pluribus, sed numerabilis iam & ordinatus in participante & vna condiuisus cum illo, similiter se habet vt album. Nomen vero hoc, ad quod respexit Alexander, secundum positionem est aduentitium. Et similiter est absurdum existimare, q; ea, quę secundum nostram positionem habent habitudinem, vna ordinare cum his, quæ ſm naturam ordinantur. Hoc autem accidit dicentibus numerum fieri à numerante, & ob id tempus ab anima. quod nõ mirum cogitatum fuit, quia numerans & numeratũ erant ad aliquid. & vt numeratum est simul, vt etiam color quatenus visibilis, licet ſm propriam naturam seorsum subsistat. Item Arist. accusabit post eos, qui definiebant colorem esse proprium sensibile visus, quia non naturam eius declarant. Sic opinor accusaret aliquis dicentẽ numerum, qui participatur & subsistit, dum numerat, solũ esse. Nam digiti mei quinq; sunt, & si nullus numeraret. Sed contra ea, quæ dicta sunt ab Aristotele dubitat Themistius, & satis sit afferre illius dubitationem his verbis positã. Inquit. Si.n. communiter omnis motus est tẽpus numerus, videtur non habere id, quod est præter motũ, quia si non præter hunc, neq; præter illum, neq; omnino præter motum. Absurdum est.n. dicere, q; prius & posterius sint idem in cunctis motibus, & ideo hoc quęrendum est, quomodo.s. idem sit nunc, vtrum genere, an specie, an numero. Si.n. genere, vel specie, plura nempe erunt numero. Si vero vnum numero, q̃uo differentium numero erit vna affectio, vel habitus secundum numerum? Sic.n. nominat tempus motus. Nam fieri non facile est, vt idem & vnum sit numero. Sic.n. vnum simul, ac non vnum fiet. Quare, si plura nũc sunt in pluribus motibus, etiam in his, quæ simul sunt, plura nunc simul erunt. quod quidẽ neq; in cogitationem venire potest. Quod si non plura, sed vnum & idem separatum erit, & tempus motus nihil erit. Neq; illud habet aliquam rationem, quia vt numeratum in decem equis, & decem ouibus, sic etiam in motibus. Neq;.n. idem numeratum si non ratione solum sit, quia ambo decem sunt, quod quidem nostra cogitatio vt consideratio facit, quæ est in differentibus, similiter subsistentia nulla est per se. Sed hoc de tempore q̃uo consentaneum est, tempus esse videlicet animi nostri solum intellectione & non habere naturam propriam, vt videtur concedere Arist. qñ concedet non existente anima, neq; tempus esse. Sed dat hanc suspicionem, quia dicit tẽpus esse metrum & numerum motus, vt etiam Boethus inquit, q; nulla mensura à natura sit, sed nostrum opus est mensurare & numerare. Hæc, cum Themistius scripserit, & alia quidem pulchre cẽseo recte obiecta. Quomodo.n. fieri potest, affectio vel habitus esse motus ipsum tp̃s, & rursus velut separatum simul vbiq; idem esse? attamen dicere, q; communitas numerorum in participatione est nostrę cogitationis & intelligentiæ, Peripateticorum esse videtur, sed m̃, vt opinor, eget determinatione quadam. Etenim subsistit etiam talis communitas: ideo & ea, quæ participant, cõem habent naturam, sed cum differentia subsistunt: sed ipsam per seipsam communitatem videre, est nostræ intelligentiæ. Sed neq; Aristot. tollit propriam naturam temporis: neq; solum illud versari in cogitatione ponit, quanquam dicat non existente anima neq; tempus esse. Etenim subiectum temporis est motus, & existimans numerum ab anima dari velut formam, quia anima est omnis motus, ac ortus causa: merito sublata anima, inquit tempus destrui, non tamen in intelligentia ob id tempus est, quia vna cum causa destruitur. Sed quomodo nulla mensura à natura sit, si quidem omnes naturales formæ numeris & mensuris disponantur & ornentur. Nisi ergo dicat nil fieri quod solum sit mensura, sed etiam non mensuratum. Non.n. est cubitus naturalis, vel vnitas mensura ipsorummet. quod si hoc intelligendum est, quod etiam & si mensura fuerit motus, tamen habeat propriam naturam & ipsum etiam sit mensuratum à motu. Sed hæc quidem recte quidem ne, an secus dicantur, ab his hominibus quærendum est. Cæterum quomodo Arist. ambo contraria videtur dicere de tempore, & quod est affectio, vel habitus inseparabilis à motu, & quod ipsum ſm numerum est in differentibus motibus, velut separabile. Num ergo omnino tempus statuens esse numerum, & ꝓprium numeri attribuit ipsi hoc, vt sit in participato numero, & si differant subiecta: æqualis autem numerus est, velut vnitas equi, vnitas hominis sublata ſm intelligentiam ex subiectis sunt omnino indifferentes. Sed albedo in niue & in cerusa separatæ per cogitationem à subiectis differunt inter se differentijs albedinis. Sunt.n. differentiæ albedinis & dulcedinis & aliorum accidẽtium ipsorum per se, & si absq; subiectis accipiantur, sed numero æqualium non sunt differentiæ. Non.n. differt vnitas ab vnitate, neq; participata quatenus vnitas, neq; quinq; quatenus quinque ab ipso alio quinquenario numero differt, vt neq; in numeris monadicis est videre differentiam vnitatis ad vnitatem. Dicet autem de hoc & ipse procedens. Attamen Iamblicus in his ab inseparabili tempore putat ipsum recurrere ad separabile, & ob id dicit ipsum per se numerum in differentibus motibus esse. Sed reuocanda est ad memoriam etiam prior dicta solutio, quòd motus mensura est tempus secundum communitatem motus, & secundum durationem eius, quod vbiq; idem est.

Numerus numerabilis q̃uo se habeat ut album.

Numerum participabilẽ esse, dum numeratur absurdum est. De ipso tempore ex Themistio notanda dubitatio.

Nulla mensura fit à natura ex Boethus.

Nam tẽpus sit solum animæ nostræ cogitatio.

Mensuras fieri à natura.

In participabili numero tamet si diuersa sint subiecta, æqualis tamẽ est numerus. Abstractæ albedines & dulcedines inter se differũt.

Quoniam autem est latio, et huius circularis, numeratur autem vnumquodq; vno quodam congeneo, vnitates vnitate, equi vero equo: sic & tempus tempore quodam finito. Mensuratur autem, sicut diximus, & tempus motu, & motus tempore. hoc autem est, quia à determinato motu tempore, mensuratur & ipsius motus quantitas & temporis. Si igitur primum mensura omnium congeneorum est, circulatio regularis mensura maxime erit. quia numerus huius notißimus est. Neq; igitur alteratio, neq; augmentatio, neq; generatio regularis sunt, latio autem est. Tex. 131.

Cōm. 139. Postquàm dixit tempus esse numerum, velut numeratum, & mensuram, velut mensuratam, quia vnumquodq; mensuratum & numeratum mēsuratur & mouetur quodam sibi cognato, vt vnitas vnitate, & cubitus cubito, & equi equo, & prorsus ꝓpria parte simplicissima eorū, quæ sunt in ipso. Quæcunq;.n. partes sunt, totidem etiam mensuras esse inquit Plato. nam & si ab aliquo alio mensurantur, ob id etiam ab illo mensurantur, quia eiusdem parti æquale est mensurans. Quia ergo, vt diximus, habens dimensionem, & mensuratū, aliqua mensura sui ipsius mensuratur: tempus vero, cum continuum sit, dimēsionem recipit, & sumitur, tempus aliqua sui parte metiri. quæritigitur quod erit tempus primum & simplex, quod omne tēpus mensurabit. Si ergo motus mensura est tempus, si aliquis motus inuentus fuerit, qui mensura sit aliorum motuum, patet ꝙ etiam eiusdem tempus mensura esse videbitur. Quis est ergo motus talis, Nisi sit primus regularis, & motus? Quia.n. primus non est, is etiā irregularis & ignotus, atq; ad mensuram non idoneus, sed sunt motus eorum quæ fiunt proprij, alteratio, accretio, diminutio, ortus, interitus, & latio in rectum, qui non sunt primi. Non.n. priora sunt ortui subdita ipsis sempiternis, neq; sunt regulares tales motus, sed sunt irregulares sine omni norma. Non.n. sunt æquales in æquali tempore factæ alterationes, vel accretiones, vel ortus sunt. Neq; notæ. Sed circularis motus talis est. Quare hic est mēsura motus, & ob id etiam temporis. Et mensura fit motus cum à tempore determinatus & tantus factus fuerit. Vt hora temporis est pars, definit autem tm̄ motum circularem vniuersi. Similiter etiā dies & annus, cum definiat vniuersi & Solis motum mēsuram fecit omnium motuum & vniuersi temporis. Prius.n. & minus tempus mensurat tempus. Tempus.n. est hora diei, & dies mensis, & mensis ipsius anni. Mensurat quoq; motum vnius horarium & diurnum. Si vero hæc tot Solis orbiculationis, patet ꝙ econtra mensurantur à motu. Iccirco & ipse dixit, ꝙ mensuratur & tempus motu, & motus tēpore. Nam à tempore motus definitus, motum & tempus metitur. Igitur tempus econtra mensuratum à prima orbiculatione, quæ est prima & regularis; mensurat omne tempus. Si ergo prima vbiq; mensura est cognatorum, patet etiam, ꝙ in motu, orbiculatio & prima existens & regularis mēsura maxime est propter hæc, & quia numerus huius est notissimus. Verum Alex. tempus esse numerum orbiculationis, primam orbiculationē intellexit tanquam temporum notissimam. Nam dies, noctesq; sunt orbiculationis numerus, qui notissimus est temporum. Vel numerum motus regularis, inquit, numerum notissimum dixit, propterea ꝙ æquale est numerans in ipso, & est dum numeratur, quod quidem est tempus & non est in ipso accipere velocius quicquam, nec tardius, quorum sunt tempora. Regulari ergo & notissimo tempore definitus motus mensura est. Potest autem, existimo, dicere numerum non tum orbiculationis non proferendo tempus, sed illud, quo ipsa orbiculatio numeratur, vt quia bis, vel ter circumactum est vniuersum. Nam hoc manifestum & cognatius est demonstrari mensuram esse orbiculationis, & quod talem definit est tempus primum & notissimum. Diebus.n. mensem, & mense annum, & annis omne tempus mensuramus. Quod vero regularis sit sola orbiculatio motuum demonstrabitur vltimo huius tractationis libro. Sed quispiam dubitaret, quod etiam Plotinus dubitasse videtur: Si.n. regularis & continui motus tempus est numerus & mensura, quid erit mensura irregularis, & inordinati motus? Si vero omnis similiter numerus tempus est, qūo adhuc velut numeratilis, sed nō velut separabilis accipietur? vt ipse denarius numerum elephantum & formicarum, quia separari potest, erat numerans. Nisi ergo velut primo subsistens regularis & continuus motus & ordinatus, & hac ratione vna subsistit etiam inordinatus & irregularis, sic etiam regularis primo mensuratur tempore, & secundo ipse irregularis. Etenim & hunc horis & diebus mensuramus. Sed sciendum est, ꝙ Alexander, cum scriberet hęc verba contextus. {Hoc aūt est, quia à determinato motu tempore} pro hoc dici à definito motu à tp̄e censuit. Sed quædam exēplaria sic scripta sunt {à determinato motu} quæ addita sunt ad explicationē quorūdā, quæ addita sūt. »

Mensura tot sunt quot partes.

Motus circularis & primus, mensura est & temporis mensura.

Tempus ac motus inuicem mensurantur.

Motus circularis, numerus notissimus est & tēpus, quod eum mensurat.

Irregularis & inordinati motus quæ sit mensura.

Quapropter & videtur tempus esse sphæræ motus, quia hoc mensurantur alij motus, & tempus hoc motu. Propter hoc autem, & quod consuetum est dici accidit. Dicunt.n. circulum esse humanas res, & aliorum motum habentium naturalem, & generationem, & corruptionem. hoc autem est, quia hæc omnia tempore dijudicantur, & accipiunt finem & principium, ac si secundum quandam reditionem fit. etenim tempus ipsum esse videtur circulus quidam. hoc autem rursus videtur, quia huius lationis mensura est, & mensuratur ipsum ab huiusmodi. Quare dicere rerum eas, quæ fiunt, esse circulum, est dicere temporis esse quendam circulum. hoc autem est, quia mensuratur circulatione. Præter.n. mensuram nihil aliud videtur esse mensuratum, quam multa mensura, totum.

Consueuit Aristoteles, subsidium afferre diligenter argumentantibus ad cognitionē veritatis, ipsam tamen non comprehendentibus, sępe consentaneā occasionem deceptionis, & causam opis dicens, simulq; suam confirmat rationem, quia ostendit etiam eos, qui errarunt, ad quicquam tale respexisse. Adducit ergo primos dicentes tempus esse motum circularem. Quandam.n. habet hoc rationem, siquidem hac ratione motus oēs mensurat & tempus. Dein de quia consuetudine receptum est, vt dicantur res humanæ in circulo versari quodam & omnes res; quæ subditæ sunt ortui atq; interitui, ostendit porrò, quid accidat dictis de tempore & orbiculatione; propterea ꝙ hæc omnia tēpore mensurantur & discernuntur, & habent principium suum & finem temporaneum. Sed tēpus est etiam ipsum circulus quidam, quia etiam est mensura orbiculationis & ab eadem econtra mensuratur. Quare affirmare res esse quendā circulum idē dictū est ac si diceremus esse quendam circulum tpis, & hoc, quia mensuratur orbiculatione. Si ergo mensuratum in nullo videtur differre à mensurante, nisi sola multitudine. Quod.n. mensuratur, id est, multa quæ mensurantur. Etenim mensuratum à cubito, quia plures cubitus differunt à cubito, & tempus à circulo mensuratum erit circulus, & idem sępe. Nam & si aliquod aliud subiectum est mensuris, & mensuranti & mēsurato, vt si cubitus mensurans est æreus, & mensuratus ligneus, tamen idem est cubitus, vel eadem est vlna, quatenus mensurat, & altera quatenus mensuratur: quod dictū est, tantam esse longitudinem quatenus est circulus.

Cōm. 140.

Sententia dicens motū circularem esse tempus fuit probabilis.

Res sunt circulus, quid sit.

Dicitur autem recte, & quòd numerus quidem est idem ouium & canum, si æqualis vterq; sit. Denarius autem non idem, neq; eodem modo. sicut neq; trianguli ijdem, æquilaterus, inquam, & scalenus, & tamen figura eadem est, quia ambo trianguli sunt. Idem.n. dicitur à quo non differt differentia, sed non à quo differt. vt triangulus à triangulo differentia differt. Diuersi.n. trianguli sunt. figura autem à figura non, sed in vna & eadem diuisione. Figura enim, quæ talis quidem est circulus est, talis vero triangulus. Huius autem talis quidem est æquilaterus, talis vero scalenus. Figura igitur Tex. 134.

ra igitur eadem & hæc. triangulus.n.est. triangulus autem non idem est, & numerus igitur idem. Non.n.differt numeri differentia numerus horum, denarius autem non idem est, ea nanque in quibus dicitur, differunt, hæc.n.canes, ista vero equi sunt. Et de tempore quidem, & ipso, & de his, quæ circa ipsum, considerationi sunt propria, dictum est.

Cõm. 141.

Quod dicit prius etiam dixit, q̃ vt idem est numerus æqualium & differẽtium numerorũ, vt septenarius numerus idem est septem equorũ & canum, ita tempus, cum sit numerus, vnũ & idem est differentium, & simul existentium motuum. Posuit autem idem rursus, non q̃ mos sit Aristotelis superuacanea dicere, sed simul nititur diligentius determinare de ipso, q̃ habet multas instãtias. Simul etiam hoc coordinauit cum his, quæ ab aliis vno consensu dicuntur. Nam perspicuũ esse videtur, quòd idem numerus sit septem canum & septem equorum, & si differant sm subiectum hæc. Sed coniectura ostendo, quod etiam à tali intelligentia hæc rursus repetat, quia dicit, {Dicitur autem recte, & quòd numerus quidem est idem ouium & canum, si æqualis vterq; sit, denarius autem non idem, neq; eadem.} Docet autem nos inquit. Alexander ex his, quomodo oporteat nos iudicare ea, quæ sunt sub eodem differentia inter se & quomodo eadem. Quæcunq;.n.non differunt propria differentia huius, quatenus dicũtur hæc quædam, & hęc, sunt eadem inter se secundum idem, sed quæcunque differunt propria differentia illius sunt diuersa sm hoc. Triangulus enim ęquis lateribus, isoceles, sunt etiam figuræ. Sunt etiam trianguli, sed figura sunt iidem inter se, quia non differunt figurę differentia proximè. Nã rectilinea, & rotunda sunt differentiæ figuræ. Et omnes trianguli sub eadem differentia figuræ reducti sunt. Nam rectilinei sunt, & à tribus rectis lineis continentur, tamen non sunt iidem inter se. Nam trianguli differentia differũt inter se. Nam trianguli, quatenus triangulus, differẽtia est, æquis lateribus esse constitutum, æquis lateribus, & scalenum esse. Et numerus porro æqualium non differentium numero, nec differentia numeri erit idem sm numerum, & septenarius ouiũ & canũ. Numeri enim differẽtiæ sunt, par & impar, & vtriusq; eorum quod constat ex tot vnitatibus, & tot. Sed septem, in quibus dicitur esse, numerus idem & indifferens est, quatenus numerus, sed numerata tamen, velut septem oues, septemq; canes, & ipse numerus septenarius, idem non est. Nã aliæ sunt oues, & alii canes, quę quidem erant numerata. Sic autem hõ & equus sunt eadem substantia, q̃m inter se non differunt substantiæ differentia. Substantiæ.n.differentiæ sunt, animatũ & inanimatum: & sunt ea, quæ dicta sunt, quatenus animata substantiæ, sed tamen non sunt eadem animalia, quia animalis differentia differunt inter se. Rationale.n.& irrationale sunt differentiæ animalis. Rursus Plato & Socrates, quatenus animalia, iidem sunt, quia non differunt inter se animalis differentia: sed homines non sunt iidem. Nam quibus homines apti sunt inter se differre, his etiam inter se differunt. Similiter quoq; & decem ad decem se habẽt, est nanque numerus idem. Non enim numeri differentia differunt decem ab ipsis decem, nam pares sunt, Sed neq; numeri paris differentia differunt, quę erit, quatenus componitur ex pluribus, vel paucioribus vnitatibus: attamẽ subiecta ipsorum, de quibus illi prædicantur, quæ sunt ipsa numerata, vel genere, differũt, vel specie, vel numero, ideo non amplius est denarius idem, neq; eadem decem. Vtraq;.n.modo dicuntur numerata. Iam autẽ præsens vbiq; idẽ est. Non enim differt temporis differentiis, id, quod simul in Asia, & in Europa. Differentiæ.n.tẽporis solæ sunt præteritum & futurum: non.n.temporis differentiæ sunt sm motuum differentias, quia non velut alium & aliũ numeramus eos, qui simul sunt. At motus non iidem sunt, quorum tempus est numerus, siquidem alter fuerit alteratio, & alter latio. Motuũ.n.hæ differentiæ sunt. Motuũ portò in his animaduertendum est, primum, quo differat hęc regula ab illa de identitate & vniuersitate, quæ dici consueuit, & discernit, quæ sunt eadem genere, vel specie, vel numero, vel diuersa, aut discernit vnum & multa. Nũ in illa quidem dicimus genere & specie esse eadem & vnum, de quibus genus idem, & species prædicatur, velut homo & equus genere vnũ sunt, quia ambo animalia, sed specie Socrates & Plato, quia ambo sunt homines. Sed numero idẽ & vnum, de quo vnitas prædicatur vna eadem vnitas. At regula, quæ tradita nunc est, q̃ si de aliquibus duobus, vel pluribus idem nomen prædicatur, hæc eadem dicentur secundũ illud, quando nõ different illius differẽtiis, sed differentia erũt, quando different. Nam triangulus æquis lateribus & scalenon triangulus, figura sunt iidem, q̃a non differunt differentiis figuræ. Sunt nempe rectilineũ & circulare, ac mixtum si vis, differentiæ figurę. Ambo.n.triãguli sunt rectilinei, quatenus ex tribus rectis lineis cõstãt. tamen non sunt iidem trianguli, sed differentes, q̃a differũt æquis lateribus triangulus, & ille isoceles, & scalenon differentiis trianguli: his.n.diuiditur triangulus. Quare etiam eorum, quæ dicuntur in priori regula eadem genere & specie, velut triangulorum, eadem inuẽta est differẽtia, quia ibi identitas secundũ illam est, qua commune cõpetit pluribus, siue sit genus, siue species, quę participatur à pluribus, & differẽtia erit sm aliam & aliam speciei, vel generis. Sed hic identitas est, quatenus aliquid continetur sub aliqua differentia communiter prædicati. Nam triangulos eosdem dicimus omnes, qui sunt æquis lateribus, & animalia rationalia eadem omnia. Sed differentia in aliquo est, quando sm differentias communiter prædicati differunt. Nã triangulus æquis lateribus triãgulus à scalenone differt, velut triangulus à triãgulo, q̃a differũt inter se differentiis trianguli. Quare illic identitas & diuersitas sm genus & speciem erit, sed hic secundum differentias, nisi forte & sm speciem statim. Nam diuersæ differentiæ cum ipso genere diuersas efficiunt species. Ex dictis porrò manifestũ esse existimo, q̃uo Aristotel. ipsum Nũc sm præsens, & si quę sunt in ipso, dicat esse diuersa, dicit idem esse, tanquam non sit differens differentiis ipsius Nũc. Velut prius & posterius differũt differentiis ipsius nunc, sed non sunt amplius eadem Nũc, vt trianguli ęquis lateribus & illi æquis cruribus non sunt iidem trianguli, quia differũt & differentiis trianguli, sed omnes æquis lateribus triãguli sunt iidem, q̃a non differũt differentiis trianguli, & quãuis numero differant, non velut tamen differentia numeri differũt, sed velut sm vnitates discreti, si autẽ & vnitates nulla differentia inter se differunt, q̃a nihil aliud sunt quàm vnitates, & vnitates monadici numeri nõ dicerentur numero differre inter se. Socrates.n.& Plato genere & specie iidem dicũtur, quia ambo sunt animalia & homines, quia numero differre inter se dicunt, quia differentes sunt vnitates & multis accidentibus differũt, siquidẽ alter erat filius Sophronisci, & Phænáretæ, & alter Aristonis & Perictione: & alter simul vẽtricosus, habẽs oculos eminẽtes: & alter nares habebat bene collocatas, & corpus bene ad oculos formatos. Itẽ alter erat magister Platonis, & alter discipulus Socratis, & sm differentias actionum. Igitur & vnitates ipsorum Nunc, quæ accipiũtur sm præsens, quatenus vt Nunc accipiuntur, non differunt, immo eadem sunt,

Eadẽ quæ dicuntur esse. Differre quæ dicuntur.

Numerus numerans idem, numerata autẽ non eadem.

Præsens tempus vbique est idem.

Differẽtiæ tẽporis sunt præteritum & futurum.

Eadẽ esse et diuersa esse genere, specie, ac numero.

Differre quid sit.

sunt, vt in numero monadico vnitates. Quòd si quis cum subiectis formis easdem accidentium differentias secum animo consideret, diceretur differre numero. Atqui prius & posterius Nunc ipsius Nunc, quod est formæ, differentiis differunt. Quare, quando Aristotel. Nunc dicebat eadem, vel tempus, cum ipse dicit, quod ipsum erat vbique simul}& in aliis, sed idem tēpus æquale, & totū simul. Specie.n. vnū, & id quod non est simul, vnde patet quod dicit vnum est & quod nō est simul}idem simul dicit, & vnū, quod non differt differentiis ipsius Nunc. Et tempus tale est semper æquale. Sed prius & posterius specie solū vnū est, non quia eiusdem speciei differentiis differant. Sic.n. non essent vnum & idem, sed quia sunt eiusdem speciei, vt ipsius nūc, vel temporis sunt participantia. Hęc ergo sufficiant quo ad explicationem dictorum Aristotel. de tempore, quia à principio vsq; ad finem, quæ ille dixit secutus determinaui pro viribus & explicaui. Sed, quia non solū is nobis est propositus finis, qui sumus cupidi exercitij quo quicquam discere possumus, videlicet discere opinionem Aristot. quæ fuerit de tempore, sed magis quid est tēpus discere. Sic.n. existimo ad sententiam Aristotelis proxime accedemus, si hoc breuiter rectè tractauerimus & diiudicauerimus. Quo facto sententias Philosophorum de tempore considerauimus. Item argumenta Arist. quibus probabat tempus non esse principio sermonis, cum ille nō sol uerit argumenta, rectè fecerimus, si eadem ad calcem pro viribus dissoluerimus. Non enim aliter finem de tempore sermo faciet.

DIGRESSIO DE TEMPORE PVLCHRA.

Vna & simplex existēs natura omnē excedit distinctionem.



Q Væ est igitur natura vna in simplicitate manens, excedit omnem distinctionem & segregationem. Et ea partim est vnum, & partim quod vno cōtinetur, & paululū ex vno mutato ad hoc, vt vnum sit id, quod est: & nec natura quidem eius, quod illis est, est segregata. Sed vbi velut in vnū collectis apparet omnino distinctio, ibi etiam apparet multitudo cum ipso vno, & tum fit totum, & partes, & elucescit quædam præcedens circumscriptio ibi aliorū, quæ distant ab aliis alibi, & natura aut esse eius fit aliud ab eo, quo est. Sed vbi est quæuis distinctio, mox oportet etiam mēsuram esse distinctionis, ne cum ab vno exierint, & remota fuerint, transferantur ad infinitatem. Ideo multitudo mensuratur numero, ne fit innumerabilis & reuera infinita & indeterminata: & distantia secundum continuationem mensuratur termino magnitudinis, quo aliquid tantum & continuum, vt discreta fit quantitas, sistit exitum in infinitum. Similiter autē & distinctio partium inter se, quatenus vna est alibi, & alia hic bona positione & ordine indigebat loci. Et hæ sunt mensuræ distinctionis secundum substantiam eius quod est. Sed quoniā & essentia eius, quod est vt in illis distincta est, velut quędam uita extensa eius est, tamen permansit in vno ente, propterea ꝗ & actus in substantia est. Nam ea, quæ illic sunt, substantiæ actus sunt, vt etiam Aristot. diuinitus cōsiderando locutus est, ea ratione æuum mensuram habuit conducentem suæ naturæ extensionem in ipsam mansionem immobile vt in eo quod est semper ens. Et sic cū facta sit distinctio quadrifariam, quatuor apparent mensuræ, numerus, magnitudo, locus, æuum. Sed sensile ab intellectuali procedens & obnoxium ortui, ab eo, quod est secundum quandam iterationem & permutationem. Nō.n.

Distinctio facit esse aliud præter id, quod est.

Aeuum colligit essentia ex tensionē in immobilē māsionē in id quod semper est.

manfit in mensuris ipsius, quod est, sed cum ipso, quod nō est contrahit secum illam naturam, qu inclinatur ad quęcunq; perfectionem & esse, quæ etiam ab ipso quod est ad illud, quod non est procedit. Ideo etiam imago cum factū fuerit ipsius, quod est, subsistit. Merito ergo etiā non habuit formalem distinctionem, vt ibi, cum vnum quod nō solum sit vnitū aliis omnibus, sed etiam sit quod alia. Sed patibilem magis distinctionem ortus suscipit, & ex indiuisili natura in ipsam diuisionem secedit, & ob id determinatio multitudinis ibi. hic aūt facta est distinctio, & ibi vniuersitas simul connexa, hic distans continue quantitas materiata apparet, & ibi partiū distinctio, hic vero aliarū & aliarum alibi partium distractio effecta est. Sic autē & ipsius naturæ, aut esse extensio, cum secundum formā ibi discretam fuerit, mansit vero in vno quod per substātiam est: hic fuit extensa per illam, quæ initium sensit, substantiam, participans id, quod est in motu, qui efficit generationem. Proinde & mensuræ patibilium diuisionum habent etiam fundamentum, quod est subditum ortui, & numerus cum sit vnitatibus diffusus, etiam ditat mensura magnitudinis & locus commensuratus, & tempus fluens priore & posteriore determinatum. Et sic aliquid atque hæc participant ortū, vt etiam ipsa videātur mensuris indigere. Etenim numerus, qui est hic, videtur numeratus, & mensura magnitudinis, vt cubitus, mensurari & partes loci etiam bona positione & locatione indiget, & tempus in tempore esse, velut procedentes, sciemus. Sed hoc in loco non admitto meum præceptorem Damascium, qui nō vult quatuor esse mensuras, sed tres, videlicet numerū, locum, & tempus, quod quidē asserit in his libris, quos ipse conscripsit de numero & loco & tempore. Vt.n. multitudinis numerus est mēsura, sic etiam inquit, magnitudinis est locus. Atqui plane opinor esse manifestum, ꝙ alia sit mensura, & alius sit terminus, secundum quem dicimus aliquid bicubitum, vel tricubitum esse: & alius, qui est secundum bonam positionem, secundū quem alia est pars superior, & alia inferior, & alia dextra, & alia sinistra, est ergo tempus mensura illius esse. Sed dico illud esse non secundum substātiam solum, sed etiam illud secundū actionem & actum. Et mirabiliter Arist. nouit temporis naturam, & explicauit dicens, quod etiam motui, & aliis idem est in tempore esse, & eorum durationem & naturam mēsurari à tempore. Vt autem motus non sit secundum indiuisibilia. Neq; enim ex momentis componitur. Neq.n. linea ex punctis, sed termini lineæ & motus sunt indiuisibiles. Et partes ipsorum, ex quibus componuntur, cum sint continua, non sunt indiuisilia, sed diuisilia. sic autem temporis alia quidem velut termini, vt nunc ipsa indiuisilia, alia vero, vt partes, tamen vt diuisilia. Continuum.n. tempus cum sit, habet etiam ipse partes diuisiles in semper diuisiles. Quare & si in continuo fluxu fuerit motus & tempus non est permanens, sed est dum fit, & illud quod sit non dicitur non esse simpliciter, sed alia & alia eius pars fit. Vt.n. æuum semper est causa, vt aliquid semper maneat, cum faciat permanere diuisionem illam intellectualem ab ipso proprio, quod est proficiscentem, sic etiam tempus est causa vltro citroq; proficiscendi circa intellectualem splendorem formæ, quod abiens illinc, in sensum etiam habet ordinatam continuationem reditus. Vt.n. propter locum non simul sunt partes eorum, quę distant, sic etiam ob tempus non simul ponitur illud esse Troianorum, cum eo, quo res Peloponensium fuerāt. neque etiam ætas pueritiæ eadem est cum ætate iuuenis. Et patet, quod vbiq; simul adest tempus & mutatio cū motu, cum

quę

Distinctio quod sic intelligitur est in his, quæ orta sunt, permansibus autē durationes.

Quatuor sunt mensuræ, non tres, vt voluit Damascius.

Tēpus omni esse sit mensura.

Lineæ ac motus termini sunt indiuisibiles sūt, partes autem diuisibiles.

Nūc vt terminus indiuisibiles sunt, vt partes vero diuisibiles.

Fieri in tēpore est quod sit.

Aeuum quid efficiat, ipsum tempus eius formæ splendor, motu dato circa id, quo ...

tu, cum continuet ea quæ sunt, dum fiunt, quod idem est facere vt ipsum succedat circa idem qđ fit. Et quod omnium, quæ sunt subdita ortui & omnis ortus dum fit tempus est, quod obtinet & copulat, partim semper partim ali quãdo bene dixit Damascius. Cæterum illud animaduertendum est, quod deinceps erit per se causa immutabilitatis eorum, quæ qđ ad seipsa exeunt à sua natura, & remouentur, quàm habent, erit tempus magis quietis causa quã motus: videtur quidem dici ob similitudinem, quam habet tempus ad æternitatem & continuationem quæ fit. Vt enim illa est causa, vt maneat aliquid semper, sic etiam tempus est causa dum res fit, vt semper maneat. Nisi forte non conuenit manere tempori prorsus, vt neq; ortui com petit, vt sit. Sed vt ortus facta est quędam reuolutio repetita, & rediens ab eo quod est, sic etiam ipse reditus circa ens, est quædam reuolutio mansionis in ipso quod est. Sed hæc dicta ab ipso non modo me turbãt, sed illa magis, quę quidem, dum viueret, hoc mihi persuadere nõ potuit, videlicet tempus vniuersum simul subsistere. Hoc ergo, cũ explicasset in ipsis conscriptis de tempore, volo bene animo perpendere. Cum.n. Aristotel. dixerit illud esse in tẽpore, extra cuius tempus est aliquid accipere, sic.n.est à tẽpore comprehendi & contineri, instans ille cõtra hoc hæc scripsit, Admiraretur forte quis adhuc magis cũ audiuerit diffinitionem eius, quod est in tempore, nempe quòd sit, cuius est tempus extra accipere. Sic.n.cõplecti à tempore, & contineri, tanquam secundum cõprehendendi vim mẽ surantem & numerantem tempus videns, vt ea, quæ continentur ab extrinseco, ceu à loco, dixit hoc etiam ipse. Sed, si hoc est, quomodo tempus est aliqua motus affectio, velut mensuratio. Locus.n. non est huiusmodi. & si mensuratio sit, nil erit extra accipere. Mensuratum est etiam in tempore, sed absurdum accidit, & hoc, nõ esse tempus qđ est simul totum tempus, nõ dico formam quasi figuram, vt ipse inquit, tempus esse totum simul, quemadmodũ si quis omnem simul hominem esse, Socratem, sed qđ semper fluit tempus, quod etiam ab æuo cõprehensum fuisse dicit. At qui tẽpus, idẽ sem p fluens fatemur, in quo ẽt semper fit mutatio temporum & semper motio cœlestiũ corporum. Sed tamen non in tempore eædem sunt secundum determinationem. Nam extra temporis, qđ fit, quid extra erit intelligere? Sed præter opinionem est nõ asserere vniuersi tẽporis partes tempus esse. Oportebat.n. si præteritũ præsens & futurũ sunt temporis partes, vel annus superiori, vel proximus, si partes temporis sunt, etiã vniuersum tempus ex ipsis facere, cuius nomen est, semper. Sed absur dũ est etiam illud semper idem non esse in tempore, quia non fluit substantia, neq; apta est fluere, sed solum semper est, velut diameter est incommensurabilis lateri. Atqui si quod est longissimum, est in tẽpore, cur etiam, si quis nominaret Panchronion totum temporaneum, nõ erit hoc in tempore? Sed cur vbiq; velut omne, vel si vis dicimus, omne supra cœleste in loco, quod comprehendit omnem locum. Vniuersum.n. vbiq; est. Sed de tempore nõ sic intelligimus in tempore esse, vt in vniuerso id, quod semper idem est in eodem s'm numerum. Vt.n.est vbiq; ad locũ, sic se habet hoc semper ad tempus. Cur autẽ locus est sempiternus, vt concaua superficies cœli, sed tempus solũ vnũ est, obnoxium ortui & interitui, extra quod semper est aliquid plus accipere. Etenim, si secundum numerum, sed tamen neq; extra numerum sempiternum & aliquod sempiternũ, sed omnis & idem numerus. In his porro temporis similitudinem cum Aristotel. accepisset ad locũ, quatenus & tempus definit id, quod est in tempore & continet, vt ẽt locus id, quod est in loco, & numerus id, quod dicitur esse in numero. Vnde ipse putat, q̃ si non omnis loci est extra locum accipere, neq; omnis temporis est extra tẽpus accipere. Atqui manifestum est, q̃ etiam Aristot. putat locũ à tempore differre, quatenus locus simul esse non prohibetur, sed tẽpus est dum fit, vt etiam motus, non tamen totũ simul subsistit. Si ergo tempus dũ fit, subsistit, vt motus, quomodo absurdum erit non esse simul vniuersum tẽpus? Cõtrarium.n. esset absurdum, videlicet simul esse vniuersum, & esse dum fieret. Si ergo non est absurdum motum vniuersum non esse simul, quia fluit, neq; absurdũ est non esse simul tempus fluens, & si communis forma maneat, quia iterum atq; iterum fit, vt patet in motu. Quod si semper tempus dicimus fluere, & illud semper nõ velut simul subsistens infinitum, sed s'm ipsum in infinitum dicimus. Sic.n.& tempus & motum semper esse dicimus, tanquàm nunquam deficiat, & non velut quod simul totum est. Duplex.n.est illud sempiternum: aliud simul totum, vt æternum, aliud, quod dum fit, semper est secundũ tẽpus indeficiens: in hoc ergo & semper mutatio formarũ fit, & motus fluit, licet maneat, quia iterũ atq; iterũ fit, & cœlestiũ est semper mutabilitas, seu reuolutio. Et vt motus cœlestium non simul totus est, sic neq; vniuersum tẽpus, quod mensurat ipsum. Et ob id simul vniuersi temporis, quãdo quidẽ neq; subsistentis, est aliquid minime extra accipere, sed illius, qđ semper subsistit, est aliquid extra accipere, quia semper est, & nũquã deficiet eius fluxus. Sed neq; præter opinionem existimo hoc, s'nõ simul vniuersi existentis temporis partes tempus facere, vt præteritũ, p̃sens, & futurũ. Si.n. simul has esse partes dicebamus, absurdum erat, vt partibus simul existentibus non etiam totũ simul esse. Quod si hoc modo sunt partes, velut ea, quæ nõ amplius est, nec nondum est, quomodo fieri nõ potest, vt simul totum sit? Siquis forte enim scripserit euidentius, demonstraret hoc præter opinionem. Cum enim totum tẽpus simul fit, præter opinionem quoq; erit, s' non simul esse partes. Et si non simul sunt partes, erit præter opinionem, vt sit omnino totum simul. Illud autẽ semper nomẽ temporis non tanquam simul existẽtis semper, quod etiã prius dicebam, sed alius est, quod semper est indeficiens. Sed absurdũ, inquit, dictum esse ab Aristot. q̃ sempiterna non sint in tempore, velut non est commensurabilis, diameter lateri. Atqui si ea, quæ præsentia sunt, & tota simul hoc habent, patet, q̃ eorum, quæ sunt, & nõ fiunt est, velut esse parem binarium & ideas incorporeas. Et nõ erũt hęc in tempore, sed magis in æuo. Quòd si in tempore, patet q̃ etiam in motu, & non amplius totum subsistet. Non.n. quia in tempore nos cognoscimus ea, quæ sunt, supra tempus ob id etiam illa in tempore esse faciemus. Quòd, si illud, quod est diuturnum, dicir in tempore, cur non etiam vniuersum tempus. Et si hoc etiam in tempore, siquidem in motu & non simul totum subsistit. Porrò sempiternam dicimus orbiculationem, vt etiã ipsam indeficientem & à tempore indeficienti mensuratam. Sed neq; hoc necessarium est, si est aliquid in toto loco simul, quod vbiq; dicimus, vt totum corporeum mundum esse & in toto simul tempore, quod semper est idem in hoc secundum numerum. Totum.n.locum simul esse non est absurdum, neq; .n.locus est dum fit, vt motus. Sed quomodo tẽpus potest esse vt simul sit, & mẽsura motus? Quare, & si proportionem habet ipsum vbiq; ad semper, tamen illud permanet, & illud fluit. Et si contigisset infinitum esse illud, quod est vbique, illud quidem esset infinitum solum, hoc vero in infinitum. Sed cur, inquit, locus & numerus est sempiternus

Sempiternum duplex.

Nũ sempiterna sint in tempore.

Tempus perpetuum est quàmuis esse consistat in fluxu.

ternus ante id, quod est obnoxium interitui, sed tempus non est? Num ergo est etiam tempus sempiternum? Tempus igitur indeficiens Aristoteles ostendit, sed vt id, quod est, dum fit, vt motus, & illud semper eisdem inesse, sed non simul totum existit, sed in infinitum procedens. Vt autem colligens omnia, dicam meam sentẽtiam, si est aliquis ortus & motus, qui non fit dum fit, neq; altera eius pars succedat alteri, sed tota simul subsistat, velut substantia animæ: vel si nõ eius substantia quidẽ corporis cœlestis, quispiã dixerit esse naturã, seu factam tanquã ex sola causa cõsistat, & ita mobile per generationis motũ, ꝑ quẽ abesse in motũ est ad id, qđ fit & ab exẽplari ad imaginẽ. Siquis ergo talem ortũ & motũ viderit, vt meus sæpe proposuit Damascius: merito ẽt tẽpus simul totũ videre concẽdit, quòd sit mensura motus, & eius qđ simul est. Quod si Plato definit obnoxiũ ortui id, qđ oriri ac interire potest, nũquã erit reuera ens. Et, si omnis motus est mutatio & aliã omnino partem habet post aliam, non oportebat dicere, quę sunt ortui obnoxia, vel motui simul vniuersa esse. Nisi aliquo mõ possimus mutationem intueri in ipsis. Et certo scio Damascium dixisse naturam, quæ subdita est ortui & interitui, dũ exponit, quomodo sit ortus & interitus in his, quæ sunt secundũ substantiam immutabilem, mediam esse inter id, quod est, & quod non est; & secundũ talem egressum ad id, quod est, dixit ipsum fieri & secundũ reditum in id, quod non est interitui obnoxiũ, affirmauit. Sed nunquam medium est, quale illud animæ substantiæ. Neq; est subditũ ortui proprie, sed mediũ inter partibile & impartibile, quod est dictu, inter id, quod est & ipsum ortũ, & ob id aliqua media mensura æternitatis & temporis mensuratur, qđ quia non habet propriũ nomen Philosophi appellant aliquando ęuũ, aut æternitatem, & aliquando tempus, tamẽ cœlestium corporũ substantia tota est subdita ortui. Videri.n.& tãgi potest & corpus habet. Sed, cum sit ortui subiecta & non permanẽs in eodem modo, semper habet motum & mutationem, & si non illum secundum substantiam, vt aliquando sit, aliquãdoq; non sit, sed illum, qui est quasi secũdum aliquam alterationem, ſm quàm est in differentibus figurationibus differente uita & perfectione, eędem mutantur in substantias ipsorummet à proprijs exemplis & impertiunt vicissitudinarijs actionibus his, quæ sub Luna sunt, sed quoniã Damascius cum faciat diuisionem subsistẽtis tẽporis plura simul de toto subsistente tẽpore dicit. Proinde & illorũ nonnulla consideremus. Sic se habẽt. Quod est simul vniuersum tempus. An id, extra quod non est aliquid accipere? Eius vero, quod nõ semper est, quid nã dixerit extrinsecus esse, quod tẽpus exponat? Porrò Arist. hoc videbatᷣ esse super tempus, & æternitati competere. igitur semper est maximum tempus. Vtrũ ergo quod semper versat in ortu & fluxu, hoc sit tempus maximũ? sed nunquam idem simul vniuersum exit ad esse, vt totũ simul sit, neq; sit simul totũ, nec est semper ipsum semper, sed magis nũquã, quomodo.n. esset ipsum semper in ipso aliquãdo? difficile.n. est assignare, q̃a idem erit simul aliquando, & semper, sed neq; in ipso semper, illud.n. nõ dicimus simul esse semper, sed fluere per partem. Absurdũ ergo est aliqđ & minimum subsistere tempus, & totum simul nunquã. Sed si significat aliquid semper, & non est nomẽ vacuũ, fieri nequit, vt res, quæ semper sit, non semper sit. Nã sempiternũ significat & sempiternum est qđ sic fieri nequit, vt aliqñ nõ sit, vel nunquã, & qđ nõ cõtingit nõ esse, & necessariũ est, q̃a etsi semper nõ est vel est nõ semper, nihil erit eorũ, quę subdita sunt ortui sempiternũ, quare neq; cœlũ semꝑ, neq; mũdus numero erit idẽ, sed omnia fluent. Quod autẽ est semper in fluxu, neq; id est, neq; factũ. Nam aliquando semper fiet, & nõ semꝑ. Et ex his sempiternitatẽ cæli & totius simul totã esse vult non ſm tempus in infinitũ, & qđ semper fit, & fluit, sed secundũ simul totum subsistẽs. Sed in cæteris diligentius, existimo, inspiciens alibi primo tale tempus statuit & ex illo & in substãtia cœli tale subsistere inquit. Sed necesse est plura describere. Quærẽ.n. quid erit semper efficiẽs aliquando, olimúe rursus & rursus factũ nunquã quiescens ab ipsa iteratione inducit. Vel naturalis res, vel natura faciet, & anima ante naturã, hæc.n. est principiũ omnis mutationis. Et qũo natura, cum sit opifex sempiternorum corporum, & in seipsa infundens semper tempus fluens, quomodo etiã nõ sempiterna & plena erit sempiternis rationibus. Proindẽ & temporis ratio sempiterna & subsistens in seipsa erit tempus semper præsens totũ, & vniuersum simul. Similiter autẽ & ratio tẽporis, quę præest in anima semper ſm numerũ, idẽ erit tẽpus. Quod si in anima immutabili & natura tali tẽpus erit compositũ in totã tẽporis speciẽ & hoc erit etiã vniuersum tẽpus simul semper manẽs in ipso semper & nullo pacto fluens & habẽs prius & posterius semper eodẽ modo & nũc ipsum qđ dicimus præsens tẽpus. Proinde à præsenti indiuiduo, quod fluit, trifariam diuideretur quoties diuideretur. Nã de hoc nondũ. Sed procedẽdo dicit, vnũ esse in ipsis actionibus mutatis ipsarũ naturarũ immutabilium, siue illa sint animæ, siue sint corpora, quæ actiones semꝑ seruẽt ipsum semper ſm speciẽ: & aliud in ipsis mutatis substãtiis in infinitũ videtur semper, qđ quidẽ seruatur semper, semper ſm speciẽ in ipsis summis ipsorũ. Sed finitũ in his, q̃ fiunt vel intereunt est ſm circulũ, velut vniuersi, quod subditũ est ortui, periodus, vel Solis forte ab eodem in idẽ vna reuolutio vel per rectũ ingressum, vt in atomis in ipsis indiuiduis & subditis ortui. Sic.n. tẽpus fluens diuisit, & prædictis hæc copulauit. Si ergo quod facit sempiternũ in tẽpore quia semper est, etiã efficit vt sint prima eorum, quæ fiunt, si.n. facit actionibus, multo magis ipso esse: substãtia.n. opificis ante actiones est, & sempiternũ ante illud, qđ nõ est tale, quare & in ipsis sempiternis eorũ, quæ fiũt, cõfirmabit illud, quod semper est ſm substantiã, & nunq̃ tẽpus fluẽs, vt magis hæc illi fauebũt ad sempiternitatẽ. Nã cũ substantia cœli participet ipso semper, factũ est semper ſm idem, quod est dictu, facere quod semper substantia temporis vniuersi simul sit: igitᷣ toti & sempiterno tẽpore congenitũ & coæuũ, siue ab anima proficiscatur, siue & suapte natura. Nã hoc in posterũ nõ fluẽs, neq; vna existẽs cũ fluẽte, est reuera totũ tẽpus simul à quo emergẽs illud quod fluit, successione quadã protenditᷣ, & ob id nõ cessat illud quod fit, atq semper cessando & semper redeũdo & perseuerando permanet, quia illud semper permanẽs ſm numerũ idem permãsit agens illud ſm formam. Vt enim cœli actio est orbiculatio, iterum atq; iterum rediẽs, sic ẽt in tempore, ibi quod in vnum coactum est circulationis tempus est operatio. Et in quo nã ab æternitate, dicet aliquis, differet tempus, quod sic in vnum coactũ est, vt dicimus? Arist. porrò diceret hanc esse æternitatem, ipsum videlicet tẽpus quatenus semper fit. Et forte magis sequeretur Aristot. Alex. qui dicit hoc quod diximus. Nisi aliquis Alex. responderet, vt considerabimus, quod si idem Aristot. poneret ipsum esse & semper in substantia quinti corporis, & in ea immobilis appetẽtis. si.n. hęc est causa, & illa est à causa, vt ipse fatetur, & si non censeret ortum prædicari de corporea sempiternitate, hoc.n. solum nomẽ inquit euitari. Quod si differet, concederet etiam ipsum

Animæ substantia media est inter id qđ est, & ipsam generationem. Cœlestiũ corporum substãtia est genita.

semper

semper duplex esse, alterum causam, alterum vero à causa. Nos autem fatéies illud, quod gigni potest & fit ab altero dependere, & proficisci, merito non appellaremus tépus sempiternitatem, sed tempus ponentes hoc esse primú simulachrú primamue imaginem æternitatis. In his, pinde, vt ordiamur ab vltimis, si quod tépus est id, quod fit, aut oritur, omnino constat id moueri, vbi.n. est ortus, ibi etiam motus & mutatio omnino est. Plato enim illud, inquit, subditum ortui, quod fit & dissoluitur, sic autem nûquam est: & tempus maxime primum, inquit, simul fieri in cœlo, ꝙ simulachrum procedens secundum numerum ipsius ęternitatis manentis eodem mô, tanquam intelligat omnino motum simul esse cum tempore, sed Alex. vel ét ante hunc ipsum Arist. dicere bene responderet aliquis, quod differt esse & ipsum semper ipsius quintę substantię, ab ipso esse & semper primæ causæ ſm ipsos. Diceret autem existimo illud esse & semper & sempiternum, velut habens infinitum collectum in eodem, & quod quidé si quis acciperet, totum acciperet. Sed hoc quintæ substantię sempiternum quidem, sed non velut simul totú, sed velut in infinitum procedens, ideo & temporaneum est. Nam quod quidem aliquis ipsius esse partem acceperit, haberet etiam aliquid extra idem, quando quidé procedât in infinitum. Et si aliquis diceret talem æternitaté, volens quod omnes semper sit æternum, & hoc diuidens in ipsum totú simul, & habens esse dum fit, is tantú vocabulis dissentiet à Platone, sed res recte diuidet & consentiet cum illo. Sed contra ea, quæ sunt in principio huius nunc adductis contextus, iterum obiiciendum est, quia semper ſm vnú modum accipit ipsum infinitum in vnum simul comprehendés. Atqui noui id, quod semper fit, adsistens tépori fluenti, aliquid aliud semper temporis accipere in infinitum. Et tale semper neq; Arist. videtur æternitati côuenire, vt inquit Damascius. Dicit autem Arist. in tertio huius tractationis. Patet quoq; infinitum esse in tempore, & in hominibus, & diuisione magnitudinum. Sic.n. omnino est infinitú quod semper aliud atq; aliud accipitur, & acceptum semper finitum est, sed semper alterú, atq; alterum. Ité esse multipliciter dicitur, quare ipsum in infinitum nó oportet accipere, vt hoc aliquid, velut hominé, vel domú, sed velut dies dicitur & certamé, quibus ipsum esse est nó velut substantia est, sed semper in ortu, & interitu versatur, & si finitum sit, verum semper alterum, atq; alterum. Sed in magnitudinibus permanente eo quòd sumitur, hoc accidit, in tempore autem & hominibus, qui intereunt, ita erit, vt non deficiat. Sed adhuc apertius ipsum semper in infinitum dicit dicendo: Accidit autem contra infinitum esse, ac vt illi dicunt. Non.n. cuius nihil est extra, sed cuius semper est aliquid extra accipere, hoc est infinitum. Videtur autem velut absurdum rationi & definitioni inferre tale nunquam esse simul totum, neque esse semper ipsum semper. Sed quid erit absurdi in hoc, quod est dum semper fit. Et aliud absurdum inquit, quod est quia subsisteret aliquod, & minimum tempus, sed ipsum simul vniuersus nunquam. Sed absurdius est & fieri non potest, quòd simul tota subsistant, quæ sunt dum fiunt. Sed omnino inquit, quod si semper nomen non est vanum, fieri nequit, vt semper res non sit semper. Significat.n. sempiternum. Sed sempiternum est, quod potest vt aliquando non sit & quod non contingit non esse & necessarium est. Et hæc ratio videtur mihi sophistica esse, quæ accipit semper ens pro eo, quod semper fit. Neq;.n. semper ens sic semper fieri est nomen vanum, sed sic subsistit, vt semper fit. Est.n. aliquid ipsius esse & hæc significatio, quatenus participat partim etiam ortu eius ꝙ fit. Etenim saltatio est quando fit, & saltatorem dicimus saltare, sed non ita vt simul tota sit saltatio, sed velut id, quod est dú fit. Deinceps autem videtur velle hoc semper etiam esse in ipsis, quæ subdita sunt ortui, illud quod stat secundú numerum idé, quod quidem aliquis forte admiraretur. Si.n. semper non est inquit, vel est non semper, nihil erit eorum, quæ gignútur sempiternum, quare neq; cœlum semper, neque mundus numero idem, sed cuncta fluent, & quia mundus semper fluit, ob id neque est, neq; factus est. Nam semper generabitur & non ipsum semper. Si ergo ipsum semper cœli, & mundi subditi ortui tanquàm stans censet considerádum esse, & velut simul totum existens, dicat quomô ipsum ortui subditum differet ab eo, quod reuera esset æternum. Sed videtur processus per medietatem, causa esse ipsum pulchre interrogandi, quomodo cœlum & mundus numero idem erit, si esset dum fieret, & me rursus contra interrogandi, cum cœlú & hic mundus sit semper corporeus se habeat semper sic, vt semper sit & totú simul subsistat, quomodo tale subiectú ortui differet ab ipsa æternitate, & proprie sempiterno & reuera quod est & simul toto subsistente & fluente secundum substantiam & ab eo, quod habet aliud & aliud numero secundum substantiam factum, vt motus cælestium manifeste videtur & omnes species, quæ sunt sub Luna. Nam humana species in aliis & aliis indiuiduis semper consideratur, quæ fiunt & intereunt. Cum ergo sint hæc extrema, duæ medietates sunt: alia naturalis simul & corporea, & animastica, sed animastica propinqua est ei, quod vere est, & sempiternorú corporum naturalis constitutio ei, quod solum fit, quorum animastica substátia & si deficiat ab illa æterna collectione & indiuidua tandem subsistentia, tamen non laberetur in ipsum, quod omnino est diuiduum, neq; secundú substantiam, neq; secundum per durationé naturæ suæ, quocirca & Plato & Aristoteles diuidentes in duas mensuras durationis ipsius esse in æternitatem & tempus, Plato quidem ambas medietates in tépore videtur posuisse, de anima dicendo, quôd originem traxit ab incessabili & prudenti vita, ad tempus simul totum procedens. Et de toto cœlo siue mundo inquit, quia tempus cum cœlo factum est. Aristot. in æternitate magis posuit, tempus assignans his, quæ semper fiunt & intereunt. Et euidenti róne eruet mediæ mensuræ mediorum & aliis nominibus commensurabilia, & ipsum semper. Igitur tribuendum erit substantiæ animę & aliud semper vniuersitati cœlesti, & mundanæ, neq; totum simul intelligendum, velut proprie sempiternum: neq; fit, & interit sic, velut id, quod est eorú, quæ sub Luna sunt, sed velut substantiæ mediam naturam habent, sic etiam est duratio eorum, & mensuræ durationis se habent. Et si quis vult tempus appellare, nullus nominibus inuideat, quanquam non sit hęc temporis significatio consueta: qua tempus diuiditur in præsens, pręteritum, & futurum, sed quia Aristoteles & Plato nomé imposuere, teneatur ergo & tribuatur illis partibus temporis, neq; semper solum illud cognoscat, quod est totum simul subsistens, & semper manens, sed videat ipsum in infinitum semper esse dum fit, & differentias ipsius semper ordinatas in medio horum. Quas si quis diligenter examinarit, neq; æternitati proprie conuenire, neq; tempori affirmabit. Cum motu enim esse omnino, & aliquid motus esse tempus videtur. Si vero hoc tempus fluens mensuram motus corporei, qui alius est secundum substantiam, & alius secundum alias mutationes, dixerit, ratio sempiterna temporis in natura, quæ vna est cum substantia naturæ, est continuans

Tempus est genitum, tempus mouetur.

Primæ causæ essentia et quo differat à substantia quintæ essentiæ.

Semper esse et semper fieri diuersa sunt.

Inter æternum quod semper est, et æternum quod semper fluit natura corporea, et animalis media est.

Animam et cœlum Plato posuit in tempore.

continuans & producẽs,& hæc eſt,vt inquit, tempus ſem per præſens totum & vniuerſum, ſimiliter quoq; & ratio temporis in anima præexiſtens ſemper ſecundum numerum hęc eadem eſt ſimul vniuerſum tempus:quod inquit totum ſimul ſubſiſtere,quod dogma nõ amplius mihi du rum videtur. Rationem,n.temporis, vt etiam motus, ſimul totam eſſe in anima & in natura, vt eſt in illis ipſum ſimul non eſt mirandum.Etenim corporis ratio illa præ eſt, quæ eſt incorporea & expers dimenſionis, & ab illa nequit eſſe hęc dimenſa.Sic ergo & tempus & motus in exemplaribus & ſpecificis rationibus ſint tota ſimul, ſed in his imaginibus & ſubſtantiis,quæ ſemper fiunt,vt exiſtimo,nequit eſſe vt exiſtimo,hoc totum ſimul:non ſorte nec naturales,nec animaſticæ rationes, ſi quidem ab ipſo quod vere eſt,& eodem modo manet,deſcenderunt,poſſunt habere ſimul totum eſſe: vt ſi diligenter & accurate loquamur, ſed ſic, vt illis conuenit medietatibus. Sed vt breuiter dicam exiſtimo fieri non poſſe vt ſimul totum tempus in participatione conſideretur, ſed à proportione æternitatis veni in notitiam & ego primi temporis, quod eſt ſupra omne temporaneum, quod illa in ſuis participationibus facit eſſe temporanea, idest durationem eorum menſurat,& facit partes habere ordinem talis durationis. Vt enim æternitas ſubſiſtens ante æterna media eſt inter excellentem vnitatem entis & ſegregatum diſperſumque mentis egreſſum ſecundum ipſum ſeiunctum ſubſiſtens & diſſeminatur.Ideo & vita æterna cognata eſt,quia ipſa etiam,cum ſit media inter id quod eſt,& mentem, idem eſt dictu,inter ipſum,quod eſt collectum & ipſum, quod eſt ſparſum & fuſum,ſubſiſtit ſecundum ipſum,quod ſparſum eſt. Sic ergo medium, quod eſt inter id, quod eſt,& id,quod fit,quod eſt dictu,inter ipſum immobile & mobile,ſiue inter ipſum, quod habet ſimul totum eſſe ſubſtã tiæ , potentiæque actionis oportet omnino eſſe id, quod eſt proxime ſeparatum ab ortu: Verũ deficit ab eo quod eſt, & ob id menſurans & continuans & ordinans durationem ortus ſuamet participatione.Nõ enim duratio eſt tempus quod participatur, ſed menſura & ordo durationis.Et ſi hæc vera dico, vt ſe habet ad vitam æternitas imparticipabilis, ſic ſe habet ad animam hoc primum tempus,neque autem vita ſempiterna eſt. Sempiternum enim à ſempiterno metitur, ſed etiam hæc ſempiterna ſubſtantia ſecundum aliam proprietatem eſt conſiderata,neq; anima eſt temporanea,ſed ipſum tempus. Verum anima eſt, quatenus vitam efficit, & tempus eſt,quatenus menſurat durationẽ eius, niſi ergo proceſſus in his diſtinxerit ſubſtãtias,quaſi alia ſit anima,& aliud ſit tempus. Etenim ibi etiam erat medietas illa triplex,alia vt vita,alia vt æternitas,alia vt vniuerſitas conſiderata non diuiſis illis,ſed nos diuidimus vniuerſitatem illorum in vnum collectam. Et patet, quòd hoc erit tempus quod velut deus à Chaldeis & alia ſacra veneratione veneratum eſt.Sed de hoc ad naturales nõ ſpectat differere,ſed de illo,quod participatur. Ideo ſatis ſit de his hactenus dictum. Sed deinceps conſiderabimus opiniones veterum de tempore. Nam forte quidam ipſorum videbuntur tempus quod diximus, attigiſſe. Pythagoreus ergo Archytas qui etiam eſt primus eorum,quos audiuimus,videtur ſubſtãtiam temporis determinare.Et hæc de ipſo ſcripſit in eo libro,quem edidit de vniuerſo,Sed aliquando ipſum & tempus vniuerſaliter habet proprium indiuiduum, & quod per ſe ſubſiſtere nõ poteſt.Cum enim nunc ſit indiuiduum, & ſimul ac dictũ & intellectum præterit, & non eſt vnum aliquid permanens,Fit enim continue idipſum, neque aliquando ſeruatur ſecundum numerum,licet ſecũdum formam. Præſens enim nunc tempus & futurum nõ vnum aliquid tale permanet cum præterito: quia hoc abiit & non amplius eſt. Sed ſimul atque intellectum & exiſtens eſt, & præteriit, & ſic ſemper continuat ipſum nunc continue, quia aliud & aliud ſit, & interit, veruntamen ſecundum talem formam. Omne enim Nunc, quod partibus caret & diuidi nequit, eſt terminus præteriti, & initium futuri, vt etiam in lineis fractis punctum, vbi facta eſt fractio, eſt principium alterius lineæ,& finis alterius.Sed continuum tempus & non diſcretum eſt, vt numerus, oratio, harmonia. Orationis enim partes ſunt ſyllabæ, ſed hę ſunt diſcretæ, & concentus ſoni:& numeri vnitates. Linea autem, locus, & receptaculum continua ſunt. Nam horum partes communes ſectiones efficiunt ſemper diuiſiles:diuiditur enim linea ſecundum pũctum,ſuperficies ſecundum lineam, & ſolidum ſecundum ſuperficiem. Eſt igitur etiam tempus continuum. Non enim fuit aliquando natura,quãdo tempus non fuit,neque motio quando tempus non adfuit. ſed ſemper fuit & erit, & nunquam deficiet ipſum nunc cum aliud & aliud ſit; & numero quidem alterum, ſed ſpecie idem. Differt autem linea ab aliis continuis, quia partes lineæ,loci,& receptaculi ſubſiſtunt: ſed temporis, quæ factæ ſunt, interiere, & quæ fient, interibunt, ideo tempus vel omnino non eſt aliquid, vel obſcure, ac vix eſt vnum aliquid. Quatenus.n.præteritum eſt, non eſt amplius vnũ aliquid,& futurum nondum vnum aliquid,ſed illud nunc indiuiduum eſt & inſectile,quomodo ergo erit hoc ſecun dum veritatem? Attamen diuus Iamblicus in primo libro ſuorum commentariorum in prędicamenta inquit, Archytam definiſſe tempus, vt eſt quidam numerus motus, vel etiam vniuerſum ſpatium ipſius naturæ vniuerſi. Sed ipſe exponit definitionem tanquam tempus dicatur alicu ius motus, ſed non vnius ex multis numerus. Nam alij tempore comprehenduntur, neque communitas multorum.Nam ipſa nõ eſt vna,ſed reuera vnius motus eſt, qui alios præcedit, vt vnitas motuum. Vel eſt merito prima & cauſa omnium animaſtica ſecundum primam notionem rationum producta mutatio, cuius numerus non aduenit extrinſecus, vt putat Ariſtotel. ſed prius ordinatus ordine eius in cauſis & prius impediens ipſum ſecundum menſuras conuenientes,qui efficit actionem eſſe ſubſtantiam, quaſi depromens notiones animi per ſe mobiles rationũ, ſed vniuerſum ſpatium vniuerſæ naturę inquit veteres dicere, quod continuum eſt conſideratum in rationibus & quoad diuiſionem diſtans. Quod enim oſtendit in mutationibus his,quæ ſunt in ortu, videlicet, quod hoc nũc eſt prope ipſum ante, & hunc motum prope motum antecedẽtem, hoc etiam multo prius & principalius eſſe in ſubſtantia vniuerſum naturalium rationum conſideratur, & proprie complet ſpatium antiquiſsimi omnium temporis,quod naturę rationes continuat. Conſẽntit autem inquit ipſi & opinio veterum. Alii enim vt etiam nomẽ indicat, quadam mentis chorea, alij ambitibus animæ, alij naturali receptaculo horum, alij reuolutionibus tempus definierunt:quæ omnia ſecta Pythagorea comprehendit, & nunc, inquit, velut duas definitiones in noſtris expoſitionibus definiuimus. Oportet autem has ambas rationes in vnam contrahere,& velut continuum,& diſcretum ſimul tempus facere, quanquam ſit magis proprie continuum, Sic ergo Iamblicus animaſticum & naturale tempus,inquit,ab Archyta aſſignari. Sed per contextum Archytæ appoſitum ab ipſo prius inquit, ſignificari actionẽ temporis apparentem extra. non ergo ſolum Archytas cẽ

fuit

Nũ vñ tempori in anima & natura poſſit eſſe ſimul.

A proportione æternitatis venitur ad cõ poris notitiã.

Aeternitas quid aeui eſt me dium inter id, quod eſt,& di ſperſam mẽtis ſubmiſsionẽ.

Vt anima & æternitas ad vitam ſe ha bet, ſic ad ani mã primũ tẽ pus.

Tẽpus id anima quatenũ in ter ſe cõtinuãt.

Tempus à Chaldæis tãquã Deus vene rabatur,

Veterũ ſenten tia de tẽpore.

Archytæ Py thagorei opi nio.

Tẽpus eſſe/ continuum et non diſcretũ.

Linea quo differat ab aliis continuis.

Iamblici opi nio de tẽpore.

Tempus ſit anima pri ma motum, quæ per rationes producta mutatio.

fuit subsistere,sed etiam tempus esse præcedens in his,quę sunt,bene dispositum secundum suum ordinem,ad quem refertur prius & posterius nostrarum actionum,quod nō esset,nisi præcederet tempus, sed impartibile & non subsistens Iamblicus in alio & alio tempore censuit intelligendum esse secundum species rationum stantes in seipsis determinans esse illud impartibile, & secundum procedentes motus ab ipsis, quia ipsi non seruant impartibile substantiam immobilem, & non subsistentem, & secundum manentem in ipsis nūc substantiis actionem & perfectionem est impartibile, sed secundum fluxum exeuntem ab eo,quod est ad ortum est non subsistens, quia puritatem primæ substantiæ nō seruauit.Et vbi,inquit, intelligemus esse temporis fluxum & exitum,dicemus in his,quæ participant ipsum. Nam cum hæc semper fiant, nequeunt illius stabiliorem substantiam immutabiliter suscipere. Sed vna pars alteram eorum attingit & recipit, & hoc ipsorūmet patibilitatem falso dicunt, & ipsum fieri Nunc eisdē, quæ semper participāt competet, quod est proprium ipsi nunc impartibili, & ab ipso proficiscitur hoc, vt aliud atque aliud semper fiat. Quo circa & diuersitas secundum numerum semper varia est,quod etiam est eorū, quę participant differentiæ indicium, sed species eadem manens indicat identitatem ipsius impartibilis Nunc. Sic ergo Iāblicus Architā interpretatus est, & multa alia expositioni adiecit. Sed Damascius,existimo & si debilibus,tamen propius accedit ad verba Archytæ, qui intelligit tempus esse numerum motus,non vt forma eius,qui est & immobilis sed mutationis,quare non solius animalis, sed omnis simpliciter mutationis. Forsitan autem & quia indiuiduorum semper & indiuidua est mutatio,ob id est alicuius,vniuersale enim est immutabile. Vniuersale autem est spatium vniuersæ naturæ, quod non solius motus, sed etiam quietis,quod etiam Aristoteles pulchre intelligendo dixit, quod hoc est,motum esse in tempore, videlicet mensurari eius esse à tempore:quare & quietis ipsius esse distantia ab ipso tempore mensuratur. Et videtur Aristoteles spatium naturæ ad durationem cuiuscunque transferre. Cum ergo numerum motus Aristotel. dixisset, ad aliquod communius spatium proprium his,quæ fiunt natura, profectus est, qđ quidem etiam in quiete consideratur, & omnino in omni natura subdita generationi naturali. ideo & sic dixit, & vniuersale spatium naturæ vniuersi}-tanquam in naturalibus velit tempus maxime considerari: etenim & anima tēpore participat, quatenus naturæ & generationis est particeps, vt æternitate, quando recurrerit ad id, quod vere est, & magis proprium est tempori interuallum, siquidem est numerus. Non enim, vt vnitates distant inter se, sic etiam ipsa Nunc. Non enim intercidit aliquod inter ipsa nunc, quod non sit nunc: ideo etiam tempus est continuum, sed non discretum, vt oratio nomine, & verbo, & syllabis, & elementis: & harmonia sonis. Sed, quoniam & aliud erat interuallum in magnitudine, adiecit hoc. Naturæ vniuersi, vbi vocat naturam eius,quod fit, egressum ab eo, quod est, qui semper fit & fluit. Et procedēs adhuc apertius manifestat, quòd non secundum magnitudinē diffiniuit spatium, sed secundum continuitatem eius quod est semper. Vocat autem impartile & non subsistens tempus, quia secundum ipsum nunc videt esse indiuisibile, & non subsistens, quia non permanet idem numero. Talis enim natura est eorū, quæ sunt dum fiunt. Ideo etiam motus & prius & posterius in his sunt. Et vide, quando impartibile & nō subsistens dicit tempus, & quando terminum præteriti temporis & principium futuri dicebat ipsum nūc, tum est alterum, & quando nunc dicebat indiuisibile & tempus continuum, & quando tempus numerum definiebat. Nā minime dicebat nunc numerum, cum sit indiuiduus. Videtur ergo Archytas, quemadmodum & Aristotel. tempus ponere continuum ipsorum nunc, & indiuisibilem fluxum, & hunc maxime dicere illum, qui est cognatus in ortu, & proprie dicitur tempus imago reuera æternitatis. Verum Plato & Aristoteles quam opinionem habuerint de tempore, diximus prius. Et Theophrastus ac Eudemus socij Aristotelis videntur eandem opinari de tempore, & docere vt fecit Aristotel. tamen Lampsacenus Straton accusando definitionem temporis assignatam ab Aristoteles, quā quam fuerit discipulus Theophrasti, qui in omnibus secutus Aristotelem, recentiorem viam ingressus est, quia nō admittit tempus esse numerum motus, quia numerus est quantitas discreta, & motus, & tempus continua. Sed continuum numerari non potest. Si vero, quòd alia pars motus sit, & harum alia prior, & alia posterior, secūdum hæc est aliquis numerus motus: sic etiam & longitudo erit numeratilis. Etenim & hæc quantitas est & aliam atq; aliam habet partem, & aliorum, quæ fiunt secundum continuitatem, hoc quidē est prius, & aliud posterius. Quare etiā temporis erit temporis tempus. Item numeri non est ortus, vel interitus, & si numerabilia intereant. At tempus continue oritur & interit. Sed numeri necesse est, vt omnes partes simul sint. Nam si non sint tres vnitates, neque erit ternarius: sed temporis partes omnes esse nō possunt. Sic nāque simul futurum esset tempus prius & posterius. Item idem erit vnitas, & nunc, si tempus sit numerus. Tēpus enim componitur ex ipsis Nunc, sed numerus ex vnitatibus. Et hoc etiam dubitat, cur magis est tempus numerus prioris & posterioris in motu, quàm prioris & posterioris in quiete. Etenim in hac similiter est prius & posterius. Sed hoc ex dictis iam facile solui potest. Fluxus enim in ortu, qui communis est etiam motui quieti contrariæ illi, & tempus dicebatur ab Aristotele mensura durationis eorum omnium, quæ fiunt & intereunt. Dixit autem numerum tempus, non quòd absolute sit numerus: quia ostendit tempus esse continuum, vt etiam magnitudinem & motū, sed velut id, quod determinatur, & cognoscitur discretione prioris & posterioris in continuatione ab his, qui possunt tempus sentire. Quare nihil argumenta à numero accepta contra Aristotelem faciunt. Sed videtur bene instare contra illud, quod dicitur esse in tempore. Si.n. hoc est, inquit, in tempore esse, contineri ab eodem, nihil profecto sempiternorum in tempore erit, sed videtur Aristoteles dicere id æternum, quod est in omni tempore, sed non temporaneum, quandoquidem non continetur à tēpore. Nisi forte tēpus semper sit dū fit semper, & tale in tēpore sempiternum est, velut cœli motus, quia semper se habet in infinitum, verum est dicere, quòd omne tempus acceptum ab alio tempore continetur. Et alia plura contra assignationem Aristotelis Straton obiecit: quanquam ponat ipsum tempus quantum esse in actionibus. Multum enim, inquit, tempus dicimus aliquem consumpsisse, dum peregrinatur & nauigat, expeditiones parat, bellum gerit. Eodem modo dum sedet dormit & nihil facit. Et multū tempus & paucum dicimus fieri, & quorum quantitas est multa, multum etiam est tempus: & quorum pauca, etiam tempus paucum. Tempus enim est quantitas horū in singulis. Ideo etiam aiunt alij illum celeriter, alij tarde venire, vt videtur esse quantitas in his. Nam velox dicimus, in quo quantitas à qua incæpit, & in quam desiit parua: sed quod factum est in ipsa multum. tardum autem contra se habet,

Tēporis fluxus unde oriatur.

Anima quo modo ipsum tempus participet.

Quæ sunt in quantū fiunt, nō subsistunt.

Stratonis Lampsaceni de tempore sententia.

Aristotelis de tēpore definitio reprehenditur.

habet, quãdo quantitas in ea multa fuerit. illud autẽ quod factum est paucum. Ideo inquit, nõ est in quiete velox & tardum. Omnis enim æqualis est quantitati suæ, & neque multa est in exiguo quanto, neque in multo breuis, ob id ergo inquit. Dicimus & plus & minus temporis esse. Sed cælerius vel tardius nõ dicimus. Actio enim & motus est velocior & tardior, sed quãtitas, in quo est actio, nõ est velocior, nec tardior, sed plus & minus, vt etiam tempus. Dies enim nox & annus inquit, non est tempus, neq; temporis partes. Sed illa quidem sunt illuminatio, & adumbratio vero solis & lunæ circuitus, sed tempus est quantũ, in quo hæc sunt, sed, si alterum quidem est finitum, & alterum quantum est, in quo actum est aliquid, & hoc est tempus, quia quantum dictum est, sed quale quantum sit, incertum est, ideo neque est ab hoc intelligentiam temporis accipere. Et quod sit alterum quantum ab illo proprio motuum & quietum patet, si quidem dicamus multum motum pauco tempore fieri quando celer fuerit, & paucum multo, quando tardior erit. Sed quid hoc sit non aperuit ratio, & ob id inquit, omnia dicimus esse in tempore, quia quantum omnia quæ fiunt & sunt, sequitur. Sed multa secũdum contrarium dicimus. Nam ciuitatem dicimus esse in tumultu, & hominem in metu, voluptate, qa hæc in illis. Hæ igitur sunt ipsius Stratonis breuiter commemoratæ sententiæ, & dubitationes de tempore, & omnes quos meminimus circa tempus naturale versati sunt, & si de aliquo separabili & abstracto tempore, quod habeat rationem causæ dixerint. Sed inter recentiores Plotinus videtur primus, cum quęsiuisset primum tempus, dixit ipsum esse vitam animæ in motu, qui mutabilis est ex alia vita in aliam asserẽs hoc proprie competere dictis de æternitate. Aeternitatem enim esse dicit & circa ipsum, quod est dum est, vitam simul omnem & plenam ubique sine diuisione. Sed melius forte est audire verba Plotini, quæ intelligi possunt.

Tempus primũ cogitauit primus Plotinus.

Plotini opinio de tempore. Tempus non est nisi sit anima.

Si ergo aliquis dixerit tempus vitam animæ in motu, qui transit ex alia vita in aliam vitam, forte videbitur aliquid dicere. Si enim æternitas est vita, quę semper stat in eodem, & eodem modo, & infinita iam: oportet autẽ tempus esse quandam imaginem ęternitatis, vt etiam se habet » hoc vniuersum ad illud esse pro vita, quæ ibi est, aliũ oportet vitam hanc, quæ est huius potentię animæ ęquiuocam dicere, & pro motu animæ intellectualis alicuius partis motum intelligere opus est, sed pro identitate & eo quod eodem modo se habet, & manet, aliud inueniendum est, quod non maneat in eodem, sed aliud atque aliud facit. Et pro ipso indiuisibili & vno, simulachrum vnius, quod est in continuitate: & pro infinito & toto illud in infinitũ, ad id, quod deinceps semper erit, & pro toto simul erit id, quod semper erit, & futurum est totum. Sic enim imitabitur iam totum collectum, & iam infinitũ, si voluerit semper additum esse dum est. Etenim esse sic imitabitur illud esse. Oportet autem non extra animam tempus accipere, quemadmodum neque ibi extra id, quod est, ęternitatẽ, neque velut consequens, neque posterius, vt neq; illic, sed simul sint & maneant, vt etiam ibi ęternitas. Item addit, quòd tempus non mensurat motum, sed motus tempus. Siquidem tempus sit occultum, & motus manifestus, & ab ipsis manifestis occultum mensuratur, & cognoscitur per illa. Dicit ergo, quòd illud, quod mẽsuratur à circumlatione, quod est manifestum, tempus esse: nõ quidem factum ab illa, sed patefactum. Quapropter adducti quoq; sunt, inquit, vt mensuram motus dicerẽt pro eo, quod est illud, quod motus mensurat, deinde adderent quodnam cum sit, id motus metiatur. Addit autem & hoc. Nõne & in nobis est tempus, vel in omni anima tali, & similiter in cunctis, & in omnibus vna? ideo neque distrahitur tẽpus, quia neque æternitas, quæ est secũdum aliud in omnibus, quæ sunt eiusdem speciei. In his porrò tempus putat esse vitam mutabilem animæ, quia etiam æternitatem eã, quæ est circa id, quod est, vt est, vitam simul totam, & plenam, & quæ nullam prorsus suscipit dimensionem, vt dictum est. Et videtur ex proportione Plotinus talẽ habuisse coniecturam. Vt enim in ipso intellectuali, post illud, quod primo fit, quod quidem etiam Nunc vocat, intellectualis vita est, quæ in idem quod æternitas recidit, ideo illud, qđ est post ipsam, est & animal & æternum: sic etiã in extremo illius, quod gignitur, post impartibilem substantiam est vita animæ, quæ in idem venit cum tempore. Sed instat contra eum Damascius, quod acceperit pro æternitate ipsam mentem æternam. Num autem vita, quę est circa id, quod est dum est, siquidem statim est post id, quod est, non ea, quæ est in mente æterna, quæ est tertia, sed ea, quæ est in media, quàm etiam mentem appellat Plotinus, vt etiam primam. Sed illud existimo dignum notatu, nũ forte etiã in ipsis intellectualibus vita & æternitas in vnũ concurrant & nos diuisis circa ibi vnionem interdum vitam, interdum æternitatem, interdũ totum & partes, medietatem illic existẽtem appellamus, vt in Parmenide dicimus. Sed in ipsis subditus ortui nõ amplius manet quę est in ipsa vnio, vt quæ progressa sit in imaginatiam naturam & si habeat aliquid imaginis separatum ab ortu, sed animæ vita intellectuali est imago, & tempus est imago ęternitatis, vt etiam Plato inquit. Non ergo erit tempus simpliciter vita animę transiens, sed temporanea, vt ęternitatis illa mentis immutabilis. Et est hoc primum tẽpus, quod mensurat animæ mutationem, si quidem primaria mutatio sit illa animæ & ab illa aliæ proficiscãtur. Et hoc forte est, quod etiam Aristoteles cum attigisset, dixit, non esse tempus nisi anima sit, quia non est numerãs. Incipiat ergo tempus ab anima, cum sit aliud ab anima, & mensuret quæ in mutatione versantur actiones. Substantiam.n. & substantiales eius actiones in medietate impartibilis & diuisæ naturæ circa corpora, cum statuat medium aliquid metrum æternitatis & temporis continuabit & mensurabit secundum iustissimam mensuram. Sed post Plotinum veniat in medium Iamblicus, qui lumen etiã nostris mẽtibus accendat. Dicit ergo de primo, & imparticipabili tẽpore in ipso commentario prædicamentorum exponens verba Archytæ. Neque.n. velut lucernæ lumen, sic actio impartilis semper fit, neque est sensilis, neq; fluendo manet, dum procedit, sed semper est, semperq; manet & agit, & nunquam fit: prius vero flectit in immobili, cum sit ingenita in eadem specie semper manens, atq; ortus expers. Sed ipsum Nunc fieri semper dicit. Existimo autẽ ex his esse manifestum, id, quod fit, aliquando fieri cœpisse, & non semper fieri. Et, quia nunc est, & non fit, si vero fit solum dum durat est, non fit in ipso nunc. Quies enim magis consideratur secundum ipsum Nunc, quàm motus, sed continuum aliquid inquit, & motus continui mensuram & causa ipsius interitus est existimandum tempus. Vbi ergo tempus fluens fit? Certe in ipsis, quæ participant. Hæc enim inquit, semper fiũt, quæ non possunt stabilem illius substantiam immobiliter accipere, sed aliam atque aliam partem illius in seipsis capiunt, & ipsorummet passibilitas illius esse falso apparet. Igitur his inerit ipsum fieri, quæ semper participant ipso Nunc. Sed id, quod est idem secundum unum continuum in his, quæ aliter & aliter se habent,

Tempus est in anima.

Tempus non sit transiens & mutabilis animæ vita, vt sensit Plotinus.

Vita & æternitas in intellectualibus quid sint.

Tempus non est nisi sit anima.

Iamblici de primo tempore.

habent; est proprium ipsius nunc, quod est indiuisibile. Videtur autem & in his vnum quidem esse ponendum Núc, ingenitum, quod præcedat ea, quæ participant. Sed ex hoc proficiscuntur ea, quæ traduntur ipsis participantibus. Vt autem nunc, sic etiam tempus vnum ante illa, quæ tempori subijciuntur, sed plura fiunt in illis, quæ participant, in quibus & præteritum, & pręsens, & futurum, non secundum bonam positionem, vt quidam putant nostrarum actionum, sed secundum substantiam temporis bene ordinantis nostras actiones. Neque enim primum & secundum, inquit, possunt in actionibus numerari animo, nisi tempus per se subsistat, ad quod ordinatio actionum referatur. Quod vero tempus contineat per se animam illa verba indicabunt. Merito ergo imago æternitatis mobilis determinatum est tempus, tanquam anima sit assimilata menti, & eius conceptiones intellectionibus mentis assimilentur. Et assimilatio etiam sit ipsius nunc in ipsa ad ipsum vnum permanens & contétiuum horum omnium sit assimilatum simul ad illud contentiuum illius, & semper ea quæ sunt in ipso continet & adstans illius & huius motum assimilatur & mensuræ substantiarum mensura rerum ortui subditarum persimilis est. Sermo itaque palam ponit mensuram continentem ipsam æternitatem, sed tempus ipsum substantiam, quæ mensurat ortum: & primum animæ, deinde illum, qui ab hac procedit. Quo in loco est, deinde tempus eiusdem ordinis cum motu, & non per se subsistens est, quòd est dum fit. Vult autem non solum ipsum Nunc præsens esse, sed etiam tempus inter duos terminos. Sed addantur etiam quæ scripsit in commentarijs in Timæum. Vnde in Octauo libro maxime sequens Platonem tradit quomodo tempus ab æternitate sit, ideo & de illo maxime facit sermonem, separato quidem à mundo, sed omnis motus in seipso mensuras continentis, & suppeditantis, quod aliud erit à naturali tempore, quod quæritur. Dicit autem in sexto capite hæc: Sed substantiam eius quæ est secundum actionem cum procedente administratione & coordinante ad ea, quæ creantur & in ipso inseparabili per se perfectiorum existente, hanc coordinamus. Simul enim ordinatum cœlum facere hoc indicat, quia coordinatum est vna cum ipsa dispositione, quæ ab ipso opifice procedit & temporis substantia. Quinetiam hæc præcedit cœli circuitum. Vt etiam digestio elegans mundi disponens, atque bene aptans ipsam proxime eidem præordinata est secundum eadem, quæ sunt in illius administrationibus & métibus totam & ipsam collecta comprehendit quibusdam definitis terminis, quandoquidem seruans rationem causæ, à qua deducitur & procreatur. Ordinem igitur esse temporis etiam nos concedimus, non tamen ordinatum, sed ordinantem, neq; sequentem præcedentia, sed qui auctor & princeps est eorum quę perfecta sunt, & antiquiora sunt. neq; enim qui ob partes est determinatis rationibus, vel motibus vel alijs discretis facultatibus, sed illum, qui omnino perfectus est, completus ex pro creatricibus pro generationibus. Sed prius & posterius quod est in ordine non secundum mutationes motuum, neq; secundum vitæ reuolutionis, neque secundum progressus mundanorum ortum, neque secundum aliud nihil tale posuimus, sed secundum præcessionem causarum & complexionem continuam ortuum & primariam opificis actionem & vim perficientem motus, & secúdum omnia talia determinamus. Item non cum procedente motu ab anima, vel vita, tempus & simul totum cœlum dicimus fieri, sed à procedente dispositione intellectuali, quæ prouenit ab ipso opifice. Nam post hanc tempus in ipso subsistit & mundus. Et ipsa vetus ratio plane deum disponentem & producentem tempus simul & cœlum fecisse asserit. Et aliquis poneret illud esse mensuram, neque secundum id, quod mensurat lationem, vel motu mensuratum, vel quod indicat circunlationem, vel indicatur ab eadem, sed quatenus est causa & vnum simul omnium. Hæc igitur de illo tempore separato ab ortu & per se subsistente scripsit. Simul autem de hoc & de ipso, quod ab illo proficiscitur permanat ad ipsum mundum in decimo capite hæc scripsit. Proinde ob hæc & secundum exemplum naturæ sempiternæ similium est tempus ipsi secundum potentiam, & assimilatur æternitati, & sibimet quam similium est quo ad potest secundum suam naturam similarem, quod per vnam actioné adest & procedit secundum eandem, & definit omnia, quæ fiunt eodem modo, & si sint differentia. Dicit igitur de his etiam talem demonstrationem. Exemplar omnium est æternitas, sed iterum atq; iterum rediens vniuersum tempus fit, quare futurum est & pręsens. Quod igitur est velut exemplar in ipso múdo intellectuali, i. velut imago in hoc mundo ortui subdito. Et quod quidem est ibi secundum æternitatem, hoc est hic secundum tempus, & quod in mundo intellectuali secundum ipsum Nunc iam præsens, hoc est quod aduenit his, quæ continuantur vsq; in finem. Et quod est eodem modo in ipso, hoc est quod fit & est & futurum est secundum locos hic inferius. Et quod est ibi nullam dimensionem habens, apparet hic disiunctum ratione. Et nunc porrò temporis sit perspicua media duplex natura, media quidem inter æternitatem & cęlum. duplex autem est, quatenus subsistit vna cum mundo & coordinatur cum æternitate. Et illud quidem præcedit, huic vero assimilatur. Talis est propositorum verborum Timæi explicatio secundum diuinum Iamblicum. Sed etiam Proclus ex Lycia Philosophus nostrorum pręceptorum magister, qui de tempore separato eadem aliquo modo cum Iamblico philosophatur, & non solum métem, sed etiam deum ipsum nititur ostendere, tanquam ab ipsis Dei operibus in illius altitudinem peruenire cognoscendo, valeamus. Nunc autem semper æqualiter manentes actiones immutabiles inquit habere, sed extensas ad ipsum extra, mutari. Verum de ipso participato tempore, & inseparabili à generatione, eadem cum Aristotele ordinat, existimans Aristote. tempus dixisse secundum ipsum Nunc solum subsistere. Qui vero post Proclum vsque ad nos, pene omnes non in hoc solum, sed etiam in cunctis alijs secuti sunt Proclum. Excipio Asclepiodotum optimú discipulum Procli, & Damascium nostrum præceptorem: quorum ille quidé ob summam indolem ingenij delectatus est recentioribus dogmatibus: Damascius autem ob summum laborem & affectionem, quam habebat erga Iamblicum, non veritus est obijcere multis dogmatibus Procli. Mihi autem cótra dictas duas Philosophorum opiniones tanta dicenda esse visum sit, quòd si quęramus causam temporis, quæ est in mentibus & dijs, dixerunt esse mentem, & hoc stans, atq; deum, quem necesse est fateri esse causam. Etenim & motus & ortus, siquis primas causas indagauerit, menté omnino & deum inueniet. Et nihil mirum est, si etiã eisdem nominibus ipsum appellauerit, quia hoc multifariá placuit his, qui de diuinis rebus disserunt, forte aút & ipsis dijs. Veruntamen siquis tempus hoc cognitum, atq; perceptum vna cum motu existens quęrit, neq; immobile, neq; simul totum subsistens, neq; mentem existimo dicere posse. quéadmodum neq; motum immobilem, neq; simul totum subsistentem est intelligere, sed

Tempus animam côtinet.

Iamblici de tempore separabili sen ...

Tempus æternitati simile est.

Aeternitas exemplar omnium est & ipsius tẽporis.

Separabile tẽpus Deum esse existimat Proclus.

Asclepiodotus Procli discipulus.

Damascius Procli discipulus.

quod quidem nobis reliquum est, vt nunc tractemus reliquam quæstionem de tempore, & dubitationes Aristot. initio dictas, quibus vocabatur in dubium, an tempus esset, absoluamus. Patet enim, quod his non solutis, & si est omnino tempus, nullus firmiter habebit. Est porrò solutio dubitationũ studio maxime digna, quia & ipse Arist. in rationibus de loco, dubitationes, quas à principio posuit, in calce dissoluit, & has reliquit sine solutione. Sed interpretum post ipsum nullus, vt opinor, has solutiones tradidit, neq; Alexander Aphrodiseus, qui omnium interpretum fuit laboriosissimus. vt autẽ in promptu fiat mentio eorum, quæ dubitantur, Aristotelis nobis proponenda, verba sunt. Quod igitur vel omnino non sit, vel vix & obscure, ex his aliquis suspicaretur. Nã eius aliud factum est, & non est, & aliud futurum est, & nondum est. Sed ex his infinitum, & quod est semper acceptum, tẽpus componitur. & quod ex his, quæ non sunt, componitur, id videtur non posse participare substantiam.

Preterea, cuiuscunq; partibilis, si quidem sit, necesse est quando est, vel omnes partes eius esse, vel aliquas: sed temporis aliquæ abierunt, aliquæ vero futuræ sunt: ideo nihil est ipsius diuisibilis. Equidem Nunc non est pars: quippe pars mensurat, & vniuersum ex partibus cõponatur oportet. Sed tempus non videtur componi ex ipsis Nunc. Item ipsum nunc, quod apparet determinare præteritum & futurum, vtrum vnum & idẽ permaneat, vel aliud & aliud fiat, non est facile videre. Si .n. semper aliud, atq; aliud, nihil eorum, quæ sunt in tempore, alia. s. alia pars est. simul etiam si hoc quidem ex illis non sit, quæ continent, hoc vero ex his, quæ continentur, vt quidem tempus minus à maiore: Nunc vero, cum non sit & prius fuerit, necesse est vt interea aliquando, & ipsa nunc simul inter se non sunt. Nam semper prius corruptum esse necesse est. itaq; vel est corruptum in eodem, quod fieri nequit, quoniam tum est. Sed in alio nunc corruptum est, ergo prius nunc: quod non contingit, quia non possunt esse continua, Nunc deinceps: vt neq; punctum est deinceps puncto. Si ergo non est corruptum in ipso, quod est deinceps, sed in alio, erit ergo simul cum infinitis Nunc intermedijs. Sed hoc fieri nequit. similiter neque idem permanere potest. quia nullius diuidui est vnus terminus, neq; in vnum est quatenus continuum neque in plures, sed nunc terminus est & est accipere tempus finitum. Item, si ea simul esse dicuntur secundum tempus & non prius & posterius, & quæ sunt in eodem tempore sunt in ipso nunc: ergo, si ea, quæ prius & posterius fiunt, in hoc Nunc sunt, simul erunt ergo ea, quę futura hinc ad milesimum annum cum his, quæ hodie fiunt & neq; prius, neq; posterius erit vnum altero. Has ergo dubitationes Philosophus Damascius soluere nititur, existimans non esse tempus pręsens accipiendo ipsum nunc impartibile. nam terminus temporis est tale nunc, & non tempus. Sed eius terminati, quod non est, neq; terminus est. Veruntamen neq; motus, neq; aliqua mutatio in tali nunc apparebit. Nam aliquid partibile, quo in ipso impartibili aliquo modo subsistet? Sed hæc quidem & ipsa ratio dubitando dicebat. Sed admiror, inquit, ergo his ipsis verbis dicens, quomodo soluunt rationem Zenonis, tanquam non sit motus terminatus secundum aliquod indiuisibile, sed secundum totum densiorem ingressum moueantur: non autem dimidium totum præcedat, sed non nunquam totum & partem quasi transeat. Sed simul non intelligunt hoc, qui dicunt, ipsum nunc indiuisibile esse, & idem accidere in tempore: quandoquidem vna sint & extendantur simul motus & tempus, quare in toto processu

Dubitationes an tempus sit quomõ soluat Damascius.

continuantur vna & eodem vestigio insistunt, & non secundum nunc percurrunt in infinitum. Et hæc, cum sint ipsius motus, qui liquido est in rebus. Verum, cum Arist. sic dilucide ostendat quod nihil in ipso nunc mouetur, neque mutatur, sed in hoc quidem motum est & mutatum, mutatur autem & mouetur omnino in tempore: proinde cum simul pars sit motus dum mouetur cum ipso motu, non erit motum in ipso nunc, neque erit in ipso tempore præsenti præsens, quare in quo motus præsens, hoc erit tẽpus præsens, quod est infinitum in diuisione cum sit infinitum. Vtrunq; .n. continuum est. Et omne continuum est diuisibile in infinitum. Hæc autem dicendo etiam Arist. verba apponit, in qua Zenonis dubitationem soluit, quæ sic erat. Eædem .n. erunt diuisiones temporis & magnitudinis. & si vtrunq; eorum est infinitum, & alterum & vt vnum etiam alterum, quasi si tempus est infinitum in ipsis extremis, & longitudo est extremis: si vero diuisione, sic etiam diuisione etiam longitudo, & si ambobus in ambobus etiam magnitudo. Quo circa & Zenonis ratio falsum accipit, s. non contingere infinita percurri, vel attingere infinita singillatim in tempore in finito. Dupliciter .n. dicitur & tempus & longitudo infinita, & omnino omne continuum: vel secundum diuisionem, vel secundum extrema. Sed ea, quæ sunt infinita secundum quantitatem in tempore finito percurri nequeunt, sed ea quæ secundum diuisionem sunt infinita vtiq; possunt. Etenim ipsum tempus sic infinitum est. quare in infinito & non in ipso finito accidit pertrãsiri infinitum, & tangere infinita possunt alia infinita non in ipsis finitis. Ex his proinde patet, quod in continuis non vult operationem aliquã. Attamen neq; totorum densior ingressus, neq; totius partis saltus, id videtur mihi habere vllam rationem in motu, vel in tempore. Nam de loco, cuius partes permanent, existimo posse talem comprehensionem considerari: tamen in his, quæ sunt dum fiunt, non erit aliquid accipere simul collectum, nisi secundum nostram intelligentiam. Quod .n. simul collectum est, illud necesse est non vt fluens, sed velut stans accipere, & non velut factum, sed velut quod est. Atqui quid est tale in his existens, quæ sunt dum fiunt. Sed magis est adhibenda fides dictis verbis ipsius Damascij Philosophi. Illud, quod nunquam totum simul est in vnum, sed est dum fit, tempus est, velut dies nox, mensis, annus. nihil .n. horum totum simul est, neq; certamen quãquam alijs succedat certandi hora: neq; saltatio, quæ successione fit sed tamen aliquis dicitur saltare præsenti saltu. Sic etiã totum tempus, quod fit, subsistere, sed non adest. Etenim species communes sunt sempiternæ, vt genera semper, & fluunt semper secundum numerum, & ipsa secundum speciem indiuidua secundum continuationem, quæ est trifariam diuisa, velut ad nos & secũdum præsens tempus, quo ad nos. Proinde aliud præsens est alijs, quia tempus per se vnum est continuum, igitur cum pulchre dicta sint, dicendum est, q tempus est potentia diuiduum, & ipsum nunc est impartibile potentia. Vnde mens nostra diuidit, & nũc subsistere velut terminum & indiuisibile accepit, atq; illud comprehendit secundum quasdam temporis partes, velut stans non s'm vnam speciem determinando, velut dies, menses & annos. Atqui harum specierum substantiam comprehendit quandã magnam durationis partem, quanq̃ successione quadam fiat. Et si quis speciem totam collectam constituere voluerit, non amplius idem in ortu accipiet, sed separabile & absolutum, non s'm participationem fluentem, vt fluuius hic subsistit. Etenim fluuiorũ vnaquęq; forma stat, in qua fluuius subsistit recipiendo formam

Densum sibi in dictis sequitur unum assum.

Specifica temporis formæ, quo definita esse videntur.

Præsens præteritum & futurum comprehendantur ex a spem tẽporis.

formam in fluxu. Et si fluuius staret non amplius fluuius erit. Sic ergo & præsens & præteritum & futurum secundum formam in vna specie temporis comprehenditur, sed ortu reuertitur & varium fit. & quod dicitur procedere adesse vocatur præsens: & quod interit præteritũ, & quod nondum est, futurum. Sed omne tẽpus est fluens & indeficiens vt etiam motus. & si accipiendo præsens vtrinque ipsis nunc velut actu terminatum, simul collectum stare volueris, perdet formam & speciem tẽporis, cum sit dum fit, vt motus. Existimo ergo dubitationem fieri, num anima tentante cognoscere omnia secundum species stantes in seipsa, sic etiam periclitetur motum stabilem cognoscere, & non secundum naturalem eius fluxum. Et vt vnitatem & copulationem discernit, cum nequeat contrahere vniuersitatem illius, sed seorsum iustitiam, seorsum temperantiam, seorsum scientiã corrigat, & tamen, cum ibi vnumquodq; sit, etiam, cum ratiocinatur animum esse immortalem, tres terminos ponens: Animum per se mobilem, immortalem, cum anima in seipsa habeat quatenus anima, hoc. s. per se mobile, & immortale. Vt igitur hęc patitur ad ea, quæ sunt intellectualia, & ad ea, quæ sunt inter res copulata, quorum connexionem in seipsa distinguit, & talia existimat, qualis est in ipsa cognitio eorum: sic existimo statu specierum in ipsa nititur firmare fluuium ipsius rerum ortus, & ter partes temporis describens determinatas secundum præsens firmat comprehendens quandam determinationem simul collectam. Cum. n. sit media inter ea, quæ fiunt & sunt, vtraq; nititur intelligere secũdum suam naturam, concludẽs ea, quæ sunt secundum deterius illorum in seipsa connaturale: & quæ fiunt secundum melius ortus, sed sibi notius est. Sic ergo diem, mẽsem, & annum cognoscit vnumquodq; contrahẽs in vnam speciem, vel decisiones temporis totius fluentis circumscribens. Si ergo non prorsus mea intelligẽtia in cassum procedit hæc dicens, ex hac puto quasdam dubitationes contra tempus dissolui posse. Harum. n. prima inquit, Quia neq; præteritum, neq; futurum est: & ex his infinitum tempus & semper acceptum tempus componitur: & cum id, quod constat ex his, quæ non sunt, videtur non posse substantia participare. Et patet, quod hæc qui dubitat, non animaduertit fluxum ortus, neq; determinat, aut distinguit ea, quæ sunt dum fiunt, ab his, quæ tota simul sunt. quoniam in illis dicendum est contrario modo, quandoquidem illis aliquod præterisse, & aliud esse quod nõdum est, vel aliquas vel omnes partes esse oportet. Omnino. n. ipsum esse eis non conuenit, sed fieri. & his modus est substantię eorum, dum fluit tota forma indeficienter. Sed, quoniam secundum ipsum nunc stare & subsistere videtur, & hac ratione videtur posse solui dubitatio. Quod igitur ipsum nunc non sit mensura diuisibilis ostendunt, quia nunc non est pars temporis ex duobus argumentis. Omnis pars metitur totum, quare etiam temporis pars. Si ergo nunc indiuisibile est & non mensurat tempus continuum, patet quia nunc non est semper pars temporis. Item & sic ostendit, Pars temporis componit totum tempus. Pars. n. est è qua, componitur totum. Sed nunc non cõponit tempus. Non enim componitur ex ipsis nunc, vt ostẽdit in libris de motu. Nunc ergo non est pars temporis. Et sint hæc pulchre dicta. Neq;. n. secundum hoc nunc tempus est, neq;. n. est actu nunc determinatum, quia si nunc vt terminãs dat esse, nihilominus dabit postquam fuerit terminatum. Sed dubitationes deinceps nituntur ostẽdere, quod nunc non est terminus temporis, quia non subsistit, sed neq; vt tempus potest subsistere, si quidẽ necesse sit si adest, vel idem permanere, vel aliud & aliud fieri. Sed vtrunq; non potest demonstrari. Hæc autem quemadmodum actu dicuntur de ipso nunc subiecto, & velut pars temporis accepti sit, quorum neutrum est verum. Deinde putat, quod si interit nunc, vel eodem interit, vel in alio nunc: quia quod interit in tempore interit, vt quod fit in tempore fit. & patet, quod hæc ratio temporis tẽpus requirit, quamuis motus esse motum ipse neget. Et omnino si mensurarum mensuras tentemus accipere in infinitum ibimus: vnius vlnæ aliam vlnam mensuram, velut mensurabilem accipientes, & ante numeros alios numeros ponentes. Quod si hæc absurda sint, cum satis sit vnaquæq; suiipsius proprietas, quæ alijs indigentibus communicetur, quanquam non opus sit vt id, quod ea eget, eãdem alijs impertiat, quia etiam hoc absurdum est. Quod si aliquis diceret indigere coactus, vt opinor, dicit & contentus est, tamen sibi impartiri, quare non necesse est, vt tempus in tempore intereat, neq; ipsum nunc in ipso nunc. sed neq; simul plura esse queunt. Nam in fluxu temporis, secundum qualecunq;, & quæ coniectura intelligitur statione, substantia ipsius nunc cõsideratur. Sed, quonam pacto, si tempus dum fit, & motum sit, non eget tempore mensurante & ordinante temporis partes, quare non oportet vt confundẽtur mutuo. Nisi sic moueatur tempus, tanquam motui assistens testis, quia est mensura motus. Etenim & multum vna cum ipsa mensura distat manendo in proprietate mensuræ, cum sit non egens mensurante. Vnde ex his solutionibus, etiam Stratonis dubitationes, quæ tempus non esse probant, dissoluere possumus, & ipsas Aristotelis iam patefactas & accipientes ipsum nunc actu. Sed cui hæc non suppetunt, quantum ad solutionem earum dubitationum, quas diximus, recurrat ad opusculum. Damascij Philosophi de tempore. Sed cur Arist. dubitationes quas præaccepit non dissoluerat? Vel quia sermo sibi postulabat notitiam de indiuisione ipsius nunc & de hoc quod actu non sit nunc, quandoquidem Sexto libro huius tractationis in sermonibus de motu demonstrabit, in quibus plura de habitudine motus & temporis inter se docet, & pulchra theoremata tractat.

Dubitationi, quid tempus non sit solutio.

Cur Arist. non soluerit argumẽta probantia tempus non esse.

SIMPLICII COMMENTARIVS
in Quintum librum Aristotelis, de Naturali Auditione.



VM Tertio huius tractationis libro motum, qui communis est, & idem mutationi docuisset, & nomen mutationis & motus sine discrimine & differentia vsurpasset, nunc ostendere vult & determinare communiorem, & magis vniuersalem mutationem esse quàm motum, & motum minus cõmunem, ac sub mutatione, velut sub genere collocandum esse, si quidem ortus ac interitus mutationes sunt, vt demonstrabit, & motus non. Sed, postquam distinxit motum à mutatione, deinceps species motus proprię affert. Et hic liber merito pendet ab eo, qui est de cõmuni motu, aut de mutatione, eiq; continuus. Et si multa de infinito loco, vacuo, & tempore interseruerit, idcirco Quintum librum inter eos Aristo. & socij eius enumerant, qui sunt de principijs. Et deinceps tres consueuerunt appellare de motu. Post enim diuisionem motus secundum hęc tria prędicamenta, Quantum, Quale, & Vbi, addit in his, quædam Theoremata naturalia, quę cum aperit ea, quę consequuntur cõ-

Quinque Physicorum inter libros de Principijs ... de M

muniter res naturales,& ea,quæ ſunt in loco & mouentur ad locum,docet. Proinde quid ſimul, quid ſeorſum, quid attiguum,quid intermedium, quid deinceps, quid conſequens, quid continuum, & quomodo vnumquodq; iſtorum quibuſdam inſit declarat. Trifariam autem dicitur vnum,genere,ſpecie, numero: & in calce addit, quiſnam motus cui motui, & cuinam quieti ſit contrarius. Verum admiror Porphyrium maximum Philoſophum,quonam modo in compendio huius libri, quamuis cum eleganter de diuiſione octo librorum narrauerit, quinq; eſſe libros de principijs,& tres de motu afferat,ſed tñ ſuis verbis fatea tur reliquos quatuor libros ab hoc quinto vſq; ad octauũ enumerãdo de motu dici,& ſeparatim inſcripſit de motu.

CAPVT PRIMVM.

Tex. 1. Tranſmutatur autem omne,quod tranſmutatur,aliud quidem ſecundum accidens, vt cum dicimus muſicum ambulare, quoniam cui accidit muſicum eſſe, hoc ambulat: aliud autem ex eo, quod eius aliquid mutetur ſimpliciter,dicitur mutari. vt quæcunq; dicuntur ſecundum partes. ſanatur.n.corpus, quando oculus, aut thorax: hæc autem partes ſunt totius corporis. Eſt autem aliquid, quod neq; ſecundum accidens mouetur, neq; ex eo, quod aliqua partium ipſius, ſed ex eo, quod ipſum mouetur primum,&
Tex. 2. hoc eſt ſecundum ſeipſum mobile. Secũdum alium autem motum alterum eſt. vt alterabile, & alterationis ſanabile, & calefactibile, alterum. Eſt autem & in mouente ſimiliter. hoc.n.ſecundum accidens mouet, illud vero ſecundum partem,ex eo quia partium huius aliqua.aliud uero,per ſeipſum primum, vt Medicus quidem ſanat, manus vero percutit.

Cõm. 1. *Mutationis differentia.* Cum propoſuerit oſtendere motum eſſe magis particularem quàm mutationem, diſtinguit primum differentias mutationis, aliam dicit eſſe ſecundum accidens, quan do dicimus muſicum ambulare,quia homo, cui accidit vt muſicus ſit, ambulat per ſe: & quando nautam quieſcentem in naue moueri dicimus,quia nauis,cui aliquo modo accidit nauta,per ſe mouetur & mutatur. Præterea,inquit, illa dicimus mutari, quando ſecundum partes mutantur. quãdo corpus dicimus ſanari,quia oculus,vel pectus,quæ eius ſunt partes, ad priſtinam reuocantur ſalutem, aut dicimus hominem moueri,quia manus eius mouetur. Tertia vero differentia mutationis eſt, quando neq; per accidens mouetur id,quod mouetur, neq; ſecundum partem, ſed primario mouetur,& non quia aliud moueatur.quod quidem primum opponitur ei, quod eſt ſecundum accidens. & eſt per ſe totum, quod certe ſeparatum eſt ab eo, quod mutatur ſecundum partem. Et hoc eſt id, quod eſt per ſe mutabile,vel per ſe mobile. Nam de mutatione adhuc facit ſermonem,& ſi exempla ſint de motu. Cum vero primum expoſuiſſet id, quod eſt per accidens,& ſecundum partem,ſic infert id,quod per ſe,quia ex deſtructione illorum, hoc affert. Et inducit, ꝙ cum multæ ſint ſpecies mutationis, in cunctis dictæ differentiæ mutationis ſunt. Nam alia ſpecies ſecundum aliud habet dictas differentias.velut alterabile ſecundum alterationem. Sed,quoniam ſunt plures alterationis ſpecies, & ſecundum vnamquãq; ſunt tres differentiæ, induxit etiam alterationis ſubiectum,quod poteſt ſanari, vel id, quod poteſt calefieri; & recte valere & calefieri. Et in hac ſpecie motus ſunt illæ tres differentiæ per accidens, ſecundum partem, & per ſe. Etenim per ſe calefit aqua,per accidens aqua dulcis: ſecundum vero partem, quando parte aquæ vnius ſextarij exca lefacta, dicimus ſextarium calefieri. Sed, cum dixiſſet de

Mutationis differentiæ reperiuntur in cũctis eius ſpeciebus.

eo,quod mouetur ſecundum vnamquãque ſpeciem, tales differentias inducit,ꝙ etiam de mouente totidem ſunt.& patet,ꝙ etiam de hoc ſecundum vnamquanq; ſpeciem. Sanat enim muſicus per accidens, quando ei, quod medicinam affert,muſicum eſſe accidit, & calefacit per accidens aliquando infuſio ipſius aquæ frigidæ, quando accidit caliditati interiori. Et ſecundum partem mouet, quando manu moueret molam. Illud vero mouet per ſe,quod neq; per accidens,neq; ſecundum partem mouet,ſed per ſe primo. Sic enim ei,quod eſt per accidens,id, quod eſt per ſe, & ei, quod eſt ſecundum partem, illud primo (vt inquit, Alexander,) Vel forte vtrunq; ambobus opponitur. Per ſe enim ei,quod eſt per accidens opponitur,& ei,quod eſt ſecundum partem, quia illud non per ſe totum. Item ipſum Primo, ſimiliter non ſolum ei, quod eſt ſecundum partem,ſed etiam ei,quod eſt ſecundum accidens, propterea ꝙ illud non primo mouet,ſed quia ei,quod primo mouet,accidit. Quod vero ambo de vtroq; acceperit,indicat etiam ipſe primum pro ambobus dicens, quando dicit, {Quoniam autem eſt quidem aliquid mouens primum, eſt autem aliquid quod mouetur.} Verum Alexander inquit illud {primum} ſignificare per ſe. Inquit enim,ꝙ primo mouet non ſecundum partem, neq; ſecundum accidens mouet. Et ꝙ quidem illud {Primum} ambobus opponi exiſtimet, videlicet ei,quod eſt per partem,& per accidens,patet,non tamen ſic primum exiſtimo,ꝙ quia non ſecundum partem moueat, neq; per accidens. medicus.n. muſicus non ſecundum partem mouet.non.n.medicus eſt muſici pars, ꝙ per accidens medetur. Si enim aliquis diceret medicum eſſe medici muſici partem,cogetur quando muſicus medicus mederetur dicere, non per ſe illum mederi,ſed ſecundum partem.

Quoniam autem eſt quidem aliquid mouens primum: eſt autem aliquid, quod mouetur. ad hæc in quo tempus: & præter hæc ex quo, & in quod (omnis enim motus ex quodam,& in quoddam.aliud enim eſt id, quod primum mouetur,& in quod mouetur,& ex quo: vt lignum, & calidum, & frigidum,horum autem aliud quidem quod,aliud vero in quod: aliud autem ex quo.manifeſtum eſt igitur, quòd motus in ligno eſt,non in ſpecie. Neque enim mouet, neque mouetur ſpecies, aut locus, aut ipſum tantum. Tex. 3.

Cum ſeiunxiſſet mutationem per ſe ab illa, quæ eſt ſecundum partem,& ea,quæ per accidens, de moto & mouente, propoſuit illam primo & per ſe ob diſtinctionem ſpecierũ mutationis, quia omnis cognitio effectrix ſcientiæ & demonſtratiuæ ab his, quæ per ſe inſunt, concluditur. Sed,anteq̃ mutationis ſpecies & motus tradat, primũ oſtendit in quo ſit motus. Nam, quia motus non eſt inter ea,quæ per ſe ſubſiſtunt,ſed inter illa numeratur, quę ſunt in alijs, niſi prius videatur in quo ſit, neq; eius natura cognoſceretur,neq; ſpẽs determinarentur, & diſtinguentur. Sed non nulla ſunt ante hoc,quæ cum motu concurrunt,i. quædã eſſe omnino oportet,ſi eſt motus & mutatio: quare ex his quęrendum eſt in quo ſit motus. Et ipſe quidẽ hæc velut manifeſta accipit,ideo etiã vtitur coniunctione continuatiua. Et perſpicua eſt rationis neceſsitas. Quia.n.motus vel mutatio eſt quædam affectio moti effectrix, oportet etiam eſſe id, quod patitur,quo introducto neceſſe eſt illico vna introduci id, quod agit. Nam quod patitur ante id,quod agit, eſt,& dicitur. Sed mutatio dum eſt,& aliud poſt aliud ſignificat etiam id ex quo,& illud,in quod omnino, patefacit, quandoquidem compertum ſit diſtingui in ipſa latione illud, ex quo, & illud ad quod. Loci enim ſunt Cõm. 2.

Exiſtente motu quæ nam eſſe neceſſaria ſint.

sunt contrarij. Sed in alijs motibus alia sunt. Et, quia prius & posterius omnino habet, si quidem aliud esse post aliud conuenit corporibus. Nam de his est sermo præsens, necesse est, vt etiam simul introducatur tẽpus & locus: quippe omnis motus est in tempore, vt demonstrauit libro superiore, & omne corpus in loco est. Verum, cum posuisset nomina ipsi, quod mouetur, videlicet (Quod: & ipsi termino ex quo mouetur, & discedit hoc, i. Ex quo, & ei, ad quod mouetur illud, In quod: & dixisset diuersa esse illud, videlicet ex quo, & illud, in quod, eiusdem quod mouetur, velut ligni frigidum est id, ex quo mouetur, & calidum, in quod mouetur, ostendit ex differentibus nominibus diuersitatem. Sed, dum inquit diuersum esse id quod mouetur, adiecit {primum} indicans, φ per se mouetur. Nam de hoc verum est quod alterum est id ex quo. Verum in his, quæ per accidens moueri dicuntur nihil prohibet idem esse id, quod mouetur, cum eo, ex quo mouetur. ceu quando diceret aliquis album moueri, cum moueatur id, cui accidisset esse album. Erit autem illi motus ex albo. Nam fit tum idem illud quod mouetur per se, & illud ex quo. Item mouens est alterum ab eo, quod mouetur. Nam per accidens nihil vetat, quin idem sit mouens, & id, quod mouetur. vt gubernator, dum nauem mouet, seipsum mouet, & Medicus, quando sibi medetur. Sed cum vnum horum ab altero distinxisset, inducit {Manifestum est igitur,
» φ motus est in ligno} id est in eo, quod mouetur, & siue
» scriptum sit hoc modo {motus autem} siue sic {motus
» igitur} ambo existimo consequenter adduci & consentanea his, {Quoniam autem est quidem aliquid mouens
» primum} &c. Nam quia prædicta oportet esse, si motus est: patet, φ motus non est in aliquo prædictorum, sed in eo quod mouetur. Forma. n. vel magnitudo, vel locus, vel omnino id, ad quod mouetur id, quod mouetur, neq; mouet, neq; mouetur: sed aliud eorum vtrunq; est. Alexander
» autem inquit, si fuerit scriptum {motus igitur} hoc sequi
» ea, quæ prius diximus, asserit. Si vero scriptum fuerit {mo
» tus autem} videtur dicere quędam esse oportere si motus fuerit, quia hæc esse oportet mouens, quod mouetur, tẽps, locus, terminus ex quo, & terminus ad quem. Et φ hęc diuersa & separata sunt mouens, motum, & illud ad quod, addit de ipso motu & dicit, φ idem motus, cui prædicta erant opportuna, est in ipso quod mouetur. Neq;. n. per se, neq;. n. est affectio per se. neq; in eo, quod mouet, quia mouens, φ actu est, immutabile est, quamuis mouet. & motus mutatio est, & id, in quo insidet motus, per illum mouetur. Sed neque in loco est motus. & quia locus est per se immobilis, & quoniam aliud est locus, & aliud, quod fertur ad locum, in quo oportet collocare motum. Sed neque in eo, ex quo est motus quia φ abscedit ab ipso non mouetur, sed illud, quod est in ipso. nunc autem econtra fit illud, quod est in ipso non mouetur, quod autem ab ipso recedit mouetur. Sed neq; motus ponendus est in hoc, ad quod est motus, quia φ procedit ad idem mouebitur antequam moueretur, & quia per se mouebitur & quiescet. Quatenus. n. in motu est, mouebitur, sed quatenus in fine iam collocatum est, quiescit. Cæterum, quia non solum secundum qualitatem motus fit, quem in specie dicit esse alterationem; neq; secundum ortum & interitum, quæ dicuntur propriè maxime mutationes secundum speciem t sed fiunt motus etiam secundum locum, vt latio: & secundum quantitatem, vt auctio & diminutio, id post hanc speciem, adiecit etiam has dicendo, {Aut locus, aut ipsum
» tantum.} Vt. n. species, quę est in his, quę mouentur secun
» dum speciem, neq; mouens est, neq; id, quod mouetur, sic

Quæ per accidens mouentur eadem mouere possunt.

neq; locus est in his, quæ mouentur secundum locum, neque quantum in is, quæ secundum quantum mouentur. Quod vero in ipso mouẽte non sit motus vllo modo etiã Tertio huius tractationis libro demonstrauit, vbi etiam primarie docet in quo fit motus. Demonstrauit præterea ibi, φ neq; in tempore est, si quidem tempus sit numerus motus. Restant ergo tria, videlicet mouens, illud ex quo, & illud in quod: ideo & in his maxime quærit in quo sit motus. Et inquit, forma, locus, & magnitudo neq; mouet, neq; mouetur, hoc videlicet motu, quo in idem, quod mouetur, procedit. Nam quod alteratur secundum alterationem mouetur, & forma est id, ad quod alteratum mouetur, vt album non albesit. sed neq; forma, ad quam mouetur id, quod fit secũdum illum ortum fit. Fit. n. quod prius non est. Et bene existimo Straton motum non solum in eo, quod mouetur, dixit esse, sed etiam in eo, ex quo, & in eo, ad quod. Verum alio modo in vno quoq;. Subiectũ. n. inquit, mutatur, vt id, quod recipit motũ, sed illud, ex quo, velut id quod interit, & illud, ad quod, velut id quod fit. Quod si aliquę formæ mouere dicũtur, vt anima animal, & põdus lapidem, nunc non quærit causam motus, cuiusmodi est anima & pondus, sed in quo nam sit motus. Sed non mouetur pondus primarie, sed per accidẽs, velut nauta in naue. Sed idonea erat etiam motus definitio ostendere, quod in eo quod mouet, & non in alio est motus. Dicebat. n. motus entelechia, videlicet actus internus mobilis.

Motus est in illo, quod mouetur, et in eo, ex quo, & in Quod, sed non eodem modo.

Sed est mouens, & quod mouetur, atq; in quod mouetur. Magis autem ab eo in quod, quam ex quo mouetur, denominatur mutatio. Quapropter et corruptio, in id, quod non est, mutatio est. quamuis & ex eo, quod est, mutetur, quod corrumpitur. Et generatio in id, quod est. quamuis ex eo quod non est. Quid igitur motus sit, dictum est prius, formæ autem, & passiones, & locus, ad quæ mouentur ea, quæ mouentur, immobilia sunt, vt scientia & caliditas. Attamen dubitauerit aliquis, si passiones motus sint: albedo autem passio est. erit enim ad motum mutatio. Sed fortassis non est albedo motus, sed dealbatio. Tex. 4. Tex. 5.

Cum patefecisset quinq; esse illa, quæ esse oportet si sit motus: mouens, quod mouetur, tempus, id ex quo motus & illud, in quod: motus est in eo, quod mouetur, & in nullo alio ex his quinq; tria accipit, quæ vtilia sunt rationi sequenti, mouẽs, motum, & id, ad quod motus: vbi reliquit tempus, velut extrinsecus existens. Sed cur prætermisit illud, ex quo, cum acceperit id, ad quod, ipse docet. Inquit, nam mutatio magis denominatur ab eo, ad quod aliquid mutatur, q̃ ab eo, a quo discedit. Nam interitum dicimus mutationẽ ad id, quod non est, & ortum, ad id quod est, quãquam interitus sit ex eo quod est, & ortus ex eo, quod non est, sed tñ à fine magis nomen capit. Declarat hoc maxime alteratio, quę nomen habet ex ipso termino ad quẽ. Nam dicimus albesit id, qđ ad albedinem procedit: & calesit id, quod ad calorem progredit. Sic etiam interitus nomen habet ex ipso, quod non est, & ortus ab ipso qđ est. Reuocat aũt nos ad memoriã definitionis motus assignatę in Tertio libro, ostẽdens etiam pẽr illã, φ motus est in eo, quod mouetur. Si. n. motus est perfectio interna mobilis, quã mobile, & illa pfectio est forma vel actio, quæ in illo est, cuius est interna perfectio: patet, φ motus est in eo, qđ mouetur. sed neq; in ipsa forma, siquidẽ mutatio fit ad formam, velut in his, quæ fiunt. neq; in ipsa affectione velut in his, quę alterantur, neq; in loco, velut in his, quę feruntur, propterea φ mouentur ea, in quibus est motus: sed forma, affectus, & locus, ad quę est motus, sunt expertia motus, vt demonstrauimus. Et hoc nobis persuadet exẽplo scientię Com. 5.

Mutatio magis denominatur à termino ad quem q̃ ex termino à quo motus.

Motus est in mobili.

& caliditatis. Si.n.ea sunt quę mouent, quę ad ea procedũt nondum mouentur, & ea, quæ in illis facta sunt non quiescent, sed mouebũtur. Sed cum dicat de forma, affectibus, & loco, patet, q etiam de quanto dicat, in quæ mouentur ea, quæ mouentur, quæ sunt immobilia, Vnde dubitationem talem adducit cõtra rationem. Si albedo est affectio, est motus: ergo mutatio ad affectioné erit ad motum per motum, & non erit motus solum in eo, quod mouetur, sed etiam in eo, ad quod est motus. Quod si hoc verum est, ergo erit id, quod mouetur ad affectionem, vel etiam qñ mutatum est adhuc moueretur, si quidem ad motum mutatur, vel qñ moueretur & dum moueretur, non moueretur. Soluit autem dubitationem statim cum instet maiori propositioni, quæ dicit, affectiones motus esse. Non.n. inquit, albedo motus est, sed albatio, i. non album, quod est affectio, motus est, sed albatio, quæ est ad album mutatio. ideo id, quod patitur, quod quidem est illud, quod albesit, mouetur, sed non album. Nisi facta dubitatio sit ex æquiuocatione affectio, quia affectionem dicimus etiam finem patiendi & efficiẽdi, i. album, & ipsam patiendi rationem, quam pasionem dicunt, velut albationem. Quocirca soluit dubitationem ex distinctione æquiuocationis. Propositiones.n. non eũdem terminum medium accipiunt. Sed minor dixit, album esse affectionem, quæ est terminus patiendi, ad quem motus peruenit. Et maior dixit, affectionem illam, quæ motus est, cum dicat, affectionem illam, quæ est secundum pati mutatio, velut dealbatio.

Est autem & in illis & quod est secundum accidens, & quod est secundum partem, atq; secundum aliud. & quod primo est, & non secundum aliud. vt quod fit album, in id, quod intelligitur, mutatur secundum accidens: colori.n. accidit intelligi: In colorem autem, quia album pars est coloris: & in Europam, quia pars Europe, Athenæ sunt: in album autem colorem, per se. Quomodo igitur per se mouetur, & quomodo secundum accidens, & quomodo secundum aliud aliquid, & quomodo idem primum & in mouente est, & in eo, quod mouetur, manifestum est. & quòd motus non est in specie, vel in forma, sed in eo, quod mouetur & mobili secundum actum.

Côm. 4. Postquam ostẽdit motum esse in eo, quod mouetur, & non in alio, eorum, quæ simul cum motu sunt, deinceps quod prius demonstrauit de mouente, dicit, quia aliud est per accidens, aliud per partem, aliud per se primo, nunc dicit, q hæc diuisio etiam ad alia extenditur, quæ vna motui competunt, videlicet termino à quo, & illi ad quem, & ipsi in quo. Nam hęc significauit, cum dixit {Est autem & in illis,} Sed de ipso, in quo, quod tẽpus est, demonstrauit dum de illo disseruit. Cæterum, cum de duobus proponat dicere, rationem facit de vno, quod est ad quod mutatio affectus, vel formæ, vel loci fit. Quod.n. mutatur in albũ, quod quidem albesit in ipsum quod intelligitur per accidens mutatur. Accidit.n. albo intelligi. Sed dicitur mutari in colorem ſm partem, quia album est pars coloris. Species.n. sunt aliquo modo partes generum. Veruntamen, si album, quod dicitur mutari, fiat album, neq; per accidens, sed per se mutatur, neq; secundum partem, sed primo. Similiter autem & id, quod mutatur ſm locum proficiscens Athenas in id, quod intelligitur, per accidens mutatur: accidit enim, vt intelligatur Athenæ. sed hoc ipsum cum ꝓficiscitur ad Europam, secundum partem: quia Athenæ est pars Europæ. Verum proficiscitur Athenas per se, & primo, & in ipso ex quo. Et si ipse prætermisit idem, quod aliquo modo potest dici. Quod.n. ex albo mutatur per accidens, ex eo quod intelligitur mutatur, sed secundum

Moueri per accidens, per partem, per se et primo sunt in his, quæ simul.

partem ex colore, & per se ex albo. Deinde concludens totam rationem, qua demõstrauit quæ simul insunt ipsi motui, & quod in cunctis sunt per se primo, atq; ipsum per accidens & secundum partem, & quia motus est in eo, quod mouetur, & non in forma, in qua præ cæteris maxime videbatur esse. Neq;.n. in mouente, neq; in loco est, siquidem illa non moueantur, neq; magis in eo ex quo. Vnde patet, inquit, motum esse in eo, quod mouetur, & id, quod mouetur, transtulit in mobile actu, vt nos reuocet ad memoriam definitionis motus. Nam, si motus est interna mobilis actio, profecto motum est id, quod est mobile actu.

Tex. 6. *Quæ igitur secundum accidens est mutatio, dimittatur. est enim, & in omnibus, & semper, & omnium, Quæ vero non secundum accidens, non est in omnibus, sed in contrarijs, & medijs, & in contradictione. Huius autem fides ex inductione est. Ex medio autem mutatur vt contrario. vtitur.n. ipso vt quod contrarium sit, ad vtrunq; est.n. quodammodo medium ipsum extrema. Quapropter & hoc ad illa, & illa ad hoc relata quodammodo dicuntur contraria. vt vox media grauis ad vltimam, & acuta ad primam. Atq; fuscum, album ad nigrum, & nigrum ad album.*

Côm. 5. Cum patefecisset per se & per accidens esse in ipso mouente, & in eo, quod mouetur sicut insunt motui hæc, velut vtilia ad rationem sequentem comprehendit, sed illud per accidens in quo & illud secundum partem simul accipiens velut infinitum & indeterminatum refutat, & quia tale est, ostendit ex hoc quia mutatio per accidens est in omnibus & semper & omnium, in omnibus quidem quia in decem generibus est mutatio per accidens: Nam cum substantia mouetur, etiam omnia, quæ ei inhærent accidentia, mouentur, & vnumquodq; ipsorum possumus dicere quod moueatur, quando subiecta substantia, quæ illis subijcitur, per se mouetur. Illud autem {& omnium} dixit vel quia de omnibus, quæ mouentur & mouent ipsum mouere & moueri prædicantur, qñ per accidens prædicantur vt de anima. Cum.n. anima sit suapte natura immobilis, potest per accidẽs moueri: Vel dixit {omnium} pro omnium ad omnia. Etenim, cum album in musicum mutatur, per accidens mutari dicitur, & dulce in illud, quod supra est. Illud vero {In omnibus & omnium} de naturalibus intelligere oportet, quæ possunt per accidens moueri. Quæ.n. sunt supra naturam, quæ quidem sunt primo mouẽtia, non solum per se sunt immobilia, sed etiam per accidens, vt demonstrabitur Octauo lib. Item illud {Semper} significat etiam, quando non mouetur aliquid, quod potest moueri per accidens, idem esse in eo, quod mouetur: velut qui in naue quiescit, dũ illa per pelagus nauigat, vel quia ipsum moueri prædicatur sic etiam de his, quæ amplius non sunt. Socrate.n. non existente, adhuc prædicatur motio de ipso, quia corpus eius & materia, quæ fuit Socratis, mouetur: id nanq; ait, cui contingit vt esset Socrates, hoc mouetur. Si ergo per accidẽs est sic infinitum, atq; indeterminatum, merito recusat mutationem per accidens. Excipit auté illum non per accidens tanquam non in omnibus & semper & omnium cõmunem, sed in quibusdam determinatis: in contrarijs.n. medijs, & in contradictione, i. secundum contraria, & media, & cõtradictionem. Sed quod omnis mutatio secundum aliquid horum fiat, fidem facit ex inductione. omnem enim, quam quis susceperit, eam per aliqua horum fieri comperiet. Et ratio sic se habebit. Neq;.n. aliquid ex eodem in idem mutatur, neq; ex simile in simile. cur opus est ei mutatione? sed vel ex contrario in contrarium, vel ex medio, vel omnino ex non tali, quod quidem est secundum contradictionem.

Mutatio, quæ fit per accidens est infinita & indeterminata.

Quæuis mutatio fit vel per contraria, vel media, vel contradictoria.

Sed

Sed ostensum est primo huius tractationis libro, quo contraria principia posuit, vbi demonstrauit non ex quouis fieri mutationem. Sed cum dixerit mutationem esse ex his medijs causam huius adiecit, quia fit ex intermedio, velut ex contrario. Et hanc rursus adiecit huius, quia intermedium relatum ad vtrunq; extremum rationem habet contrarij. Nam media vox est acuta ad grauem, & grauis ad netem, id est ad superiorem ictũ. Item fuscum est album cõparatum ad nigrum, sed ad album est nigrum. Si.n.media fiunt ex mixtione & temperamento contrariorum, vt fuscum cõmixtione albi & nigri, & tepidum frigidi & calidi, vel ſm vnam talem formam ex eo quod est intermedium mutatum non secundum id quo cõicant & participant eo, ad quod mutantur secundum hoc mutari dicitur. Nihil.n.in id, quod ipsum est mutatur, sed quatenus vnum ab alio est distinctum, ergo intermedium est aliud ab extremis, quatenus participauit altero contrariorum. Quare vere dictum est, ꝙ velut ex contrario mutatio, quæ est à medio fit. Si.n.fuscum constat albo & nigro in album mutatur ob nigrum, quod est contrarium albo: item in nigrum mutatur quatenus in ipso album est.

Media in contrarijs habent natur͂ & rõ nem contrariorum, illis comparata.

CAP. II.

Tex. 7.

QVoniam autem omnis transmutatio est ex quodam in quidam: manifestat autem & nomen. post aliud enim aliquid, & aliud quidem prius significat, aliud autem posterius. mutabitur quod mutatur, quadrifariam. Aut.n.ex subiecto in subiectum: aut ex non subiecto in non subiectum, aut ex non subiecto in subiectum, aut ex subiecto in non subiectum. Dico autem subiectum, quod affirmatione monstratur. Quare necesse est ex ijs, quæ dicta sunt, tres esse mutationes eam, quæ est ex subiecto in subiectum, & eam, quæ ex subiecto in non subiectum, & eam, quæ ex non subiecto in non subiectum, & eam, quæ ex non subiecto in subiectum. Quæ.n.est ex non subiecto in non subiectum, non est mutatio, propterea, quòd non est secundum oppositionem. neque.n.contraria, neq; contradictio est.

Cõm. 6. Postquam refutauit mutationem per accidens, & illam per se tractauit, proponit sibi sumendas esse omnes mutationes, sed prius sumit oẽm mutationem esse ex aliquo in aliquid, quod quidem, cum sit manifestum & nomine mutationis cõprobauit. Nam mutatio indicat aliud post, & aliud significat ipsum post, quia aliquid prius fuerat in ipso, & aliud posterius. Hoc proinde sumens prius ex diuisione, deinde inuenit omnes mutationes sufficiẽtes. Nam quia ex aliquo in aliquid omnis mutatio est, inquit, vel ex subiecto in subiectũ vel ex non subiecto in ipsum non subiectum, vel ex subiecto in subiectum. Præter quos modos nõ est alium inuenire, dum aliquid ex aliquo in aliud mutatur. Ipsum {aliquid} apud ipsum significat subiectũ vnde dicit. {Dico autem subiectum, quod affirmatione monstratur,} sed non quia per propositionẽ affirmatiuam mõstretur, sed sine negatiua particula, vt homo & album & quæcunq; huiusmodi. Etenim affirmationes appellabãt etiam simplicia, & composita, & quędã nomina cum particula negatiua vocant negantia, velut non homo. Et subiectum est id quod est, videlicet affirmatione monstratũ, & non subiectum est id, quod non est, quod negatione significatur. Et hoc merito. Omnis.n.mutatio ex contrario in contrarium fit, aut ex non tali ad tale. Et contraria affirmatione significãtur. Nam ambo sunt species, & ob id mutatio alia est ex eo, quod est, ad id, quod est, aut ex contrario ad contrarium, quæ ex subiecto ad subiectum dicitur: & alia ex non tali, i.ex eo, quod non est, ad non tale: & alia ex non subiecto ad subiectum, i.ex negatione ad affirmationem, & alia est ex subiecto in ipsum non subiectũ, quæ vltimæ ambæ sunt ſm contradictionem ipsius, quod est, & ipsius quod non est, ideo & quarta, quæ est ex non subiecto ad ipsum non subiectum, quãuis vt compleat complexiones sufficienter, assumpta sit, non est mutatio per se, cum sit indeterminata. Quod.n.ex nõ albo ad ipsum non calidum mutatur, habet mutationem indeterminatã, nisi forte non calidum sit nigrum. Sed per se hęc non sunt contraria: siquidem non secundum affirmationem significentur, neq; secundum contradictionem accipiantur, siquidem ambę sint negationes. Sed proxime ostensum est, ꝙ omnis mutatio est inter contraria, & ea, quæ secundum contradictionem opponuntur. Dixit ergo aliquid quadrifariam mutari, quod non dicit velut in cunctis sectionibus & partibus diuisionis sit mutatio, sed quia in hac diuisione omnis mutatio continetur. Nam vna ipsarum quatuor, ea videlicet, quæ est ex non subiecto ad non subiectum non est mutatio. Verum Eudemus inquit, priuationes assimilare subiectis. Non.n.similiter dicitur cæcus, & is, qui non habet oculos, neq; caluus, qui non habet tricas, & capillos. Subiecta igitur hæc etiam inquit, sed non eodem modo vt affirmationes.

Mutationis nomen quid significet.

Quotuplex mutatio sit.

Subiectum quo sumatur. Affirmationes, & negationes sumantur.

Priuationes assimilantur subiectis.

Quæ igitur ex non subiecto est in subiectum mutatio secundum contradictionem, generatio est. quæ quidem fit simpliciter, simplex: quæ vero est quædam, cuiusdam. vt ea, quę ex non albo in album, generatio huius est. Ea vero, quæ ex eo quod non est simpliciter in substantiam. generatio simpliciter est, secundum quam simpliciter fieri, & non aliquid fieri dicimus. Quæ vero ex subiecto in non subiectum, corruptio est. simpliciter quidem, quæ ex substantia ad ipsum non esse est. quædam autem ea, quę est in oppositam negationem sicut dictum est & in generatione.

Cum separasset à cæteris illam coniugationẽ reprobandam, atque inutilem, illam videlicet, ex non subiecto ad ipsum non subiectũ, quia non est inter contraria, neq; contradicentia: deinceps tres species mutationis accõmodat, atq; subijciendas esse vult. Et primum illam ex non subiecto ad ipsum subiectum quæ fit ſm contradictionem, ortum esse inquit. Vbi recte adiecit secundum cõtradictionẽ. Non.n.ex non albo in dulce mutatio fit nisi secundum accidẽs. Sed necesse est, vt omnis mutatio, quæ est ex non subiecto in subiectum, fiat ſm contradictionem. Quia.n. dupliciter dicitur ortus, alter simpliciter, & alter quidam: simpliciter quidem ortus de substantijs dicitur, quãdo ex eo, quod non est, simpliciter mutatio fieret. Sed ortus quidam, est in alijs, quando ex aliquo quod non est in oppositum eius mutaretur, vt ex homine non albo in hominem album, est quidã ortus non simpliciter, neq; substantiæ. Neq;.n.ex eo, quod non est, simpliciter fit. Quod simpliciter non est, non dicit illud esse quod nihil, aut nullo pacto est, quia ex nihilo aliquid fieri non potest, sed dicit illud, quod actu non est, sed ſm potentia. Quod.n.simpliciter non est tale, simpliciter est nõ hoc, sed simpliciter non hoc est illud, quod nõ est secundum actum. Sed qũo substantiæ ortus non est etiam ex hoc, quod non est, sed aliud quid eius, quod est, vt etiam albi, sed ex eo quod simpliciter non est. Siquidem nunquam materia per se fit, sed semper cum aliqua forma & actu. Etenim homo ex semine fit & ficus, at semen genitale non solum potẽtia est homo, sed etiam actu semen, vt etiam non album, ex quo album fit. Quomodo ergo substantia fit ex illo, quod simpliciter non est, & album ex eo, quod non est aliquod ens? Soluũt autem hanc quæstionẽ dicentes, ꝙ substantia non ex con-

Cõm. 5.

Ortus, vel generatio duobus dicitur modis.

Substantia quomodo fiat ex eo quod nõ est simpliciter.

ut album ex nigro ex aliquo, quod non est.

trario, ſed ex priuatione fit. Non.n.ſubſtantia habet contrarium. Sed album ex nigro, vel intermedio, vt nigro, fit. Quo ergo differt priuatio ex contrario, hoc nunc differt id, quod ſimpliciter non eſt, ex quo ſubſtantia fit, ab eo, quod eſt non aliquid ens, ex quo eſt aliorum ortus. Quatenus autem ex hoc fit hoc & ex contrario eſt alteratio. Et ingenioſius ſoluunt dicentes mutationem in ſubſtantiam fieri nullo ſubiecto actu permanente, de quo poſſumus prædicare quod hoc eſt quod mutatur. Sed de ipſa mutatione in ſubſtantiam ipſum ſubiectum aliud & aliud fit, velut ſemen genitale, ideo ex eo quod non eſt ſimpliciter mutatio fit in ſubſtãtiam, & mutationes ſm contraria accidentia, quæ actu habent aliquod ſubiectum idem manens, cui accidunt contraria de quo ipſum alterari prædicatur. velut homo manens homo niger ſit, vel hoc corpus & non aliquid aliud fit, vt ſemen genitale non ſolum genitale ſperma eſt, ſed ſemper aliquid aliud fit quod mutatur in hominem. Et hoc pulchre addit Aſpaſius ad diſtinctionem ortus ſimpliciter, & ortus alicuius, quia ortus ſimpliciter ſine additione dicitur: homo.n.dicitur factus eſſe & equus: ſed album cum additione. Hominem.n.album dicimus fieri. Cæterum, poſteaquam dixit de mutatione ex non ſubiecto ad ſubiectum, quia ſimpliciter ortus eſt, de oppoſita eidem dicit, quæ eſt ex ſubiecto ad ipſum non ſubiectum, & inquit talem mutationem interitum eſſe: & alium ſimpliciter, qui eſt ex ſubſtantia in ipſum quod non eſt: & quendam, qui eſt in oppoſitam negationem. Non.n. mutari ex dulce in ipſum non album, eſt quidam interitus determinatus, ſed qui dicitur eſt in propriam negationem, videlicet in ipſum non dulce, vt etiam aſſeruit de ortu ſecundum cõtradictionem. Nam dicere ſecundum contradictionem eſt dicere perinde, ac oppoſitã negationem. ſed, ſi interitus eſt mutatio ex eo, quod eſt, ad id, quod nõ eſt, & omnis mutatio ex eo, quod eſt potentia, ad id, quod eſt actu, erit ergo aliquod, quod eſt potentia, & aliquod, quod non eſt actu. Vel etiam quod mutatur ex eo quod eſt in illo quod non eſt, quatenus id, quod eſt potentia ſit, & aptum eſt fieri id quod non eſt. Et ſecundum hoc mutatur ad id, quod non eſt & quod actu non extat.

Generatio ſimpliciter diſ[tinguitur] quæ additione dicitur, album aut in cum additione.

Interitus quid dicatur.

Tex. 9. *Si igitur id, quod non eſt, dicitur multipliciter, & neq; id, quod eſt ſecundum compoſitionem aut diuiſionem dicitur moueri. neq; quod eſt ſecundum potentiam quod ei, quod eſt ſimpliciter, ſecundum actum, oppoſitum eſt: quod.n.eſt non album, aut non bonum, fieri poteſt vt moueatur ſecundum accidens. fuerit.n.homo non album. quod autem ſimpliciter non hoc eſt, nullo modo. impoſſibile.n.eſt, quod non eſt moueri, ſi autem hoc, & generationem motum eſſe impoſſibile erit. Generatur.n.quod non eſt. nam & ſi quam maxime ſecundum accidens generatur, attamen eſt uerum dicere, quòd eſt id quod non eſt, de eo quod generatur ſimpliciter. ſimiliter autem, & quieſcere. Hæc igitur omnia accidunt difficilia moueri ad id, quod non eſt. Et ſi omne, quod mouetur in loco eſt, quod autem non eſt non eſt in loco: eſſet.n. alicubi: neque ergo corruptio motus eſt. contrarium.n. motui motus eſt, aut quies. corruptio autem generationi contrarium eſt.*

Cõm. 8. Propoſitum eius eſt oſtẽdere, ortum ac interitum non eſſe motus, quia ãit ortus ex eo, quod non eſt, ad id, quod eſt, dicitur mutatio, & interitus ex eo, quod eſt, ad id, quod non eſt: at quod non eſt multipliciter dicitur: ſignificationes eius primum enumerat, & oſtendit, quõ id, quod non eſt, ortui atq; interitui conueniens, non poſsit moueri. Illud ergo, quod ſic non eſt, vt nullo pacto ſit, velut omnino obſcurum omiſit. Hoc quod qualitercunq; non ſubſiſtit, diuiſit trifariam. Dicitur.n.hoc quidem non eſſe velut falſum. quod quidem in compoſitione & diuiſione eſt. Vel enim non compoſita componit, velut qui dicit Leucon cornua habet: vel diuidit ea, quæ non ſunt diuiſa, at qñ diceret Ariſtoxenum non eſſe muſicum. Sed ipſum componi & diuidi proprie quidem dicitur de corporibus, ſed ſm tranſlationem de illo, quod eſt, & quod non eſt, id eſt in affirmatione & negatione. Compoſitio.n.eſt affirmatio, & diuiſio eſt negatio. Sed in his falſum & verum eſt. Oratio.n.enunciatiua hæc habet. Item dicitur aliquod non eſſe, quod eſt potentia, ſed non actu, quod quidem opponitur ei, quod eſt actu, quod dicitur ſimpliciter non eſſe, quia opponitur ei, quod ſimpliciter eſt. Nam opponitur quod eſt actu, ei, quod eſt potẽtia, velut quod nondum eſt omnino, illi, quod iam eſt, & mutatio quæ eſt ex tali qđ non eſt, in oppoſitum ipſi quod eſt, ſimplex ac ſimpliciter ortus erat. Dicitur autem quod non eſt & hoc, quod eſt non aliquid, cuius eſt id, quod eſt aliquid actu, vt calidum non eſt, ſed corpus eſt actu, quo exiſtente ipſum quod non eſt calidum mutatur in calidum, ideo & quendam ortum & alicuius, ſed non ſimpliciter ortum hunc appellat mutationem. & erat quidem primus ortus ex eo quod ſimpliciter non eſt in ſubſtantijs ſimplex ortus exiſtens & ſimpliciter, quia ex eo, quod non eſt oppoſiti actu mutatio erat. Nam in his, quæ non ſunt quæcunq; prorſus contingunt eſſe cum non ſint ipſum quod ſimpliciter non eſt opponitur ei, quod ſimpliciter eſt, & quod ſimpliciter eſt, eſt id, quod actu eſt, quare & ſimpliciter quod non eſt, eſt id, quod eſt potentia. Cum ergo indicaſſet diuiſionem eius, quod non ſubſiſtit in hæc tria, dicit id, quod non eſt ſecundum compoſitionem & diuiſionem, i. ſecundum affirmationem & negationem, non moueri. Neq;.n. oratio falſa, neq; opinio, quãdo in veram conuerteretur, moueri dicitur, vt demonſtrauit in prædicamentis. Non.n. ſecundum ſuam mutationem ſemper hæc accidunt, ſed alijs quibuſdam ſæpe mutatis, Nam cum prius aliquis opinione falſa duceretur, & oratione dicebat, Socrates ſedet ſi ſteterit, ſed vbi primum Socrates ſederit vera erit oratio, non ea tamen de cauſa, quia ratio, aut opinio mutatę ſint, ſed quia res mutata eſt. Igitur ſecundum compoſitionem & diuiſionem non contingit moueri, ſi quidem neq; hoc mutetur per ſe omnino, ſed cum aliud mouetur & idipſum mutatur, neq; quod [illegible] eſt potentia, i. veluti potẽtia id quod non eſt, quod omnino opponitur ei, quod eſt, poteſt moueri, quia motus & ſi actus ſit imperfectus, tamen actu aliquo modo eſt, & oportet ipſum, quod mouetur, aliquo modo eſſe aliquod & hoc aliquid & permanere. Sed quod dicitur hoc modo non eſſe nihil eſt actu eorum, quę ſunt. Neq;.n. ſemen mutatur in plantam, aut animal, vt homo manens homo ſm aliquod eorum, quæ accidunt ſeipſo mouetur ex non albo in album, & ex non bono in bonum mutatur, & ob id moueri dicerenť, quæ alterantur. & non ſolum mutari, quia actu aliquod permanens agit ſm motum. Additione ergo eius, quod non eſt, tertio modo dictum, quatenus quidã ortus dicitur, diſcrimen inter quendam ortum & illũ ſimpliciter ſignificauit, & cauſam aperuit huius, cur quod ſimpliciter fit & in ſubſtãtiam mutatur, nõ dicitur moueri, & cur vocet aliorum mutationem motum. Nam eius, quod eſt aliquid actu, velut hominis & aliquid eius quod non eſt, videlicet albi, quia potentia eſt albus, poteſt.n.homo qui eſt actu moueri non per ſe. Permanet.n.homo, ſed per accidens eſt illi motus, ideo dicitur moueri ſm accidens, vbi non vtitur conſueto nomine. Nam mutatio eſt ex eo, quod non eſt album, ad album per ſe eſt, & non per accidens. & vocauit ipſum per accidens,

Id, quod non eſt quot modis dicitur.

Componi per tranſlationem eſt eſſe in affirmatione & negatione, proprie autem in corporibus.

Motus non eſt in falſo, quod eſt per affirmationẽ & negationẽ.

Id, quod non eſt per potentiam, non mouetur.

Mouentur quæ alterantur & non ſolum mutãtur.

dens,quia qd̄ sic non est velut non album,accidit ei,quod actu est.Si aūt sic ipsum,quod est aliquod quod nō est mouetur, ipsum autem quod simpliciter non est,id est, quod non est actu, neq; permanet,neq; per se, neq; per accidens moueretur. Neq;.n.quatenus non est mouetur, neq; quia est aliquid aliud actu idem manens,vt homo erat non album.Si ergo hoc quod non est hoc modo non potest moueri:mutatio autem ex eo,quod sic non est,quod dicebatur simpliciter non esse,in id,quod simpliciter & actu est, ortus erat:non poterit ortus esse motus. Quod.n.non est fit,& non id quod est,sed quod mouetur iam est,si quidē motus sit aliquis actus.Ideo sciēdum est,quòd in his,quæ mutantur secundum substantiam,motus prorsus non est, quia in ipsis non est aliquid,quod actu sit, vt motum efficiat actum esse, sed in illis solum est mutatio secundū ortum,& in ipsis mutationibus,quæ secundum qualitatem, quantitatem vel locum sunt, vel communiter in his, quæ mouentur præter substātiam,motus quidem est actus ipsius actu permanentis, velut hominis, qui mouetur. Sed ortus albi est ex nō albo,& totum est alteratio. Sic etiam in aliis,ob id ergo ortus non est motus,quia quod mouetur,non est aliquod actu subiectum, velut id, quod augetur & fertur.Nam hō permanens albus fit. Sed nō album in ipso non est permanens,vt homo mutatur in albū,ideo non mouetur ipsum non album, sed fit album, quare ortus non erit motus.Et,cum dixerit id, qd̄ non est, ex quo est ortus quod non mouetur,sed fit.Nam inquit,quod nō est,fit,id circo quō dixerit id,quod non est,fieri explicat: quia qd̄ non est non p se fit,sed cui accidit id,quod nō est. Materia enim,& omnino id,quod est potentia, ex quo fit id,quod generatur,non est per se id, qd̄ non est, sed quia accidit ipsi id,quod non est, vt priuatio,quæ nō permanet in ortu. Nisi quia ob priuationē id,quod fit, quatenus fit. verum sit dicere,quòd id,quod nō est, de ipso qd̄ fit simpliciter,dicatur.Nam quòd simpliciter fit, velut materia hominis,nil habens actu permanens, totum potētia & secūdum priuationem hominis subsistit.Sed homo,qui albus fit,permanente homine ꝯm actum,albus fit. Si ergo id,quod fit,verum est dicere,quòd non est, quia nihil est actu: & id,quod non est actu, non mouetur,ortus non erit motus.Dicit autem & aliam expositionem Alexand. propositi talem. Ei,quod simpliciter non est,idest ei,quod est potentia, ex quo fit id, quod fit, ipsum fieri per accidens cōpetit,quia cui accidit id,quod simpliciter non est, idest priuatio, hoc fit. Sed ipsum moueri non secundum accidens inest ipsi,siquidem neque omnino fit,sed si est,huic, quod non est cōpetit,quod opponitur alicui, quod est. quod quidem est non ipsum quod simpliciter non est, sed aliquod,quod non est,de quo quidam ortus prædicatur, & hoc quidem per accidens.Non enim quatenus non est, sed quatenus quoddam aliud est. Oportet enim quod mouetur esse.Sic enim motus aut actus. Accepit autem signū huius,quod id,qd̄ fit,non moueatur,illud videlicet,quod non est competere eidem. Sed Aspasius sic interpretatur hunc contextū.Cum dixisset, inquit,ipsum,quod non est, fieri,quia hoc dubitandum erat. Nam quispiam diceret, quod non est fieri,sed ex eo,quod nō est,ob id dicit, quia & si maxime concederemus id,quod non est,per accidēs fieri & non proprie,tn̄ conuersum illius verum est, quod illud quod fit,est id quod non est:sin autem nō fieret, qm̄ esset.Cū ergo quod fit sit id,quod non est, & id quod non est,non mouetur,his igitur quod fit non mouetur, neque ortus erit motus. Eodem,inquit,modo quiescere non cōpetit his, quæ simpliciter fiunt. Etenim quies priuatio cū

In his quæ mutantur in substantiā nō est motus.

In omnibus mutationibus præter generationē & interitum est motus.

Fieri quō dicatur aliquid.

Ipsi generationi tantū p accidēs motus inest.

Quies non cōuenit quæ fiūt etc. generantur.

sit eius,quod est aptum natum moueri,& quod aptum est vt moueatur,est:quare quod nequit moueri,neque quiescere. Vtraque enim sunt actus entis, quod est. Cum ergo ostenderit ex eo quod id non est,competit ei,quod fit, id quod fit,neque mouetur,neq; quiescere,si id quod fit moueatur,quæ nā absurda contingant,quia ambo sunt actus eius quod est,deinceps alio argumento idem ostendit dicendo, absurdū quoddam accidere illis, qui asserūt id qd̄ fit,moueri:siquidem non fit id,quod fit. Si.n.omne,quod mouetur,in loco est,vt processu operis demonstrabit, & quod non est haud per se locum occupat, ergo quod non est non mouetur,quæ ratio est in secunda figura deducta. Et quòd ipsum qd̄ fit,ipsum quod non est affirmandū sit, prius probauit. Quòd vero quod non est, neque occupet locum breuiter his indicauit. {esset enim alicubi, } si autē alicubi est,patet etiam illud esse & actu,quod enim potētia est neque simpliciter est,neque alicubi,quare etiam in prima figura sic concludi potest. Quod fit non est actu: quod non est actu non est in loco per se: quod non est in loco,non mouetur:igitur qd̄ fit non mouetur, ergo ortus non est motus. Potest etiam fieri syllogismus hypotheticus. Quòd vero neque interitus sit motus, ostēdit breuiter assumendo prius, ꝙ motui, vel motus est contrarius, aut quies. Quia ergo interitus est cōtrarius ortui:si est interitus motus,necesse est vel ortum esse motum,vel quietem: si ergo ortum neutrum horum esse ostensum est, patet neq; interitum esse motum,sed neq; quietem. Sin rursus esset ortus motus, siquidem hic est contrarius interitui.Verum nunc communius quietem cum dicit oppositam,voluit dicere contrariam motui,cum ipsam quietem contrariam ipsi motui sit ostensurus.

Quoniam autem omnis motus mutatio quædam est: mutationes autem tres, quæ dictæ sunt, harum autem eæ, quæ sunt secundum generationem & corruptionem non sunt motus. hæ autem sunt, quæ secundum contradictionem fiunt: necesse est eam.qua ex subiecto est in subiectum, mutationē, motum esse solum. Subiecta autem, aut contraria sunt, aut media.etenim priuatio ponatur contrarium, & monstrantur affirmatione, nudum & album, & nigrum. Tex. 9.

Cum mutationem quadripartitā fecisset aliam ex subiecto in subiectum,& aliam ex non subiecto in subiectū & aliam ex subiecto in non subiectum, & quartam ex nō subiecto in non subiectum,& vltimam coniugationē velut inconstantem secreuisset, demonstrat neutram duarū mutationum motum esse. Neq; enim eam,quæ fit ex non subiecto in subiectum,quæ erat ortus:neque illam,quę fit ex subiecto in non subiectum, quæ erat interitus: reliquū subiungit. {Quoniam autem omnis motus mutatio quædam est. } Nam aliud post aliud in ipso cōsideratur,& iam demonstratum est,omnes mutationes tres esse, quarum duæ sunt secundū contradictionem,quę fuerant mutationes secundum ortum,atque interitum,& non motus: igitur necesse est,vt reliqua mutatio sola sit motus, quæ est, ex subiecto in subiectū. Sed subiecta ex quibus,& in quæ sunt mutationes vel sunt contraria,vel intermedia. Dixit autem,ꝙ & intermedia in extrema,velut in cōtraria, mutantur. Quoniam etiam ex priuatione fit mutatio, quæreret aliquis, vtrum talis sit ex subiecto in subiectum, aut secundum contradictionem. Et respondet eam esse velut ex subiecto in subiectum. Inquit {etenim priuatio ponatur contrarium. } Quòd si contrarium, patet quòd affirmatione significabitur, & qd̄ affirmatione significatur dixit esse subiectum prius:quare priuatio erit subiectum, & quod ex priuatione mutatur in habitum velut ex subiecto Com. 9.

Priuatio subiectum est.

biecto in subiectum mutatur. Cur ergo etiam ortus nõ ex priuatione est, quomodo ergo & ipse non erit ex subiecto? Num quemadmodum id, quod est potentia, duplex est; vnum, quod habet relationem ad substantiam, alterũ vero quod ad accidens: sic etiam priuatio, altera est substantiæ, altera est accidentis, & illa accidẽtis, propterea quod illa est in substantia, participat eo, quod est, & affirmatione significat, & est subiectum, & potest moueri id, in quo est priuatio, velut is, qui laborat morbo, & immusicus, ac nudus. Sed substantiæ priuatio, quia à substantia decidit, & ab eo, quod est quoque decidit, negatione insinuatur. Quod est nunc dicit ipsum, quod est actu, & substãtia, & non illud, quod est, quo priuatio & ipsum quod est potentia ac materia participat. Exẽplum autem ipsius priuationis affert secundum affirmationem accipiendo nudum: subiunxit & album & nigrum, indicans, quod velut hæc affirmatione significantur, sic etiam nudum. Nisi forte per hoc velit aliquid aliud indicare, quia contraria, quæ mutuo fiunt, non solum velut ex contrariis fiunt, sed etiam velut ex negationibus. Album enim ex nigro fit, quia nigrum non est album, quinimo & est velut ex priuatione. Corpus enim, cum nigrum est, ab eo abest albedo, tamen est aptum suscipere eam. Priuatio autem nihil aliud est quàm absentia eius, quod potest inesse. Sed nudum nõ est proprie priuationis exemplum. Nam illa nunquam reuertitur in habitum, vt nudum, ad hoc, quod induatur. Sic ergo motum quãdam mutationem Aristot. fatetur, cum sit mutatio cõmunior ipso motu. Vnde asserit ortum & interitum mutationes esse, sed minime motus. Contra Plato videtur affirmare motum esse ampliorem mutatione. Etenim mutationes, quas Aristot. dicit, Plato uocat motus. Etenim ortũ, atq; interitum decimo legum Dialogo inter motus naturales enumerat, & actionem mentis nominat motum: assimilans motum mentis, & intelligẽtiæ, quo redit ad se, motui sphæræ, quæ fit in ipso torno. Cum ergo ij tantum discrepent admiror, nisi sit solum dissensio quo ad nomina. Equidẽ vterque mutationem eodem modo ponit in omnibus, quæ mutantur & variantur secundum tempus. Sed motum Plato ponens omnem exitum ab eo, quod est, merito omnes mutationes motus dixit. Et quanuis actiones semper & eodẽ modo & secundum eadem immutabiles se habeant, non ueritus est motus appellare ob processum actionis ab eo, quod est. Nam egressus est substantiæ actio rursus ad substantiam rediens. Sed Aristot. cum philosophiam suã fecisset de his, quæ ab hominibus nosci potuissent, & vt eorum auditum sibi captaret, sic philosophatus sit, cauit mẽtis actionem, cum sit immutabilis, vel vt ipse exactius dixit, cũ sit substantiæ eadem actio, motum appellare. Qui enim audit motum statim intelligit mutationẽ, & suspicatur, quod mouetur patibile esse, & tempus statim cum motu infert. Sed in mutationibus, cũ quandã differẽtiam spectasset, quatenus aliæ sunt actus iam actu existentis, quod mutatur & permanet vt alteratio, auctio, diminutio & mutatio secundum locũ: Nam in his omnibus mutationibus, quod mutatur, velut homo, qui albus fit, vel augetur, vel ambulat, cum sit actu homo, & permanens homo mutatur secundum hæc: Sed quædã aliæ mutationes non sunt eius, quod est actu, sed eius, quod est potentia, neque permanẽtis, sed semper alterius, atq; alterius facti, vt hominis ortus ex semine genitali, quod quidem est, in hoc substantia & potentia homo, sed actu nihil est: id vero ostendit quod non permaneat in ipsa specie seminis genitalis, quæ inest perfectis & iam actu existẽtibus, sed aliud & aliud fiat quousq; perueniat ad id, quod actu est: Hãc igitur differentiã, cum in ipsis mutationibus considerasset, & quod quæ sunt ex eo, quod est in potẽtia, in id, quod actu est, ex eo, quod sic non est in id, quod sic est passibiles magis sunt, & si quicquam sit in his quod ad agendum exiguam vim habeat: quod enim potẽtia est obnoxium affectioni maxime est. quæ autem sunt ex illis, quæ iam actu sunt, atque agere possunt patibiles quoq; ipsæ mutationes quidem sunt, manifestam habent actionem. Cum ergo motus quamuis sit quædam mutatio & affectio eius quod mouetur, videtur tamen esse quidam actus ipsius esse, & est imperfectus, quia commiscetur multũ ipsi affectioni & patibilitati, licet sit actus. Quocirca mutationum alias motus vocat ad actionem accommodatos, & alias solum patibiles mutationes, quæ sunt maxime secundum ipsam affectionem designatæ, & si habeant ipsæ vim agendi exiguam. Et admiror sapientiam impositoris nominis, quomodo ipsum mutare, quod dicitur actiue, significet tamen passiue. Si ergo nomen motus secundum aliam significationem Plato accepit & vocat exitum qualiscunque existentis motum. Et Aristotel. secundum communes impositiones nominum actionem mutandi vocat motum, sed non illam, quæ omnino est mentis immutabilis, & non solum eam, quæ est ferè, secundum aliquam patibilitatem, quæ minimam vim vel nullam habet agendi, existimo esse solũ de nominibus contentionem & non de re. Cũ etiam Plato motum mentis dixerit, velut immutabilem, & mutationum discrimẽ sic subtiliter dictum admiserit: Arist. quoque actionem mentis & intelligentiæ, cum esse fateatur, dicit actionem & substantiam eandem esse, si quid daret ipsi quod multi homines possunt intelligere motũ esse immutabile, & sine tempore, existimo non refutaret actionem mentis appellare motum. Sed sic sentire de his, qui fuerunt studiis philosophiæ coniuncti, placuit gratumq; fuit sentire. Sed quidam corrigunt Arist. abiiciẽtem ortum & interitum à motibus, ex eo, quia quod mouetur in loco est, sed quod non est ex quo fit ortus & in quod interitus recidit, non est in loco, asserentes male, quod ipse quod nõ est ex quo fit ortus accipiat materiam, & ob id ipse fatetur illam esse in loco. Neque enim circa primam materiam, neque circa simpliciter corpus est ortus. Neque enim corpus fit, quatenus corpus, vt ipse demõstrauit in libro de cœlo, sed quod fit, & interit, & tale corpus, & hoc totum occupat locum. Falsa ergo inquiunt, est propositio, quæ dicit, quod non est, ex quo ortus est, non esse in loco. Sed responderet existimo ad hæc, quod neque primam materiam, neque simpliciter corpus dicens esse id, quod non est, ex quo fit ortus, dixit ipsum non in loco esse, sed illud, quod est potentia, quatenus potentia. Vt enim quod est non est secundũ actum id, cuius substantia consistit in potentia, sic neq; quod est in loco secundum actũ. Esset enim alicubi inquit. Si enim in loco esset secundum actum, esset etiam actu. Si vero & quod simpliciter non est inquiunt, acciperemus, cogeremur fateri, quòd ipse dixerit, ortum motum esse ob definitionem motus. Si enim quod simpliciter non est potẽtia est hoc quod fit, sed via eius quod est potentia in id, quod est actu, motus est, vt ipse diffiniuerit etiam motus via ex eo, quod simpliciter non est, ad id, quod est actu, quod erat illud potẽtia, quod est. Si ergo hic est ortus, patet quod accidit. Tale ergo argumentum secundũ hunc contextum est secundum, quod, vt opinor, potest, magis absolui quàm primum. Nam assignata definitio motus in tertio libro erat ipsius mutationis. Et hactenus vsus est nomine motus indifferenter pro mutatione accipiens id, quod est potentia indeterminatum. Nunc autem diuidẽs ipsum in id, quod simpliciter

Contraria ex contrariis fieri dicuntur sicut ex negatione et priuatione.

Motum est quid amplius mutatione apud Platonẽ, contra apud Arist.

Mentis operatio, motus est apud Platonem.

Motum quid nam Plato appellet.

Quamobrem Arist. non appellet mentis actionem motum.

Mutationes quas nam appellet Arist. et quas non motus.

Cur Arist. remouerit à motibus ipsũ ortũ, et interitum.

Generatio non fit in materia prima neque in corpore simpliciter.

simpliciter non est,& in id,quod est aliquod non ens, ſm eandem diuisionem motum seiungit ab ortu & interitu. Cæterum,quando dicit non omnem motũ esse mutationem,si quidem mens moueatur motu immutabili & sine tempore, ex hypothesi procedendo euertit commotã & agitatam hypothesim. Aristot. enim,vt dictum est,secundum opiniones multorum,omnẽ motum mutationem & temporaneum affirmans,non censuit actionem intelligentiæ & mentis appellandam esse motũ, ne mutationem illico & tempus intelligens quis idem in illa esse existimet. Sed Plato, quanquam dicat mentem moueri & animam, ac naturalia corpora, tamen secundum aliam & aliam significationem vnicuique horum motum assignat,quia & aliquo modo mentem moueri,qui dicit, etiam animũ seipso mobilem secundum substantiam dicit. Si.n.omne, quod mouetur, vel à seipso, vel ab alio mouetur. Hoc.n. etiam Plato ante Aristotel. censuit:& prius est à seipso motum quàm illud,quod ab alio mouetur,mens erit secundũ ipsum ante animam per se mobilis. Verum motum in mẽte ſm primum exitum ab eo,quod vere est ad actũ considerauit, sed per se mobile inest animæ secundum suã distinctionem in seipsa & duplicitatem,quæ in ipsamet est, qua per se genitus subsistit. Nam per se animal, & per se subsistere existimo etiam menti conuenire:sed naturalem motum secundum mutationem prioris & posterioris ſm tempus & ipse considerauit,vt Arist. Nisi quod Plato omnes naturales mutationes censuit appellandas esse motus. Quam opinionem etiã Arist. secutus est in prędicamẽtis, & in hac tractatione hactenus. Proinde diffinitionem mutationis velut motus in tertio assignauit. Sed,cũ inuenisset dictam differentiam in ipsis mutationibus, ſm hãc distinxit motũ ab ortu, atque interitu. Quod si videtur ob eos,qui moleste differentiam motus & mutationis, quanquã longior fiat oratio, tentemus aliquid apertius de ipsis dicere. Rerum,quoniam aliæ sunt substãtiæ, aliæ uero accidentia: Patet etiam mutationum alias esse ad substãtias, alias vero ad accidens. Et id,quod potentia est, vel nõ est ex quo est mutatio, aliud est potẽtia ad substantiam, aliud ad accidens. Communiter tamen, quatenus ex eo qđ non est ad id,quod est,talis mutatio est ortus. Prius.n.est id qđ non est,& posterius est quod est, cum sit ob motum. Sed mutatio ad substantiam simpliciter ortus est, velut homo ex non homine, qa quod proprie est,substantia est, & alia est ad accidens, vt ex albo in non album quidã ortus,quia etiam aliquod,quod est, fit accidens, non per se existens, sed substantiæ omnino aduenięs: Attamẽ vterq; ortus est, quatenus aliquid ex eo,quod non est,ad id,quod est, mutatur, & secundum contradictionem, quod peculiare est ortui,atque interitui. Sed,quia rursus eorum, quæ sunt potestate, in quibus est mutatio, aliud quod aptum est ad accidens substantia est permanens eadem secundum subiectum per se perfecta & operans & nõ complens aliã substantiam cum accidente, vt homo ex nigro in album mutatur. Vel ex minore in maius, vel ex imo ad supernum, quando etiã contrarium illi omnino habeat, ad quod subiecta substãtia mutatur. Vel enim quod prius erat nigrũ in album mutatur, vel aliquid habens quicquam coloris intermedij sic in album mutatur. Et in alijs eodẽ modo. Sed illud,quod est potentia ad substantiam, vt non aer, ex quo in aerem cõuertitur, & corpus expers qualitatis completiuum est vtriusque substantiæ, neq; contrarium est ei, in quod mutatur, sed est in potentia ad substantiam. Non est enim aliquid substantiæ contrarium, quia ambæ illæ substantiæ, quæ essent contrariæ, requirent aliam, quæ separatim & successione quadam recipiat cõtraria. Et si est commune vtriusque mutationibus, hoc scilicet, ex eo qđ non est, ad id quod est, mutari, & ex potentia ad actũ, tamen quadam differẽtia est, quę digna est, vt in his videatur, quatenus alia alicuius subiecti est & perfecti & permanentis, & ex accidente ei, & non complens substantiam sui contrarij, in contrarium mutatur: alia autem est ex nõ tali, sed ex eo, quod est potentia imperfectum, tanquam ad id, quod est, & ex eo quod sic non est ad id, quod est, & à priuatione in formam non existẽte simul forma contraria priuationi cum eo, ad quod mutatur, vt in accidentibus. Non.n.eadem est permanens substantia, sed priuatio, & id, quod est potentia materia & ipsa materia. Nam & si corpus qualitatis expers permaneat, tamẽ & hoc materiale est, & non aptum ad actionem, donec participauerit qualitatibus. Et id, quod potentia est, & id, quod non est, sic est ad formam compositam, vt etiam prima materia. Etenim ex hoc, velut ex illa, est compositũ. Non.n.sic se habet hoc ad qualitates quas substantiales vocant, velut se habet homo ad album. Et φ magna quidem differẽtia harum mutationum videatur, ex dictis patet. Sed cur dicat ortum esse secundum contradictionem, & motum ex contrario, cõsideratione dignũ est. Etenim egressus emanatioq; cum sit ſm contradictionem ab eo, quod nõ est, ad id, qđ est, vel econtra, videtur motus, & quæ est in cõtrarium quod prius non est, & postea est, ortus dicitur. Secundum quas significationes igitur nomina una cum rebus diuidit. Nisi quia motus, cum sit actiuus, videtur esse quædã mutatio. Mouetur igitur non quippiam aliud quã id, quod potest agere: quod vero agit est id, quod est actu & actus forma perfecta, quare & si haberet aliquod imperfectum, & id, quod potentia est, hoc erit, quatenus mutatur, sed quatenus agit & actus. Attamen ortus, cum sit mutatio in ipsum quod est, & in ipsam substantiam, oĩno imperfecti, & non substantię est, quod quidem magis ſm id, quod est potentia, & non ſm id, quod est actu, consideratur. Ob id ergo motus ex contrario vel medio in cõtrariũ est: quod est dictu, ex subiecto in subiectum, quia contrarijs subijcitur substantia, sed quoniam substantiæ est mutatio, & actus alicuius, quod est, vt hominis motus est, & non ortus. Non.n.fit homo si niger factus fuerit, aut ambulauit, quia non est aliqua substantia, quę nigra sit, aut hõ suapte natura ambulans, sed est substantia & accidens, & ob id talis mutatio, velut actus, motus dicitur. Sed id, quod est imperfectum & potentia & nondum quod est, si etiam patiatur mutationem in id quod est: sed sic patitur, velut id, quod est, & substantia fit, sed non velut actu existens hõ substantia ex nigro in album mutatur. Non.n.in formam, neque in substantiam talis mutatio est, ideo non ortus. Sed est etiam perfecti. Ideo actus & motus est. Idcirco Arist. proposuit, quod non est non moueri: nõ enim agit. Quod.n.agit hoc esse omnino oportet, & quia simul destruitur id, quod est cum ipso agere, quare etiam simul infertur. Et tamen quia illud, quod est nominamus, vt etiã Plato testatur, quod potest agere, & pati: & quod non est, quamuis accedit ad id, quod est, & in substantiam, dicetur fieri & moueri minime. Signum autẽ imperfectionis eius Arist. assumpsit hoc, scilicet non esse in loco. Quod enim iam perfectum est & agere potest, est naturale, & quando fuerit proprijs qualitatibus perfectũ, erit aut leue, aut habebit grauitatem, & prorsus vel sursum erit, vel deorsum. Etenim ipse, omne, quod est in loco, vel leue, vel habens grauitatẽ, inquit. Imperfectum autem est & quod nõ est, siue materiam aliquis dicat, siue corpus qualitatis expers, cum

Quo nam mõ Plato motum tribuat mẽti.

Differẽtie motus & mutationis.

Generatio simpliciter.

Generatio aliqua.

Quãta sit mutationũ differentia.

Cur Arist. mutationem, quæ fit secundũ contradictionem ortũ appellat, quæ aut secundum contraria motum.

Motus est actus.

Actus est perfecti.

Quod fit imperfectum est.

Non est in loco quod fit.

Generationis fit affectio.

cum eo, quod est potentia vel priuatione, si non habeant leuitatem, nec grauitatem non sunt in loco. Sed, si motus est affectio eius, quod mouetur, & tamẽ dicitur actus, cur nõ etiam ortus, cum sit affectio eius, quod fit, dicetur etiã ipsa actus, & ob id motus? Vel neq; diceretur affectio, quę omnino est ortus, quia affectio est aliqua dispositio eius, quod est per se. Proinde dicit in sequentibus de qualitate scribens: Dico autem non illã, quę est in substãtia. Etenim differentia est qualitas, secundum quàm dicitur aliquid pati, vel impatibile. Vt enim quod non est, moueri nequit, sic etiam pati. Si autem aliquis etiam cogeret ortum esse affectionem quandam, alia esset ipsius affectionis significatio, quæ quidem non in idem veniret cum motu. Item hinc quoque videre licet differentiã motus ab ortu & interitu, quod enim mouetur, cum sit aliquid, sic dicimus moueri, Homo.n.ambulat & albus fit manens homo. Sed quod fit vt quod ipsum totum per se mutationem habeat, non permanet. Signum autem huius manifestum est, Moueri enim illud dicimus, quod paulopost erit motum, & motum quod mouebatur ante, tãquam idem permaneat ſm ambo. Sed in ipso ortu aliter se habet hoc. Non.n. quod fit hoc est iam factum. Nã quod fit aqua est aer, non tamen iam factus aer erat aqua, neque omnino est. Quod .n. sæpe dixit secundum ipsum totum & non secundũ aliquid mutatur, ideo in ortu nõ est subiectum. Sed diceret aliquis, cur in ipsa mutatione ab aere in aquam non mutando aer qualitatem, calorem scilicet in frigidum, manẽte humiditate fiebat aqua, & corpore sine qualitate permanente, & aliis forsitan multis? Vel si abiiciens calidam qualitatem & assumens frigidam aer, mansit tamẽ aer ipse, qui interdum humidus, interdum calidus fit, vt in æstate & hieme patitur, vbi neque erat mutatio in substantia, neq; ortus, sed alteratio. Quod abiecta caliditas erat substantialis, non amplius permansit aer abiiciens, quare neq; permanet substantia, neque forma. Sed rursus imperfectũ & quod est potentia, & quod non est ex quo est ortus reuertitur. Sed neque humidum aeris permanere existimo in ipsa mutatione in aquam, nisi secundum cognationem, quia humidum est aliud formę aeris, & aliud formę aquę. Indicium autem est huius, quod in ortu non permaneat aliqua substãtia, sed in motu, quod ortus atq; interitus secundum contradictionem eius, quod est & eius, quod nõ est, fit. sed motus ex contrario in contrarium, quibus necesse est vt subiiciatur substantia permanens, quæ sit apta recipere seorsum contraria, vel intermedia, vel oppositam accidẽti priuationem, velut immusicum, ægrum, nudum: quæ, quia insunt substantijs simul permanentibus, & affirmatiue dicuntur & aliquo modo in speciem rediguntur: sed substantiæ priuatio reuera est quod non est. Sed aliter secũdum proprias positiones Arist. hinc aliquis existimo nosset differentiam ortus & motus. Nam omnem mutationẽ, inquit, omnino habere aliud post aliud. sed spectans quandam subitariam & ex tempore, & non in duratione consistentem, appellaret ortum, quia ex eo, quod nõ est in id, quod est. Etiam interitum quia ex eo quod est in id, quod non est. Sed motus aliter est, quia omnis motus est in tempore & duratione: sed forma, inquit, aduenit atque recedit subito. Et si videatur aliquod tempus in ortu consumi, id tamen non est mensura ortus, sed motus earũ formarum & alteratorum, quæ sunt in ortu, quorum multiplici versione, & alteratione subito aduenit forma. Ideo motus est dum fit, & est ortus ipsius motus terminus, quia quod semper est durationis secundum motum est, sed ortus non est ortus, vt ipse demonstrat, neq; motus est motus. Atqui, si etiam ortus haberet durationem, vt motus, & semper aliud, atque aliud eius ad id quod est accederet, esset dum fieret, & esset ortus ortus. Sed, si commune nomen mutationis exponendo. Nam, inquit, post aliud aliquid fit, & ipsum prius indicat & posterius, quomodo nõ videbitur omnis mutatio prius & posterius habere, atque temporis durationem. Quare & ortus, vel est in priore tẽpore id, ex quo ortus fit, quasi sperma, & est in posteriore tempore id, in quod velut homo, & est etiam tempus intermedium, sed non formæ hoc tempus est, quia nondum est: si quidem subito aduenit, sed eorum, quæ sunt ante formam, & quæ pro dispositione formæ suscipiendæ & conseruandæ ponuntur, quibus forma viget. Et horum vnũquodq; si velut quod fit consideraueris, velut carnẽ, ossa, neruũ, & horum ortum simul subitariumq; dices, si vero non velut aliquam aliam formam accipiendo, sed velut secundum patibiles qualitates calefactum, alteratio erit hoc, & non ortus.

Generationis, corruptionis à motu differentia.

Generatio fit subito & ex tempore.

Forma aduenit & recedit subito. Motus est dum fit.

Ortus nõ habeat temporis durationem.

Si igitur prędicamenta diuisa sunt substantia, & qualitate, & ubi, & quando, & ad aliquid, & quantitate, & ipso agere, & pati.

Cum diuiserit mutationem in ortum, atque interitum, & in motum: & ostenderit mutationem secundum substantiam esse ortum, atque interitum: & eam, quæ est secundum accidẽtia, motum esse: & diuiserit adhuc ortum atque interitum in eum, qui est simpliciter, & in eum, qui est aliquis: vult deinde etiam motum diuidere, faciens diuisionem eius secundum prædicamenta. Nam in quot prædicamentis demonstratum erit motum esse, totidẽ etiam erunt motus species. Sed, quia motus erat mutatio quædã ex subiecto in subiectum, & ex contrario in contrarium: exponendo septem prædicamenta, in qbus videbatur esse motus, substantiam, qualitatem, vbi, ad aliquid, quantum, facere, & pati: & ostenderit in quatuor horũ non esse motum: reliquit ipsum in tribus collocandum esse, videlicet in quali, quanto, & vbi, ideo & tres sunt omnes motus secundum genus. Sed in enumeratione prædicamentorum prætermisit ipsum, Quando, Poni, & Habere, tanquam in his manifestum sit, quòd non sint motus, vt inquit Alex. quia non est in ipsis contrarietas. Neq; enim in ipso poni, neque in ipso habere, neque in tempore est. Sed motus ex contrario in contrarium est. Sed Poni & Habere vidẽtur potius assimilari quieti, quàm motui: Sed, quoniam in tẽpore videtur esse quædam contrarietas præteriti ad futurum, & recentioris ad antiquius: ideo Alex. dat operã diligenter quo pluribus ostendat motum nõ esse in tempore. Omnis.n. motus, inquit, cum tempore est, & in tempore: non tamẽ in tempus aliquid mouetur. Vt.n. in motum nihil mouetur, sic neq; in tempus. Motus.n. est aliqđ tempus. Si enim aliquid in tempus mouetur, vel non habens tempus, vt habeat moueretur, vel habens ad aliud ex alio. Sed, si quia non habet tempus mouetur ad tempus, profecto antequam esset in tẽpus esset in tempore. Si.n. vt obtineat tempus, mouetur: & omnem motum sequitur tempus: erit ergo iam in tempore, quatenus etiam in motu. Itẽ ortus, sed non motus, ex non subiecto in subiectũ est, sed neq; ex alio, inquit, tempore in aliud tempus mouebitur. Erit ergo aliquod tempus intermediũ inter illud, ex quo, & illud, ad quod: & hoc sequitur motũ: quare quod nondum est in alio tempore, siquidem ad illud moueatur, erit in alio, quod est ipsius motus. Item motus est ex cõtrario in contrarium: Sed tempus non est tempori contrarium. Et communiter, si omnis mutatio vel ex contrario, vel ex contradictione est, ea etiam, quę mouentur ad tempus, sic mouebuntur.

Cõm. 20.

Nam motus fit in tẽpore.

mouebuntur. Sed non potest moueri sm contradictioné, quia demonstrauimus, quòd ex non tempore in tempus aliquid non potest moueri. Nam esset in tempore antequã esset in tempore, sed neque tanquam ex contrarijs, quia in tempore non est contrarietas. Præterea, inquit, quod in tẽpus mouetur, in mensuram motus mouetur. Sed vbi est mensura, etiam est id, quod mensuratur. Quare simul & in motum mouetur. Sed ostendet Aristoteles, quòd motus non est ad motum, quia neq; motus est motus. Item, inquit, motus est ex subiecto in subiectum: sed tẽpus est dum fit, & non subiectum. Vel si subiectum esset, inquit, velut affirmatione significatum, esset etiam tẽpus, & non fieret. Sed quidam etiam hoc adducunt, vt ostendant motum non esse secundum tempus, quia secundũ quot potest moueri, secundum tot etiam quiescere. Etenim secũdum qualitatem & quantitatem & locum, & moueri etiam, & quiescere potest. Si ergo secundum tempus non est possibile vt quiescatur, quia semper adueniẽs tempus alterum est, neque moueri potest secundum tẽpus. Item euariatur tempus nihilominus etiam quiescens, velut ipse superioribus demonstrauit. Quòd vero in tempore non sit contrarietas, sic existimo, aliquis demonstrauit. Cõtraria apta sunt inter se vicissim mutari, & non alterum solum in alternum. Sed in tempore, vel in his, quæ sunt in tempore, quæ videntur contraria, præteritum & futurum, & iunius & senius, quorum præteritum in futurum mutatur, & futurum in præteritum nunquam, & iunius in id, quod est antiquius: antiquius vero nõ in id, qđ est recentius. Quare hæc non sunt contraria. Quod si non sint, neque aliam est inuenire contrarietatem secũdum tempus. Proinde in his sciendum est, quod & si non proprie contrarietas est in tẽpore, tamen quædam oppositio est & mutatio ex præterito in futurũ, & ex subiecto in subiectum sm oppositioné. Eodem quoq; modo & mutatio ex iuniore in senius. Substantia .n. est permanens, vel animalis, vel plãtæ, vel totius corporis, vel in corporei, quę secundum tempus mutatur, vt sm qualitatem, quantitatem, & locum. Vnde patet, quòd id, quod mouetur sm tempus, non ex non tempore ad tempus, scilicet non quia nunc habet tempus, & prius non habebat, sed ex alio in aliud, sic tamen velut in qualitate & quantitate. Vt enim quod mouetur ex nigro in album per colorem mouetur, licet nõ definitum, & ex magnitudine puerili in virilẽ per magnitudinẽ procedit, sed indefinite, & nihil absurdũ, quod nõdum est in colore ad quod mouetur, esse tamen in alio colore, & quod nondũ est in magnitudine, ad quam mouetur, esse tamen in alia magnitudine, & quod nõdum est in loco, ad quem fertur in alio loco esse, eo scilicet, per quem fertur: sic etiam ex tẽpore aliquo in aliud motum, cum nondũ sit in illo, ad qđ mouetur, erit tamen in alio tẽpore motus. Et nihil existimo esse hoc absurdum quod adduxit Alexand. Itẽ dicendum est ad id, quò dicebatur, nõ quiescere in tempore esse, quia vt vnumquodq; dicitur esse in tempore secũdum quandam comprehensionem temporis considerati, velut horæ, & mensis, & anni, sic etiam quiescere secundũ tempus & moueri in alio, atque alio potest. Cæterum positio etiam contrarietatem habere videtur, iccirco quod ab illa deriuatur denominatiuum, situm, seu positum esse. Stare .n. ipsi sedere aduersaẽ, & supino ipsum erectum. Item in ipso habere videtur ipse posuisse contrarietatem. Etenim priuatio, inquit, ponatur contrarium, & significetur affirmatione nudum. Sed nudum priuatio est ipsius indui, & habere pallium. Nisi ergo hæc tria prædicamenta, Quando, Poni, & Habere, hic prætermiserit ob eãdem causam, ob quam in prædicamentis doctrinam ipsorũ prætermisit sola descriptione contentus ipsius significationis. Sed causa est, quia non sunt propriæ prædicamenta velut alia. Substantia enim subiectũ essentiã producit & esse, atque existere. Ideo mutatio secũdum ipsam est interitus, & ortus: sed aliorum alia aliquo modo afficiũt subiectam substantiã, & alia sunt habitudines quędã & debiles. Etenim tempus est imbecille aliquo modo videtur contemplari Aristot. quod minime ortus causam dicere videtur, sed solum interitus, & neq; eius proprie, sed quando, inquit, non videmus aliam causam, tamẽ ad hoc multam vim loci videt, siquidẽ vt ipse inquit, ortus ignis est latio sursum, ideo & suapte natura appetunt corpora naturalia propria loca. Sed ponere & habere nullam dignam sermonẽ affectionem ingerere corporibus videntur. Hæc igitur, quia parũ momentũ habent, nunc forte & tunc Arist. prætermisit. Veruntamen quia quod aliquid complectitur omnẽ habitudinem merito de illo nunc faciendam esse mẽtionem censuit. Sed hoc quidem non est dignum magna quæstione, qua de causa Aristoteles hæc tria prætermisit enumerando prædicamenta. Sed illud est maxime dignũ inquisitione in quibus prædicamẽtis sit motus, & ante hæc quærendum est, si Arist. negat in alijs prædicamentis esse motum præterquam in tribus, vel etiam mutationẽ. Sequentes igitur Aristot. dicta hæc quærenda esse duximus.

Num sit cõtrarietas in tẽpore.

Nũ sit quies in tempore.

Cur Arist. dimiserit tria prædicamẽta in prædicamẽtorum enumeratione.

CAP. III.

Necesse est tres esse motus, eum, qui est quantitatis, & eum, qui est qualitatis: & eum, qui est secundum locum. Secundum substantiam autem non est motus, propterea quòd nullum est entium substantiæ contrarium. Tex. 10.

Cum exposuisset ea prædicamenta, quæ essent digna mentione, dicit motũ collocandũ esse in tribus prædicamentis, in qualitate, quantitate, & vbi. Et primum ostẽdit in alijs prædicamentis non esse motum, neq; in substãtia, neque in ipso. Ad aliquid, neque in ipsis Agere & Pati, & deinde, quod in ipsis tribus dictis motus sit. Et quod in substantia non sit motus ostẽdit ex eo, quod motus est ex cõtrario in contrarium: sed nihil est substantiæ contrariũ. Si .n. esset contrarium ei, mutatio in substantiam ex cõtrario fieret. In quibus .n. sunt contraria mutationes in eisdẽ collocantur. Igitur in substantiã mutatio non fit ex cõtraria substantia, sed ex priuatione fit, & mutatio rursus ex substantia in substantiam non fit, sed in priuationem & interitum. Non enim est homini aliquid contrariũ, vt albo. Si ergo motus est inter contraria, & substantia non est inter contraria: igitur in substantia non est motus. Nõ enim ex subiecto in subiectum: neq; ex eo quod est aliquid actu & permanente fit mutatio in substantiam, sed secundũ contradictionem. Nã ex non hoc fit hoc, & substantia, vt demõstrauit Primo huius tractationis libro, cum diceret ex priuatione fieri substantiam. Et communius ibi dicit priuationem contrariã esse formæ. Si ergo priuatio est quædam absentia, & quod non est, & qđ non est, non est substantia, neq; affirmatione significatur, patet, quòd non ex contraria substantia fit substantia. Quòd siquis semen genitale, ex quo homo fit, videndo esse substantiam, contenderit mutationem ex substantia in substãtiam fieri, & ob id existimet motum esse in substantia ponendum, non intelligit quòd homo fit ex spermate non quatenus sperma est substantia, sed quatenus est potentia homo. Quod est idem dictu, ex priuatione hominis, & ex eo, quòd nõ est. Si ergo dicit motum esse talem mutationem quid erit id, quod

Cõm. 11. Motus in quibus nã ponatur prædicamentis.

Nũ fiat ex substantia in substantiã mutatio.

quod mouetur in ipso, quod actu fit & permaneat neq; n. homo, quia nondum fit, quia fit, neq; sperma: quia non fertuatur, sed est materia, quæ est subiectum spermatis potentia existens, sed non actu. Quod autẽ non est actu ens non potest moueri. Si vero motus est ex contrario in contrarium, & sperma non est contrarium ei, quod fit, igitur mutatio ex spermate non erit motus. Sed quæret aliquis, quo substantiæ inter se non sint contrariæ, vt ignis & aqua, vt sit substantia substantiæ contraria. Si autem hoc, quo mõ mutatio ignis & aquæ, inter se, cum sit ex contrario in cõtrariũ, non est motus, quare & substantia habet motũ. Vel dicendum, quòd in aqua & in igne sunt contrariæ qualitates, frigidum calido, & humidum sicco, in quibus nõ est solum ignis natura, sed etiam in leuitate & claritate, qbus videretur magis terra esse contraria. Sed ignis forma in omnibus qualitatibus est, & in substantia, quæ subiicitur qualitatibus. Quare igni simpliciter nihil est contrarium & si qualitates ignis & aquę inter se sint cõtrariæ. Et si aliquis concederet ignem & aquam esse cõtraria, mutatio tñ ipsorum inter se non erit motus. Quid est enim id, quod mouetur, quando aqua in ignẽ mutatur. Neq; enim aqua est, quia interit, neq; ignis, quia nõdum est, quod vero est post motum post ipsum motum, hoc etiam erat & id qđ mouetur. Sed sciẽdum est, quòd ex his dictis motum negat in alijs prædicamentis, sed non mutationem. Nam in substantia mutatio est ortus & interitus.

Nõ substantiæ sunt inter se contraria.

At neque ei, quod refertur ad aliquid. Cõtingit enim, altero mutationem patiente, vere dici alterum nihil mutationis subire. Quare secundum accidens motus horum est.

Cõm. 12.

In his, quæ sunt ad aliquid nõ est ꝑ se motus.

Deinceps ostendit neq; motũ esse in ipso prędicamẽto ad aliquid per se. Non. n. ſm propriam mutationem quæ sunt ad aliquid semper transmouentur, sed ipsis si nihil ipsa moueantur, alias alio modo se habebiť dũ alia mouentur. Quare nõ ſm proprium motum fit illa mutatio quæ est in eo, qđ refertur ad aliquid. Quæ vero mouentur oportet illa mutari per se, vt quæ augentur, & feruntur. Sed prius dextrum fit sinistrũ altero moto, & ipsum nihil mutatur. Item maius & minus, duplum, dimidum, & vt eadẽ oratio aliquando vera & aliquando falsa re mutata. Si ergo mutatur aliquid ſm aliquid non motum, non est mutatio ad aliquid motus, nisi ſm accidẽs. Illud. n. per se mutatur, non hoc, cui accidit dextrũ esse: & sic hoc fit ex dextro sinistrum. Et hæc per se mota & per proprium motũ mutant aliquam habitudinem ad aliquid, vel ſm locum mota hoc faciunt, vt ex dextro cum factus sit sinister, vel ſm qualitatem, vt ex dissimili simile: vel ſm quãtitatem, vt æquale ex inæquali factum. Quare habitudinis variatio fit ſm motum illorum. Hæc Alexand. pulchre de his, quæ sunt ad aliquid aperiens ea, quæ dicit Arist. scripsit. Sed aliquis forte instaret. Primum, si motum negat esse in eo, quod ad aliquid est prędicamentũ, negat etiã mutationem, vt videtur dicere. {Contingit. n. altero mutationem patiente vere dici alterum nihil mutationis subire.} Nisi quis dicat, quòd nomine mutationis pro motu nunc usus sit. Indicat autem deinceps mutationem in motum transferendo, quare per accidens est motus ipsorum. Nam alio per se moto, vel ſm locũ, vel ſm qualitatem, vel secũdum quantitatem, videtur ipsum aliquid mutari. Sed mutatio ſm hæc, est motus. Secundo, cur prædicamentum ad aliquid nullum subiectũ propriũ habens, sed solũ habitudo est existẽs in substãtia, in qualitate, quantitate & alijs prædicamentis, & in vtrisque asseuerat habitudinem eorum, quæ mutuo sese respiciunt altero moto, fieri omnino vt alterum moueatur non per accidens, sed per se, propterea quòd manet habitudo in ambobus, hæc mouetur, vt vno termino virgæ moto & alterum moueat, sic etiam prius dextro moto ſm locum mouetur & habitudo, & mutatur vtrunq; ſm habitudinem aliud prius dextrum in sinistrum & sinistrum in dextrum. Et si enim immobile permaneat ſm locum id, quod primo est sinistrum, ñ habitudo, ſm quàm erat sinistrum, mota est, & positionẽ mutauit: Sed instare oportet non de habente habitudinẽ, sed de ipsa habitudine, nũ per se, siue per accidens ipsam moueri dicendum sit. Nam quod habitudine per se mota, & ea, quæ habent habitudinem, habeant etiam motum per se ſm illam habitudinem, perspicuum est. Et habet aliquã differentiam, quod interdum altero moto, interdum alterorum, mutari dicitur eiusdem habitudo, sed primo & amborum quæ mouentur habitudo mutatur, velut habitudo æqualitatis in eam dupli & dimidij mutatur, quando à tribus & tribus demeretur vnũ vni ternario, & alteri adderetur. Et in his & in quibus altero mutato mutatur habitudo, & in quibus amborum & hæc mota sit siue in ambobus, siue in vno, quomodo non per se ambo mouentur, cum sint mota ſm vnam habitudinem. Et si prius existens omnino habitudo fieret posterius ſm substantiã existentis mutationis, velut quãdo puer existens fieret postea pater, & alter filius simpliciter esset ortus habitudinis. Iiẽ alio corrupto, vel ambobus simpliciter corruptio esset habitudinis. Sed, si ſm aliquod aliud prædicamentũ fieret habitudo non prius existens, quidam ortus est, & rursus quidam interitus. Si vero subiecta mutantur ſm habitudinem, dum aliam ab alia accipiũt, vt quę à dextro in sinistrum, vel ab ipso dissimili in simile, vel ab inęquali in ipsum æquale mutantur & ab ipso contrario in contrarium manente subiecto, talis motus videtur esse ſm habitudinem & ad aliquid. Et omnino, si est contrarietas in ipso prædicamento ad aliquid, velut in prædicamentis audiuimus eum dicentem. Inest autem & contrarietas & in his, quę sunt ad aliquid, vt virtus & vitium sunt contraria, & scientia & ignorantia. Et est etiam quędã substantia, quæ subiicitur ipsis ad aliquid, & permanens in mutatione ex contrario in contrarium, vt in his exemplis anima est, cur non motum dicimus talem mutationem. Etenim ex subiecto in subiectum est id qđ ex dextro in sinistrum mutatur. Nam ex corpore in corpus, & ex scientia in ignorantiam mutatur. Ex anima enim in animam, & subiecta sunt contraria. Anima quædã sciens aduersatur ignoranti. Hęc igitur forte quis contra rationem obijceret. Nisi forte hanc ea, quæ sunt ad aliquid & moueantur, sed non per se, sed per accidens, quod quidem & ipse concessit dicens. Quare per accidens est motus ipsorum. Si. n. non sunt prorsus per se ea, quę sunt ad aliquid, sed alijs aduenitunt considerata in habitudine eorum, quę mutuo sese respiciunt, igitur fiunt ſm accidens & itidem mouentur. Qui. n. habitudinem per se moueri, aut fieri dicit, is videtur dicere perinde ac diceret ipsum ꝑ se esse per accidẽs. Cum ergo Arist. dimiserit motum per accidẽs, & mutationem, quia sunt indeterminata, quando dixit. {Mutatio »
ſm accidens dimittatur, in omnibus enim est & semper »
& omniũ, }& illa, quæ est per se, quæsita, merito dixit ipsam »
non esse in his, quæ sunt ad aliquid & si fieret & interiret habitudo ſm ea, quæ sunt ad aliquid. Sed vt ipse in septimo libro determinauit fiunt & intereunt tales habitudines quorundam alteratorum, in quibus primis sunt. Sed hoc est per accidens.

Nõ habitudo, vel relatio dicẽda sit moueri per se, sed per se accidẽs.

At neq; etiam agentis et patientis: neq; omnis mouentis, & eius, qui mouetur, quia non est ipsius motionis motus: nec generationis

generationis generatio, neque omnino mutatio mutationis.
Tex. 11. *Primum enim dupliciter cōtingit motionis esse motum: aut vt subiecti, vt homo mouetur, quia ex albo in nigrum mutatur. An ne sic & ipse motus aut calefit, aut frigefit, aut locum mutet: aut augetur: aut corrumpitur, hoc autem impos-*
Tex. 12. *sibile est, non.n. subiectorum aliquid est mutatio. Aut ex eo, quia aliquod aliud subiectum ex mutatione mutatur in alteram formam, vt homo ex ægritudine in sanitatē. Sed neq; hoc possibile est, nisi secundum accidens. Ipse enim motus ex alia forma in aliam mutatio est, & generatio etiam, atq; corruptio similiter, verum hæ quidem in opposita sic, motus autem non similiter. Simul igitur mutatur ex sanitate in ægritudinem, & ex hac ipsa mutatione in aliam. Manifestū autem, quòd cum æger fuerit, mutatus erit in quamlibet, non contingit enim quiescere. Et amplius, non ad quamuis semper, & illa, ex quodam in quodam alterum erit. Quare & opposita erit sanatio, sed ex eo, quod accidat, vt si ex reminiscētia in obliuionē mutetur, quoniam cui inest illud mutatur, aliquando quidem inscitiam, aliquādo vero in sanitatē.*

Com. 13. *In prædicamento agere & pati nō est motus.* Deinceps ostendit, quòd motus non est f'm agere & pati, vbi transfert agere & pati in agens & patiens. Si enim est motus f'm agere & pati, sic est velut agentis & patientis quod mutatur f'm agere & pati, vt etiam f'm qualitatē est, quod corpus, f'm qualitatē in ipso existente mutatur. Erit quoq; mutatio agentis f'm agens, quando quod agit ex ipso agere in aliud quicquam mutaretur, & patiētis, qñ id, quod patitur, ex ipso pati mutaret in aliud pati ex alio. Adiecit autem, inquit Alex. {Neq; omnis mouētis & eius, quod mouetur,} demonstrans propositum vniuersalius. Est enim facere sub ipso mouere, & pati sub ipso moueri.
Facere & pati non sunt generaliora quā moueri & mouere. Sed si hoc verum est, quod facere & pati sint sub ipso mouere & moueri: & mouere & moueri sub ipso mutare & mutari: omnino quærendum est, cur prædicamentis facere & pati ordinauit in prædicamentis velut vniuersaliora, sed non moueri & mouere, vel magis mutari & mutare. Nū ergo vniuersaliora his sunt agere & pati. Etenim quiescere & in eodem permanere est aliquid facere, nō tamen mouere, neq; mutare. Quòd si hoc verū est, facere & pati nū velut vniuersaliora reduxit sub ipso mouere & moueri, sed transtulit hæc quo ad hypothesim. Qui enim dicit motum esse in agente & patiente, sic dicit, vt sit mouentis & eius, quod mouetur. Si ergo aliquis hoc concederet ex abundantia ostendit, quòd neq; cuiusuis moti & mouentis est motus, idest quia non mouetur motus, neq; ille, f'm quem mouens mouet, neq; ille, f'm quem quod mouetur dicit moueri, cum etiam mouens f'm motum moueat, & quod mouetur f'm motum moueatur. Vnde patet, quòd in patiente, & eo, quod mouetur, est motus, vt ipse demonstrauit. Non dicit igitur, q; patiens aliquid non moueatur in quo est motus, sed quia non sic hæc habent motum, vt motus in illis moueatur. Quod etiam manifestum his fe-
» cit, {non est motio motus.} Si enim non est motio motus, neq; mouentis est motus, neq; eius, quod mouetur, motus fuerit. Item neq; agens & patiens, siquidem ij non mouentur. Dixit autem, de patiente & agente, non autem de substantijs. Nam ipsæ mouentur, sed pro agere & pati, quę erant prædicamenta & pro actione & ipsa patibilitate accepit agens & patiens, quia agens f'm actionem agit, & patiens secundum patibilitatem patitur. Quòd vero hoc nō solum in motu verum sit, sed etiam in ortu, qui opponitur motui, & in mutatione, quæ continet ambo, indicauit dicendo. {Nec generationis generatio, neq; omnino mutatio mutationis.} Cum ergo ostendisset eum, qui asserit motum esse in ipso agere & pati, dicere motionē esse motus, siquidē agens f'm actionem moueat, & patiens f'm actū patiendi, & actio, & patiendi actus sint quidam motus, reliquū ostendit duobus argumentis, q; non est motus motus. Quare neq; in ipso agere & pati motus erit. Sed duorum argumētorum aliud primum est ex diuisione necessaria sumptum, quod tale est: Si est motionis motus, vel motus est aliquod subiectū, tanquam sit id, quod moueatur f'm aliquam speciem motus, vt dicimus motū hominis mutati vel f'm quale, vel f'm quātum, vel f'm locum, Si autem hoc, erit motus id, quod calefit, vel augetur, vel quadam alia mutatione mutatur, vt sit motus motus. Sed subiectum nō est motus: neq; enim dicitur calefieri, neq; frigefieri: substantiæ enim hæc propria sunt, sed motus nō est substantia, cum in subiecto inhæreat, atque in eo, quod mouetur, velut in subiecto & substantia: Si ergo sic nō est motionis motus, relinquitur q; si omnino sit, ita sit, vt quid sit motus in subiecto, subiectum de vno motu transmutetur ad alterum motum, vt dicimus quod ex dealbatione mutatur in hoc, scilicet nigrum fieri, quia subiectum aliquod ipsius, velut homo, ex altero ipsorum in alterū mutatur. Sed, inquit, neq; sic potest dici motus esse motus, velut alicuius alterius subiecti ex motu quodam altero mutato, ex vna videlicet specie in aliam, nisi quis asserat per accidens. Sed quō per accidens ex motu possit in motum mutare ipse dicet. Quando.n. aliquis mutatur ex obliuione in memoriam, tum videretur ex motu in motum esse mutatio. Nam, quando quis ab obliuione in memoriam mutatur, apparet quidem esse à motu mutatio in motum; sunt etenim quidam motus, memoria, atq; obliuio, vt per accidens motus motus esse videtur, propterea q; cui accidit obliuisci, hoc in memoriam redit. Similiter quoq; ex ipso ægrotare in ipsum rectè valere mutatur, ex morbo.n. in sanitatem sic dixit, velut ex motu in motum. Sed illud {in alteram speciem} pulchre additur, & causam ipse subiunxit dicendo. {Hic.n. motus, ex alia specie in aliam est mutatio,} & non solum motus, sed etiam ortus, atque interitus eodem modo se habet. Nam ex alia specie in aliā, & in his est mutatio. Omnis enim mutatio ex opposito in oppositum sit, nisi quia ortus & interitus sic sunt in opposita, vt f'm contradictionem esse videantur, sed motus est in opposita velut in cōtraria. Hoc enim apud ipsum significat illud, {Verum hæ} idest ortus & interitus {in opposita sic} idest f'm contradictionē. Et alia sic, idest f'm cōtradictionem. Et alia sic, idest motus in contraria. Demōstrauit autē exemplo, quod omnis mutatio ex alia in aliā speciem sit, cum dicit. {Vt homo ex ægritudine in sanitatem.} Vt enim in hoc motu differunt id, à quo, & id, ad quod, sic etiam, si aliquid ex motu in motum moueretur, motus à quo differret à motu ad quem. Nam ex tardiori motu in celeriorem fit mutatio, & forte ipsa etiam ex opposita specie in oppositam. Et forte non ex motu in motū est. Nam vnus est ad idem, fit autem extēsio ex intermedio, & velut ex statione & quiete. Motus.n. tardus miscetur cum quiete, & ita se habet ad motū celerem, vt fuscus color ad album. Itaq; per accidēs potest esse motus ipsius motus, quando videlicet subiectum ex altero in alterum mutaretur, sed per se non potest. Et consequens absurdū induxit dicendo. {Simul igitur mutat ex sanitate in ægritudinem, & ex ea mutatione in aliam.} Si.n. ex sanitate in morbum mutatio, quando fit motus, diceretur moueri, quod mouetur ex sanitate in morbum simul eodem motu moueretur, & ex hoc in alium, velut in dealbationem: siquidem motus mouetur, igitur simul in morbum erit mutatum, & in illud, qđ est finis mutationis, in quam mutatus

Motionis nō est motus.

Quomō à motu in motum fiat per accidens mutatio.

Quomō mutatio ex una in aliā speciem fit.

tatus est ex mutatione sanitatis in morbū, vt album. Quā igitur in morbo erit, patet q simul erit mutatum in morbum & in quoddam aliud, in quod erat motus, in quem prior motus est mutatus. Sed, qm non erat definitum in quemnam, & ob id, qñ ægrotarit, inquit, erit mutatus in quemcunq;}. Contingit.n.& id, quod mutatū est, mutari, & quiescens quiescere à mutatione, quando tñ ex motu in motum moueri diceretur, necesse est in qualencunq; motum mutatum esse & mmme in quietem, igitur quod ex motu in motum mutatur, patet quòd mouetur adhuc illo motu, ex quo dicitur mutari, & alio motu, ad quem dicitur ex hoc moueri. Vt.n.qđ mutatur ex albo in nigrum, quia cū sit in albo, ex ipso mutatur, habet aliquid ipsius, donec perfecte fuerit ex eo mutatus, sic etiam, si ex motu aliquid in motum mutatur, cū sit adhuc in motu, ex quo dicitur mutari vt id, etiam qđ mouetur ſ'm ipsum, simul & ſ'm illum mouebitur, ad quem mutatur. Et adhuc qñ fuerit ad aliud mutatum, quod quidē dixit, quando ęgrotauerit, tum etiam in quodcunque aliud erit mutatum. Quare primum absurdum est, q simul in plura & differentia moueretur. Deinde illud, q simul esset in pluribus. Tertium, q si motus mutatio est ex cōtrario in contrariū & aliquid mutatur ex motu in motum, patet quod ex mutatione contrarij in contrarium mutaretur in mutationē, quæ etiam esset ex contrario in contrariū. Nam ij sunt cōtrarij motus. Vt.n. quod ex colore in colorē mutatur, non ex quouis in quemuis, sed ex contrario in contrariū mutatur: sic etiam ex motu in motum quod mutatur & mouetur, non in quemuis mutatur, sed in contrariū. Hic autē et si ex contrario in contrariū, & in motu, hoc etiam magis sit, si quidē natura motus est, vt si mutatio ex contrario in cōtrarium: quare accidet etiam dictis prius absurdius. Non.n.solum in plura simul, & differentia mouebitur, sed etiam in contraria, & non solum in pluribus simul & differentibus erit, sed etiam in contrarijs. Quatenus.n. motus est, q est in eo q fiat sanus ex morbo in sanitatem mutat: & quatenus ex hoc motu mutatur in alium contrariū eidem. Nō.n.in quemuis: simul in sanitatem mutabitur dū sanatur ſ'm eandem hanc mutationem, & in contrarium sanitati morbum mutaretur, si mouet per se motus. Sed, qm quod mouetur in aliquid, si fieret in illo, ad quod mouetur, quando quiesceret à motu, simul esset in his, ad quæ simul mouebatur ſ'm ambos motus: erant autē hæc morbus & sanitas: igitur simul erit in morbo & in sanitate & omnino in contrarijs, quod ex motu in motum mouetur. Et ipse Arist. hoc ad plura, scilicet differentia, idem mouerī, atq; in pluribus esse oportere, his significauit. {Simul igitur mutatur ex sanitate in ægritudinem, & ex hac mutatione in aliam.} Patet autem, q, quando ægrotarit id, qđ mutatum est, erit in quācunque. Illud item, simul moueri ad contraria, & in contrarijs simul esse, significauit per hoc & amplius non ad quamuis semper, & illa ex quodā in quoddam alterum erit: quare & opposita erit sanatio. Cur ergo non mutatur aliqd ex memorari in ipsum obliuioni mandare, & ex ægrotare in sanitatem, vel in ipsum sanari? Si ergo ij sunt motus, & etiam contrarij, quomodo non erit mutationis mutatio, & motus motus? Hác dissoluit instantiam, inquit enim, quod non erit per se ex motu in motum ipsa mutatio, sed per accidēs. Quia cui accidit recordari, hic obliuiscitur rursus. Si.n.qui meminit dum meminit obliuisceretur, esset sic ex motu in motū mutatio. Opus.n.esset, vt aliquid manens in memoriam moueretur in obliuionem. Quod.n. mouetur adhuc manet qđ est. Non.n.sic se habet vt id, quod fit. Sed qm omno oporteret id, quod motū est, stare in eo, ad quod mouetur, si debet iterum cōtrario motu moueri: etiam qui meminit qñ recordaretur staret, siquidem debeat obliuisci. Illud ergo quod ambobus successione & seorsum mouetur, dicere consueuimus quod mouetur ex hoc in hoc. Sed quomodo ſ'm accidens ipsum recordari mutetur in obliuionem significauit dicendo. {Quoniam cui inest illud mutatur,} idest homo, vel anima ſ'm hæc mutat. Si ergo necesse est motum vel esse subiectum, vel in subiecto esse, sed neque vt subiectum neq; in subiecto existens potest moueri, ſ'm nullū motum erit ipsius motus motus. Sed in id animaduertendum esse existimo, q non omnem mutationē negat motui, sed solum motum. Simul.n.mutari ex sanitate in morbum, & ex hac ipsa mutatione in aliam, quod quidem velut absurdum intulit, sequitur hoc absurdū, si motus moueretur, quod.n. mouetur permanet: si ergo ægrotare moueretur, manens qđ est, mutaretur in contrarium, scilicet in ipsum sanari: quare idem ægrotaret & sanaret. Hoc autem absurdum non accidit ortui. Non.n.manet aliquid quod vere fit, vt quod vere mouetur. Nō.n.ex eo quod est, in id, quod est, sed ex eo, quod non est, in id, quod est, & ex non subiecto in subiectum. Sed, cum ex eo, quod non est, in id, quod est, ortus sit, si mutationis huius mutationem aliquis diceret, quoniam & id, qđ mutatur ex opposito in oppositū mutatur simul ex eo quod non est ad id, quod est & ex eo quod est, in id, qđ est, mutaretur, quare quatenus sit corrūperetur, atque interiret.

Amplius autem in infinitum progredietur, si erit mutationis mutatio, & generationis generatio. Necesse igitur est esse priorem, si posterior erit, vt si simplex generatio fiebat aliquando & quod fit fiebat. Quare nondum erat quod fiebat simpliciter, sed aliquid quod fiebat & quod fiebat iam, & rursum fiebat hoc aliquando, quare nondum erat tunc id quod fiebat. Quoniam autem infinitorum non est quicquam primum, non erit primum, quare, neque contiguum, neq; fieri igitur, neque moueri possibile est, neque mutari quicquam. Tex. 14.

Cum ostendit motus non esse motum, idest, q motus non mouetur, adhuc vniuersalius ostendit problema, q neque omnino mutationis est mutatio. Et vt demonstret hunc mutationem non pro motu accepisse, sed de propria mutatione nomen posuisset communis, sub qua & motus ac ortus & interitus continentur, subiunxit hoc. {Et generationis generatio.} Ostendit autem hoc idem per deductionem ad absurdum, hoc modo faciens syllogismum: Si est motus motus, vel ortus ortus, vel omnino mutationis mutatio, non est motus, nec ortus, nec omnino mutatio, q si hæc non fuerint, neq; fieri, neq; moueri, neque omnino mutari aliquid poterit. Si autem non hæc erunt, neq; ea, quæ mouentur, neq; ea, quæ mutantur erunt. Quæ hæc sint absurda & fieri nequeant, & ob id illa, quæ hæc sequuntur, siquidem sequuntur, idest motus esse motum, & ortus ortū, & mutationis mutationem, perspicuum est. Sed connexū per duos terminos ostendit. Si enim est ortus alter ortus, & mutationis altera mutatio, necesse est in infinitum procederet: si hoc autem sit, neq; primum erit, neq; vltimū, quare non erit ortus, neq; mutatio. Quòd vero in infinitū necesse sit procedere, si sit mutationis mutatio, demonstrat ex hoc, quia, si omnino est mutationis mutatio, non solū huius iam productæ erit, sed etiā illius, ex qua hęc in hanc sit, & rursus illius alia, & semper acceptæ mutationis necesse est accipere aliam quandā præexistentem mutationem. Si autem hoc in infinitum erit procedere accepta vna semper ante aliam. Quod si hoc conceditur, & illud deinceps sequetur. Nam, si prima nō fuerit mutatio,

Ex reminiscētia in obliuionem mutatio, & à sanitate in ægritudinē, ſ accidens fit.

Cōm. 14. Si sit mutationis mutatio, motus non est motus generatio, aut mutatio.

rit mutatio, neque alia erit, quæ post hanc, neq; illam, quæ eam deinceps, neq; quædam alia, donec peruenerit ad vltimam. Quare, si erit mutationis mutatio, non erit mutatio. Sed ipse affert rationem magis de ortu, cũ intermina-tam mutationem magis defigatur intellectus, quàm in cõmunem, absurdũ apertius deducit ad hoc, quod nihil fieret, quod sequitur illud vt nihil sit ortui subditũ, quod palam absurdũ est. Veruntamen etiam quoddam aliud absurdum patefacit ſm hãc demonstrationem, videlicet ꝙ non existẽs ortus iam esset. Sed cum varia hoc in loco adducatur scriptura Alexander apertiorem scripsit, quæ sic se habet. Quòd si simplex ortus fiebat olim, & quod fit fiebat, quare nondum erat iam. Et exponit Alexand. simplicem ortum illũ intellectum seorsum ab eo, quod fit, de quo quærimus an fiat. Si ergo aliquando ortus fieret, & quod fieri debet assidue fit, & nondum est. Non enim potest id quod fit non fieri, nõdum existens, ergo ortus iam esset. Non enim poterat fieri non existente ortu. Sed nouit hoc additum dictis Alexand. Sed quod fiebat iã fiebat, quod quidem dicto absurdo, videlicet nondũ ortum existentem iam esse, hoc absurdum æquiualens assignat, iam scilicet existentem ortũ adhuc quod fit, esse, idest nondũ esse. Et aliam scripturam talem addit, quare nondum erat quod fit simpliciter, sed aliquid quod iam fit.} Et erit dictum. Quod simplex ortus fiebat iam cum esset quidam ortus. Nam per quem simplex ortus fiebat idem erat ortus iam existens. Et in multis exemplaribus hæc scriptura fertur. Nisi forte sic ea exponenda sit. Si fieret ortus, nondum esset simpliciter ortus quod fit, sed aliquid iam factum esset, idest, sed etiam aliud quid cũ ortu passum erat ortum, quare totum est hoc quod fit, vt est hõ qui fit. Si ergo fieret ortus non erit simpliciter ortus, sed vnũ aliqd eorum, quę fiunt. Hæc igitur intermedia absurda cum indicasset, deinceps addit, quomodo in infinitũ procedet ortus, & quomodo tolletur, si ortus esset alter ortus. Si ortus fit per ortũ, & rursus ille per alium, & similiter omnis ortus per alterum: non enim est dicere, cur hæc fiat per quẽ fit ortus & non ipsa fiat: Si ergo hęc ita se habent, necesse est, vt in infinitum procedant assumẽdo alium ante alium ortum. Sed in ipsis infinitis, inquit, non est primũ. Quocunq; n. cuiusuis rei infinitæ accepto est aliquid prius accipere. Si autem non est primum, inquit, neq; consequens, igitur neq; post illud, quare neq; vltimũ hoc, à quo cœpit oratio. Sed Aspasius, si scriberetur, inquit. Quemadmodũ si simplex ortus fiebat aliquando, & quod fit fiebat, vt nondum sit quod fit simpliciter, sed iam factum sit, erit solum, inquit, per hæc verba demõstratum, ꝙ propofuit, ꝙ abibit in infinitũ ortus. Si. n. ortus fiebat, & quod simpliciter fit nondũ procedit ad substãtiam: si ergo quod fit idipsum fit, non dum erit quod fit simpliciter. Non enim peruenit ad substantiam, sed in illud, quod fit simpliciter. Rursus illud, ex quo fit si fiebat oportet esse id, quod fit, & hoc in infinitum. Et rationi, de motu, inquit, talis scriptura erit conueniẽtior. Sic. n. de motu infinitas solum demonstrabatur ſm eundem modum. Si est ipsius motionis alter motus. Hæc quidem sunt ipsius Arist. atq; interpretum Aristot. Sed, vt existimo, instandum est, quomodo in his, quę abeunt in infinitum, si non est primũ, neq; consequens est, vt dixit Arist. Et ob id, si in infinitum est ortus ante ortum, & mutatio ante mutationem, non erit ortus, neque mutatio. Nam hæc ratio destruere videtur processum in infinitum eorum, quæ fiunt & intereunt, cui maxime rationi videtur Aristoteles insistere. Etenim quòd sit ostendit, & causas eius inuenit in lib. de Ortu & Interitu, quas materialem, effectricem, & finalem asserit. Et hæc est dicens in secũdo illius tractationis, quod eo, qui relinquebatur modo, Deus vniuersum compleuit, qui fecit ortum indeficientem, quod indeficiens significat in infinitum. Et in Tertio huius tractationis destruens infinitum actu, magnitudine, numero, & in infinitum esse concedit, quòd quidem in his videtur destruere. Quòd si, vt ipse probat de aliquo indiuiduo probauit, vt de hoc homine, vel de hoc patre necesse est patrem esse, & illius patrem & hoc in infinitũ, quia infinitorum nõ est primũ: si autem non est primum, vt inquit, neq; consequens erit, neque hic pater, vel homo, neque omnino erit pater, vel homo secundum talem interrogationem, aut probationem, siquidem ante patrem necesse sit patrem esse, & ante omnem hominem hominem. Nam homo hominem generat, & Sol, vt ipse inquit. Si ergo sic etiam ortum præcedit ortus & ob id ortum destruxit, quia necesse est abire in infinitum: & in ipsis infinitis vt inquit, non est primum. quare neque consequens: qua ratione destruetur omnis processus in infinitũ, quanquam, vt dicebam, ipse alias infiniti significationes secundum actum, quocunque modo simul, siue numero, siue magnitudine destruens, inquit, solam significationẽ in infinitum reliquit, sic dicens. {Omnino est infinitum, quia semper aliud, atque aliud accipitur & quod accipitur semper est finitum, sed si alterum & alterum, vt dies & certamen, quorum esse fit non velut substantia, sed semper finitum est in ortu, atque in interitu: tamen semper est alterum, atq; alterum.} Quod in infinitum autem inquit, esse in tempore & in hominibus. Patet autem, quòd etiam omnium, quæ sunt in ortu & in ipsa diuisione magnitudinis, est infinitum. Sed in omnibus talibus non est primum. Tempus. n. semper est ante tempus, & homo ante hominem. Cur ergo & non sic ortus, & si alius semper ante alium, & non est primus, est tamen ſm infinitum? Nisi forte necessario rationi appofuit quod abire oportet in infinitum, & sic non esse primum in infinitis hoc modo. Nam quocunq; accepto est aliquid prius accipere. Hoc vero, si non est primum neque consequens est, nescio quomodo verum esse videtur. Nã in processu in infinitum primum non est, neq; vltimum. Sed quocunq; assumpto est aliquid sequens, & supra versus, ac imum, ideo nihil prohibet etiam in infinitũ patrẽ ante patrem, esse & hominem ante hominem. Sic etiam quispiam diceret, ortum ante ortum, cum similiter ponamus nos esse simul patrem & ortum. & si non sit primus pater & primus ortus. Nam semper accepto est consequẽs nõ deficit. Etenim in quibus infinita actu aliquis ponit præcedere id, quod accipitur, ceu ante hunc patrẽ actu infinitos patres, idest simul omnes subsistentes, verum est quod nequit fieri hic pater, quia tale infinitum pertransiri non potest. Sed in his, quæ sunt in infinitum, in quibus non omnia infinita simul subsistunt, sed acceptũ semper finitum est subsistens in fine termino q; præexistentiũ, semperq; alterum & alterum fit, & ob id infinitum, in his nõ destruitur propositum, neq; processus, & si in infinitũ causę eiusdem procedant, dum alia ante aliam capitur. Nã terminantur in proposito, uelut in Socrate, omnes patres, atque humanę causę. ob id ergo & in infinitum alius ante alium pater est, & alius ante alium homo, & non est primum accipere, & tamen non tollitur Socrates vt pater, velut homo, quia causa terminata est in ipsum. Vbi tamen infinitum actu, idest simul omnibus subsistẽtibus præcedentibus causis Arist. destruit illud, quod dicitur sequi illam, rectè ratio se habet, & illud, non esse ortum ante ortũ

Ex Alex.

Si ortus sit ortus, procedetur in infinitũ fit generatio nes.

Ex Aspasio

Processum in infinitum quo non negat Arist.

& motum ante motum, & omnino mutationem mutationis per priora argumenta ostensum est, & per ea, quæ deinceps demonstrabuntur ab Aristot. Sed contra illud ob rationem in infinitum quæstio nũc mihi accidit, num vere assumpserit illud, quòd non existẽte primo in infinitum, neque consequens erit, quod sequebatur illud, quòd si ortus esset alter ortus tolleretur omnino. Si.n.est ortus alter ortus, necesse est, vt in infinitum procedat. Si autem hoc, inquit, non est primum: quare neq; consequens, quare neque propositus ortus. Sed hæc ratio, sic mediocriter tractata est, vel quia eum latebat, vel ignorabat hoc, quod dixit Aristot. scilicet, quòd in his, quę sunt in infinitum, non est primum: quare neque consequens} non de cũctis, atque omnibus, quę sunt in infinitum & abeunt, sed de his nunc, quæ ponuntur abire in infinitum ortus, atque mutationis. Si.n. simplex, inquit, ortus, qui nõ sit ortus ortus, sed alicuius alterius, velut hominis: si ergo hic fiebat aliquando, vt dicunt qui ponunt ortus esse ortum, quod ergo fit fiebat. Nam quia ortus est dum fit, si fiat ortus, fit ergo id, quod fit, & nondum est quod fit. Nam quod fit nondum est qđ fit: & patet, ꝙ etiam huius ortus fiebat & nondum erat. nam fiebat, sed nõ habet, vt sit factum, & si hoc in infinitum, & in omnibus, quæ sunt in infinitum cõmuniter non est accipere primum. Nam aliud semper ante aliud, sed in his & proprie quia nihil est acceptorum quod dicitur. Non enim est ortus, sed fit si est ortus ortus. Si ergo non est aliquis ortus prorsus à quo possit incipere, neque consequens erit, idest neque deinceps erit alius ortus, quia non est ante eundem ortus, quo fiet. Etenim & ortus ante ipsum fiebat, & iam quod factum est habuit ipsum fieri, quia ortus est dum fit, non tamen esse aliquomodo hoc quod fiebat, idest ortus: igitur neque deinceps sunt ortus, si quidem supponatur fieri. Equidem ortus ipsorum non præexistit secundum eos, qui aiunt ortum esse ortus, ideo etiam hoc induxit absurdum, quod neq; ipsum fieri esset, neque moueri, neque mutari. Quod accidit his, qui aiunt, ortum esse ortus, & mutationis mutationẽ statuũt. Vnde aliquis ponens hominem ante hominem in infinitum non incidit in hoc absurdũ. Etenim & si primus homo non sit, tamen acceptus omnis homo iam est, vt possit facere hominem, & minime qđ semper fiat, vt ortus, qui, vbi factus est, non amplius subsistit.

Tex. 14. *Amplius, eiusdem est motus contrarius, et insuper quies, & generatio & corruptio. Quare id quod fit, cũ fit id quod fit, tunc corrumpitur, neque enim quod mox fit, neque posterius esse enim oportet quod corrumpitur.*

Cõm. 15.

Si ortus fuerit ortus, id quod fit, cum fit, tũ interit.

Cõtrarij motus non sunt simul ambo secundũ naturam.

Cuius est motus, illius etiã quies est.

Et alio argumento ostendit non esse ortus ortum, deducendo ad absurdum hoc, qđ id, quod fit, dum fit, tũ corrumpitur. Et est sic absurdum, quod idem moueretur motibus contrarijs simul. Ostendit autem hoc, cum prius accepisset velut dignitatem hoc, contrarios esse eius motus: sed non simul, scilicet, neque omnino ambos s̃m naturã, sed quia quod mouetur aliquo motu, mobile est etiam secundum motum cõtrarium ei. Similiter prius assumit, quod cuius est aliquis motus, huius etiam motui quies illa contraria est. Etenim in alteratione, accretione, & latione, adhuc in ortu & interitu hæc vera sunt. Si ergo est ortus alter ortus, vt ortus sit aliquid quod fiat, patet etiam, quòd erit id, quod corrumpitur. Nam eiusdem est fieri & interire. Quando igitur hoc quod fit, corrumpitur, scilicet ortus. Si enim neque in principio ipsius fieri, quod quidem dixit ipse illud quod mox fit. Non enim fieret amplius, neque posterius post ipsum fieri, quando omnia, quæ sunt obnoxia interitui intereant. Ortus enim dum fit, existẽs, & postquam fit non existens non tum corrũpetur. Oportet enim obnoxiũ esse interitui vt intereat, sed ortus post ipsum fieri non amplius est, vt neq; motus postquã cessauerit ipsum moueri id quod mouetur secũdum ipsum. Si ergo neq; statim qui fit ortus interit, neq; posterius postquam factus fuerit: necesse est quando fieret, tum interire. Socrates enim quando cessat & nõ amplius fit & iã factus erit, tunc quare interit. Sed ortus siquidem fit, quando factus est, non amplius est, quare neque interit tunc. Nam oportet esse id, quod interit. Quare si ortus fuerit id quod fit, quando fit id quod fit, tum interit, quod quidẽ absurdũ est, vt idem simul fiat & intereat. Si.n. fit ortus, patet quòd etiam interit ob dignitatem assumptã, videlicet ꝙ eiusdem sunt motus contrarij. Et Aristot. de ortu breuibus absurdum indicauit. Quòd si ortus est alicuius ortus, & quod fit quãdo fieret tum interibit, vt Socrates vel aliquid aliud eorum, quæ fiunt, in quibus absurdum est euidentius, hoc scilicet, idem simul oriri & interire, sublato ortu & interitu. Sed apparet etiam alia cõclusio ex dictis. Si enim non interit ortus, neque statim incipiens, neque post ipsum fieri, quia incipiens nondum est, sed facta non amplius est, haud tamen neque facta interiret, & ne idem simul contrarijs motibus moueatur, patet quòd omnino non interit. Quòd si non interit, neque fit secundũ prius assumptam dignitatem, dicentem, quod eiusdem motus est qui est ad contraria, sed viẽs hoc effato, quod eiusdem sunt motus contrarij, & ob id ortus & interitus est eiusdẽ demonstrauit ea quæ diximus, & quod sumptum etiam erat hunc in modum, quietem etiam esse eiusdem, quandam opportunitatem eidem in his præbet. Dicunt autem pulchre expositores, quod per quietem indicauit eandem rationem competere etiam motui. Si.n. motus mouetur: & quod mouetur aliquo motu aptum est quiescere qete opposita illi motui: patet etiam, quod motus quiescet dum motus est: quod est absurdum. Item absurdius est simul eundem moueri & quiescere. Si.n. oportet esse quiescent, vt etiam quod interit: sed motus statim incipiens nõdum est: & quiescens non amplius est, sed est, dum mouetur, siquidem moueat̃, esset, patet quod simul mouebit̃ & quiescet ex altero effato dicente, eiusdem esse contrarios motus, & de motu absurdum concludetur. Si.n. motus est dũ solum moueatur, vt ortus est dum fiat, & non ante, neq; post, si moueatur, motus: si moueatur motus, quia in contrarium mouetur manens quod erat, simul contrarijs motibus mouebitur. Sed, quoniã, vt ostensum est, ortus neq; fit, neq; interit, quærere existimo rursus necessarium esse, si non de ortu simpliciter, sed de ortu alicuius, velut Socratis demonstratum est, quia neq; fit, neque interit: quomodo ergo erit inter ea, quæ sunt, siquidẽ oporteat illud, quod quomodo ergo quis consistit, vel ex sempiternis esse, vel ex his, quę interire & fieri possunt. Si ergo Socratis ortus, quo fit Socrates, non est de numero eorum, quæ sunt semper, necesse est vt sit eorum, quę fiunt & intereũt, & omnino, si cum prius nõ esset, posterius fuit, quomodo non dicemus ipsum factum esse & corruptum? Nisi ergo necesse sit esse mutationem & circa particularem ortum. Siquidem prius non est cum sit posterius, & rursus non est, & si tempore mensuretur substantia eius. Sed Aristoteles & hæc per accidens mutari dicet paulopost. Per se enim mutatur subiectum. Sed est mutatio per accidens, quia est in eo quod per se mutatur. Nisi forte necesse sit mutationem, quæ fit & interit, per se mutari. Sed nominum inopia facit dubitationem. Rerum enim mutationes in duas vel in tres distinguentes, in motũ videlicet, ortum & interitum,

Nã fit mutatio mutationis in indiuiduorum generatione.

Nominũ carẽtia ac penuria parit in mutationibus dubitationem.

& interitum, cum aliæ mutationum mutationes alio modo fiant, non amplius habemus propria addere nomina. Vt enim aliquid aliud eſt Socrat. & alia omnino ſ m ſubſtantiæ formam Socratis mutatio, ſic & harum ambarum mutationes differunt tota natura. Et ſiquidem eſſent nomina propria mutationibus ortus atq; interitus, forte dicta abſurda non ſequerentur. Non enim eſſet quod fit ortus, neq; id quod interit, ſed aliquo alio modo mutata ad eſſe, atq; ad non eſſe. Hoc autẽ coniectura ex motu oſtendo. Qui enim motũ moueri, vel quieſcere dicunt, in quibus abſurdis indicant, videlicet in hoc, quia coguntur dicere motũ fieri & interire, dicere non recuſabimus. Nam dicimus motum omnino eſſe dum fit, atq; interit. Et forte etiam ab Ariſt. hæc videbuntur paulopoſt dici, quãdo mutationem eſſe motus diceret, non concederet ipſum motum eſſe. Non enim eſt, inquit, diſciplina ortus diſciplinæ. Niſi forte & cõcluſum velut abſurdum, ſi eſt ortus alter ortus, fieret ſimul atq; interiret ortus, ſiquidem dum ſit interit, & neq; in principio, neq; in fine, non ſit abſurdũ in his, quæ habẽt eſſe dum fiunt. Etenim dies & ludus certatorius, quanuis obnoxij interitui non intereãt in principio, quia nondũ ſunt: & id, quod interit oportet eſſe: neq; in fine, quia tum nõ amplius ſunt, ſed conſequit ipſum fieri atq; interire. Sic autem etiam motus, vt tempus, quanq̃ ratione diſcrepent in his ortus, atque interitus, ſed quã acceperis partem, hanc factam eſſe videbis. Si.n. aliqua temporis pars prius facta, vel motus poſterius interit, vt domus, neceſſe eſt vt ſit tempus intermedium, in quo neque fit, neq; interit, ſe manet & manſit ſecundum eſſe, quanq̃ in motu, tempore, & omnibus, quæ ſunt dum fiunt, nõ eſt accipere ſtatiõẽ. Sed mirum videtur quõ in his tria mixta ſint, ortus, interitus, & ipſum eſſe. Etenim & hoc in quacunq; talium parte videre licet, quatenus etiã eſſe videtur, ſ m menſuram ipſius qđ eſt, quæ accidit illis, vt etiã fieri & interire ſecundum hanc mixtionẽ ortus atq; interitus, & non ſecundum illas differentias inter ſe, & natura velut contrarias & non potentes ſimul eſſe neque eodem tempore, vt alia ſit prior & alia poſterior. Et mixtum hoc apud Platonem eſt id quod fit & diſſoluitur, neq; unquã eſt reuera id quod eſt. Nam eſt imago eius, quod vere eſt, quod apparet in ipſo, poſt ortũ atq; interitum. Forte autẽ & ſi fuerit in his exiſtentibus ipſa mixta natura ſecũdum quã ſimul fit & interit, nihilominus abſurdum erit id, qđ eſt deductum ab Ariſtot. ſi fieret ortus, & motus moueretur. Cum.n. mutatio ſit in contrarium, erunt ipſum fieri & interire contraria & moueri & quieſcere. Sed quia etiã Ariſtoteles concedit mutationem mutari ſ m accidens, ipſum dicentem audiamus. Si per ſecũdum quendam altũ modum adhuc quæratur. Sed ſequens argumentũ exiſtimo eſſe præpoſitis magis accommodatum, quod eſt demonſtratiuum hunc in modum.

Nam motũ fit ortũ ſimul fieri & in interire, ut his obſeruat, quæ in eo qđ fiũt, habeant eſſe.

Ortus, Interitus, & Eſſe mixta ſimul ſunt.

Tex. 15. *Amplius, oportet materiam ſubeſſe, & ei, quod fit, & ei, quod mutatur. Quæ igitur erit? vt alterabile, aut corpus, aut* Tex. 16. *anima eſt, ſic id quod fit, motus aut generatio. Et rurſus, aliquid, in quod mouentur, oportet enim & eſſe motum huius ex hoc in hoc, & non motum, aut generationem.*

Cõm 15. Et hoc argumentum commune eſt de omni mutatione. Si enim ortus eſt ortus, & omnino mutationis eſt mutatio, quia omne, quod fit, ex aliquo ſubiecto fit & materia alicuius, quæ cum formam recipit, illud fit, quod fit. Sed, ſi fieri dicitur ortus & mutatio fit. Vt.n. igni, qui fit, quædã materia ſubiicitur, ex qua fit, vt ſtatuæ æs: & alterationi ſubiicitur vel corpus, vel anima, ſic etiam ei, quod fit, & non ſolum ei, quod ſimpliciter fit, ſed etiam alicui ortui, & motui, atque omnino mutationi. Huius.n. gratia vſus eſt exemplo alterationis. Si enim nullum eſſet ſubiectum, neque aliquid fieret. Si ergo ortus fit, & quod fit eſt ortus, oportet omnino, vt etiam huic, qđ ſic fit, materia ſubſit, quæ participatione ortus; fit. Et, ſi mouetur motus, ſimiliter ſubiectum aliquid erit, quod mouetur ſ m motũ, & ex hoc in hoc, ideſt ex alia forma in aliam, in quam mutatur id, quod eſt ſubiectum ei, quod fit & mouetur, & ſic motus & ortus fieret, vt etiam in ipſo, quod album fit ſubiectum ſ m albedinem mutatum in album mutatur. Si ergo oportet eſſe aliquod ſubiectum, quod fit, & illud non eſt ortus, nec motus, ſed aliquid diſtinctum contra motũ & ortum, quid hoc eſt? vt quod eſt aptum, vt alteretur, vel corpus eſt, vel anima aliud ab alteratione? Quòd ſi motus mouetur, & ortus fit, & non eſt aliquid, velut materia ſubiecta: abſurdum eſt, & fieri hoc nõ poteſt, ſiquidem neceſſe eſt, vt materia ſubiiciatur ei, quod mouetur, & ei, qđ fit. Hoc igitur abſurdum unum breuiter concluſit ex his verbis. {Quædam igitur erit ſubiecta materia, vt alterabile, aut corpus, aut anima,} ſed alterũ oportet eſſe, in qđ mouentur ea, quę mouentur, vt ſi album fit corpus, eſt album aliquod aliud præter corpus, ad quod mouetur corpus: ſed nihil in his, quæ prius poſuimus aliud eſt præter hæc. Si.n. mouetur motus, & fit ortus, quæ nam erunt præter motum & ortum alia, ad quæ motus mouetur, & ſit ortus? vt album & ſcientia, quæ diſtinguuntur ab anima & corpore, ad quæ mouentur corpus & anima. Si ergo non in his eſt aliquid aliud ad quod: & omnino eſſe oportet in eo id, quod fit, & mouetur, patet q; nec; motus mouetur, neq; ortus fit. Secundum igitur abſurdũ eſt hoc, quia oportet eſſe aliquid in his, quæ mouentur, ad quod fiunt & mouentur, vt etiam eſt id, ex quo mouentur, & ex quo fiunt. Si autem aliquis dicit motum moueri & ortum fieri, & non habet aliquid afferre, ad quod mouetur motus, & in quod fit ortus aliud quid præter hæc, vt etiam neq; habemus dicere prius illud ex quo. Hęc igitur ita ſe habuerint ſi ita fuerit ſcriptum. {Oportet enim huius ex hoc in hoc motum & generationem.} Verum Alex. cum aliam etiã ponat ſcripturam dicẽtem {ex hoc in hoc motum nõ motum} exponit etiam hanc hoc modo. Si motus eſt qđ mouetur: & aliud eſt qđ mouetur: & aliud eſt, quatenus eſt motus, vt corpus & dealbatio: patet, q; motus eſt motus, & ille, qui eſt ex hoc in hoc, non erit motus, quare neque verum eſt qđ motus moueatur. Et Themiſtius hanc ipsã interpretationem videtur admittere. Sed notat pulchre Alexand. quòd prior ſcriptura magis propria eſt præpoſitis, quia hanc concluſionem, videlicet motũ non eſſe motum deinceps probat Ariſtot. Et hoc dicendum eſt, quòd hoc argumentum factum eſt, quia oportet eſſe in his, quæ mouentur & fiunt, id ex quo & illud, in quod. Quòd ſi aliquis dicit motum moueri, & ortum fieri, neutrum poterit, nec illud ex quo, nec illud ad quod, aſſignare.

Si ſit mutationis mutatio nõ datur aliquod mutationi ſubiectum.

Simul autem, & quomodo erit? non enim eſt diſciplinæ generatio diſciplina. Quare neque generationis generatio, neque cuiuſdam.

Quintum exiſtimo hoc eſſe argumentum, qđ demonſtrat, neq; ortum eſſe ortus, neque motus motum, deducit etiam hoc ad abſurdum. Si enim eſt motus motus, & ortus ortus: neque motionis motus poteſt motus eſſe, neque ortus ipſius ortus. Oſtendit autẽ etiam hoc ex ſimili comparatione. Vt enim, inquit, non eſt diſciplina ortus diſciplinæ: aliter eſſet diſciplina antequam fieret: ſic neque or- Cõm. 17.

Nõ esse generationis generationẽ disciplinæ cõparatione ostendit, quæ disciplina ortus minime est.

tus ortus, alter erit. Si enim ortus est quod fit, siquidem est ortus ortus, & id, quod fit, nondum est, non esset ortus qui fit ipso ortu. Item, si aliud est quod potest alterari, & aliud est alteratio eius, & aliud quod discit, & aliud disciplina eius, sic etiam & aliud quod fit, & aliud eius generatio, si quod fit est ortus, & ortus ipsius ortus non erit ortus, neque motus motus erit motus, ob id ergo principio argumenti sic dixit. {Simul autem & quomodo erit?} vel simul autem etiam quomodo erit. Nam vtroque modo inuenitur scriptum. Sed idem significat. Quomodo enim inquit, erit motus, qui motus esse dicitur motus, aut ortus alterius ortus ortus. Adiecit autem hoc {neque quædam alicuius} ne existimaret aliquis vniuersalis ortus ortum non esse, quia necesse est etiam hanc esse vniuersalem, sed duo vniuersales esse nequeunt, & quia vniuersalium nõ est ortus, vt ipse in primo libro de ortu dixit. Sed alicuius nihil prohibet esse aliquem alium ortum, & hoc porrò destruxit. Simpliciter enim aliud est genere & specie id qđ fit, & aliud ortus eius. Sed sciendum est, quòd quidem & prius dixit, quod Aristot. mutationem motus esse, inquit, ortum autem, sed non motum, ipsum esse vult, quando dicit. {Non enim est disciplinæ generatio disciplina,} motus enim est disciplinatio, sed eius mutationem esse ortũ vult, sed non disciplinationem. Et alicuius ortus est omnino mutatio, ſm quam ad esse, vel non esse procedit, sed neque ortum neque interitum hæc dicere debemus ob ea absurda, quæ diximus. Sed quemadmodum hæ mutatione sunt aliquorum aliorum genere, vt hominis, equi, sic, & horum sunt aliæ ponendæ mutationes genere distinctæ, verum communi nomine appellandę sunt, quia non habent proprium.

Generationis mutatio non est generatio.

Tex. 19. *Amplius, si tres species motus sunt eorum aliquam necesse est esse subiectam naturam, & ea in qua mouentur, ut necesse est, loci mutationem alterari, aut ferri.*

Cõm. 18. Recte expositione dixit, si tres sũt species motus. {Hoc enim ostendere proposuit ꝙ solum in tribus prædicamẽtis est motus, in quantitate, qualitate, & vbi: neque autem in alijs neq; in ipsis agere, & pati, quia motus non est motus, contra quod etiam dicta argumenta & hoc nunc propositũ assumpsit. Quia ergo sit quoddam proprium problema, scilicet quod non sit motus motus, ostendit idem petendo sibi dari tres esse motus species, & addens, quod necesse est, vt omne, quod mouetur, ſm aliquam batum specierũ motus mouetur. Et ob id subiecta natura rationi, idest motus, quem dicimus moueri, aut alteratio est, aut latio, aut ſm quantitatem mutatio. Non solum autem motũ, quem dicimus moueri subiectũ motui, ſm quem affirmamus moueri, necesse est vt aliquid horum sit, sed etiam ea, ad quæ mouetur. Vel.n. quale, vel quantum, vel vbi, & horum vnumquodque. Vel enim in album, vel ad maius, vel supra, vel in ea, quæ sunt his cognata. Vnde, cũ sic se habeant hæc, accipiens illud {necesse est communiter,} intulit, quòd necesse est aliquam lationem (siquidem ipsa fuerit motus, quem dicimus moueri,) vel alterari, vel ferri, vel secundum quantitatem mutari, quod quidem etiam ridiculum videtur dicere lationem fieri albam, vel calefieri, immo fieri nequit.

Si motionis est motus motus localis alterabitur vel feretur.

Omnino autem, quoniam quicquid mouetur, mouetur tripliciter, aut quia secũdum accidens moueatur: aut quia pars aliqua, aut quia per se: secundum accidens solum contigerit mutari mutationem. vt si is, qui sanatur, currat, aut discat. Eam autem, quæ secundum accidens, dimittimus rursus.

Cõm. 18. Cum ostẽderit non posse motus motum esse, aut ortus ortum esse per se, vel omnino mutationẽ mutationis pluribus argumẽtis: addit, quòd trifariam motu dicto, vt determinatum est prius: vel per se, vel secundum partem, vel per accidens, sed per accidens solum potest esse motus motus, & ortus ortus & omnino mutationis mutatio, quãdo qui restitutus saluti curreret, aut disceret. Et non vt Alexander (vt existimo) dicit, quod per eundem motũ sanatur, sed neq; ex hoc in hunc mutatur. Quòd.n. non velut causa sanationis currere acceperit, sed velut quemuis motum, indicat primum, quod non posuit currẽtem sanari, sed, sanum currere. Deinde quia subiũxit hoc {vel discit,} non enim & per disciplinam sanatur. Sed neq; si esset motus motus ex altero in alterum erat mutatio, sed altera alteri competit, atque inerat, vt secundum eũdem moueatur. Sed diceret aliquis, si motus motum esse per accidẽs concedit, quando ei, quod mouetur motus, velut sanatio insit ei, quod iam sanum est, & alius motus, currere scilicet, & discere per accidens tum aliquis horum inerit ipsi sanari, quare per accidens motus sanandi dicitur currere, vel discere, qa cui accidit sanari, vt Socrati, hic currit, aut discit? Sciendum autem, ꝙ nonnulli libri habent sic scripturam. {Secundum accidens solũ contigerit mutari mutationem, vt siquis sanus curreret, aut disceret} & nõnulli sic {secundum accidens solum continget mutari mutationem, si accidit alicui currenti sanari, vt qui sanus sit, si curreret, aut disceret,} & sciuit etiam hanc scripturam Alexander, & si sic fuisset scriptum, non sic existimo dicendũ esse tãquam cursus sit causa salutis, sed velut ambo insunt eidem. Et hoc existimo, cum indicasset Aristoteles intulit, ac subiunxit dicens {aut discit.} Non.n. vt currere, sic etiam discere esse causa sanitatis videtur, sed currere velut quendam motum assumpsit, vt etiam discere. Solus ergo per accidẽs potest esse motus motus & non per se, vt ostẽsum est prius, neque secundum partem. Vt enim alteratio non vniuerse ferretur, sic neque ſm partem. Si ergo solum secundum accidens, & quod secũdum accidens explosum est, velut ad scientiam ineptũ, concludit, quòd nõ est motus motus. Ex quo patet, quòd non est in ipso facere & pati motus, quod quidem propositũ est demonstrare, sed de patiente solum rationem fecit, quia vnus cũ sit actus ex agente in patiente est.

Mutatio mutationis solũ ꝑ accidẽs est.

T x. 19. *Quoniam autem neque est substantiæ, neq; ipsius ad aliquid, neque ipsius facere & pati: relinquitur secundum qualitatem, & quantitatem, & vbi, motum esse solum, in vnoquoque enim eorum est contrarietas.*

Cõm. 20. Cum proposuisset ostendere non in omnibus prædicamentis esse motum, sed in tribus solis collocari, quãtitate, qualitate, vbi: atque demonstrarit: ꝙ nec in substãtia, neq; in ipso ad aliquid, neque in ipsis agere & pati: quoniam hi sunt quidam motus, & motus non est per se motus, quod quidem pluribus demonstrauit: & concludit deinceps, ꝙ non existente motu in alijs prædicamentis, relinquitur vt sit solum in quantitate, qualitate, & vbi, & causam cur motus sit in his addit dicendo {in vno quoq; eorum est contrarietas,} motus.n. est ex contrario in contrarium mutatio. Si ergo est contrarietas in prædicamento eorum, quæ sunt ad aliquid, vt ipse in prędicamentis significauit dicẽdo, {inest autem & contrarietas in his, quę sunt ad aliqd,} nihil prohibet & ſm hanc motum esse. Quod enim mouetur hic, substantia est. Sed mouetur secundum relationem & habitudinem, vt secundum qualitatem, quantitatem & prædicamentum vbi. Etenim ibi substantia est secundũ illas permanens mota: sed qualitates ipsæ & quantitates, & secũdum locum lationes fiunt & intereunt magis quàm moueantur. Non enim permanent, quod quidẽ

Motum in tribus tantũ prædicamẽtis est.

Quamobrem in genere ad aliquid non sit motus cum in illo sit cõtrarietas.

aduenit

aduenire oportet his, quæ mouentur, sed subiecta substātia permanens, permanēs in mutatione moueri dicitur, & quatenus aliud agit, & aliud patitur subiectum mouetur, & si hæc actio, & patibilitas non moueantur, sed fiunt & intereunt & hac ratione mutantur. Opponuntur autem agere & pati velut ea, quæ sunt ad aliquid, ideo vnum in aliud vicissim mutatur & sæpe simul sunt inter se. Nā aer, cum humidus factus est ab aqua, humectat etiam terram, & cum calefit ab igne, calefacit, & ſm reliqua prædicamenta subiecta substantia, existimo, diceret moueri. Secundum tempus quidem ex præterito in futurū, & si non sint proprie contraria: quia præteritum mutatur in futurū, & futurum non amplius in præteritum. Præterea in eo, qđ est situm, vel positum esse videtur cōtrarietas stationis ad sessionem & superstantis ad supinum. Et neq; absurdum est subiectam substantiam moueri, & ipsa maneat secundum has oppositiones. Et in ipso habere est quædam mutatio subiecti ex priuatione, quæ significat affirmatione, in habitum, vt ex nudo in id, quod pallium habet. Et hoc etiam ipse Aristoteles priuationis affirmatiuæ posuit exēplum indicans mutationes ſm motum, quādo dixit. {Etenim priuatio ponatur contrarium} & significatur nudū album & nigrum affirmatione. Sed nunquam Aristoteles motum vt mutationem subiecti secundum dispositionem considerans negauit ipsam esse omnium prædicamē torum, quæ sunt pauci momenti & habent habitudines, & non afficiunt planè subiectum. Positum.n. esse & habere nullam dispositionem firmam, quæ imprimat, in subiecto immittit. Nam ad corpus nihil facit si supinum sit, an eminens digito annulum circumponi, aut non. Et tempus autem velut obscurum & imbecille videtur considerari, ideo ortus causam illud esse nullo pacto asseruit, sed videt solius interitus esse, & huius, qa nullam aliam causam videt. Talis autem est habitudo ad aliqđ, qua existimo etiā indicauit causam, cur motus nō est in prædicamētis, quæ habent habitudinem, quia non afficiat subiectum quando dicit. Contingit enim altero mutato vere dici alterum nō mutari, idest non versum, quoniam neque abijciendo, vel assumendo aliquam affectionem sic stat, quī quidem com petit omnibus prædicamentis, quæ versantur in quadam habitudine, quod insinuauit per vnum prædicamentum, quod est eorum, quæ sunt ad aliquid. Qualē enim & quātum, & mutatio ſm hęc vertit & disponit aliter, atque aliter subiectam substātiam. Eodem quoq; modo etiam locus non leuem potestatem habet ſm ipsum, si quidem ortum elemētorum existimet esse lationem ad proprios locos. Sed in ipsis agere & pati negat esse motum, quia illa sunt motus. Sed motus motus non est, & si ortus fuerit & interitus eius. Sed ortus ortus non est, & si mutatio fuerit, neq; mutatio mutationis, & si aliquis alius modus sit, quo mutatio ab ipso non esse ad esse procedit, & ab ipso, quod est, ad id, quod non est. Ob dictas igitur differentias forte Aristoteles negat motum esse in dictis prædicamentis, in quibus omnino mutationem esse concedit, si quidem non sint sempiterni. Veruntamen Eudemus in suo libro, de rebus naturalibus, cum dicta Aristotelis breuibus explicet & paraphrastice, & dicens, quod in prędicamento ad aliquid non est motus, nisi per accidens, & causam addēs, inquit. Et est bicubitum duplum quoddam immobile omnino vnius cubitus. Et cum dicat eodem modo in alijs, ad aliquid accidere subiunxit. Si in tempore omnia mouentur. Sed quodam alio modo existimo hoc indicans, quā motus subiectorū est ſm habitudines, & alio modo quā ſm dispositiones, vt alio modo ſm substantiam, quia neque motum talem, mutationem censent appellandum esse qui sunt Peripatetici, sed ortum, atque interitum, quia non permanet id, quod mutatur. Veruntamen Theophrastus in primo suorum naturalium inquit, contemplandum esse motum ſm vnumquodq; genus prædicamentorū sic scribendo. Sed de motu vniuersalem & communem sermonem, difficile non est assignare, & dicere, quòd velut quidam actus est imperfectus eius, quod est in potentia, quatenus tale ſm vnumquodq; genus prędicamentorum. Videtur etiam nūc motum communiter mutationem dicere. Etenim definitio, quæ dicit, motū esse actum eius, qđ est potestate, quatenus potētia est, non proprie motus est: sed etiam ortus, atq; interitus, & omnino omnis mutationis. Ideo paulo procedens Theophrastus inquit, inquirē dum esse de motibus, an alij quidem sint motus, & alij veluti actus quidam. Sed quòd omnino necesse sit, vt in prædicamentis, quorū subiecta habent relationē, mutatio sit ſm easdem, perspicuum est, si quidem non sint æternæ relationes substantiarum secundum ipsas, si ergo substantiæ mutantur secundum ipsas, vel ergo secundum ortum, atq; interitum necesse est ipsas mutari, vel secundum motum. Si quidem hæ differentię mutationis ab Aristoteles ex diuisione assignantur, sed non dixerimus fieri hominem, qđ indueretur annulo, vel secundum habitudinem aliam mutaretur, quare moueri necesse est secūdum tales mutationes. Sed secūdum alium modum motus dixit Eudemus, & non ſm illum, quo mutationes fiunt secundum affectionem. Etenim, & ipse Aristoteles procedendo inquit, amissionem contrariam esse assumptioni, & has mutationes censet appellandas esse inquiens. {Propter quod ortus est contrarius interitui, & amissio assumptioni,} hæ autē mutationes, sed non motus. Quod si quis vult non omnino esse motum in his prædicamentis, non amplius diuidat mutationem in solum ortum, atq; interitum, & motū, sed addat aliquid & aliam speciem congruentē mutationibus ſm habitudinem, vt dicatur mutatio, quę est ab eo, quod non est, ad id, qđ est, ortus: & illa, quæ est ex subiecto ad non subiectum, interitus, & reliquam ex subiecto in subiectum diuidat in illam secundum dispositionem, quam motum Aristoteles censuit appellandum esse: & in illam ſm habitudinem, quam motum negat esse appellandum, tanquam nulla appareat subiecti euariatio. Sed, quia non est illi proprium nomen impositum, nomine generis eam vocat mutationem. Et hoc verum existimo dictum esse, q̄ si ea, quę sunt particularia mota non censet dici mota per se, sed simul ordinat cum bis, quę mouentur per accidens, multo magis ea, quæ mouentur ſm habitudinē non dicerentur per se moueri. Sed de his, quæ mouentur per se, erat quæstio. Quare & si Theophrastus dicat in omnibus prædicamentis esse motū, indeterminate dixit, quia nondum distinxit motum à mutatione per se, nec per accidens. Sed hæc quærantur latius: siquidem digna inquisitione ob contentionem interpretum in ipsis videantur. Sed ad cætera proficiscendum est.

Motus igitur secundum qualitatem, alteratio sit, hoc.n. coniunctum est commune nomen. Dico autem qualitatem, nō eam, quæ est in substantia, (etenim differentia qualitas est) sed eam, quæ est passiua, secundum quam dicitur pati, aut impassibile esse. Qui vero secundum quantitatem est, secundum commune quidem innominatus est, secundum autem vtrunque, augmentatio, & diminutio. Is quidem, qui est in perfectam magnitudinem, augmentatio, qui vero ex hac, diminutio. Qui autem secundum locum, & secundum proprium, & secundum cōmune innominatus est.

Cur Agere & pati non sint motus.

In prædicamēto situs cur nō sit motus.

In prædicamēto habere cur nō sit motus.

Motus est in unoquoque prædicamētorum genere secundum Theophrastum.

vocetur autem latio nomine communi, quamuis dicantur ferri hæc sola proprie, cum non in seipsis sit mutantibus locum, stare, & quæcunq; ipsa non seipsa mouent secundum locum.

Côm. 31. Cum distinxisset prædicamenta, in quibus collocãdus est motus per se, scilicet in quanto, quali, & vbi, cæterum docet qui sit motus in vnoquoque horum generũ, & quæ sint differentiæ horum & vsque ad nomina. Et tandem, quod ſm qualitatem motus, communi nomine Alteratio appellatur. Sed, quoniam qualitates dicuntur etiam differentiæ substantię, velut rationale, hinnibile: qualitates etiã dicuntur qualitates patibiles, vt caliduas, siccitas, quibus pati, vel impatibile quicquam dicimus, distinguit pulchre quòd mutationem secundum has qualitates & motum appellare debemus, & alterationem nominamus. Nam ſm differentias substantiales est mutatio, non motus, & ortus appellatur & interitus, ideo neque alteratio, sed ortus magis. Quod enim fit, aliud & non alterum est. Non est autem motus, quia nullum subiectum actu & idem manens est quod ex rationali in irrationale mutatur, vel omnino ex contrario in contrarium. Qualitates autem dicuntur differentiæ constitutrices specierum, quanquam substantiæ sint, quia determinant quale circa substantiam. Videt autem & alterationis nomen ipse imposuisse motui secundum quale. Sed de mutatione secundum quantitatem nõ est commune nomen positum, vt in alteratione ſm qualitatem, sed motus qui fit ad magnitudinem perfectã, auctio dicitur, & ille, qui fit ex magnitudine perfecta ad imperfectã, diminutio. Demonstrauit etiam his, quę sit contrarietas secundũ quantitatem, quia perfecta magnitudo ſm vnumquodque eorum, quæ sunt apta augeri imperfectæ opponitur, sed secundum quale mutatio commune nomen habet, & alia ſm quantum proprie. Sed illa ſm locum vtroque modo vacat nomine. Neq; enim commune nomen est motui secundum locum proprium, neque peculiare vnicuique. Lationem autem ipse communi nomine appellatur, vel sic inueniens appellatum, quod non propriæ appellatur ostendit, si quidem hæc sola proprie ferri dicamus, inanimata scilicet, quę natura, & quæ mouentur vi. At animata, cum habeant principium quiescẽdi & standi in seipsis animam, non amplius proprie dicimus ferri, sed illa sola, quæcunque non ipsa moueant seipsa ad locum, neq; quando mouerentur habent facultatem in seipsis sistendi se. Vnde Eudemus in his addit, quod omnis motus, & mutationes ab ipso ad quod magis denominantur, quàm ab eo, quod est à quo, auctio ad magnum, diminutio ad paruum. Et in alteratione disciplinatio sanatio, & in his secũdum locum ab Athenis, aut Corintho magis denominatur motus, qui est ad illas.

Nomina motuum.

Quæ per substantiales differentias fit mutatio, non est motus.

Differentiæ specierum constitutiuæ qualitates sunt.

Latio quid sit quæ nã ferri dicantur.

Motus denominatur à termino ad quẽ.

Tex. 19. *Quæ autem est in eadem specie mutatio in magis & minus, alteratio est. Quæ enim ex contrario est in contrarium, motus est aut simpliciter, aut aliquo modo. In minus enim cum ierit, in contrarium dicetur mutari, in magis autem, vt ex contrario in seipsum. Differt.n. nihil secundum quid mutari, aut simpliciter, verum aliquo modo oportebit contraria esse. Magis autem, & minus est ex eo, quia plus aut minus* *Tex. 20.* *contrarij inest, vel non. Quòd igitur hi tres soli motus sint, ex his manifestum est.*

Côm. 32. Cum dixisset motum ſm qualitatem habere commune nomen alterationem, ſm quantum commune non habet, & propria habere augumentum & decrementum, & illum, qui fit secundum locum, nõ habere commune, nec proprium, quoniam quæ mutantur ſm qualitatem, aliquando quidem ex vna specie, in aliam mutantur: velut ex nigro in album, & aliquando in eadem specie permanent, vna magis & minus mutat ſm eandem: Et pulchre animaduertit, quòd mutatio ſm magis & minus in eadẽ specie est alteratio, & non oportet quærere alterum nomẽ in ipsa. Quod vero ita se habeat, ostendit, quia ex contrario in contrarium omnem motum fieri ostensum est, vel simpliciter, vel aliquo modo. Est autem aliquo modo qui fit ex intermedio ſm intensionem in eadem specie. Ostẽsum autem est etiam, quòd mutatio ex intermedio ad intermedium fit ex contrario in contrarium. Si ergo album minus factum album in mediũ mutaretur, velut in incõtrarium suum, patet quòd in nigrum mutaret. Nam minus album mixtione nigri fit tale, ideo & in minus procedens motus in contrarium dicetur mutari, sed magis, qñ magis album fieret, velut ex contrario sibi albo existenti mutatur ex minus albo, quatenus tamen nigrum erat intermediũ. Si ergo hoc in minus & magis, velut in intermedium, & ex medio moueri est, & quod est intermedium aliquo modo est cõtrarium, & motus in ipsum magis & in minus velut in contrarium & ex contrario aliquomodo existens similiter alteratio appellatur, vt etiam mutatio, quæ est simpliciter in contrarium, vt in nigrum, & illa ex nigro. Nam nihil differt quo ad alterationẽ dici aliquod mutari simpliciter, & aliquomodo, idest intermedium & ex his, vel in extrema, & ex illis. Cum dixisset, quod nihil differt aliquomodo, vel simpliciter mutari, adiecit hoc, vt tuta & rata sit sententia, {Verum oportebit aliquomodo contraria esse.} Nam intermedium ex quo & in quod aliquomodo mutatio, non simpliciter contrariũ est vtrique extremorum, sed aliquomodo contrarium, & aliquomodo non contrarium, ideo non simpliciter contrarium. Et ob id, quia hoc intermedium est aliquo modo contrarium, & aliquomodo non, & aliquando plus, & aliquando minus contrarij habet, accidit magis & minus mutationibus, quæ sunt ex hoc ad hoc. Si ergo ob intermedia est natura ipsius magis & minus, merito motus ad intermedium facit minus, quoties in eadem specie mouetur, & illa ab ipso intermedio magis. Alexander ergo, & Themistius magis & minus, de sola mutatione secundum quale ab Aristotele sumpta esse putant, forte quia Magis & minus sunt propria qualitatis. Sed Porphyrius, quia inquit, in omni motu est magis & minus: etenim in eo, qui est secundum locum, intensio & remissio est: & in eo, qui est secundum incrementum & diminutionem, & in eo, qui est secundum alterationem, quærit de motu secundum magis & minus, in quo genere sit ponendus: & inquit, quòd mutatio ad eandem speciem ſm magis, & minus, alteratio est. Secundum quantitatem enim est, in qua species motus fieret. Hæc autem, cum dicat de motu ſm locum, quæ dicit Aristoteles exponit. Sed credendum est, vt Porphyrius venerit in hanc sententiam, quia nequaquam definitionem indicauit, quia magis & minus de motu in qualitate quærit. Quòd si magis & minus propria esse qualitatis vidétur, oportet cognoscere quòd omnis speciei differentiæ constitutrices sunt quædam qualitates, & quanti differentiæ perfecta, & imperfecta, & intermedium. Et vbi sursum & deorsum ac medium, secundum igitur differentias magis & minus suscepta, & ipse alterantur. Sed cootraria & intermedia in quantitate secundum perfectum & imperfectum, & in vbi secundum sursum & deorsum considerantur, forte & ipsa insunt secundum qualitatem designantem & imprimentem illa. Sed cum hæc dicat Aristoteles, reliquum concludit dicendo. Ex dictis manifestum esse, quòd sunt tres soli

soli motus, alter secundum quale, alter secundum quantum, & alter secundum locum.

Immobile autem est, & quod omnino non potest moueri, sicut sonus est inuisibilis. Et quod in multo tēpore vix moueri potest, aut quod tarde incipit, quod dicitur ægre mobile. Et quod aptum natura est, potestq; moueri, non mouetur autem tunc, cum aptum natura est, & vbi, & quomodo quod quidem immobilium solum, quiescere voco, contraria enim quies motui est. Quare priuatio erit susceptiui.

Cōm. 23. Postquam distinxit mutum ab ortu, atq; interitu, & ipsum per se determinans, quod est ex contrario in contrarium mutatio permanente subiecto & mutato: & ostenderit in quibus generibus eius, quod est, motus collocetur, consequens erat de quiete dicere, quæ motui contraria est, cum sit eius priuatio. Sed ad vniuersalius procedens de immobilitate dicit, sub qua etiam quies continetur, atq; ordinatur. Et diuidit immobile quadrifariā, dicēs illud esse proprie immobile, quod omnino non est aptum moueri, & exemplū huius apposuit hoc, qā dicitur sonus inuisibilis. Nā nullo pacto sonus videri potest. Hoc quoq; modo poli cardinesúe immobiles sunt in cœlo, qui non sunt apti moueri. Sed hi & si non moueantur per se, tñ per accidēs, eo quod sunt in moto. Sed propriissime immobiles sunt substantiæ, quæ sunt omnino separatę à corporibus. Nam hæ neq; per accidens sunt aptę moueri. Dicitur quoq; abusiue immobile illud, quod mouetur, sed tarde, quod multo tēpore parum interualli pertransit, vt vix sensui vel omnino nec appareat moueri, vel illud, quod tardissime mouetur, vt stellæ inerrantes vidētur immobiles motu ab oriente, quia centum annis vno gradu mouentur. Dicitur, item immobile, quod tarde incipit moueri, & vix, cum sit aliud ab eo, qui retardatur in motu, vt dicimus mansuetos fero, ac vix irasci incipere. Quarta autē significatione immobilis dicit id, quod est aptum moueri, & potest, sed tñ non mouetur, quando aptū est moueri & potest, & hāc immobilitatem appellat quietem solum diligenter ipsam describens. Quies enim est immobilitas eius, quod est aptū moueri, sed non simpliciter, sed quādo est aptum natum. Etenim aptus est catulus videre, sed nō statim ab ortu, ideo neq; tum diceretur quiescere à visione. Neq; enim cæcus est tanquam priuatus sit aspectu. Priuatio.n.& quies motus est, sed si quid non mouetur quo non est aptum moueri, velut ad aerem pedestria, hoc non diceretur quiescere, quia neq; natum est illuc proficisci, sed si natum est vt moueatur, & non mouetur, tūc dicitur quiescere. Aues quidem s̃m volatum quiescunt: sed pedestria s̃m incessum & raptatum: & aquea secundum natatū. Sed pedestria non dicerentur quiescere volatu, neq; alia vicissim variata, sed quoniam neq; principio sic natum est moueri. Quęrendū autem est, quæ non mouentur quando non apta sunt moueri, vt catulus nuper genitus, non videns tū sub qua specie immobilis reducetur. Neq;.n.sub his, quæ sunt omnino inepta ad motū, & eiusdem expertia, neq; sub his, quæ ægre mouentur, neq; sub his, quæ sunt apta moueri tū & non mouentur, sed vel sub his, quę tarde incipiunt: vel est aliqua alia species immobilis, qua aliquando aliquid est solū non aptum moueri, & aliquando aptum moueri & non moueri. Sed his, quæ non sunt apta, Alex. non immobile competere ait, sed quod non mouetur. Contrariū.n.motui est quies, quod communiter dicitur, propterea quod aliquando etiam priuationem contrarium dicit, & affirmatione significatur, vt nudum, ideo etiam subiūxit. {Quare priuatio erit susceptiui. }etenim vnum contrarium vicissim est priuatio alterius proinde, & in concessis contrarijs deterius dicit esse priuationē melioris, velut nigrū albi, & calidi frigidum, & rursus opposita s̃m priuationē contraria appellat, quādo non diligēter dixerit de speciebus oppositionis, velut nūc quietem contrariam dicit motui, nisi ergo cōtrarium dixerit pro hoc oppositū. Sed cur quies est motus priuatio & motus nō est priuatio quietis? vel quia primarie natura est motus causa, cū sit actus, sed priuationes sunt absentię habituum & actionū, & qes nō est status actu. Nam actio & status, & forma sunt cognata motui. Sed quies nō est actus, aut actio, sed solū absentia motus. Non.n.talis quies est priuatio, vt cæcitas. Ille.n. non solū sunt actionū, actuumúe priuationes, sed etiā habituū, & dispositiones substantiarū præter naturam, ideo neq; redeūt, velut qes, quæ est priuatio susceptiui motus.

Immobile quadrupliciter dicitur.

Quies cuius nō sit immobilitas.

Contraria, & priuationem quo Arist. modo accipit pro alterutro tam.

Motus quam obrem quietis priuatio nō sit.

Quid igitur est motus, & quid quies, et quot mutationes, & quales motus, manifestum est ex dictis. Tex. 21.

Cōm. 24. Concludit deinceps totū problema, quod separat motū ab alijs mutationibus, & determinat prædicamenta, in quibus est motus, & quietem demonstrat quō se habet ad motū. Quid igitur sit motus dixit, cum asserat esse quandam mutationem ex contrario in contrariū manente subiecto & mutato, & quid quies sit, quia est priuatio eius, quod est aptum moueri quando aptū est, & vbi aptum, & vt aptū. Et quot mutationes sint itē aperuit. Quia omnes processus eius, quod est potentia, ad id, qđ est actu, adhuc manente eo, quod est potentia. Et quoniam harum motus sunt, qui ex contrario in contrariū vt diximus, & alij secūdum contradictionem, vt ortus atq; interitus. Illud enim, scilicet, quòd motus sit ponendus in tribus prædicamentis, in qualitate, quantitate, & vbi, iam primum conclusit, quando dixit. Quòd igitur hi tres soli motus sint, ex his compertum est.

SECTIO SECVNDA,

CAPVT IIII.



Ost hac autem dicamus, quid est simul, et separatim, & quid est tangere, & quid est inter, & quid consequenter, & quid contiguū, & quid continuum, & quibus nam vnumquodque horum inesse aptum natura sit.

Cōm. 25. Cum quinq; prima volumina physicæ auditionis habeant, intentionem de principijs naturalibus differere, atque de his, quę consequūtur communiter omnes res naturales, hic Quintus liber sermonem de mutatione perfecit. Nam in tertio libro commune disseruit cuiuslibet mutationis, ipsam nominando motū. Hic autem repetens sermonē genus mutationis in proprias species diuidens, vnā harū esse motū demōstrauit, & quo ab alijs mutationibus differat, assignauit, & in qbus generibus subsistat. De hinc docet ea, quæ consequuntur naturales res, quæ sunt in loco. Et mihi videntur ea, quę hoc in libro dicuntur de mutatione, perficere ea, quæ dicta sunt in libro Tertio. Et quę hic dicenda sunt sequi sermones de loco, quos principio Quarti libri conclusit. Sed hæc quandam opportunitatem habent, partim ad ea, quæ dicenda sunt in tribus sequentibus libris, partim vero ad ostendendum, qđ continuum non componitur ex indiuisibilibus. Ideo & principio Sexti libri de his vel ut de his, quæ iam ostēsa sunt, sermonem facit dicendo. {Quō m vero est continuū, & attiguū} &c. quòd autē modo de his disseruerit, vt quę naturalibus vtilia sint patet statim ex ipso simul. Nā in pdicamētis, vbi erat sermo de vocibus significātibus, tanq̄ mul- *Quot modis dicatur ipsum simul.*

tipliciter dictum ipsum Simul, diuidens in plures significationes, dixit, quod alia sunt simul tempore: alia vero, quæ vno sublato & aliud tollitur vicissim, & neutrũ est causa alterius: alia autem, quæ contra diuidũtur in eodem genere. Hic autem horũ nullius meminit. Sed quæ dicũtur ſm locum simul esse, nũc dicit. Corporibus enim naturalibus ipsum simul secundum locũ maxime competit. Sed quærendum est in quibus vnum quodq; horum aptum est inesse, quod quidem per ipsum quid est indicabitur, ostendet autem & ipse, quia ipsum simul & ipsum. Separatim, & attiguum, & consequens, & continuum atque intermedium consideratur in his, quæ habent positionem, illud vero Deinceps, consideratur etiam in his, quæ nõ habent positionem, velut in numeris.

Tex. 22. *Simul igitur dicuntur ea esse secundum locum, quæcunq; in vno loco sunt primo, separatim autem, quæcunque sunt in altero.*

Cõm 26.

Simul in loco esse quid sit. Quis nã vnus sit locus.

Simul esse ea dicit ſm locum, quæcunque sunt in vno primo loco. Qui sit ergo vnus locus, & quis primus distinguendum est. Vnus igitur est, vt inquit Alexander, qui nõ diuisus, sed continuus est, quod quæ sunt simul dicta in loco sunt inter se continua, velut continui partes. Non.n. quia in vno & eodem ſm numerum loco duo corpora, vel plura simul dicimus esse, ob id hæc se penetrare dicimus: hoc enim ostensum est superiore libro, quòd non potest fieri, sed quod quæcunq; non diuisa sunt, neq; à propria superficie continentur, ea neq; proprium habẽt locum. Vnum enim est, & continuum & continentis terminus id, quod continet sic simul connexa inter se. Sic ergo Alex. vnum locum, continuum intelligit, & simul in loco esse cõtinua existimat. Atqui quæ sunt simul, magis distant inter se, quàm attigua, & attigua magis, quã continua, vt dicemus. Quo ergo quę sunt simul, continua sunt? Sed vnum locum dicimus esse eorum, quæ dicũtur simul ſm locum continentem ea, quæ sunt proxime diuisa: vt ciuitatem si fuerint in ciuitate, & vestibulum si fuerint in vestibulo. Et hoc {Primo} additur tanquam explicatiuũ loci proprij proxime eorum, quæ simul dicuntur esse in loco. Hæc.n. sunt proprie simul ſm locum, quia communius simul dicuntur in loco esse etiam ea, quæ sunt in eadẽ domo, & ea, quę sunt in eodem theatro, & in eadem ciuitate, & in eodem mundo. Sed neq; est proprie vnus locus eorum, quæ sic dicuntur esse simul, neq; proximus & proprius, cum multa etiã alia habeat in seipso: sed primo & proprie est locus, qui proxime continet hoc, quod dicitur in seipso esse velut in loco. Sic enim ipse docuit superiore libro. Et de his, quæ crasso modo simul dicuntur esse in loco, hoc dicitur, scilicet, vt in domo & ciuitate, vt ostendatur, quod locus velut vnus, & proximus accipiẽ domus & ciuitas, & si non proprie, ob id hæc dicuntur simul communius. Nam, simul cum habeat intelligentiam congregãdi, etiam colligit separata, vel exacte, vel crasso modo. Exquisite vero, quando, & idem exquisite dicitur simul vnum & proximũ locũ significare. Sed crassiore modo, quando in differentibus, sed sub vno quodam contentis, in quo dicũtur simul esse, vt in domo & ciuitate. Sed proprius simul dicuntur, quæ in minori eodem sunt. Quæ.n. sunt in eadem domo, magis proprie dicuntur simul, quàm ea, quæ sunt in eadẽ ciuitate, & ea, quæ sunt in eodem domicilio, quàm ea, quæ sunt in domo, & ea, quæ sunt in parte, magis quàm ea, quæ sunt in toto: & simpliciter quæ sunt in primo & indiuiduo, qui non cõtinet alia corpora solida, & si aer sit intermedius, & si non continua fuerint, neq; attigua, hæc proprie simul sunt. Vnde Eudemus hoc ait, competere maxime his, quæ sunt separata. Sed neque his maxime proprie. Duo.n. corpora nõ possunt simul esse in uno, & indiuiduo loco. Sed secundum rationem, inquit, exacte quærendum esse, sed ſm opportunitates, sufficiens, etiã cognatũ huius omne simul dicendum est. Dicuntur quoq; simul in tempore quæ sunt in eodem tempore indiuiduo, quod patet esse vnum & proximum. Separatim autem patet ex ipso simul. Quæ enim sunt in distantibus locis & temporibus, hæc loco & tempore mutuo sunt separata.

In rõne simper id, quod perfectum est quæritur. In vsu, & opportunitate, id, quod sufficiens est.

Simul tẽpore quæ dicantur.

Tangere autem quorum extrema sunt simul.

Cõm. 27.

Extrema quæ nam dicantur.

Quærit Alexander in his pulchre, quia dupliciter extrema ducũtur, alia quidem velut partes eorum, quorum sunt extrema, alia vero, vt termini, qualia igitur eorũ, quæ tangunt sese dicit esse simul? Sed ea, quæ deinceps nescio quomodo subiũgit. Si enim alia, quæ sunt vt partes, dicit, hæc non sunt simul: nam essent simul in eodem primo loco, quæ quidem sunt continua, & eę partes, quæ sunt seiunctorum & attingentium nõ sunt in vno primo loco. neq; enim continua sunt inter se, neq; ſm proprias partes mutuo adæquantur, sed etiam ipsæ tangunt sese mutuo: Aut extrema, inquit, superficies dicit, & terminos corporum, quibus sese tangent vicissim. Simul autem hæc dicit, & in eodem loco per accidens. Vt enim superficies alterius corporum tangentium per accidens est in loco, quia corpus, cuius terminus est in loco, collocatur, sic etiam amborum corporum superficies, quibus illa sese mutuo tangũt in loco sunt per accidens, quia in quo altera erat in eodem ambæ sunt, adæquantur.n. mutuo corporum contactu. Item tradit nũc Aristotelem dicere potuisse ea, quæ sunt simul pro his, quæ adæquantur. Quæ.n. sic se habent, vt vnum adæquant alteri, etiam hęc simul sunt. Sese igitur hæc mutuo tangunt, quorũ termini mutuo adæquãtur, & sic sunt simul. Quod.n. prius dicebatur simul, non simpliciter, sed vt adiecit ſm locum. Et erit, inquit, hæc alia significatio eius, quod est simul. Proinde in his merito dubitat Alex. suam seruando expositionẽ, qua dixit, ea, quę sunt simul, continua esse, quomodo eorũ, quæ sese tangunt, simul termini erunt. Et cogitur aliam significationem ipsius simul inducere, quæ est eorum, quæ adæquantur. Est autem non aliud, sed aliorũ. Illud.n. simul est corporũ, quę sunt in vno loco proxime continente ipsa. Et si essent etiam alia, existimo, quæ ab eodem loco continerentur. Etenim & hæc simul erant cum prius dictis. Sed in attiguis non corpora sola dicit ab vno loco contineri, & si diuisa sint, sed etiam superficies ipsorum sese tangunt, & in vno loco sunt, vt superficiei conuenit pro sua natura in loco esse. Nam tãgere est impedimentũ quoddã precedens, ne aliqua simul sint, & veniat ad continuationem & vnionem. Quæ.n. ab vno proximo loco continentur, quando fuerint proxime coniuncta, & mutuo, tum sese mutuo tangere dicerentur, vt quãdo duę superficies vna fierent, tũ continuantur. Patet autẽ hoc, quod sic se habeat etiam ex eo, quod quæ se tangunt mutuo simul sunt, sed quę simul sunt nõ oĩno sese tangũt.

Tãgere quæ nam dicãtur.

Quonam modo reperiatur simul in ipso tangere.

Inter vero est, in quod primum aptum natura est peruenire, id quòd mutatur, quàm in quod vltimum mutatur secundum naturam continue mutationem patiens. In paucissimis autem est inter, in tribus, vltimũ enim est mutationis contrarium. Continue autem mouetur, quod nihil, aut paucissimum intermittit rei, non temporis, nihil enim prohibet intermisisse, & statim etiam post primam sonuisse vltimam, sed rei, in qua mouetur, hoc autem, & in ijs, quę sunt secundũ locum, & in alijs mutationibus manifestum est. Cõtrarium autem secundum locum est, quod secundũ rectam distat plurimum. Minima.n. finita est. Mensura autem finitum est. Tex. 23. Tex. 24.

De illo

Cōm. 28.
Intermedium quid.

De illo intermedio, quod est in motu, dicit, quia hoc est intermedium, quod medium est inter id, ex quo mutatur aliquid, & id, ad quod mutatur vltimum. Idcirco ex hoc etiam significauit idem, quia prius peruenit in illud, quod mutatur, q̃ in vltimum, si ſm naturam continue moueatur. Et quod intermedium ex vtraq; parte habeat illud, ex quo, & id, ad quod etiam ex nomine patet. Hoc.n. est intermedium, per quod, id quod mouetur ex altero in alterum mutatur: ideo ad minimum in tribus collocatur. Non.n. potest esse intermediū alicuius, quod non sit vtrinque respiciens. Verum dixit in tribus ad minimum, quia possunt esse etiam plura intermedia inter aliqua accepta, tñ vltima sunt hæc, ex quo, & ad quod, quæ quidem sunt contraria immediata. Motus.n. fit ex contrario in contrarium ſm naturam. Si.n. vltimum mutationis, in quo mutatio desinit, contrarium est, & contrarium contrario contrarium est, vt primum, ex quo mutatio cōtrarium, & intermedium contrariorum. Secundum locum naturaliter medium est inter supra, & deorsum: & secundum qualitatem medium est ſm vnamquanq; contrarietatem contrariorum, quæ sunt proxime contraria. Et in quantitate medium est, quod inter perfectum & imperfectū interiacet. Ex quibus & ad quę quod augetur & minuitur adhuc seruatum mutatur. Sed ex hac similitudine hæc dicuntur. Illud autem, {Secundum naturam continue mutatum} indicatiuum est, q̧ oportet intermedium, quatenus motus est similis speciei, eorum esse, quorum est intermedium. Tum.n. continue mouetur nihil deficiens, vel parum eius, ad quod mouetur, vel ſm quod mouetur. Hæc autem ex contrario in contrarium, quia potest aliquid moueri sursum ſm naturam, rursus ab hoc in deorsum moueri vi, sed non ob id sursum erit intermedium ipsius deorsum à quo & in quod mouetur id, quod mouetur, neq;.n. ſm naturam ambo; neq; continua. Patet autem quia contrariorum, alia sunt sine medio contraria, alia habent medium: & quia intermedium est in his contrarijs, quæ habēt medium. Et, cum dixerit hoc esse intermediū, in quod prius secundum naturam id, quod est aptum moueri, continue mutatur, q̃ in extremum: & quid sit vltimū, extremumq́; quī contrarium est: vt consequenter dicit quale sit continuum? Quia.n. mutatio habet duplex continuum, hoc equidem ex tempore, illud vero à subiecto, ſm quod mutatio fit, velut alterationis, vel accretionis, vel lationis: & est vtrunq; continuum tale, vt nihil, vel minimum intermittat, aliud quidem à tempore ſm tempus, illud vero à subiecto secundum subiectum: dicit, q̧ continuum ſm tempus non est opportunum ei, quod mutatur, vt perueniat ad medium prius q̃ ad extremum. Nam dixit. {rei, aut temporis} pro hoc, rei magis quam temporis. Etenim remisso tēpore ambulationis adeo, vt quod ambulat quiescēdo iterum ambulet, nihil vetat quin veniat prius ad intermedium ambulationis & subiectæ lōgitudinis. Et non remisso tempore, sed continuo existente, contingit ex contrario in cōtrarium illico mutari, vt si quis pulsauerit chordam inferioris & grauioris vocis, illico proficiscatur ad pulsandum superiorem. Nihil ergo confert tempus continuum ad hoc intermedium, sed continuatio subiecti, siquidem ſm locum mutatio sit, continuatio loci requiritur, atq; motus localis. Etenim, si mutatio fuerit continua ſm hæc, fieri nequit, quin quod mouetur prius non attingat medium, & tum in extremum, & si non continuus sic est motus, sed habet & magna interualla, pfecto non perueniret prius in medium, q̃ ad finem. Vnde apposite protulit hoc. {Nihil.n. prohibet intermisisse, & illico etiam post primam sonuisse vltimam.} Cum dixerit autem continue moueri ſm hoc continuum, in quo nihil, aut minimum intermittitur rei, & non tēporis, quod non opus sit tempore, ex hoc indicauit, cum dicat intermissu tempore, nihil prohibere fieri motum per intermedium, & non intermisso, nihil vetat mutationem fieri ex contrario in contrarium, non per intermedium. Cum ergo his ambobus ostēderit, q̧ non opus est temporis continuatione, vt motus fiat per intermedium, intulit {sed rei, in qua mouetur} vt ea nihil, vel minimum quidem intermittatur, & illud minimum est interuallum rei, quia pportionem vniuersi motus oportet intromittere. Si.n. exigua fuerit interpollatio, aut interuallum ad ipsum, & intentio vna rei manet. vt si quis abierit Athenis ad Pireum, & quam breuiter immoratus sit pro calceis ornandis, atq; aptandis, hæc interpollatio non intercepit, neq; secuit continuationem: tñ, si non est vna intētio, vnusq́; itineris scopus perueniendi ad Pireum, sed etiā de via declinans aliquis, & aliquid eorum tractabit, quæ pertinent ad familiam suam, non amplius erit idem motus continuus. Et, cum accidunt intermedia vno existente proposito, qñ multum tempori intercederet, continuationem motus scindent, vt citharam pulsare, qñ fracta chorda aliam tangere cogimur. Sed, si non manserit vnum propositum, & parum tpis intermissum fuerit, soluit continuationem. vt si quis ad Piræa proposuerit descendere, & cum aliquo disputauerit eorum, quos in via nactus fuerit. Cæterum vbi dixit, quo continuo opus sit, vt prius in mediū ventum sit, quia illo quod est ſm rem, opus est, dicit etiam de contrario, in quod vltimo mutatur id, quod mutatur per medium, quid sit, & in quibus consideretur. Et dicit, q̧ ſm locum contrariū est id, quod plurimum distat ſm rectitudinem. Nam contraria oportet plurimum distare. Et illud secundum rectā, aut rectitudinem facit, quod illud plurimum, sit determinatum & mensuratum. Nam definita est recta: & omnia mensurantur definito & determinato. Quia.n. recta est minima linearū, quæ habēt terminos, & minima definita est. (Nam hoc significat illud, terminantur, & definita metitur) vnde etiam plurimum ſm rectum erit mensuratum & definitum, vt etiam plurimum proprie dicatur. Nam ad terminos rectę circunferentiæ linea indeterminata est, & aliā atq; aliam mensuram habet, alia quidem magis est curua, alia vero minus. quare, si orbiculatione iudicaretur terminorum distantia, fieri potest, vt termini maioris circunferentie modo ipsa sit magis curua, proximiores sint, q̃ termini minoris. Et erunt proximiora quæ distant maiore linea. Et vniuerse recta, ad eosdem terminos vna est, & ob id definita, & certa, sed orbiculares plures sunt & indefinitæ. Et videtur primum apparuisse contraria in loco, & ab hoc ad alia deriuasse atq; proficisci, ideo & descriptio contrariorum tradit, ea quæ plurimum distant. Quæ igitur plurimum seiuncta sunt inter se, qualia sunt quæ secundum locum, hæc contraria dicuntur, modo sic plurimum distiterint, vt illud plurimum determinatum sit. Et.n. plurimum determinatum est, & minimum oportet, vt habeat secundum rectum distantiam.

Extrema quæ sint.
Motus fit ex cōtrario in cōtrarijs secundum naturā.

Cōtrariorum quænam intermedia habent.

Quo nam continuitas necessaria sit ad hoc quod intermedium perueniat ad extremum.

Cōtraria plurimum distare necesse est.

Linea circumferētiæ est indefinita.

Cōtraria primum in loco visa sunt.

Tex. 25.

Consequenter autem est, inter quod post principium solum existens aut positione, aut natura, aut alio aliquo sic determinatum, nihil est eorum, quæ sunt in eodem genere, & id, ad quod consequenter est. dico autem, vt ad lineam linea vel lineæ, aut ad vnitatem vnitas, vel vnitates, aut ad domum domus. Aliud autem nihil prohibet esse inter. Consequenter enim, ad aliquid est consequenter, & posterius aliquid est. non enim vnum consequenter est in duo, neque nouam lunam

Neomenia græce, quam nos nouam dicimus lunam, primum diem mensis exprimit.

lunam ſecunda dies conſequitur, ſed hæc illa conſequuntur,

Cõm. 29.

Conſequens eſt alicui conſequens, quod quidem habet rationem principij ad idem, Quod.n.eſt poſt principium exiſtẽs eiuſdem generis cum principio, & magis eiuſdem ſpeciei, conſequens eſt principio, qñ non interceſſerit aliquod intermedium inter principium & id, quod eſt poſt illud, quod ſit ſimile, vel genere, vel ſpecie. vt domus eſt conſequens domui, i. ſecunda poſt primam, vt qñ non alia intermedia fuerit. Sed principium ipſius conſequentis, & ipſum conſequens multipliciter dicitur. Vel.n.poſitione, vel ordine, vel ſpecie, vel affectione, vel tempore, vel ortu, vel numero, vel aliquo alio modo. Poſitione quidem quæcunq; alicubi ſunt, vt ſi plures lineas deſcripſerimus, vel plures domos, aut ciuitates acceperimus? Ordine, vt prooœmium reſpectu narrationis, & ipſa reſpectu contentionum, & partium explicandarum, aut confutandarum aduerſarij; Specie quoq;, velut ſi colores deinceps & conſequenter ſigillatim acceperimus, ab albo inchoantes vſq; ad nigrum, ſiue hæc ſeptem fuerint, ſiue etiam plura. Enumerat autem eos Ariſt. in libro de ſenſiterijs & ſenſilibus. Affectione item, ſi à frigido mutationem factam odoraro vero, in lacteo & tepido, atq; calido & feruido intellexero eſſe factam. Tempore autem, qñ nouilunium, aut ſecundam, aut tertiam & ſic deinceps nominabimus. Ortu vero, qñ in animalibus dicimus quod primo prodijt & conſtitit fuiſſe cor, deinde pulmonẽ, ſi occurrerit, deinde ſplẽ, deinde renes, & in plantis radices, deinde truncus, poſtea ſtips &c. Numero demum, qñ vnitatem, binarium, ternarium dicimus deinceps. Sed principiorum alia ſunt natura, vt illa ſm numerum. Natura.n.prius eſt vnum q̃ duo, & duo quam tria: & quæ ſecundum ortum animalium & plantarum, adhuc etiam quæ ſunt ſm ſpecies, ceu in coloribus, alia ſecundum affectionem, vt dictum eſt de albo & nigro. quod ſi nos definiuerimus ſic ſe habebunt ſecundum & ea, quæ deinceps, ſiue à feruente incipiamus. Et in coloribus ſiue ab albo, ſiue à nigro. Et in tẽpore & fluentibus & his, quæ fiunt, quod eſt prius natura, hoc eſt primum, Quædã vero nos facimus principia, vt anni. Athenienſes annum inchoant circa conuerſiones æſtiuas, vel circa autumnum, velut ij, qui ſunt circa Aſiam appellatã: vel circa conuerſionem hiemalem, vt Romani: vel circa vernalem, vt Arabes, & qui ex Damaſco. Item mẽſis principium quidam dicunt eſſe plenilunium, vel nouilunium. Vnde erunt ex impoſitione. Sed in his, quæ ſunt in loco, dicendum eſt, ꝙ qñ erit aliquis ordo poſitorum, & fuerint definita in rectam vel ligna, vel columnæ, erunt extrema principia ex vtroque latere, & vt nos poſuerimus, erit ſic alius terminorum principium, & aliud conſequens acceptum. Sed in domibus ciuitatis non amplius ſunt quędam principia, ſed ab vtro voluerimus inchoare in nobis ſitum eſt: & eſt totũ ex impoſitione, ſiue ſit rotundus, ſiue quadratus, ſiue qualiſcunq; ambitus. Similiter etiam in ipſis ciuitatibus ipſum conſequens eſt ex impoſitione. Sed his determinatis, illud oportet animaduertere, ꝙ oportet ea, quæ ſunt deinceps, eiuſdem generis eſſe. Sed ſimile genere multiplex eſt. Si.n.pueros maſculos dearticulantes deinceps dicamus, velut in pueris dicimus ſimile genere, ſi autẽ & homines miſcentes velut maſculino genere ſimiles dicimus, ſi vero mulieres, vt homines dicemus, & addentes animalia rationis expertia, velut animalia dicimus genere ſimilia & conſequenter ſe habentia. Nam ſimilia genere ſunt cum proximiore, tum etiam remotiore. Si.n. omnia fuerint fundamenta, quatenus fundamenta, ſimilia genere erunt. Quod ſi etiam differũt, quatenus cathedræ, ſi autem & lecticæ quatenus in illis recũbimus, & requieſcimus. Nam in illis cõmune eſt expers nominis, ſi vero aliquorum intermedia quædam deinceps quædam fierẽt diſsimilia ſpecie, putandũ eſt hoc non accidere in his, quę ſunt deinceps, neq;.n.in his ſm numerum, neq; in his ſecundum tempus, neq; in his, quæ mutantur ſm ſpeciem, aut affectionem, ſed in his ſecundum ortum conſequentibus, vt inter cor, & pulmonem ſunt intermedia & diſsimilia genere, quæ fiunt, vt venæ, quia ſumptæ ſunt velut ea, quę conſequentia ſunt in ipſis inteſtinis. Patet autem, ꝙ in habentibus principium natura, eſt conſequens natura, & non conuertitur. Nam duo conſequuntur vnũ, ſed non vnum duo. Item in his, quæ ſunt in poſitione, quod vt definiuerimus principium, etiam habebimus ſic ipſum deinceps & conſequens ſiue frigidum, ſiue calidum diffiniuerimus principium. Verum Themiſtius addit, ꝙ proprie ſimilia ſpecie ſunt conſequenter ſe habentia, vt domus domo, & linea lineę. Sed dicuntur quædam conſequẽtia, quæ ſæpe non ſunt ſimilia ſpecie. Nam certamen eſt conſequẽs pompam, & proceſsionem, & ea, quæ ad ſponſalia attinẽt, ante exercitium. Sciendum autem, ꝙ cum multa exẽplaria ſic ſe habeant. {Conſequenter aũt eſt inter quod poſt principium exiſtens, aut poſitione, aut ſpecie,} Alexã. ſic ſcribit, {Cuius poſt principium ſolum exiſtentis,} addẽs illud {ſolum,} & exponit, ꝙ illud ſolum eſt indicatiuum huius, quod non proprie omnino accipitur principium, ſed quouis modo, ſi accipiatur principium, aut natura, aut ex impoſitione eſt eius, quod deinceps conſequitur. Dixit autem conſequenter ſe habere lineam ad lineam, vel lineas? & vnitates ad vnitatem, vel vnitates, quia vna linea poteſt eſſe conſequenter, alteri lineæ, & pluribus, & vna vnitas vni, & pluribus.

Principium eius, quod dicitur conſequens dicitur multipliciter.

Principiorum alia ſunt à natura, alia ex varia variis generis impoſitione.

Diuerſa ſunt anni principia apud diuerſos.

Conſequentia aliqua ſunt quæ non ſunt eiuſdem ſpẽi.

Contiguum autem eſt, quod cum conſequenter eſt, tangit.

Tex. 26. Cõm. 30. Contiguum quid dicitur.

Poſtquam dixit quid ſit tangere, quid conſequenter, adducit quid ſit Contiguum, nempe ꝙ illud, quod conſequenter eſt, & ſimul tangit, id contiguum eſt. non.n.id, quod conſequenter eſt, ſufficit ad hoc, ꝙ aliquid ſit contiguum, Nam numeri ſunt conſequentes, ſed non dicuntur eſſe contigui inter ſe, quia non ſeſe tangunt. Neq; tangere eſt per ſe ſufficiens ad efficiendum, qđ ſint aliqua cõtigua, quia pallium atq; veſtis tangit corpus & cum non ſit conſequenter, ideo non dicitur contigua illi. At domus cum ſit ad domum conſequens, & ſeſe mutuo tangant, tum ambæ ſunt attiguæ & annulli cathenarum. Oportet.n.ea, quę ſunt attigua, ſimilia genere & nullum intermedium habere, nec ſimile genere, nec diſsimile, ideo non ſolum cõſequenter ſunt, ſed etiã ſeſe tangentia, Omne.n.contiguum etiam conſequens eſt, ſed deinceps, conſequensúe non eſt omne contiguum, niſi & poſitionẽ habeat, & tangat. quocirca neq; ſecundus dies nouæ Lunæ dr̃ eſſe proprie contiguus, neq; ex albo nigrum factũ contiguum eſt albo, quia hæc non habent poſitionẽ, neq; ambo permanent, ſed ſecundus dies cum eſt, non permanet noua. Et nigro factũ album abijt. Quæ aũt non habent poſitionẽ, neq; permanent, ambo non ſeſe tangunt, quę non ſeſe tãgunt non ſunt contigua. Quod ſi quis ponens album corpus & hoc tangat fuſcum, & illud nigrum, nihil prohibet quin hæc inter ſe ſint contigua. Sed ea humida, quæ ſeſe confundunt, & commiſcent, non ſunt contigua inter ſe. Verum oleum & aqua dici forſitan poſſunt eſſe contigua.

Quoniam autem omnis mutatio in oppoſitis eſt, quæ vero oppoſita ſunt, & contraria ſunt, & ſecundum contradictionem, contradictionis autem nihil eſt medium; manifeſtum eſt, quòd in contrarijs erit id, quod eſt inter.

Dixit

Cōm. 31. Intermedium in contrarijs est.

Dixit iam quid est intermedium, qa illud est, in quod primum est aptum peruenire omne, quod mouetur antequam veniat ad extremum, addēs ꝙ extremum mutationis est contrariū. Cum hæc ergo, quæ illa sequuntur, adiecisset, ostendit quod medium est inter contraria. Hoc autem sic ostēdit. Intermedium in mutatione est, omnis mutatio est ab opposito in oppositum, & omnis talis vel est inter contradicētia, aut contraria. Etenim priuatio aliqũo cōtrarium est, vt ipse dixit. Et eorum, quę sunt ad aliquid, aliqua sunt contraria. Si ergo secundum contradictionem mutatio secundum ortum atq; interitum fit & in ortu atque interitu non subsistunt extrema, sed in ortu solum subsistit id, ad quod, & in interitu solum id ex quo. nam alia non sunt subiecta, sed negant significata, necesse est, vt intermedium sit in contrarias, sed non in omnibus contrarijs dicit. Sunt enim aliqua contraria sine medio: sed quia in genere contrariorum.

Continuum autem est quidem, quod contiguum quiddam est, dico autem esse continuum, cum idem fuerit, & vnus vtriusq; terminus, his, quæ se tangunt, & vt significat nomen, contineatur. hoc autem esse non potest, si duo sint vltima. Tex. 27. *Hoc autem determinato, manifestum est, quod in ijs est continuum, ex quibus vnum quid aptum natura est fieri secundum contactum. & vt demum fit continuum vnum, sic & totum vnum erit. vt aut clauo, aut glutine, aut tactu, aut insertu.* Tex. 28. *Manifestum autem est, & quod primum est id, quod consequenter est. quod .n. tangit, necesse est consequenter esse. quod autem consequenter est, non omne tangere. Quapropter & in prioribus ratione, consequenter est, vt in numeris, tactus autem non est. Etsi quidem continuum est, necesse est tangere, si vero tangit, sic continuum est. non .n. necesse est vnum esse ipsorum extrema, si simul sint, sed si vnum sunt, necesse est simul esse. Quare vltima consitio secundum generationem est. necesse est .n. tangere, si consita erunt extrema. Ea vero, quæ tangunt, non omnia consita sunt. In quibus autem non est contactus, manifestum est, quod neq; est consitio in his.* Tex. 29. *Quare, si est punctum & vnitas, qualia dicunt separata, non possibile est vnitatem & punctum esse idem. His .n. inest tangere, vnitatibus autem est consequenter, & inter hæc quidem contingit esse aliquid. omnis .n. linea inter puncta est. inter illas autem non est necesse. nihil .n. est inter* Tex. 30. *binarium & vnitatem. Quid igitur est simul, & separatim, & quid tangere, & quid inter, & quid consequenter, & quid contiguum, & quid continuum, & quibus vnumquodque horum inest, dictum est.*

Cōm. 32. Quid sit continuum.

Vt ab ipso consequenter, & ab ipso tangere fit ipsum contiguum, sic etiam ab ipso contiguo continuum fit qñ tactus eorum, quæ sunt contigua, fieret vnus. Hoc autem fit quando eorum, quæ se tangunt, termini, duo existentes simul concurrentes vnum fierent. Tum .n. non amplius permanent se tangentia. Vnde oportet ea, quæ sunt continua, vt sese tangant. Nam partibilia sunt, quia impartilia non sese tangunt. Planū igitur est, ꝙ in his est continuum, ex quibus vnum aliquid aptum est ſ̃m contactum fieri.

Vnum fieri quot modis.

Sunt autem vnum aptum fieri ea, quæ simul vel inseruntur, vt plantæ insertæ: & quæ tactu conglutinantur, vt nauis. Sed horū causa est, vt sit vnum plus quam ſ̃m tactum, sed imperfectius sunt vnum insertu, vt aquę & aeris: Nam his dissolutis, non minus partes vnitæ sunt, & eandem seruant naturam cum toto. Sed vinculo sunt vnum vt fasciculus: Quædam quoq; contextura, vt pallium: Quædam implicatione partium, vt cathena: Quædam confutione, vt calcei & subligacula: Quædam vero colla & glutine, vt charta: Quædam vero mixtione, vt melicratum: Quædam compositione talia, vt aceruus. Quædam coordinatione, vt acies. Quædam coniunctione, vt non simplices propōnes. Sed biga & currus multis modis fiunt vnum. Nam currus, vt rotæ, coaptatione fit vnum: sed causa efficiens, vt hæc coniungantur, erit quædam cōpositio, & æquorum vt mutuo connectētur & curru exit coniugatio. Tamen omnis mutatio compages est compositio. Sunt autem & alij plures modi vnius constitutionis, tñ Arist. quatuor meminit, dicens, aut clauo, aut glutine, aut tactu, aut insertu, fieri vnum continuum. Dicitur aūt vnum continuum, quod supra est, & supra continuum existens & causa continui. etenim continuum, etiam vnum est, sed vnum non omne continuum. Nam nauigium, pallium & domus vnum aliquid, sed non continuum. Sed manifestum est, inquit, ꝙ quantum ad intelligentiam primum est ipsum consequenter, deinde tangere, & tangere prius cōtinuo. Nam quod est tangens, necesse est vt sit consequens, & consequens non omne tangit, ideo & in prioribus ratione consequens est. Priores .n. & antiquiores sunt numeri ipsis magnitudinibus, & in his est consequenter. Nam duo consequuntur vnum. Sed tactus non est vnitatum. Priores .n. numeri, & vnitates sunt corporibus & magnitudinibus, & non subsistentia, sed ratione. Ideo ſ̃m ortum continuum postremum est quo ad intelligentiam. Primæ .n. sunt vnitates, in quibus est ipsum consequenter, sed vbi acceperint positionē, tangere aduenit. Et inserto tactu, fit continuum & nihil amplius post hoc. Verum tñ Eudemus, cum continui magis spectet cōnexum inditum, & hunc esse proprium naturalium corporum asserens, inquit esse primum continuum & principium ſ̃m rationem. Hoc .n. sequitur continuum & contiguum, & consequenter: sed ſ̃m ortum inquit, vltimum esse illud insertum, atq; insertione vnum. Patet autem, ꝙ hoc sit primum ratione, quia ex illis constat. Aristot. autem dixit, ꝙ ipsum consequenter est prius ipso tangere, velut vniuersale magis & simplicius, atq; velut id, quo sublato, aliud tollitur & illo dempto ipsum non aufertur. Ortu ergo continuum est posterius: ideo, si continua fuerint, necesse est, vt sese tangant. Sed non sic dicit velut de cōtinuo, vt qñ continuum est, tangat. Non .n. amplius erit continuum ſ̃m illam partem, secundum quam est tactus, sed cum continuum factum sit ex pluribus, necesse est tactum prius subsistere. Quod si quædam se tangant, nō necesse est cōtinuitate intelligere. Quare in quibus non est tactus, neq; insertio, neq; cōtinuatio est in his: siquidem oportet tactum præcedere cōtinuationem, non tamen in omnibus, in quibus est tactus, potest etiam fieri insertio. Etenim lignum lapis tāgit, & pallium animal, sed hæc non inseruntur ſ̃m connexum, adeo, vt fiant vnum. Si ergo verum est non esse idem ipsum consequenter, & ipsum tangere, neq; in eisdem esse, concluditur vt corollarium ex hoc, quod & si sint punctum & vnitas separata à rebus vt quidam statuunt, qui dicunt subiecta mathematicorum non esse ſ̃m abstractionem, non erit idem punctum, & vnitas, vt videbatur nonnullis: & si ambo sint expertia diuisionis & vtrunq; sit principium quanti: si quidem punctum tangit punctum, cum habeat positionem, sed vnitates sunt consequenter. Si ergo non in eisdem sunt tangere, & quod consequenter: non erunt idem punctum & vnitas. Equidem competit punctis tangi non per se, qñquidem sint impartibiles, sed tangētia diuidua necesse est esse, sed quia vel tangere dixit pro ipso applicari. Nam punctum cum puncto positum efficit punctum. Hoc modo Alexan. intellexit. vel magis dixit, quia ob puncta cōpetit tangere lineis. Sed non solum ex differentia ipsius tangere & ipsius

Cōtinuum postremum est in ipso ortu quo ad cogitationem, & intelligentiam.

Vnitates primum, deinde contactus, postremo ipsum cōtinuum consideratur.

Cōnexum inditum postremum est in generatione, ut voluit Eudemus.

Punctus & vnitas & si separata à rebus sint, non sunt idem.

& ipſius conſequenter oſtēditur differentia puncti & vnitatis, ſed etiam ex intermedio: ſi quidem inter aliqua puncta contingit eſſe aliquod intermedium. Nam inter puncta, quæ inuicē adæquantur, nihil medij eſt, ſed inter puncta, quæ non cohærent, poteſt eſſe aliquid intermedium, vt linea, vel lineæ. Neq;.n.inter hos neceſſe eſt intermedium eſſe lineam, ſed contingeret, ſi per ſe ponerentur puncti, & non velut termini linearum in corpore. Inter vnitates autem nihil intermedij eſt. Nam inter vnitatem & binarium non neceſſe eſt aliquod medium intereſſe. Illud, non.n.neceſſe eſt inter eſſe, pro hoc dixit, neceſſe eſt non intermedium eſſe, vt dictum eſt. Nam numeri, vt Pythagorei dicunt, vacuo inter ſe ſeparantur, non habentes inter ſe aliquod intermedium. Sciendum autem, q; dupliciter in libris ſcriptura fertur. Vbi.n.ſcriptum eſt. {Omnis enim linea inter puncta eſt.} etiam inuenitur ſic ſcriptum, {Omnis.n.lineæ punctū intermedium eſt.} ſed primam apertiorem cognouerunt interpretes. Omnis.n.linea finita inter duo puncta eſt, quæ ſunt termini eius. Contingit autem & non eſſe intermediam lineam, qn̄ per ſe puncta intelligerentur ab his, qui ſtatuunt eas ſeparabiles. Sed altera ſcriptura, ſiquidē non male ac vitioſe fuerit ſcriptum, ſequetur prædictum. Cum.n.dixerit de pūctis, & his quidem, quod contingit intermedium quoddam eſſe ſubiunxit. {Omnis.n.lineæ intermedium punctum eſt.} Si.n. omnis lineæ contingit intermedium punctum eſſe diuidentem ipſam, & contra linearum vtranque diuidens ex vtroq; latere punctum eſſe verum eſt, quia inter extrema puncta qualitercunq; & medium poteſt eſſe aliqua linea intermedia. Nam de numero eorum, quæ ſunt, linea eſt, & medij & reliqui extremi altera linea eſt. Sed hæc ſcriptura habet aliquid plus dicēs. {Omnis.n.lineę intermedium eſt punctum,} Quod non ſolum eſt verum de linea finita, videlicet eſſe aliquod intermedium inter puncta, ſed etiam de infinita. Etenim poteſt hanc punctum diuidere & oſtendere, vt dictum eſt, q; inter puncta intercidunt lineæ. Cum ergo dixerit de vnoquoq; propoſito, concludit deinceps rationem, & ordinem meminit eorum: q; dictum eſt de omnibus, & quid ſit vnumquodq; & quibus inſunt eorum, quæ ſunt. Dictum enim eſt omnia alia inſunt poſitionem habentibus, ſed conſequenter etiam competit his, quæ non habent poſitionem: ſi quidem & illud in numeris conſideretur.

Inter puncta, quæ mutuem non adæquantur, vel cohærent poteſt eſſe aliquod intermedium vt linea, vel lineæ.

Inter unitates nihil eſt medium.

CAPVT. V.

Tex. 32.

***V**Nus autem motus dicitur multipliciter. vnum.n. multipliciter dicimus. Genere igitur vnus eſt ſecundum figuras prædicamenti. Latio enim, omni lationi, genere vna eſt, alteratio autem à latione diuerſa genere eſt. Specie autem vnus eſt, cum genere ſit vnus, & in indiuidua ſpecie ſit. Vt coloris quidem ſunt differentiæ. Igitur alius ſpecie, denigratio & dealbatio. Omnis igitur dealbatio, omni dealbationi eadem ſecundum ſpeciem erit. & omnis denigratio, denigrationi. albedini autem non amplius. Quapropter ſpecie vna eſt dealbatio dealbationi omni. Si autem ſunt quædam, quæ & genera ſimul & ſpecies ſunt, manifeſtum eſt, quòd ſpecie quodam modo vnus erit, ſimpliciter autem vnus ſpecie non, vt diſciplina, ſi ſcientia ſpecies quidem eſt exiſtimationis, genus autem ſcientiarum.*

Cōm 33. Conſequēs erat, poſtea quam dixit ea de motu, in quibus ſeiunxit eundē ab ortu, atq; interitu, & aſſignauit prędicamenta, in quibus motus ineſt, hæc quæ nunc dicenda ſunt de motu, ſubiungeret. Quis vnus, ſ.eſt motus, & q; trifariam dicto vno, aut genere, aut ſpecie, aut numero, vt etiam in alijs determinatum eſt, vnus motus totidem modis diceretur. Et quis ſit vnus genere, qui vnus ſpecie, qui demum vnus numero, qui eſt proprie vnus demonſtrabitur. Quia vero vnus qui eſt, eſt etiam continuus, & qui eſt continuus, eſt vnus, oportebat prius cognoſcere quid ſit continuum, vt etiam ipſum de motu cognoſcere valeremus. Sed, qm̄ continuum eſt aliquod attiguum, & contiguum eſt ipſum conſequenter & tangens: quæ ſimul eſſe oportet. & cum his cōſideratur intermedium, merito eorum doctrina aſsignata eſt ante hæc, quæ nunc dicenda ſunt. Verum hoc problema, quod oſtendit, qui ſit vnus motus, per ſe eſt peculiariſsimum naturali contemplationi, vt indicabunt de ipſo dicta, & conferet hoc optime conſideratum ad vltimam partem vniuerſæ tractationis naturalis. Nam ex eo oſtendetur, qui ſit vnus in mundo motus & continuus: quia orbiculatio erit, & quid erit proxime hanc; mouens, quia immobilis, impertibilis ac ſempiterna cauſa. Sed nunc illud, quod habet vnum motum, trifariam dici aſſerit, vt etiam vnum, aut genere, aut ſpecie, aut numero. Genere igitur vnus motus eſt, qui eſt in vno & eodem prædicamento, vt omnis latio cum omni latione eſt vna genere. Sunt.n.omnes lationes in vno prædicamento vbi. Alteratio quoq; cum alteratione vna eſt hoc modo, quia eſt in vno prędicamento qualitatis. Eodem item modo augmentum cum augmento & diminutio cum diminutione. Nam omnia ſunt in prędicamento quantitatis. Si ergo diuerſi motus fuerint genere, nō erit motus velut aliquod cōe, quod p̄dicetur de pluribus motibus. quare neq; definitio eius, velut vnius generis & vniusq; naturæ fuit. ſpecie vero plures motus ſunt, cum in eodē ſint genere, ac prædicamento. in eadē quoq; ſpecie ſunt, quæ ſub eodem genere indiuidua eſt, & indiuiſibilis in ſpecies, vt omnes dealbationes ſunt vna genere. Nam ſunt colores & qualitates, & ſpecie ſunt vna, ſed albatio & nigratio ſunt in eodem genere, & ſpecie differunt. Sed, cum dixerit, q; coloris differentiæ ſ'm motum ſunt, albatio & nigratio, & ob id dealbatio, & denigratio ſpecie differunt, & dealbatio cum dealbatione eſt eadē ſpecie, & denigratio cum denigratione, ſubiunxit. {Albedini autem non amplius, quapropter ſpecie vna quodāmodo eſt dealbatio dealbationi.} Et interpretes præter currere hoc. Sed, cum dixerit motum eſſe vnum ſpecie exiſtentem vnum in indiuiduo, quia ſunt aliquæ ſpecies, quas eſſe aliarum ſpecierum genera nihil prohibet, quia non ſunt ſpecies indiuiduę, vt Auis ſpecies animalis, & genus eſt aliquarum ſpecierum, velut Milui & aliorum, dicit, quod ſ'm tales ſpecies ijdem ſunt motus, ſed non ſimpliciter ſunt ijdem ſpecie, quia diuiduntur in differentes ſpecies, vt color in album & nigrum, ſed quodammodo ſunt, quia ſunt in eadem ſpecie, & ſi non fuerit ſpecies indiuidua. Exēplum autem ſpecierum ſubalternarum, cum dicat ſcientiam eſſe ſpeciem opinionis, quod eſt dictu cognitionis. Sed genus aliarum ſcientiarum, velut Geometricæ, Arithmeticæ, Muſicæ, Medicinæ, & reliquarum. Si ergo diſciplina eſt quædam receptio ſcientiæ & motus ſ'm ſcientiam, vt ſcientia aliquomodo velut vna ſpecies eſt, quia ab ipſo genere cognitionis diuiſa eſt, tamen non eſt ſimpliciter vna, quia non eſt ſimpliciter vna ſpecies indiuidua. Sic ſe habebit etiam diſciplina quæ eſt motus & ſcientiæ receptio.

Motus unus dicitur genere, ſpecie, & numero.

Quod ſpecies quædam ſunt quæ etiam genera eſſe poſſunt.

Scientia ſpē. opinionis.

Tex. 32. *Dubitabit autem aliquis, ſi vnus ſpecie motus ſit, cum idem ex eodem in idem mutatur. vt vnum punctum, ex hoc loco in hunc locum iterum atque iterum. Si autem hoc ita eſt, erit circulatio, recta lationi eadem, & volutio ambulationi. An determinatum eſt id, in quo eſt, ſi ſit aliud ſpecie eſſe*

esse diuersum motum à circulari autem à recto alterum specie est. Genere igitur & specie motus vnus sic est.

Tex. 33.

Com. 34. *Nam vnus specie motus sit qui ex eodem ad idem & iterum eo que iterum.*

Cum explicant motum vnum specie esse illũ, qui absoluitur secundum vnam speciem, dubitat, num dicendus sit vnus motus specie ille, qui est eiusdem mobilis, & ille, qui iteratis vicibus est ab eodem in idem. vnde accipit quod mouetur punctum, & motum, qui vnus sit specie, & ab eodem in idem, rectam lationem: & dicit, ꝙ si quis eundem vnum motum specie dicit, erit orbiculatio rectæ lationi eadem ſm speciem. Potest.n. idem ab eodem atq; in idem aliquando quidem recto motu moueri, & aliqñ circulo, & sic erit orbiculatio lationi rectæ eadem specie; Similiter volutatio incessui. Et soluit dubitationem, dicendo determinandum esse motum vnum specie, qñ species fuerit indiuidua secundum quam fit. Vel, vt ipse dixit, in qua fit. Quod si alterum atq; alterum fuerit hoc quoniam alter atq; alter motus est, orbiculare erit alterum specie à recto, siue illud, in quo motus fit, accipiatur, vt recta linea vel orbicularis, siue modus, quo fit motus, vt volutatio & incessus. Et hoc magis significat illud, in quo est motus; Nam volutatio & incessus possunt ambo fieri supra rectũ, & nihil different secundum subiectum. Et Aristoteles vi detur modos motus adducere dicendo orbiculationem & rectam lationem, & orbiculare, atq; rectum sunt species motus, & non supponit lineas. Hæc autem dubitatio & solutio videtur esse illata ad exactiorem determinationem, quomodo sit vnus motus specie. propterea ꝙ species est vna, velut subalterna & diuidenda in species, & sic ipsa diuiditur: vnde ostendit id, quod non efficit vnum specie. Species.n. hæc, qua idem ab eodẽ in idem iterum atque iterum mouetur, si quis proprie dicit vnam speciem. Similiter & orbiculationem & rectam lationem proprie vnam speciem dicit. Quia autem non est hæc vna species motus indiuidua, sed diuiditur in prædicta, aliquo modo sunt eadem specie, sed non simpliciter.

Tex. 34. *Simpliciter autem vnus motus est, qui substantia vnus & numero est. Quis autem huiusmodi sit, manifestum erit diuidentibus. Tria.n. sunt numero, circa quæ dicimus motum vnum. Quod, et In quo, & Quando. Dico autem quod, quoniam necesse est esse aliquid, quod mouetur, vt hominem, aut aurum: Et in aliquo hoc moueri, vt in loco, aut in affe-*

Tex. 35. *ctione: Et quando, in tempore.n. omne mouetur. Horum autem, genere quidem aut specie esse vnum, est in re, in qua mouetur. Contiguum autem, est in tempore. Simpliciter autem vnum esse, in omnibus his est: etenim in quo est, vnum oportet esse, & indiuisibile, vt speciem. Et rursus ipsum Quando, vt tempus vnum, & non intermittere. Et quod mouetur vnum esse non secundum accidens. vt album nigrescere, & Coriscum ambulare. vnum autem est, et Coriscus & album, sed secundum accidens, neq; commune. erit.n. simul duos homines sanari secundum eandem sanationem. vt oculorum*

Tex. 36. *agritudinis, sed non vnus hic est, sed specie vnus est. Socratem autem secundum eandem quidem alterationem alterari specie: in alio autem tempore & iterum in alio, siquidem contingit corruptum iterum vnum fieri numero, erit & hic motus vnus, si vero non, idem quidem erit, vnus autem non.*

Cõm. 35. *Vnus motus numero quis nam sit.*

Cum explicant qui sit vnus motus genere, & qui sit vnus specie, & is qui ꝓprie, & qui aliquo modo, & qui non, deinceps dicit, qui sit vnus numero motus, quem & simpliciter & proprie & substãtia vnum esse dicit. Proprie.n. vnum est illud, quod est vnum numero. quia quod genere, vel specie vnum est, multo magis est ꝙ̃ vnum. Sed vnũ numero, inquit, qui habet vnumquodq; horum trium, circa quæ est motus, tanquam posit in vnoquoq; esse vnum numero. Sed tria hæc sunt, circa quæ motus est. Subiectum, vt Socrates: illud in quo; siue ſm quã in speciem mouetur id, quod mouetur, vt ambulatio; & tempus, in quo mouetur motum. Omne.n. mouetur in tempore mouetur. Sed horum trium, illud, in quo est motus, per se spẽ vnum motum esse indicat. Nam orbiculatio rectæ lationi vna est genere, & quia & recta latio ei orbiculationi eadem genere est. Nam ambæ lineæ. Sed omnis recta latio speciei eadem est. Similiter & omnis orbiculatio. Quoniam & omnis recta cum omni recta est eadem specie, & omnis circulus cum omni circulo. & continuum tempus per se facit motus differentes contiguos & consequentes: siue idem fuerit quod mouetur, siue differens, non intermisso in tempore. Quando tamen etiam quod mouetur vnum numero fuerit idem, vt Socrates, & species motus vna, velut ambulatio, & tempus vnum, & continuum, vt dies, vnus tum fit numero motus, & quo vnum tempus accipitur & indiuiduum fuerit, ex hoc significauit dicendo {non intermittere.} Vnum.n. tempus continuum & non interpollatum dicitur, & quo fit vnum numero id, quod mouetur significauit, quia non velut per accidens assumptum est. Coriscus enim, qñ simul niger fieret, & ambularet vnus numero existens, vt videtur mouetur simul duobus motibus, sed per accidens vnum est, est in albo Corisco, quia album accidit Corisco. ideo & motus duo, & si fiant in continuo tempore. quia & quod mouetur non per se vnum est, sed per accidens sumptum est. Non.n. ſm idem Coriscus ambobus motibus mouetur, sed vtroq; illorum secundum aliud & aliud, velut duobus existentibus motis. quatenus enim albus, Coriscus niger fit. & quatenus ambulator, ambulat, hoc quidem per se habet, illud vero per accidẽs. Sed id, per quod est motus per se in talibus, non modo non est vnus numero, sed neq; genere, neq; specie, siquidẽ nigrum fieri sit alteratio, & ambulare sit latio. Sed cum dixisset ꝙ oportet vnum esse quod mouetur non ſm accidens, subiungit sic oportere vnum motum per se esse, velut indiuiduum & vnum numero, sed non velut commune & specie vnum, sed non numero, qualis est ægritudo, ver.g. oculorum laborantium lippitudine. Nam fieri potest vt sint duo homines, qui sanari possint eadem sanatione & curatione lippitudinis, sed talis sanatio esset vna specie & non numero, qñ velut communis acciperetur. Sed, cum dixisset ꝙ in vno motu proprie, oportet etiam esse vnum per se id, quod mouetur, & non per accidens, & id, secundum quod est motus, est vnum velut indiuiduum, sed non velut cõmune, subiungit, ꝙ etiam tempus in continuatione vnum esse oportet, vt Socr. discens grammaticam continuo tempore. Vnus.n. hic motus est, quia vnum tẽpus habet secundum continuationem, & non ſm vnum numero ꝓprie, vt subiectum. Sed Eudemus inquit, vt tempus. Neq;.n. alteratio permanet, neq; latio, sed vt tempus fluit, & semper per alius fit, ideo hoc specie vnum dicẽdum est, sed non numero. Et, si inquit Aristo. ab hoc morbo rursus in alio tempore eundem, quam amiserat sanitatem recepit, neq; dicendum est quod sit vnus numero, sed magis idem specie. Et necessitatem rationis ostendit argumẽto ad id, quod fieri nequit. Tum.n. esset vnus numero motus prioris disciplinæ & post obliuionem reuocatę scietiæ, si idem corruptum numero rursus oriri posset, ꝙ si hoc fieri nequit, igitur non potest motus, qui in alio atq; alio tempore fit, esse vnus numero. Hæc autem quæstio congrua est illi ortui vicissitudinario, quem Stoici tradiderunt. Nam illi dicentes me rursus nasciturum quęrunt merito, vtrum vnus sim numero nunc & tum, propterea ꝙ substantia idem

Vnum tempus quid sit.

Vnum numero quod mouetur quomodo dicatur.

Ortus vicissitudinarius, seu regeneratio, p.mirur à Stoicis.

Vnus simpliciter motus quis sit.

idem sum. Nisi ordine à me ipso distinctus sim, quod in alio & alio mundu facto nuper facto extiterim. Sed simpliciter vnus motus est, in quo vnum mobile per se numero est, & id, secundum quod mouetur, est vna species prædicamenti, quæ sit indiuidua & non communis, & tempus continuum, nec interpollatum. Quod si hæc omnia non concurrunt, idem specie potest vnus motus esse, sed vnus motus non amplius numero.

Tex. 37. *Habet autem dubitationem huic similem. & vtrum vna sanitas & omnino habitus & passiones substantia sint in corporibus? moueri nanq; videntur quæ illa habent, & fluere. Si igitur eadem & vna sit mane & nunc sanitas: cur non etiam cum intermissam receperit iterum sanitatem, & hæc*

Tex. 38. *& illa vna numero non erit? Eadem.n.ratio erit. verum tantum interest, quòd si duo idem hoc sunt, sicut numero vnus & habitus esse necesse est: vnus.n.numero actus vnius numero est. Si vero habitus vnus est, fortaßis alicui non videbitur vnus actus esse. cum.n.ceßauerit ambulare, non amplius est ambulatio. rursus autem ambulante, erit. Si igitur vnus & idem est, continget vnum & idem & corrumpi & esse sæpe. Hæ igitur dubitationes extra præsentem sunt considerationem.*

Cōm. 36. Postquam dixit interpollato tempore non esse vnum numero motum, nisi corruptum & factum vnum specie esset vel numero, & hoc fieri nequit, vt demonstrauit per hoc: Si contingit corruptum rursus vnum fieri numero: volens quādam dubitationē exponere, quæ videtur ostendere, quod nihil prohibet motum corruptum & factum vnum numero fieri, traducit dubitationem à motibus ad habitus, quæ de illis magis persuadere videtur. Vtitur autem Heracliti ratione dicētis, omnia fluere, & nunquam idem esse. Et dicit, quod si vna numero sanitas est, quæ ab aurora est vsq; ad vesperam continuo tempore: quanquam & corpora & habitus ac affectiones omnes fluant, vt inquit Heraclitus, cur non etiam eam intermissam recuperauerit, id est infirmatus conualuerit, eandem numero sanitatem recuperasse dicetur? Etenim Socr. ex itinere rediens idem & vnus numero est, vt prius. Et sanitas & scientia eadem eiusdem videtur, vt etiam dissolubiles & connectendæ lecticulæ eædem sunt, & si sæpe dissoluantur, modo iterum componantur. Nisi lecticulæ eędem sint, sed compositiones, & dissolutiones non eædem numero. Si ergo est vnus habitus, quanquam tempus interpolletur, & remittatur, cur non etiam motus, vel actus vnus erit, qui est ex habitu? Quod quidem de habitu diximus idem de affectibus dicere possumus. quia si vna febris, vel vna lippitudo, vel vnus color, qui mane & vesperi, cur & non remisso tēpore erit vnus? Quod si vnum numero hæc sunt, cur non etiam motus & actus? Quæ cum dixerit instat contra illam translationem, qua ex actibus ad habitus traducitur, quia quædā differentia est actionum & habituum & affectionum. Si.n.actus vnus, necesse est etiam habitum esse vnum. Et adhuc prius subiectum. Vnus.n.numero actus est vnius habitus numero: & vnius habitus numero est vnum subiectum. sed econtra non est verum. Non.n.vno existente subiecto, necesse est etiam vnum esse habitum. neq; vno habitu existente necesse est vnam actionem, aut actum esse. Subiectum.n.potest habere multos habitus, & vno existente habitu possunt plures actus assignari, nonnullis spatij tēporis adhibitis, & sic multiplicantur actus. Sed quæcunq; de habitibus dixi, etiam de affectibus congruit dicere. Nam vtraq; affectiones sunt animæ & corporis, sed affectio est, quæ facile abijcitur, & habitus permanens. Sed quō, si idem est habitus, & eadem affectio, non etiam motus aut actus, qui prouenit ab eodem habitu vnus, & idem erit, & si ex interuallis fit, Contingit enim idem interire & sæpe esse: quod quidem prius determinatum est. Hæ igitur dubitationes, inquit, sunt extra præsentem considerationem, & omnino ad hunc de motu tractatum naturalem non attinent. Quærere.n.de habitibus & affectionibus, quō vnum, aut non vnum sint, ac si similiter vnus sit habitus, qui intercisus iterum atq; iterum redit, vt ille qui manet, tñ quia subiectum fluit, videtur alterari tanquam in alio & alio subiecto alius secundum numerum existat. hæc quæsita, quæ tangunt primum subiectum, & secundum, & quærunt quid maneat fluente materia, ad alium tractatum spectant. tangunt.n.quædam dubia de illo; quod augetur, dissoluenda, quid maneat cum augetur & mutatur quippiā per totum. Non.n.quod augetur perinde latum fit & molle increbrescit, ac vter, qui inflatur, sed est modus admodum cognitu difficilis, quem in tractatione de ortu, atq; interitu tradidit. Iccirco hæc omnia velut aliena à præsenti tractatu de motu repudiat. Hæc igitur de tota intelligentia dictorum sunt. Cæterum verba illa. {Si duo} quia breuiter protulit, idcirco obscura sunt. Sed dicit eandem rationem habitibus, atq; motibus competere. nisi quia differt ratio de habitibus ab illa de motibus. quia si sint duo habitus, qui adueniūt ex intermissione temporis, atq; spatio: quocirca duo etiam ab eisdem habitibus proficiscuntur actus & motus. quod quidem rationi deficit. Ostendit autem hoc ex conuerso eius. Vt.n. quādo numero fuerit vnus actus, rursus atq; rursus, etiam habitus iterum atq; iterum aduenientes vnum esse necesse est, sic, si duo fuerint habitus & duos actus esse necesse est. Si.n.vnus: & habitus vnus, & subiectum adhuc magis vnum. Et necessitatem intulit. Vnus.n.numero actus est vnius numero agentis, siue habitus sit siue facultas, seu subiectum. Et cum dixisset existentibus duobus habitibus, necesse est ob id ipsum duas ferè operationes & ad eius demonstrationem. cum posuisset conuersum, quod per seipsum est vtile prædictis, dicens, quod vnus actus numero ab vno habitu numero proficiscitur, & his demonstrauerit similitudinem rationum habitus & actus inter se, adiecit etiam discrimen, quæ etiam similitudinem apposuit. Si.n. habitus vnus, inquit, non videbitur etiam vnus actus esse, perinde ac si vnus sit actus, necesse etiam sit vt vnus habitus sit. Nam ab eodem habitu potest esse vnus actus & plures, ideo dixit. {Fortasßis non videbitur vnus & actus esse, } sed etiam plures videlicet. Nam qñ qui ambulat cessaret, ambulatio quoq; desinet, & tamen existente ambulare erit vnus habitus ambulandi. Alexander huius contextus aliam scripturam affert hoc modo. Siquidē sic duo numero, & habitus necesse est. Vnus.n.numero actus est vnius numero, & intelligit illud, Si duo sic numero} non de habitu, sed de subiecto habitus, quod quidem ob continuum fluxum non permanet vnum numero, & ob id necesse est vt plures sint habitus numero. Vnus.n.habitus numero est vnius subiecti numero. Et vt se habet subiectum ad habitum, sic se habet habitus ad actionē. Etenim vnius actus est vnus habitus, sed vnius habitus possunt esse plures actus tempore diuiso quibusdam interuallis.

Num motus qui fit & corrumpitur ualeat vnus numero esse.

Omnia fluere & nunquam in eodem permanere statu dicebat Eraclitus.

Vnius operationis vnus est habitus.

Vnius subiecti possunt esse multæ operationes.

Differt habitus ab affectione, seu dispositione.

Tex. 39. *Quoniam autem continuus omnis motus est, & simpliciter quidem vnum, & continuum esse necesse est, si omnis quidem diuidi potest. & si continuus, vnus non.n.fiet omnia continuus omni, sicut neq; aliud vllum cuiuis quoduis, sed quorum vnum sunt vltima. vltima autem, aliquorum quidem non sunt, aliquorum autem sunt, sed specie differentia & æquiuoca. quomodo nanque tanget, aut vnum fiet vltimum*

mum lineæ, & ambulationis? Contigui igitur erunt, & qui neq; idem specie, neq; idem genere sunt. Postquam.n.currit aliquis, statim febricitare potest. & veluti lampas ex successione, latio est contigua: continua autem non. ponitur.n. continuum eorum, quorum vltima vnum sunt. Quare con-
Tex. 40. *tigui & consequenter sunt, quia tempus continuum est. Continuum autem est, quia motus continui sunt: Hoc autem est,*
Tex. 37. *cum vnum vltimum fuerit amborum. Quapropter necesse est eundem specie esse, & vnius, & in vno tempore, simpliciter continuum motum & vnum. Tempore quidem ne immobilitas intercedat. in intermittente enim, quiescere necesse est. Multi sunt igitur, & non vnus motus, inter quos quies est. Quare, si aliquis motus statu intercipitur, neque vnus est, neq; continuus: intercipitur autem, si in medio tempus est. Eius vero, qui specie non vnus est, non, etsi non intermittitur tempus. tempus.n.vnum est, speciei autem motus alius est. Motum.n.vnum, necesse est & specie vnum esse: eum autem simpliciter vnum esse, non est necesse. Quis igitur motus simpliciter vnus est, dictum est.*

Cōm. 37. Cum ostenderit qui sit vnus motus ex tribus, circa quę motus est: ex eo quod mouetur, & ex eo, ſm quod est motus, & tēpore, quorum vnumquodq; vt aptum est, vnum numero oportet esse, si vnus proprie motus esse debet: addit quædam alia, quæ per se insunt vni motui, quorum Primum est, motum vnum esse continuum. Ostendit autem idem ex hoc, quia omnis motus acceptus & si pars fuerit motus est continuus ſm naturam, non quia omnis motus omni motui sit cōtinuus, sed quia vnusquisq; per se. Quod si hoc verum est, quia omnis motus necesse est, vt sit diuiduus, quod quidem paulopost à principio interiecit: nam, cum diuisile sit continuum, necesse est vt vnus motus simpliciter ostensus sit continuus sibimet vni, vt etiam vnaquæq; pars motus. Et si continuus est, etiam vnus est, velut vicissim cōuertatur. Quod vero vnus motus numero sit continuus, & q nequeant esse motus illi continui, qui sic non efficiunt vnum, ostendit ex hoc. {Non.n.fiet omnis continuus omni.} Neq;.n.ijdem specie sunt similiter continui inter se, neq; ijdem genere, multo quoque magis non sunt continui, qui sunt genere dissimiles. Non.n.potest omnis motus cuicunq; motui esse continuus, vt ambulatio dealbationi, vel disciplinæ. Quod si posset, non esse continuus vnus numero. neq;.n. specie ijdem, neq; genere, neque multo magis qui differunt ſm hæc numero sunt vnus. Ipse tamen ostendit non esse omnem motum cuicunq; motui continuum. Et si in tempore continuo fieret ex hoc. {Sicut neq; aliud vllum cuiuis quoduis,} etiam si essent similia specie. Neq;.n. omne corpus corpori cuicūq;, neq; superficies cuiuis, neq; linea, & si in eodem tempore sint, continua esse pōt, sed illa sunt continua inter se quorum termini possunt vnum fieri. Sed quædam sunt, quæ vltima non habent, vt vnitates, quæ indiuiduæ sunt, ideo non fit aliquod continuum ex his: quædam vero habent vltima, sed specie differentia, & æquiuoce vltima, vel termini dicuntur, quod quidem manifestum est in ipsis, quæ sunt diuersorum generum. Nam alius terminus lineæ est. & alius ambulationis, & in motu alius est terminus albationis, & alius terminus ambulationis & alius calefactionis. Et albationis alius est meæ, & alius tuæ: & in meo ipso alius est finis albationis capillorum, & alius est cutis. Ideo ex his non fieret motus cōtinuus ex his. Sed, inquit, contigui sunt motus & non ijdē specie, neq; genere. Contigui autem ideo, non q tangant. vt prius contiguum definitum est in ijs, quę sunt ſm positionem: in his.n. non est contactus: sed ex tempore continuo. Dixit etiam ex continuo tempore contiguos discerni motus, velut q idem id sit, per quod ijdem genere vel specie motus mouentur. Quamuis igitur quis, qui cucurrit illico in febrem inciderit, tēporis vero nec quicquam intercesserit non sunt continui motus. Nam termini sunt dissimiles genere, tāquam nequeant vnum fieri. Sed continua erant, quorum termini sunt vnum. Et horum termini æquiuoce dicuntur termini, & cum non cōicent eadem natura, non concurrent in vnum. Sed in his perspicuum est. Et motuum, qui similis speciei sunt, quanquam similes termini specie sint, nisi concurrerint in vnum, & conuenerint, non erunt cōtinui, vt patet in mea & tua dealbatione, & si in continuo tempore fiant, neq; continui essent, neq; vnus motus. quia continuum necesse est, vt vnus sit & specie & numero, sed qui est vnus specie, non est necesse, vt sit vnus numero. Et in latione ipsius lampadis ex successione, dum vna succedit alteri mutuo cursu eorum, qui currunt. Interpretes autem aiunt vnum & continuum motum videri eorum, qui currunt similem specie, non tñ esse proprie vnum, neq; continuum: quia non est idem quod mouetur, sed est, inquit, contiguus & ipse. Neq;.n. horum motuum termini vnum sunt, sed vniuscuiusq; currentium proprius est cursus aliquis terminus, & non est terminus iam præcedentis cursus principium currentis post ipsum. Sed tales motus continui sunt, quia tempus, in quo fiunt, cōtinui sunt, sed non ijdem motus continui. Nisi forte neq; currentium videtur vnus esse motus, quem dicit Arist. contiguum, & non continuum esse, sed lampadis lationē & motum, qui vnus esse videtur, tanquam vnum sit id, quod fertur, & ob continuationem lampadis, neq; vnus est, nec continuus, sed cōtiguus. Nam plurium cursus non erit vnus, cum fuerint multi qui currant. Sed lampadis latio cum vna sit & habeat continuum splēdorem videtur vna esse. Sed neq; ipsa vna est, quia separati sunt termini statione, & in successione intercipiuntur. Sed dupliciter inueni hanc scripturam adductam. alibi equidem scribitur. {Velut lampas ex successione lationis facta, sed non continua,} & alibi. {Velut lampas ex successione lationis contigua, sed non continua.} & videtur vtroq; in loco lampas non significare facem, sed illuminationem & successionē luminis. Nam, inquit, Sint contigui motus, & non ijdem spē, & ipsi, vt lampas, i. concursus lampadis & luminis. Nam lāpada motum appellauit eum, qui est ſm eandem speciem, velut prius dixit de illo non secundum idem, Inquit, Si quis.n. currēdo in febrem inciderit. & forte meminit lampadis, quæ erat in Pyreo in Bendidijs, de qua etiam Plato principio ciuilium, inquit. {Lampas erit supra equos deæ,} & exponēs quod sit, inquit, habentes lampadas alter alterum docent mutuo certantes equis. Tales igitur motus, inquit, cōtigui sunt, sed non continui. Continui.n. sunt, quorum vltima sunt vnum. quare si continui, & contigui. Continuum.n. inquit, est quod quidem est aliquod contiguum: Item consequentes sunt. Si.n. contigui, & consequentes. siquidem consequens dixit, quod consequenter cum sit, tangit. Sed hoc fit quidem in his, quæ habent positionem. Motus autem, qui sunt contigui inter se illico etiam sunt continui, si simul capiuntur termini inter se, vt vnus alterum complectatur, quia etiam tempus, quod motum mensurat, continuum est. Quæ.n. Nunc consequenter sunt, quasi non habeant intermedium tempus, quod simile genere erat his, quæ ex vtraq; parte sunt, non erant consequenter, sed habebant cōtinua. Nam, cum impartibilia sint, non se tangunt, sed vnum adæquatur alteri, & fit vnum, & continuum facit totum. Hoc autem idem etiam in motu accidit: Si ergo tempus

Motus vnus est qui est continuus.

Non omnis motus cuicunque motui continuus est.

Motus qui currēdo fit ex lampadis successione, cum vicissim vna datur, non fit continuus.

Contigui motus à continuis diuersi, ac differentes sunt.

Lampadis traditio currendo in Pyreo in Bendidijs fiebat.

Motus inter se contigui sunt etiā vnū cum continui.

Hic locus non vel... difficultate, sed uide Pie. mar. super eodem Tex.

tempus est mensura motus: & motus ob tempus fit continuum: & tẽpus ob motum: & vtrunq; ob seipsum, quia extrema in vnum concurrunt. Si ergo hæc ita se habent, recte principio dicebatur, ꝙ necesse sit simpliciter, & vnũ motum continuum hæc tria obtinere: vnam formam numero, secundum q̃ fit motus: tempus, & id, quod mouetur eodem modo vnum. Tempus.n. necesse est vt sit vnũ hoc modo, nec quies intercipiatur. Non.n. sunt duo, vel plura tempora, nisi quies intercipiatur. Quod si non esset inter media quies, contigua simul fierent tempora, velut etiam motus. Sed quiete interposita & plures motus fiunt, quàm vnus, qui ex vtraq; parte quietis sunt, & fiunt tria tempora: vnum quod mensurat quietem, alterum, & duo quæ metiuntur motus ex vtraq; parte quietis. Sed syllogismum sic facit. Motus qui habet plura tempora statione scinditur & intermittitur: qui statione intermittitur vnus non est. Et hanc primam posuit propositionem, & conclusio patet, ꝙ motus plura tempora habens non est vnus. Quod si hoc verum est, & conuersum per contrapositionem est verum, quod vnus motus ab vno metitur tempore, & si non sit vnus specie. Et quanquam fiat in continuo tempore, nõ erit vnus numero, & si idem quod mouetur habeat, vt si quis currendo in febrem incideret. Non.n. fiunt extrema talium motuum vnum, quia alius est specie & alius secundum speciem: quare multo magis numero distinguentur. Si.n. vnus est numero motus, oportet etiam speciem motus eandẽ esse. Quod si species vna existens, non vnus est omnino motus, si etiam non vnum quod mouetur fuerit, poterit tamen esse vnum tempus. hic.n. est dictus motus simpliciter vnus. Et patet, ꝙ additum vni motui hoc etiam est vt sit continuus. Equidem numero vni, & proprie vni conuenit solum & non illi, qui est vnus genere, nec vnus specie. Sed animaduertendum est, ꝙ aliquomodo necessario ante demonstrationem de vno motu sumpta est doctrina de contiguo, & de ipso consequenter, & continuo, siquidem per illa ostensum est qui sit vnus & continuus motus, & qui consequenter contigui.

Syllog.

Tex. 42. *Amplius autem dicitur vnus qui est perfectus, siue secundum genus, siue secundum speciem, siue secundum substantiam sit. sicut & in alijs perfectum & totum ipsius vnius est. est autem quandoque, etsi imperfectus sit, vnus, & dicitur vnus, si solum sit continuus.*

Cõm. 38. *Motus vnus siue secundum genus siue secundum speciem, oportet ut sit perfectus, & non tantum vnus numero.*

Secundum, quod est vni motui peculiare addit. Nempe id, quod perfectum est, quod non vni numero, qui proprie est vnus, soli conuenit, sed etiam vni specie, & vni genere. Nam, inquit, vnum magis proprie dicimus motum, si etiam perfectus sit, siue sm genus, siue secundum speciem, siue sm numerum sit: quod quidem & secundum substantiam appellauit. Secundum genus.n. motus est secundum locum, qui est vnde & quo. & qñ fuerit hic perfectus, i. quando quod mouetur peruenerit ad illud, ad quod festinat, & perfectus fuerit motus, tũc vnum dicimus: Sed secundum spẽm, qui est ab imo ad supremum locum, aut à supremo deorsum. Sed numero hic huius ignis, & huius glebulæ terræ. Horum ergo vnusquisq; qñ perfectus fuerit, tum vnus proprie est. Nam plures existentes numero vnus fiunt sm genus & speciem. Nam ijdem vnde & quo secundum hoc ipsum sunt vnus, & qui supremo deorsum omnes sunt vnus, & similiter qui deorsum sursum tendũt, & quicunq; magis vnus erit, cum fuerit perfectus, q̃ si imperfectus fuerit. Si.n. vnumquodq; dicimus vnum respicientes ad substantiam eius & formam, vt vnus Socrates, vnus homo, vnum animal, qñ horum vnumquodq; non-

Vnumquomodo vnũquodque dicatur.

dum acceperit formam, sed imperfectum fuerit, vt formam nondum accepit, sic neq; vnum sm formam & characterem, per quem vnũquodq; dicitur vnum. Vt.n. nondum esse dicimus quod fit, & imperfectum sm substantiam, sic neq; vnum dici potest. Nam vnum & imperfectum dicimus. vt sperma vnum & embrio, sed non velut homo vnus, sed illud, quod quidem est perfectum sperma vnum, quia perfectum sperma est, & embrio similiter. Ex prorsus imperfectum adhuc potentia est. & quod est aliquid potentia, plura esse potest & non hoc solum. Patet ergo, quod vnus motus numero est, qñ vltra ea, quę prius diximus, tria, si assumatur etiam perfectum, & tum magis proprie vnum dicetur. Sed Alexander dicit in his Aristotelem sequi Pythagoreos & Platonicos, qui vnum optimum existimantes perfecto & toto impertiunt, & ob id ipsum dixerunt principium tanquam cõmuni vsu de perfectis & totis vnum prædicatum feceris. Sed par est atq; verisimile, vt Aristoteles, & Alex. ad ea respexerint, quæ in Parmenide Plato petitione secunda dixit. vbi vnum, quod est totum, cum demonstret, etiam quod perfectum sit ostẽdit, idq; habere principium, medium, & finem enumerans, atq; syllogismo conuincens quæ competunt ipsi vno, quibusq; designetur vnum. Dicit autem de toto concludendo. Et totum igitur est, quod quidem sit vnum & partes habeat. Sed de perfecto, cur si totum, non etiam initium, medium, atq; finem habebit? vel pot est esse totum sine his tribus. Addit autem Aristoteles, quod magis proprie est vnus motus continuus, qñ etiam perfectus fuerit. Sed iam etiam imperfectus, si solum continuus diceretur secũdum numerum & ipse. Sed sciendũ est, ꝙ continuum conuenire, inquit, motui vni secundum numerum solum, quem etiam proprie vnum esse, inquit, sed perfecto & his quæ sunt vnum genere, vnum specie participare asserit, quia ijdem non participant continuo, si diuidantur in plures, qui non sunt inter se continui. Neq;.n. multi homines sunt continui inter se, ex quibus & in quibus est vnus homo, neq; animalia, perfecta est vnaquęq; species & genus, secundum suum proprium characterem. & si commune sit, aut non indiuiduum, vnde etiam idem secundum speciem determinatum habet propriam perfectionem.

Illud, quod sic non est Imperfectũ existens modo nec unum est. Imperfectum est tantum in potentia.

Vnum optimum esse.

Vnum, totum & perfectum est secundum Platonem.

Amplius autem, aliter præter modos dictos, dicitur motus vnus, regularis. irregularis. n. est quidem vt non videatur vnus, sed magis regularis, vt rectus. irregularis.n. diuisibilis est. Videtur autem differre, sicut magis & minus. est autem in omni motu, quod regulariter est, aut non. Etenim alterabitur regulariter, & feretur super regulare, vt circulum, aut rectam. & circa augmentationem similiter & diminutionem. Irregularitatis autem differentia est, aliquando quidem in quo mouetur. impoßibile est.n. regularem esse motum, non in regulari magnitudine. vt motus fractæ, aut gyratiuæ, aut alius magnitudinis, quarum quauis ad quamuis partem minime accommodatur: aliquando autem, neque in vbi, neq; in quando, neq; in eo, ad quod, sed in ipso modo. velocitate.n. & tarditate aliquando determinatur. cuius.n. eadem est velocitas, regularis est, cuius autem non, irregularis. Quapropter neq; species motus, neq; differentiæ sunt, velocitas & tarditas. quia omnes sequitur differentes secundum speciem. Quare, neq; grauitas, neque leuitas, quæ ad idem est. vt terræ ad seipsam, aut ignis ad seipsum. Vnus igitur irregularis est, qua est continuus, minus autem, quod fractæ accidit lationi. Id autem, quod est minus, commistio semper contrarij est. Si autem omnem, vnum contingit & regularem esse & non, non erunt, & ipsi, qui non secundum speciem contigui sunt, vnus & continuus. Quomodo.n. erit regularis

Tex. 43. Tex. 44. Tex. 45.

gularis motus ex alteratione compositus & latione? oportet enim accommodari.

Com. 39. *Vnus motus oportet ut sit regularis.* *Regularis motus quis sit.* Tertium addit regularitatem, quod vni motui cōpetere debet:& vni generi, vni speciei, atq; vni numero cōpetere potest, vt etiā opposito ipsi irregularitatē. Et vbique aliis existentibus regularis magis videbitur vnus esse, quàm irregularis, quia irregularis diuisus aliquo modo videtur ſ'm differentias in ipsa irregularitate. Dicit primum qui sit norma, atq; regula motus, & qui sit expers normæ & irregulari. Et exemplum ipsius, qui sit semper cum regula, adduxit rectam, vt inquit Alexander, ob id, quia motus in rectam omnes partes similes sunt, & vbiq; cohæret, vt in recta linea, in qua talis motus fit. Eodem mō inquit, & circulus se habet, & orbicularis motus. Nā & ipse normam vndiq; seruat similiter in linea orbiculari circunductus. Sunt autem irregulares, atq; anomalæ lineæ fractæ, & non similiter circunductæ, tanquam omnis pars cuicunq; parti cohæreat. Quare & in his motus sunt expertes normæ atq; regulæ. Nisi forte hoc (vt rectus) non solum motum, qui fit in recta, indicet, sed sic se habere omnem motum regularem, quem dicit ſ'm omnē speciem motus & non solum lationem, sed & alterationem & augumētationem, vt se habet rectus. Nā his est rectus, quia omnis pars cuicunq; cohæret & adæquatur, & omnis igitur motus liue in recto, siue in orbe, siue ſ'm alterationem, siue secundum augumentationē, modo sit regularis, sic se habet, vt rectus: quia potest etiam aliquid moueri sine regula supra rectum quādo idem motus non similiter fuerit recto di-*Motus irregularis quis dicatur.* spositus, vt omnis pars cuicunque similis sit. Cæterum, inquit, motum regularem ab anomalo differre ſ'm magis & minus, vt inquit Alexāder, quia magis vnus est, motus regularis, quàm irregularis, & minus est ille, quā iste. Nā ambo continui sunt. Nisi forte nunc minime dicat magis & minus ob hoc vnū, sed ob speciem, in qua sunt. Si.n. ſ'm rectū, vel orbem fuerit regulare, aut irregulare, quia magis rectus & orbicularis est ille, qui est regularis quàm irregularis. Si autem ſ'm albationem, vel calefactionem fit, quia magis albatio & magis calefactio est regularis quàm irregularis: Et si ſ'm incrementum, eodem modo: ideo subiunxit, q̄ est in omni motu regulare: si aūt secūdum magis & minus in eadem specie differunt, non ſ'm speciem ipsorum est differentia. Nam in eadem specie minus mixtione contrarij tale est, vt minus album mixtione nigri, & in aliis similiter. Sed, cum dixerit q̄ in omni motu est regulare, & non regulare, etenim potest aliqd regulariter alterari, subiunxit. (Et fertur super regulari,) vel in regulari, vt Alex. Porphyriusq; dicūt, vt in orbe, vel rectō spatio. Quia enim non potest aliquid regulariter ferri, si in eo, quod non est regulare, feratur regulari latione, assignauit in quibus ipse motus fieri possit regularis, dicendo, vt in orbe, vel recto. Potest.n. & in his latio irregularis fieri, sed regularis in nullo fit alio, quàm supra regulare. Sed, cum dixerit qui sit motus regularis, quia vnus & similis partibus, vt rectus: & qui sit irregularis, quia in plures diuisus est: & quæ ipsorum differentia, quia nō ſ'm speciem sed secundum magis & minus: reliquum quæ sint anomali motus differentiæ, & quot, quibusq; de causis anomalis *Anomalis et irregularis motus differētia.* fiat motus, dicit. Nam & hæc sunt propria sermoni de motu. Interdum ergo ob id, in quo fit, vt in fracta linea. Nam motus regularis fieri neq; supra ipsum irregulare factus, qualis est etiam elix, vel omnino supra tali magnitudine, in qua non quæuis pars cuius cohæret. Et si continuus fit motus in ipso. Sed quærendum est, quod si in alteratione secūdum hoc erit regularis & irregularis motus in quo fit motus. Vt.n. in his, quæ feruntur, locus est, in quo fertur, sic *In alteratione in quo fiat irregularis motus.* etiā in alteratione erit qualitas. Sed omne, quod mutatur ſ'm quale, ex contrario in contrarium mutatur, vt vel nigrum vel album fiat, & nulla pars dealbationis, vel nigredinis potest alteri cohærere, non solum quia non permanet, sed etiam neq; intelligētia. Non.n. erit altera pars alteri parti similis, sed velut in die. In augumētatione autem *In augmēto quo contingat irregularitas.* & diminutione, quia mutationes ſ'm magnitudinē in rectum fieri videntur & regulares: si est aliqua alia irregularitas, erit ſ'm ipsum quod augetur, si aliquando staret augumentatio cibo non existente, & aliquando in interitum mutaretur, vt in ægris. Tum.n. erit irregularis augumentatio. Vt etiam si aliquando plus & aliquando minus in diminutionem tenderet. Sed in alteratione est irregularitas facta qualitatis ſ'm ordinatum prius impedimētum, cuius qualitatis est irregularitas. Sed, quando nunc vehementius calefit, & rursus minus, & iterum intēditur, tum irregularis ſ'm qualitatem, ad quod motus, fit. Sed quędā alia irregularitas in omnibus motibus est ſ'm celeritatem & tarditatem, & omnino secūdum tempus, & est ipsa proprie motus irregularitas, quæ neque ſ'm id, supra quod fit motus est irregularis, velut prædictus: nam hoc significat apud ipsum vbi, neq; ex eo, quòd tempus non sit vnum, nec continuum, quod quidem apud ipsum quando significat: neque ob id, ad quod mutatur aliquod, vt supra vel deorsum, vel album, vel nigrum, vel magnum, vel paruū. Fieri.n. potest, vt omnia hæc sint eadem, & similia, videlicet illud in quo, tempus, & id, ad quod, & tamen motus fit irregularis ob modum motus, & hoc quia aliquando tarde, aliquando velociter fit. Nam tum irregularis fit motus, vt regularis, quando similis fuerit motus. Est.n. aliquā do, inquit, non solum ob prius dicta, sed determinatur velocitate & tarditate. Cæterum, cum dixisset aliquā irregularitatem esse ob tarditatem & celeritatem eius, quod mouetur, subiungit, q̄ hæc, idest celeritas & tarditas nō sunt species motuum. Neq; differentia ſ'm speciem est celeritas *Motus species nequaquā sunt celeritas & tarditas.* & tarditas, quibus differunt inter se regulares, atq; irregulares motus. Et ostendit ex hoc, quia in cunctis speciebus motus est celeritas & tarditas. Etenim ferri & augeri, & alterari aliqd potest vtroq; modo. Sed illud, quod est in cunctis speciebus, non diuiditur contra illa, in quibus est. Nam quod diuiditur contra aliquod, extra illud esse debet. Sed neq; celeritas aut tarditas sunt species specierum motus. Quod.n. alicuius est species non potest esse species *Species alicuius non potest eius esse species à quo diuiditur, & distinguitur.* illius quod diuiditur cōtra illud. Nam ob hāc causam, nec fœmina, nec masculus sunt species animalis, quia in cūctis speciebus pene sunt, proinde neq; possunt diuidi cōtra hęc videlicet pedestre, aquatile, volatile, tanquā sint ante hæc masculinū & fœmineū species animalis. Nam in illis sunt. Sed non sunt alicuius eorum species, velut pedestris. Sunt *Mas & fœmina nō sunt species.* .n. & in aliis. Sed nequeunt differentiū generum eædē species esse. Ideo neq; mulier, nec vir sunt species hominis, qa sunt & in his, quæ diuisa sunt cōtra hominē. Nam fœmina & vir differunt ſ'm masculinum & fœmininum. Leuitas ergo & pondus specie differūt inter se: sed celeritas & pondus actus sunt ſ'm vtranque horum potentiam. Etenim leue, vel ocius, atq; segnius sursum petit: & pondus deorsum. Pondus.n. maius citius, & minus tardius. Vt ergo pōderosius ac minus ponderosum non differunt specie inter se, quo ad momentū, sic etiam actus sequuntur has potentias vnde celeritas & tarditas non sunt differentiæ ſ'm speciem ipsius motus efficientis. In eadē.n. specie manent aliquando quidem in ea ignis, quando, velocius, vel tardius moueretur, aliquādo vero in ea terræ. Neq;.n. pondus &

leuitas manentia in eadē ſpecie, quando aliud igne leuius dicimus, & aliud ponderoſius dicimus ſecundum ſpeciē ſunt differentię, quia neq; ignis ab igne ſpecie differt, neq; terra à terra, ſed neq; hæc indiuidua ſpecies terræ à ſeipſa ſpecie differt, & ſi ad proprium locū celerius moueatur. Sciendum igitur eſt, ꝙ celeritatem, & tarditatem nūc dicit haud inter ſe differre, ſi conſiderentur in ipſa irregularitate. Eædem autem in eadem ſpecie magis & minus ſubſiſtunt. Sed magis & minus, cum ſunt in eadem ſpecie, non faciunt differentiam ſ̃m ſpeciem, Sunt nimirū conſiderata in cunctis ſpeciebus motus, in quibus etiam eſt irregularitas, Quod ſi aliqua erit celeritas & tarditas non in eadem ſpecie conſideratæ, neque ſ̃m magis & minus determinatę, vt quando celerem equum dicimus, & tardam teſtitudinem, & velocia volatilia, & tarda terrena, talis velocitas & tarditas neque in omnibus ſpeciebus motus ſ̃m locum, neque ambo in vna, neque ſecundum magis & minus ſubſiſtent, Niſi ergo & in his ſecundū remiſſionem celeritatis, it tarditas & ſ̃m comparationem dictæ, habeant magis & minus. Nam equus & ſi teſtudine ſit velocior, tamen volatili eſt tardior, Et quanquam in alia atque alia ſpecię animalium ſubſiſtant, tamen in una ſpecie lationis animalium ſunt, Idem autem modus lationis eſt etiam in alteratione. Etenim aliud caleſit citius, & aliud velocius. Et nihil minus ſunt in his magis & minus, cum ſit eadem ſpecię motus. Sed, cum dixerit motum regulare vnū eſſe, & magis quàm irregularem ob ſimilitudinem, dicit, ꝙ ēt irregularis eſt vnus ob continuū, ſiquidem erit continuū, tamen irregularis, Nam poſuimus cōtinuum motū vnum eſſe, vt vnus eſt etiam continuus, Sed continuus eſt aliqñ etiam irregularis & talis continuus eſt minus vnus, quàm regularis. Quòd ſi minus, & quod minus ex mixtione cōtrarij minus eſt, irregularis quoq; habebit aliquid multitudinis in ipſo, Illud autem minus quod quidem accidit lationi fractæ idem eſt accidere lationi factę in aliquū fracto. Nam omnis talis facta ſupra tale irregulare & minus continuum & vnum eſt, velut in fracta. Etenim minus habet continuum & vnus eſt, Cum explicarit regularē poſſe vnum, vt non vnum eſſe, ſubiungit qui ſint anomali, atq; irregulares motus, qui nequeant continui eſſe, nec vnus. Et dicit, ꝙ continui motus inter ſe non ſ̃m ſpeciem ſi non iidem fuerint ſ̃m ſpeciem, non erunt vnus, neq; continui, & oſtendit idem accipiens ex prædictis, ꝙ vnus, & continuus motus poteſt eſſe, qui eſt ſurſum deorſum, aut ad albedinem, calorem, aut ad augumentum diminutionem, & regularis & irregularis. Et aſſumens, ꝙ compoſitus ex diſſimilibus ſpeciebus, vt ex alteratione & latione, non erit regularis, concluſit concluſionem in ſecunda figura, cuius quidem medium poſuit, ꝙ motus non ſ̃m ſpeciem cōtinui nō ſunt vnus, nec cōtinui. Sed propoſitionū maiorem primā poſuit, quæ dicit, ꝙ omnis motus vnus & cōtinuus poteſt eſſe regularis & irregularis. Et minorem poſuit vltimam, quæ dicit. Quomodo enim eſſet regularis motus compoſitus ex alteratione & latione? & figuram hanc interrogationis pro negatione ſumpſit, & cauſam ſubiunxit: oportet enim cohęrere vnam partem alteri. Nam regularis eſt, cuius partes poſſunt inter ſe cohærere, ſed nō ſolum non poteſt eſſe regularis qui ex differentibus ſpeciebus eſt, ſed etiā ſic eſt irregularis vt vnus & continuus, Nam motus irregularis eſt minus vnus vt diximus, & qđ eſt minus mixtione contrarij eſt tale, quod contrariū non omnino diſſimile ſpecie & diuerſum eſt, ſed quod participat eo, quod eſt in eadem ſpecie. Nam fuſcum minus album eſt nō mixtione lationis, ſed nigri. Et irregulare igitur cum continuatione in eadem ſpecie, aut genere magis & minus habent. Porrò illud, qđ conſtat ex differentibus ſpecie motus neq; erit irregulare, vt continuum & vnum.

Magis et minus nō variāt ſpeciem.

Irregularis motus eſt unus propter continuitatem.

Quinā irregulares motus dicti non valeant unus ac continuus.

CAP. VI.

Amplius autem determinandum eſt, qualis motus eſt contrarius motui. Et de quiete autem eodem modo. Diuidēdum eſt autem primo, vtrum contrarius, motus, ſit qui eſt ex eodem, ei, qui eſt in idem, vt qui eſt ex ſanitate, ei, qui eſt in ſanitatem: vt et generatio & corruptio videtur. Aut qui eſt ex contrarijs, vt qui eſt ex ſanitate, ei, qui eſt ex ægritudine. Aut qui eſt in contraria, vt qui eſt in ſanitatem, ei, qui eſt in ægritudinem. Aut qui eſt ex contrario, ei, qui eſt in contrarium. vt qui eſt ex ſanitate, ei, qui eſt in ægritudinem. Aut qui eſt ex contrario in contrarium, ei, qui eſt ex contrario in contrarium. vt qui eſt ex ſanitate in ægritudinem, ei, qui eſt ex ægritudine in ſanitatem. Neceſſe eſt enim aut vnum aliquem horum eſſe modorum, aut plures, non enim eſt aliter opponere. Tex. 46.

Iam dictis quæſtionibus de motu & mutatione, etiam hanc neceſſariam addit, qualis motus ſit quali motui contrarius, Et quæret de manſione, ſeu quiete eodem modo. Et eſt neceſſaria dicta quæſtio. Nam ex ea, & naturales motus oſtenduntur: & quę contrarietas elementorum inter ſe: & quæ nam ex quibus fiunt: & alia plura, quæ in naturali philoſophia diſſeruntur. Et, quoniam motus eſt ex aliquo in aliquid, & ex contrario in contrarium, exponit modos, quibus poſſunt eſſe duo motus contrarii, & ſecernit qui ſint in his contrarii motus. Et, qm̄ negauit aliter eſſe opponere, quam prædictis modis, quę ex aliquo in aliquid mutantur, tentandum eſt, ex diuiſione eos inuenire, qua etiam ipſe videtur vti. Cū ergo mutatio ſit ex aliquo in aliquid, & ex contrario in contrarium, neceſſe eſt contrarios motus, vel ex vno contrariorū, vel ex duobus cōtrariis deſignari. Vel ergo ambo motus ex vno & eodem deſignabuntur, quando alter ex eodem & alter in idem fieret, vt ex morbo mutatio, ei aduerſetur, qui eſt ad morbum, aut ex ſanitate ei, qui eſt in ſanitatem, vt vidētur opponi ortus atque interitus. Nam ortus eſt ad id, quod eſt, mutatio, ſed interitus eſt ex eo, quod eſt, quare alter in idē contrarius eſt ei, ex eodem. Nam ille ex eodem ei, qui eſt ex eodem, aut ille ad idem illi, qui eſt in idem non videntur contrarii eſſe, vel ab vtroque in vtrūque deſignabitur. Et hoc trifariam. Vel. n. vt ex contrario, vt ex ſanitate, ei, qui eſt ex morbo opponitur; vel vt in cōtrarium, velut ille, qui eſt ad ſanitatem ei, qui eſt ad morbū: vel qñ alter eſt ex contrario, & alter in contrarium vt motus ex ſanitate ei, qui eſt ad morbum: Vel ambo ambobus deſignabuntur habentes oppoſita illud ex quo, & illud ad quod, quando vterque fieret ex contrario in contrarium, vt alter ſit ex ſanitate in morbum ei, oppoſitus, qui eſt ex morbo in ſanitatem. Et ſic diuidendo intulit, quòd neceſſe eſt vt vno modo horum, motus motui aduerſetur, vel plures: quia mutationes oppoſitæ alio modo nequeunt opponi. Com. 40.

Cōtrarij motus qui nam ſint.

Motū inter ſe appoſitiones quę.

Eſt autem, qui eſt ex contrario, ei, qui eſt in contrarium, non contrarius, vt qui eſt ex ſanitate, ei, qui eſt in ægritudinem. idem enim, & vnus eſt, eſſe tamen non idem eſt ipſis, ſicut non idem eſt ex ſanitate mutari, & in ægritudinem. Tex. 47. *Neque qui eſt ex contrario, ei, qui eſt ex contrario. ſimul enim accidit ex contrario, & in contrarium, aut in medium. verū de hoc quidem poſterius dicemus. Sed magis in* Tex. 48.

contrarium

contrarium mutari videbitur causa esse contrarietatis, quā ex contrario: hic.n. demutatio à contrarietate, ille vero acceptio. Atque igitur vnusquisque id, in quod mutatur, magis, quam ex quo; vt sanatio, qui in sanitatem, ægrotatio autem, qui in ægritudinem. Relinquitur igitur, qui est in cōtraria & qui ad contraria ex contrariis. Forsitan igitur accidit, eos, qui in contraria, & ex contrarijs esse, sed ipsum esse forte non idem. Dico autem qui est in sanitatem, ei, qui est ex ægritudine, at qui ex sanitate, ei, qui est in ægritudinē.

Tex. 49. *Quoniam autem differt mutatio à motu: quæ enim est ex quodam subiecto in quoddam subiectum mutatio, est motus: qui est ex contrario in contrarium ei, qui ex contrario est in contrarium, motus contrarius est, vt qui ex sanitate in*

Tex. 50. *ægritudinem, ei, qui est ex ægritudine, in sanitatem. Manifestum est autem, & ex inductione, qualia videntur contraria esse. ęgrotare enim, ipsi sanari, & discere, ipsi decipi non per seipsum: in contraria enim; vt enim scientiam, sic & deceptionem, est & per seipsum consequi, & per aliud. & ea, quæ sursum latio, ei, quæ est deorsum, contraria, enim hæc sunt in longitudine. Et quæ ad dextra, ei, quæ est ad sinistra: contraria enim hæc sunt in latitudine. Et quę in ante, ei: quæ in retro. contraria enim hæc sunt in profun-*

Tex. 51. *ditate. Quæ autem est in contrarium solum, non est motus, sed mutatio, vt fieri album, non ex aliquo.*

Cōm. 41. Ex diuisione sic integra oppositiones cum accepisset, unāquamque deinceps pertractando demonstrabit, quales sint contrarij motus: & primum, quòd ille motus, qui fit ex contrario, ei, qui est in contrarium ostēdit non aduersari, vt motus ex sanitate ei, qui est ad morbum. Nam hic idem & vnus, quippe motus, qui est ex contrario, est mutatio ex sanitate in ægritudinem, & alter in ægritudinem ex sanitate, quare vnus, & non contrarij, neque plures. Non tamen eadem ratio, inquit, est de illo, qui est ex contrario, & de illo, qui est in contrarium, quia ille, qui est ex contrario, est mutatio ex quo, ille, qui ad contrariū, est ad quod. Et est secundum vtranque prolationem vnū precedens contrariorum, & per accidens alterum significatur. Et ob id dixit, vt non idem est illud ex sanitate mutari, & illud in morbum mutari.} Non enim idem vtrunque significat, quia alterum determinatur ex quo, & alterum ad quod: Et vniuerse igitur non idem omnino sunt qui ex contrario, & qui in contrarium. Deinde secundam oppositionem tractat, quæ est inter motus ex contrariis, quæ videtur contraria esse secundum alterum contrariorū, non tamen continet motus contrarios, quia omnis motus non solum est ex quo, sed etiam in quod. Quod.n. ex sanitate mouetur vnde motus incipiat significat, sed motum ad quod non incidat. Sed ipse primum ostēdit, quòd idem est ei, qui est dictus secūdum ambo: simul enim accidit ex contrario esse, & in contrarium vel in intermedium, & hoc velut contrarium, vt sit oppositio ex cōtrario in contrarium, in qua sola procedendo ostendet contrarietatem motuum, ideo nunc eam differt. Patet autem quod etiam eadem est illa in contrariū ei, quæ est in contrarium. Nam idem est omnino ex contrario in contrarium, vt rursus eadem oppositio fiat, quę est ex contrario in contrarium ei, quę fit ex contrario in contrariū. Quòd si quis sic tenuiter velut secundum diuisionem acceperit illam ex contrario cum illa ex contrario solū non ratiocinando vnam, quod etiam in contraria eædem, & rursus alteri in contrariam alteram in contrarium, non animaduertens, quòd quæ sunt in contraria, & ex contrariis omnino sunt: magis videbuntur mutationes, quæ fiunt in contraria contrariæ esse, quàm illæ, quæ fiunt ex contrariis: quia acceptio contrariorum magis habet contrarietatem, quàm mutatio contrariorum. Nam abiectis contrariis secundum hoc videtur cessare à contrarietate, & assumptis, magis fieri contraria. Et est mutatio in contrarium designata acceptione contrariorum, & illa ex contrariis, abiectione. Item motus & mutationes videtur designari magis per ea, ad quæ fiunt, & non ab iis, ex quibus, vt iam & prius diximus. Nam ægrotare dicimus quod in morbum incidit, & sanari quod recuperat salutem. Cum autem dixisset magis contrarias quæ fiunt in contraria, quàm eas, quæ sunt ex contrariis: & adhuc separasset magis per idem eas, quæ sunt ex contrariis, reliquum quærit de his, quæ fiunt in contraria, si eædem sint contrariæ, & de his, quæ sunt ex contrarijs in contraria. Ait enim has relinqui coniugationes in illis, in quibus motus cōtrarii fieri possunt, prima quoque manet in diuisione illa, quæ est ex eodem, ei, quæ est in idem. Nondum enim de hac dictum est. Sed demonstrabit, quòd non in motu hæc oppositio est. Sed dicit de his, quæ fiunt in contraria, quòd accidit his, quæ fiunt in contraria etiam ex contrariis fieri, vt dixit etiam in his, quæ fiunt ex contrariis, ibi addendo, quòd magis contrarij sunt qui sunt in contraria, quam qui ex contrariis. Et si accideret, inquit, quòd qui in contraria, & ex contrariis fieri, tanquam idem sit hoc in contrarium, & hoc ex contrario in contrarium. Nam quod mutatur in sanitatem, simul etiam ex morbo mutatur, sed esse & ratio non est eadem mutandi in sanitatem & ex morbo, & ob id neq; hi sunt contrarii motus non habentes vltra id, in quod & illud ex quo, vt iste procedēdo dixit. Sed, cum demōstrasset, quòd in nulla dictarum oppositionum motuum est contrarietas, deinceps ostendit, quòd reliquarū duarum altera ex eodem in idem, & altera ex contrario in contrarium quod hæc sit quę habeat oppositionem motuum. Ostendit autem incipiens ab ipsa eadē causa. Quia enim motus à mutatione hac ratione distinctus est, quia ex subiecto in subiectum est, & ex contrario in contrarium, & contrarium subiectum est: merito motus ex cōtrario in contrariū opponitur ei, qui est contrario in contrariū. Mutationes enim & ex subiectis fiunt ad non subiecta, & ex non subiectis ad subiecta, vt ortus, atque interitus: motus tamen ex subiectis ad subiecta fiunt, & ex contrariis in contraria. Quod vero ita res se habeat, etiam ex inductione fidem fecit. Nam motus contrarios iam concessos cū accepisset, vt ægrotare & sanari, inuenit hos ex contrariis in cōtraria fieri. Eodem modo, inquit, sunt discere & decipi ab altero} & illud ab altero adiecit, vel quia à seipso deceptus potest non ex contraria opinione mutari, neque peruenire ad ueritatem circa propositum, sed à principio illico circa eadem falsa opinari. Sed talis non mutatur ex contrario in contrarium. Tamen ab altero deductus in contrarium deducitur ex contrario, ex vero in falsum mutatus. Sic ergo Alexander. Nisi forte, vt qui discit aliquando in veritatem ex falso mutatur, & aliquando neque de proposito quicquam cogitans, neque si falsum sit, an verum, scientiam eiusdem accipit: sic etiam deceptus vel à vero in falsum mutatur, vel falsi opinionem statim obtinet ab ipso decipiente. Cum ergo hęc duo sint, discere & inuenire: & illud extrinsecus, illud vero intrinsecus scientiam suppeditet: opponitur disciplinæ deceptio ab altero, & inuentioni deceptio à seipso: merito igitur disciplinæ non simpliciter deceptionem, sed deceptionē ab altero opposuit, nō velut à vero in falsum omnino deducentem, sed quæ ex ipso falsum opinari trāsmutatur, siue verum aliquid prius opinari de proposito ei

Motus qui est ex cōtrario nō aduersatur motui qui est in contrariū, sed vnus & idem est.

indicat

Qui fit ex cōtrario in cōtrariū motus contrariatur ei, qui fit ex cōtrario in contrarium.

Decipitur aliquis à seipso. Qui addiscit nec quicquā de vero & falso cogitās, aliquando scientiam sumit. Qui decipitur aliquando sumit aliquando existimationē suscipit, nō deductus à vero in falsum.

qui decipitur contigerit, siue non opinando prorsus. Sed oppositio est inter discere & decipi non ob idem. Motus .n. oppositio est ab ignoratione in scientiam, seu à scientia in ignorationem. Et tertiam fidem ex cõtrarietatibus ſm lationem adducit, quod motus sint contrarij, qui sunt ex contrarijs in contraria. Dicimus enim lationem sursum contrariam lationi deorsum, velut in longitudine: & dexter est ei ad læuam contrarius, velut in latitudine: & ad ante ei ad post, vt in profunditate. Cæterum, cum ostenderit inductione, q motus contrarij illi sunt, qui ex cõtrarijs in contraria fiunt, adnotat rursus, quòd motus solum, qui dicitur in contraria, si simul non proferatur hoc, & ex contrariis, non motus est, sed mutatio, quia subiectum significat in quod solum. illud autem, ex quo, non est : quod quidem oportet motui adesse, qui fit ex subiecto in subiectum. Etenim fieri album hoc significat per se mutationem vtortum, & motum minime: quia non additur eidem illud ex quo in verbis, quia manifestum est, quòd ex nigro album fit.

Motus qui tantũ dicatur esse in cõtraria, nõ dicẽdo ex contrariis, minime est motus.

Tex. 52. *Quibus autem non est contrariũ, mutatio quæ est ex eodem ei, quæ est in idem, contraria est. Qua propter generatio corruptioni contraria est, & abiectio acceptioni. Hæ autem mutationes quidem sunt, motus autem non. Qui autem ad medium motus fiunt quibuscunque contrariorum, aliquid est medium, tanquam in contraria quodam modo ponendi sunt. Nam vt contrario vtitur medio ipse motus, ad vtrauis fiat mutatio, vt ex fusco quidem in album, tanquam ex nigro: & ex albo in fuscum, tanquam in nigrum: ex nigro autem in fuscum, tanquam in album, fuscum enim medium ad vtrunque dicitur quodammodo extremorum, sicut dictum est prius. Motus igitur motui contrarius est sic, qui ex contrario in contrarium est, ei, qui ex contrario in contrarium.*

Cõm. 42. Vna deinceps oppositio, & eadem visa restabat, quam primum numerauit secundum diuisionem, quę est ex eodem in idem. Proinde dicit etiam de hac, quòd vt motus, qui sunt in contraria, non habentes opposita hęc ex quo, mutationes sunt, sed non motus, sic etiam ex mutationes, quæ fiunt ex eodem in idem accipientes vnum solũ subiectum, idem hoc, scilicet ex quo & ad quod, & contrarium ipsi non habentes, solum mutationes sunt & non motus. Motus .n. ex cõtrario in contrarium est. Quòd autem est ex eodem in idem conuenit ortui, atque interitui. Ex quo enim interitus fit, in hoc ortus procedit, & ex quo ortus, in hoc interitus. Eodem quoque modo & abiectio se habet ad acceptionem. Eiusdem enim acceptio ante suam abiectionem contrario modo se habet. Cuius .n. abiectio est, huius acceptio est: & cuius acceptio, huius abiectio: Cum ergo prius dixisset, quòd simul accidit ex contrario in contrarium, vel intermedium mutari, ostendit nunc, quòd etiam in medium ex medijs velut in contraria & ex contrarijs fiant, quia medium comparatum ad extrema contrarij rationem habet. Nam mixtione contrarij intermedia constant, vt diximus prius, ideo & velut contrario vtitur intermedio motus cum fieret ad vtrumuis, velut ex fusco quando in album mutaretur, velut nigro vtitur fusco, & quando ex albo in fuscum. Sed quando ex fusco in nigrum, vel ex nigro in fuscum, tum velut albo vtitur fusco. Igitur etiam motus, qui fiunt ex mediis ad media, velut contrarij ponendi sunt.

Mediũ extremis cõtrariis comparatũ hẽt rationẽ contrarij. Qui fiunt mediis ad media contrariorũ, sunt motus contrarij.

CAP. VII.

Tex. 53. *QVoniam autẽ motui non solum videtur motus esse cõtrarius, sed & quies, hoc determinandum est. simpliciter enim contrarius est motus motui: opponitur autem & quies; priuatio enim est. Est autem & priuatio contraria aliquo modo, at talis tali, vt ei, qui est secundum locum, ea, quæ est secundum locum. Sed hoc quidem nunc dicitur simpliciter. Vtrum enim ei, quæ est hic, quieti, is, qui est ex hoc, aut qui est in hoc motus opponitur? Manifestum est igitur, quòd quia in duobus motus subiectis est: huic quidem, qui ex hoc est, in contrarium, ea, quæ est in hoc quies: huic autem, qui est ex contrario in hoc, ea, quæ in contrario, simul autem & inuicem contraria hæ sunt. Etenim inconueniens est, si motus quidem contrarij sunt, quietes autem oppositę non sint. Sunt autem quæ sunt in contrarijs, vt quæ est in sanitate, ei, quæ est in ægritudine, quieti: motui autem, qui ex sanitate in ægritudinem, ei enim qui est ex ægritudine in sanitatem, irrationabile est. Is enim motus, qui ad ipsũ est, in quo stat, quietatio magis est, quæ accidit simul fieri cum motu. Necesse autem est aut hanc, aut illam esse, non .n. ea quidem, quæ est in albedine, quies; contraria est ei, quę est in sanitate.* Tex. 54.

Cum ostenderit quales sint motus contrarij inter se: quia & quies motui opponitur, & videtur contraria esse, quærit etiam de hac, primum quidem, quomodo simpliciter quies opponitur motui: Deinde & quæ quies cui motui opponatur, quia & ante motum est quies, & post motum, & dicit, quòd proprie contrarius motui est motus. Etenim ambo species, & mutantur motuo: Sed quies motui opponitur, velut priuatio, & non velut proprie contraria, quia ipsa non est aliqua species velut motus, sed solum absentia motus. Dicitur vero, inquit, priuatio etiam ratione aliqua contraria, sed cõmuniter, quatenus omnis priuatio opponit formæ, vel habitui, vel actui. Sed oppositio contrarietas quædam videtur esse. Hæc autem priuatio est secundum quietem, & quicquam aliud habet, quo contraria magis dicatur quàm aliæ priuationes. Quæ .n. habent alias priuationes non mutantur in ipsos habitus, vel formas. Nam mortuus & cæcus non mutantur in vitam, neque restituitur visus cæco & mortuo vita. Sed quę quiescunt aliquando, possunt iterum suapte natura moueri. Quies enim est immobilitas eius, quod est aptum moueri. Et videtur priuatio hæc similis priuationi materiæ, quæ consideratur simul cum aptitudine ad formã, de qua etiam verum est dicere, quòd velut cõtraria etiam priuatio dicitur. Quoniam .n. ortus sunt ex contrariis: ea quæ apta sunt mutari ſm contrarietatẽ, quæ est in ipsis, habẽt hanc aptitudinẽ. Deinde quærit, quæ quies cui motui aduersetur, & mediam hanc oppositionem inter proprie dictas priuationes & contrarietates ponit, ſm quam quies opponitur motui. Et primũ dicit qđ in aliquo genere qes contraria est motui in eodem genere. Hoc .n. per vnũ genus motus significauit dicendo, motui ſm locum quies ſm locum aduersatur. Patet autem, quòd etiam in aliis motibus, alterationem dico, & augumentationem eadem est ratio. Non enim quies secundum quale est contraria motui secundum locum, sed motui secundum locum quies in loco, & motui secundum alterationem, quies ab alteratione, & motui, secundum quantitatem, quies à quantitate. Sed non sufficit hoc dicere, quòd quia secundum locum opponatur motui secundum locum, & omnino ea, quæ sunt similis generis. Nam hoc simpliciter, & crasse dictum esse videtur. Plures enim motus, & quietes secundum vnamquanque distantiam sunt. Etenim motus in longitudine, alter sursum, alter vero deorsum: & quies alia sursum, & alia deorsum.

Cõm. 43.

Motus motui proprie est contrarius est. Quies motui opponitur velut priuatio.

Priuatio constituens in quiete assimilatur priuationi materiæ.

Quæ quies cui motui aduersetur.

Ideo

Ideo quęrẽdum, qualis quies in his cui motui aduersetur, & opponatur. Et inquit, quoniam motus ex subiecto in subiectum est. (Hoc enim indicat illud, in duobus subiectis esse. Nam ex contrario in contrarium est, quo etiam differt motus ab ortu, atque interitu) quia motui qui est ex hoc in contrarium, velut qui est ex imo ad supremum locum, aut ex albo in nigrum quietes deorsum, & in albo solum contrariæ sunt. Rursus motui ex supremo ad imum, vel ex nigro ad album quietes sursum & in nigro contrariæ sunt: quare vniuersæ quietem in hoc ex quo motus fit contrariam ei motui, qui ex eodem fit, dicimus, sed non illi, qui est ad idem. Etenim necesse est illud quod fugit sm naturam contrarium esse, illud autem in quod discedit proprium est. Sed, quoniam, inquit, absurdum est motus contrarios esse inter se, & minime quietes, sciendũ, ꝙ etiam quietes mutuo opponuntur, quæ in cõtrarijs locis, & qualitatibus & quantitatibus sunt, vt quies sursum quieti deorsum contraria est, & quies in albo, quieti in nigro, & quæ est in sanitate ei, quæ est in morbo. Motui tamen, qui est ex sanitate, quies, quæ est in sanitate opponitur, & non quies, quæ est in morbo, ut diximus prius. Nam consentaneum est eandem opponi huic ex morbo in sanitaté. Et causam nunc addit manifeste. Nam sm naturam, inquit, motus, qui est ad illud, in quo sm naturam quiescit, id quod mouetur & intendat illam quietem & ob ipsam fiat, aliquomodo est ortui, quietis & quies, quare maxima proprietas est motui, qui fit in qete in quo ad illam in illo. Si autem propria, non contraria, non.n. ortui alicuius, ꝙ fit, contrarium potest dici priuatio eius. Quod si ẽt finis eorum, quę mouentur ad aliquid quies est in illis, finis alicuius aliquomodo contrarius erit, vel priuatio eius. Sic ergo necesse est illam ex quo, vel illam in quod quieté contrariam esse motui: non enim quies ex alio genere contraria erit motui in alio genere, sed nequeunt illæ contrariæ esse inter se, quæ sunt ad quod. Necesse est ergo quietem in quo contrariam esse motui ex eodem. Cõtrarium autem est id, quod est præter naturam ei, quod est secundum naturam. Quòd siquis dubitet, quomodo si vnũ vni contrarium est, motus opponetur motui, & quies, & quieti similiter quies & motus. Dicendũ est, ꝙ motus & quies non sunt proprie contraria. Sed neq; priuatio quies talis, qualem in prædicamentis dixit, quæ non redit ad formã, sed secundum al quod medium inter priuationem & cõtrarietatem videtur quies opponi motui.

Quies existens in illo ex quo fit motus aduersatur motui qui fit ex ipso.

Quietes huiusmodi contrariæ sunt.

Quies et motus non proprie cõtraria sunt.

Quies quonĩ modo sit priuatio.

Tex. 55. *Quibus autem non sunt contraria, eorum mutatio quidẽ est opposita, quæ est ex eodem, ei, quæ est in idem: motus autem non est, vt ea, quæ est ex ente, ei, quæ est in ens. Et quies quidem horum non est, immutabilitas autem est, & si quidem aliquid erit subiectum, quod non est, ea, quæ in ente est, immutabilitas, ei, quæ est in non ente, contraria erit. Si vero non est aliquid, quod non sit, dubitabit aliquis cui cõtraria sit ea, quæ est in ente immutabilitas, etiam si sit quies si autem hoc est, aut non omnis quies motui est contraria, aut generatio & corruptio motus sunt. Manifestum est igitur, quòd quies quidem non dicenda est, si non & hæc motus. Simile autem quid est & immutabilitas, contraria autem est aut nulli, aut ei, quæ est in non ente, aut corruptioni, hæc enim ex ipsa est, generatio autem in ipsam.*

Cõm. 44. Cum dixisset in altero contrariorũ quietum contrariã esse motui ex eodem, quærit si etiam in mutationibus, quæ fiunt ex non contrario in contrarium, & ob id non sunt motus, vt dicebatur de ortu, atque interitu, quædam quies sit his mutationibus contraria ei, quæ est ex eodem in idem. Nam hę erant mutationes, vt ortus, atque interitus, oppositæ. Interitus quidem ex eo quod est, ad id, qđ non est mutatio dicitur, & ortus est ex eo quod non est, ad id, quod est. Vel non est his contraria quies, quia neq; motus hi dicuntur, sed solæ mutationes, & quies motui opponitur. Cur igitur non est aliquis finis ortus mansio in forma, vt motus à supremo deorsum, quies deorsum est. Vel est quidem, sed tamen non est appellandus motus, sed potius immutabilitas. nam absentia quidem motus quies dicitur, mutationis vero immutabilitas: sed esto vocatur immutabilitas, cuius nam fuerit immutabilitas, & cui nã mutationi ea immutabilitas contraria erit. Siquidem est aliquod subiectum, quod non est, vt materia immutabilitas, ergo in eo quod est erit contraria ei immutabilitati, quæ est in eo quod non est, & mutabilitati ex eo quod est. Si vero non est aliquid id quod non est inquit, dubitaret aliquis cui immutatio sit contraria illa, quæ est in eo, quod est. Dubitaret autem aliquis, inquit, & si oporteat dicere quietem, quæ est in eo, quod est, immutationem ob absurda, quæ sequuntur. Si enim quietem aliquis diceret in ortu & interitu esse immutationem, quæ est in eo, quod est, de duobus alterum necesse est: vel enim non omnis quies motui contraria erit; siquidem immutatio in eo, qđ est, quies cum sit, opponatur mutationi, quæ fit ex eo qđ est. Hæc autem non est motus, vt ostensum est prius; propterea quòd non est ex subiecto in subiectum. Vel si omnis quies motui opponitur, erit etiam interitus motus. Similiter & ortus. Sed ostensum est, quòd non sunt motus. Vt ergo neutrum horum absurdum accidat, mansio, quæ est in eo, quod est, non est appellanda quies, sed quippiam simile quieti. Et dicendum est, quòd immutatio sit priuatio, non motus, sed mutationis, sed hæc immutatio, quæ est in eo, quod est, vel nulli est contraria. Quies.n. & non immutatio posita sunt alicui contraria, vel si est alicui contraria, aut immutationi, quę est in eo, quod nõ est, erit contraria, si sit aliquid quod non sit, aut interitui, qui est ex eo quod est mutatio. Nam hac ratione, vt mutationi, opponetur, & si non sit aliquid quod non sit. Ideo sic dixit. {Aut ei, quæ est in non ente, aut corruptione.} Nam hic interitus est ex ipsa, quæ est in eo, quod est immutatione. Sed ortus via est ad illam. Vt enim de quiete ostensum est, sic se habet etiam in ipsa immutatione. Nam ex quo mutatur immutatio ei, ex quo, mutationi, opponitur. Sed non ei quæ ad ipsum est. Quare interitui, vt mutationi, opponitur, quæ est in eo, quod est, immutatio: Sed ortui & immutationi, quæ est in eo quod est, immutatio aduersabitur, quę est in eo, quod non est, si quidem sit aliquid, quod non sit. Sed principio talium verborũ scriptura tripliciter adducitur. Vel.n. sic: {Quibus autẽ non sunt contraria mutatio quidem est opposita, quæ ex eodẽ ei in idem, motus autẽ non est.} Vel hoc modo. {Quibus autẽ non sunt contraria eorũ mutatio est opposita.} Et cętera. Sed hæc idem significant cũ his, quæ prius dicta sunt. Est enim talis tertia. {Quibus nõ sunt contraria quorum mutatio est opposita, quæ ex eodem, ei, quæ est idem, sed motus non est, } & hæc magis Alexander admittit. Vt enim insinuãdo dicit quorum non est quies, sed immutatio, inquit. Sed non velut ostendens, quod non sint motus tales mutationes, neq; vt motus inter se opponuntur, sed velut mutationes. Hoc enim iam ostensum.

Nam in generatione & corruptione sit aliqua quies.

Ortus finis est ipsa in forma mansio.

Tex. 45. *Dubitabit autem aliquis, quare in mutatione quidem secundum locum, sunt, & secundum naturam & præter naturam, & quietes & motus: in alijs autem, non. vt alteratio, hæc quidem secundum naturam, illa vero præter naturam,*

nihil enim magis sanatio quàm ægrotario secundum naturam, aut præter naturam est, aut dealbatio, quàm denigratio. Similiter autem est, & in augmentatione & diminutione, neque enim hæ sunt inuicem contraria, vt secundum naturam & præter naturam, neque augmentatio augmentationi. Et in generatione & corruptione eadem ratio est, neque enim generatio est quidem secundum naturam, corruptio autem præter naturam, senescere enim secundum naturam est. Neque generationem videmus hanc quidem secundum naturam, illam vero præter naturã. Tex. 57. *At si est quod violentia sit præter naturam, & corruptio corruptioni contraria erit ea, quæ est violenta, vt quæ præter naturam est, ei, quæ secundum naturam. Vel non igitur sunt generationes quædam violentæ, & non fato determinatę, quibus contraria sunt eę, quę sunt secundum naturam. Et augmentationes violentę, & diminutiones, vt augmentationes eorum, qui velociter propter alimentum pubescunt, &* Tex. 58. *frumenta, quæ cito adolescunt, & non sunt constricta. In alteratione autem quo pacto, nisi similiter? Erunt.n. nonnulla quidem violenta, alia vero naturales, vt aliqui liberantur non in criticis diebus, alij autem in criticis. Illi quidem præter naturam liberati fuerunt, hi vero secundum naturam. Erunt ergo corruptiones contrariæ ad inuicem, non generationi solum. Et quid prohibet? est enim possibile, etenim si hęc quidem suauis, illa vero tristis fuerit. Quare non simpliciter corruptioni corruptio contraria erit, sed quatenus ex ipsis hæc quidem est huiusmodi, illa vero talis est,*

Cõm. 45. Cum dixerit qui motus, quæue quietes quibus motibus & quietibus sint contrarij secundum naturam: quia motus motui, vt qui est ex contrario ei, qui est econtrario, & mãsio ex aliquo ei, quę ex eodem, quia non solum hi secundũ naturam opponuntur his contra naturam, vt motus ignis ab imo sursum terræ motui, qui est à supremo loco deorsum sed etiam motus eiusdem præter naturam ei, qui est secundum naturam, vt terræ, qui est ab imo loco sursum, motui eiusdem à supremo loco deorsum. Vnde dicturus de his oppositionibus primum dubitat, cur in mutatione secundum locum & motus sunt & mansiones, & secundum naturam, & præter naturã, vt ignis præter naturam motus quidem deorsum, & mãsio deorsum, & secundum naturam motus sursum, & quies ibidem, & in alijs corporibus simplicibus & motibus alijs huiusmodi eadem ratio est, quòd mouetur secundum locum. Sed in alteratione, & mutatione secũdum quantum non amplius videtur oppositio esse, quæ est secundum naturam & præter naturam. Nihil enim magis fit album quam nigrum secundum naturam, vel præter naturam in corporibus, & ægrotare, atque sanari. Similiter enim videtur corpus esse capax harũ ambarum affectionum. Eadem quoque ratio est de incremento, atque diminutione. Neque.n. incrementũ est secundum naturam, & diminutio præter naturam, neq; econtra. Sed neque incrementum incremento opponi videt, vt alterum sit secundum naturam, & alterum præter naturam. Eodem modo & de alijs mutationibus, videlicet ortu & interitu se habet: non enim ortus est secundum naturam, & interitus præter naturam. Nam senectus, quæ est gradatim è vita in mortem commutatio, secundum naturam videtur esse. Item neque ortus ortui sic opponi videtur, vt alius sit secundum naturam, & alter pręter naturam. Cum ergo sic dubitasset ambas oppositas mutationes, velut dealbationem & nigrum fieri, atque augumentationem & diminutionem, ortũ atque interitum secundũ naturam esse tradit. Etenim in motu secundum locum sursum & deorsum, hi ambo sunt contrarij, & secundum naturam, etiam si alio & in alio sint. Sed in eadem specie, velut augumẽtatione, aut ortu & interitu esse alium secundum naturam, & aliũ præter naturam, vt in motu sursum, vel in motu deorsum, ostendit, quia in cunctis motibus est violentum, sed violentum est præter naturam, ergo & interitus erit interitui contrarius, videlicet violentus ei qui est secundum naturam, sed de interitu, violentum est manifestum. Et ortus autem sunt violenti & non secundum naturæ seriem facti, quos non ordinatos, aut fortuitos dixit, quando aliqua ante diẽ ortus fiunt. Et hinc interpretes coniecturam faciunt, quod fatum Peripatetici collocant in his, quę sunt secundum naturam, si quidem violentos & præter naturam motus non fatales dixerit. Item quasdam augmentationes pręter naturã inquit esse, vt hi qui cito ob delicias pubescunt & generant præter naturam, & vi. Item triticum ob calorem cito nascitur & augetur, quòd est in hortis dictis Adonidis, vbi antequam emittat radices & multipliciter in terra nascitur & augetur. Et in alteratione secundum naturam inuenit & pręter naturam. Nam qui in diebus criticis morborum quiescũt secundum naturam alterantur & fortiter: qui uero non quiescunt in eisdem præter naturam & imbecilliter se habent. Cum dixerit ortum ortui contrarium esse, & interitum interitui, notauit quod erunt interitus cõtrarij inter se. quòd si hoc, quoniam interitui etiam ortus opponit, duo erunt uni contraria. Nam interitui & ortus erit & interitus contrarij. Similiter autem & ortui ortus & interitus, si quidem, & ortui ortus opponitur. Hanc autem instantiã breuiter ostendens ob hoc. {Erunt ergo corruptiones cõtrariæ inter se.} Si autem hoc, quia interitui etiam ortus opponitur, duo uni erunt contraria. Nam interitui & ortus & interitus contrarij erunt. Soluit instantiam dicendo nihil prohibere secundum aliquid & interitum esse interitui contrarium, non quatenus interitui, sed quatenus alter est secundum naturam, & alter præter naturam, quę accidunt interitui, quare non duo uni erunt contraria, siquidem quatenus interitus ortui solum sit contrarius, sed quatenus secundum naturam, interitus ei, qui est præter naturam, ut etiam si alter habet dulce per accidens, & alter triste, aut amarum. Esset quidem ipsorum secundum hoc oppositio.

Fatum est in his quæ secundum naturã sunt.

In hortis Adonidis breui celeriter nascitur frumentum.

Interitus uni aduersatur interitum.

Omnino igitur contrarij motus & quietes dicto mõ sunt Tex. 59. *vt quæ est sursum, ei, qui est deorsum. loci enim contrarietates hæ sunt: fertur autem ea quidem, quæ sursum est, latione, natura ignis: ea vero, quæ deorsum, terra, & contrariæ ipsorum lationes sunt: ignis autem sursum quidem natura, deorsum autem præter naturam. Et contrarius quidem motus est, qui est secundum naturam ipsius, ei, qui est* Tex. 60. *præter naturam. Et quietes etiam similiter. Quæ nanque est sursum quies, ei, qui est de sursum in deorsum motui, contraria est. Est autem terræ illa quidem quies præter naturam, motus autem hic secundum naturam. Quare motui quies contraria est, quæ est præter naturam, ei, qui est secundum naturam eiusdem, etenim motus eiusdem contrarius sic est. Is nanque ex ipsis erit secundum naturam, is, qui sursum, aut qui deorsum, ille autem præter naturam.*

Cõm. 46. Cum ostenderit quòd contrarietas secũdum naturam & præter naturam est in motibus, deinceps ostendit non alio modo contrarietatis quã prędicto modo illam inesse motibus, ut sint secundum naturam & præter naturam contrarij, sed est idem modus contrarietatis. Nam quãdo idem fuerit quod mouetur contrarijs motibus .i. illis, qui sunt ex contrariis in contraria: quando alter erit secundum

Secũdũ naturã et præter naturã motus cõtrarij sunt eodẽ cõtrarietatis mõ, quo cæteri motus sunt contrarij.

Motus præter naturam unum sint in cunctis speciebus motus.

dum naturam ei, tum eidem alter erit præter naturam. Ignis enim fertur sursum natura:& terra deorsum,& horum sunt cõtrarij motus. Sed ignis quidem natura sursum petit,& præter naturam deorsum: & contrarius eiusdem secundũ naturam ei, qui est præter naturam, quia ex contrarijs & in contraria. Et quietes eodem modo. Nã quies, quę est sursum, opponitur motui deorsum. Fit quoque mãsio terræ sursum præter naturam, & motus deorsum ſm naturam. Quare motui mansio contraria præter naturam eiusdem est, etenim motus eiusdem contrarius est. Motui ergo vniuscuiusque elementorum ſm naturam cõtrarius est idem motus præter naturam. Sed, quia ex quo aliquid mouetur, vel secundum naturam, vel præter naturã, mansio in illo opponitur motui ex eodem patet, quòd simplicibus corporibus mansiones in illis, ex quibus secundum naturam mouentur, sunt præter naturam. Quare præter naturã eiusdem mansiones & quietes contrariæ sunt motibus secundum naturam ipsorũ. Sed in quibusdam exemplaribus post finem horum verborum. { Alter enim secundum naturam ipsorum erit vel sursum vel deorsum, alter autem pręter naturam, } additur hoc. { Vniuerse & primo hæc proprie insunt. } Nouerunt etiam Interpretes in quibusdam additum esse. Sed diceret per hæc, q; præter naturam moueri, & ſm naturam proprie simplicibus naturalium corporum insunt & omnibus & prius quæ mouentur secundum locum & quiescunt in eodem. Sed in alijs motibus est ista contrarietas ſm naturam & præter naturam, vt dixit, sed non proprie, neque primo, sed secundum translationem ab his. Videtur autem deesse huic. Vniuerse & primo hæc proprie insunt, hoc. His simplicibus corporibus, quorum latione sursum & deorsum ſm naturam & præter naturam arte ostenderat.

Tex. 61. *Habet autem dubitationem, si est omnis quietis, quæ non semper est, generatio: & hac est ipsum stare, eius quidem quod quiescit præter naturam, vt terræ sursum, erit generatio. Cum ergo ferebatur sursum, violentia stabat. sed quod stat, semper videtur ferri velocius: quod autem violentia, contra. Non factum ergo quiescens erit quiescens. Amplius videtur ipsum stare proprie dici, aut omnino esse in eo quod est secundum naturam, in suum locum ferri, aut accidere simul.*

Com. 47. *Nũ cia quies sit generatio.* Dubitat nunc, si est omnis quietis ortus, an non. Non enim potest esse, vt non sit omnis quietis ortus: & causam breuiter ostendit, cum dixit, {quæ non semper est.} Quies.n. priuatio motus est in eo, quod aliquando mouetur: sed quies, quæ est in eo, qđ aliquando mouetur, nõ est semper, si quidem aliquando mouetur. Et quod non est semper, factum est. Sed quod factum est fiebat, & quod fit ortum habet. Nam secundum ortum fieri dicitur, vt quod mouetur secundum motum moueri. Sed ipse fuit contentus hoc, quòd non semper sit quies, quia ea, quæ sunt, aut semper existunt, aut aliquando fiunt. Cum ergo ostendisset necessitatem, cur oporteat omnem quietem habere ortum, & adiecisset quòd ortus quietis est stare, quod quidem est quiescere. Quiescere enim stare est, & huius ortus est stetisse, vt ipsius iam motum fuisse moueri: inducit deinceps dubitationem, quæ omnem quietem habere ortum destruere nititur, quia ostendit quietem, vt fit, non habere ortum, quia neque habet stare. Si enim quies sursum vi & stare sursum vi habet ortum terræ, haberet etiam stare vi, id est vi fertur ad illam quietem & mansionem. Si ergo stare omnino non potest esse lationis, quæ vi fit ad ipsum stare, patet quod non erit ortus quietis, quę vi fit. Quod vero ipsum stare non sit in aliqua quiete vi, sic potentia & virtute ostendit. Quod stat secundum naturam fertur ad illum locum, in quo stabit. Quod ad aliquem fertur, in quo manere debet, vbi fuerit illi loco proximius, celerius mouetur, cum ibi permanere debeat & magis ab eodem trahatur. Et conclusio huius rationis est quòd stans, id est quod fertur ad stare, celerius mouetur cum appropinquatum fuerit loco, in quo stabit. Assumpta ergo prius hac altera propositione dicẽte, quod illud, quod vi fertur, non celerius fertur cum loco propinquum fuerit, in quo vi stabit, sed tardius, concludit in secunda figura, quòd vi latum non stat, id est non habet inclinationem ad quietem. Hac porro sequebatur ratione. Quod vi quiescens non fit quiescens, siquidẽ nec habeat stare, & quiescere. Vi ergo quiescens erit quiescens nõ factum quiescens, non omnis ergo quietis est ortus, si quidem quietis violentæ nõ sit. Deinceps autem videtur velut, aliud argumẽtum adducere his verbis. { Amplius videtur ipsum stare proprie dici de eo, quod est secundũ naturam. } Sed opinor potius continuationẽ esse prioris rationis, quia subdemonstrat. Conclusa enim erat ratio illa, quòd stare non poterat competere vi moto, sed ei, qđ mouebatur secundum naturam. Nam conuenit stare ei, quod habet intentionem, & inclinationẽ ad quiescendum velut quiescere illi, quod ad quietem festinat, & albũ fieri illi, quod contendit ad album esse cõuenit. Cum autem dixerit. { Amplius stare videtur & cætera, } non de illo præter naturam subiunxit, siquidem, vt inquit Alexand. & hoc est scriptum. {Vel omnino esse,} & significarit inquit, quod stare videtur, aut omnino esse actu. Equidem vnicuique corporum naturalium hoc competit, vt in suũ propitium locum feratur. Simul enim est quod fit & actu est, & mouetur statim ad proprium locũ festinans ad perfectionem secundum hoc, nisi aliquid impediat. Vnde capax quietis est id quod mouetur naturaliter. Sic ergo Alexander tetigit, opinor, quæ à me dicenda sunt. Nisi forte illud. Simul autem omnino esse, ad ipsum. { Dici } assignatum, quia videtur stare proprie dici, vel non dici solum, sed etiam esse omnino de illo, quod mouetur secundum naturam: ne Dici videatur significare consuetudinem, qua sic stare consuetum sic dici, sed stare est proprie ferri in suum locum. Vel, si stare de statione, ad quam festinat motum, intelligitur & ferri de motu, non erit simpliciter stare idem cum ipso ferri ad locum, sed accidere simul: vel tunc dicitur, accidere stare, quando accidere dicitur aliquid ad suum proficisci locum. Hoc autem & pauloante ipse sic dixit. {Nam motus in ipsum quies magis est. Vel accidit quieti simul fieri cum motu. Si ergo hoc est absurdum, aliquid quiescens esse quod non fit, qđ quidem subiunxit: equidem absurdum est, quia quod fit necesse est prius fieri: duplex dicendum est ipsum stare, hoc ſm naturam proprie, illud præter naturam abusiue, & æquiuoce: & ob id forte dicendo, quòd stare dicitur de eo, quod est secundum naturam, adiecit proprie. quod.n. est, & ad stationem tendit, dicitur, stare, dum tendit, vt quiescere, quod tendit ad quietem. Veruntamen quod vi mouetur non ad stationem mouet. Si ergo quiesceret gleba à motu sursum, illico deuoluetur deorsum nisi aliquid impediat vi. Nam quies violenta illa est, quæ est alicuius præualentis, vt vi motus est vi mouentis. Et si stare ergo non dicatur proprie prius existere quam vi quiescẽte, sed quia factum est quiescens, necesse est ortum eius præesse, & aliquod stare proportione quadam. Cur ergo hoc argumentũ sophisticum est deductũ ex æquiuocatione ipsius stare. Vel forte rationem sophisticã sic ponens dissol-

Quiescere & stare quomõ sumatur.

uit per hæc verba. Proprie stare ostendens quod non proprie diceretur stare quod mouetur vi. Sed abusiue nihil prohibet quod vi fertur stare vi & dici, quia aliquid præcedit quiete vi, quod est respondens ipsi proprie stare, quod præcedit secundum naturam quietem, quod quidem motui naturali conuenit & simul cum eo est. Nisi ergo vt dixi, motus sm naturam habeat merito in seipsa stare, quòd quidem est festinare ad ipsam quietem, Sed motus præter naturam non est ad ipsum stare, quatenus festinat præter naturam, neque stare id, quod latum esset vi nisi vi teneatur. Verum, quia non potest aliquid alicubi quiescere vi nisi ad eundem locum vi feratur, in quo vi quiescit, siquidem quod fertur secundum naturam ad locum naturalem mouetur, in quo quiescit naturaliter, latio quæ vi fit, quietem vi præcedit, vt quietem naturalem latio naturalis. Et secundum hoc etiam nisi proprie diceretur stare, & quòd quod vi fertur, quando vi quiescere debet. Sed secundum naturam latum dicitur proprie stare, quia ad stationem procedit. Quia vero hoc omnes tanquam dignitate & communi conceptione vtuntur, quod mota secundum naturam celerius mouentur cum viciniora sunt suis locis, & causam consentaneam assignant, dicentes idẽ cum fuerit vicinius proprie vniuersitati tanquam perficiendum, tum magis sm formam & speciem validius fieri. Sed alij dicũt multitudine aeris interpositi impediri ea, quæ sursum, aut deorsum mouentur quousq; propinqua facta suis locis parum intermediũ reliquerit. Sed fides sic fit, quod quæ feruntur secundum naturam cum proprijs locis propinqua facta fuerint velocius mouentur. Sed nihil prohibet dicta à naturali Stratone indicia describere. Nã in libro de Motu dicẽs sic, quod mutationem & vicissitudinem vltimi loci in minimo tempore quod mouetur subit, subiungit. In his, quæ pondere feruntur per aerem, fit palam. Nam à doliis defluens aqua, si quis ab alio loco id quod fertur considerarit, supra continuum videtur fluẽs, sed deorsum sparsum & susius cadit supra pauimentum. Si ergo non semper ad posteriorem locũ non velocius moueretur hoc ipsi nunquam accideret. Dicit autem hoc à continuo seiungi & diffundi, cum fuerit propinquius pauimento. Item addit aliam coniecturam dicendo. Si quis lapidem, vel aliqđ aliud pondus sustinendo à terra quantum continet altitudo vnius digiti proiecerit, non efficiet notabilem plagam, aut scissuram in pauimento: qđ si fuerit sexta pars stadij adhuc plus expellendo sursum, efficiet maiorem plagam. Et nullam aliam causam inquit esse plagæ. Non enim graue maius, neque minus quod mouetur factum est, neque plus loci expellens, neq; à multo expulsum, aut impulsum fuit, nisi quod citius mouet. Nam ob id hæc & alia accidentia multa accidũt. Hanc autem existimo coniecturam significare, quòd parum expulsum à terra, quasi adhuc in terra existẽs, difficile mobile est: Sed quod procul mouetur ad propriũ locum, semper & magis potest eum magis ac magis propinquum fit. Sed Aspasius finem libri his verbis fecit.

Quæ secundũ naturã mouẽtur propriora suis locis facta, velocius mouentur.

Tex. 62. *Habet autem dubitationem, si contraria est quies quę est hic ei, qui hinc est motui: cum enim mouetur ex hoc, aut etiã abijcit, adhuc videtur habere id, quod abiicitur. Quare si hæc quies contraria est ei, qui hinc est in contrarium motui, simul erunt contraria, aut aliquo modo quiescet, si adhuc manet.*

Cõm. 43. Cum prius dixisset motui ex contrario in contrarium quietem in hoc contrariam esse, & illi ex cõtrario in hoc quies in contrario, nunc dubitat contra hoc, & dicit, quòd contraria hic quies est motui hinc, vt prius dictum fuit. Quia quod incipit hinc moueri adhuc est etiã hic: sed qđ est hic, quiescit. Hoc enim est esse hic, igitur accidit idem simul moueri & quiescere, & tamen quies & motus sunt contraria inter se. Ad quod enim motus est mansioni in eodem non est contrarius, ideo non fecit rationem de his. Sed simul contraria circa idẽ accidere nõ possunt. Quòd vero illud, quod hinc incipit moueri, adhuc hic sit, ostendit ratione dicente, quod eius, quod mouetur, aliquid est ibi, ex quo mouetur, & aliud ad quod mouetur. Nã vt si quis intelligeret aliquem album nigrum fieri, sed nondum niger absolute factum, & manentem habere aliquid adhuc albi, & quiescere in albo: sic etiã motus localis adhuc habens aliquid dispositionis quietis diceretur non perfecte abiecisse quietem. Soluunt dubitationem dicendo neque absurdum accidere ex hac ratione, si fuerint circa idẽ contraria, licet non secundum idem, sed sm aliud & aliud. Idem enim potest esse album & nigrũ secundum aliud & aliud, quia secundum aliam & aliam partem, quę fit principio motus. Non enim quę secundum idem, quiescunt & mouẽtur, sed secundum aliud & aliud, hoc eorum ibi est, & illud non est, non enim est indiuiduum quod mouetur. Sed ostendetur, quòd nihil mouetur expers diuisionis. Si aliquid erit in cõtrarijs secundum aliud & aliud nihil absurdi erit. Hoc ergo breuibus indicans dicendo. {Aliquomodo quiescit, an adhuc manet,} idest, si secundum aliqđ quiescit, vel secundum aliquid manet. Quòd autem neque contraria sit quies motui proprie, infert. Nã priuatio magis est. Sed est proprie motus motui contrarius, qui est ex contrario in contrarium, scilicet, ei, qui est ex contrario in contrarium, vt diximus. Nam in talibus motibus non accidit idem in contrariis esse.

Et de motu quidem & quiete & quomodo vtrunq; vnũ est, & qui nam quibus contrarij sint dictum est. Tex. 63.

Quomodo vnus motus sit dictũ fuit, non tamen quomodo vna quies, sed videtur vt dictum esse, & hoc ponere, quia ex dictis de motu, patet etiam, quõ vna sit quies. Cõm. 42. Si enim quies est priuatio motus in eo, quod est aptũ moueri, patet quot modis dicitur vnus motus, totidẽ & quies dicetur, quare & hæc alia erit vna genere, alia specie, alia numero & substãtia. Sed vsq; ad hunc locum in quibusdã exemplaribus finis libri fit, Sed in alus & quæ deinceps dicenda sunt adduntur, quę neque Porphyrius compendij instar explicauit, neq; Themistius breuiter & mutatis verbis expoluit, Veruntamen Alex. annotat hæc in quibusdã exemplaribus non inuenta fuisse, tamen exponit ipsa.

Dubitabit autem quis & de stare, si & quicunque sunt præter naturam motus, his est quies opposita: si igitur non, erit inconueniens: manet enim, sed violentia, quare quiescẽs aliquid erit non semper sine fieri. Sed palam quòd erit, sicut enim mouetur præter naturam, & quiescet vtique aliquid præter naturam. Tex. 64.

Si ergo hæc non fortuito adduntur, hæc dicunt eadem cum prioribus dictis, in quibus videbatur destruere ipsam stationem in his, quæ quiescunt pręter naturam & mouẽtur & prius constituens idem deductione ad id, quod fieri nequit quando conclusit, quod si non est stare in his, quæ mouentur & quiescunt vi, quod non sit quiescens, esset quiescens, quia in illis videbatur negari ipsum stare de ipsis, quæ vi mouentur, qa stans semper fertur celerius, sed qđ vi stat contrario modo & ob id stare dicit de illo, qđ procedit natura in proprium locum. Vult aũt, vt videtur, dubitationem ad vtranq; partem tractare: ob id nunc alterã eius partem accipit ostendens, quod etiam in motu, qui fit vi & quiete eiusmodi opposita illi motui, necesse est vt stare Cõm. 10.

re

re inueniatur:ſin autem aliquid vi manet,erit quieſcens aliquid non ſine ipſo fieri ſemper,quod quidem prius dixit: quod igitur non ſit quieſcens, erit quieſcens. Nunc autem adiecit huic quieſcẽs erit non ſemper,quod ſuperfluo quidem exiſtimo eſſe factum. Si.n.quieſcit quod eſt aptum moueri non erit ſemper quies, patet autem, ꝙ inquit non ſemper erit aliquid vi quieſcens. Vt enim aliquid mouetur præter naturam, ſic etiam quieſcit præter naturam. quare erit ſyllogiſmus hypotheticus ſecũdo modo ſyllogiſmorum talis. Cum.n.ſit aliquod, quod vi menet, vt demonſtrabo.ſi hoc fieri nequit, erit etiã ipſum ſtare in eo quod vi manet. Quòd vero ſit vi manens & præter naturam patet,quia eſt id,quod mouetur præter naturam.Sed opponitur motui præter naturam non manſio proprie præter naturam.Nam opponitur motui pręter naturam velut ei, quo terra ſurſum,& non manſio præter naturam eius ſurſum,ſed ea ſecundum naturam,quæ eſt deorſum. Sed mihi videntur diligentius dicere, qui hæc verba non comparatione aliqua ad prædictam legunt, ſed velut addita à quibuſdam admittunt.

T. c. 65. *Quoniam autem eſt quibuſdam motus ſecundum naturam, & præter naturam: puta igni, qui eſt ſurſum ſecundum naturam,qui autem deorſum præter naturam: vtrum ei fuerit contrarius,qui terræ.hæc.n.fertur ſecundum naturam deorſum. An palam, quia ambo, ſed non eodem modo, ſed hic quidem ſecundum naturam eſt, ſecundum naturam exiſtentis.eius autem,qui ipſius,qui ſurſum ignis,ei, qui deorſum vt ſecundum naturam exiſtenti præter naturam exiſtenti.Similiter autem & in manſionibus, forte autem quieti motus aliquatenus opponitur. cum.n.mouetur ex hoc, & abijcit, adhuc id videtur habere, quod abijcitur. Quare, ſi eadem quies contraria eſt ei, qui hinc in contrarium motui, ſimul exiſtent contraria, aut aliquatenus quieſcit, ſi adhuc manet. Omnino autem eius, quod mouetur, hoc quidem illic eſt, illud autem in quod mutatur. Propter quod magis eſt motus motui contrarius quàm quies. Quis quidem igitur motus ſimpliciter vnus ſit dictum eſt. Et de motu quidem & quiete quomodo vterque vnus, & qui contrarij quibus, dictum eſt.*

Cõm. 51. Quod dicitur, hoc eſt. Quoniam igni alter eſt motus ſurſum ſecundum naturã, alter deorſum præter naturam: ſed terræ deorſum motus eſt ſm naturam,& ſurſum pręter naturam. Vtrum ergo motui ignis ſecundum naturam eiuſdem ignis motus præter naturã ſit contrarius vel motus terræ ſm naturam. Et iudicat, ꝙ ambo ſint contrarij, ſed non eodem modo. ſed motus terræ deorſum, ignis motui ſurſum velut ambo ſm naturam: ſed ignis motus præter naturam eiuſdem motui ſecundum naturam,velut is motus, qui præter naturam, repugnet ei, qui ſm naturam eſt.Et hæc verba ſuperfluo adduntur,cum iam dicta ſint breuiter ſic. Fertur ignis latione ſurſum natura,& terra deorſum,& contrariæ ſunt eorum latione.Sed ignis ſurſum natura, & deorſum præter naturam: & contraria eſt ſecundum naturam eiuſdem ei,quæ eſt eiuſdem præter naturam. Quod vero hęc verba ſuperfluo addantur,indicat

Eorum, quæ tractãt in Quinto libro epilogus. rurſus epilogus de his adductus dicens, De motu igitur & quiete qũo vtraq; vnum ſit, & qui ſint contrarij quibuſdam dictum eſt. Sed poſt dearticulationẽ particularem in hoc libro exiſtimo pulchrum eſſe & eiſdem capita breuiter & quoad fieri poteſt ſine defectu repetere.Proponẽs igitur principio Ariſt.mutationem diuidere in motum & mutationis ſpecies & in ortum & interitũ,primum oſtendit,ꝙ ea,quæ mutantur,tripliciter mutantur,vel per accidens,vel ſm partem,vel per ſe & primo, vt eorum faciat diuiſionem. Deinde quod non ſolum quæ mutãtur & mouentur, ſed etiam quæ mutant & mouent tribus modis diuiduntur. Et deinceps quia cum ea,quæ ſunt, ſint quinq;, ſi erit motus, neceſſe eſt vt ſit mouens & id quod mouetur,& tempus,& adhuc id,ex quo,& id,ad quod,& motus eſt in eo,quod mouetur & non in alio. Et idem oſtẽdit ex diffinitione motus. Deinde, ꝙ forma & ad quam mouetur,quod fit,& affectio,ad quã alteratur,& locus ad quem proficiſcitur, quod fertur,ſunt immobilia: & magnitudo ad quam augetur, & omnino in quod motus. His autem talem dubitationem annectit.Si albedo eſt affectio:& affectio eſt motus: mutatio ergo in affectionem erit ad motum per motũ,& non in ſolo eo,quod mouetur,ſed etiam in eo,ad quod eſt motus. Et ſoluit dubitationem ex æquiuocatione affectionis, quia & album affectio dicitur, & dealbatio,ſed motus non album,ſed dealbatio.Cum ergo prius oſtendiſſet, ꝙ etiam mouens & id, quod mouetur tripliciter dicitur, addit, ꝙ etiam in alijs idem euenit,ſ.in eo ex quo,& in eo ad quod,& in eo in quo.i.tẽpore, quia ibi eſt per accidens, per ſe, & primo & ſm partem,& ſic mutationem per accidens & ſecundum aliud velut cõem omnibus & indeterminatam repudians demonſtrat differentias mutationum,in illa per ſe, & primo,quæ conuenit ſcientiæ tripliciter diuidens illas. Et aliam quidem in contrarijs dicit, & aliam in medijs contrariorum, & aliam in contradictione.Cum ergo oſtendiſſet in quibus ſit mutatio, oſtendit deinceps quot modis fit ex diuiſione deducens rationem.Nam omne,quod mutatur,vel ex ſubiecto in ſubiectum.i.ex eo,quod eſt,ad id,quod eſt,aut ex ſubiecto ad nõ ſubiectum,ꝙ eſt ex eo quod eſt,ad id quod non eſt:vel econtra: aut reliquum ex non ſubiecto ad non ſubiectum, quod eſt inconſtans, cum nihil ex eo,quod non eſt,ad id,ꝙ non eſt mutetur.Et eſt alia ex ſubiecto in non ſubiectum,& alia ex non ſubiecto in ſubiectum, quę ſunt ortus,atq; interitus & non ſunt motus, ſed altera ex ſubiecto in ſubiectum ſolum eſt motus. Subiecta vero ſunt aut contraria,aut inter media. Et in his quærit,in quo prædicamentorum ſit motus, & oſtendit, ꝙ in qualitate,quantitate,& vbi,ſed non in ſubſtantia, neq; in ipſo ad aliquid, neq; in ipſo agere & pati.Siquidem non eſt motus motus, neq; interitus interitus,neq; ortus ortus, neq; omnino mutationis mutatio. Quæ quidem multifariam oſtendit, & deinceps oſtendit, ꝙ mutatio ſm quale habet commune nomen alterationem.Sed motus ſecundum quantum non habet,ſed propria ſunt augumentatio,& diminutio.Sed latio neq; proprium,neq; cõmune habet nomen. Nam latio de ſolis motis inanimis dicitur.Et quia magis & minus in cunctis motibus eſt,oſtendit qũo ſint. Quæ cum demonſtrarit de motu,ſequitur diuidere immobile quatuor modis. In illud,quod non poteſt moueri:& in illud, qđ multo tempore vix mouetur,& id,quod tarde incipit: & demum id quod eſt aptũ moueri & poteſt,ſed tum non mouetur quando aptum eſt & quo & qũo,quod quidem quieſcere de immobilibus ſolum inquit dici. Hæc autem de motu & immutabilitate dicens determinat deinceps quid ſimul, quid ſeorſum, quid tangere,quid intermediũ,quid conſequenter,quid contiguum, quid continuum, & quibus vnumquodq; horum aptum eſt competere. Et his addit in quibus eſt intermedium. Sed aſſumens velut vtilia quæ dicta ſunt rationibus ſequentibus, oſtendit trifariam motum dici vnum,aut genere, aut ſpecie,aut numero: & quod magis proprie eſſe vnum numero,& motus vnumquodq; trium:quod mouetur,forma ſm quam motus fit, & tempus,in quo vnum numero habet,& ſeiungit vnum

numero

numero motum esse continuum, & q vnus motus genere, & vnus specie, & vnus numero tum magis vnus est, qñ fuerit perfectus. Sed vnus numero & si non fuerit perfectus, sed solum continuus, dr̃ vnus. Et deinceps q regula re competere debet vni motui. Et magis est vnus regularis, q̃ irregularis, quia velox & tardum non sunt species motus, quia hæc sunt in motibus species motus. Cæterum diuidit oppositiones motuum & secernit ab alijs illam s'm contrarietatem. Et tum querit, quisnam motus cui sit contrarius, & quæ quies cui quieti, & quales inter se: & addit, q contrarietas secundum naturam & præter naturam est in motibus & quietibus s'm eundem modum, qui est in his s'm naturam, & dubitat, si in mansione præter naturam præcedat stare, & argumenta ad vtranq; partem facit, & alteram dubitationem adducit si contraria hic mansio hinc motui, vt diximus. Sed quod mouetur & quiescit, quo ergo simul sunt contraria? Et solutionem dubitationi comprehendit, q non secundum idem sunt contraria, sed aliquomodo quiescunt & aliquomodo mouentur.

COMMENTARIVS SIMPLICII in Sextum librum Aristotelis, de Naturali Auditione.



Eripateticis cum Mos fuerit librorum ordinem describere secundum ordinem elementorum orationis, vt alpha, vita, gamma, & reliqua merito inscribunt sextum librum atque designant per ipsum Zeta, quod quidē in numeris significat numerum septenarium, sed in elementis sextum ordinis locum sortitum est. Diximus autem prius, q quinq; libri præcedentes appellantur naturales, & reliqui tres de motu. Sic.n. & Andronicus in Tertio libro Arist. de motu ordinat. quod etiam testatur Theophrastus. & Eudemus scribit de præcedentibus de quodam suo exēplari, in quo multi errores erant quo ad quintum librum, pro quo vt inquit, ille misit & iussit sibi vt scriberet & mitteret libros naturales, qñ ille scripsit, aut ego non intelligo, aut quippiam omnino habent ante hæc. {Quod quidem quiescere voco solum; de immobilibus. Nam cōtraria motui quies est, quare priuatio erit recipientis atq; susceptiui.} quare quintum librum Theophrastus inter naturales collocat. Sed ipse Aristot. octaui principio inquit, {Incipimus primo ex determinatis à nobis prius in physicis.} Proinde dicimus motum actum esse mobilis quatenus mobile. Hoc autem dixit in tertio. Sed in calce octaui inquit, {Infinitam ergo magnitudinem non contingit esse, sed prius ostensum est in physicis,} dixit aūt de magnitudine in tertio libro. Et quod quinq; libros præcedentes naturales appellauerit, his manifestū facit, quod vero tres vltimi sint de motu Arist. primo de cœlo palam indicat dicendo. {Sed illud quoq; manifestum est, q nequit infinitum tēpore finito pertransiri, in infinito ergo. Nam hoc prius ostensum est in libris de motu} & rursus {Sermo in his de motu, quod nullum finitum habet virtutem infiniti, neq; infinitum finitam.} Dictum aūt est de his in his tribus. Quod hi vero tres libri sint de motu, & quinq; præcedentes naturales, testatur etiam Damas, qui cum cōscripsisset vitam Eudemi dixit, & eorum, qui sunt tractationis de natura ab Aristot. editi tres sunt de motu. Et naturales non solum vocat hos octo libros, sed etiam libros de cœlo, & de anima, & alios plurimos.

Libri quinq; primi naturales sunt, tres autem posteriores de motu

Damas quid nam opinetur de libris Aristot.

Sed seorsum & peculiariter quinq; de auditione naturali vocat naturales. Quod vero nunc propositus liber ordine post quintum sit, declarat etiam Eud. qui sic hæc verba Arist. continuantis quæ dicenda sunt quinto libro interpretatur. {Nullum continuorum ex impartilibus componitur.} Et Andronicus hunc ordinem his libris tradit. Item Arist. prius dictis in quinto libro videlicet cōtinuo, attiguo, & deinceps, illico principio huius libri vsus est. Quod vero idem præcedat septimum, ex his patet, quæ in calce huius libri demonstrauit, quia, cum demonstret nullū expers diuisionis moueri, & quod nulla mutatio est infinita in ipso septimo, qui proximus est huic, his velut ostēsis vtitur. Similiter quoq; & non esse motum infinitū in tpe finito, cum non sit quod mouetur infinitum in tempore finito, cum non sit quod mouetur infinitum, neq; finitum, hic oñdit, eo aūt vtitur velut demōstrato in illo lib.

CAPVT PRIMVM.

Tex. 1.

SI autem est continuum, & tangens & consequenter, vt diffinitum est prius (continua quidem esse quorum vltima sunt vnum, tangentia vero, quorum simul, consequenter autem, inter quæ nihil est eiusdem generis) impossibile est ex indiuisibilibus esse aliquid continuum. vt lineam esse ex punctis: si linea quidem continua est, punctus autem indiuisibile. neq;.n. vnum sunt vltima punctorum. non.n. est hoc quidem vltimum, illud vero alia quædam pars ipsius, quod diuidi non potest. Neque simul sunt vltima. non.n. est vltimum vllum eius, quod impartibile est. aliud.n. est vltimum, & id, cuius est vltimum.

Cõm. 1.

Diuisiõis magnitudinis variæ sententiæ apud veteres fuere.

Cum sint quinq; magnitudines, linea, superficies, corpus, motus, & tempus: vnamquāq; componi ex his partibus, in quas diuiditur cōis quędam omnium sententia est. Sed priuatim alij oēm assumptam magnitudinem diuidi in magnitudines in infinitum existimāt, perinde ac nunq̃ desinat ad diuisionem in res diuisionis expertes. Et ob id magnitudines aiunt componi ex partibus, & diuiduis, & minime ex indiuisibilibus. Alij vero sectione in infinitum cum desperant etiam, & tanquam nequeamus nos in infinitum secare, & ex hoc persuadebant non posse sectionem talem comprehendi, asseruerunt corpora constare indiuisibilibus & diuidi in ea, quæ sunt expertia diuisionis. Verum, Leucippus & Democritus non solum impatibilitatem causam cur prima corpora non diuidantur putāt, sed etiam quia admodum parua & impertilia sunt: Epicurus autem successit, qui ea non censuit esse impertilia, licet indiuidua ob impatibilitatem. Sed opinionem Leucippi & Democriti Arist. pluribus in locis cōfutauit, & ob eas confutationes forte Epicurus, qui post Aristotelem fuerat, credidit esse contra impertibilitatē, & consentiens Democrito, atque Leucippi opinioni, de primis corporibus ipsa tutus est induidua esse, sed esse impartilia, omisit tanquam ob id ea corpora repudiauerit Aristoteles. Verum nunc Arist. vniuerse proposuit ostēdere magnitudines non constare indiuiduis, aut impartilibus, cum continua habeant dimēsionem & diuisionem. Et primum de magnitudinibus corporis demonstrat hoc, & postea de motu & tēpore. Et, qm̄ sunt nonnullæ magnitudines, quæ constant ex quibusdā attiguis, vt domus, cumulus: quod neq; magnitudo talis queat ex impertilibus componi simul ostendit. Si ergo omnis magnitudo aut tanquam ex continuis componitur partibus, aut ex attiguis: sed quæ sunt impertilia, neq; continua esse possunt inter se, neque attigua: neque erit magnitudo, quæ constet partibus carentibus. Et ostendit primum de linea & de punctis, quia non potest linea continua

Atomi qui circa sint in diuisibiles.

Magnitudines non constant ex his presertim partibus carentibus.

continua constare punctis, & ostendit in hunc modum.

Quod linea non constat ex punctis.

Linea cum sit continua ex partibus continuis est,
Sed continua sunt quorum vltima sunt vnum.

Si ergo linea est ex partibus, quæ habent vltima vt vnum, & puncta extrema vnum non habent, non erunt ergo ex punctis lineę sm complicationem secundę figurę. Quod vero linea sit continua, & constet ex continuis partibus, quorum extrema sunt vnum, perspicuum est.

Punctorum vltima, vnum nunquam fit.

Quod vero extrema punctorum non sint vnum, ostendit ex hoc, quia vltimum aliud est & id cuius est vltimũ: si ergo punctum est indiuiduum, non est aliquid eius vltimũ. Quod si hoc, non essent duorum pũctorum extrema: quare fiat etiam vnum aliquid ex his. Non ergo potest fieri aliquod continuum ex punctis.

Ex punctis non constat aliquod continuum.

Terminus ac finis non est pars.

Quod si aliquis diceret quod terminus non est pars, & ob id nihil prohibet impartilis esse terminum: etiam hic fateatur oportet, q non est idem totum & terminus, proinde est aliquid aliud à termino, sed in puncto non est. Sed omnino quod habet terminum, & principium habet & medium: quare etiam partem. Ergo ostensum est continuum non posse constare ex impartibilibus. Quæ.n. dicuntur de linea & de alijs continuis dicentur. Non.n. quia puncti, sed quia impartibiles sunt, hæc vera de ipsis dicuntur. Sed impartilia sunt ipsa nunc & vnitates, quare & si quis corpora impertilia dicit, vt Diodorus putat ostendere, & in illis eadem dicentur.

Diodorus existimauit corpora nullam habere partẽ.

Tex. 2.

Amplius, necesse est, aut continua esse puncta aut tangentia se inuicem, ex quibus est continuum. Eadem autem ratio est, et in omnibus indiuisibilibus. Continua quidem non erunt propter dictam rationem. Tangit autem omne aut totum totum, aut pars partem, aut totum pars. Quoniam autem impartibile est ipsum indiuisibile, necesse est totum tangere totum. Totum autem totum tangens, non erit continuum. continuum.n. habet hanc quidem aliam, illam vero aliam partem, & diuiditur in sic diuersas, & loco separatas.

Cõm. 2.

Ex punctis neque attiguis magnitudo fieri potest.

Quoniam aliquę magnitudines vidẽtur fieri continuę ex non continuis, sed attiguis, vt paries è lateribus: quod neq; sic ex punctis, aut ex impertilibus omnino possit aliqua magnitudo fieri, ostendit prius sumendo, q siquid fit ex punctis vel ex continuatis ipsis fiat, vel attiguis necesse est. Et quod continui non fiant iam ex ostensis patet. Proinde subiungit deinde, quòd neq; attigui puncti efficiunt continuum aliquod: & própterea erat ostẽdere, q neq; puncti sese mutuo tangunt, siquidem sese illa tangant, quorum vltima sunt simul: sed puncta, cum sint termini, non habent terminũ. Sed hos modos exponens ex diuisione, quibus aliqua sese vicissim tangere dicerentur, & dicens, q vel totum tangit totum, vt punctum punctum: vel vnum cohæret alteri, vt lineæ, vel sm aliquam partẽ, & hoc vniuerse. vt linea punctum: vel secundum partes, vt linea lineam sm puncta. Pars.n. aliquo modo totius est punctum inducit, q puncti, cum sint impertiles, neq; secundum partes, neq; sm totum, & partem se tangent. Sed si tetigerint, totum totum tangens, vt alterum alteri cohæreat. Hæc autem attigua non dicerẽtur proprie, siquidem attigua sint, quorũ termini inter se cohærẽt, sed non tota totis. Quod si concesserit aliquis, hæc attigua appellanda esse, vel alio modo cohærere inter se non fieret aliqua alia magnitudo ex talibus. Magnitudo enim, quæ fit ex continuis, & quæ ex attiguis, habet partes, aliam quidem & aliam: quod vero fit ex eo, quod expers partiũ est, non habet partes, quare neq; magnitudo ex attiguis punctis fieret aliqua. Et prima demonstratio processit ex eo, quia non habent puncta terminos. hæc autem, quia non habent partes, & terminus distinguitur à parte: & si ipse videatur nunc termino vel ut parte vti. Sed cum dixerit continuum aliam, atq; aliam partem habere, subiunxit. {Et diuiditur in sic diuersas, & loco separatas.} Continuum.n. quia neq; cõponitur ex impartibilibus, neq; diuiditur in ipsa impertilia, in continua diuidetur. quare non solum totum, sed etiã vnaquæq; pars earum, quæ diuisæ sunt, habet aliam & aliam partem, non solũ ratione separatas, vt pomi qualitates, sed etiam loco.

Quod tangere q̃o nonnulla dicantur.

At vero neq; consequetur punctus punctum, aut ipsum Nunc, Nunc ipsum, vt ex his fit longitudo, aut tempus. Consequẽter.n. sunt, inter quæ nihil est eiusdem generis. inter autem puncta semper est linea, & inter ipsa Nunc tempus.

Cõm. 3.

Ex punctis seu Nunc cõsequenter se habentibus nulla prorsus fit magnitudo.

Cum ostenderit, q neq; ex continuis punctis, vel ipsis nunc, neq; ex attiguis potest vna aliqua magnitudo fieri, ex abundantia ostẽdit, quod ex punctis consequenter, aut ipsis Nunc, si quis censeat fieri aliquam longitudinem vel tempus, non recte putat. Primum, & si hæc consequenter se habuerint non facient aliquid vnum intermedio dissimilis generis existẽte. Deinde, quia non solum nequeunt puncta inter se continua, nec attigua, sed neq; consequenter esse. Et est argumentum ex ipso magis. Si.n. puncta nequeunt consequenter se habere, multo magis neq; attigua esse: si quidem attigua vltra consequenter, habeant simul terminos, & adhuc magis continua esse nequeunt, si terminos in vnum concurrere ipsorum necesse sit, cum alia atq; alia parte sm locum alibi distet. Quod vero non sint consequenter puncta inter se, ostendit vtendo ipso consequenter, & rursus in secunda figura sic syllogismum efficit. Consequenter ea sunt, inter quę non cadit mediũ eiusdem generis, vt domus consequenter se habẽt inter se, inter quas non collocatur aliqua domus, etiã si fuerit arbor, vel aliquid aliud intermedium, aut locus vacuus. Sed inter puncta est aliquod eiusdẽ generis, vt linea, & inter ipsa Nunc tempus. Cõcluditur ergo nec puncta se habere consequenter, nec ipsa nunc. Et quod intermedium inter duo pũcta vbiq; linea sit, & inter ipsa Nunc tẽpus, perspicuum est. Sed quomodo linea est vna cum ipsis punctis eiusdem generis? Nisi velut terminus eius, cuius est terminus. vt in Moralibus demonstrauit voluptatem propriam esse cognatam & eiusdem generis cum actione, cuius est terminus. Sed si punctũ est eiusdem generis cum linea, & Nunc cum ipso tempore, ergo si tẽpus & linea erunt quanta, punctum etiam, & Nunc erunt quanta. Nisi hi termini velut quanti sub quanto collocẽtur. Sed quo.n. alio prædicamento erunt, si quidem omne, quod est, ad aliquod prædicamentorum decem reduci oporteat. Et si in quocunq; tempore Nunc est, & in omni linea punctum, & inter quæ est linea & tempus, inter ea est punctum & ipsum Nunc: nisi forte potestate & non actu sit punctum in linea, & in ipso tempore Nunc. Vel id, quod est potestate, etiam actu fieri potest. Sed Eudemus argumento sic vsus est. Si.n. sunt consequenter, inquit, ipsa impertilia, oportet omnino aliquid eorum intermedium esse non eiusdem generis: quare non erit punctum. Linea autem aut vacuum erit inter puncta longitudine: Si ergo linea, non erit ex pũctis linea. non.n. in ea puncta sunt consequenter: q si vacuum, plus erit vacui inter continua eorum, ex quibus, i. punctorum, quæ consequenter se habent, vel omnino non erit magnitudo. Vt.n. duo puncta cum mutuo se tãgunt nihil efficiunt longitudinis, sic neq; puncta & inane. Num ergo Eudemus recte videtur intellexisse quod dixit Aristo. quia non destruit simpliciter, quin punctum sit consequens puncto, aut Nunc vnum alteri, sed sic se consequenter habere, vt ex his vna sit longitudo, vel vnum tempus. Si.n. inter puncta, vel ipsa Nunc, linea est, & tẽpus, quonam modo linea

Linea quo pacto sit eiusdẽ generis cum puncto.

constabit

constabit punctis, quae consequenter se habent, siquidem termini eius solum sunt puncta, quae consequenter se habent? At Alexã. & sic verbis tractauit quae hic dicuntur, Inquit, ꝙ Arist. dixit lineam esse eiusdẽ generis cum punctis, & tempus cum ipsis Nunc ſm illos, qui fatebantur vnumquodq; componi ex impertibilibus, vt ipse inquit, linea quidem ex punctis, & tempus ex ipsis Nunc. quare secundum illos puncta non sunt consequenter, siquidem ex ipsis fiat secundum illos intermedium ipsorum, quod est eiusdem generis. Et videtur Alexan. vbiq; existimare Aristot. destruere ipsum consequenter, sed non sic consequenter esse, vt ex his longitudo sit, aut tempus quod quidem manifestum his verbis fecit.

Tex. 3. *Amplius autem diuidetur in indiuisibilia, si ex quibus est vtrunq;, in ipsa diuiduntur. sed nullum est continuorum in impartibilia diuisibile. Nullum autem aliud genus potest esse inter puncta, & inter ipsa Nunc. Si.n. erit, manifestum est, quod aut diuisibile, aut indiuisibile erit. Et si diuisibile, aut in indiuisibilia, aut in semper diuisibilia. hoc autem est continuum.*

Cõm. 4. *Continuum non componitur ex iis, quae omnino partibus carent.* Et hoc existimo argumẽtum eiusdem est ostensiuum, videlicet, ꝙ non consequenter sint impartilia, vt ex his fit longitudo, vel tempus. Indicat autem & hoc. {Amplius} additum quia ad idem haec ratio abundauit. Est aũt talis. Si ex impertilibus consequenter se habẽtibus continuum constat. i. linea & tempus, de quibus dictum est vtrunque alia ex punctis, & aliud ex ipsis Nunc, etiam diuideretur in ea indiuisilia, quae sunt consequenter. Nam ex quibus vnumquodq; constat, in haec ipsa diuiditur etiam. Et est haec connexi demonstratio, & deinceps assumptio est ex destructione consequentis. Sed nullum continuũ diuiditur in ea, quae sunt indiuisibilia. Conclusio aũt, vel illatio tanquam manifesta omittitur, videlicet, Ergo continuum non componitur ex impertilibus consequenter. Sed assumptionem dicentem, ꝙ nullum continuorum diuisibile est in ipsa impertilia, ostendit transferendo continuum in ipsum intermedium. Nam intermedium est linea & tẽpus. Et dicit, ꝙ aliud genus non potest esse intermedium indiuisilium. Non.n. inter hęc medium potest esse fulcum, vel tepidum, sed vel diuiduum, vel indiuiduum, & maxime, si diceretur componi ex indiuisibilibus intermedium, etenim contradictoria est diuisio in hoc genere, s. diuisilis & indiuisilis. Si ergo indiuiduum non est intermedium continuum, siquidem componi dr̃ ex impertilibus & compositum diuiditur, necesse est idem diuiduum esse, idq; vel in ipsa indiuisilia, vel in semper diuidenda. Sed probationẽ huius, ꝙ non in ipsa indiuisilia consequenter addit, quo nos cõmoneat. Si.n. in ipsa indiuidua, tanget indiuiduum vnum alterum, vt fiat aliquid ex eis, quod quidẽ fieri non posse ostensum est. Quaerit Alex. quo valeat demonstratio, cum demonstret ex eo, ꝙ continuum non diuiditur in ipsa impertilia, idem neq; cõponi ex impertilibus, qñ dixit. {Sed nullum est continuorum in impartilia diuisibile.} ꝙ non diuidatur impartilia ostẽdit, quia non possunt se tangere impertilia. i. non vicissim componi, quo demonstrauit iam, ꝙ magnitudo nequit, componi ex impertilibus: & soluit instantiam dicens, aliud esse argumentum, quod ducebatur ex ipso intermedio, dicẽs ꝙ aut diuiduũ, aut indiuiduum est, & si diuiduum, aut in ipsa indiuisilia, aut in semper diuisilia. Si ergo continuum neq; tale est, vt diuidi non valeat, nec diuidi in indiuisibile potest, necesse erit, vt possit in semper diuisibilia diuidi. Hoc vere, ait, ex eo manifestat. Si diuiditur in ipsa indiuisilia, esset profecto indiuisile indiuisili attiguum, vt fiat continuum. Nisi forte neq; vt diximus prius, demonstratio sit mutua alterũ per alterũ probans. Sed quia non mutuo se tangunt impertilia, primum quidẽ demonstrauit, quod continua non cõponuntur ex inpertilibus, non quia idẽ sit tangere & componi, aut continuari, sed quia omnino pręcedit tangere ipsum continuari. Nunc aut ostendit ex eodẽ rursus, ꝙ non diuiduntur continua in ipsa impartilia. Sed ex hoc, quia neq; cõponuntur ex impertilibus. Quare, si ambo ex non tangere ostenduntur: & non componi ex ipso non diuidi, non est haec mutua ostensio, & quae alterum per alterum ostendat. Nisi forte in talibus non sit absurdum accõmodare tale genus demonstrationis. Si.n. non diuiditur in ipsa impertilia, non cõponitur ex illis, & si non componitur ex his, neq; diuiditur in eadem. Idq; in omnibus, quae se consequuntur mutuo fieri potest. Si.n. peperit, lac habet, et si lac habet, peperit. Addit autem huiusmodi quasdam argumentationes Alexan. ab Eudemo accipiens. Si est magnitudo ex impertilibus, poterit esse aliqua linea altera maior puncto: quod si hoc verum est, vel non omnis totaq; linea diuidetur dupliciter & in duas partes, aut si diuidetur, & composita ex puncto excedente diuideretur, sed hoc modo etiam punctum diuideretur. Item, si omnino linea puncto altera linea est maior, & circulus erit circulo maior, quare alter erit ex paribus, alter erit ex imparibus. Vel ergo illum ex imparibus non diuidemus in semicirculos: vel punctum bifariam diuidemus. Sed diuisionem diuisibilis fecit in ipsa indiuisibilia, vel in semper diuisibilia, vt continuum describat illud esse, quod diuiditur in semper diuidenda.

Manifestum autem etiam est, quod & omne continuum est diuisibile in semper diuisibilia. Si.n. in indiuisibilia diuidetur, indiuisibile indiuisibile tanget. vnum.n. est vltimum continuorum, & tangit continua.

Cum superioribus argumentis ostenderit, continuum non constare impertilibus, nunc ostẽdit, ꝙ neq; diuiditur in ipsa impertilia. Quod.n. diuiditur continuum magnitudinem habeat, perspicuum est, & quod necesse sit diuidendum aut in semper diuidenda, aut in ipsa indiuidua diuidi, vt prediximus. Non.n. est aliquod intermedium in contradictione. Quod vero continuum non diuidatur in ipsa indiuidua ostendit, quia accidet indiuiduum tangere indiuiduum. Si.n. vltima fiunt vnum eorum, quae faciunt continuum, necesse est prius haec tãgere sese mutuo, & sic in vnum comprehẽduntur. quare, si vnum fit oĩo etiam se tãgunt, attamen non sequitur, sese tangunt, itaq; omnino sunt vnum. ideo velut causam finalem ipsius tangendi dixit esse vnum fieri. Non.n. magnitudines, quae sese non tangunt, possunt fieri vnum. Quod verò nequeant ex attiguis partibus aliquod fieri continuum, i. magnitudo, prius demonstrauit ex diuisione attiguorum. Neq;.n. impertilia possunt sese tãgere, neq; totum tangens totum, neq; partes si tetigerint alias partes, & mutuo cohaeserint aliquod continuum efficiunt, quia continuum aliam alibi partem & aliam alibi habet. Cõis autem, inquit Alex. magnitudinem componi ex attiguis. i. continuum dici. Et sic intelligit Aristotelem dicentem. {Vnum.n. sunt vltima aut extrema continua tangunt.} Nisi forte Arist. non dixerit illud ex attiguis continuum, sed quia vltimum continuorum facientium aliquod maius cõtinuum ex seipsis, vnum est. quod si vnum, & tangi necesse est, vt diximus. Non enim fit vnum, si prius non sese tetigerint.

Cõm. 5. *Continuum minime in impartibilia diuiditur.*

Magnitudo continua quo pacto dicatur ex his, quae tãgunt.


Tex. 4. *Eiusdem autem rationis est, & magnitudinem & tempus, & motum, ex indiuisibilibus componi, & diuidi in indiuisibilia, aut nihil. Manifestum est autem ex his. Si.n. magnitudo*

Tex. 5.

gnitudo ex indiuisibilibus componitur: & motus, qui huius
est, ex æqualibus motibus erit indiuisibilibus. Vt si magnitu
do est A B C, *ex* A B C *indiuisibilibus motus, in quo* D E F;
quo motum est ipsum D, *super lineam* A B C, *vnam quanq;*
Tex. 6. *partem habet indiuisibilem. Siquidem præsente motu neces-*
se est moueri quippiam: & si mouetur quippiam, necesse est
adesse motum: & moueri ipsum erit ex indiuisibilibus. Per
A *igitur, motum est ipsum* D, *quo* D *motum est motu.* E *uero*
Tex. 7. *quo ipsum* E, *& ipsum* C *similiter, quo* F. *Si igitur necesse est*
id, quod mouetur alicunde aliquo, non simul moueri, & mo-
tum esse, quo mouebatur ubi mouebatur. (ut si Thebas quis
it, impossibile est simul ire Thebas & iuisse Thebas.) per A
igitur impartibile motum est ipsum D, *cui* D *motus aderat.*
Quare, si posterius quidem transiuit quam transibat, diui-
sibile utique erit. cum enim transibat, neque quiescebat, ne-
que transierat, sed in medio erat. Si autem simul transit &
transiuit id quod proficiscitur cum proficiscitur, profectum
Tex. 8. *eo erit & motum, quò mouetur. Si uero per totum* A B C *mo*
uetur aliquid, & motus, quo mouetur est D E F: *per ipsum*
autem A *impartibile nihil mouetur, sed motum est: erit uti-*
que motus, non ex motibus, sed ex momentis, & moueri ali-
quid non motum. A *enim transiuit non transiens. Quare*
erit aliquid transisse nunquam transiens. Hoc enim transi-
Tex. 9. *uit non transiens hoc. Si igitur necesse est aut quiescere, aut*
moueri omne: quiescit sane in unoquoque eorum quæ sunt
A B C: *quare erit aliquid, quod continue quiescit simul & mo*
uetur. per totum enim A B C *mouebatur, & quiescebat se-*
cundum quamlibet partem. Quare & per totum. Et si in-
diuisibilia quidem D E F *motus sunt, motu præsente, contin-*
get utique non moueri, sed quiescere. sin uero non sunt mo-
tus, motum non ex motibus esse.

Cōm. 6. *Magnitudo tempus ac motus eodem modo non componūtur ex indiuisibilibus, nec in indiuisibilia diuidūtur.*

Communiter, cum ostendisset, nullum continuum componi ex indiuiduis, & quod non diuiditur in indiuidua: Quoniam, vt breui dicam, continua tria sunt, magnitudo, motus, & tempus. ostendit nunc, quòd eadem est in ipsis ratio. Et similiter, uel ex indiuisibilibus ubique componitur & diuiditur in indiuisilia, uel nihil ipsorum. Et primum ostendit, quòd æque se habent magnitudo & motus. & tunc etiam tempus eandem proportionem habere cum his. Quod uero, si magnitudo ex indiuisibilibus & motus eiusdem aut in eadem ex totidē indiuiduis motibus constituetur, ostendit primum expositione, ut diximus, problema aperiens. Si enim esset magnitudo A B C ex tribus indiuiduis A B C, composita: & esset aliquod, quod mouetur in magnitudine A B C, hoc autem sit O: & motus esset D E Z, erit etiam ipse ex indiuiduis compositus.



Et expositio problematis similitudinem suppeditantis est hæc. Demonstratio autem est secundum ipsorum syllogismorum hypotheticorum formam ex destructione consequentis. Sed syllogismus talis est.

Si magnitudo constat indiuiduis, etiam motus ex indiuiduis: sed motus non est ex indiuiduis, ut demonstrabit: igitur neq; magnitudo. Et deductum posuit ex prius ostensis. Si.n. sequitur motus magnitudinem, in qua fit, ut ostensum est: consentaneum est, si magnitudo constiterit indiuisibilibus, vt motus in ipsa æque cōstet. Assumptum autem est: Sed motus non est ex indiuiduis: quod probat hoc alio syllogismo. Si motus ex indiuisibilibus est, etiam moueri erit ex indiuisibilibus, sed hoc fieri nequit, igitur & præcedens. Et rursus deductum aut connexum dicens, Si motus ex indiuiduis & moueri itidem ostendit secundum modum ostendendi secundum sic accipiens, velut conuertens hoc, Præsente motu aliquid moueri, & si aliquid mouetur, motus est præsens: ex quo concluditur, quod ut se habet motus etiam se habet moueri. & connectit sequens faciendo tale deductum, Si motus ex indiuisibilibus & moueri itidem: sed hoc fieri nequit, vt demonstrabitur: igitur sequetur, vt neq; motus sit ex indiuiduis: quo posito, simul ostenditur, neq; magnitudinem constare indiuiduis, quod etiam prius per se ostensum est. Nunc autem simul demonstratum est, ꝙ æque se habet magnitudo & motus, quia non constat utrunq; ex indiuisilibus. Conuersione igitur huius ad esse motum & mouendi uelut manifestam accepit. Non.n. potest uel aliquid moueri motu non præsente, aut motu præsente, non moueri. Sed transit à motu ad ipsum moueri propterea, quòd in hoc apertius est sequens absurdum, quod ex indiuiduis fit, ꝙ in ipso motu. Nam ex differentia mouendi & motum esse fit demonstratio, ut discemus destruens hoc quod motus cōponatur ex impartilibus. Cum ergo accipiat in expositione, quod O sit id, quod mouetur: & A magnitudo, & mouebatur motu D, ubi definitum & circunscriptum motum habet; quod nequeat quod mouetur aliquo horū motum indiuisibile esse, ostendit assumendo fieri, nō posse, ut quod mouetur unde quo simul moueatur ad id, ad quod mouetur & motum iam sit, & esse iam ibi, ad quod mouebatur. Quod enim Thebas ambulat, fieri nequit, vt simul proficiscatur Thebas, & sit Thebis, quando proficiscitur, sed primo proficiscitur antequā attingat Thebas. Hoc ergo assumens rursus proficiscitur ad expositionem. & dicit, quòd A sit impertilis linea, vel intercapedo, cui adest motus, vel ipsum D, quo mouebatur O. Nam secundū D, motum O suppositum fuerat moueri in A, vnde necesse est, vel prius pertransiri & posterius iam pertransitum fuisse, vel simul pertransiri, & simul pertransita esse prius & posterius. Non .n. est aliquod intermedium: sed si prius pertransierit, & posterius pertransiit iam motus erit diuisilis: quod quidem persuadet per hoc. {Cum enim transibat, neq; quiescebat} tanquam nondum incæperit moueri. Non.n. est in eo, ex quo mouebatur, neq; iam pertransiuit. Sin vero ad quid mouebatur, sed intermedium est inter id ex quo, & id, ad quod mouetur. Quod si intermediū est motus & nondum totus factus est, partibilis ergo, atq; diuisilis erit. Et hoc sequitur hoc, {Prius pertransiens posterius transiuit.} Et quia omnis motus cum sit vnde & quo partes habet, & aliquid eius iam factum est, & aliquid futurum est. Si vero aliquis diceret, quòd simul pertranseunt & pertransierunt, profecto sequitur, vt quod ambulat quando ambulat iam ambulauerit & motum sit, & in illo iam collocatum, ad quod mouebatur. quo quid absurdius nihil esse potest. Deinde addit aliquid quod sanè verisimile est, vt aliquis dicat, quod supra totam magnitudinem A B C compositam ex impartilibus, licet non ipsa impertilis mouetur O, motu D E Z, sed non

vnaquæq;

vnaquæque pars impertilis mouetur, sed iam mota est. Sic, n. non amplius videbitur sequi hoc, vt simul moueatur aliquid, & simul motũ sit. Nam supra totam erit quod mouetur, non tamen adhuc secundum vnãquanq; partem indiuiduam erit, quod mouetur. Porrò hoc ponẽs sequentia absurda ex tali intelligentia adducit. Aut motus erit compositus non ex motibus, sed ex mutatis, i. ex terminis motus, & ex ipsius moueri. Nam D E Z, motus non habebit partes has motus D E Z. Nam has iam motas esse ponebamus, & non moueri. Eodem quoq; modo ipsius moueri partes erunt non ipsius moueri, sed moti esse, & diuidetur moueri in partes, quæ non sunt ipsius moueri, sed ipsius iam moti esse. Infert porrò & aliud absurdum, quod sequitur hanc hypothesim, videlicet, aliquod iam motum esse, quod prius non mouebatur. vt aliquid ambulasse, quod non prius ambulauit. Nam ponitur O moueri D E Z motu in A B C magnitudine. Sed neq; in A mouetur: nam motum est iam in ipso: neque in ipso B, similiter, neque in C, ob eandem causam: igitur totum motum iam pertransiuit, & non mouebatur prius. Quod vero non omnino hanc instantiam expertẽ persuasionis posuerit, significat hoc, cum ponit ipsam & dissoluit: quia Epicurus postea sic dicebat motum fieri. Nã dicentes Epicurei motum & magnitudinem & tempus fieri ex impertilibus: supra totã magnitudinem constitutam ex indiuiduis asserunt quod mouetur moueri: sed in quouis eorum unumquodq; impartile nõ moueri, sed iam motum esse. propter hoc, si poneretur & in his moueri quod mouet in tota, erunt diuisilia. Infert quoq; aliud absurdum illi rõni dicẽti, supra magnitudinem A B C, compositam ex impertilibus, licet non sit impertilis, moueri O motu D E Z, sed non amplius in vnaquaque parte A B C indiuisili moueri aliquid, sed iam motum esse. Et est euidens confutatio, & ratio. Si. n. quod est aptum moueri, inquit, ꝙ quando aptum est, vel quiescat, vel moueatur necesse est: & quando pertransit A B C diuisilem O continue, neq; in A, neq; in B, neq; in C mouetur, ut dicunt quiesceret: sed ponebatur etiam moueri in ipsa A B C magnitudine continue. atqui si in cunctis partibus A B C continue quiescit, & in ipso eodem quiesceret toto: quare idem secundum idem erit simul motũ & quiescens cõtinue. quo nihil absurdius. Et quartum absurdum infert rationi, quod est dictum sparsim in demonstratis prius, sed nunc collectum in uno argumento. Nam D E Z indiuisilia, aut motus sunt, aut nõ motus: ꝙ si motus sunt, erit aliquod præsente motu, quod non mouetur, sed quiescit. Nam O, quando in ipso A erat, aderat ei, D motus, & quando in B aderat ei E, & quando in C, aderat Z. Quòd si non motus sunt D E Z, motus erit non ex motu compositus, neq; partes eius erunt motus. Et patet, ꝙ qui dicit magnitudinem & motum ac tempus componi ex indiuisilibus, non haberet hoc tanquam absurdũ, sed velut ex aliis ostensum. s. non componi ex impertilibus contradicentẽ porrò in A B & C, magnitudine non moueri: sed iam aliquid motum esse adductum est hoc argumentum.

Epicurei asseruerunt quod mouetur moueri in tota magnitudine, at in quouis eius non moueri, sed motũ esse.

Tex. 10. *Perinde autem necesse est atq; longitudinem motumq;, indiuisibile esse tempus, componiq; ex ipsis Nunc, & in his quidem indiuisibilibus. si enim omnis diuisibilis est, in minori autem tempore æque uelox transibit minus, diuisibile erit & tempus. si autem tempus diuisibile est, in quo fertur aliquid per A, & A erit diuisibile.*

Cõm. 12.

Tempus ex terminis est numero, quæ diuidi possunt.

Cum proposuisset ostendere, ꝙ eodem modo se habẽt magnitudo, motus, & tempus quoad hoc, videlicet ex impertilibus, vel diuisibilibus constare: & ostendisset primum quod vt se habet magnitudo, ita se habet etiam motus, & ꝙ vtrunq; est ex partibus diuiduis: addit nunc, ꝙ similiter vt magnitudo, supra quam fit motus, & vt motus, sic se habere tempus necesse est, quoad hoc vt constet indiuisilibus, aut non. Si. n. illa ex indiuiduis constant, & tempus ex ipsis Nunc indiuisilibus erit. & alterum patet, ꝙ sit verum: quod quidem nunc, velut manifestum non adiecit, qm̃ si ex diuisilibus illa sunt, etiam tempus erit ex diuiduis. Sed hoc ipsum ostẽdens, quod si magnitudo aut motus est ex indiuiduis, & tẽpus est ex indiuiduis, ex hoc etiam ostendit Nunc propositum, similiter se habere quoad hoc, vt componantur ex diuiduis. Secundum. n. scripturam dicentem. {Si. n. omne diuisile, }. i. si omnis linea, seu » spatium diuidi potest}. Nam mos est Aristoteli magnitudi » nes in genere fœminino appellare, ob id lineam posuit pro magnitudine. Si ergo diuisilis est linea, aut motus; quoniã æque velociter minor magnitudo pertransitur, vel minor motus conficitur in minori etiam tempore: non. n. in eodem tempore maius, vel minus magnitudinis, aut motus pertransitur, sed æque velociter diuiditur simul cum motu, magnitudine & tempus labendo. Non. n. est aliquid minus accipere, quin illud non sit diuiduum. Merito ergo subiunxit, ꝙ etiam tempus diuidi poterit. Sic ergo, cum ex diuisione magnitudinis ostendisset tempus diuidi posse, eadem quoq; via ex tempore magnitudinem diuidi posse ostẽdit. Forte autem, vt etiam vt audimus hoc, {Omnis} » animaduertamus de motu. Sed dicendum est, ꝙ à motu tempus accipit vt sit diuisile, & à tempore magnitudo. Si enim omne tempus diuisile est, & illud, in quo mouetur, aut pertransitur A magnitudo, quæ videbatur indiuisilis, erit diuisilis. Quare in minori quã totum, æque velociter motum minus q̃ A pertransiuit: igitur A est diuisilis, siquidem est eius aliquam partem minorem accipere. Verum, si fuerit scriptum in aliquibus exemplaribus sic, {Si. n. om » nis diuisibilis, } exponit Alexander, ꝙ, si omne tempus » est diuisile, simul cum tempore etiam diuidetur magnitudo. Sed Arist. non hoc infert, sed quod etiam tempus diuidi poterit. Et hoc Alex. posterius adnotans dicit, quia demonstrauit quod magnitudo omnino est diuisilis, & tempus erit diuisile, rursus inducit conuertens per hoc, {Si au » tem tempus diuisibile est in quo fertur aliquid per A & A » erit diuisile. } Attamen Aspasius etiam aliam nouit talis » scripturæ distinctionem. {Si. n. omnis. } & statim subdit » {diuidi non potest, } Et exponit, ꝙ si omne tempus pone » retur esse indiuisile in minori æque velox pertrãsit minus. diuisibile etiam erit tẽpus, quod ponebatur indiuiduum. Sed pulchre Aspasius hic punctum subscripsit, & notauit, ꝙ non solum ostẽdit consecutionem, quod si alterum fuerit diuisile, & alterum erit, sed etiã cogit diuisilia esse tempus & magnitudinem, vt etiam motum. Nam demõstratio, quæ ducitur ab æqualibus velocitate, cogit diuidi tempus, vt deinceps discemus. Nam demonstrantur eadem etiam expositione sic. Sit. n. æque velox O: magnitudo autem diuisilis A B, supra quam mouetur: & ponatur, ꝙ æque velox in minori tempore minus pertranseat, & percurrat A B in tẽpore Z H. si ergo minus pertransierit quam sit A B, vt A B in minori tempore pertransibit illud vt Z, T H, erit ergo tempus & diuisum. Similiter quoque, si diuiserimus A B magnitudinem minorem pertranseunte ipso O, rursus Z H tempus simul diuidemus. Simul. n. cum magnitudine & tempus diuidetur. Quod vero si & tempus fuerit diuisile etiam magnitudo erit diuisilis posito iterum hoc æque velox in minori tempore minus pertrãsiri, etiam hoc plenum est. Sit. n. diuisile tempus, in quo Z H, & O æque velociter moueatur motu A B in tempore Z H, ergo in minori

Mos Aristoteli est lineam omnino uocare spatiũ, vel magnitudinem.

tempore

tempore Z H minus pertransitur A B. Secabitur ergo æque, vt tempus Z H & A B, & tota magnitudo. Sic, ergo oñdens ex motu æque veloci ipsius quod mouetur quod similiter diuiduntur tp̃s & magnitudo etiã ex celeriore & tardiori motu idẽ demonstrat docendo, q̃ magnitudines diuiduntur ab eo, qđ tarde mouetur, & ab eo, quod celerius, tp̃s.

CAP. II.

Tex. 12. *QVoniam autem omnis magnitudo in magnitudines diuisibilis est: ostensum.n.est quod impossibile est ex indiuiduis aliquid continuum esse. magnitudo autem omnis continua est. necesse est velocius in æquali tempore maius, & in minori æquale, & in minori plus moueri. sicut diffiniunt quidam ipsum velocius. Sit.n. ipsum in quo A, eo in quo B, velocius. Quoniam igitur velocius est id, quod prius mutatur: in quo tempore ipsum A mutatum est ab ipso C in ipsum D, veluti in tempore F G, in hoc ipsum B nondum erit iuxta ipsum D, sed citra erit.* Tex. 18. *Quare in æquali tempore plus transit ipsum velocius. Quin etiam in minori plus illo. In quo.n. ipsum A fuit iuxta ipsum D, ipsum B tardius existẽs erit iuxta E. Ergo, quoniam ipsum A iuxta ipsum D fuit toto in tempore F G, iuxta ipsum H erit in minori isto. & sit in tempore F K. ipsum igitur C H, quod transiuit ipsum A, maius est ipso C E: tempus autem, quod est F K, minus est toto F G.* Tex. 13. *Quare in minori transibit maius. Manifestum autem est etiam ex his, & quod ipsum velocius in minore tempore transibit æquale. Quoniam.n. maiorem in minori transit, quam id, quod tardius est, ipsum autem secundum seipsum acceptum in pluri tempore maiorem minori, vt eam, quæ est L M ea quæ est L O: maius vtiq; erit tempus Q R, in quo L M transit, quam tempus Q S, in quo lineam L O. Quare si tempus Q R minus erit tempore Q Y, in quo, id quod tardius est, transit lineam L O, & tempus Q S, minus est eo in quo Q Y. nam tempore Q R minus est. quod autem minore minus est, & ipsum minus est.* Tex. 14. *Quare in minori mouebitur æquale. Amplius autem, si omne necesse quidem est, aut in æquali tempore, aut in minori, aut in pluri moueri: & id quidem, quod in pluri, tardius est: quod autem in æquali, æque velox. velocius autem neq; æque velox est, neque tardius, neq; vtiq; in æquali, neque in pluri mouetur ipsum velocius. Relinquitur igitur, vt in minori. Quare, necesse est æqualem magnitudinem in minori tempore transire id, quod velocius est.*

Cõm. 8. Alexander in his inquit, postquam demonstrauit, q̃ vt se habet magnitudo & motus quo ad hoc, vt componantur ex diuiduis, aut non, itidem etiam se habere tempus, nunc ostẽdit non componi tempus ex impartilibus, neq; ex ipsis nunc. Nisi forte & hoc iam demonstratum sit qñ dixit. {Et tempus diuisile erit,}.i. omnis pars temporis. Nam temporis pars est tempus. Sed dictum est, postquam ex æqua velocitate motus eius quod mouetur, ostendit, q̃ tempus, magnitudoq́; sunt diuisilia in infinitum: ex quo patet, q̃ etiam motus, & quod diuiso vno cætera diuiduntur secundum proportionem mutuam: nunc eadem ostendit ex velociore, & tardiore. Non.n. quia solum tẽpus est diuisile, sed quia etiam magnitudo, & hoc etiam fatetur Alex. & Arist. dicit in calce contextus, q̃ diuidit velocius tempus, sed tardius & longitudinem. Sed primarie ostendit in his tempus esse diuisibile & cum tempore magnitudinem, ad quam etiam Alexan. aspexit, ideo etiam induxit Aristot. hoc, {Simul autem patet, q̃ & magnitudo omnis est continua,} tñ in expositione ambo ostendit ex æquo & mutuo. Sed prius sumit huius demonstrationem, quod necesse sit velocius in æquali tempore maius, & in minori plus moueri. Hæc autem ostendit etiam per diffinitionem velocioris. Velocius.n. dicimus quod in æquali tempore maius pertransit spatium, & in minori tempore amplius. Demõstrat autem, q̃ sequitur, magnitudinem omnem diuiduam esse, hoc, quod citius mouetur in æquali tempore plus moueri & tardius in minori. Si.n. non esset omnis magnitudo diuisilis, non fieri posset, vt qđ tardius est semper in æquali tempore minus moueretur eo, quod velocius est. Nam indiuiduum, & impertile, in eodẽ tempore, & citius pertrãsit & tardius. Si.n. in maiore, ergo aliquod minus, q̃ sit impartile, in æquali tempore pertransiret. idcirco etiam Epicuro placet æque velociter omnia p indiuisilia moueri, ne indiuidua ipsorum diuisa non amplius indiuidua sint. Sed ex diffinitione velocioris, patet, q̃ necesse est omnem magnitudinem diuisibilem esse in magnitudines, quia talia sunt velocius & tardius, siquidẽ hæc sit diffinitio ipsorum. Nisi ergo ob id sint velocius & tardius hęc, quia omnis magnitudo est diuidua in semper diuisilia. Sic ergo breuiter, cum patefecisset, q̃ velocius in æquali tempore magis mouetur, ostendit reliquum idem etiam per expositionẽ. Cum.n. posuisset celerius motum A, tardius vero B: cum prius assumpsisset tanquam euidẽs, q̃ hoc est velocius, quod prius cõficit motum suum, q̃ tardius, addit tempus, in quo mutatur velocius, & illud est Z H: & magnitudinem, quæ pertrãsitur in tempore Z H est G D: quia igitur in tempore, quo mutatum est A ab ipso G in D, illud tardius B, nondum peruenit in D, sed deficit, siquidem illud sit tardius quod posterius mutatum est: patet, q̃ celerius in æquali tempore plus transiuit & confecit quam tardius, siquidem aliud totam magnitudinem G D absoluerit, & aliud nondum attigerit terminum. Deinde ostendit, q̃ etiam in minori tempore celerius maius pertransit. verum non quatenus maius: hoc.n. falsum est; sed q̃ maius aliquid. His.n. expositis, quia A in tempore Z H peruenit ad D, & tardius B retro adhuc manserat: quantum ergo manserat, sit illud E forte: sed est aliqua magnitudo inter D & E: igitur cum sit & hæc diuisilis, diuidatur in T H: maior ergo est G, T H: quam G E & minor G D. Quia ergo A in tempore Z H toto confecit & absoluit G D in minori erit motum id quod transibat G, T H. Nam hæc minor est tota G, T H & sit minus tempus quam Z H, hoc tempus Z K, atqui & B ponebatur in tempore Z H toto confecisse, ac peragrasse G E, quæ erat minor magnitudo, q̃ hæc G, T H. igitur in maiori tempore B minorem absoluerat magnitudinem, q̃ sit G, T H. Iam quoq; A in minori tẽpore quàm Z H, quod est Z K pertransierat: igitur ostensum est etiam quartum, q̃ celerius in minori tempore maius pertransit spatium, & prompte sic, atq; expedite ostensum est. Si.n. celerius in tripla proportione habet velocitatem ad tardius: cum citius absoluat tripedalẽ, quàm faciat tardius pertranseundo pedalem magnitudinem, quare bipedalem celerius in minori tempore pertransibit, cum sit maior pedali. Hoc autem ex superabundantia videtur Aristot. demonstrasse: quo sumat, q̃ si plus in minori tempore velocius pertransit, multo magis æquale in minori tempore pertrãsibit. Hoc.n. vtitur etiam ad diuisionem, quod tertium ostendit & ipsum per expositionem, planum & idem dicendo ex iam ostensis fieri. Et fieri poterat, vt eadem expositione & hoc demonstraretur. Sed ipse mutans elementa, quod ab illo opinor factum, vt multipliciter varieq́ue exerceat eos, qui sunt harum rerum studiosi, occultiorem fecit rationem. Nam accipit pro G T H magnitudine, hanc L M: & pro hac G E, hanc L X: & tempus in quo A, idest, quod citius mouetur maius spatium pertrãsit,

Ex eo, quod velocius et tardius est ostenditur tempus ac magnitudinẽ diuidi posse in infinitũ.

sit L M, aut G T H, tempore P R quod proportionem habet cum Z K: sed in quo minus q̃ L M spatium pertransit L X, aut G E hoc tempore P S, quod est minus quam P R. Accipit autem etiam tempus P C H, in quo E tardius pertransit G E quam nunc dixit L X, hoc tempus, erat Z H maius quam P R, siquidem P R. habeat proportionem ad Z H. In tali ergo expositione dicit, ꝙ quia ostensum est, ꝙ celerius maiorem magnitudinem, i. L M, aut hanc G T H in minori tempore hoc P R aut Z H pertransire, quam tardius in maiori tempore Z H pertransierat: idem autem per se celerius acceptum ęque velociter mouetur in maiore tempore pertransibat quàm minorem, vt L M, quàm L X, plus temporis erit P R in quo L M pertransit, quam hoc P S in quo hanc L X pertransiuit. Si ergo L X tardius pertransiuit in tempore P C H, & celerius in tempore P S & tempus P S minus est, quàm P R & P R minus quàm P C H, & quod est minus minore, & adhuc magis ipsum minus est: patet, ꝙ celerius in minori tempore pertransit eandem ipsi L M, idest æqualem, quam tardius, sed hoc celerius motum, q̃ tardius in minori tempore æquale spatium pertransibit. Et aliter ostēdit ex diuisione sic. Si omne æquale spatium alicui mouetur, vel in æquali tempore pertransit, vel in maiore, vel in minore, & præter hæc non est aliud, & celerius ergo æquale spatium cum tardiori motum in longiore tempore pertransibit, vel in æquali, vel in minore: sed quod mouetur in longiore tempore æquale, vel idem spatium tardius est. Sic.n. erat definitio tardioris, & quod in æquali æque velox, & celerius, neq; æque velox est, illi cuius est celerius, neq; adhuc magis tardius: quare neq; in æquali tempore, neq; in longiore æqualem pertransit, igitur in minore. Oportet autem & diffinitiones eius, quod mouetur tardius à velociore traducere. Quoniam & Aristo. non solum definitione velocioris vtetur, sed etiam definitione tardioris. Si ergo celerius est quod in ęquali tempore plus pertransit, & tardius quod in ęquali tempore minus. & si celerius in minori tempore plus spatij absoluit, & tardius minus in maiori tempore absoluet. Similiter, si celerius plus spatij in minori tempore, & tardius in longiore tempore æquale spatium pertransierit.

Tex. 14. *Quoniam autem omnis quidem motus in tempore est, & in omni tempore possibile est moueri: omne autem, quod mouetur, potest & velocius moueri & tardius: in omni tempore erit ipsum velocius moueri, & tardius. His autem existentibus, necesse est & tempus continuum esse. Dico autem continuum id, quod est diuisibile in semper diuisibilia. Tali.n.*

Tex. 15. *supposito continuo, necesse est continuum esse tempus. Quoniam.n. ostensum est quòd velocius in minori tempore transit æquale: sit id quidem, in quo A, velocius: id autem, in quo B, tardius: & sit motum id, quod tardius est per magnitudinem, in qua C D, in tempore F G: manifestum est igitur, quòd velocius in minori quàm hoc mouebitur per eandem magnitudinem, & sit motum in tempore F H. Rursus autem quoniam id, quod velocius est, in tempore F H transiuit totam lineam C D: ipsum tardius in eodem tempore minorem transibit. Sit igitur ea, in qua C K. Quoniam autem ipsum tardius quod est B, in tempore F H ipsam C K transiuit: id, quod velocius est in minori transibit. Quare iterum diuidetur tempus F H. hoc autem diuiso, & magnitudo C K diuidetur secundum eandem rationem. Si vero magnitudo, & tempus. Et semper hoc erit, si sumpserimus ex eo, quod est velocius, id, quod est tardius, & ex eo, quod est tardius id, quod est velocius: & eo, quod demonstratum est, vtamur. diuidet.n. id,*

Tex. 16 *quod est velocius, tempus: tardius autem longitudinem. Si igitur semper quidem verum est conuerti, conuerso autem, semper fit diuisio: manifestum est, quòd omne tempus continuum est. Simul autem manifestum est, quòd & magnitudo omnis continua est. eisdem.n. et ęqualibus diuisionibus, & tempus & magnitudo diuiditur.*

Com. 2.

Tempus continuum esse, nec ex ipsis Nunc componi.

Magnitudo est continua, nec ex impartibilibus componitur.

Cum ostendisset, ꝙ velocius æquale spatium pertransit in æquali tempore, & tardius in ęquali tempore minus, his vtens ostēdit, ꝙ tempus non cōponitur ex ipsis Nunc, quæ sunt indiuisibilia, sed quod est continuum & semper diuiduum in semper diuidenda. Similiter & magnitudo. Et celerius diuidere tempus, & tardius magnitudinem. Sed ne quis diceret ꝙ non omnis motus in tempore est, neq; in omni motu, id, quod est velocius & tardius: quia si hoc, non omne tempus diuidetur à celeriore: sed mentionem de his facit velut de his, quæ sunt prius ostensa & concessa, ꝙ omnis motus in tempore fiat, & in omni tempore sit motus, siquidem tempus esse aliquid motus ostensum est. Quare vbi est motus, etiam est tempus, & vbi est tempus, ibi etiā est motus. Vnde ad hoc assumit, omne, quod mouetur posse celerius ac tardius moueri. Et pulchre dubitat Alexander, qûo in corpore orbiculari, quod quidem regulariter mouetur, verum sit, ꝙ celerius & tardius moueri queat. Et primum quidē soluit vt existimo tenuiter, ac molliter; asserēs Aristotelem non dixisse idem celerius & tardius moueri, sed posse moueri. quod inquit etiā corpori in orbem ducto competere, propterea ꝙ sic proprio motu moueatur, & non violentia, neq; vt prohibeatur ab aliquo, quominus alio etiam modo moueatur. Neq;.n. boni agunt bona coacti, & si semper ea faciant, sed habent potentiam ad opposita. Sed existimo primum intelligēdum esse, quod viri probi dicuntur habere potentiam ad contrarium, quia interdum agunt ex eo: sed cœlestia; & quæ sunt sempiterna, qûo habuerint potentiam, quæ nunquam exeat ad actu. Deinde duplex quædam necessitas est, alia diuinior, qua necesse est Deum bonum esse & animas immixtas nunquam in mala incidere: alia vero est violentia quædam, seu coactio, qua vrgentur etiam mali ob legem non errare. Et potentia duplex est, alia perfecta, alia vero imperfecta & magis potentia. Cęlestia ergo necessitatem diuiniorem habent, vnde semper eodem modo moueantur: & voluntatem ad bonum determinatam, & perfectissimam, ac ab ambigua, quæ est ad vtrunq; oppositum potentia, separatam. Non.n. similiter habent animæ diuinæ bonum, vt animæ humanæ. sed hę quidē finitum bonum, & ꝙ mutari potest in contrarium, at illæ semper & infinitum, quod semper idem est. Sed deinceps soluit pulchre effectu dicendo, ꝙ motus idem spatium habet cum magnitudine, supra quam fit. Spatium itaq; motus, qui fit supra vnum stadium, vel supra vnum gradum Zodiaci, potest ab eo, quod mouetur & celerius & tardius absolui: sed hoc quidem in minori tempore, illud vero in longiore. Et adducit Eudemum in Secundo Naturalium sic ostendentem dictum. Nam dicit & ipse. Quoniā omne, quod mouetur est, in tempore: & in omni tempore est motus: & omnem motum sequitur velocitas, & tarditas: igitur necesse est, vt omnia prædicta diuidātur. potest etiam in eadem magnitudine aliquod velocius, & tardius quod moueatur accipi, & si non idem interdum velocius, & interdum tardius possit moueri. Vnde accipiendo per ea verba quibus dicit omnem motum fieri in tempore, & oēm motum habere velocius & tardius, inducit, ꝙ his existentibus, necesse est, & tempus continuum esse: & determinat continuum, ꝙ diuiduum est in semper diuidenda. Et reliquum inducit quod tali existente continuo necesse est tempus cōtinuum esse: siquidem in omni tēpore est motus velo-

Num corpus regulariter motū velocius, ac tardius possit moueri.

Quo pacto boni potentiam ad opposita habere dicantur.

Necessitas duplex est: vna diuinior, altera violenta. Potentia, seu potestas duplex: vna perfecta ac diuina, altera vero imperfecta.

Diuinarum & humanarum animarum non est idem bonū.

Continuum quid sit.

tus velocior & tardior. Et ostendit, quòd semper diuiditur tempus & magnitudo: & à velociori diuiditur tempus, & à tardiore magnitudo. Sed cum accepisset prædicta, quòd celerius pertranseat æquale spatium in minori tempore, quam faciat tardius, & ipsum tardius in æquali tempore minus spatij absoluat, quam celerius, exponit rursus, quòd velocius mouetur A, quod tardius B: magnitudo autem, supra qua mouetur tardius G D in tempore H Z dicit, quòd id, quod celerius mouetur in minori tempore, quàm Z H pertransibit magnitudinem G D, & esto hæc Z T H, cum ergo quod mouetur celerius in Z T H tẽpore pertransiuit magnitudinem G D, patet, quòd tardius motum in eodem tempore minus spatij pertransibit, quia omnis motus fit in tempore: potest autem in quo velox mouetur etiam tardum in eodem moueri. Sit ergo, quod pertransiuit B, tardius in tempore Z T H magnitudinẽ G K. Rursus, quia tardius in tempore Z T H pertransiuit magnitudinem G K velocius in minori tempore pertrãsibit. Diuidetur igitur rursus Z T H tempus, sed in quo rursus tempore celerius pertransiuit G K magnitudinem, in eodem tardius minus magnitudinis rursus quã sit G K pertransibit, & sic semper tempus à velociori diuidetur, & magnitudo à tardiore, quià motus in omni tempore fit; & omnis motus potest celerior fieri, atque tardior. Nam ex his positis necessario sequuntur ea, quæ demonstrauimus, quibus patet, quòd omne tempus est diuisile. Nam in omni assumpto, quod tardius mouetur erit pertransiens aliquam magnitudinem, quam celerius motum in minori tempore pertransit, in quo tempore, quod tardius mouetur minorem magnitudinem pertransit, & sic semper conuerso celeriore, & tardiore à celeriore diuiditur tempus in infinitum, sed magnitudo à tardiore. Sed nunc conuersionem, aut transumptionem, aut translationem à celeriore in tardius; & à tardiore in velocius dicit, vel etiã conuersionem est accipere talem, si velox diuidit tempus, & tardius magnitudinem, & si tardius secat magnitudinem, & velocius tempus, & ostensum est ex prædictis, & ostensis; hoc scilicet, ex eo, quod velocius in minori tempore æquale mouetur, & ex hoc quod tardius in æquali tempore minus. Et merito de tẽpore demonstrãs subiunxit, ꝙ ex dictis manifestum est, ꝙ etiam magnitudo simul continua est, quod est dictu, est diuidua in infinitum, propterea quod eiusdem, & æquales numero diuisiones, quando tempus diuideretur, & magnitudo efficit.

Continuitas motus, lõgitudinis, ac temporis mutuo probari ostendit.

Sed nonnulli hic accusant demonstrationem, quia est tanquam circularis, & per conuertentia, ac illius generis, in quo idem ostẽditur per idem. Siquidem ex hoc, ꝙ omnis magnitudo diuidua est in magnitudines, ostendit, ꝙ velocius in æquali tempore maius pertransit spatiũ, & in minore plus spatij absoluit, & in æquali minus: & ob hoc, quia tempus diuiduũ est, & ob hoc, quia magnitudo eiusmodi est. Nam videbitur ostẽdere, quoniam magnitudo semper diuidua est, & tempus semper diuisile: & quia tẽpus & magnitudo, & vt breuiter dicam, quia omnis magnitudo semper diuisilis est, ideo magnitudo semper diuidua est. Sed dicendum est primo, ꝙ præter id, quod prius accepit, ꝙ omnis magnitudo diuidua est in magnitudines ex diffinitione velocioris & expositione ostendit proposita. Deinde, ꝙ primarie nunc tempus ostẽdit diuisile, cũ quo vnà ostenditur & magnitudo. Item tertio dicendum est, ꝙ per talem demonstrationẽ Arist. indicat, quia magnitudo & tempus sunt continua eodem modo. Hac ratione etiam demonstratur per reliquum, tanquam vnũ sit causa alterius, & mutuæ diuisionis in infinitum. Nisi forte etiam sit talis rationis deductio. Equidem, cum prius ostendisset ex motu æque veloci eius, qđ mouetur, quia non componitur magnitudo, nec motus, nec tẽpus ex impertilibus, sed sunt continua & diuisilia in semper diuidẽda, & hoc idem proponens demonstrare ẽt ex eo, ꝙ celerius & ex eo qđ tardius mouentur, primũ breuiter sic idẽ ostendit virtute, & effectu sic dicẽs, ꝙ si non esset omnis magnitudo in magnitudines diuisilis, vt illa temporis, & illa longitudinis, ac illa motus, nõ esset celerius, & tardius talis, qualia diffinientes dicimus hæc. Quandoquidẽ dicamus celerius illud, quod in æquali tempore maius pertransit, & in minori plus absoluit. Sed, qm̃ diuisiles sunt magnitudines, & ob id etiam diuisiua ipsorum sunt velocius & tardius: sed velocius est diuisiuum temporis, & tardius, longitudinis. Et est velut ex his, quæ sunt ad aliqd, ostensio. Cum.n. pateat id, quod est velocius & tardius, esse in his quæ sunt, & esse diuisiua temporis & magnitudinis, quia necesse est diuisiuum esse, siquidem diuisile est: sed diuisiuũ est: ergo etiam diuisile, vt ostensum est, deinde, cum confirmasset expositione, ꝙ talia sunt velocius & tardius, qualia dicũtur: deinde vtitur eisdem ad diuisionẽ temporis & magnitudinis, ostendens modũ diuisionis in infinitum per expositionem. Sed sciendũ est, ꝙ per motũ nunc tempus & magnitudinem demonstrat esse diuisilia. Nam celerius & tardius sunt differẽtiæ motus, propterea ꝙ omne, qđ mouetur, potest celerius & tardius moueri, vt ipse dixit, idem spatiũ absolueret motus, quod quidem accipitur ex spatio, supra qđ mouetur. Sed non erat idem spatiũ motus, qđ absoluebat quod citius mouet̃, & quod tardius, nisi diuisilis esset ẽt magnitudo motus. Tres ergo magnitudines, scilicet motus, temporis, lõgitudinis, supra q̃ motus fit, cum æque sint continua & diuisilia in semper diuisilia, mutuo vnum potest demonstrare alterum. Nam necesse est vno existente diuisibili, vt reliqua diuidantur. Nã, cum sit lõgitudo diuidua, necesse est, vt motus in ipsa sit diuiduus & tempus, qđ mensurat eundem: & si motus fuerit diuisilis & longitudo, in qua fit, erit diuisilis, atq; tẽpus mensura eius, & si tẽpus fuerit diuiduũ, etiã motũ esse diuiduũ, qui mẽsuratur ab eodem, necesse est, ac magnitudinem, in qua fit motus. Vt.n. id in quo fit motus, diuisum diuidit motum, sic etiam motus longitudinem, in qua fit.

Amplius autem & ex consuetis rationibus dici, manifestum est, quòd, si tempus continuũ est, quòd & magnitudo, siquidem in dimidio tempore dimidium transit, & vt dicam simpliciter, in minori minus, eædem nanq; diuisiones erunt, temporis & magnitudinis. Et si vtrumuis infinitum est, & alterum, & vt alterum & alterum. Vt si extremis quidem infinitum est tempus, & longitudo extremis: si vero diuisione, & diuisione longitudo: si autem vtrisque tempus, vtrisque & magnitudo. Tex. 18.

Cum ostenderit per expositionem, ꝙ diuisione tẽporis simul diuiditur & magnitudo, idem ostendi posse ex aliis rationibus dicit, quas consueuerũt afferre ij, qui de his disseruerunt. Erat autem ratio, quę sumpta fuerat ex his, quæ mouentur æque velociter, talis. Si quod æque velociter mouetur in dimidio tempore dimidium pertransit, & semper in minori minus, & ſm eandem proportionem minus: sequitur ꝙ si tempus est diuisile in infinitum, vt æque magnitudo, supra quam fit motus, diuidua sit in infinitum: eædem enim sunt diuisiones amborum: Quod si æque se habent inter se, patet, ꝙ si alterum fuerit infinitũ, quod etiam alterum erit. Et, cum duplex sit infinitum in continuis, aut quia intelligi potest semper diuidendo in duas partes, aut extremis. Equidẽ infinitum in extremis Cõm. 18.

est, quod non habet extrema, sed cum nequeat percurri, neq; vnquam absolui, aut diuisione, qa semper pars accepta est diuidua: vel s'm ambo, vt se habet, inquit, tempus infinitum, sic & magnitudo eodem se habebit modo. Sed quia velut tempus continuum existens diuiduũ est in infinitum, sic etiam magnitudinẽ esse patet, quia & ipsa cõtinua est, & omne continuum est diuiduum in infinitum. sed, quoniam tempus etiam quoad extrema est infinitum neq; habens principium, neque finem, vt in vltimo huius tractationis ostendetur, qũo verum est, q etiam magnitudo sic est infinita. Nam contrarium ostensum est tertio huius tractationis, vbi neq; magnitudinem infinitam esse quod ad extrema dixit. Nisi forte igitur vt tempus duplex est, aliud infinitũ, quo ad extrema, quod mensurat orbiculationẽ sine principio & fine, & aliud, quod vltimis est terminatum, in diuisione sola habens infinitũ, velut particulare est quod mẽsurat motus, qui in recta fiũt; sic etiam magnitudu duplex est, alia infinita quo ad extrema, non tanq̃ indeterminata, vt determinauit in tertio lib. sed velut orbicularis, quæ neq; principiũ, nec finẽ habet: alia est, quę principium & finem habet, qualia sunt ea, quę uersantur in ortu, sed sunt in infinitum diuisibilia, quia sunt continua. Sed ambarum infinitatum & totũ tempus participat, & tempus, quod circulari motu mouetur. Etenim cõtinua cũ sint expertia principij & finis in infinitũ sunt diuisilia. Euenit ergo mihi sic dubitare & soluere talem dubitationem, q̃ à nullo interprete accepi. Quòd siqs longe exploratius & accuratius respõderit, & dissoluerit amicus cũ sit & nõ inimicus præualeat velim. Cęterũ patet q ipse solũ mentionẽ fecit de tẽpore & magnitudine in his, sed necesse est vt eadẽ intelligamus de motu. Vt.n. tẽpus se habet, sic etiã motus se habeat, cuius pars tẽpus est, oportet.

Tẽpus infinitũ duplex est.

Magnitudo dup. ex infinita.

Tex. 19. *Quapropter & Zenonis ratio falsum accipit, non esse possibile infinita pertrãsire, aut tangere infinita singillatim, finito tempore: dupliciter enim dicitur & longitudo & tempus infinitum, & omnino omne continuum, aut secũdum diuisionem, aut extremis. Infinita igitur secũdum quantitatem non contingit tangere in tempore finito, quę vero sunt infinita secundum diuisionem, contingit. Etenim ipsum tẽpus sic infinitum est. Quare in infinito, & non infinito, accidit transire infinitum, & tangere infinita infinitis non finitis.*

Cõm. 11. Cum ostendisset similiter infinitum esse in magnitudine & tempore, hoc vtens soluit quasdã rationes, quæ à Zenone Eleate adductæ sunt ad probandũ, quod motus non esset. Est autem ratio Zenonis huiusmodi. Si est motus, contingit vt aliquid infinita tempore finito pertranseat, vnumquodq; tangendo: sed hoc fieri nequit: ergo non est motus. Et connexum demonstrat vtendo diuisione in infinitum magnitudinum. Si.n. omnis magnitudo diuidua est infinita, erit etiam ex infinitis composita: quare quod mouetur & pertrãsit quamcunq; magnitudinem infinitũ absolueret & pertransiret, & infinita tangere finito tempore, in quo totum finitum pertrãsit. Sed tangere infinita s'm vnumquodque inquit, quia potest aliquid videri pertransisse infinita supergrediendo ipsa, & si connexum demonstrabat. Sed assumptum dicens. Sed nequeunt infinita pertransiri & tangi tempore finito, ostendit ex eo, quia infinitum percurri non potest. Et quod neq; possunt tãgi infinita tempore finito, siquidem in alio & alio tempore quod mouetur tangit partes subiecti. Sed dixit, non posse tangi vnumquodque infinitorum, quia qui tangit quasi tangendo numerat, sed nequeunt numerari infinita. Sed Aristoteles damnat hoc assumptum. Non.n. possunt infinita pertransiri tempore finito, quia cum dupliciter dicatur infinitum, vnum secundum extrema, & alterum diuisione. Infinitum quidem secundum quantum, est cuius partes infinitæ sunt multitudine actu, propterea quod & magnitudo infinita non potest pertrãsiri tempore finito: sed infinitum potestate & secundum diuisionem, potest, & non actu. Etenim tempus acceptum finitũ hoc est infinitum secundum diuisionem. Igitur non in finito tẽpore infinitum pertransitur, sed in eo, quod est similiter infinitum. Igitur etiam tanget potentia infinita, sed vnũquodque actu diuisum, quod sit pars subiecti, quod mouetur tangit, similiter in partibus infinitis temporis, vel in his eiusdem. Etenim & quod mouetur, cum sit continuũ in infinitũ est diuisibile. Sophisma igitur Zenonis fiebat ob æquiuocationem infiniti, & quia sumebat infinitum secũdum diuisionem infinitum secundum extrema. Nam hoc non poterat in tempore finito pertransiri, & tangi secundum infinitas partes, sed infinita magnitudo secũdum diuisionem potest pertransiri secundum diuisionem tẽpore infinito, & nihil incõmodi est. At Zenon accepit magnitudinem actu diuisam in infinitum, & tempus minime, quanquam eodem se haberet modo, vt magnitudo. Sed hic soluit rationem Zenonis hoc modo, dicẽdo nihil absurdi esse infinita, similiter pertransiri in tempore infinito. Sed in vltimo libro huius tractationis hanc solutionem inquit, satis esse ad eum, qui interrogat & obiicit. Nã percunctatur, si possint infinita tempore finito pertrãsiri: sed ad rem & veritatem non sufficere. Neque enim tempus est actu infinitum, sed potentia. Ideo diligentius ibi soluit ostendens non esse infinita actu in continuis, sed potentia, quia interroganti, inquit, an possint infinita pertransiri in tempore vel in longitudine, dicendum est, quod partim possunt, & partim nequeunt. Nam actu infinita esse nequeunt, sed potentia.

Zenonis rõ refellitur, quæ destruxisse motũ visus est, ex eo, q̃ infinita non cõtingit pertransiri.

Infinitũ bifariam dicitur, vnũ extremis, alterum per diuisionem.

Tẽpus nõ est infinitũ actu, sed potentia.

Neque ergo infinitum potest in tempore finito transire, neque in infinito, finitum. Sed, si tempus quidem infinitũ sit, & magnitudo erit infinita: & si magnitudo, & tempus. Sit enim magnitudo finita, in quo A B: tempus autem infinitum, in quo C. Accipiatur igitur temporis aliquid finitum, in quo C D. In hoc ergo transit aliquid magnitudinis, & sit quod transitum est in quo B E. Hoc autem aut mẽsurabit id, in quo A B, aut deficiet, aut excedet. Refert.n. nihil. Si enim semper æquale ei, quæ est B E magnitudinem, in æquali tempore transibit: ea autem mensurat totum: finitum erit omne tempus, in quo transiuit. In æqualia enim diuidetur, sicut & magnitudo. Tex. 20.

Cõm. 12. Cum ostendisset æque continua esse tempus & magnitudinem: & in infinitum diuisilia: & dissoluisset rationem Zenonis ex hac similitudine: addit aliquid ex prius ostẽsis velut consequẽs, & velut ex illis ostẽsum: videlicet neq; infinitum spatium, & si esse poneretur, non posse absolui finito tempore: neque infinito finitum. Accipit autem nunc infinitum, quod proprie infinitum est: videlicet id, quod est actu, quod quidem extremis infinitum appellauit. Facit autem demonstrationem per id, quod vocãt impossibile exponendo. Et accipit magnitudinem, supra quam A B: & tempus infinitum, in quo C, & q̃d demptum est à tempore finitũ, hoc in quo C D, in quo quod mouet aliquid magnitudinis A B, pertransit, vt B E. Nam aliqua eius pars absoluetur in tempore C D: siquidem tota A B in tẽpore infinito C absoluebatur. Proinde quot A B magnitudo est multiplicata, atque iterata pars propria eius B E, tot erit etiam tempus multiplicatum, in quo id, q̃d mouetur regulariter, & æque velociter totam magnitudinem A B pertransit magnitudinem tempore C D, in quo B E, magnitudo

Per infinitum spatium nõ pot quippiã moueri finito tẽpore, nec tẽpore infinito finitum.

magnitudo absoluitur. Sed C D tempus finitũ est, igitur finitũ & C tempus, in quo A B magnitudinem finitã pertransit & non infinitũ. Nam in quot A B magnitudo scinditur æqualia ipsi B E in totidem & C tẽpus æqualia C D: sed finita erat magnitudo A B, & C D tempus: quare, si finita & magnitudine & numero, vt magnitudo, sic etiã tẽpus diuidetur. Et demonstratio talis. Sed interim soluit instantiam dicentem, quod B E magnitudo non omnino metitur totum A B: quare & uere est dicere, quod triplũ aut quadruplum, vel quot modis multiplex est A B respectu eius B E. Potest.n. deficere in enumeratione & excedere. Dicit ergo, ꝙ nihil refert, & si deficiat, aut excedat, si solum æquale B E magnitudini in æquali tempore C D pertransit. Vt.n. B E magnitudo consumit A B, siue excedat, & vel deficiat: etenim quod deficit aliqua parte deficit, & similiter quod excedit aliqua parte excedit: sic & C D tempus finitum consumet C tempus, siue deficiat, siue abundet, eam ad illum retinens proportionem, quam magnitudo B E ad eam, quæ est A B, siue etiã aliqua eius parte deficiat, vel abundet. Simul.n. & magnitudo A B ab ipso B E dimetietur, & C tempus ab ipso C D, quia diuiditur in ipsa numero æqualia. Sed sciendum est, ꝙ quando dicebat. {Hoc autem aut mensurabit id, in quo A E, aut deficiet, aut excedet, } propter vtitur mensuratione. Nã mensurare est id, quod perfecte multiplicatũ est adæquari illi, quod dimensionem recipit. Sed quando dicebat. {Hoc aũt mensurat totum;} vsus est {mensurat} pro consumit. Nam & si deficiat, vel abundet, in quot magnitudo & finitum diuisum est in ipsa æqualia numero.i. in totidem etiam tempus C diuidet, in quo A B magnitudo tota pertransiuit. Sic autem sequetur ipsum finitum esse. Nã quacunque fuerit ad finitum proportione, siue perfecte, siue cum parte aliqua finitum erit. Sed, cum duplex adducatur scriptura, quæ est in fine contextus, si fuerit scriptum sic. {In æqualia.n. diuidetur & magnitudo, } occulta est & obscura. Sed dixerit, in æqualia.n. diuidetur, in quot & magnitudo. Si uero, vt Alexander, Themistius, & Aspasius scribunt, {In æqualia.n. diuidetur, vt & magnitudo} perspicuum erit quod dicitur, ꝙ & tempus in æqualia numero diuidetur in quot & magnitudo. Nam de tempore dicit ostendendo, ꝙ non sit infinitum.

Mẽsurare qđ nam proprie sit.

Mẽsurare significat consumere.

Tex. 21. *Amplius autem si non omnem magnitudinem in infinito tempore transit, sed contingit aliquã & infinito tẽpore transire. vt eam, quę est B E: hac autem mẽsurat totam: et æqualem in æquali transit. Quare finitum erit & tempus. Quòd autẽ non in infinito transeat eam, quæ est B E, manifestũ est, si acceptũ fuerit altera ex parte finitum tempus, si.n. in minori, partem transit, hanc necesse est finitã esse, alterutra cũ terminus sit.* Tex. 22. *Eadem autem demonstratio est, etiam si longitudo quidem infinita sit, tempus autem finitum.*

Cõm. 13. Cum sumpsisset prius B E magnitudinem paulò indeterminatius & non velut omnino mensurans A B, sed etiã excedens aliquando, aut deficiens, & ab ipso C D tempore finito mensurato motu ab eodem, quæ quidem ambo videntur habere aliquas instantias, ob hoc argumentum tale auferto B E, tãquam metiatur totum. & ex hypothesi accipit idem quod per ipsum pertransit in tempore finito pertransire, & ostendit ꝙ & si à principio mensurans poneretur B E tempore accepto finito C D, & totum tempus demonstrabitur. Si.n. decima pars magnitudinis B A, sumpta fuerit B E, quæ æque velociter mouetur in decem tẽporibus æqualibus ipsi C D decem partes æquales B E mouebuntur. Sed decem partes finitæ componentes tempus efficiuntur totum finitum. Deinde ostendit, ꝙ non potest magnitudo B E finita, & pars ipsius A E in tempore infinito pertransire. siquidem totum A B in infinito pertransiuit: cum itaq; posuerit ſm vtrinque finitum tempus C D & accepisset velut manifestum, ꝙ in minori tẽpore prius pars absoluitur quam totum à motu, quod finitum est tẽpus vtrinque, in quo B E, magnitudinẽ aliquid mouetur, ostendit. Nam ab eodem principio, cũ incipiat finito existente, concludit idem etiã ad alterum. Si.n. non hoc non amplius in minori tempore pars erit pertransita, quàm totum, sed in æquali. Sed ſm alteram partem accepit tempus finitum, vt ad vtraque finitũ absolueret illud, in quo B E pertransit. Et ei concederetur hoc facile. Si.n. in infinito, quod ad alteram partem, non potest B E pertransire, multo magis in ipso infinito, quo ad vtranque partem nõ poterit. Sed, si velut manifestum accepit pertransiri partem in minori tempore, & necesse est, vt finitũ sit minus quam infinitum, cur opus est ratione, vt pertrãseat B E in tempore finito? Nisi forte infinitum ad alteram partem, cum sit infinitũ, sit minus infinito ad vtranque. At si hoc, cur statuit infinitum tempus ad alteram partẽ, in quo A E magnitudine, quod mouetur pertransit. Si.n. ad ambo statuisset hoc infinitum, nihil prohibebat in minori quam sit infinitũ ad ambo, in quo A E pertransit B E, cum sit pars, pertransire in ipso infinito quo ad alteram partem, cum idipsum sit etiam pars ipsius infiniti ad vtranque partem. Vel si necesse est, vt ab ipsa magnitudine B E metitur magnitudo A B sic etiam tempus à tempore: non potest equidem vnum esse infinitum tempus ad vtranq; partem, & aliud ad alteram. Neq;.n. mensurat infinitũ, cum sit indefinitum, & sine numero, & expers mensuræ, neq; item mensuratur. Cũ ergo statuisset B E mensurare A B, & accepisset, ꝙ in æqualia diuiditur numero tẽpus & magnitudo, euitauit tales instantias. Nam mensurãs finitũ, necesse est vt finitum sit, vt a E mensurans B E, & toties æquale est finitum mensurans, vt decies vel vicies ne potest esse ad alteram partem infinitum. Si.n. quod multiplicatum est id finitum determinatũ & numeratũ est, multo magis illud, quod est ipsius vigesies multiplicati vigesimum. Sed cum ostenderit sic, ꝙ non potest magnitudo finita pertransiri in tempore infinito, inquit, ꝙ si eisdem vtamur, qđ neque infinitũ in tempore finito pertrãsiri queat, ostendere poterimus. Nam posito tempore finito, auferatur aliqua pars eius, à quo totum dimetiatur: & auferatur ex infinita magnitudine aliqua magnitudo, supra quam moueatur aliqđ in ipso tẽpore dempto ex toto. Quia ergo in ęquali tẽpore æquale mouetur, ęque toties mensurabitur tempus à tẽpore, & magnitudo à magnitudine. Sed qđ constat finitis numero, & magnitudine, finitum erit, & non infinitũ. Sed pulchre notat Themistius, ꝙ & si non in æquali tempore æquale absoluitur spatium, sed interdũ in maiore æquale, & aliquãdo in minore, diuiso etiã sic finito spatio in ęquales partes, etiam simul diuidetur tempus in totidẽ, sed non amplius in æquales inter se. Sed ad ostendendũ, ꝙ ipsum finitũ sit, sufficit illud ex partibus finitis numero & magnitudine constare demonstrasse, & si partes inæquales fuerint. Nam qđ est ex finitis partibus numero & magnitudine, necesse est ẽr, vt illud sit finitũ. Similiter & econuerso, sit tempus quidem finitum, sed spatiũ subiicit & statuitur infinitũ: igitur dũtaxat potest infinito tẽpore pertrãsiri spatiũ finitũ, si circulo iterũ atq; iterum moueat, vt corpora diuina. Nã motus in rectũ reflexi, & redeuntes, intercipiuntur quiete, vt in vltimo huius tractationis libro demõstrabitur. Si autem corpus finitũ nõ pertransit infinitum spatium in tempore finito, planũ est, ꝙ neq; infinitũ

Cõm. 19. Sola Diuina corpora in infinito tẽpore moueri possũt per finitũ spatium.

corpus, si moueri statuamus, pertransiret spatium finitũ tempore finito. Nam, quando infinitum corpus pertransit finitam lineam, & finita linea infinitum corpus pertransit. Sed ostensum est hoc fieri non posse. Quinetiam etiã, si spatium infinitum posuerimus, & corpus quod mouetur: & solum autem tempus infinitum, necesse est etiam, vt reliqua appareant finita.

Manifestum est igitur ex dictis, quòd neque linea, neque superficies, neque omnino continuorum ullum erit indiuisibile. non solum propter id, quod nunc dictum est, sed & quia accidet diuidi indiuisibile. Quoniam.n.in omni tempore uelocius & tardius est: uelocius autem plus transit in æquali tempore: contingit autem & duplam & sexquialteram transire magnitudinem: erit.n.hæc ratio uelocitatis. Feratur igitur id, quod uelocius est per sexquialteram in eodem tempore: & diuidantur magnitudines, ea quidem, quæ uelocioris, in quo A B, B C, C D in tres impartibiles: quæ uero tardioris, in duas, in quibus E F, F G. Itaque & tempus diuidetur in tria impartibilia. æqu ale enim in æquali tempore transit. Diuisum sit igitur tempus, in K L, L M, M N. Rursus autem, quoniam tardius delatum est per E F, F G: igitur & tempus diuidetur in duas partes. diuidetur ergo id, quod indiuisibile est: & quod impartibile est, non in impartibili transibit, sed in maiori. Manifestum est ergo, quòd nullum continuorum est impartibile.

Cõm. 14. *Nulla continuorum pars indiuisibilis potest esse.*

Cum ostenderit nullum continuum posse ex impartibilibus constare, nec magnitudinem, nec motum, nec tẽpus, & quòd omnis magnitudo continua diuisilis est in semper diuisilia. (Vel enim eam indiuisilem necesse est esse, vel diuisilem: & si diuisilis, aut diuidi potest in ipsa diuidua, aut indiuidua: sed neque est indiuidua, cum sit magnitudo, neque diuidua in ipsa indiuidua, nam esset indiuisile indiuisili attiguum: quare diuidetur in semper diuisilia) & cum demonstret, quòd similiter tempus & magnitudo infinitum & finitum habent, ex quo etiã Zenonis rationem, quæ motum tollebat, soluit: nunc dicit, quòd, cum sit à nobis ostensum, continuum non diuidi in ipsa indiuidua; ex hoc compertum erit, nullam partem continuorum esse indiuisilem & indiuiduam, siquidem continua non diuidantur ip ipsa indiuidua. Demonstrabit autem ratio etiam de ipsis partibus, quòd nequeunt ipsæ indiuiduæ esse, primum quidem de partibus magnitudinis, deinde de partibus temporis. Verum differt hæc demonstratio à priore, quia illa demonstrabat non esse eas indiuiduas, hęc vero ostendit primarie, quòd diuisiles sunt. Et necessitatem diuisionis probat. Item prius ex continui natura demonstrabantur partes eius diuisibiles esse, nunc autem ipsas per se partes ostendit tales esse. Lineam autem dixit partem lineæ: & superficiem partem superficiei, & tempus temporis, & omnino continuum partem continui. Nam de partibus in continuis nunc sermo eius est, ꝙ illæ non sint indiuiduæ quod primum ostendit de magnitudine, deinde de tempore: & utitur hoc, quod se habent æque inter se tempus, & magnitudo, in qua fit motus. Ostendit autem idem deductione ad id, quod fieri nequit, seu impossibile secundum formulam secundam syllogismorum hypotheticorum, sic virtute efficiens syllogismum. Si pars magnitudinis est indiuidua, diuidetur indiuiduũ: quia pars magnitudinis diuisibilis est: sed nequit indiuiduum diuidi: ergo & antecedens fieri nequit, vt pars scilicet magnitudinis sit indiuisibilis. Et connexũ sic ostendit, vtendo hoc manifesto & prius sumpto, ꝙ in omni tempore est velocius & tardius: si quidem in omni tempore motus, & in omni motu velocius est & tardius, & adhuc tamen, quod velocius mouetur in æquali tẽpore maius spatium pertrãsit, quàm id, quod mouetur tardius. His autem positis tertium assumit hoc, posse motus in aliqua proportione sumi aliam velocioris, & aliã tardioris, vt in eodem tempore id, quod velocius est, duplum illius, quod tardius est, moueatur, vel sexquialterum. Hæc igitur, cum assumpsisset prius, exponendo ostendit propositum statuens sesquialterum esse motum velocioris ad motum tardioris: quare in quo tempore aliquod tardius pertransit aliquam magnitudinem, in eodẽ velocius & dimidiũ moueri ponebatur. Diuidantur igitur inquit hæ duæ magnitudines, quæ quidem moueatur citius A D, in tres partes A B, B C, C D: & quod tardius nempe E, in duas, E F & F G: Sic.n. sesquialtera est proportio. Eodẽ quoq; modo tẽpus diuidatur vt magnitudo, in qua fit motus, diuidetur etiã ipsum ſm hypothesim, tempus K N, in quo velocius pertransit A D, in tria tẽpora, vt K L, L M, M N. Quod.n. mouetur æque velociter in æquali tempore pertrãsit, quia igitur quod mouetur tardius in eodẽ tẽpore mouetur supra E F, F G. quæ est ex duobus impartilibus, igitur E F, in dimidio temporis pertransietur, Igitur diuidetur bifariã tempus, vt magnitudo, in qua tardius mouetur: si autem quod ex tribus indiuiduis componitur, diuisum fuerit in duas partes, diuidetur ejus medium quod est indiuisile. Nã aliter nequit, quod ex tribus constat diuidi, sed æqualia sunt indiuidua, & non aliud maius, & aliud minus, vt duo sint vni ęqualia. Merito igitur intulit. {Diuidetur igitur indiuiduum,} quod fieri nequit, igitur fieri neque põt id, quod sequitur hoc, videlicet indiuiduum esse partem continui. Inducit aũt & aliud absurdum sequens, ꝙ impertile nõ pertransit in ipso impartili. quod.n. mouetur tardius pertransit E F magnitudinem ſm hanc methodũ, nõ in tempore indiuiduo K L, quod quidem oportebat: sed in ipso impartibili minus pertransiet quàm impartile, sed quid erit minus quàm impertile, & tamẽ diuideretur hoc modo impertile: siquidem est aliquid minus quàm ipsum in illud minus, & in id, quod excedebat. In his porrò proponens partes magnitudinum ostendere quod nõ sint indiuiduæ, quia dicenti, ꝙ hæ sunt indiuiduæ, accidit fateri, quod sint indiuidua diuisilia, quod fieri non potest. Et quidem temporis partes, si ponantur indiuiduæ, demonstrat ꝙ erunt diuisibiles, sed partes magnitudinis nõ amplius, & si magnitudines sexquialteras susceperit, quia dixit, {Feratur igitur id, quod velocius per sexquialterã in eodẽ tempore,} nisi ergo per temporis partes ostenderit, ꝙ etiã partes magnitudinis diuidentur, cũ sint positæ indiuiduæ. Si.n. K N temporis bifariam diuisi ſm X & L M, posita est pars indiuidua, diuideretur in ipso tẽpore K X, dimidio, & dimidium A D magnitudinis, quod citius mouetur pertransibit, & diuidetur B C, pars bifariam, cum posita sit indiuidua.

CAP. III.

NEcesse autem est, & ipsum Nunc, quod non secũdum alterum, sed per se, & primũ dicitur, indiuisibile esse, & in omni tempore tale inesse. Est.n. vltimũ quoddam præteriti, cuius uersus hæc nihil futuri est. Et rursus futuri, cuius versus illa nihil est præteriti: quod vtique diximus vtrorũque esse terminum. Hoc autem, si fuerit demonstratũ, quòd huiusmodi est, per se & idẽ, simul manifestũ erit & quòd indiuisibile est. Necesse est igitur idẽ esse Nunc, quod vltimũ vtrorũque temporũ est. si enim aliud est, consequenter non erit alterum alteri, propterea quòd continuum non est ex impartibilibus. Tex. 24. Tex. 25. Tex. 26.

Cõm. 25. Postquam demonstrauit partes continuorum esse diuisiles,

files, videlicet temporis & magnitudinis, & patet, quod etiam medij motus inter hęc, quia si diuisibiles nō fuerint, diuidetur indiuiduum, quod fieri non potest: quoniam & Nunc temporis aliquid est, merito deinceps determinat de ipso. Cum autem duplex sit Nunc, vnum quidem velut principium & finis temporis, quod simile est puncto in linea, alterum vero dicitur sm præsens tempus, quod diuiditur contra tempus præteritum, & futurum: illud autem dici, inquit, vt principium & finis, qđ non potest diuidi, & dicitur Nunc per se, & primò, inquit, sed alterum non per se, neq; primo, sed quatenus habet in se ipso primo & per se. Sic enim & in loco esse aliquid dicitur per se & primo, quod etiam in termino continentis est proxime: alterum autem non sic, vt in domo aliquid est, propterea quod terminus continentis est proxime in domo. Igitur per se & primo quod dicitur Nunc, est indiuisibile, inqt, & vnū atque idem sm numerum præteriti finis, & initiū futuri est, & non sunt aliud & aliud. Sed tale, cum sit, non est pars temporis, siquidem in toto tempore idē inest principium & finis, vt pūctum in linea tota, quando velut vnū & cōtinuum accipitur. Nam omnino est diuisibilis, & diuisio est per punctum. Proinde de hoc nunc demonstrauit etiam in his de tempore, quòd est impertile & indiuiduum & in toto tempore vnum & idem, cū sit terminus præteriti, & principium futuri. ostendit autē & hoc nūc, assumens prius velut euidens, quod nunc vltimū est præteriti, & ante hoc nunc quod dixit ipse. { Cuius uersus hęc, } vt versus præteritum, nihil erit futuri. Nam ante finem præteriti quomō potest esse aliquid futurum? Non enim esset futurum, sed adhuc præteritum ante terminū existens præteriti. Rursus autem perspicuum est, quòd principium futuri nunc est, si quidem post ipsum nihil sit præteriti. Quomodo.n.aliquid præteriti erit post principium futuri? Verum Aristoteles dicens versus hæc ambo termini & principij, rationem obscuram fecit. Sed Eudemus nihil inquit, versus hæc termini, neq; vltra principiū. Hæc igitur extremum præteriti, & principium futuri, inter quę nullum intermedium tempus, neq; præteritū neque futurum si demonstretur idem, & vnū numero existens videri duo, erit ostensum, q indiuisile est hoc, quod simul principium & terminum temporis idem dicimus. Sic ergo diffiniens diligenter ipsum nunc, de quo est sermo, ostendit, q vnum & idem est extremum præteriti & futuri, q extremum etiam principium futuri appellat, propterea quòd & principium est aliquis terminus & pars.

Nunc ipsum bifariā capitur, ut 'ip'sū et principium tēporis, & qđ diuiditur contra præteritū & futurū, ut dicitur præsens.

Ostendit autem hoc colligens tria, quæ sequuntur, quæ fieri non possunt, quæ accidunt ei, qui asserit nō vnum, & idem esse nunc terminum præteriti & initium futuri, sed alterum atq; alterum. Quorum primum ex diuisione tali sumptum est. Si est alterum, atq; alterum, vel sunt inter se consequentia. (Nunc autem accipiat ea, quæ cōsequenter se habent, pro his, quæ sunt attigua & sese tangūt) vel sunt separata inter se: & præter hęc non est aliquid. Si ergo neque possunt sese mutuo tangere, non solum quia oportet attigua habere alium terminū, quo sese tangant, & alium terminatum: sed etiam, quia, vt ipse inquit, non potest cōtinuum constare impartilibus. Est autem tēpus continuū: sed termini eius sunt impartiles. hoc enim nūc acceptum est velut concessum, quia ponuntur termini. si enim non sint impartiles, nō essent vltima, sed ei alia extrema erūt. Sed videbitur efficiens syllogismum hoc modo, petere quod est in principio. Nam propositum erat ostendere, nunc esse indiuisibile. Si.n.inquit, ostensum erit, idē esse simul, planum erit, quòd etiam indiuisile. Sed vtitur hoc velut manifesto, videlicet non posse continuum constare indiuisibilibus. Et potest dici, q est id, quod proxime quæsitum est. Si ambo hæc termini simul vnū numero sunt, & hoc est nūc, & ad hoc assumptum est, velut manifestū, non esse duos terminos attiguos inter se qui efficiant aliquod continuum. Propterea quod oportet attigua secundum partes tāgere sese, sed termini sunt impartiles & indiuisibiles per se, cum nihil prohibeat vt separati sint & diuisi inter se: quod quidem de fine & principio fieri non posse ostenditur. Sed ostensum est vniuerse, q neque aliquod continuum fieri ex impertilibus, quæ mutuo sese tangant, & ob id ostensum est, quòd non sunt duo extrema, velut mutuo attigua, & per illud. { Consequenter } ostenditur, q neque sic duo velut separata sunt, ex quibus concluditur, q vnum & idem, qđ sequitur hoc & indiuisibile idem esse nō velut nunc dictū de duobus terminis vt prius, sed velut de communi. Et tamen est ostensum indiuisile non ex continuo, vt prius, sed quia vnum est, quare Aristoteles non sumit in principio, cum hic cogat duos terminos impartiles poni, & ibi inuentum vnum & idem indiuisile demonstret esse.

Si autem seorsum est utrunque, inter ea erit tempus. Omne enim continuum huiusmodi est, ut aliquid sit unniocū inter fines. At uero, si tempus medium est diuisibile erit: omne enim tempus ostensum est, quòd diuisile sit. Quare diuisibile erit ipsum Nunc. Si autē diuisibile est ipsum Nūc erit aliquid præteriti in futuro, & futuri in præterito. secundum quod enim diuisum fuerit, hoc terminabit præteritum & futurum tempus.

Cum patefecerit, & probarit, quòd alterum & alterū non possunt ita extrema esse, ut sint mutuo attigua, ostendit deinceps, q neque ut separata, & uelut distantia inter se erunt omnino duo extrema temporis. si enim fuerint duo, necesse est ut tempus medium sit inter ea. Nam in omni continuo intermedium inter terminos vniuocū est illis, quorum sunt termini. Si enim termini linearum in eisdem fuerint, intermedium erit linea. Nam inter omnia puncta medium est linea. Sed lineæ sunt vniuocæ inter se. Quòd si lineæ fuerint termini, intermedium erit superficies. Nam lineæ sunt termini superficierum, acceptis ergo in continuatione superficiei duabus lineis separatis, intermedium est omnino superficies, & intermedium inter duas superficies est corpus. Et in hoc, si separatis corporibus superficies acceperimus, intermedium corpus esse necesse est, quia non est vacuum. Et de motu eadem ratio. Nam inter terminos motus, quę momenta appellant, in continuatione motus necesse est motum esse, similiter & de tempore. Nam & hoc est continuum, & sunt termini eius ipsa Nunc: & ob id necesse est tempus esse inter distātia Nunc. Nam habet aliquid & tempus seorsum ab alijs continuis, quod est totum continuum, & non disrumpatur ab ipso, velut linea à linea, & superficies à superficie, quæ sunt in corporibus differentibus. Inter omnes igitur temporis terminos intermedium est tempus. Sed omne tempus diuisile est, propterea quod tempus est continuū. & omne continuū est diuisile. Si ergo diuisum fuerit hoc tempus intermedium intra terminum præteriti, & principium futuri, quod nunc appellauit velut præsens, propterea quòd intermedium est præteriti & futuri: si ergo diuisum fuerit in præteritum & futurum diuidetur. Nam omne præsens, si diuiditur. His ergo prius assumptis, quoniam hoc intermedium tempus, quatenus post terminum præteriti est, futurum est: & quatenus ante principium futuri præteritum: quando ergo ut futurum totum

Cōm. 16.

Tēporis nequunt esse duo separata extrema.

Mediū inter terminos continui est vniuocū illis cuius finis est.

Fines autem momenta dicuntur.

Tēporis est totū continuū & non disrūpitur à seipso.

intermedium sumptum fuerit, tum erit aliquid præteriti, quod fit ex diuisione in futuro: sed, quando velut præteritum rursus sumptum fuerit, futurum erit in præterito, qđ ex diuisione est. Sed potest absurdum concludi de vtraque parte diuisionis, vt Aspasius conclusit. Nam, quia diuisio intermedij aliud præteritum facit, & aliud futurum, si vtraque pars præsentis diuisa fuerit, in præteritum rursus & futurum diuidetur, & erit etiam in præterito futuri aliquid, & in futuro præteriti.

Tex. 27. *Simul autem nec per se erit ipsum Nunc, sed per alterũ. diuisio enim non est ipsius, quod per se est.*

Cõm. 17. Secundũ argumentum, quod est hoc, opinor, quãdam instantiam soluere, quæ dicit, nullum incommodum esse, vt nunc sit mediũ velut presens inter præteritum & futurum. Et dicit, quòd hoc intermedium nõ est per se ipsum Nunc. Nam impertile est per se, hoc autem diuisile, quia tempus est. Etsi dicatur, igitur Nũc, non vt per se, de nomine quod competat ei dicetur, sed velut ſm vtrunq; qa est in eodem per se. Quòd autem hoc Nũc non sit per se, quale oportet esse, quod proprie est inter præteritum & futurum, patet ex ipsa diuisione. Nam diuisio non est ipsius Nunc per se, sed ipsius nũc, quod est in latitudine, & dicitur secundum alterum. Est quoq; alia scriptura talis, Nam diuisio est per se. Et dixerit quod hoc intermedium secundum alterum Nunc est. Nam diuisio est nunc per se, sed non illud, quo diuiditur.

Ad hęc autem, ipsius nunc, hoc quidem præteritum erit, illud autem futurum, & non semper idem præteritum, aut futurum, neque igitur ipsum Nunc idem. Multipliciter

Tex. 28. *enim diuisibile est tempus. Quare, si impossibile est hac inesse ipsi Nunc, necesse est idem esse, quod in utroque est, Nunc.*

Cõm. 18. Cum prius demonstrarit contingere illis, qui dicũt neque vnũ esse numero terminum præteriti & principium futuri, sed habere intermedium tempus, fore aliquid futuri temporis in præterito, & præteriti in futuro, nũc ostendit, quod eiusdem nunc, quod intermediũ ponitur inter preteritum, & futurũ, erit aliud præteritũ, & aliud futurũ. Nam intermediũ tempus inter terminos qđ videtur Nũc esse, quia neq; præteritũ est, neq; futurũ, hoc diuideretur, patet, ꝙ etiam partes ipsius Nunc erũt, Nam totum Nunc erat. Sed diuisio omnis temporis facit aliud præteritũ, & aliud futurum determinans vtrunque, quare ipsius Nunc aliqua pars cum etiam ipsa Nũc sit, eius erit aliquid præteriti, & aliud futurũ. Sed absurdum est ipsius nunc præsentis dicere aliud preterijsse, & aliud futurum. Verum ipsum nunc in latitudine determinans nũc sequitur, vt sit aliquid præteritum, & aliud futurũ, quandoquidem proprie nunc impartile, cum sit, determinet præteritũ & futurũ. Quòd si rursus intermedium hoc ſm aliud diuideretur, & non ſm quod prius diuisum erat, sed aut propinquum est principio futuri, aut proximum termino præteriti: quod si ꝓpinquũ est principio futuri, erit tum velut pars eius in preterito, si vero propinquum termino præteriti, erit velut in futuro, & sic rursus eiusdem Nunc eadem pars, vel preterit, vel futura est, & accidit idem, si vnaquæq; diuisio effecerit, vt aliquid sit diuisi præteritum, & aliud futurũ. Sed, cum ostenderit, ꝙ non semper idem præteritum, & futurum erit, subiungit quod neque Nunc idem erit semper, Sed causa, ꝙ hoc intermedium tempus existens cum diuisile sit in semper diuisilia erit, & omnes sectiones in ipso in ipsa Nunc erunt præsentia. Quoniam & hoc totũ tempus, in quo sectiones sunt, Nunc est: & diuisiones ipsius Nunc aliæ, & aliæ fiunt. Accidet igitur, si intermediũ tempus nunc est, vt ea, quæ fiunt in ipso Nunc, non sint æqualia tempore, quia plura sunt in ipso Nunc, quod dicitur communiter. Si ergo neq; sic duo sint extrema, velut ea, quæ sese mutuo tangunt, neque sic duo velut seorsum & separata, necesse est, vt idem & vnum Nunc sit terminus præteriti, & principium futuri.

At vero si idem est, manifestum est, quòd & indiuisibile est. Si n. diuisibile est, rursus accident eadem, quę & prius.

Tex. 29. *Quod igitur sit aliquid in tempore indiuisibile, quod dicimus esse ipsum Nunc, manifestum est ex ijs, quæ dicta sunt.*

Cõm. 19. Quia vnum & idem est terminus præteriti, & principium futuri, demonstratum, inquit, sequitur, vt sit indiuiduum. Quòd si esset diuisile, acciderent rursus eadem absurda, quæ prius diximus. Erit n. ipsius Nunc aliud præteritum, & aliud futurum, & non idem semper præteritum, neq; idem semper futurum: Sed neq; Nunc semper idem est. Quòd autẽ indiuisile sit, ex eo, patet, ꝙ terminus est preteriti, & initium futuri. Sed indiuidua sunt terminus & principium. Sed hoc quidem vt concessum accepit, quando dixit non esse continuum ex impartilibus. Sed nũc demonstrat, non qđ vtrunque sit indiuisile, & principium & terminus, sed quòd ambo sunt vnũ & idem, & sic vnum velut indiuisile. Nam vnum aliquid etiam dies est, sed non velut indiuisile, sed nunc hæc ambo vnum & idem inuenta sunt secundum subiectum, & sic vnũ velut indiuisilia.

Quòd autem nihil in ipso Nunc moueatur, ex his manifestum est. Si enim ita est, contingit & velocius moueri in ipso & tardius. Sit igitur ipsum Nunc, in quo N: moueatur autem in ipso id quod velocius est, per lineã A B, ergo quod tardius est in ipso per minorem ea, quæ est A B, mouebitur, vt per A C. Quoniam autem tardius in toto ipso Nunc motum est per A C, velocius in minori, quàm hoc mouebitur, quare diuidetur ipsum Nunc. Sed erat indiuisibile, non ergo est moueri in ipso Nunc. At vero neque quiescere. Quiescere Tex. 30. *enim dicebamus id, quod aptum est natura moueri, & non mouetur, quando aptum natura est, & vbi, & quo pacto. Quare, quoniam in ipso Nunc nihil aptum est natura moueri, manifestum est, quòd neque quiescere.*

Cõm. 20. *In ipso Nũc nihil moueri, vel quiescere potest.* Cum demonstrarit, ꝙ vnum & idem est & indiuisile, velut principium simul & terminus acceptum, amplius aliquod magis preter opinionem adducit, nihil videlicet in eo quiescere & moueri. Et hoc ostendit pluribus argumẽtis: quorum primum tale est. Si mouetur aliquid in ipso Nunc, erit ipsum Nũc diuisibile: sed hoc fieri nequit. Nã ostensum est, ꝙ est indiuisibile, igitur non mouetur aliqd in ipso Nunc. Et assumptum est perspicuum, ꝙ neq; esse Nunc diuisile. Et connexum ostendit, prius assumens iam concessum, quòd in quo potest aliquid moueri tardius, in eodem potest etiam celerius moueri. Quibus ostẽdit expositione, quòd si moueretur aliquid in ipso Nunc, necesse est diuidi ipsum Nunc. Sit enim ipsum Nunc, in quo quippiam moueri dicitur, ipsum N, & quod celerius mouetur in ipso N, pertranseat A B, igitur qđ tardius mouetur in eodem N, minus quàm sit A B, pertransibit vt A G. Cum ergo id, quod tardius mouetur in ipso N A G, pertransiuerit, quod celerius mouetur in minori quàm sit N, pertransibit A C. Diuidetur igitur N. Sed ostensum est, quòd est indiuisile. Cæterum ostendit, quòd neq; quiescit aliquid in ipso Nunc eodem modo demonstrationis vtẽs breuiter. Si enim non mouetur aliquid in ipso Nunc, neq; quiescit: sed vt ostensum est, quod non mouetur aliquid in ipso Nũc, igitur neq; quiescit, & rursus assumptio est manifesta, vt proxime ostensa est. Sed connexũ demõstrat ex definitione quiescere. Nã quiescere dicimus nõ omne *Quiescere quid sit.*

immutabile,

immotabile, sed quod est aptum moueri, sed tū non mouetur, quando aptum est moueri. Ideo nuper genitus catulus non dicitur quiescere à visione, quia non est aptus moueri ſm illam. Etiam vbi innatum est. Nō enim dicimus quiescere aquatilia, quia non mouentur in terra. Et velut apta nata. Non.n. quiescunt natatilia, cum ambulent. Sic enim definitum est quiescere. Si ergo in ipso nunc nihil est aptum moueri, patet, quòd neque quiescere.

Tex. 31. *Amplius, si ipsum nunc in vtrisque temporibus est: contingit autem hoc quidem totum moueri, illud autem totum quiescere: id autem, quòd in toto mouetur tempore, in quouis mouebitur eorum, quæ eius sunt secundum quod aptum est natura moueri: & quiescens similiter quiescet: accidet idem simul quiescere, & moueri: idem enim est vltimum temporum vtrorumque, ipsum Nunc.*

Com. 31. Secundum argumentum ostēdit, quòd in ipso proprie nunc neq; moueri aliquid potest, neq; quiescere. Ostendit autem & hoc secundo syllogismorum hypoteticorū modo, ad id, quod fieri nequit deducēs, videlicet quod idem simul moueref, & quiesceret. Accipiens enim prius ostensum, quod nunc vnum & idem numero cum sit, terminus est præteriti, & principium futuri, dicit, quod si sumptum fuerit aliquid, quod præterito tempore toto moueaf, & in quocunque eius, quod mouetur, erit ex illis, quæ sunt apta moueri. Si ergo & in termino ipsius quod est nūc natum est moueri, vt statuit ratio: patet, quod etiam in eodem mouebitur. Porrò, si sumptum fuerit idem toto futuro tempore quiescere. Nam hoc potest poni, & in quocunq; quiescet ipsorum, in quo natum est quiescere. Si ergo natum est in eodem nunc ſm principium temporis futuri quiescere, etiā in eodem quiescet, quod in toto tempore futuro erat quiescens, igitur in eodem, quod terminus est præteriti, & principium futuri aliquid mouebitur simul & quiescet secundum idem. Nam indiuisile est ipsum nunc, idcirco nō in hoc eius mouebitur, & in hoc quiescet. Cæterum adiecit hoc, quòd est aptum moueri, quia in partibus temporis apta sunt ea, quæ mouentur, moueri, sed in rebus non apta sunt. Attamen, si quis poneret & in his moueri, absurdum, quod ostensum est, sequitur.

Tex. 32. *Amplius autem, quiescere quidem dicimus id, quod similiter se habet & ipsum & partes nunc & prius. In ipso autem Nunc non est prius: quare neque quiescere. Necesse est ergo, & moueri id, quod mouetur, in tempore, & quiescere id, quod quiescit.*

Com. 32. Tertium concludit, quod in eodē nunc non est quiescere. Sed syllogismus erit in secunda figura categoricus talis. Quiescere est idem se habere nūc, vt prius: Sed in eodem nunc indiuiduo existenti, non est nunc idem & prius: igitur in eodem nunc non est quiescere. Sed, cum demonstrauerit sic palam propositum, merito subiūxit, quòd necesse est, vt quod mouetur, moueatur in tempore, & quiescens quiescere. Siquidem in eodem nunc neque quiescere, neque moueri possit.

Quod autem mutatur omne, diuisile esse necesse est. Quoniam enim ex quodam in quoddam omnis mutatio est: & cum quidem fuerit in hoc, in quod mutatum est, non amplius mutatur: cum autem est in eo ex quo mutatur, & ipsum, & partes non mutantur: quod enim similiter se habet, & ipsum, & partes, id non mutatur, necesse est igitur, hoc quidem aliquid eius quod mutatur, in hoc esse, aliud vero in altero. Neque enim in vtrisque, neque in neutro totum esse possibile est. Dico autem in quod mutatur, quod primum est in mutatione, vt ex albo fuscum, non nigrum: non enim necesse est, vt id, quod mutatur, in vtrouis esse extremorū. Manifestum igitur est, quòd omne id, quod mutatur, erit diuisibile.

Com. 33. Cum prius ostendisset, quòd etiam magnitudo, in qua est motus, diuisilis sit in semper diuisilia, & illum motū, & tempus: nunc ostendit, quòd etiā id, quod mouef, idipsum non potest esse sine magnitudine, & sine diuisione, & hæc dictis prius consequenter annectit. Cū.n. demonstrasset, quòd in ipso nunc impertibili temporis, nihil mouef, neq; quiescit; & in tempore diuisibili, & mouentur quæ mouentur & quiescunt quiescentia: nunc ostendit, quòd non solum tempus, in quo motus diuiduus sit, sed etiam quod mouetur: & motum, & moueri, ac magnitudo, supra quàm fit motus, quæ similiter se habent, propterea quòd vno diuiso, & alia diuidentur. Sed nunc tandem ostendit id, quod mouetur, diuisile esse, prius sumens velut concessum, quòd omnis mutatio ex aliquo in aliquid est, & velut in diuisione tali verba faciens, dicit. Quoniā quod mutatur ex aliquo in aliquid mutatur, necesse est dum mutatur, aut in illo adhuc esse, ex quo mutatur idem, & partes eius esse: vel in quod mutatur, vel in ambobus: vel in neutro idem rursus & partes eius: vel etiam aliquid eius in illo, ex quo mutatur, & aliquid in illo, ad quod mutaf. Et præter hæc membra non videtur aliquid aliud membrum & sectum diuisionis. Si ergo ostensum fuerit, quòd nulla alia sectionis pars recte se habeat, & illa relicta fuerit quæ dicit, partim esse quod mouetur in illo à quo, & partim in illo, ad quod mutatur, patet etiam, quòd illud, quod mouetur, erit diuisile. Quòd ergo non mouetur, quando est in illo, à quo, patet. Nam tum quiescit & non mutatur. Item neque quando in illo, in quod mutatur. Nam tum erit mutatum, & non mutatur. Sed neq; totum potest esse in ambobus, in eo videlicet, ex quo mutatur, & in eo, ad quod mutatur. Idem enim erit à seipso separatum: & simul mutatum erit absque mutatione. Sed neque sic se habet, vt in neutro sit, neque idem, neque partes eius. Sed in neutro sic dicitur, vt neque in ipso intermedio, vt fiat manifestum, & hoc est inter cætera magis id, quod fieri nequit. Igitur restat, vt illius, quod mutatur, aliquid sit in illo, ex quo mutatur, & aliud in illo, ad quod mutatur. Si autem hoc, diuiduum erit, non quia quando ab albo in nigrum mutaretur, aliud in albo erit, & aliud in nigro. Nam necesse est primum, vt sit in fusco. Idcirco adiecit. {Dico autem in quod mutatur primum quod est in mutatione: vt ex albo fuscum non nigrum.} Ideo non necesse est quod mutatur esse vel in eo ad quod, sed in eo, quod est primum in mutatione. Primum autem illius, ad quod, velut in finem, est intermedium, & nigri, quod est fuscū. Nam id in nigrum proficiscitur ex albo. Quare, quando dicit non potest esse in eo, ad quod mutatur, intelligendū est non in quo primum mutatur, sed ad quod festinat velut in finem. Similiter quoque quando dicit. {Neque in neutro,} significat nō velut in ipso intermedio eius, quod potest esse, sed perinde ac dixerit, neq; in albo, neq; in nigro, neque in aliquo intermedio. Manifestum igitur, inquit, quod mutatur, erit diuisile, sed partium nulla per se mutatur, sed quæcunque ex illis mutantur, per accidens mutantur. Nam corpore moto, mouentur etiam ea, quæ sunt in ipso, vt superficies, linea, punctum. Ex hoc autem argumento solui potest illa ratio, quæ destruit motū, quia oportebat id, quod mouef, aut esse in eo, ex quo motus est, aut in eo, ad quod: neutrum autem potest esse. Neq; enim in eo, ex quo est, quia nondum mouetur: neq; in eo, in quod, quia tum motum est, & nō mouetur, sed quiescit. Nam osten-

Com. 33. Quod mouetur oportet vt magnitudinē habeat, & sit possibile est non diuidi.

Illius, q̄ mutatur, hoc quidē in eo est ex quo mutatur, illud vero in eo, in quod mutatur.

Ratio motū destruens soluitur.

ſum eſt, quòd totum in neutro eſt, ſed aliquid partim eius in hoc, & partim in illo. Proinde in his Alexander omnia trahens ad propriam poſitionem de anima, quæ dicit, animam non ſeparari à corpore, & ex his nunc dictis, inquit, manifeſtum eſt hoc. Si quidem anima ſit incorporea, & impartilis: & quod impertile eſt non mouetur: ſi neceſſe eſt, vt aliquid eius quod mouetur, ſit in eo, ex quo mouetur, & aliud, in quod mouetur. Sed quod non mouetur nō ſeparatur. Hoc autem abſurdum nonnulli fugientes, inquit, circumponunt ipſi animæ corpus quoddam, vt vehiculū, & eos latet ob hoc, vel corpus per corpus meare dicere, ſi quidem anima in totum extenditur diſpertiturque corpus, quando cum corpore fuerit, vel etiam ſeparantes ipſam ab eodem, & dicentes per ſe illam moueri ad illam corporis coniunctionem. Sed dicendum exiſtimo, quòd mouetur anima, cum ſit impartilis, quia non corporeo mouetur motu. Veruntamen mouetur, dum vult, & intelligit & iudicat ac contemplatur: qui ſunt proprij motus animi: Sed opinor, poterit etiam aſſignata deſcriptio motus, etiā motibus animæ congruere, aut cunctis, aut plurimis habentibus aliquid poteſtate dum mouetur. Quod ſi & non competit, ſed ſeparata eſt, ſecundum aliquam aliam ſpeciem motus ipſos oportet determinare. Hæc quoque ſociorum Ariſtotelis Coriphæi Theophraſto ſummopere placent: qui primo naturalium dicit appetitiones quidem & cupiditates, & iræ ſunt motus corporei, & ab hoc trahunt originem: quęcunque vero iudicia & ſpeculationes non ſunt reducenda ad alterū, ſed in ipſa anima, ſunt actus & perfectio. Porrò, ſi mens eſt aliqua pars melior & diuinior eſt, quandoquidem extrinſecus adueniens & vndique perfecta ſit. Et his annectit. Pro his igitur conſiderandū eſt, ſi habent aliquam diſtinctionem à diffinitione iam tradita motus, quandoquidem & hos motus eſſe conceſſum ſit. Et Straton Lampſacenus, qui fuit auditor Theophraſti, & inter optimos Peripateticos numeratur, animā fatetur non ſolum irrationalem moueri, ſed etiam rationalem: quippe qui dicat motus eſſe animæ actiones. Di-
» cit ergo in libro de motu præter multa alia, & hæc. Sem-
» per enim intelligens mouetur, vt etiam qui videt audit,
» olfacit. Nam intellectio eſt actio quædam intellectus, vt
» etiam viſio ipſius viſus. Et ante hunc contextum ſcripſit.
» Quòd igitur ſint, plurimæ motuum cauſæ, quas animus
» mouet per ſe intelligens & quibus à ſenſilibus prius mo-
» uebatur, perſpicuum eſt. Quæcunque enim non prius vi-
» dit, hæc non poteſt intelligere; vt loco, vel portus, vel
ſcripturas, vel homines, vel aliquid huiuſmodi aliorum. Sed quòd anima moueatur ſecundum optimos Peripateticos, & ſi non corporeo motu, patet ex his. Sed Ariſtoteles quoque vltimo libro huius tractationis inquit. Phantaſia enim & opinio videntur quidam motus eſſe. Cæterum ad rationem de vehiculo, dicendum, quòd non ea de cauſa, quia anima ſeparatur à corpore, dicimus illud vehiculum ab ea ſeparari. Etenim, cum ſit in ipſo, ſeparatur ſecundum ſubſtantiam ſuam. Si enim actiones habet ſeparabiles ab ipſo, multo magis etiam habet ſubſtantiam ſeparatam, vt Ariſtoteles in libris de anima ordinauit. Haud tamen anima dicitur eſſe in corpore, velut in loco tanquam in vaſe, ſed habitudine quadam. Quare vt ſeparetur, non eget alio corpore, quò ad locum moueatur. Sat enim eſt non habilitas & ineptitudo corporis, quo nō ſuſcipiat ſplendorem animæ: & hoc eſt ſeparari animam. Sed illud vehiculum oſtenſum eſt dependere ab anima, propterea quòd cum ſit mundana, & in differentibus partibus mundi exiſtens, adminiſtrat eas, & omnino habet vehiculū proprium illi parti animatum ab ipſa, in quo illa quaſi reipublicæ miniſter exiſtens, regit, & gubernat. Quando ergo in aere commoratur, id, quod ei, coniūctum, eſt ſpiritale eſt, vt hic hoc teſtaceum. Quod ſi hæc eſt cauſa diuerſorum vehiculorum, non eſt forte neceſſe, cū fuerit in hoc, habere etiam vim ſtandi: quod ſi habet, non eſt neceſſarium, vt in hoc ſit illud, vt corpus per corpus tranſeat. Verum neque hoc exiſtimo abſurdum, vt ſuperiora & ſubtiliora, & non ſimilia natura per craſſiora, & materiata magis procedant. Etenim lumen Solis ſecundū eos, qui affirmāt illud eſſe corpus, totum aerem penetrare dicitur. Item ſphæræ cœleſtes, quæ ſunt perfectæ, & non ſolum abſides, ſi quidem fuerint continuæ eum centro, cōſequenter per tota & vniuerſa proficiſcuntur, & penetrāt. Hæc igitur, vt etiam Alexander dixit, cum ſint extrinſeca, talis ſint apud me ſententiæ. Sed nonnulli dubitant pulchre contra id, quod dicitur ab Ariſtotele, quod id, quod mouetur, partim eſt in eo ex quo mouet & partim in eo ad quod, vel in medio. Si enim hoc verum eſt, quomodo primo huius tractationis, cum accuſaret Meliſſum, vt qui diceret principium alterationis, ſubiunxit. {Perinde ac nō ſit} ſubita mutatio. Nam hoc dicit, quia poteſt aliquod totum ſimul & ſubito alterari, & nō ſucceſſione quadam partium. Etenim lac condenſatum, & aqua, atque aliquid caleſactum, ſimul totum videtur mutari alteratum & nō ſucceſſione partium. Quòd ſi ita ſit alteratio etiam ſi ſit corpus, quod mouetur, non eſt neceſſe, vt eius, quod mutatur, aliquid ſit in illo, ex quo mutatur, & aliquid in illo, ad quod primum mutatur. Quod enim ſimul mutatur totum in altero eſt, ad quod mutatum eſt. Cum ergo talis ſit dubitatio, Alexander inquit, hanc dubitationem non obſiſtere ei, quod nunc dicitur, quia nunc ſermo eſt de illo, quod mutatur, quod quidem nondum mutatum eſt, ſed adhuc mutatur; in quo oīno neceſſe eſt, vt aliqd eius ſit in eo ex quo eſt, & aliud in eo, in quo primum mutatur. Vnde, ſi dubitatio ita eſt, potius erit contra hoc, quod non omne mutatū, quod mutatione mutatum eſt, nō prius mutando ſe eſſet mutatum. Dubitatio ergo tendit nō contra id qđ mutatur, ſed contra id, quod mutatum eſt, an poſſit aliquid eſſe mutatum, quod prius nō mutabatur. Etenim Ariſt. in prædictis, velut ad abſurdum hanc rationē deduxit, quando dixit. {Quare erit aliquid tranſiſſe quod nunquam tranſibat.} Sed quidam aiunt per hanc dubitationē demonſtrare ipſum nunc, de ipſo, quod mouetur ſm locum. Nam de hoc recte videtur valere, quòd id, quod mouetur, partim debet eſſe in eo ex quo, & partim in eo, ad quod primum mutatio. Et hoc perſuadēt ex hoc, quia accepit id, quod mouetur ſupra magnitudinem. Hoc.n. localiter mouetur. Sed quidam aiunt ipſum demonſtrare de omni quod mouetur, & non ſolum de eo, quod mouetur, ſed de omni eo, quod mutatur. Dicit enim {omne, quod mutatur, diuiſibile eſſe neceſſe eſt,} non ergo eſt ſolum ratio de illo, quod mouetur ſm locum. Item id, quo oſtendit quod mutatur eſſe diuiſile, non ſolū competit his, quæ mouētur ſecundum locum, ſed æque omnibus, quæ mutantur. Omnis enim mutatio eſt ex aliquo in aliquid, vt etiam ipſe dixit. Si ergo ob id, quia ex aliquo in aliquid ſit mutatio, ob id, quod mutatur, diuiſile eſt, & illud ex aliquo in aliquid non ſolum habent ea, quæ mouentur ſecundum locum, ſed ſimul omnia, quæ mutantur, aut omnia ſimiliter erunt diuidua, quæ mutanē ex aliquo in aliquid mota, aut nullū. Quod verò non de ſolis, quæ mouētur localiter, ſed de omnibus ſermo ſit ipſi, indicauit exēplo, quod appoſuit. Nam fuſcum, & album, ac nigrum ſumpſit,

Alex. negat animā poſſe à corpore ſeparari.

Cur à nōnullis tribuitur animæ corpus ut illi uehiculo quoddam, narrat Alex.

Quo pacto anima moueatur.

Appetitiones, iræ, ac cupiditates, motus corporei ſunt. Iudicia, & cōtēplationes ſunt in aīa, ut illius perfectio & actus.

Mēs extrinſecus aduenies pōt ſeparari.

Motus aīæ ex Stratonis ſententia, ſunt operationes.

Cur animæ uehiculum detur?

Nō eſt aīa in corpore uelut in loco, uel tāquā in uaſe.

Quidnam ſit animam ſeparari.

Subtiliora corpora per craſſiora procedere poſſūt.

Sphæræ per tota, quæ deinceps ſequūtur procedunt.

Mutatio, quæ fit tota ſimul et aceruatim.

Nū quippiā ualeat eſſe mutatū qđ prius non mutabatur.

sumpsit,quibus alteratio & non motus localis fit. Sed aspi ciens primo huius tractatus ad alteratione dixit hoc. {Per inde ac subita non fiat mutatio.} Verū potuit albo, fusco, nigro vti nunc exempli loco,& non dicere de alteratione, sed hoc demōstrare,quid est id deinceps sequitur,in quod mutatio fit. Veruntamen in sequentibus de omnibus quæ mouentur, vtitur hoc,quod diuidua sint,tanquam vniuer se ostenso. Sed in calce libri etiam de his, quæ mutantur ſm contradictionem, quæ oriuntur & intereunt, dicit, quod pars est etiam horum in vtraq; contradictionis parte,quasi prius demonstrarit, ꝙ non solum quod mouetur est diuisile,sed etiam omne,quod mutatur. Sed sciendum est,ꝙ in his,quæ mouentur ſm locum, necesse est, vt aliquid sit in eo, ex quo mouetur, & aliquid in eo ad quod. Sı.n.in his est illud alicunde,aliquo. Sed in alteratione,auctione,& diminutione non est necesse vt sic fit, sed potest in his,& alteratio subita fieri, & accretio. Nam cuicunq; parti eius,quod augetur,additio simul fieri videtur. Similiter & diminutio simul fit. Sed inquit Alex.ꝙ fieret motus etiam in his,quæ mutantur subito, quia omnino est in his etiam aliquod intermedium, ſm quod mutatio fit,& non potest quod mutatur secundum hæc, ex hoc in hoc mutari,nisi per intermedium. Nam magnitudo, ad quam mutatur id quod augetur, & omne, quod additur ei,vt augeatur,dimidium est,similiter quod aufertur, & discedit, vt diminuatur. Item inter qualitates, ad quas mutatio ſm alterationem fit,intermedium est, per quod mutatur alteratum ad tale, & si totum simul mutetur. Nam ad quod mutatur,aliquid illius erit primum, quod intermediū est, inter id ex quo mutatur,& id,in quod mutatur. Iccirco & omnis motus in tempore. Oportet autem, inquit Alexan. de hoc vltra etiam quærere. Nam paulopost ostendens,ꝙ diuidua est etiam qualitas,ſm quam alteratio fit,dicit qd diuidi potest per accidens. simul nanq; diuiditur ad diuisionem eius,quod alteratur,quasi id etiam per partes mutetur. Nisi forte melius, inquit, intelligēdum sit hoc. {Per inde ac non subita fiat mutatio,} tanquam id non de toto, quod mouetur dictum sit,sed velut de parte,quæ simul tota mutatur,sed minime de toto. Nam pars lactis condensati tota simul mutatur, sed non totum, cuius signum est, non æque fieri congelationem in minori, vt in maiori copia lactis. Nam in quocunq; velocius mutatur id,quod est magis aptum ad patiendum,vel natura,vel quia proximus est agenti. Item pars illius,ꝙ accenditur à Sole, simul tota mutatur. Nā versa ad Solem superficies, prima est,tamen non erat ipsa mota, tamen erat alia. Sed quod augetur, si etiam omne totumq; augeatur,tamen non simul. Partes.n. aliæ sunt alijs proximiores ei,quod administrat nutrimentum eis,& præbet incrementum. Hęc ergo Alex. ad hunc locum collegit. Sed Themistius Euphrades non assentitur Alexandro,quantum ad illud,ꝙ ait,de his,quę subito mutantur,velut in coagulatione lactis,& corpore, quod albū fit. vbi asserit prius vnam partem mutari, & aliam posterius. Inquit.n.sensu fieri manifestum, ꝙ sunt corporum mutationes, & alterationes. Nisi sensus non testis fecerus, sit in his: quippe partes lactis & corporis nigri facti, cum exiguæ sint,lateant sensum,an simul cum reliquis alterentur. Sed magis dicendum est, ꝙ si magis omnino aliqua pars,& exigua,quod illa simul alteratur,quod quidē Alexan.dat,& qm etiam illa in partes diuisibilis est, si tota simul alteratur,non erit verum, quod nunc dicitur ab Aristotele,omne videlicet,quod mutatur, alteram sui partem habere in eo,ex quo mutatur, & aliam in eo ad quod mutatur. Quod si pars non simul tota alteratur,euertit hoc in primo libro dictum Aristotelis contra Melissum, videlicet {Perinde ac non simul fiat mutatio} quare manet adhuc dubitatio. Veruntamen quæ, inquit Themistius, pro subsidio rationis,hæc sunt. At nos existimamus Aristotelem de his, quæ mutantur subito, ꝙ diuidua sint putasse, non oportere rationem adducere. Si.n.illa dicimus simul repenteq; mutari, quorum omnes partes simul vno tēpore alterantur, vel augentur, patet, ꝙ in his, quæ possident partes, est talis mutatio, quæ vero nullam possident partem, quō simul secundum vniuersas partes alterarentur. Vel ergo hoc non est mutari repente, simul mutari secundum oēs partes,vel si hoc est repente,ridiculum est quærere si hæc sint diuidua. Quocirca Arist. nullo pacto de his rationem fecit,sed de his,quæ alijs modis mutantur.

CAPVT IIII.

Motus autem est diuisibilis dupliciter. Vno quidem modo tempore: Alio vero secundum motus partium eius,quod mouetur. Vt si ipsum A C *mouetur totum, & A B mouebitur, & B C. Sit igitur ipsius quidem A B,motus D E:ipsius autem B C, E F motus partium,necesse est igitur totum, in quo D F, ipsius A C, esse motum:mouebitur.n.secundum eum. Quoniam.n. vtraq; partium mouetur secundum vtrunq;: nihil autem mouetur secundum alterius motum, quare totus motus totius est magnitudinis motus.* Tex. 33.

Cum ostenderit omne,quod mouetur, esse diuiduum nunc ostendit, quod etiam motus diuiduus est, & dupliciter erit diuiduus. Vno quidem modo ſm tempus: quia omnis motus est in tempore, & omne tempus est diuisibile: & ostensum est, ꝙ in minori tempore minus mouetur quod similiter mouetur, & in maiori maius sed quod habet plus & minus, diuisibile est secundum tempus. Etenim tempus plus & minus habet, propter quod est diuisibile. Sed de diuisione motus secundum tempus, iam plura retulit,& paulopost iterum repetet. Cæterum,cum proxime ostendisset,id,quod mouetur, diuisibile esse, deinceps nūc ostendit alterum modum diuisionis ſm motum, qui fit secundum diuisionem eius,quod mouetur. Nam, cum id quod mouetur, sit diuisibile,& habeat spatium aliquod & longitudinem, necesse etiam est, vt motus eius sit in toto spatio, ipsius, quod mouetur, & idem habere spatiū quod habet id quod mouetur. Si ergo æquale sit spatium motus,cum spatio eius quod mouetur, diuisio in partes, diuidetur etiam ipse eodem modo secūdum partes eius quod mouetur. Vnde ratio vniuersa huiusmodi est. Si idem motus est totius,qui quidem est etiam partium simul positus diuidetur motus secūdum magnitudinem, quæ mouetur. Et cum connexum manifestum sit, si antecedens verum fuerit,etiam consequens verum erit. Quod autem antecedens verum sit ostendit expositione huiusmodi. Sit magnitudo,quæ mouetur A C. Et partes eius A B, B C. Sit A B, motus D E,& ipsius D C, motus E F. etenim cum totum mouetur,necesse est etiam,vt partes moueantur, dico ergo ꝙ magnitudinis vniuersæ A C, totus motus erit D F. Hoc autem pluribus ostendit, quo ostenso, patet quod diuidetur motus secundum magnitudinem. Sed idem demonstrat secundum primum argumentum, accipiendo vt quid manifestum,ꝙ nullum motum mouetur alterius motu. Hoc autem clarum est his,qui considerare species tuum,& partes voluerint. Quod.n. mouetur secundum locum, non illius mouetur motu, quod alteratur, neq; id, quod mouetur motu A B, mouetur motu ipsius B C, sed suo vtrunq;. Si ergo A C,totum mouetur,patet, ꝙ secundum suas partes mouetur,vt A B & B C:sic.n.totum mouebitur,& erit ipsius

Com. 24. Duplex motus diuisio, una quidē per tempus, altera per partes.

Nullum motum, alterius motu mouetur.

ipsius A B, motus D E, & motus B C, erit E F, qui sunt partes vniuersi motus D F. Nam & si non per se mouentur partes continui motu totius, tamen in ipso toto mouentur. Nam ob id & motus diuiduus est, sed non diuisus. Diuisus.n.esset, si vnaquæq; pars totius per se moueretur. Si ergo motus D E, est ipsius A B, & motus E F, ipsius B C, patet, ꝙ & totum motum D F, necesse est, & totum A C, esse. Nam alterius non potest esse ob id, quod vniuerse ponitur, videlicet, ꝙ nihil mouetur motu alterius. Hoc.n. posito, neque totus motus D F, erit alicuius magnitudinis partis, neq; alterius præter partes. Sic ergo vno modo ostẽsum est propositum. Erat autem hoc, quod motus partium totius cõpositus, est motus ex partibus totius magnitudinis. igitur & conuersum erit verum, quod si totus est totius, & partium erunt partes, ex quo proficiscitur necessario, motum diuidi secundum magnitudinem, quæ mouetur. Sed cur non, accipiẽdo aliquem motum D F, magnitudinis A C, sic ipsius A B, ostendendo D E, motum esse, & B C, motumẽ F conclusit, ꝙ secundum magnitudinem diuiditur motus. Nam, quia hoc erat sumere id, quod est in principio, & non per altera ostendere propositum, Item si totius A C, totius motus D F, sumptus esset à principio, non omnino sequerentur etiam partes partium. Quid.n. si motus foret talis, vt diuidi minime posset. Sed si partes fuerint partium, necesse esset etiam, vt totus sit totius. Nam totum potest diuiduum esse, atq; indiuiduum.

Tex. 34. *Amplius autem, si omnis quidem motus alicuius est: totus autem motus in quo D F, neq; partium est alterius, (partis.n. vtra sunt, neq; vllius alterius, cuius.n. totus totius, & partes partium sunt. partes autem motus D F, sunt partium* A B C, *& non aliorum. plurium.n. non erat vnus motus,) etiam si sit totus motus magnitudinis* A B C.

Com. 25. Hoc est secundum argumentum, ostendẽs, ꝙ totus motus D E F, est totius magnitudinis A B C. Sed ostenditur hoc ex prius accepto, videlicet, quod D E, est motus magnitudinis A B, & motus E F, ipsius B C, & ex dignitate, quod dicit, omnem motum esse alicuius, quod mouetur. Sed demonstratio ex quadã diuisione talis procedit. Motus totius D E, aut alterutrius partis A C, magnitudinis est, aut ipsius A C, totius, vel alicuius alterius ab illis, & est sufficiens diuisio. Si ergo neq; neutrius ex partibus est totus, & neq; alterius cuiusdam erit motus D Z. Si.n. esset alicuius alterius totus, & partes eiusdem erunt partium illius. Non.n. indiuisibile existens mouebatur. Hoc autem velut manifestum accipit, & vt iam ostensum ab ipso in argumento ante hoc. Sed partes ipsius D F, & partes ipsius E F, sunt partium A C, videlicet A B, & B C, & non possunt hæ partes motus & aliarum partium esse. Non.n. vnus & idem potest esse plurium numero. Igitur restat vt totus motus D E, sit totius magnitudinis A C.

Tex. 35. *Amplius autem, si est quidem totius motus alius, vt in quo* H I, *remouebuntur ab eo vtrarumq; partium motus. hi autem æquales erunt motibus* D E, E F, *vnus.n. vnius est motus. Quare, si totus quidem diuidetur, qui est* H I, *in partium motus, æqualis erit* H I, *motui* D F. *Si vero deest aliquid, vt* K I, *hic nullius erit motus. neq; enim totius, neq; partium, propterea quòd vnus totius est, neque alterius vllius. continuus.n. motus est continuorum quorundam. Similiter autem est, & si excedit secundum diuisionem. Quare, si hoc impossibile est, necesse est eundem esse & æqualem. Hæc igitur diuisio secundum partium motus est, & necesse est cuiusuis partibilis ipsam esse.*

Com. 26. Cum ostendisset totum motum D F, esse totius magnitudinis A C, quia non potest esse alicuius alterius magnitudinis, nunc ostendit idem, quia non potest quidam alius motus esse ipsius magnitudinis præter D E. Si.n. potest esse, sit A C, magnitudinis totius quidam alius H I, ab ipso D E, partes porrò H I, erũt partium ipsius A C, & si partes H I, motus, velut H K, & K L, æquales sint partibus D E, motus, ceu partibus D E, E F, etiam necesse est, vt totus H I sit, æqualis toti D E, & idem. Nã vniuscuiusq; motus est vnus & non possunt alij quidam motus partium esse ipsius A C, cum his E F, neq; motus totius cum motu D E, sed si H I, motus diuisus esset in partes motus idem erit motui D F. Nam in partes illius diuiditur. Verũ ipse, loco huius, idem erit huic D E, siquidem in illius partes diuiditur, dixit, æqualis erit H I, motui D E. Quod si auferantur æqualia à motu H I, videlicet D E, & E F, supererit aliqua alia pars, vt K I, quæ est pars motus H I, nullius erit motus A C. Nam neq; totius: Totus.n. H I, erat totius, neq; alicuius partis ipsorum. neq;.n. habet aliquam aliam partem præter A B, B C, quarum erat motus H I, in duas diuisus æquales his D E, E F. Sed cum dixerit, neq; alterius ex partibus hoc quidem adijcere, propterea, quod nullam aliam parte habet, prætermisit, velut manifestum. Quod vero nullius sit eorum, in quas diuisus est, demonstrauit, dicẽdo, quod vnus est vnius. Non.n. potest eadẽ pars simul alicuius partium D E, E F, & totius, sed neq; extrinsecus alicuius alterius erit, cuius causam hanc adiecit. {Continuus.n. motus} T H, I. Sed continuus est alicuius continui & vnius, & nulla est alia pars in ipso A C, præter hanc A B, B C, continuam eidem, Quod.n. extrinsecus acceptum est, & nõ est pars ipsius A C, non est continuum ipsi. Eadem quoq; ratio, & si motus partium eius, quod mouetur, excederent diuisionem motus H I, vt sint alij motus partium A C. videlicet A B, B C, & alij E F, maioris motus partium H I, quem efficit A C, dum mouetur. Cuius.n. esset excessus? Neq;.n. totius: quippe huius erat totus, neq; alicuius partium, quia sunt diuersi ab ipso excessu. Si ergo necesse est alicuius esse totum motum, deficientis autẽ vel excedentis, neq; deficiens, neq; excedens alicuius erit, vnde patet, ꝙ neq; deficit, neq; excedit, sed completur & æqualis est toti motui ex partibus. Quod si idem, æqualis. Etenim omnes partes sunt eædem cum toto. Sic ergo, cum ostendisset, ꝙ motus diuisio fit ſm eius magnitudinis, quę mouet diuisionem, siquidẽ & totus totius sit magnitudinis, & partes partium sint, concludunt dicta. Sed dixit, omnis partibilis, vel pro hoc, quod mouetur. Nam ostendit, quod omne, quod mouetur, partibile est, Vel dixit pro eo, quod mouetur in singulis partibus. Quia, si omnium partium eius, quod mouetur, est motus, etiam diuideretur secundum partes eius, quod mouetur. Eudemus autem & sic demonstrat propositum. Si.n. est totius motus, est etiã vniuscuiusq; partium: sed hi sunt diuersi, & pars à suo toto, partes quidem erunt totius ipsi motus, & totidem quot erunt eius, quod mouetur: quare partes eius quod mouetur, adæquantur toti, & motus ipsius, quod mouetur, erunt ęquales. Et dubitationem quandam videri circa dicta inquit Eudemus, quõ dicendæ sint partes moueri. Non.n. sunt actu. Vel oẽs erunt diuisibiles multæ & infinitæ & nulla erit vna. Porrò, si oportet intelligere partes, de alteratione aliquo apparet dictum contingere. Nam albesit vnumquodq; aliorum osseum, & horum proprie videntur reiterationes numero. Potest.n. aliud albefieri, & aliud non. Sed specie sint eædem. Fit ergo, & harum omnium motus idem motui. Quid interest, si dicamus motum vniuscuiusq; sigillatim, vel omnium simul, sed in his, quæ feruntur, quomodo dicemus vnamquamq;? nam vnaquæq; partium æquali motu defertur, *Quonammodo partes dicendæ sint moueri.*

& prima

& prima sumpta & vltima, & quęlibet. Sed tamen sunt infinitæ. Vtrum ergo totius motum vnius stadij dicere possumus, vel pluriũ stadiorum? Nam ipsum totum infinita stadia peruaserit. Et accretio videtur alterationi cognatior: quare horum motus secundum motus partium, aliquomodo simul patiũtur. Sed de motu secundum locum considerandum est. Hæc igitur suis verbis Eudemus dubitat. Sed dicendum existimo ad hæc id, quod paulo ante dictum est, quòd & si non per se partes continui mouerentur secundum locum, tamen in toto mouentur, & ob id etiam motus & magnitudo sunt diuisibiles, sed non diuisæ dicuntur. Nam essent diuisæ, si vnaquæque pars totius per se moueretur.

Partes continui quamq̃ per se moueri non dicat, mouentur tamen in toto.

Tex. 36

Alia autem est secundum tempus. Nam, cum omnis motus in tempore sit, tempus autem omne diuisibile sit, in minori autem minor motus sit: necesse est omnem motum diuidi secundum tempus.

Cõm. 27.

Cum dixisset omnem motum esse bifariam diuisibilem: vno modo secundum tẽpus, & alio modo secundum magnitudinem, quæ mouetur: & ostendisset tribus modis diuiduum illum esse secundum magnitudinem, quæ mouetur, breuiter, & palam ostendit, ꝙ motus est diuiduus secundum tempus. Nam omnis motus est in tempore, & tempus omne diuisibile est, & in dimidio temporis dimidium mouetur, si regulariter moueatur, & in tertio tertium, & omnino in maiori maius, & in minori minus. Si autem in maiori tempore plus motus cõsumitur, & in minori minus, & secundum eandem proportionem, igitur omnis motus diuiditur secundum tempus. Erit (inquit) Alexander facta diuisio motus secundum tempus, quemadmodum secundum magnitudinem, & secundum partes eius, quod mouetur, vt erit secundum latitudinem. Etenim tempus secundum lineam procedit nihil latitudinis indicans, sed quod mouetur habens latitudinem velut in superficie mouetur, sed non velut in linea.

Motus diuisio ex tempore fit tãquam per longitudinem. Diuisio vero motus per partes, est quasi per latitudinẽ.

Tex. 37.

Quoniam autem omne, quod mouetur, in aliquo mouetur, & aliquo tempore. Et deinde vniuersi addunt aliqui, Omnis eius, quod mouetur est motus, necesse est easdem esse diuisiones & temporis, & motus, & ipsius moueri, & eius, quod mouetur, & eius, in quo motus est. Verum non omnium similiter in quibus motus est, sed pro illo, quod est Loci, legunt aliqui, Quanti: apud Græcos nanq; quædam voces similes tantum sunt, vt nonnulla sit loci similitudo ex se, qualitatis vero ex accidenti. Accipiatur.n. tempus, in quo mouetur, in quo A. & motus, in quo B. Si igitur secundum totum motum in toto tempore est motum: in dimidio, secundum minorem. & rursus hoc diuiso, secundum minorem hoc. & iterum illo diuiso, & semper sic. Similiter autem & si motus diuisibilis sit: & tempus diuisibile. Si.n. totum in toto, dimidium in dimidio. Et rursus minorem, in minori.

Cõm. 28.

Cum probauit omnia continua, magnitudinem, quæ mouetur, & id secundum quod est motus, siue secundum locum, siue ſ̃m quantitatem, & qualitatem: atq; motum, & moueri: & tempus diuiduum esse in semper diuidenda, & nihil constare ex indiuiduis: nunc ostendit, ꝙ horum omnium diuisiones eædem sunt, & ęque omnia simul inter se diuiduntur. Illud autem {& vniuersi est motus} vel deficit. (Quod mouetur vt sit,) vt iacet in textu, quẽ nos adduximus, quod quidem prius dixit, quod omnis motus est alicuius, videlicet quod mouetur. Huius.n. & id secundum quod est motus, & tempus in quo mouetur. Vel {vniuersi est motus,} quia quod mouetur per se, cum sit totũ, & omne mouetur. Item illud, in aliquo, secundum quod est motus significat & illud quod mouetur ſ̃m locum, & quantum, & quale. Cum ergo dixerit esse eandẽ omnium diuisionem, quia qualitas non videtur diuidi secundum diuisionem in partes, quia neq; quantum est, ob id adiecit, quod non similiter omnia ea diuidentur, ſ̃m quæ motus fit. Nam locus, secundum quem fit motus localis, & magnitudo, secũdum quam auctio & diminutio fit, cum sint quanta, per se diuidentur: sed qualitas secundum quam fit alteratio, per accidẽs diuiditur. Nam quia corpus diuiditur, in quo est qualitas, hac ratione etiam & ipsum quale diuidetur. Cum ergo posuisset loci per se diuisionem esse, non amplius adiecit, & magnitudinis, qua motus fit secundum accretionem & diminutionem, sed hoc velut notum prætermittens, subiunxit quale per accidens. Vel oportet (inquit Alexander) sic scriptum esse, pro loco per se, hoc quanti per se. Sic.n. de loco, & de magnitudine dixit. Nam vtraq; quanta sunt. Hæc igitur cum proposuisset, post hæc ostendit eadem: & primum quod simul cum tempore diuiditur motus, & econtra, ꝙ tempus vna cum motu diuiditur. Si.n. in ipso A, tempore aliquid toto motu B pertransit, patet quod regulariter motum in dimidio temporis A, dimidium eius motus B, pertransibit, & semper diuisione temporis simul diuidetur secundum eadem & motus. Econtra autem, si motus est diuiduus, & sic diuiduus. Hoc enim nunc maxime ostenditur & tempus sit necesse esse diuisibile esse. Si.n. totum motum B in toto tempore A, aliquid motum est, & dimidium in dimidio tempore, & minorem semper in minori mouebitur tempore.

Eædem prorsum diuisiones sunt, motus, eius quod mouetur, moueri, & in quo mouetur.

Eodem autem modo & ipsum moueri diuidetur. Sit.n. in quo C, ipsum moueri: secundum igitur dimidium motum, minus erit toto, & rursus secundum dimidij dimidium, & sic semper. Dici quoq; potest, cum quis designauerit ipsum secundum vtrunq; motum, moueri, vt secundum motum D C, & C B, dicere, quòd totum erit secundum totum. Si.n. est aliud, plura poterunt moueri secundum eundem motum, sicut determinauimus & motum diuisibilem in partium motus esse: accepto enim ipso moueri secundum vtrunque, continuum erit totum. Tex. 38.

Cum demonstrasset tempus ac motum similiter inter se diuisibilia esse, ostendit, quod etiã moueri, quod est actus secundum motum, aut affectio, æque diuiditur, vt motus. Si.n. moueri sit præsentia motus: patet, ꝙ præsentia maioris motus plus ipsius moueri erit, & præsentia minoris minus erit: quare moueri simul diuiditur cum motu, cuius præsentia est. Si.n. C est totum moueri, A D vero motus cuius præsentia, est C, vt moueatur: motu A B, qui dimidius est motus A D, erit minus moueri. Nam dimidium est ipsius C. Eodem modo & si dimidium motus A B, acceperimus secundum hunc dimidium erit dimidij moueri, & semper diuidentes sic motum eadem diuisione & moueri diuidemus. Sic ergo demonstrauit. Si totũ moueri præsentia totius motus sit: & partes moueri secũdum easdem partes motus diuidentur. Cęterum expositione illud econtra ostendit, ꝙ, si partes moueri præsentia partium motus simul diuiderentur, & totum moueri præsentia totius motus fiet. Sic.n. totus motus D E, diuisus secundum C, & partis C D, eius actus, & moueri sit F G, & alterius partis motus G E, sit moueri G H, vt totum moueri secundum totum motum D E, fiat. Quod si quis diceret vniuersi motus D E, non esse moueri F H, sed vel F G, vel G H, vel aliud quid pręter hæc, non rectè dicet. Nam ipsius F G moueri motus erat D G, & huius G T H motus G E, sed neuter totus D E. Quòd si alicuius alterius plura erunt moueri secundum eundem motum, quod quidem fieri nequit. Nam vnius motus numero, vnum est moueri. Hoc autem, Vt demõstrauimus,

Cõm. 29.

Moueri diuiditur sicut motus.

ſtrauimus,} & motum diuiſilem in motus partium dixit, quoniam cum paulò ante demonſtrare, ꝙ motus ſimul diuiditur cum partibus illius, quod mouetur per ſe, dixit & ibi, ꝙ ſit motus compoſitus ex partibus totius non erit motus totius, quod mouetur, ſed quidam alius, abſurdum ſequetur hoc, ꝙ plures eſſent eiuſdem motus. Nam partes primi ſumpti motus erunt eiuſdem motus, & partes ſecundi, qui ponitur ſi fuerit alius, & ſic idem moueretur duobus motibus. Sed cum oſtẽdat ſequens abſurdum eſſe, niſi aliquis diceret totũ moueri præſentia totius motus, cuius partium præſentia partes moueri fieri dicebantur. Dicit ergo quõ totum moueri erit præſentia totius motu. Si.n. ſumptum fuerit ſecundum vtranq; partem motus continui ipſum moueri, & hoc æque continuum eſſe, vt motus demonſtratur, quod ſit ſecundum eundem motum.

Tex. 39. • *Similiter autem demonſtrabitur longitudinem eſſe diuiſibilem, & omnino omne illud, in quo eſt mutatio. Verum quædam ſecundum accidens. quoniam id, quod mutatur, eſt diuiſibile. Vno n. diuiſo, omnia diuidentur. & in hoc, quòd ipſa finita ſint, aut infinita, ſimiliter ſe habebit in omnibus.*

Cõm. 30. *Secũdum qđ ſit motus ſimul diuiditur cum tempore & motu.* Vt tempus, inquit, oſtenſum eſt, & motum & moueri eiſdem diuiſionibus diuiſa eſſe, ſic demonſtrabitur cum prædictis id eſſe ſimul diuiſum, ſecũdum quod ſit motus. Si ſecundum locum fuerit motus, erit longitudo: ſi ſecundum quantitatem, vt accretio, & diminutio, magnitudo: ſi ſecundum qualitatem, erit qualitas. Nam quoduis horum diuidatur, & alia omnia ſimul cum eadem diuiſione diuidentur. Si.n. aliquid in toto tempore quodam toto motu moueretur vel ſ m quale, vel ſecundum quantum, vel ſecundum locum: diuiſo tẽpore in dimidium, vel tertium, vel aliquam aliam partem, etiam motus & id, ſecundum quod eſt motus, in eaſdem partes diuidetur. Et qualitas tamen, ſi motus fuerit ſecundum qualitatem, non erit per ſe diuiſa, ſed per accidens. Non.n. quatenus qualitas, ſed quatenus ꝙ alteratur & mutatur ſecũdum qualitatem, eſt quantum. Quia.n. dimidium huius dimidio tempore alteratur, & id ſecundum quod ſit alteratio in dimidium diuidetur. Dimidium.n. qualis in toto eſt in dimidio totius, & quod mouetur ſimiliter diuidetur cum prædictis, vt dixit prius. Si.n. totum in toto tempore erit dimidium ipſius in dimidio motum. Sed in his, quæ mouentur vi ſecundum locum, quod mouetur ſimul diuiditur cum tẽpore. Nam amplior magnitudo idem ſpatium abſoluit vi in motu in maiori tempore, & minus in minori. Sed in motu, Qui ſit ſecundum naturam, quõ hoc rectè dici poteſt? Nam econtra in his, quæ mouentur natura, pars totius, & minus maiore in maiori tempore mouetur. Niſi & in his ſeruetur per ſimile, quia diuiſo tẽpore diuiditur etiam magnitudo, & diuiſa magnitudine tempus diuiditur, ſed econtra & non æque proportione facta. Nam magnitudinis diuiſio, eius, quod mouetur ſecundum naturam, tempus augebit ſecundum proportionem diuiſionis. Quanto.n. minus fuerit id, quod mouetur ſecundum naturam, tanto plus temporis in quo mouetur, euolabit. Sed temporis rurſus diuiſio magnitudinem augebit ſecundum proportionem propriæ diuiſionis. Quanto.n. minus eſt tempus, tanto maior eſt magnitudo eius, quod mouetur ſ m naturam motu in minori tempore, quare econtra ſe habet proportio in his ſecundum naturam, & his, quæ mouentur ſecundum locum præter naturã? Cum ergo oſtendiſſet, ꝙ æque prędicta diuiduntur comparata inter ſe, inquit eodem modo ſe habere partes, quæ fiunt ex diuiſione ipſorum quo ad finitas eſſe, aut infinitas. Et quõ eſt in ipſis infinitum, & quod ſit hoc in infinitum, in ſequentibus determinabit.

Non eſt per ſe diuiſilis ipſa qualitas.

Sequutum eſt autem maxime hoc diuidi omnia & infinita eſſe, ab eo quod mutatur. Statim.n. ineſt ei, quod mutatur, diuiſibile, et infinitum. Diuiſibile eſſe igitur oſtenſum eſt prius, infinitum autem in ſequentibus erit manifeſtum.

Cum reſtaret demonſtrare, ꝙ etiam id, quod mouetur, quod iam oſtẽſum eſt diuiſile eſſe, ꝙ ſimiliter diuiditur vt alia, ex ſuperabundantia hoc oſtendit, ꝙ etiam alia omnia diuiſibilia ſunt, ad illud, quod mouetur conſequentiam. Neq;.n. tempus, neq; motus, neq; moueri, neq; locus, aut magnitudo, aut qualitas, æqualia ſunt & totius quod mouetur, & partis eius. Et merito ab hoc ad alia proficiſcitur diuiſio, propterea ꝙ reliqua vel huius ſunt, vel eorum quæ ſunt huius. Nam longitudo corporis, & motus, & magnitudo, & qualitas, & tempus motus, tñ qualitas vt ſit diuidua ex magnitudine mota euidẽtius habet. Qualitas.n. nec continua, nec diuiſilis per ſe eſt. Cæterum addẽs quod etiam infinitum ſimiliter omnia habent, quæ proueniunt à magnitudine eius quod mouetur. Illud autem, quod diuiſile ſimiliter habent omnia oſtenſum eſſe inquit. Hoc.n. eſt, quod proxime demonſtrauit. Sed quomodo ſit in his infinitum, & quomodo ſimiliter in omnibus, poſterius demonſtrabit. Quærit autem rurſus Alexander, quomodo motus ſecundum alterationem, ſecundum diuiſionem magnitudinis eius, quod mouetur, habet diuiſionem, ſiquidem aliqua & repente mutantur, vt ipſe contra Meliſſum, primo huius tractatus dixit. Hic autem notat Alexander, ꝙ & ſi non totum, ſed aliqua pars eius ſubito mutatur, non amplius diuiſione partis ſimul diuideretur, neque motus, neq; tempus. Et reſpondet dicens, quod non ſimul diuiditur cum omnibus partibus ſuis, ſed cum illis, velut eius quod mouetur quatenus mouetur.

Cõm. 31. *Ex conſecutione ad id qđ mouetur diuiduntur omnia diuiſibilia.*

Motus, qui eſt alteratio quo ad magnitudinis diuiſionem diuidatur.

CAPVT V.

Tex. 40. *QVoniam autem omne, quod mutatur, ex quodam in quoddam mutatur, neceſſe eſt id, quod mutatum eſt, quando primum mutatum eſt, eſſe in quo mutatum eſt. Quod.n. mutatur, ab eo, ex quo mutatur, diſcedit, aut relinquit ipſum. & aut idem eſt mutari & relinquere, aut relinquere ſequitur mutare, reliquiſſe autem mutatum eſſe. ſimiliter.n. vtrunq; ſe habet ad vtrunq;.* Tex. 41 *Quoniam ergo vna mutationum, ſecundum contradictionem eſt, quando mutatum eſt ex eo quod non eſt, in id, quod eſt, dereliquit id, quod non eſt: erit igitur in eo, quod eſt. Omne.n. neceſſe eſt aut eſſe, aut non eſſe. Manifeſtum igitur eſt, quod in mutatione ſecundum contradictionem, quod mutatum eſt erit in quo mutatum eſt. Si autem in hac, & in alijs. ſimiliter enim in vna & in alijs.*

Cõm. 31. *Mutatum, quando ſit in illo, ad quod vel in quod mutatum eſt.* Propoſitum eſt oſtendere, ꝙ id, quod mutatum eſt, quam primum mutatum eſt in quod mutatum eſt, neceſſe eſt, vt in hoc ſit, in quod mutatum eſt. Non.n. ſimpliciter quod mutatum eſt, neceſſe eſt vt iam ſit in eo, ad quod mutatum eſt. Si.n. aliquid è nigro in album mutatum erit in fuſco, hoc erit mutatum ex nigro, nõdum tamen eſt in album, in quod mutatum eſt. propter quod neq; in albo eſt aliquomodo, in quod mutatum eſt. Sed primum additur ei, quod mutatum eſt, quia ſic ſit vera ratio. Qui.n. Athenas proficiſcitur, vt primum Athenas venit, neceſſe eſt, vt ſit Athenis: tamen ſuperiore anno proficiſcebatur Athenas, & dum tendebat Athenas non erat neceſſe hoc tempore Athenis eſſe, ſed tum erat, vbi primum acceſsit. Problema igitur tale, Aſſumens vt manifeſtũ, omne quod mutatur ex aliquo in aliquid mutari, oſtẽdit propoſitum, ex tranſumptione nominum, & ex mutatione habẽte hoc manifeſte ſecundum ortum, atq; interitum. Tranſumptio igitur

igitur mutandi facta est in ipsum relinquere. Vel.n.idem est mutare, & relinquere: vel relinquere sequitur ipsum mutare: si hæc ergo ita se habẽt inter se, vt vel eadem sint, vel alterum alterum sequatur: patet q etiam mutatum esse, & reliquisse sic se habebunt inter se: quare vel eadem erunt, vel dereliquisse sequitur mutatum esse. Hoc autem prius sumpto, patet q cum & secundum ortum & interitum mutatio sit ex ipso quod non est, in id, quod est, igitur genitum esse est mutatum esse ex eo quod non est, & mutatum esse est reliquisse quod non est, sed quod reliquit quod est, iam in ipso quod est existit. Nam nullum medium est inter quod est, & quod non est, & contradictionem. Et mutatio in id, quod est, fiebat. Cum autem ostenderit ꝓpositum in ortu, subiunxit quod sic se habet in eadem mutatione, & omnino in omnibus est verum, quod omne quod mutatum est, vt primum mutatum est, in eo est ad quod mutatur. Hoc autem verum est ex hypothesi dicente, quod dictum eodem modo in cæteris se habet, vt in vna quauis mutatione.

Tex. 42. *Amplius, & per se vnamquanq; accipientibus manifestum est: necesse est id quidem, quod est mutatum, ex quo mutatum est, esse alicubi, aut in aliquo. Quoniam.n. ex quo mutatum est reliquit, & necesse est esse alicubi: aut in eo, aut in alio erit. Si igitur in alio, vt in ipso C, quod in ipsum B mutatum est, rursus ex ipso C mutatur in ipsum B: non.n. erat contiguum ipsi B: mutatio.n. continua est. Quare, vt quod mutatum est, quando mutatum est, mutetur in quod mutatum est, hoc est impossibile. necesse est ergo quod mutatum est, esse in hoc in quod mutatum est. Manifestum igitur est, quòd &*

Tex. 43. *id quod factum est, cum factum est, erit: & id, quod corruptum est, cum corruptum est, non erit. Nam & vniuersaliter dictum est de omni mutatione: & maxime est manifestum in ea quæ est secundum contradictionem. Quòd igitur id, quod mutatum est, cum mutatum est primum, in illo est, manifestum est.*

Cõm. 33. *Mutatum est quod mutatũ est in quauis mutatione.* Cum iam probasset, q vt in ortu se habet, ita etiam in alijs mutationibus id, quod mutatũ est. Nam in illo, quod mutatum est, in quod mutabatur est: ostẽdit nunc in vnaquaq; mutatione & nititur idem ostendere hoc modo, & vtitur demonstratione vniuersali, quæ potest congruere omni mutationi. Simul etiam per hãc demonstrationem, & instantiam soluit adductam, contra priorem demonstrationum. Nam aliquis diceret, q id, quod mutatum est, & si reliquerit illud, ex quo mutatur, potest non lõge esse ab his, ad quę mutatur, sed in quodã medio. Est.n. in pluribus mutationibus mediũ. & non oportebat ab ipsis mutationibus ſm contradictionem non habentibus aliquod intermedium, alias mutationes ad normam eandem redigere, in quibus est medium. Soluit ergo, & hanc instantiam per hoc argumentum. Si.n. necesse est id, quod mutatum est, esse alicubi. Deinde, ne aliquis intelligat illud

» {alicubi} de dispositione aliqua, vt diximus, sed de loco,
» quem quidem videtur significare ipsum alicubi, adiecit;
» {aut in aliquo} quod quidem esse communius videtur. Si ergo quod mutatum est necessarium est, vt sit in aliquo, vel in loco, vel magnitudine, vel affectione, vel altera contradictionis parte: & reliquit id, ex quo mutatum est: vel erit in illo, in quod mutatum est, vel in alio quodam ante hoc, ad quod mutatum est, in quo cum esset adhuc, diceretur mutari ad id, in quo mutatum erit, & non esset in illo mutatum adhuc. Non.n. sine mutatione ab hoc, in quo ponitur esse, erit in illud, in quod mutari ponebatur. Nam aliquod spatium erit omnino ab hoc in illud. Non.n. sunt impertilia hæc inter se opposita, vt possit ab hoc, in illo mutatum esse sine mutari. Si.n. continua est mutatio ab A in B in quod mutatum est, necesse est, cum nondum sit in B mutari in ipsum. nam in hoc ponebatur mutari: Si autem non continua fuerit mutatio in B: neq; principio in hoc mutatum est, sed in illud, in quo primum cessauit à mutatione. Quare si nondum mutatum est, in ipso B, adhuc in ipsum mutaretur, in quod mutatum est, quod quidem fieri non potest. Igitur non potest, quod mutatum est, in aliquo alio esse, q̃ in illo, ad quod mutatum est. Potest autem inquit Alexander per hoc. {Mutatio.n. continua} demonstrari, q neq; in quodam alio erit id, quod est ab ipso A in B mutatum, quod quidem est extra A B & separatum est ab ipsa. Si.n. continua est mutatio: & continua assidue est, & non deficit: non erit ipsi A B continuum separatum ab ipsa. Cum ergo soluisset dictam instantiam, infert, q planum etiam nunc fit, quod verum est, quod diximus etiam in mutatione secundam cõtradictonem. Quod.n. factum est, qñ factum est, tum erit, & quando corruptum est, tum non erit: & vniuerse de omni mutatione vere dicitur id, quod diximus, & si maxime perspicuum sit in ea, quæ est ſm contradictionem. quoniam necesse est, vt sit in altera parte contradictionis, quod secũdum quasdam mutationes mutatur, sed non potest in eo, ex quo mutatum est, & reliquit esse adhuc, igitur necesse est vt sit in altero.

In quo autem primo nunc primum mutatum est id, quod mutatum est, necesse est impartibile esse. Dico autem primum, quòd non propterea quòd alterum aliquid ipsius primum sit, huiusmodi est. Sit igitur diuisibile ipsum A C, & diuidatur secundum B: si igitur in A B mutatum est, aut rursus in B C: non vtiq; in primo, quod est A C, mutatum erit: si autem in vtroq; mutabatur (necesse est.n. aut mutatum esse, aut mutari in vtroque) & in toto vtiq; mutabitur. at erat mutatum. Eadem ratio autem est, & si in hac quidem mutatur, in hoc autem mutatum est: erit.n. aliquid primo prius. Quare non erit vtiq; diuisibile illud primum, in quod mutatum est. Manifestum est igitur, quòd & id, quod corruptum est, & quod genitum est in impartibili illud quidem corruptum, hoc autem genitum. Tex. 44. Tex. 45.

Cum ostendisset, q id, quod mutatum est, quando primum mutatum est necessariũ est in illo esse, in quod mutatum est: nunc ostẽdit, q hoc, quod mutatum est, in quo primum mutatum est, non est tempus, sed indiuiduum quoddam temporis, & terminus, quod Nunc appellamus, quod quidem Plato Repente appellauit. Exponens ergo, quid primũ significet, sic procedit ad demonstrationem, Primum.n. vniuerse dici, inquit, hoc aliquid, vel tale esse, vel tantum, & in omnibus similiter, ante quod nihil eiusmodi sit, & sit eiusdem generis. Opponitur autem primo illud, secundum aliud. Secundum aliud dicitur, vel quia aliqua eius pars est talis totum dicitur tale, vt videre dicimus homini non primo competere, quia primum oculis competit, & dicimur esse Athenis, quia locus, in quo sumus, est aliqua pars Athenarum, vel quia genus eius, & cui subordinatum est tale, & idem tale dicitur, vt triangulus ęquis lateribus dicitur habere tres angulos ęquos duobus rectis non primo, sed quia omnis triangulus sic se habet. Quia ergo potest dici aliquid mutatum esse in aliquo tempore, quia in aliqua eius parte mutatũ est, nam in termino eiut, ob id adiecit. {Primo.} Ostendit autem, q sit » indiuiduum illud, in quo primo mutatum est. quod mutatum est, per deductionem ad id, quod fieri nequit. Si.n. fieri potest: Sit illud, in quo primum mutatum est, diuisile, & sit A G, & diuidatur secundum B: necesse est ergo, vel in vtroq; A B, B G mutatum esse, id quod in A G primo mutatum

Cõm. 34. *Illud in quo primo mutatum est qđ mutatũ fuit minimum est tempus, sed terminus temporis, nempe quod Nũc appellamus.*

Primo esse, et secundũ aliud opposita sunt.

tatum esse ponebatur, vel in vtroque mutari, vel in altero mutari,& in altero mutatum esse. Sed si in vtroq; horum A B, B G mutatum est,quo,& in ambobus, primo diceretur mutatum esse? siquidem quando in prima parte mutatum est, nondum in secunda, & quando in secunda, non amplius in prima: si vero in ambabus partibus ipsius A G, videlicet A B & B G mutatur,& in toto A G mutabitur non mutatum,sed ponebatur mutatum esse in ipso A G primo. Quod.n.mutatur in omnibus alicuius partibus,& in toto eodem mutabitur.Quod si in altera parte ipsius A G mutatur adhuc, & in altera mutatum est, absurdum aliquod accidit,videlicet esset prius primo. Nam ponebatur in ipso A G primo mutatum esse. Si ergo in parte ipsius vtrauis mutatum est, in prima ergo erit mutatum, & tum igitur in toto: quare primo prius accipietur. Sed absurdum, & hoc est per se, vt aliquid sit prius primo. Nam haud primum illud est,quo est aliquid prius,& tamen quia in primo dicebatur illud,quod non in parte ipsis, sed in toto.Si ergo,in parte ipsius A G erat mutatu esse, non amplius A G. primum erat in quo mutatum est. Cum ergo ostenderit, q̃ si positum fuerit diuisile illud, in quo aliquid mutatum est,aliquod sequitur, quod fieri nequit secundum vnamquanq; diuisionis partem, merito concludit rationem dicendo. Quare neq; erit diuisibile,in quo mutatum est,primo videlicet,& si hoc {Primum} prætermisit,velut manifestum. Sed quoniam in argumento ante hoc demonstrauit, quod mutatum, q̃n primum mutatum est, in illo est,in quo mutatum est: & quod palam apparet hoc maxime in mutatione secundum ortum,& interitum:merito & nunc induxit,manifestum esse, q̃ & genitum,& corruptum,quorũ corruptum est aliud in indiuiduo,& aliud genitum. Si.n.corruptum,& factum,in quo primo mutatum est,aliud interijt,& aliud genitum est,sed aliud quod interit in aliquo primo, & aliud fit corruptum est, in ipso indiuisibili,quod ergo corruptum est,& fit in ipso indiuiduo interijt,& factum est,per hoc inquit Alexander,& solutionem nobis insinuauit rationis, quæ à sophistis adducebatur,cum illi percontarẽtur sic, in quo tempore Dion obit? Vel.n.quando viuebat, vel quando obijt: sed neq; quando viuebat,nam in illo viuebat: neq; quando obijt, nam obijt in hoc toto tempore. si ergo neq; in eo tempore,quo viuebat,neq; in quo obijt Dion è vita excessit,non ergo migrat è vita,& illud, obit mutationem primam,& exitum primum è vita, & illud quando obijt tempus in quo iam excessit è vita, quia ergo non in tempore mutatum est, iam mutatum, non formidandum est asserere, quod nunquam Dion obit. Nam nunquam velut in tempore,siquidem in indiuisibili è vita exierit.

Sophistica rationis solutio, quando nam Dion perit.

Tex. 49. *Dicitur autem id,in quo primo mutatum est, dupliciter. Aliud quidem,in quo primo perfecta est mutatio:tunc.n.verum est dicere,quod mutatum est. Aliud vero,in quo primo cœpit mutari. Quod igitur circa finem mutationis primum dicimus existit, & est. contingit.n.perfici mutationem, & est mutationis finis,qui iam & ostensus est quod indiuisibilis est, propterea quod finis est. Quod autem secundum principium est,omnino non est.non.n.est principium mutationis.Neque id temporis,in quo primo mutatum est.Sit.n. primum, in quo A D; hoc igitur indiuisibile quidem non est: accidet.n.contigua esse ipsa Nunc. Amplius si in C A tempore toto quiescit: (ponatur.n.quiescere) & in A quiescet. Quare,si impartibile est A D, simul quiescet, & mutatum erit.nam in A quiescit, in D autem mutatum est. Quoniam*

Tex. 47. *autem non est impartibile, necesse est diuisibile esse, & in quauis partium eius mutatum esse. Diuiso.n.ipso A D, si in neutra quidem mutatum est, neq; in ipso toto: si vero in ambabus mutatur, & in toto. Si autem in alterutra mutatum est,non in toto primo. Quare necesse in quauis mutatum esse. Manifestum igitur est, quod non est in quo primo mutatum est.infinitæ.n.diuisiones sunt.*

Cum demonstrarit mutatum, quãdo primo mutatum est,in illo esse,in quod mutatum est,& quod hoc est indiuisibile in quo primum mutatum est: non.n.in tempore, sed in ipso Nunc: consequens adducit, q̃ primum, in quo mutatum est aliquid,dupliciter dicitur: aliud in quo mutatum est,quod mutatur, in quo etiam à mutatione cessauit,& mutatum est in ipso,dicitur etiam illud, in quo primo incœpit mutatio, aut mutari. Etenim hoc dicitur in quo primo mutatum est,propterea quod existimo mutatum esse, postea quam non mutatur. Cum ergo sic dicatur,& intelligatur illud, in quo primo mutatum est, aliud inquit, in fine mutationis primum dicitur & est, & dicitur proprie.Nam iam absoluta est mutatio, & est aliquid, in quo primo absoluta est,vt demõstratum est nunc.Non enim est finis mutationis mutatio. sed hoc est s̃m principium mutationis, quæ etiã est principium mutationis primum temporis dicitur, in quo principium est mutationis.Hoc,inquit,consubsistit omnino,sed cõiter dicitur & intelligitur,propterea, quod non est accipere primum tẽporis,in quo incœpit mutari,quod mutatur. Neq;.n.mutationis,neq; temporis est accipere principium,in quo primum aliquid mutatum sit, propterea q̃ principium mutationis mutatio est. Sed non extra ipsum mutare est quod est in ipsa, vt in fine & termino quando mutatum erat. Et erit dictum,quod non est principium principij,quia temporis, quod velut principium positum fuerit, hoc habere aliud principium inuenietur. Demonstrat autem idem,& per expositionem sic. Sumatur.n.aliquod,inquit,primum temporis, in quo quod mutatur cœpit mutari. & sit hoc, A D. hoc porrò A D non sit indiuisibile. Erit.n.tempus ex indiuiduis compositum. Principium.n.mutationis est mutatio:sed omnis mutatio est in tempore:quare,si indiuisibile est A D secundum petitionem tempus, & tempus erit compositum ex indiuiduis: quod quidem significauit dicendo. {Accidet.n.contigua esse ipsa Nunc.} vel hoc dixit accidere illis, qui ponunt A D in quo cœpit motum,indiuisile esse, quia accidet in ipso Nunc motum fieri,siquidem A D cum sit indiuiduum, Nunc est: sed in hoc cœpit moueri. Sed principium motus est motus. Quod si in ipso Nunc erit aliquid quod moueatur, quia omne quod mouetur in tẽpore mouetur, temporis partes erũt ipsa Nunc, & tempus erit diuisum in ipsa Nunc, & ex his Nunc compositum. In quo.n.potest motus fieri,hoc est particula tẽporis. Quod vero non sit indiuisile A D & per aliud argumentum huiusmodi ostẽdit. Quod incipit in ipso A D moueri,ex quiete omnino quod mutatur moueri incipit. Erit igitur in ipso A G quiescens, & in ipso A D incipiens moueri. Si ergo in omnia A G quiescet, patet quod etiam in ipso A ipsius A G quiescet. Si ergo est A D impertile, idem erit A D cum A: & in ipso A D quiesceret id, quod cœpit mutari in ipso. Sed quod cœpit mutari in ipso mouetur in eodem,igitur in eodem quiescet & mouebitur, quod quidem fieri non potest. Accipit autem in ipso A moueri velut equale ei quod est non moueri. Nam ponebatur, quod in ipso impertili, neq; quicquam potest moueri, neq; quiescere. Sequitur igitur secundum veritatem, non simul aliquid moueri, & quiescere in eodem Nunc, sed simul non moueri, & moueri, quod quidem est omnino alienum à re ipsa ob dignitatem contradictionis. Cæterum, cum demonstrarit

Comm. n. 36. Primũ in quo quippiam mutatum est bifariã dicitur.

Mutationis principium nõ est primum tẽporis.

demonstrarit quod non indiuisile, sed diuisile, est tempus, quod est principium mutationis, deinceps ostendit propositum, quòd nihil est accipere in hoc, in quo primo mutatur id, quod mutatur. Si enim non est impertile A D, necesse est diuisile esse, & non in primo eodem mutari. Si enim in primo A D mutatur: vel in qualibet parte eius mutatum erit, vel in neutra, vel in altera. quod si in vtrisque vel in altera, non in toto primo mutatur: quod si in neutra mutatur, neque in toto aliquo modo mutatur. Si ergo mutatur in toto, in quacunque ipsius parte mutatur. Sed multæ erunt partes, siquidem continuum est totum: & omne continuum est diuisile in infinitum. quare non est accipere in quo primo mutatur. Nam in omni eo quod accipitur similiter, & non est in diuisione in infinitum primum. Et est ratio de ipso primo mutari. Principium enim motus erat motus. Verum ipse pro mutari, vtitur hoc mutatum esse: quia quod mutatur ad finem mutationis perueniens mutatum est. Proinde in his soluitur dubitatio, quomodo terminus esse dicatur, & motus, & temporis, quo id, quod mutatur, dicitur mutatum esse, & principium non est. Etenim Theophrastus primo de motu inquit, Admirabilia videntur quæ sunt in natura motus: perinde si sit eius principium, sit autem terminus: sed quomodo accipimus terminum indiuisilem, & principium in infinitum diuisile? Possumus enim eisdem rationibus vti, & finis continui erit diuisilis in infinitũ, & principium indiuisile. Videtur ergo, & terminus finisue duplex esse, & principium duplex, & motus, & temporis, & cuiusuis continui: aliud velut prima pars cõtinui, & aliud velut principium & terminus, quæ non sunt amplius partes, neque similia toti. Nam in talibus etiam facta est dignitas & postulatum, ꝙ non sit idem principium, & cuius est principium: neq; terminus, & id, cuius est terminus: vt punctum & principium est terminus lineæ, quod non est idem lineæ. Similiter & Nunc temporis, & momentũ motus. Sic.n. appellant terminũ motus. & primum quidẽ mutatum esse in tali termino dixit esse, quod post totã mutationem est. Nunc aũt principium accipit temporis & motus illud, quod est tanquam pars. Sed patet ex hoc quia dicit hoc esse principium in quo cœpit primo mutari, idest moueri. sed quod mouetur omne in tempore mouetur, & non in termino temporis. Sed tale principium, cũ sit pars continui, & continuum diuiduum est in semper diuidenda. Sed tale non habet principium, quia quod acceperis, & illud diuisile est, cum indiuisile principium oppositum sit termino, in quo mutatum esse dicitur, tale est, vt nihil mutetur in ipso, velut neq; in termino, sed ante mutationem existat, & non habet aliud principium ante ipsum, & ipsum est principium motus, & primum motum accipiẽs illud ſm mutari, vt partem motus & existente in tempus, & terminum in quo primo mutatũ est, id quod mutatur. Hoc aũt inquit, esse & desinens. Nã contingit absolui mutationem. Sed illud non inesse, neq; esse accipere: quia omnis in illo principij est aliud principium, vt etiã in ipso termino, qui est terminus velut pars, est alium terminum accipere. & patet, ꝙ velut cõtinui totius sumpti finiti & termini erunt impertiles, & illos vt partes, vt fines, & vltima est accipere. Sed qñ sumeret velut diuisile in infinitũ, neq; impertiles, neq; velut partile termini accipiendi sunt. Nã ante omne sumptũ partile est aliud, & post omne aliud, & si sumpta fuerit aliqua pars prima vel vltima, quia partilis est hæc, necesse est in quacũq; ipsius mutatũ esse. Quare rursus erit aliquid ipsa prius, & diuisibili semper accepto solũ primũ erit velut indiuiduũ principiũ, vel terminus existẽs,

Quamobrem tẽporis ac motus finis esse dicatur in quo id, quod mutatum est, mutatur, principiũ autem non.

Terminus siue finis, & principiũ motus, ac temporis duplex ẽ.

Nũc est principium temporis, ac finis. Signum siue punctum principium ac finis lineæ. Momentum principium ac finis motus.

Neque igitur eius, quod mutatum est, aliquid primum est, quod mutatum sit. Sit enim D F, primum mutatũ ipsius D E: omne enim quod mutatur, diuisile esse demonstratum est: tempus autem in quo ipsum D F mutatum est, sit in quo H I. Si ergo in toto ipsum D F mutatum est, in dimidio minus erit id, quod mutatum est, & prius ipso D F, & rursus eo aliud, & illo aliud, & semper sic. Quare eius, quod mutatur nihil erit primum, quod mutatum est. Quòd igitur neque eius quod mutatur, neque in quo mutatur tempore primum quicquam sit, manifestum est ex ijs, quæ dicta sunt. Tex. 48. Tex. 49.

Cum ostenderit, ꝙ nihil est accipere temporis, in quo primo quod mutatur cœpit mutari, nunc ostendit, quod neque ipsius, quod mutatur, est accipere aliquid primum, velut partem. Nam tale primum & Nunc accipit, sed non velut impertile oppositum termino impertili, quod quidẽ de tempore dixit illud, in quo mutatum est. Et idem ostẽdit expositione, vtens deductione ad id, quod fieri nõ potest. Quia.n. omne, quod mutatur, diuisile est, sit F E totum, quod mutatur, & diuidatur in partes F D, D E, & prius mutatum sit F D, quàm D E: & tempus in quo F D mutatum est H I sit. Nam in tempore est omnis mutatio. Et vide, ꝙ Nunc tempus posuit H I, in quo mutatum est F D, non velut terminum, quod mutatum est, accipiens, sed pro hoc mutatum est ipsum ponit. Si ergo in toto tẽpore H I, D F mutatum est, in dimidio ipsius temporis H I, quia & omne tempus diuiduum est, erit aliquid minus mutatum quam sit D F. Et patet etiam, ꝙ ante totum F D, & rursus eadẽ parte aliquid prius est, & nihil erit mutari, quod primum mutatum est. Proinde in his concluditur, quod neq; mutati, neq; temporis erit in quo mutatur id, quod mutatum est aliquid primum accipere. Com. 36.

Illius quod mutatur primum sumi nõ potest, quod sit velut pars.

Illud autem, quod mutatur, aut id, secundum quod mutatur, non amplius similiter se habebit. Tria nanq; sunt, quæ esse dicuntur in mutatione: &, Quod mutatur: &, In quo: &, Secundum quod mutatur. vt homo, et tempus, & album. Homo igitur & tempus diuisibilia sunt. De albo autem alia ratio est. Verum, secundum accidens quidem omnia diuisibilia sunt. cui.n. accidit quale, aut album, illud diuisibile est. Quoniam neq; in ijs erit primum, quæ quidem secundum se dicuntur diuisibilia, et non secundum accidens, vt in magnitudinibus. Sit.n. in qua A B, magnitudo, & moueatur ex B in C primum: igitur, si indiuisibile quidem erit B C, impartibile impartibili erit contiguum. Si vero diuisibile, erit aliquid ipso C prius, in quod mutatum est: & illo rursus aliud, & semper sic, propterea quòd nunquam deficit diuisio. Quare non erit primum, in quod mutatum est. Similiter autem est, & in quanti mutatione: etenim ea in continuo est. Manifestum igitur est, quòd in solo motu, qui secundum quale est, contingit indiuisibile per se esse.

Cum ostenderit, ꝙ neq; temporis est aliquid primum, in quo id, quod mutatum est, cœperit mutari, neq; ipsius mutati est aliquid primum, quod mutatum est, quoniam omnis mutatio alicuius est, quod mutatur, & in aliquo: nã in tẽpore, & ſm aliquid. Vel.n. ſm locum, vel ſm quãtum, vel ſm quale, vel secundum contradictionem: ad tertium hoc profectus est, illud videlicet ſm quod mutatio fit, quærens, & de ipso, an sit aliquod primũ eius ſm quod fit mutatio. Sed de hoc ex principio dixit, Ipsum autem quod mutatur, ad apertius ipsum transtulit ſm ꝙ mutatur. Vt.n. interpretatiuum illius hoc adiecit, & dicit quod non amplius similiter se habet quod quæritur de omni eo ſm quod fit mutatio, velut de ipso quod mutatur & tempore. Hæc.n. suapte natura sunt diuisilia, & ob id horum nihil est accipere primum, in quo principium est mutationis: Com. 37.

Illius, per quod fit mutatio, non fit aliquid primum.

tionis: sed non amplius omne, ſm quod mutatio, diuisile est ex se. Qualitas.n. ſm quam mutatio secũdum alterationem fit, non est suapte natura diuisilis, quia non est quantitas, tamen per accideus est diuisilis, quia subiectum eius & quod alteratur diuisile est. Nam eum eo etiam qualitas simul diuiditur, vt quæ etiam sit quanta per accidẽs. Quãti.n. est peculiare diuidi. Sed per accidens dixit omnia diuisilia non tanquam locus & magnitudo sint diuisilia per accidens: nam hæc per se diuisilia sunt: sed aut omnes qualitates ſm quę est alteratio dixit per accidens diuisiles, vel quia simul enumerato illo quod diuiditur per accidens, cum diuiduis omnia fiunt diuidua ea, ſm quæ est mutatio, & de omnibus verum est, non esse primum accipere ob diuisionem in infinitum. Deinde eorum, ſm quę mutatio fit, alia per se diuidua accipiens primum locum, de hoc ostendit, ꝙ non est primum accipere exponens, quod mouetur, magnitudinem A B: locum autem, in quo mouetur habentem principium & ipsum B & finem G: propterea quòd id, quod mouetur, suopte principio, vel fine principij attingẽs locum sic motum inchoat. Idcirco cõmune accepit B quãdam particulam loci accipiens ipsum B G, quod quidem necesse est, vel indiuisile esse, vel diuisile, & siquidem indiuisilia B G & vnum consequitur alterum & erit B G, locus cum sit continuus ex indiuiduis compositus & erunt impertilia & indiuisibilia, quæ sunt inter se cohærentia & proxima, quod fieri non posse iam ostensum est. Quod si termini loci sunt diuisi abinuicem, vt B G erit aliquid ante G, videlicet D, in quod primo mutatum est id, quod ab ipso B in G mouetur ſm locum, & rursus ipso D erit aliud prius velut E, & hoc rursus aliud prius, & sẽper sic, vt nihil sit loci accipere primũ, in quod mutatum sit quod mutatur, quia nunquam deficit diuisio. Similis autem ratio est, etiam de mutatione quanti secundum accretionem & diminutionem. Et causam similitudinis adiecit, quia & id, quod augetur, est magnitudo quanta, & diuidua in semper diuidenda. Nam tanta magnitudo in tanto tempore, & in minori minus augebitur, & in minore quam sit hoc rursus minus. Quòd vero priorem demonstrationẽm de loco fecerit, indicauit ibi, accipiens aliam motam magnitudinẽ A B, & aliam in qua mouetur B G ex B in G motum, sed quod augetur & diminuitur in eodem est. Cęterum cum demonstrasset quod neq; loci, neq; magnitudinis est accipere primum, quia continua sunt & diuidua in semper diuidenda, induxit, quòd eorũ, secundum quæ fit motus, solum quale est indiuisile per se. Patet autem, quia est diuisile per accidẽs. Vnde si erit indiuisile per se, tamen neq; in ipso erit aliquid primum accipere. Nam primum in diuiso, & partes habente est. Itẽ non est primum accipere subiecti, in quo est qualitas, & cũ quo simul diuiditur, igitur neq; ipsius simul diuisi erit aliquid primum sumere. Simul diuiditur etiam alteratio nisi subitaria fiat mutatio, quam ipse putabat fieri primo libro dispu ans contra Melissum, quando dixit {Perinde ac non fiat subita mutatio.} Veruntamen Eudemus cautius de hoc statuit, secundo naturalium sic scribens, Sed quæ alterantur quò oportet accipere mutata. Si.n. quà quãtum corpus alteratur, & non simul totum calefit, & siccũ in his erit primum, si vero aliquo modo aliter patiuntur, alia ratio est.

Qualitas non nisi per accidens diuisibilis est.

Primum accipi non posse in loco per quẽ fit motum.

In mutatione secundum quãtum, nihil primũ est sumere.

Diuiditur alteratio ad diuisionem subiecti, nisi tota simul fiat.

CAPVT VI.

Tex. 50.

QVoniam autem omne, quod mutatur, in tempore mutatur: dicitur autem in tempore mutari & in primo, & vt secundum alterum: vt in anno, quia in die mutatur: in quo primo tempore mutatur id, quod mutatur, in quauis huius parte mutari necesse est. Manifestum est igitur, & ex diffinitione. Primum.n. sic dicebamus, Sed & ex his etiam manifestum est. Sit enim in quo primo mouetur id, quod mouetur, in quo Y R, & diuidatur secundum K. omne enim tempus diuisibile est. In tempore autem Y K aut mouetur, aut non mouetur, & rursus in tempore K R, similiter. Si igitur in neutro mouetur quiescet vtique in toto. moueri enim id, quod in nulla partium huius mouetur, impossibile est. si vero in altera sola mouetur, non vtique in primo mouetur quod est Y R, secundum enim alterum, motus est. necesse est igitur in quouis ipsius Y R motũ esse.

Tex. 51.

Cõm. 48.

Cum ostenderit non posse accipi primum in tempore, in quo aliquid mutatur: quia dicitur aliquid in primo tẽpore mutari, quod non in aliqua parte dicti temporis, sed in ipso, quod est proxime: proponit ostendere, ꝙ etiã hoc primum, cum sit diuiduum, non concedit proprie primũ accipi. Cum.n. id, quod mutatur in tẽpore, dupliciter dicatur, vel vt in quo primo, vel vt ſm alterum, & ſm alterũ quidem aliud in aliqua parte huius mutatur: nam in hoc anno certamẽ, quia in aliquo eius die: & primo in hac die, vel hac hora. Primum igitur quò dicitur hoc tempus siquidem non est accipere primum tempus. & ostendit, ꝙ neq; hoc primum proprie est, siquidem & hoc diuisibile sit, cum sit tempus, & necesse est in quacunque parte eius mutari quod mutatur: vt nõ sit dicere in quo primo quod mouetur, cœpit motum. Nã sumpto primo aliquid prius sumi põt, & illo aliud, & sic semper. Ostendit autem etiã ex diffinitione talis primi, quod cum sit aliqua pars vniuersi diuisilis est per se. Nam in primo dicebatur esse aliquid, vel quia mouetur in tempore, & quia non mouetur in aliqua parte dicti tẽporis, vel quod mouetur. Nã quia ſm aliquam partem, & quia ſm aliud opponitur primo, tanquam igitur sumptum sit, & hoc tempus, siquidem ob hoc primum, quia non in aliqua eius parte. Tertiam autẽ demonstrationem per expositionem rursus efficit, & ex deductione ad id, quod fieri nequit, quia neq; in hoc verũ est primum esse tempus proprie, in quo mouetur aliquid. Accepit autem tempus, in quo primo motũ mouetur hoc Y R, & quia omne tempus diuisibile est, diuidit ipsum ſm K. Quod proinde in primo Y R tempore mouetur, in parte ipsius, quæ est Y K aut mouetur, aut non mouetur, & similiter in parte K R, & siquidem in neutro mouetur, neq; in omni tempore Y R mouebitur, sed quiescet. Quod.n. in nulla parte temporis mouetur hoc nequit in toto ipso moueri; quod si in altera parte eius in ipsa Y K, vel K R mouetur, sed in altera non mouentur, nisi in prima Y R mouerentur. Nam sit motum in aliqua parte huius, quod nõ erat in primo tempore Y R moueri. Nã in primo erat hoc, non in aliqua parte huius, sed in singulis. igitur non primum tempus est Y R siquidem totum tempus diuisibile sit. sed si hoc in primo tempore erat, quod non est in aliqua parte huius, sed in singulis; põt id quod mouetur in toto tempore, in ipso primo moueri: Nam & si partibile sit tempus Y R quod non in aliqua ipsius, sed in singulis mouetur, in primo ipso diceretur moueri, & hoc modo non est accipere primum. Quam.n. acceperis partem temporis velut primam, habet illa aliquid seipsa prius ob diuisionem in infinitum temporis. Sed possumus accipere quoddam tempus primum totum simul acceptum. Nam in toto aliquod omne mutatur, & non in parte eius tanquam vnam cum motu mutatio terminetur. Nã certamen absoluitur in hoc mense, sed non primo, sed primo in die hac, & huius diei in horis in quibus omnibus similiter absoluitur.

In primo tempore dicitur primũ sumi non põt.

Mutari primo in tẽpore & per aliud.

Primum tempus accipi põt, at nõ id, quod primũ est temporis.

uitur. Et est hoc primum tẽpus, non quia non sit aliud tempus ante hoc, sed quia non est aliud ante idem, in quo certamen absoluitur, & quod in quacunq; ipsius parte, vt diuisio introducatur in infinitum, sed in toto ipso absoluitur totum certamen, & mutatio eius simul terminatur cum motu temporis. Veruntamen Aristot. in demonstrationibus expositis demonstrauit, quod primum sic temporis, vt principium temporis, non est accipere, quocirca diuisione temporis in infinitum visus fuit, nusquam idipsum totum accipiens. Deinceps, & velut totũ ipsum accipiens, primum ipsum tempus vocat, & q̃n dicit. Si. n. in ipso Y R primo tempore K L motum est. Quia autem necessarium est problema, nihil absurdum existimo adferre ea, quę de hoc Eudemus conscripsit in Secundo Naturaliũ qui præ cęteris expositoribus Aristotelis sensum maxime attigisse visus est. Qũo erit primum in quo mutatum est. In quo enim absolutum est, nimirũ est, quia terminus est in hoc. Sed finis vel primum multipliciter dicitur. Vno quidem modo in indiuiduo, & hoc est mutatũ esse, quia mutatum esse est in indiuisibili: sed in ipso quiescere & mutari non est, q̃n neq; mouetur, neq; quiescitur in ipso indiuisibili, sed in quo primo mouetur, aliquid est, vt diximus, non tamen in aliquo, sed similiter in omni. Nam dicimus, quod in mense Olympico defecit Sol, quia in noua Luna, & noua Luna, quia in aliqua eius parte, sed in hac parte nõ amplius, quia in alia, sed quia in quacunq; eius, sed hæc est partibilis, quare prius priore. Nam prior pars est in parte, sed tota in toto tempore, quare in hac prima defecit velut in tẽpore. Tempus igitur non est primum, quia totum partile, sed in quo primo mouebatur, vel aliquid aliud passum est, quia in tempore talia sunt: & in aliquo sic, vt in aliqua eius parte fient. Dicit autem hoc, In primo.

Eudemus ceteris omnibus longe melius mentẽ cognouit Aristot. Finis & primum multifariam dicitur.

Olympicus mensis.

Tex. 52. *Hoc autem ostenso, manifestum est, quòd omne, quod mouetur, necesse est motum esse prius. Si. n. in Y R tempore primo magnitudo K L mota est, in dimidio, quod æque velociter mouetur & simul incœpit, per dimidium erit motum. Si autem æque velox in eodem tempore motum sit aliquid: & alterum necesse est per eandem motam esse magnitudinem. quare motum erit id, quod mouetur.*

Com. 39. *Omne quod mouetur ipsum oportet prius motum esse.*

Cum sic ostensum, quod omne tempus, & omnis magnitudo, & quod dicitur primum esse diuisibile in infinitum, ex hoc sequi ait, omne, quod mouet, necessario prius motum esse, non tanquam quieuisse id, quod mouetur, à motu, dicitur id, quod motum esse dicimus, sed velut aliquid iam pertransisse dum transit. Quia. n. quod mouetur q̃n mouetur, ex aliquo in aliquid secessit: nam existens in eodem, non moueretur: & id, quod iam secessit, motu est: patet, quod dum mouetur necesse est motum esse. Sed ipse ostendit idem sic. Accipit K L id, quod mouetur in tempore primo Y R in singulis eius partibus: ergo mouetur. Nam illud motum est, vt dixi, non velut quod quieuerit à motu iam motum esse accipiens, sed illud, quod dum mouetur iam aliquid pertransiuit: quia ergo est aliquod tempus Y R in quo primo mutatur, si aliud qd similis velocitatis cum K L motum acciperetur simul incipiens moueri in K L in dimidio temporis Y R idest Y K dimidium pertransibit, sed in eodem tempore & K L ęque velocitatis est, cum ipso & simul incipiens cum ipso idem pertransibit. Nam in quacunq; parte temporis motum motum est, quod in toto ipso mouetur, igitur quod trãsit totam, dimidiam prius pertransiuit. Sed quoniam K L in primo Y R tempore statutum est motum esse, propter hoc aliquid aliud accepit similis velocitatis cum ipso K L in dimidio temporis Y R dimidium pertransit eius, quod transibat K L in tempore Y R vt per illud & K L ostendatur, & idem ante hoc totum motum esse, dimidium iam pertransitum, si. n. idem K L per se accepit in dimidio temporis Y R, quod est Y K pertransisse, videtur quandam instantiam habere, quia in primo tempore statutum est K L motum esse.

Amplius autem, si in toto tempore Y R motum esse dicimus, aut omnino, aut in quouis tempore ex eo quia accepimus vltimum ipsius Nunc, (hoc. n. est id quod terminat, & medium ipsorum Nunc, tempus est) & in alijs vtiq; similiter dicetur motum esse, Dimidij autem vltimum, diuisio est. Quare & in dimidio motum erit, & omnino in quauis partium. semper. n. simul cum ipsa diuisione, tempus est terminatum ab ipsis Nunc. Si igitur omne quidem tempus diuisibile est, quod autem est inter ipsa Nunc, tempus est, omne quod mutatur, infinities mutatum erit. Tex. 53.

Hoc secundum argumentum ostendit, q̃ necesse est, vt omne quod mouetur, prius sit motum. Si. n. dicimus quod mouebatur iam motum fuisset in quocunq; tempore, quia est accipere nunc vltimum terminans tempus pręteritum, in quo mouebatur. Nam ante omne Nunc tẽpus est, quia Nunc ipsa non sunt contigua inter se: & omne tempus & minimum diuiditur ipso Nunc: patet, q̃ etiã in illo Nunc diuidente in dimidium tempus præteritum iam motum erit. Quare quod mouetur ad extremum temporis Nunc, antequam moueretur hoc motu, motum erat, quando dimidium iam pertrãsiuit. Nam erat etiam dimidij aliquod vltimum. Nunc, & non dimidij solum, sed etiam cuiusuis partis, & maioris, & minoris: quia omne tempus & minimum diuisibile est, & diuiditur secundum ipsa Nunc, & secundum vnumquodq; Nunc motum est, quemadmodum secundum vnumquodq; tempus id, quod mouetur. Si autem hoc ita se habet, & omne tempus ab ipsis Nunc diuiditur, & inter omnia Nunc intermedium est tempus, ne cõtigua sint adinuicem ipsa Nunc: quod mouetur non solum ante moueri motum est, sed etiam infinities est motum. quoties. n. est accipere ipsum Nũc in tempore, in quo mouetur id, quod mouetur, toties motum esse prædicatur de ipso. Sed Nunc est accipere toties quoties est diuidere tempus, & tẽpus est diuisibile in infinitum, est quoq; tempus intermedium inter diuisiones, quia ipsa Nunc nõ sunt contigua, & sic erit diuisibile: quare, si omne tempus diuisibile est, & post omnem assumptam diuisionem relinquitur tempus, nunquam deficiet diuisio, quia nunquam deficit id quod potest diuidi in sectionibus: hoc autem est tempus: igitur diuisio in infinitum. Sed quantum diuisio durat, tantum etiam ipsa Nunc. Secundum eadem. n. fit diuisio. in quantum. n. durant ipsa Nunc, ipsum motum esse de illo, quod mouetur, prædicatur. Infinities igitur erit mutatum id quod mouetur. Patet autem, q̃ potentia infinita & non actu, vt etiam diuisio potentia infinitum habet, quia quod diuiditur in infinitum potest diuidi, sed non quia aliquando sit diuisum in infinitum actu. Com. 40.

Amplius autem, si id, quod continue mutatur, & neque corruptum est, neque cessauit à mutatione, aut mutari, aut mutatum esse necesse est in quouis: in ipso autem Nunc non est mutari: necesse est mutatum esse secundum vnumquodque ipsorum Nunc. Quare, si ipsa Nunc infinita sunt. omne, quod mutatur, infinite erit mutatum. Tex. 54.

Hoc tertium argumentum ostendit, q̃ omne, quod mutatur infinite prius mutatum est. Quod. n. continue mouetur, & non interit, neq; quieuit à motu quantocunq;, necesse est, vt in aliquo tempore dicatur moueri, vel mutari, vel mutatum esse. Atqui in ipso Nunc ostẽsum est, q̃ non est ipsum mutari. igitur mutatum esse. Quare secundum Com. 41.

vnumquodq; Nunc in tempore acceptum, in quo mouetur id, quod continue mouetur, erit motum & mutatum. Sed ipsa Nunc sunt infinita, vt in infinitum. Igitur infinities erit motum, & mutatum.

Tex. 55. *Non solum autem id, quod mutatur, necesse est mutatum esse, sed etiam mutatum necesse est mutari prius. omne enim, quod ex quodam in quiddam mutatum est, in tempore mutatum est. Sit enim in ipso Nunc, ex A in B mutatum. Ergo in eo quidem Nunc in quo est, in ipso A, non mutatum est. simul.n. erit in ipso A, & in ipso B. Quod enim mutatum est, quando mutatum est quod non sit in hoc, ostensum est prius. si vero in alio est, in medio est tempus, non enim contigua*

Tex. 56. *sunt ipsa Nunc. Quoniam igitur in tempore mutatum est: tempus autem omne diuisibile; in dimidio aliud erit mutatum, & rursus in illius dimidio aliud, & semper sic. quare mutaretur vtique prius.*

Cõm. 42. Cum ostenderit, quod omne, quod mutatur, necesse est, vt prius mutatum sit, ostendit etiam conuersum ipsum verum esse, videlicet, omne, quod mutatum est, ex aliquo in aliquid necesse est prius mutari. Ostendit autem id, prius ostendens, quod omne mutatum ex aliquo in aliquid, in tempore mutatum est. Hoc autem ostendit deductione ad id, quod fieri nequit. Si enim non in tempore, sed in ipso Nunc A B ab ipso A in B mutatum est: simul erit & in ipso A & in ipso B, quod quidem fieri nequit. Neq;.n. potest, quod mutatum est, quãdo mutatum est, esse in hoc, ex quo mutatum est, vt demonstrauit prius, qñ dixit quod mutare & relinquere siue idem sint, siue ipsum mutari sequatur relinquere. Erat planior hic contextus. Si.n. simul erunt in ipso A B deducens ad hoc, quod fieri nequit, tum submeminisset causas, cur fieri nequeat dicendo. Nam quod mutatum est, quando mutatum est, quod non est hic, ostensum est prius. Si ergo non in eodem Nunc ab ipso A in B mutatum est, sed in altero, & altero, & inter omnia duo Nunc tempus medium cadit: siquidẽ ipsa Nunc non sunt contigua: patet in tempore mutationem fieri. Hoc.n. significauit Nũc in tempore mutatum esse, sed non illud, quod est terminus mutandi. Si ergo in tempore mutatum est: & omne tempus diuisibile est: patet, quod in dimidio temporis dimidium mutatum est. & prius dimidium quam totum. & in dimidio dimidij temporis: dimidium rursus dimidię magnitudinis, & sic semper per diuisionem temporis in infinitum. Sed quod mutatum est secundum partes, non potest simul totum mutatum esse, sed per mutari in mutatum esse procedit. Duntaxat.n. esset, quod mutatum est, non per mutari mutatum, si fieret mutatio sine tempore, & esset magnitudo ex indiuiduis composita. Et, cum omnis mutatio in tempore fiat, necesse est, vt omne, quod mutatur ex aliquo in aliquid, per mutari prius mutatum esse.

Tex. 57. *Amplius autem in magnitudine manifestius est quod dictum est. propterea quod continua est magnitudo, in qua mutatur id, quod mutatur. Sit enim mutatum ex C in D. Ergo, si indiuisibile quidem est ipsum C D: id, quod impartibile est, impartibili erit contiguum. Quoniam autem hoc impossibile est, necesse est magnitudinem esse id quod est inter, & in infinita esse diuisibile. Quare in illa mutatur prius. Neces-*

Tex. 58. *se est ergo, omne quod mutatum est, mutari prius. Eadem.n. demonstratio est, & in non continuis: vt & in contrarijs, & in contradictione. Accipiemus enim tempus, in quo mutatum est: & rursus eadem dicemus. Quare necesse erit id, quod mutatum est, mutari, & quod mutatur, mutatum esse. & est ipso quidem mutari, mutatum esse prius, ipso autem mutatum esse, mutari: & nunquam accipietur primum. Causa autem huius est, non esse impartibile impartibili contiguum. in infinitum enim diuisio fit, vt in ijs, quae augentur & diminuuntur lineis.*

Quoniam ostẽdit à tempore, in quo mutatio fit, quod ante mutatum esse est mutari, idem apertius inquit, esse à magnitudine, secũdum quam fit mutatio: in his videlicet, quae mutãtur secundum magnitudinem. Haec autem sunt quę mutantur secundum locum, & quę secundum incrementum & diminutionem. Quae.n. mutantur secundum quale, non cadunt sub hac demonstratione à magnitudine ducta vt neq; ea, quę fiunt & intereunt. Neq;.n. horum mutatio est secundum quantum. Quare non secundum continuum, & semper diuisibilia sunt, ex quibus demonstratio facta est. Quod vero propositum sit apertius in magnitudine, vel in tempore, patet: siquidem in demonstratione à tempore, & magnitudine vsus fuit, qñ dixit in dimidio aliud erit mutatum esse, & rursus in dimidio illius aliud, } sed in demonstratione à magnitudine non indiget tempore. Ostendit autem id accipiens duas magnitudines, aliam loci, vt in mutatione secundum locum: vel magnitudinem, secundum quam accretio & diminutio fit. & aliud ex quo mutatum est, & aliud in quod mutatũ est primo, & vnum ponit G, & aliud D ponens, in quibus necesse est, aut totum esse indiuisibile G D, aut diuisibile: sed nequit esse indiuisibile. Nam esset impertile attiguum impertili, illud.s. ex quo & illud in quod: si vero diuisibile, magnitudo est intermedia, cuius alia est principiũ ex quo, & alia in quam, finis. Sed magnitudo diuisibilis semper in diuisibilia est. Quare prius mutantur ad partes, & ad partes partiũ. Quae cum dixerit communem conclusionem infert, quod necesse est, vt mutatum prius mutetur. Et quoniam proxima demonstratio à magnitudine, vel cõtinuo, non competit his secundum qualitatem, quae quidem dixit contraria, neq; his, quae mutantur secundũ ortum & interitum, quae quidem appellat in contradictione, & in his, inquit, esse eandem demonstrationem à tẽpore acceptam, in quo mutatum est. Talis autem erat demonstratio ante hanc, quę vtebatur continuo, & semper diuisibili in omni mutatione. Merito igitur ambo simul deinceps vniuersae cõclusit, quod mutatum necesse est, vt prius mutetur, & econtra, quod mutatur prius mutatum sit, & vtrunq; semper ante alterum. Non.n. est primum, & principium mutationis accipere, quia continua sunt diuisibilia in infinitũ, & non componuntur ex indiuiduis. Nam infinita diuisio est in continuis. Et, vt inquit, patet hoc in his, quae augentur & diminuuntur lineis. Si.n. acceperimus aliquam lineam, & diuiserimus ipsam dupliciter, & dimidium indiuisibile seruabimus, & dimidium eius diuidentes: dupliciter rursus alterum eius addamus indiuisibili ex principio dimidio, & semper illud ex principio augebimus additione dimidiorum diuisi, apparebit diminutio, & accretio in infinitum.

Cõm. 43. In magnitudine apertius esse uidetur ipsum mutari praecedere mutatum esse.

Diuidi posse cõtinua in infinitum ostenditur id, quod uidetur in lineis, quae inuicem augentur & diminuuntur.

Tex. 59. *Manifestum est igitur, quod & id, quod factum est, necesse est fieri prius, & quod fit, factum esse, quęcunq; diuisibilia & continua sunt. non tamen semper id, quod fit, sed aliud aliquando, vt illius aliquid, sicuti fundamentum domus. similiter autem & in eo, quod corrumpitur, & eo quod corruptum est. statim.n. inest ei, quod fit, & ei quod corrumpitur, cum sit continuum, infinitum quoddam: & non est aut fieri non factum aliquid, aut factum esse, quod non fit aliquid. Similiter autem, & in ipso corrumpi, & in corruptum esse. semper.n. est in ipso corrumpi, corruptum esse prius: in ipso autem corruptum esse corrumpi. Manifestum est igitur, quòd et id, quod factum est, necesse est fieri prius, & quod fit, factum esse. omnis.n. magnitudo, & omne tẽpus semper diuisibilia sunt. Quare in quocũq; fuerit, nõ erit vtiq; vt primo.*

Cum

Com. 44.

Cum prius dixerit, q́ hæc demonstratio, quæ oñdebat ante mutatum esse mutari, & id non continuis conuenit contrarijs, & secundum contradictionem, quando à tempore sumpta fuerit demonstratio: nunc ostendit, q́ etiam in his, quę mutantur secundum contradictionem, i. in his, quę ex eo quod non est, ad id, quod est, vel ex eo quod est, ad id, quod non est, i. his, quæ fiunt & intereunt, quæcunque sunt diuisibilia & continua, non solum demonstratio ex tempore congruet, sed etiam illa à magnitudine. Quare facta magnitudo necesse est vt prius fiat, & quæ fit iam facta sit. Et non solum in his, quæ fiunt ratio vera est, sed etiam in omnibus quomodocunq; mutatis non tñ semper quod fit, hoc etiã factum est prius, sed aliqua pars illius. Nam dum fit domus, iam aliquid eius est, vt fundamentum, quando fiunt parietes, & integumentum. Et de eodem fundamento forte verum est dicere, quod semper aliquid prius fit quam factum sit, ob partionẽ in Infinitum.

Magnitudo, quæ facta est prius fieri necesse est, et quæ fit, sit facta.

» Sed cur dicens. {Sed aliud quid} adiecit {aliquando.}
» Nam semper de eo, quod fit, dum fit aliqua eius pars prius
» fiebat. Vel quia {aliquando} additur, non ob ea, in quibus
» factum esse præcedit fieri, sed ob ea, in quibus fieri præcedit factũ esse. Etenim aliquando hoc Ipsum dicebatur fieri, quod nunc factum esse dicitur, vt domus, aut fundamentũ: & aliquando quod fiebat prius, non hoc erat quod nunc factum est, sed quicquam aliud & pars eius. Si enim domus facta est, fiebat prius, sed fiebat quando perficiebatur vniuersa domus. Item, quando fiebat eius fundamentum, aliquid domus erat factum. Similiter se habet, inquit, & in eo quod interit, vt in eo quod fit. Etenim interire præcedit iam interisse, & iam interisse interire, & his non est necesse hoc interisse, quod prius corrumpebatur, neq; corruptum quod corrũpebatur, sed potest etiam pars totius præcedere. Vt enim in ortu, sic in ipso interitu se habere necesse est. Et causam, cur vnum pręcedat aliud vicissim in ortu, & interitu, adiecit, esse aliquid infinitum in his, quæ fiunt & intereunt. Nam corporum est per se ortus, & interitus. Et corpora sunt diuisibilia in infinitum. Et huius causa est, quia sunt continua. Nam omne continuum est diuiduum in infinitum, quia non componitur ex indiuiduis. & cum tempus sit continuum, in quo est ortus, & interitus, merito erit diuiduum in infinitum, quare & per demonstrationem à tempore, & magnitudine etiam in ortu, & interitu semper præcedet alterum alterum. Cæterum illud, quod est in principio contextus.

Interire, præcedit interisse, & econtrà, interisse ipsum interire.

» {Quæcunq; diuisibilia & continua} inquit Alexander addi, quia sunt quædam de quibus fieri prædicatur, quæ non habent esse per ortum. Nam contactus dicimus factos, sed non fieri. & patet q́ in talibus non præcedit factum esse fieri, neq; fieri factum esse, siquidem in his prorsus non est fieri. Sed omnino mutari præcedit mutatum esse, & econtra mutatum esse mutari, sed in mutatione secundum locum motius est, quia continuum est loci interuallum, & similiter diuiditur, vt tempus. Sed in alijs mutationibus definitum est certe, q́, si omnis mutatio est in tempore, verum est, quod mutari secundum tempus pręcedit mutatum esse, & mutari mutatum. Quod si quędam mutationes fiunt subito, non amplius hoc forte concedendum esset. Subito non velut vniuersi partes solum vt in congelatione, sed non velut in tempore. In his n. mutari non præcedit mutatum esse, nec econtra, quia in his prorsus non est mutari. Sed videtur Theophrastus dubitare, si omnis mutatio fit in tempore, respiciens forte ad mutationes quæ fiunt ex vmbra, & tenebris ad lucem, quando lychino introducto in domicilium totum confestim repletur lumine. Item tactus cum non fiat per ortum, neq; factum esse dicitur, sed esse sine ortu. Ideo primo de cœlo Aristo. inquit vnam significationem ingeniti esse, qua ingenitum dicitur velut secundum tactum.

In factis, quæ per generationem non habent esse, fieri non præcedit factũ esse nec factum esse ipsum fieri.

Mutationes quæ subito fiunt, non fiũt in tempore. Non omnis mutatio fiat in tempore. Tactus non dicitur factus

CAPVT VII.

Quoniam autem omne id, quod mouetur in tempore mouetur, & in pluri maior magnitudo in infinito tempore impossibile est per finitam moueri nõ eandem semper, & illius aliquid, quod mouetur, sed in toto totam. Quod igitur si quid moueatur æque velociter, necesse sit finitum in finito moueri, manifestum est, accepta n. parte, quæ mensurabit totum, in tot æqualibus temporibus, quot partes sunt per totam motum est. Quare quoniam hæ finitę sunt, & quantum est vnaquęque, & quoties sunt omnes: tempus vtiq; erit finitum. toties n. est tantum, quantum partis tempus multiplicatum secundum multitudinem partium. Tex. 60.

Sed & si non æque velociter refert nihil. Sit. n. in quo A *&* B*, spatium finitum, per quod motum sit in infinito tempore: & tempus infinitum, in quo* C D*. Si igitur necesse est prius alterum altero motum esse: hoc autem manifestum est, quod illo, quod prius & posterius est temporis, alterum motum esse semper. n. in pluri alterum erit motum, siue æque velociter, siue non æque velociter mutetur, siue intendatur motus, siue remittatur, siue maneat, nihilominus. Accipiatur igitur spatij* A B*, aliquid, quod sit* A E*, quod mensurabit* A B*: hoc itaque pars infiniti in quodam absoluta est tempore. in infinito enim non est possibile. totum. n. in infinito. Et rursus, alteram si cæpero tantam, quanta est* A E*, necesse est in finito tempore. totum enim in infinito, & sic accipiendo. Quoniam autem infiniti quidẽ nulla pars est, quæ mensuret, impossibile. n. est infinitum esse ex finitis æqualibus & inæqualibus, propterea quòd mensurabuntur quæ finita sunt multitudine & magnitudine à quodã vno siue æqualia sint, siue inæqualia. definita autem magnitudine nihilominus. spatium aũt finitum, quanta* A E *mensurantur in infinito tempore* A B *mouebitur.* Tex. 61.

Proponit ostendere, q́ neq; in tempore infinito potest aliquid pertransire lineam finitam, vel motum absoluere, neq; infinito tempore infinitam. Et primum dictum est. Sed quomodo accepta finita linea & motu verum est dicere, q́ non potest finita tempore infinito pertransire, determinat prius. Cur enim cum sit tota finita dicendum est, semel in toto tempore pertransire, & non eandem sæpenumero: vt videmus fieri in corpore orbiculari, vbi aliquid iterum, atq; iterum fit. Sic. n. fieri potest, sed cur semel eandem pertransire non possit in tẽpore infinito iam demonstrauit, quia neq; in tempore infinito finita multitudine pertransiri queunt, neq; in tempore finito infinita, quando contra Zenonis rationem instabat. Sed idem nũc ostendit, primum in magnitudine, deinde & in ipso motu vniuersaliore demonstratione vtens. Assumit quædam prius concessa q́ mouetur, in tẽpore mouetur, itaq; quod idem in maiori tempore maiorem magnitudinem transit, vnde etiam plus motus absoluit. Proinde, cum sit aliud quod mouetur æqualiter, & aliud inæqualiter, ostendit propositum primo de eo, quod mouetur ęqualiter, de quo etiam prior demonstratio est. Sumpta. n. aliqua parte totius lineæ, vel totius motus, quæ mẽsurabit totam finitam, erit aliquid etiam temporis finitum, in quo sumpta pars pertransiebatur lineæ, aut motus. si enim totam in tempore infinito pertransibat, patet, q́ pars in tempore finito ob prius sumptum effatum, & axioma, quod dicit, idem in maiori tempore maius pertransit. igitur in temporibus

Com. 45. Finita linea, seu motus in tempore infinito moueri non potest.

æqualibus numero, æquales partes lineæ & motus, quod mouetur pertransiuit totam. Si ergo partes lineæ & motus finitæ sunt magnitudine & numero, nam hoc significare vult his verbis. {Quantum vnumquodq; & quoties.} & temporis partes similiter cum partibus magnitudinis & numero erunt finitæ. Sed cuius partes magnitudine, & numero sunt finitæ, & totum ipsum erit finitum: igitur non erit tempus infinitum, sed finitum, in quo finitam lineam & motum finito pertrãsit id quod mouetur. Et si (inquit) non æqualiter moueatur id, quod mouetur, nihil interest quo ad demonstrationem, in quam ostenditur quod magnitudinem finitam, & motum finitum non in tempore infinito, quod mouetur pertransit, sed in finito, vno solo seruato, q̃ in maiori tempore, quod mouetur, aliud interuallum assumit, siue æqualiter moueatur, siue successione intendatur & remittatur, siue in altero horum semper maneat: vel remissione, vt remittatur solum, vel intensione, vt semper remittatur. Nam aliquo tẽpore addito, in quo motum est aliquid eius, quod mouetur quomodocunq; omnino, & interuallo addet: vel magnitudinis, vel motus spatio, quod iam mouebatur, in tempore prius sumpto. Et diuiditur rursus tempus, & si in ipsa inæqualia lineæ & motui, tamen in finita numero & magnitudine. Ostendit autem hoc, assumens prius, quod iam ostẽsum est, q̃ omne, quod mouetur prius aliam partem huius pertransiuit, in aliqua parte ipsius totius temporis. Nam partium magnitudinis, & motus, quas pertransit id, quod mouetur alia prius pertransitur, q̃ alia secundum partes temporis priores, & posteriores ordine. non.n. totum simul spatii pertransitum est, sed non sic fit motus, si in tanto tempore tantum pertransiuerit, siue æqualiter, siue inæqualiter moueatur: addito aliquo tempore maiori, maius etiam absoluitur spatium. Non.n. idem in maiori tempore, & minori absoluitur, si verum sit illud effatum, & dignitas, quæ dicit, q̃ in maiori tempore maius absoluitur spatium, & non idem in maiori, & minori. Sed ad ipsam temporis additionem, additur etiam motus & magnitudo, idcirco assumpsit prius partes primas magnitudinis, aut motus secundum primas temporis partes pertransiri. Si ergo partes habent spatium & motus, vt A B quorum primæ nonnullę, nonnullę vero posteriores absoluantur ab eo, quod mouetur: si abstulerimus aliquam partem, vt A E quæ totum A B mensurabit finitum, & ab ipso G D infinito tempore abstulerimus id, in quo pars illa inæqualiter, ab eo, quod mouetur, absoluitur, patebit, q̃ finita est pars vniuersi: & si rursus aliã spatij, & motus abstulerimus, & acceperimus finitam temporis, & si non æqualis fuerit primo tempori accepto, finitum tamen est, propterea q̃ totum spatium finitum in tempore finito, quod mouetur transibat. Sed non potest in eodem totum & pars pertransiri. Proinde, si semper auferentes à finito interuallo, vel magnitudine, vel motu, æquali primo dempto conferemus illud, & si singula à tempore finito G D finita auferamus, in quo tempore quod mouetur inæqualiter mouetur, totidem erũt temporis partes, quot etiam magnitudinis. Sunt enim partes magnitudinis numero finitæ. Omne.n. finitum diuiditur in finita æqualia inter se numero: & tempore, igitur finita numero erunt, in quibus totum interuallum pertransibit quod mouetur, & non in ipso infinito. ex numero autem ac interuallo finitis tempus compositum, ipsum etiam finitum erit. In tempore itaq; finito lineam finitam, & motum mouebitur id, quod mouetur, & non in finito. Nam & si æquales non fuerint partes temporis ob inæqualitatem motus, tamen cum sint numero finitæ, & vnaquæque magnitudine finita sit, totum, effi tium finitum, siue æquales fuerint, siue inæquales. Et erit syllogismus in secunda figura talis. Tempus, in quo, quod mouetur lineam finitam pertransit partibus impletur & dimititur numero, & magnitudine finitis, sed tempus infinitum à talibus partibus non expletur, nec numeratur: igitur tempus, in quo motum pertransit finitam non est infinitum. Sed quoniam infiniti temporis non erat assumere aliquam partem, quæ mensurabit ipsum, sed secundum vnamquanq; magnitudinis, aut motus partem, quam transit quod mouetur, potest, aliqua pars finita temporis sumi, dimetietur partes temporis, & adæquabit partibus magnitudinis, & motus siue æquales fuerint inter se, siue inæquales. Sed tempus ex partibus numero & magnitudine finitis est finitum & non infinitum, propter hoc sic tractauit demonstrationem.

Similiter autem & in quiete. Quare neq; fieri, neq; corrumpi possibile est semper aliquid vnum & idem. Cõm. 48. Finita quiescere non posse in infinito tp.

Si quietum nunc significat quietem oppositam motui, quoniam & quiescens in tempore quiescit: diceret, q̃ vt motus finitus non potest fieri in tempore infinito, sic & quies. Si vero quietudo (vt ita dicam) significat motum quiescere, qui est in quiete, quod quidem in sequentibus appellat stare, velut ad stationem procedens, merito talia & de quiete putat dicenda esse, quæ etiam de motu. Nam motum bifariam diuidens, illud moueri appellat, quando ex quo mouetur id, quod mouetur, & stare tum dicit, quũ quiescit in eo, ad quod & stat. Cæterum illud, quando dicit. {Neq; fieri, neq; corrũpi potest semper aliquid vnum & idem.} significat quasi sequens ex his, quæ dicta sunt, [illegible] videlicet nec fieri, nec corrumpi aliquid vnum & idem, hoc est finitum in tempore infinito: id nanq; significatur in eo, quod dicitur semper. Omnis enim ortus atque interitus finitus in tempore finito fit. Sed finiti ortus atque interitus finitus est. Quare & hic fit in tempore finito, vt enim non potest finita linea transiri in tempore infinito, nisi iterum atque iterum, sic nequit oriri & interire finitum tempore infinito.

Eadem autem ratio est. & quòd neque in finito tempore infinitum possibile est moueri, nec quiescere, siue regulariter moueatur siue irregulariter. Accepta enim quadam parte, quæ metietur totum tempus, in hac quantum aliquod pertransibit ipsius magnitudinis, & non totam. in toto enim totam. & rursus in æquali aliam, & in vnoquoque similiter, siue æqualis sit, siue inæqualis ei, quæ est à principio. refert autem nihil, dummodo sit finitum quoddam vnaqueque. Manifestum enim est, quòd consumpto tempore, infinitum non consumetur, finita diuisione, & quanto, & numero ablatione facta. Quare non transibit in tempore finito infinitum. nihilque refert magnitudinem versus alteram, aut versus vtrunque partem esse infinitam. eadem.n. est ratio. Tex. 49.

Cum ostenderit non posse aliquam magnitudinem finitam pertransiri tempore infinito, aut motum finitum absolui, nunc conuersum ostendit, q̃ neq; infinitum potest pertransiri, neq; infinitus potest esse motus tempore finito, immo neq; quiescere quiete infinita tẽpore finito, & si quiescere significat quietem oppositã motui diceret, q̃ neque infinita quiete potest aliquid quiescere tempore infinito. Illud autem, siue regulariter moueatur, siue irregulariter, si communiter adductum est, pro moueri, & quiescere, erit quiescere significãs procedere ad quietem: si vero ad solum moueri inductũ est, magis ab ipso quiescere significaretur quies. Sed demonstratione eadem vtitur

Cõm. 49. Infinitũ pertransiri non potest, nec motum esse in tempore infinito. Infinita quiete non potest quiescere tempore finito.

uttitur & nunc, & finitum hic diuidit, & simul diuidens infinitum cum ipso. Verum, quia prius diuisit magnitudinem (nam hęc ponebatur finita) simul diuisit tēpus, quod positum fuit infinitum: nunc autem tempus ponens finitum, & ab ipso aliquam partem auferens, quæ mensurat totum, quia in vno quoq; tali tempore aliquod finitum mouetur & pertransit æqualia, quando æqualiter mouetur, & inæqualia, quando inæqualiter, verum semper finita: porrò non in parte totius temporis infinitum pertransiri poterit. Nam in toto tempore ponebatur infinitum pertransiri. igitur consumetur finito tēpore, & infinita etiam posita magnitudo, siue inæquales, siue inæquales portiones diuidatur. Sed, cum sit diuisio finita in tempore finito, similiter terminabitur simul & diuisio magnitudinis, & quanti, & huius quoties, id est, & magnitudine & numero. Sed quod ex finitis magnitudine & numero est, non est infinitum. Quare in finito tēpore non absoluetur infinitum. Adiecit autem, ꝙ nihil ad demōstrationem refert magnitudinem accipere infinitā ad alterum vel ad vtrunque. Patet autem, ꝙ & prius tempus similiter. Nam & si id vtrunq; sumpta fuerint, eadem procedit ostensio. Nam in parte temporis finiti finita necesse est aliquam partem magnitudinis, & subiecti ad vtrunq; infiniti finitam sumi, & toties sumpta finita pars sumenda est quoties, & in tempore finito sumitur & si æquales, aut inæquales partes sumptæ fuerint, quibus demonstrat magnitudinem infinitam positam esse finitam. Et prius assumens tempus ad alteram partem finitum, demonstrauit, ꝙ partem infinitæ magnitudinis finito tempore, id quod mouetur pertransibit, & si omne moueretur in infinito.

Tex. 63. *His autem demonstratis, manifestum est, quòd neq; finitam magnitudinem infinitum contingit transire in finito tempore propter eandem causam. In parte.n. temporis finitam transibit, & in vnaquaque similiter. quare in toto finitam.*

Tex. 64 *Quoniam autem finitum non transibit infinitam in finito tempore. manifestum est, quòd neq; infinitum finitam. si enim infinitum finitam, necesse est & finitam transire infinitum. nihil.n. refert, vtrumuis esse id quod mouetur. Vtroque.n. modo finitum transit infinitum. Cum.n. mouetur infinitum, in quo est A, erit aliquid ipsius secundum B finitum, vt C D, rursus aliud & aliud, & semper sic. Quare similiter accidit infinitum motum esse finitum. & finitum transisse infinitum. neq; enim fortassis possibile est aliter infinitum moueri per finitum, quàm quod finitum transierit infinitum, aut latione vtendo, aut metiendo. Quare, quoniam hoc impossibile est, non transibit infinitum finitum.*

Tex. 65. *At vero neq; infinitum, in finito tempore transibit infinitum. fi.n. infinitum, & finitum. inest.n. infinito & finitum. Amplius autem & tempore accepto eadem erit demonstratio.*

Cōm. 48. Cum prius ostendisset, & proxime rursus, ꝙ id, quod mouetur, neq; magnitudinem finitam, neq; motu finito mouebitur tempore infinito, similiter & econtra, quia neque magnitudo neq; motus infinitus tempore finito erit? his inducit velut corollaria ea, quæ sequuntur, quæ ab ipso, quod mouetur, proueniunt, ꝙ non amplius indeterminate, vt prius accipitur, sed definitum, & aliquando quidem ponitur infinitum, & aliquādo finitum. Nam, inquit, demonstratis his, ex ipsa demonstratione, manifestum est de eo, quod mouetur, ꝙ siue finitum ponatur, non potest eandem aliquam finitam magnitudinem finito in tempore pertrāsire siue infinitum poneretur, si moueretur omnino infinitum, neq; finitum pertransietur tempore finito, & multo magis nec infinitum. Et ꝙ finitum si aliquod fuerit, non pertranseat aliquam infinitam magnitudinem

Non transit finitū magnitudinem infinitam finito in tempore.

a1 tempore finito, ostendit per eandem demonstrationem, qua visus est prius. Nam diuiso finito tempore in partes finitas, in vnaquaque aliquam partem magnitudinis pertransiens quod mouetur absoluit totum, vt sit aliquid finitum pertrāsitum, & non infinitum tempore finito. Quod si ponatur id, quod mouetur, infinitum, & spatium per quod mouetur finitum, non pertransibit infinitū in tempore finito, per spatium finitum. Nihil.n. differt, inquit, vel facere id, quod mouetur infinitum, & finitum spatium, vel econtra. Si.n. A infinitum mouetur per B, finitum, erit aliqua pars infiniti in ipso B, vt C D, & rursus alia: & sic semper, quousq; omnes infiniti moti partes pertransierint B: quare simul accidet, quod mouetur, cum sit infinitum pertransire per B, & B cum sit finitum, pertransibit infinitum. Neque.n. aliter finitum pertransiri potest dici, vel quia finitum per totum permeat infinitum. Nam infinita magnitudo, siquidem infinita fuerit, cum vbiq; sit, non habebit locum, quo moueri posit. Diceretur autem moueri per quoddam finitum solūm sic, si finitum per omnes partes eiusdem pertransiret: quod quidem si fieret mensurabitur infinitum ab ipso finito. Non enim aliter ipsum pertransiri potest. Si ergo & hoc absurdum, & rursus finitum apparet per infinitum, & nunc transiens, quod quidem fieri non posse ostensum est, patet, ꝙ non pertransibit per finitum infinitum tempore finito. Pulchre igitur dixit nihil interesse, si quod mouetur, vtrolibet modo sit. Cæterum vbi demonstrauit, ꝙ neq; finita magnitudo infinitum spatium pertransit in tempore finito, neque infinita magnitudo finitum spatium finito nunc ostendit, ꝙ neq; infinita magnitudo infinitum spatium tempore finito pertransit. Si enim deberet totum infinitum pertransire per finitum, oportet aliquam partem eius prius finitam ipsum pertransire. Et non est dicere quod infinitum non habeat partem finitam. Nam inest infinito finitum. Si ergo ostensum est, quòd nequit finitum in tempore infinito pertransiri, patet quod neque infinitum pertransibit in tempore finito. Et à tempore, inquit, incipientes idem demonstrabimus. Ostensum enim est prius, quòd non potest infinitum pertransiri tempore finito. Si enim à temporepartem abstulero aliquam mensurantem totum finitum, in hoc aliqua pars infiniti absoluetur, quoniam totum infinitum ponebatur in toto tempore moueri finito. Si ergo secundum vnamquanq; partem temporis finiti, acceperimus aliquam partem infiniti: quoniam temporis finiti partes finitæ adęquabuntur partibus infinitis, & ita non pertransibit infinitum.

Magnitudo infinita non transit infinitum spatium infinito tpe.

Quoniam autem neque finitum infinitum transit, neque infinitum finitum, neque infinitum in finito tempore mouetur: manifestum est, quòd neque motus erit infinitus in finito tempore. Quid enim refert, motum, aut magnitudinem infinitum facere? necesse enim est vtrumuis & alterum esse infinitum. omnis enim latio in loco est. Tex. 66.

Ostentum est prius, cum magnitudine, in qua fit motus, quod neq; motu infinito, in tempore finito mouetur id, quòd mouetur, nec finito in infinito. Cōmunis.n. erat demonstratio. Quantum.n. est spatium, per quod fit motus, tantus etiam motus est, ideo, & ego motum in demonstratione magnitudinis comprehendi. Sed ipse principio Theorematis dixit, fieri non potest, vt finita in tempore infinito absoluatur, non eandem semper & eorum aliquid pertranseatur forte, velut de linea dixit: per quam fit motus, quia posuit nomen fœmininū. Et forte intelligens motus qui apud Græcos est quoddam fœmininum. Quod si de quiete opposita motui eadē esse dicenda putauit, patet Cōm. 49.

 quod

quod etiam de motu erant prius ostensa. Etenim in hoc extenditur ratio sua. Nunc autem ex ostensis de magnitudine, quibus motus absoluitur, concludit neq; motum infinitum esse in tépore finito. Nam magnitudo, per quam motus, localis est à qua motus secundum locum, habet spatium. Quoniá, inquit, nec magnitudo infinita, nec finita, quę per locum motu mouentur transit infinitum finito in tempore, planũ est, quod neq; motus erit infinitus in tempore, nisi rursus, & rursus in eodem fieret. Omnis.n.motus infinitus qui secundum lationem fit, in infinito spatio locali fit. Omnis.n.latio in loco est motus. & quæ infinita est, vna existit in infinito loco, nisi eadẽ fuerit iterum atque iterum. Si ergo ostensum est, quod non est pertransiri infinitum spatium tempore finito, patet quod neq; motus finitus absolui poterit. Esset.n.& interuallũ, per quod fit motus, infinitum. Sed quantum ad demonstrandum quod non sit infinitus, quendam vsum præbet hoc, quod neq; quod mouetur sit infinitũ. Vel quia si fuerit magnitudo infinita & moueretur omnino, & si ad quãtumlibet tempus, erit motus infinitus velut magnitudo, cum qua extenditur. Ostensum.n.est, ꝙ motus, vt etiam magnitudo simul distat, cuius est motus vt etiam simul distat cum interuallo, per quod pertransiit id, quod mouetur. Pulchre igitur non solum cum infinitudine interualli, simul infinitudinem motus in tempore finito sustulit, ac destruxit, sed etiam cum infinitate magnitudinis, quæ mouetur. Si.n. cum his ambobus extenditur motus, cum horum neutrum infinitum in tempore finito insit ei, quod mouetur, neq; motus eidem infinitus inerit.

Motus infinitus non est in tẽpore finito.

CAPVT VIII.

Tex. 67. *QVoniam autem omne aut mouetur, aut quiescit quod aptum natura est, quando aptum est, & vbi, & quo pacto, necesse est omne quod stat cum stat, moueri. si.n.non mouetur, quiescet. sed non contingit, vt ad*
Tex. 68. *quietem tendat quiescens. Hoc autem demonstrato, manifestum est, quod & in tempore stare necesse est. quod.n mouetur, in tempore mouetur. quod autem stat, ostensum est moue-*
Tex. 69. *ri. quare necesse est in tempore stare. Amplius autem, si velocius quidem & tardius in tempore dicimus: stare autem est velocius et tardius: In quo autem tempore primo id quod*
Tex. 70. *stat, stat: in quouis huius necesse est stare. Diuiso.n.tempore, si in neutra quidem partium stat neq; in toto. quare nõ vtique stat id quod stat: sin vero in altero non vtique in primo toto steterit. secundum.n. vtrunq; in eo stat, sicut dictum est & in eo, quod mouetur, prius. Vt autem id, quod mouetur, non est in quo primo mouetur sic neq; in quo stat id, quod stat. Neque.n.ipsius moueri, neq; ipsius stare, aliquid est pri-*
Tex. 71. *mum. Sit enim in quo primo stat, in quo A B: hoc igitur impartibile quidem non contingit esse: motus.n.non est in impartibili, propterea quòd motum est aliquid ipsius. quod autem stat demonstratum est moueri. At vero, si diuisibile est in quauis partium ipsius stat: hoc enim ostensum est prius, quòd in quo stat primo, in quauis parte illius stat. Quoniam ergo tempus est in quo primo stat, & non impartibile est: omne autem tempus in infinita diuisibile, non erit in quo primo statur.*

Cõm. 50. Propositum eius est, & si videatur apparenter dicere præter opinionem, quod id, quod stat, sit idem ei, quod mouetur, & quod quæcunq; insunt ei quod mouetur, tot etiam competunt ei quod stat. Sed accipiens aliud quiescens oppositum ei, quod mouetur, & in eodem manens, & aliud quieturum, quod mouetur ad quiescere: vt id, quod album fit, dum tendit ad albedinem, inquit quiescenti idem esse quod stat, & ei, quod erit quiescens idem est, quod erit stans, quod quidem ad stationem procedit. Et primum ostendit, ꝙ mouetur id, quod erit stans, assumens necessarium aliquid diuisiuum dicens, quod omne aut mouetur, aut quiescit, videlicet aptũ quiescere. Quod enim est natura immobile, neq; mouet, neq; quiescit: sed quod quidẽ est aptum moueri, hoc etiam quiescere. Quoniam priuatio mouendi quiescere est, & priuatum est illud, quod est aptum habere, & qũ est aptum habere non habens. Non.n.nuper natus catulus diceretur quiescere secundum ipsum non videre, quia hic neq; aptus est videre. Sed neq; homo, qui non habet et oculos in pectore diceretur priuari, quia non habet in pectore. Vbi.n.aptus esset habere, si non habuerit diceret priuari. Neq; pisces in aere dicerentur priuari motu, quia neq; ibi sunt apti moueri. Item neq; pisces dicerentur priuari incessu. Nam apti sunt natare, sed non incedere. Necesse est igitur, vt omne quod est aptum moueri, nisi moueatur quando aptum est, & vbi natum, & in priuatione est moueri, quiescat. Ipsum ergo quod erit status, id est proficiscens ad stationem, quia est aptum etiam moueri, necesse est vel quiescere, vel moueri: sed non quiescit, quod.n.quiescit iam non amplius manet. Nam est via in quietem, vt quiescere ita se habet stare. Nam ambo idem sunt, ideo transtulit quiescere in stare. Si ergo quod erit quiescens mouetur, & quod mouetur in tempore mouetur, patet ex ostensis, quod stans in tempore stat, siquidẽ stans sit illud, quod est aptum quiescere & moueri, sed non quiescit, sed mouetur, & id, quod mouetur in tempore mouetur. Ostendit hoc & aliter. Si enim licet stare, est velocius & tardius. Quod.n.ad stationem procedit, vel citius abit, vel tardius. omne velocius, aut tardius sunt in tempore: igitur stare est in tempore. Sed, cum demonstrarit quod id quod erit stans, & quod mouetur, in tempore stat: deinceps ostendit ꝙ etiam hoc competit stanti, vt moto, videlicet non esse primum accipere, in quo stet id, quod stat, quia ante omne quod erit primum, positũ est aliquid prius, vt etiam de motu ostendebatur ob sectionem in infinitum temporis, & interualli, quod pertransitur, & motus eius, & illius secundũ quod mouetur id, quod mouetur, quando secundum quantum moueretur. Quod autem non sit primum accipere in quo stet id, quod stat, sed quod quis tempus velut primum acceperit ante hoc aliud inuenietur, ostendit prius demonstrãdo, quod in quo tẽpore primo stat in quocunq; ipsius necesse est stare. diuiso.n.tempore, in quo primo dicitur stare id, quod stat, si quidem in neutra parte stare dixeris, neq; in toto: quare non staret id, quod stat: ꝙ si in altera staret, & primum, patet ꝙ in prima non in primo toto staret. Nam sic in toto stabat perinde, ac secundum alteram partem staret, vt prius de illo, quod mouetur ostẽsum est. Similiter.n.se habet id, quod mouetur, & id quod stat, quia etiam quod stat, est id, quod mouetur. Vt igitur quod mouetur in quo primo ponebatur moueri necesse est, vt in aliqua partiũ eius idem moueatur, ita se habet id, quod etiam stat. Hoc igitur cum prius ostẽdisset, deinceps ostendit ex hoc, quod vt ipsius moueri non est primum accipere, in quo mouetur aliquid, sic neq; ipsius stare. Ostendit etiam hoc per deductionem ad id, quod fieri non potest. Sic.n.inquit, in quo primo dicit stare id, in quo A B quod prius statim diuisit. Nunc autem demonstrat primũ quod diuisibile sit, quia non est impertibile: ꝙ vero non sit impertibile ostendit, quia motus non sit in aliquo impertibili, quare neq; stare, siquidem stare est aliquid moueri. Quod autem motus non sit in ipso impertibili per osten-

Illud quod stat idem videtur esse ei, quod mouetur. Illud, quod stat idem est cum eo, quod quiescit.

Illud, quod stat idem est cum eo, quod quietum fit.

Priuationis intellectus.

Non potest primum sumi in quo id sistatur quod sistatur.

In tempore, in quo primũ sistitur i quauis eius parte sistatur necessarium est.

sa

sa confirmauit. Si.n.necesse est quod mouetur prius moueri, motus non est in ipso impartibili. Non.n.potest aliquid in eodem moueri & motum esse. Sed quod stat demonstratum est, quod est ipsum quod mouetur, quia ergo diuisibile est A B in quo primo dicitur stare, id quod stat in quacunque eius parte stat. Nam hoc prius ostensum est, vt illud in quo primo aliquid stare dicitur, in quaecũq; parte illius stare necesse sit. Si ergo tempus est, in quo primo stare dicitur, & non aliquod indiuiduum: & tempus omne est diuiduum in infinitum, non ergo erit aliquod primum eius. Neq; igitur ipsius stare erit aliquod principiũ, in quo stare primo dicatur id, quod stat. Vt.n.tempus se habet in quo est stare, sic etiam in ipso stare. igitur à partibus quibuscunq; diuisi ipsius stare in infinitum, demonstrauit ꝙ non est aliquod primum, in quo stetur. Neq;.n. est aliquod primũ illius, quod est diuisibile in infinitum. Sed si stare moueri est, & de moueri ostensum est, ꝙ non est aliquid accipere, in quo primo moueatur id, quod mouetur: patet ꝙ neq; ipsius stare est aliquod primũ accipere. Quæ igitur opportunitas est ad demonstrationem huius breuiter differere. Vel primum quidem volens ostendere, ꝙ stare hoc, est moueri aliquid, & si præter consuetudinem dicatur, merito proposuit ostendere, ꝙ quæcũq; insunt ipsi moueri, ea quoq; & ipsi stare, quatenus aliquid stare moueri est. Deinde, si idem erat vicissim moueri & stare, superuacaneum erat de ipso stare differere, sed quia non simpliciter moueri est stare, sed ad stationem moueri idem est, vt diximus, ipsi quiescere: merito & in his de ipso moueri demonstrationem faciebat, vt habeat veritatem in omni motu ratio, & de eo, qui est ex quo & de illo, qui est ad quod. Et quod hanc habeat intelligentiam Aristoteles ex eo coniecturo, ꝙ eadem statim de quiete adducit, quæ est opposita toti motui.

Tex. 72. *Neque igitur quiescens est, quando primum quieuit. in impartibili.n.non quieuit, propterea quòd non est motus in impartibili. In quo autem est ipsum quiescere, & ipsum moueri. Tunc.n.dicimus quiescere, quando & in quo aptum natura est moueri, non mouetur id, quod aptum natura est.* Tex. 73. *Amplius autem & tunc dicimus quiescere, cum similiter se habeat nunc & prius, tanquam non vno quodam diiudicantes, sed duobus minimis. Quare non erit in quo quiescit impartibile si vero partibile est, tempus vtique erit, & in quauis ipsius partium quiescet. eodem enim modo demonstrabitur, quo & in prioribus. Quare nihil primum erit. hac autem causa est, quia quiescit quidem, & mouetur omne in tempore tempus autem non est primum, neq; magnitudo, neq; omnino aliquod continuum: omne.n.in infinita partibile est.*

Cõm. 11: *Non potest aliquid primũ sumi in quiete.*

Postquam demonstrauit de omni motu simpliciter, & de motu, qui dicitur secundum stare, quod non est primum accipere eius, sed quodlibet primum quis acciperet esset aliquid hoc etiam prius, nunc eadem de quiete ostendit, quæ est opposita toti motui. Sed eadem causa est de quiete quæ etiam de motu: ideo & eadem vtitur demonstratione. Si.n.quies est priuatio motus; & priuat id, quod est aptum moueri, in quo aptum est moueri, quod non mouetur, necesse est, vt in tempore quiescat, & non in indiuisibili, vt neq; moueri est in ipso indiuisibili. Item & aliter ostendit, ꝙ in tempore est quiescere, & non in ipso indiuiduo reuocans nobis in memoriam illa, quæ prius de quiete dixit: ꝙ quiescere est quando idem, & partes eius idem habet nunc, vt prius, tanquã quies definiatur à duobus ipso nunc, & prius videlicet. Sed inter omnia duo Nũc medium incidit tempus: igitur omnis quies est in tempore. Etenim nunc & prius, sunt temporis partes: sed temporis, in quo capit quietem, non est aliquod primum accipere. Etenim tempus est continuum & in infinitum diuisibile. Sed in continuo nihil est primum.

Quoniam autem omne, quod mouetur in tempore mouetur, & ex quodam in quoddam mutatur, in quo tempore mouetur secundum se, & non quia in illius aliquo, impossibile est tunc secundum aliquid esse, primum quod mouetur. Quiescere.n.est in eodem esse tempore aliquo & ipsum & partium vnamquamq;. sic enim dicimus quiescere, quando in alio & alio Nunc, verum sit dicere, quòd in eodem & ipsum & partes sunt. Si autem hoc est quiescere non contingit id, quod mutatur secundum aliquid, esse totum secundum primum tempus. tempus.n.omne diuidi contingit. Quare in alia & alia ipsius parte, verum erit dicere, quòd in eodem sit & ipsum & partes. Si vero non sic est, sed in vno solo Nunc est non erit tempore vllo secundum aliquid, sed secundum terminum temporis. In ipso autem Nunc, est quidem semper secundum aliquid manens, non tamen quiescit. neq; enim moueri, neq; quiescere est in ipso Nunc. sed non moueri quidem verum est in ipso Nunc: & esse secundum aliquid: In tempore autem non contingit esse, secundum quod quiescit. accidit.n.vt id, quod fertur, quiescat. Tex. 74.

Ea, quæ sunt præter opinionem de motu Theoremata, quæ quidem aliquis nec facile intelligeret, neq; crederet per demonstrationem, in his Arist. tradit. Et erant etiam illa mirabilia, quæ proxime ostensa sunt, quod non est accipere primum neq; motus, neq; quietis. Patet autem ꝙ neq; finis, per eandem causam. Adhuc vero minus probabile apparet, quod nunc patefacit, quod ob solutionem rationis Zenonis videbatur in his adferri. Quoniam inquit, quod mouetur, in tempore mouetur, in quo tẽpore mouetur, per se, i. in quo toto, & non in aliqua parte eius mouetur, quod primo moueri antea dicebatur. (Nam hęc idem apud illum significãt de tempore, videlicet primo, & per se, & non in aliquo illius) fieri nõ potest, vt in eodem tempore in aliqua parte spatij sit, in quo mouetur, ita vt id quod mouetur & vnaquęq; eius pars in eodem sit, & ęquali spatio sibi ipsis. Hoc autem ostendit sic. Si quod mouet in aliquo tempore primo est in aliquo eodem idem & partes eius, quia omne tempus diuiditur in prius & posterius tempus: erit in aliquo eodem nunc & prius, & idem, & partes eius: sed quod est in eodem tempore idem & partes eius quiescit: igitur quod mouetur in aliquo tempore primo, si fuerit in aliquo eodem & partes eius, quiescit. Sed non potest quiescere aliquid quando mouetur: non ergo quod mouetur primo tempore, est in aliquo eodem idem & partes eius. Quod autem hoc sit quiescere ostendit per hoc. {Sic.n.dicimus quiescere, quando in alio, & alio Nunc verum sit dicere, quod in eodem & ipsum & partes eius sunt.} Ostensum est igitur propositum, quod non contingit id, quod in primo tempore mutatur in aliquo esse, in quo ipsum mutatur & eius partes. Nam hoc significat totum. Et causa est, quia omne tempus est diuisibile: quare in alio & alio eius partes, videlicet priore, & posteriore, verum erit dicere, quod in eodem sunt totum & partes. Hoc autem erat quiescere, sed non moueri. quare non in primo tempore erit aliquid mutatum in aliquo idem & partes. Sed, si in nullo tempore est quod mouetur in aliqua parte spatij, in quo mouetur, si secundum locum moueatur, neq; æqualem sibi obtinet locum, quõ absoluit totum spatium, in hoc tempore & pertrãsit illud. Vel quia in eodem nunc est ſm aliquid spatij, hoc autem est terminus tẽporis: quare, si in tempore dicitur non primo, neq; per se, sed quatenus est in aliquo tpis, non parte, sed ter-

Cõm. 12. *In quo tempore quippiam mouetur in illo tempore esse non potest, in aliqua parte spatij in quo mouetur.*

mino, ideo & Incipiens rationem ipse dixit, non in aliquo illius respiciens ad terminum eius nunc, sed in ipso nūc solum occupat locum sibi æqualem, in quo potest etiā quiescere, non tamen quiescit tum in eodem. Nam omne quiescens in tempore, & non in ipso Nunc quiescit, vt etiam mouetur in tempore. In quo.n. mouetur in eodem etiam quiescit, ideo dicere aliquid non moueri in ipso nunc, verum esse pōt, sed quiescere nō pōt in ipso Nunc. Illud aūt. Non contingit esse in tempore secundum ipsum quiescēs, de illo quod mouetur dictum est, quia quod mouetur est quidem secundum æquale ipsi in quo & quiescens esse potest. Nam quiescit in tempore ęquali, non tamen quod mouetur est in tempore æquali sibi, sed in ipso nunc. Si enim in tempore erit quiescens. Nam in tempore aliquo idem & partes eius in aliquo existentes quiescere ostensum est. Erit ergo idem quiescens, & quod mouetur.

Non mouetur aliquid, nec quiescit in Nunc.

CAP. IX.

Tex. 75. Tex. 76.

Zeno autem male ratiocinatur. Si.n. semper inquit, quiescit omne, aut mouetur cum est in illo, quod est equale: est autē semper id, quod fertur, in ipso Nunc in æquali, immobilem eam esse sagittam, quæ fertur. Hoc autem falsum est. non enim cōponitur tempus ex ipsis Nūc indiuisibilibus, sicut nec alia magnitudo vlla.

Com. 73. Dubitationes magni Zenonis Eleates, de quo Sillographus hoc retulit, Non inconstantia Zenonis magni bilinguis, fuerunt in causa, vt hæc admiranda Theoremata de motu Aristoteles nobis reliquerit, velut monimenta. Velut.n. vtilia ad solutionem Zenonis rationum prædicta nobis tradidit de motu, ideo mentionem cōtinuo fecerat de dubitatione Zenonis, & solutionem eius ex eo quod proxime dictum est, fecit. At Zenonis ratio assumens prius, quod omne, quādo fuerit in æquali sibi, vel mouetur, vel quiescit: & quod nihil in ipso Nunc mouetur, & quod id, quod fertur, semper in æquali tempore sibi est s'm vnumquodque nunc: videtur sic syllogismo concludi, Si feratur telum in omni nūc in æquali sibi est, quare & in omni tempore: sed quod est in ipso nunc in æquali sibi non mouetur: igitur quiescit, quia nihil in ipso nunc mouetur. Sed quod non mouetur quiescit, quia, omne vel mouetur, vel quiescit: igitur telum, qđ fertur, dum fertur, quiescit omni tempore lationis suæ. Quo Hercle quid erit incredibilius? Sed, cum dicat, ꝙ omne vel quiescit, vel mouetur, quando fuerit in æquali, induxit. Est quoq; id quod fertur semper in ipso nunc, sed quod sit id, quod in æquale fertur in ipso nunc patet. Solutionem porrò ipse adduxit dubitationum. Instans contra id, videlicet, ꝙ semper id, quod fertur in ęquali sibi feratur. Non.n. si in omni tempore est nunc, & in ipso nunc est in æquali sibi, iam & in tempore est & semper: quia nunc non est temporis pars, sed terminus: in quo ostensum est quod mouetur in æquali sibi esse in Theoremate, quod est ante hoc. Si ergo tempus non constat ipsis nūc indiuiduis. Hoc autem adiecit, quoniam & quoddam tempus, velut præsens nunc appellamus, neq; telum quod fertur vno tempore in æquale sibi est, quare neq; quiescit in illo tempore. Et illud quoq; non vere sumptum est, quod omne aut mouetur, aut quiescit. Nā ostensum est, ꝙ in ipso nunc neq; mouetur aliquid, neq; quiescit. Non.n. si aliquid non mouetur, necesse est vt hoc quiescat. Quare ex prædicto Theoremate ostendente, ꝙ nullum est tempus, quod mouetur, secundum aliquid secundum terminum temporis, soluit hoc, ꝙ semper id, quod fertur, sit in æquali sibi. Non.n. semper, sed in ipso nunc, quando accidit ipsi neq; moueri, neq; quiescere. Sed

Zenonis syllogismus, vel ratiocinatio de motu.

Omne, quod est, moueri, vel quiescere non est necessarium.

hoc nunc, in quo æquale sibi occupat id, quod mouetur, vt potentia solum existēs, oportet intelligere, vt punctum in linea. Si.n. actu sumeretur vbiq; tempus, in ipsa impertibilia diuideretur tempus, & ex his componeretur, & erunt actu infinita. Sed Zenonis ratio mouebat dubitationem, perinde ac tempus constaret ex ipsis nunc. Vnde, si hoc non daretur ipsi, non est verum, quod est semper in æquali id, quod fertur.

Quatuor autem sunt rationes de motu Zenonis, ingerentes difficultatem soluentibus. Prima quidem est ea, quæ de ipso non moueri est. propterea quod prius ad medium oportet peruenire id, quod fertur, quam ad finem. de qua diuisimus in prioribus rationibus. Tex. 77.

Quatuor inquit esse rationes Zenonis de motu, quibus exercens auditores, videbatur tollere motum, qui manifestissime in rebus est. Quare & Diogenem Cynicum aliqū audientem has dubitationes traditur nihil contra eas dixisse, sed surgens illis auditis ambulabat & ex ipsa actione & deambulatione soluit sophismata in ipsis rationibus. Sed quatuor rationes esse inquit, præbentes difficultatem his, qui nituntur soluere. vel quod quatuor sint omnes rationes de motu, quæ omnes sunt difficiles cognitu. Vel quia cum plures sint, quatuor tamen erant quæ magis ad rem faciunt. Sed eum, qui tractat de motu, decet soluere rationes, quæ nituntur destruere ipsum, & maxime illas, quæ id faciunt statutis principijs naturalibus ac positis: velut fuerant Zenonis rationes vtentes sectione magnitudinis in infinitum, & omne aut quiescere, aut moueri, & similibus. Proinde quatuor rationum demonstrātum non esse motum, quia sequuntur quædam absurda si sit motus, prima talis est. Si est motus necesse est, vt id, quod mouetur tempore finito pertranseat infinita. Sed hoc fieri nequit: igitur non est motus. Demonstrabat connexū ex hoc, quia quod mouetur aliquod spatium pertransit: sed cum sit omne spatium diuiduum in infinitum, necesse est, vt quod mouetur prius dimidium transeat spatij, supra quod mouetur, & postea totum, sed etiam ante dimidium totius oportet pertransire, & dimidium illius dimidij, & huius rursus aliud. Si ergo infinita sunt dimidia, potest in omni sumpto accipi dimidium: Sed infinita nequeunt tempore finito pertransiri. Hoc autem velut manifestum accepit Zenon, igitur non potest motus esse. De hac ratione prius mentionem fecit Arist. dicendo, ꝙ fieri nequit, vt finito tempore infinita pertranseantur, & infinita tangantur: sed omnis magnitudo infinitas diuisiones habet. ergo non potest aliqua magnitudo pertransiri in tempore finito. Soluit autem eandem dicēs, non esse actu infinita in magnitudine, sed potestate: igitur actu dimidia infinita nequeunt tempore infinito pertrāsiri, sed potestate nihil prohibet. Neq; enim quod mouetur diuisum in infinita spatium transit, sed velut vnum & continuū, ideo non prohibetur sic pertransire infinita. Si.n. diuidetur in ipsa dimidia non amplius fuit vnum, & continuum mouebitur, neq; motus erit continuus. Sic ergo secundum definitionem infiniti soluit rationem. Item, quia similis est infinitas in tempore & spatio: quare non in tempore finito erit infinitum, sed similiter in infinito transit. Etenim tempus diuisibile est in infinitum, sed potestate & non actu infinitum. Igitur potentia infinita magnitudinis pertransit in ipsis infinitis temporis potentia.

Com. 74 Diogenes ambulando soluit rationes Zenonis de motu.

Zenonis prima ratio destruens motū.

Infinita, quædam sunt actu quædam potentia. Infinita in potētia transiri possunt in tēpore finito.

Similis infinitas est in tēpore, & in spatio.

Secunda autem ea, quæ vocatur Achilles. Est autem ea. quod tardius nunquam apprehendetur currens à velocissimo. ante.n. necesse est eas persequens, vnde mouit fugiens. Quare semper aliquid id, quod tardius est, antecedere necesse est. Tex. 78.

Tex. 79. *cesse est. Est autem & hæc ratio eadem illi, quæ in duas partes fit diuisioni. Differt autem in diuidendo non in duas partes acceptam magnitudinem. Nõ attingi igitur tardius accidit ex ratione. Fit autem, accidit autem ex eo, quod idem fit cum sectione in duas partes: in vtrisque enim accidit non peruenire ad terminum diuisa quodam modo magnitudine. Sed additur in hac, quod neque velocissimum tragice iactatum, in persequendo tardius. Quare necesse est & solutionem esse eandem. Putare autem, quòd præcedens non attingatur, falsum est. Cum enim præcedit, non attingitur, sed tamen attingitur, si oporteat transire finitum, hæ igitur sunt rationes duæ.*

Cõm. 55. Et hæc ratio secundum aliam formam ex diuisione in infinitum idem nititur facere. Et erit talis, Si est motus, tardius nunquam à velocissimo comprehendet. Sed hoc fieri nequit. Non est igitur motus. Ist assumptio est manifesta. Sed connexum probauit dicens, quòd si est motus, nequit tardissimum à velocissimo deprehēdi tardissimum accipiens testudinem, quam & fabula velut natura tardam, segnemq; accepit in certamine contra equũ. Et velocissimum Achillem, qui sic videbatur celerrimus pedibus, vt ab Homero sit ei tributum, velut proprium nomen, podarkes, scilicet pedibus præpotens propterea quòd ipsi & commilitonibus sat erat celeritas pedum. Est ergo ratio Achilles, quæ sic denominata est, quia sumptus est Achilles in ipsa, quem inquit, ratio testudinem persequentem non posse apprehendere. Etenim necesse est, vt id quod est aliquid apprehensurum, antequam fugiēs vnde incepit occupet locum, ad terminum veniat, sed in quo id, quod persequitur ad hoc proficiscitur, in eodem fugiēs pertransit aliquod spatium, si etiam minus eo, quod persequens transit, quia tardius est, tamen transit. Non enim quiescit, & in quo rursus tēpore hoc pertransit persequēs quod pertransiuit fugiens, in hoc rursus tempore pertransit aliquid fugiens tanto minus, eo supra quod mouebatur, quanto tardius est ipsum persequente, & sic in toto tempore, in quo persequens transit, quod absoluit fugiens, quod est tardius, in eodem aliquid trāsit etiam fugiens. Nam & si minus, minus, tamen pertransit & ipsum quod mouetur omnino. Sed, quia in infinitum aliud alio minus spatium sumitur, propter sectionem magnitudinum in infinitum; non solum Hector ab Achille non comprehendetur, sed neque testudo. Statuatur.n. stadium esse subiectum, absoluere testudinem dimidium stadij, & decies plus in eodē tempore Achilles moueatur, quam testudo, porrò Achilles persequi testudinem à principio stadij in quanto procedit dimidium stadij, quo veniat in dimidium, vnde testudo, incæpit, & testudo decimam partem relicti semistadij pertransiuit iam, rursus in quanto Achilles decimā partem semistadij transiuit decimę partis semistadij decimā absoluit testudo. Si ergo in singulis partibus decimis alicuius spatij, & eandem decimam habet, semper testudo erit præcedens in aliquo Achillem, & neutrum ipsorum, neq; testudo, neq; Achilles unquam pertransibit stadium. Ratio igitur & hæc talis. Eandem inquit, esse hanc præcedenti, quia & huius persuasio & fides pendet ex diuisione in infinitum magnitudinis. Sed differre ab illa videtur, quia non semper diuidit s'm diuisionē in duas partes, & in dimidium: sed s'm quandam aliam rationem s'm quam motus velocissimi excedit motum tardissimi: siue decupla, siue alia sit proportio. Sed rationem deducit in quatuor, quia neq; velocissimum comprehendit tardissimum, & Achilles & testudo, vt in tragœdia vel comœdia producũtur personæ. Sed solutio est & hic eadem ex diffinitione diuisionis in infinitum. Non.n. actu infinita in cõtinuo & motu, qui fit in eodem, non.n. amplius continua manet diuisa. Quatenus.n. diuiditur idem aliquid, stat & nõ seruat continuum & magnitudinem, sed tardius, quādo quidem præit, non comprehenditur tamen. Si enim dat ratio pertransiri finitum vt semistadium & decimam semistadij partem, patet etiam, quod totum stadium pertransit, & velocius id quód mouetur tardius, in eodem tempore, quod quidem absoluit tardius apprehendet, & sic cõprehendet idem. Quod.n. decem horis tardius mouetur, in vna hora pertransiens celerius, in idem, ad quod tardius peruenit, concedet. Sed dubitatio hic facta est, quia accipiuntur actu infinita, quod quidem non est verū & maximum seruátis continuis magnitudine & motu. Nam & si necesse sit id quod mouetur primam aliquam partem transire & sic totum, tamen non est necesse, vt hæc sit determinata, sed magis necesse est, vt non sit definita, ne diuidatur continuum.

Tex. 80. *Tertia autem, quæ nunc dicta est, quòd sagitta, quæ fertur, stat. Accidit autem propterea quòd sumit tempus cõponi ex ipsis Nunc, non dato enim hoc, non erit ratio.*

Cõm. 56. Tertia Zenonis rõ mouentum primis. Tertiam inquit esse Zenonis rõnem, quam paulò ante dissoluit dicentem, quod telum, quod fertur, dum fertur, stat, si quidem necesse est, vt omne, vel moueatur, vel quiescat: sed quod fertur semper in æquali sibi fertur, & quod semper est in æquali sibi non mouetur, quiescit ergo. Sed falsum sumit ratio hæc, quod semper qđ fertur in æquali sit sibi. Nam ostensum est, quod in solo nunc inæquale sibi est, & hoc concedit. Sed non intelligit quod in codē nunc nihil quiescat nec moueatur, sed quoniam nunc non deficiunt, ob id putat idem stetisse in tempore lationis, ex hoc nihil syllogismo concludens: siquidem ipsa nunc non sit inter se continua, neque ex his tempus fiat.

Tex. 81. *Quarta autem ea, quæ de iis est, quæ in stadio mouentur econtrario, æqualibus magnitudinibus iuxta æquales: hæ quidem à fine stadij, ille vero à medio, æquali velocitate, in quo accidere putat, æquale esse tempus dimidium duplo. Est* Tex. 82. *autem deceptio in eo, quod hoc quidem iuxta quod mouetur, illud autem iuxta id, quod quiescit per æqualem magnitudinem censet, æquali velocitate, æquali tempore, ferri. Hoc autem falsum est. Vt sint stantes æquales magnitudines, in quibus* A A A A: *illa autem in quibus ipsa* B B B B *incipientes à medio ipsorum* A, *æquales secundum numerum his & magnitudinem. Alia autem in quibus ipsa* C C C C, *ab vltimo æquales his numero & magnitudine, & æque veloces ipsis* B. *Accidit igitur primum* B, *simul in vltimo esse, & primum* C *eorum, quæ iuxta se inuicem mouentur. Accidit igitur ipsum* C *iuxta omnia ipsa* A *transisse. Ipsa autem* B *iuxta dimidium ipsorum. Quare & medium esse tempus, æquali enim vtrunque est iuxta vnumquodque. Simul autē accidit ipsa* B *iuxta omnia* C *transisse. Simul enim erit primum* C, *& primum* B *in contrariis vltimis, æquali tempore motū iuxta vnumquodque ipsorum* B, *quanto circa vnūquodque ipsorū* A, *vt inquit, propterea quòd vtrunq; æquali tempore iuxta ipsa* A *sunt. Ratio igitur hæc est, accidit autem ob id, quod dictum est, falsum.*

Cõm. 57. Quarta ratio Zenonis de motu ducens ad id, quod nequeat esse motus, talis est. Si est motus, æqualium magnitudinum, quæ etiam æque veloces sint altera, in eodem tēpore duplo motu magis quam altera pertransietur, & non æquali. Et est hoc etiam absurdum, & absurdum est etiā id, quod sequitur ex hoc, videlicet idem, equaleq; tempus simul duplum esse & dimidium: ostendit autē idem concessum accipiens hoc æque velocia & æqualia, in æquali tempore

tempore æquale spatium pertransisse, & tũ adhuc ęque velociorum & æqualium aliud duplum erit pertransitum. In dimidio nempe tempore dimidium, & in duplo duplũ erit pertransitum. His præacceptis stadium statuit, supra quod fit motus d e, & quatuor magnitudines, vel quantalibet paria solum, vt se habeant dimidia, æqualia mole. sed vt Eudemus inquit, cubos statuit, in quibus sint a a a a, velut hæc medium spatium sint: quibus stantibus, primum determinat id, quod est in principio stadij per ipsum d, vltimum autem ad e, & accipit alias quatuor magnitudines vel cubos æquales stantibus magnitudine, & numero in quibus b b b b sunt, quæ à principio stadij incipiant, & desinant ad medium quatuor a a a a, & hæc mota sint versus vltimum stadij e: ideo & primum dicit hoc secũdum medium ipsorum a a a a, tanquam prius sint quam reliqua in motu ad ipsum e: propter hoc autem accepit moles, vt habeat dimidias. Nam eget his, vt discemus: ideo & primum b, de medio eorum quæ stant, videlicet a a a a, posuit: deinde & alios æquales magnitudine, & numero his, b b b b, patet quod etiam his erunt æquales a a a a. Accipit ergo in quibus hæc g g g g, oppositos his b b b b. Nam horum b b b b, à medio stadii in quo & horũ a a a a, medium erat ad extremum stadii e eorum, quę mouentur, & hi g g g g, ab vltima parte, in qua e, ad d, mouetur, quod est in principio stadii. Et primũ patet, quod horum quatuor g g g g, illud ad d, declinatum est, ad quod motus, qui inerat his g g g g. Ponit autem primum g, post primum b. Cum igitur talis sit, ex principio statua positio, si a a a a, stãtibus, hæc b b b b, moueatur, vt à medio horum a a a a, & stadio ad finem stadii e, hæc g g g g, velut ab extremo stadii ad principium videlicet. Non.n. velut ab vltimo b, quod quidem videtur in quibusdam exemplaribus Alex. inuenisse, & ob id coactus fuit dicere, ꝙ id, quod prius dixit primum b, hoc nunc vltimum appellauit. Accidit primũ b, simul in vltimo esse motus eiusdem & primũ g, ipsis æquidistanter positis, & æque velociter inter se in vltimo. Nam, cum primũ g, in primo b, existente à principio, & contra motis eisdem æque velocibus, & mutuo sese pertranseuntibus primum b, in extremo erit g, & primum g, in vltimo b, & hoc erit simul primũ accidere, vt sit in vltimo, & primum g, cum inter se mutuo sese pertranseant. Nam mutuus motus & æqualis facit hoc fieri in extremis eorum inter se. Accidit autem, inquit, & g, primum per omnia a, pertransisse & b, per media a. Et quod quidem b, medio horum a, incipiens per duo a a, pertrãsierit, vel per dimidia quot fuerint paria, in quanto g, per dupla b, pertransierit manifestum est. Nam primum b, à medio horũ a, principium fecit, & in quanto ipsum b, per ipsa duo a a, vltima stantia mouetur, ipsum g, primum motum contra hæc b, per quatuor b b b b, pertransit. Nã duo motus eorum, quæ contra mouentur, duplum absoluunt spatium vnius, quo transibat b, per stantia a. Et hoc quidem patet. Sed quomodo per omnia a, ipsum g, pertransiuit? Neque enim præter hæc mouebatur, sed præter hæc b, neq; à principio horum a, mouebatur, sed à principio horum b, qđ erat ſm medium horum a. Quomodo ergo g, per omnia, a, pertransiuit? Num quia & ipsa b, æqualia erant ipsis a: igitur g, in quanto tempore per b, pertransiit, erit etiã per a, æqualia ipsis b, pertransitum. Et hic est paralogismus, quia accepit simpliciter id, quod mouetur, in æquali tempore, quod mouetur per ęqualia, & addens alium syllogismum probando, quòd æqualium alia erãt contra mota & alia stantia, sed tamen accipiens quod in ęquali tẽpore hæc b, & hęc a, pertransit g, quoniam in quanto tempore primum b, pertransit duo a a, in tãto ipsum g, quatuor b, siue quatuor a: conclusit, quòd b, & si æque velox sit ipsi g, in eodem tempore dimidium pertransiit, quo g, mouetur, quod quidẽ est præter concessum & euidens. Quæ .n. æqualia sunt æquale absoluunt in æquali tempore spatium. Sed quando similiter se haberent, vt vel ambo per stantia moueantur, vel ambo præter ea, quę mouentur, & non quando aliud per stantia, vt b, & aliud præter ea, quæ contra mouentur, vt g. Item tempus, in quo mouetur b, per duo a a, dimidium est temporis, in quo mouetur g, ꝑ quatuor, a si quidem hæc, a, æqualia sunt his b, & æque velocia sunt b & g, & videbatur etiam æquale esse tempus, siue idem in quo b, mouebatur per duo a a, & in quo g, ꝑ quatuor b, accidit ergo, & magnitudinem eandem esse duplam & dimidiam: siquidem in eodem tempore æque velocium ipsum b, duo a, pertransibat, & ipsum g, quatuor b, æqualibus existentibus b, ipsis a, & tempus idem erit duplum & dimidium: si quidem & dimidium erit tempus, in quo ipsum b, per duo a a, pertrãsibat tẽporis huius, in quo g, per quatuor b, pertransit & idem. Nam illud. {Aequale.n. vtrunq; est iuxta vnumquodq;} indicat, quòd etiam b, & g, cum sint ęque velocia æquale tempus faciũt iuxta vnumquodque, per quæ mouetur b & a, quòd si æquale, patet, quòd duplum est tempus, in quo g, quatuor b, trãsit, sed dimidium in quo b, duo a a. Vel magis in quo g, quatuor a, transit eius, in quo b, ęque velox ipsi duo a, transit. Nam diximus, quòd in quo quatuor b, transit g, in hoc etiã a. Sed dicendo, quod accidit g, per omnia a, pertransisse, quia per omnia b, pertrãsiit ponendo intermedia sequentia absurda, videlicet dimidium spatium idem esse duplo, & dimidium tempus duplo tempori intulit, quòd simul accidit & ipsa b, per omnia g, pertransisse, vt ipsa g, per ipsa b. Simul.n. erit primum g, & primum b, in cõtrariis vltimis g, quidem principia stadii, & b, in fine, quæ quidem ambo vltima sunt. Nam, cum contra moueanť æque velociter, & ęqualia sint, & à principio vicissim incipiũt simul terminos inter se obtinent, ęquale tempus iuxta vnumquodque fit eorum, quę sunt b, ipsum g, quantũ per vnumquodque eorum, quæ sunt a, & si non moueatur g, per ipsa a, quia fit cum sint ambo g & b, æqualia & æque velocia æquale tempus, per ipsa a. Sed per hoc simul demonstrauit, cur accepit ipsa g per a, mota esse, & si nõ sint mota, quod per æqualitatem ad ea, quæ sunt b, & ęqualem celeritatem, simul quoque quod propter hoc fiat paralogismus indicauit, cum addat, vt inquit. Non enim æquale tempus g, iuxta vnumquodq; fit eorum, quę contra mouentur, & ipsorum a, stantium. Potest autem, inquit Alex. hoc esse, vt accidat g, per omnia a, pertransisse, deinceps ęquale esse tempus iuxta vnumquodque factum ipsorũ b, quantum quidem ipsorum a. Deinde, deinceps ipsum b, præter dimidia. Nam huius simul dum erit primum g, & primum b, in contrariis vltimis, sed deinceps, quia potest hæc ęquale tempus per ambo secundum a, fit. Ratio ergo talis est. Quæ est stultissima, vt inquit Eudemus, & quia committebat euidentem paralogismum: si quidem cẽseat æqualia & ęque velocia, si alterum per id, quod mouetur, moueretur, & aliud per quiescens ęquale spatiũ in ęquali tempore pertransire, quod quidem est absurdum palam. Nam quę mutuo contra mouentur æque velocia, in eodem tempore dupla distantia distant, in quo id, quod mouetur, per quiescens dimidium distat, & si ęque velox illis fuerit. *Zenonis quarta ratio stultissima dicitur Eudemo.*

At vero secundum eam, quæ in contradictione est mutationem, nihil nobis erit impossibile. Vt si ex non albo in albũ mutetur,

mutetur, & in neutro est: sic vtique neq; album erit, neq; nõ album: non enim, si non totum in vtrouis sit, non dicetur album, aut non album: album enim dicimus aut non albũ, non quia totum sit huiusmodi, sed quia plurimæ, aut maxime præcipuę partes. Non idem autem est & non esse in hoc, & non esse in hoc totum. Similiter autem, & in eo quod est, & in eo, quod non est, & in alijs, quæ secundum contradictionem sunt erit: non enim ex necessitate in altero oppositorum, in neutro autem totum semper.

Cõm. 58. Cõfutatur rõ destruẽs motũ per mutationẽ secundũ cõtradictionem.

Cum soluisset rationes Zenonis, quę videbantur motũ destruere, adducit & alias rationes, quæ idem probant sophistice, vt etiam diluat earum cauillationem: quarũ prima nititur tollere motum ex mutatione s'm cõtradictionem. Est talis. Quoniam mouetur id, quod mouetur, ex aliquo in aliquid mutatum, in neutro est, quãdo mutatur: neque in eo ex quo: sin autem, non amplius moueretur: neque in eo ad quod, nondum.n. mouetur hoc, vt et ipse Arist. in hoc libro docetur, & quoq; mutatio s'm cõtradictionẽ, & quod mutatur hoc modo in neutra parte est cõtradictionis, sed in ipso intermedio, quod quidem absurdum est. Non est aliquod intermedium in contradictione. Vel si non hoc, non est verum quod mutatur, neq; in eo esse ex quo mutatur, neq; in eo, ad quod mutatur, in quo tempore mutatur? Etenim mutatio s'm cõtradictionem habet id ex quo, & id ad quod. Ex albo.n. in non album, & ex non albo in album mutatur, & ex eo, quod est, ad id, quod non est, ex eo quod non est, ad id, quod est. Si ergo mutatione existente necesse est quod mutat̃ in neutra esse contradictionis parte: sed hoc fieri nequit, quia nihil fugit oppositionem contradictionis, non erit ergo mutatio. Hanc proinde soluens rationem inquit: totum, quod mutatur secundum contradictionem in neutra esse parte cõtradictionis, sed aliqua pars est in vtraque. Et ostensum est hoc prius, quando dixit, quod eius, quod mutatur, necesse est, vt partim sit in eo ex quo, & partim in eo, ad quod. Quod si hoc, neque in altera cõtradictionis parte erit totum quod mutatur, neque contradictionis erit aliquod medium, in quo idẽ oporteat esse: sed est in ambobus. Cur ergo magis album quam non album dicitur. Nam necesse est, vt alterum sit ob effatum contradictionis, quod si fuerit album, aut non album, non erit in ambobus. Hanc instantiam diluens ait, quod non est necesse totũ in vtroq; esse, vt album, aut non album dicatur. Etenim album dicitur, non solum tale totum existens, sed etiam plurimas, vel etiam primarias tales partes habens, quare in quo plus, vel proprius erit albi denominabit̃ ab eo. Sed totũ in neutro erit, in quo est mutari. Quomodo igitur idem album, & non album? Nisi primum, & hæc determinatio enunciata sit de his, quæ sunt prorsus cõtradictoria, quod non in alio, & alio. Deinde hoc simpliciter nõn est in albo, non potest simul verum esse, cum hoc quod sit in albo. Sed illud non esse totum in albo potest simul verum esse cum hoc, quod sit secundum partem in albo. Et dicitur album, quod non totum est album, quia non est idem, non album simpliciter, & non totum album, sed accipiens de albo, & non albo mutationem secundum contradictionem, & de hac soluens dubitationẽ, ob additionem totius. Nõ enim verum est hoc, quòd id, quod mutatur, in neutro simpliciter est contradictionis, quod velut dubitans censebat, sed verum est non totum esse, sed non idem non totum esse, & non esse hoc. Soluens igitur dubitationem sic de albo, & nõ albo induxit, quod similiter se habet, & de illo quod est, & de illo quod non est, in quibus proprius est videre mutationem solam existentem secundum contradictionem. Nam album, & in contrarium proprie mutatur nigrum, & in ipsum intermedium. Sed quod est, in id, quod non est solum, & quod non est in id, quod est. Cum ergo addidisset id, quod est, & id, quod non est, communiter induxit quod secundum omnem contradictionẽ, sic soluenda est dubitatio. Erunt enim vt mutatum & alia omnia, in altera parte contradictionis ex necessitate, sed non semper totum. Nam dum mutatur non totum est, ideo simpliciter dictæ contradictionis est hæc solutio dubitationis, determinans, q non esse est totum non esse: quòd si cum aliqua additione totius diceretur propositio, album est totum, vera est in his negatio habens non totum. Sed quod etiam id, quod fit, & interit sic dicere, aliquo modo id quod est, & aliquo modo id quod non est, secundum cõuenientiam ad id qđ est & quod non est, patet. Sed quædam alia sunt s'm contradictionem, vel omnia, quæ sunt, quando affirmatione, & negatione oppositis contradictorię diuiderentur.

Differũt non esse simpliciter album, & non esse totum album. Nõ est idem totum esse & non esse.

Quod generatur & corrũpitur aliquo mõ est, aliquo vero non est. Esse per cõtradictionem quod nũ dicantur.

Rursus in circulo & in sphęra, & omnino iis, quæ in seipsis mouentur, quoniam accidet ipsa quiescere: in eodem enim loco, secundum tempus quoddam erunt, & ipsa & partes. Quare quiescent simul & mouebuntur. Primo namque partes non sunt in eodem ullo tempore. Deinde, & totum semper mutatur in alterum non enim eadem est ea, quæ ab ipso A sumitur circumferentia & ea quæ ab ipso B, & quæ ab ipso C, & aliorum vnoquoque signorum, nisi vt musicus homo, & homo, quia accidit. Quare mutatur semper altera in alterã, & nunquam quiescet. Eodem autem modo & in sphæra, & iis, quæ in seipsis mouentur.

Tex. 84.

Tex. 85.

Quod adhuc instet contra quandam rationem tollentium motũ, ex argumento prius dicto patet, quòd est velut sequens ex dictis contra Zenonẽ, quod sic incipiebat. {At vero neque secundum eam, quæ &c.} patet igitur, q etiam tunc, velut de eodem dicens: rursus, inquit, in circulo, & sphæra, & in his, quæ mouentur in seipsis, quod accidit eadem quiescere, vt arbitrantur qui sophistæ sunt, neque hoc infert non posse motum esse. Sed Aspasius hãc intentionem habet, & hanc rationem inquit esse, & ante ipsum Eudemus. Attamen Alexand. existimat, quod nũc dicitur, adduci contra tollentes definitionem ab ipso positam quietis. Quiescere.n. dixit illud quod est in aliquo tempore idem, & eius partes, & quoniam sic dixit ostendit, quod neque hoc destruitur per ea, quæ mouentur in loco, vt quidam putant. Talia autem sunt quæ circunferũtur, quę videtur in eodem esse tempore tota, & partes, quamuis moueantur. Ostendit igitur, inquit, quòd hæc nõ cadunt sub definitione quietis. Et quod hoc quidẽ ostendat, patet. Ostendit autem idem non confirmans definitionẽ quietis, sed hoc neque ex tali dubitatione demi motum. Sed iam est hęc dubitatio, quod si quę videntur primum, & propriissimum habere motum orbicularem, nõ mouentur, sed quiescunt, non erit motus. Sed cum bene connexum admitti possit. Quis.n. non concedit, quod, si primus & propriissimus motus non est motus, sed quies quod non erit prorsus motus. Sed videbantur assumptionem ostendere accipientes concessum ex ostensis hoc, q ea, quæ sunt in eodem loco aliquo tempore, & ipsa & partes, quiescunt. Et assumentes quod ea, quę mouentur orbiculariter & sphærice, in eodem sunt loco ipsa & partes aliquo tempora concludunt quod ea quæ videntur moueri orbiculariter, quiescunt. Soluit etiam hanc rationẽ ostendens, quòd quæ sic mouentur, neque ipsa, neq; partes ipsorum sunt in eodem loco vllo tempore. Et primum, q. partes non sint in eodem loco aliquo tẽpore inquit. Vnaquæque

Cõm. 59. Ea refellitur rõ qua destruitur motus ex eo qđ circulariter motu quiescere videtur.

quæque enim pars alia, in alia, & secundum aliam continenter. Si enim non semper eandem positionem seruarent partes, patet, quòd vnaquæque in alio, & alio loco erit. Sed quiescere erat quod similiter idem se habet, & partes eodem tempore, sed neq; totum in seipso manet. Si enim omnes partes, & totum mouetur secundum partes, sed ipse magis non à partibus totum moueri ostendit, sed ex ipso toto. Totum enim, inquit, semper mutatur in alterum, videlicet locum, quod quidem videtur admirabile. Si enim est alia circunferentia ab ipso A, accepta vsque in A rediens, & alia ab ipso B vsque in B, & in vnoquoque puncto sic, & localis circunferentia, similiter in proportiones cum his diuideretur, & est vnaquæque circunferentia alia tota, & eius, quod est in loco & loci. Sed, quia mouentur & puncta totum semper mutabit locum ex altero in alterum toto, siquidem non est eadem hæc ab A in A circunferentia cum hac ab ipso B in B, neque in loco nisi secundum accidens, quia omnia sunt eiusdem circunferentia, vt musicus homo, quia accidit Aristoxeni & musicus est homo quare mutaretur semper altera in alteram. Nam positiones inter se mutant. Vbi enim nunc erat circunferentia ab A in A, ibi paulopòst erit illa ab B in B. Sed quæ mutantur non sunt in eodem tempore, nec partes neque totum, igitur neque quiescunt. Cum autem ostendisset de circulo quod nec totum nec partes quiescunt. Neq; enim in eodem manent, eandem rationē inquit fore, & de sphæra, & de aliis, quæ mouentur in seipsis, & non exeunt è suo loco, vt sunt rotunda, & siquid aliud reuoluitur. Sciendum autem, quòd Aristotele dicente non esse eandem circunferentiam primum acceptam ab ipso A cum ea, quæ est ab ipso B, Eudemus veritatis amicus inquit, verum dicenda sit eadem circunferentia incipiens vndelibet, vel alteram habet quæstionem.

In motu eorū, quæ circulariter mouentur circa formam mutatur.

Eudemus veritatis amicus.

Tex. 86. *Demonstratis autem his, dicimus, quòd id, quod impartibile est, non contingit moueri, nisi secundū accidens, vt corpore motu, aut magnitudine, in quo est. sicuti, si id, quod in naui est, moueatur nauis motu: aut pars, totius motu moueatur. Impartibile autem duco id, quod est secundum quantum indiuisibile, etenim partium motus alteri sunt, & secundum ipsas partes, & secundum totius motum viderit autem aliquis, & in sphæra maxime differentiam. non enim eadem velocitas erit, & partium, quæ sunt iuxta centrum, & quæ extra, & totius: & tanquam non vno existente motu. Vt igitur diximus, sic quidem contingit moueri id, quod impartibile est: vt is, qui in naui sedet, naui currente, per se autem non contingit.* Tex. 87. *Mutetur enim ex A B in B C: deinde ex magnitudine in magnitudinem, deinde ex forma in formam, siue secundum contradictionem: tempus autem sit, in quo primo mutatur, in quo D: ergo necesse est ipsum eo, quo mutatur tempore, aut in A B esse, aut in B C, aut hoc quidem eius sit in hoc. illud autem in altero, omne enim quod mutatur sic se habebat, in vtroque igitur nō erit aliquid ipsius. partibile.n. erit, at vero neq; in B C: mutatum.n. erit, supponitur autem mutari: relinquitur igitur ipsum in A B esse, eo quo mutatur tempore, quiescet ergo. In eodem.n. esse tempore quodam,* Tex. 88. *quiescere est. Quare non contingit id, quod impartibile est, moueri; aut omnino mutari, vnico.n. hoc modo esset ipsius motus, si motus esset ex ipsis Nunc. semper enim in ipso nūc motum esset & mutatum, vt moueatur quidem nunquam: motum autem sit semper, hoc autē quòd impossibile sit, demonstratū est prius, neq; enim ex ipsis Nunc est tēpus, neq; linea ex punctis, neq; motus ex momētis est, nihil.n. aliud facit hoc dicens, quam motū ex impartibilibus: sicut si tempus ex ipsis Nunc, aut magnitudinem ex punctis.*

Cum ostendisset prius, quòd neque mouetur aliquid, neque quiescit in aliquo impartibili: sed fuisset verum dicere nō moueri in ipso impartibili: neque autem quiescere, & ob id Zenonis rationis meminit velut decipientis, & peccantis: quandoquidem censuerit omne aut moueri, aut quiescere, & quando fuerit in eo quod est æquale: & cū ex hoc diluisset rationem Zenonis destruentem motum, deinde alias eiusdem adduxisset quę nitebantur sophistice auferre motum, & dissoluisset eas, & mentionē fecisset de aliis duabus, quæ eundem scopum habent & dissoluisset etiam eas inquit. Demonstratis his dictis, de motu proxime & prioribus, quomodo aliquid non mouetur in impartibili, neq; quiescit dicimus deinceps, quòd impartibile non potest moueri, nisi per accidens, quia est in aliquo corpore, aut magnitudine, quæ mouetur. Sed quomodo dicatur indicauit exemplo nauigij. Quæ.n. in illo sunt, non mouentur per se, sed quia sunt in ipso nauigio, quod fertur, & ipsa feruntur per accidens. Et corpori magnitudinem adiecit, vt Alex. refert, quia magnitudinem dicit lineam & superficiem, quæ non sunt corpora, neque separantur à corpore. Aspasius autem ex æquo hęc dici, & geminatis vocabulis. Non enim mouetur aliqua alia magnitudo per se nisi corpus. Etenim & linea, & superficies per accidens mouentur, quia sunt in corpore, quod mouetur. Nisi forte, cum cepisset dicere, quomodo corpori moto insit, notauerit quod non in corpore primo est impartibile, sed in linea, ideo adiecit. {Aut magnitudine,} quia inest ei, quod mouetur, propterea quòd inest magnitudini lineæ, & hoc est per accidēs ipsi, quod mouetur, quia inest superficiei, quæ & ipsa per accidens mouetur, quia inest corpori, quod per se mouetur. Hæc igitur omnia demonstrauit addens hoc. {Aut magnitudine.} Sed, cū dixisset quiescens in nauigio, per accidens moueri, quia est in nauigio, quod per se mouetur, adiecit, vel partē motu totius.} Etenim & pars per accidens mouetur, quando totum mouetur, quia in ipso toto posita, & constituta est, quod mouetur. Sed ostensurus, quòd nequit impartibile moueri per se, definit primum impartibile, quod est s'm quantitatem indiuiduū, & hanc definitionem interposuit, quæ sequitur hoc. {Aut pars totius motu moueatur,} subiungit deinde. {Etenim partiū motus motum,} quibus soluit quandam instātiam latam contra ipsum per accidens moueri partes. Quando enim ostendebat motum esse diuisibilem non solum tempore, sed etiam partibus eius, quod mouetur, tum & partiū ipsarum per se motus accipiebatur: nunc autem inquit, per accidens moueri partes, quia sunt in ipso toto, quod mouetur. Dicit ergo, quod duplices sunt partium motus. alij ipsarum partium, quæ per se mouentur, & alij s'm motum totius. Et simul his ostendit differentiam motus partiū in toto, & motus partium in magnitudine. Nam, quia dixit, quòd indiuisibile non potest moueri, nisi s'm accidēs, quia inest corpori, quod mouetur per se, vt etiam pars motu totius moueri dicitur, subiūxit. Quod partis duplex est motus. Hac igitur ratione differt ab ipso impartibili, quia tale solum p accidēs mouetur, sed pars p se, & per accidēs. Quòd vero in motu totius sint, & motus vniuscuiusque partis per se, ostendit palam in sphæra, quæ circum ducitur. Nam alia est velocitas partium eius circa centrum, & alia ęqualium his iuxta superficiem extra. Si.n. non multo velociores essent hæ, quæ sunt extra iuxta superficiē his, quæ sunt iuxta centrum, non tantū interuallum maius in eodem tempore pertransirent, secundum circumuectionem sphæræ. Nam quæ circumferuntur simul reuertūtur, & aliud secundum magnum circulum, & aliud secūdum minorem.

Com. 60.

Impartibile nō nisi per accidēs mouetur.

Partis duplex est motus per se & per accidens.

Partiū motus in sphæra differunt inter se.

minorem. Potest autem inquit, Alexander hoc. {Partium quæ ad centrum, & quæ extra, } dici de maximis circulis descriptis per centrum, velut de æquinoctiali, & Zodiaco, & de his, qui sunt circa polos. Nam hi sunt extra sphęram centri, & patet quod econtra in his. Velociores quidem, vt maiores, qui sunt iuxta centrum, tardiores autem qui extra, siquidem in eodem tempore puncta redeunt simul maiorum, & minorum, unde ceperunt uolui circulorum. Sic ergo differunt inter se motus partium & motus totius quo toto mouetur sphæra, siquidē illa in eodē tempore omnia interualla, q̃ sunt in sphęra, trāseant. Sed partiū unaquæq; p se, & nullius partis motus idem est cū toto: quare & partes quodā alio motu mouentur, præter motum totius, & non solum secundum accidens est horum motus, uelut eorum, q̃ sunt impertibilium. Hæc, cum ostendisset de partibus, reliquum descendit ad impertibile, quia hoc p accidens solum potest moueri ut ille qui sedet in nauigio dum nauigiū currit, sed per se non pōt. Ostendit aūt hoc in cunctis speciebus mutationis, & dicit mutari sm magnitudinē, quod augetur, & diminuitur, & quod mutatur sm locum. Nam est aliqua magnitudo & locus. iō neq; mentionem fecit de loco uelut de illo, quod simul capitur cum magnitudine. Et mutationem ex forma in formam dicit sm qualitatem. Nam qualitas est forma, & sm contradictionem ortum & interitum. Nam ab eo, quod est ad id, quod non est & ab eo quod non est ad id, quod est hæ mutationes sunt. Idem demonstrat sm deductionem ad id, quod fieri nequit, usus his, quæ antea demonstrauerat, uidelicet hoc, omne, quod mouetur, diuiduum esse. Quo fretus uidebatur ibidem uniuersaliorē magis facere de his q̃ mouentur demonstrationē, & non de his solum, q̃ mouentur sm locum. Accipiens ergo oē, quod mutatur unde, & quò moueri aut mutari, & int per sic uirtute rationem format, Si impertibile mouetur p se: & quod mouetur aut mutatur per se dum mutatur necesse est, uel sit totum in illo, ad quod mutatur, uel totum in illo, ex quo, aut partim eius in hoc, & partim in illo. nam in neutro prætermisit, uelut palàm absurdum. Sed nō potest aliquid impertibile in aliquo horum esse: ergo nō poterit ipsum mutari per se. Et cōnexum uelut manifestum ex diuisione etiam prius dicta accepit, sed singulas partes assumpti ostendit. & primum, q aliquid eius in eodem, & aliud in alio, uidelicet partim in eo, ad quod & partim in eo, à quo, esse non posse demonstrauit prius ex eo, q tale est partibile: deinde quia neque in ipso, ad quod mutatur, quia quod in illo est. iam mutatum est: sed hoc ponit mutari: deinde & quod restat ostendit, uidelicet neq; esse in illo, ex quo mutatur eo tempore, quo mutatur. Nam quod est in eo ex quo, quiescit, & non mutatur: qa quod est in ipso aliquo tempore quiescere dicitur, quare impertibile non potest moueri, neque omnino mutari p se. Cum ergo sic ostenderit non posse impertibile moueri exactiorem & certiorē facit intelligētiam dicendo, qđ sotus erat sic eius motus, si tēpus esset ex ipsis nunc. Esset autem eius, & nūc motus non uelut eius, qđ mouetur. sed uelut eius, quod iā motum est. Nam unūquodq; in ipso Nūc motū est, & non moueť. si.n. moueretur, oporteret, ut partim esset in alio, & partim in alio, ut prius ostensum est. Sed tale non est impertibile. quod si ex ipsis Nunc cōponitur tēpus, sequitur etiā, ut tempus constet ex mutatis, & momentis, quæ sunt termini motus impertibiles. Si.n. in unoquoque Nunc motum est impertibile, erit tempus ex ipsis Nunc, & motus ex totidē mutatis, aut momentis, & terminus motus cōpositus ex quot Nunc tēpus in quo tēpore dicitur motum fuisse impartibile. Quod vero nequeat continuum cōponi ex impertibilibus pluribus ostēsum est. Neq;.n. tempus, neq; magnitudo, neq; motus ex impertibilibus componi potest. Quare neq; sic impertibile haberet motum velut id, quod motum est in tempore. Etenim aliter fieri non potest. Sed ostēsum est q id, quod motum est, necesse est, vt prius moueatur, vt etiam quod mouetur, vt prius moueatur. Quod si erit motus in ipso Nunc, aliquod iam motum in ipso esset quod non mouendo ad illud peruenisset. Nam moueri non erat in ipso nūc, sed solum motum fuisse. Sic.n esset terminus in termino.

Amplius autem & ex his manifestum est, quòd neq; punctum, neq; aliud indiuisibile vllum contingit moueri. Omne enim, quod mouetur, impossibile est prius per maius moueri seipso, quam aut per æquale, aut minus. si autem hoc, manifestum est, quòd & punctum per minus, aut æquale mouebitur primum. Quoniam autem indiuisibile est, impossibile est minus moueri prius: per æquale ergo sibiipsi. quare erit linea ex punctis. Semper enim, dum æqualem mouetur, omnem lineam punctum mensurabit. si autem hoc impossibile est, & moueri indiuisibile impossibile est. Tex. 89.

Et aliter ostendit, q impertibile non potest moueri. Et demonstratio hæc est, quod non mouetur impertibile secundum lationem. Et in his fit prius concessum, quod id quod mouetur, aut aliquid maius spatium locale quam sit sua moles pertransit, aut sibi æquale, aut minus. potest enim & minus seipso pertransire spatium. Cubitus.n. & minus seipso, videlicet spatium vnius cubiti aut vlnæ, potest transire. Nam occupare æquale sibi necesse est & transire interdum æquale, interdum maius, interdum minus. Nam quando relinquit locum, in quo erat ipsum solum totum æquale sibi existens, & continuum illi, rursus acciperet æquale sibi, tum æquale sibi pertransit, quod si non totum æqualem sibi locum relinqueret, minus seipso transiret spatium. Hoc igitur prius sumi oportuit, & quod nequeat id, quod mouetur maius seipso spatium prius transire locale quam æquale sibi, aut minus. His ergo prius acceptis, patet quod etiam punctum antequam maius se ipso transeat, quod æquale sibi aut minus se spatium transeat oportet. Sed cum nequeat minus, nam nihil minus ipso impertibili: patet quod punctum semper æqualem sibi distantiam transit. siquidem mouetur, etiam si maius transiret, velut ex æqualibus multis compositum maius absoluat. Quod si semper secundum æquale sibi transit, quando pertrāsiret lineam, erit ipsam metiens, quod si hoc erit linea ex punctis totidem composita indiuisibilibus, quot vicibus in ipsa moueretur impertibile secundum æqualia sibi. Omne.n, mensuratum ab aliquo aliquam partem sui habet, quæ mēsurat ipsum toties replicata, quoties ab ipso mensuratur. Sed non potest linea constare ex impertibilibus: ergo non potest impertibile moueri. Et est tota rōnis compositio, & hęc deducens ad id, quod fieri nequit talis: si mouetur punctum sm lationem, semper secundum æquale sibi motum mensurabit lineam, & erit linea ex punctis: sed hoc fieri nequit: igitur non mouetur punctus. Còm. 62. Quod partibus caret nullo pacto mouetur.

Amplius autem, si omne, quod mouetur, in tempore mouetur, in ipso autem Nunc nihil: omne tempus autem tempus diuisibile est: erit aliquod tempus minus quouis eorum quæ mouentur, in quo mouetur per tantum quantum ipsum est. Hoc igitur erit tempus, in quo mouetur, propterea quòd omne in tempore mouetur. Tempus autem omne, diuisibile esse demonstratum est prius. Si ergo punctum mouetur, aliquod erit tempus minus, in quo ipsum motum est. sed impossibile est: in minori enim minus necesse est moueri. Quare Tex. 90.

erit

Circulus æquinoctialis & Zodiacus.

erit diuisibile id, quod indiuisibile est in minus, sicuti & tēpus in tēpus, Vnico enim modo moueretur id, quod impartibile est, & indiuisibile, si esset in ipso Nunc impartibili moueri possibile. eiusdem enim rationis est in ipso Nunc moueri, & indiuisibile quid moueri.

Cōm. 62. *Si indiuisibile moueatur, minus quippiam erit eo, qd indiuisibile est.* Tertia ratio hęc est ostendens quòd impertibile nō potest moueri, & sic procedit, vt de punctis. Sed demonstratio omni competit mutationi prius sumens ostensum, ꝙ omne, quod mouetur, in tēpore mouetur, & in ipso Nūc nihil mouetur. quæ etiam deducit ad id, quod fieri nō potest: quod est, indiuisibile esse diuisibile, si mouetur impertibile. Et ratio talis est: si mouetur impertibile in tēpore mouetur: sed omne tēpus diuisibile est. si ergo in omni, quod mouetur, siue pertibili, siue impertibili aliquod minus tempus est eo, in quo æquale sibi mouetur, id qđ mouetur, & in eodem minus necesse est aliquid moueri. quare erit aliqd minus ipso indiuisibili, & diuidetur indiuisibile in minus, & in id, qđ excedit: quare indiuisibile erit diuisibile. Nam diuidet quod mouetur in aliquod minus, & in id, quod mouetur, vt etiā tempus in minus tempus, in quo mouetur minus vt etiam prius intulit. quod solum uno modo sic erit motus impertibilis, si tēpus esset ex ipsis nunc, sic etiam in pręsentia, quod vno modo moueretur impertibile, si in ipso nūc idē posset moueri. Si .n. posset in ipso Nunc moueri quod mouetur, esset impertibile in ipso, & non aliud. patet autem ex dictis, quod moueri non potest esse in ipso Nunc, sed solum motum esse.

Tex. 91. *Mutatio autem nulla est infinita. omnis. n. mutatio est ex quodam in quoddā, & ea, quæ est in cōtradictione, & ea, quę est in contrarijs. Quare earum, quæ secundum contradictionem sunt affirmatio & negatio terminus est. vt generationis quidem id, quod est: corruptionis vero id, quod non est. Earum autem, quæ sunt in contrarijs, ipsa contraria. ea enim sunt extrema mutationis. quare & alterationis omnis. (ex contrarijs enim quibusdam est alteratio.) Similiter autem & augmentationis & diminutionis. Augmentationis enim terminus est qui secundum naturam propriam est*
Tex. 92. *perfectæ magnitudinis. Diminutionis vero huius remotio. Latio autem sic quidem non erit finita: non enim omnis in contrarijs est. Sed, quoniam id, quod impossibile est vt diuidatur, quod diuidi non possit (multipliciter enim dicitur impossibile) diuidi non contingit id, quod sic impossibile est diuidi: nec omnino quod impossibile est fieri, fieri: neque quod mutari impossibile est, continget utique mutari in id,*
Tex. 93. *Infinitus.* *in quod possibile est mutari. Si ergo id quod fertur mutatur in aliquid, & possibile erit mutari. Quare nō est finitus motus, neq; feretur infinito motu. impossibile. n. est transire illū. Quòd igitur sic non sit infinita mutatio ut non finiatur terminis, manifestum est.*

Cōm. 63. *Mutationem esse infinitā est impossibile.* Quia ostensum est prius, ꝙ omne moueri pręcedit mutatum esse, & econtra omne motum esse, moueri, & hoc videbatur his, qui expedite intelligunt, vnamquanque mutationem statuendā esse infinitā: ob id adiecit hoc Theorema ostendens, ꝙ non est mutatio infinita, & id probat ex eo, quod omnis mutatio est ex aliquo in aliquid. Sed
Mutationū quæ nam terminos diffinitos habeant, & quæ non. ea definita sunt. Etenim mutatio ſm contradictionem, & si non sit ex subiecto in subiectum, sed ex aliquo in aliquid: nam ex eo quod non est, ad id, quod est, & ex eo, quod est, ad id, quod nō est. Et quod non est, significat aliquid significatum. Et mutatio ſm cōtradictionem fines, & terminos habet partes contradictionis, esse & non esse. Sed alteratio, cum sit motus, ex contrario in contrariū est. Sed contraria sunt determinata: vt album & nigrum, ac frigidum & calidum, morbus & ęgritudo, malum & bonum. Contraria enim plurimum distant. Sed quę plurimū distant sunt determinata. Item augumentum & diminutio habent termino: illa ad propriam naturam, & perfectam magnitudinem, & hæc vero ad exitum ab his. Sed
Lationis non sunt certi ac determinati termini. in latione non vbique termini sunt certi & definiti. Nam in motu recto sursum & deorsum contraria definita sunt, sed animalium motus, quo mouētur incedendo, non sunt definiti termini, & circulus non habet lationem ex in cōtrario in contrarium, non. n. est aliquid orbiculationi cōtrarium. Nam ab eodem in idem est orbiculatio, sed non à contrario in contrarium, neq; enim idem eidem contrarium. Si ergo non est contrarietas in omni latione, ſm hanc non est ostendere terminorum determinationem & finitionem, sed ſm aliam viam discendi ostendit, quæ
Illud, qđ fieri nō pōt multa significat. congruit omni mutationi. Sed, cum assumat quod id, qđ nequit secari non contingit secari, & multifariam dicatur id, quod fieri non potest. Etenim dicitur illud, quod vix & id quod difficulter, vt dicimus in diuisione ipsius, quod fieri nequit, quod dicunt impossibile, & ipsius quod fieri potest, quod possibile vocant, & quod non contingit om-
Fieri non potest quod fieri non cōtingit. nino, hoc tunc dicitur impossibile. Et dicit quod sic impossibile secari, quod non potest secari, non contingit diuidi. Nam quod fieri nequit non potest fieri. Nam frustra fieret si nequeat fieri. Sed nihil Deus, nec natura facit frustra, atque incassum. Sed forte diligentius Aristotelis, neq; fieri omnino dixit, ꝙ non contingit fieri. Et si enim illi posuerint Ossam supra Olympum, & Ossæ pelion, non erat hæc via ascendendi coelum, neq; fieri poterat illa. Quod enim fit, & natura fieri potest. Quòd si hæc vera sunt, neque id, quod mutari nequit, potest mutari in illud, in qđ mutari non potest, quare & horum cōuertens est verum, quod si qd mutatur in aliquid, hoc & mutari, hoc est mutatum esse in illo, potest. Sed quod mutari potest in aliqd, idest mutatum esse, hoc non trāsiret infinitum spatiū, neque motu infinito. Nam in motu infinito nihil est vltimū ad quod id, quod mutatur, posit mutari, igitur & omnis motus ſm locum est finitus, etenim motus orbicularis est aliquis terminus ille, à quo incæpit. Cum ergo hæc ostendisset, cōclusit rationem manifestum esse dicens, ꝙ nō est infinita mutatio, vt non concludatur terminis, siquidem quod mutatur, non posit nō mutari in id, id qđ mutatur.

Sed si esse posit sic, vt tempore, sit infinita vna & eadē existens, considerandum est. Nam vna quidem si non sit, nihil fortassis probibet, vt si post lationem alteratio fuerit, & post alterationem augmentatio, & rursus generatio: sic enim semper quidem erit tempore motus, sed non vnus, propterea quòd non sit vnus ex omnibus. Vt autem fiat vnus non contingit infinitum esse tempore, præter vnum, hic autem est vnus ipsa circularis latio. Tex. 94.

Cum ostendisset nullum motum sic infinitū, vt nō habeat terminos: qui sunt id, ex quo, & ad quod: in his quærit, si contingit motum infinitū tempore fieri aliquo vnū, & eundem iterum, atq; iterum factum. Quòd autem motus in rectum esse infinitum nequeat, ostensum est. Nū ergo possibile est, vt motus cōtinuus sit vnus numero, quia rursus, ac rursus fit idem, & pulchre notauit, quod nil prohibet vnum, & eundem motum infinitum esse tempore aliquo, si alius alteri successerit. Vt si post lationem alteratio successerit, & post ipsam accretio, & rursus ortus, sed non fit ex his vnus, neq; numero, neq; specie, vt ipse demōstrabit. Communius. n. diceretur, & sic factus vnus, sed nō est proprie vnus, & cōtinuus. At nos quærimus, an posit esse vnus, & idem motus cōtinuus, qui fiat in infinitum, quia rursus, ac rursus redit non interceptus intermediis Cōm. 64. *Vnus motus & continuus quietis & stationibus nō interceptus ē motus circularis.*

stationibus,

stationibus, neq; ex dissimilibus specie cōpositus, sed idē fit sm speciem. Et inquit, solum circularem sic vnum fieri posse, quia in aliis motibus regressus iterum, atque iterum intercipitur stationibus, igitur solus orbicularis potest vnus esse, & continuus infinitus tēpore. Sed pulchre adiecit tempore, quia non magnitudine, neq; extensione in ipso motu, sed hæc nunc prius loquutus est, festinans iam ad veritatem, quæ in illis est. Et postea demonstrabit.

Epilogus capitulorum sexti libri. • Expositio igitur eorum, quæ præsertim dicta sunt in hoc libro, quem pro viribus meis edidi, sic habeatur. Sed percurramus singula capita hunc in modum. Cum accepisset continuum quidnam esset, ex prius determinatis, & magnitudinem esse continuam: ostendit primum, vt de linea, ꝙ non componitur ex pūctis, neq; diuiditur in hæc. Deinde ꝙ motus, & tempus, cum sint ęque continua, vt magnitudo, æque non componuntur ex impertibilibus, neque diuiduntur in impertibilia. Primū autem, cū ostendisset magnitudinis, & motus similitudinem, addit nunc tempus. Et, cū velit expositione ostendere prædicta, prius demonstrat, ꝙ velocius in ęquali tēpore pertransit maius quam tardius, & in minori æquale, & plus. Ostendit autē hoc per definitionem velocioris, & per expositionem, quibus vtens concludit expositione, quod magnitudo, & tēpus in infinitum diuidūtur, & velocius diuidit tempus, & tardius magnitudinem. Sed hæc ostēdit, etiam ex hoc, qđ æque velox semper in dimidio tempore, dimidiū pertransit, & simpliciter in minori minus. His.n. diuisionibus factis, si alterum in infinitum diuisibile est, & aliud tale erit. Cum ergo ostenderit, ꝙ diuisio sic semper in diuisibilia fit, soluit rationem Zenonis, qua nitebatur dirimere motū ob diuisionem magnitudinum in infinitum. Si.n. est motus, inquit, necesse est, vt pertranseat infinita tempore finito. Ostendit igitur, quòd non in finito infinita possunt pertransiri, sed in tempore quod sit similiter infinitum. Etenim vt magnitudo, sic etiam tempus, nō actu, sed habet infinitum sm diuisionem in infinitum. Cū ergo ostēderit, ꝙ magnitudinis partes, & temporis, & motus diuiduæ sunt, deinceps ostendit, ꝙ proprie Nunc, & si videatur temporis pars esse, non est tamen pars, sed terminus, & principium, & quod idem, & vnum numero sit terminus, & principium, & quod idem, & vnum numero sit terminus præteriti, & principium futuri ostendit, quia demonstrat ꝙ nequeunt hæc duo esse, neq; velut tangentia: non .n. sese tangunt impertibilia, neque velut seorsum posita. Nam intermedium tempus habent, quia vnum & idem nunc, velut consequēs inducit, & indiuisibile esse. Et, cum vtatur ostensis, demonstrat, ꝙ in ipso Nunc neq; moueri aliquid potest, neq; quiescere, sed quod mouetur in tempore mouetur, & quod quiescit in tempore quiescit. Deinceps rursus ostendit, ꝙ non solū motus diuisibilis est, atq; tempus, sed etiam ipsa magnitudo, quę diuiditur, secundū aliud tale argumentum. Si necesse est, vt id, quod mouetur, ex aliquo in aliquid moueatur, & partim sit in eo, à quo discedit, & partim in eo, ad quod accedit: diuisibile erit id quod mouetur. Etiam ostendit motum esse diuisibilem, non solum secundum tempus, vt prius, sed etiam secundum magnitudinem, quæ proxime ostensa est diuisibilis esse. Et sic, & id sm quod fit motus, siue sm locū, siue sm quantū, siue sm quale, & motum, & moueri, & tempus diuisibilia esse, cum ostenderit: deinceps demonstrat, ꝙ horum omnium sunt eædem diuisiones, & æque inter se diuiduntur. Et primum, ꝙ tempus, & motus, deinde quòd motus, & moueri: postea ꝙ ea etiam, sm quæ fit motus. Et cum proponat deinceps ostendere, ꝙ mutatum in tempore mutatum non est, sed in ipso nunc indiuiduo primuū probat, ꝙ mutatum in illo est, in quo primo mutatum est: & sic id, quod, in quo primo aliquid mutatū est: indiuisibile est, & nō tempus. Sed illud, in quo primo diuiditur, bifariam, in principium mutationis, & in terminum. Et ostendit, ꝙ datur terminus, sed non principium, quia non est initium mutationis. Sed neq; illius, quod mutatum est, aliqd primum est, quod mutatum sit. Item eorum, sm quæ fit motus, vt loci, & quāti, non est primum accipere, quia continua sunt. Sed in quali per se non est, sed per accidens. Item neq; in tempore, in quo est mutatio primum accipiendum est. Vnde velut sequēs ex dictis adducit, omne, quod mouetur, prius mutatum esse, & qđ motum est prius moueri: & ostendit, ꝙ eadem ratio conuenit ortui: & interitui, concludit reliquum, quòd in omni mutatione eadem ratio quadrat: è quibus deducit fieri non posse, vt linea finita tempore infinito, vel motus absoluatur, nisi idē rursus redeat, vt in orbiculatione. Sed neq; fieri, & interire possunt. Ex quo deducit, quòd neq; tempore infinito potest infinitum moueri, aut quiescere, neque magnitudine, neq; motu, neque quiete. Et deinceps ostendit, ꝙ neque infinita magnitudo pertransit finitum tempore finito. Et sic de perfectis & adæquatis motibus ea, quę insunt, ad artem reduxit. Reliquum proficiscēs ad stationem, & ob id stare dictum esse assignat ostendens. quod & si stare hoc diceretur, idem tamen est cum eo qđ mouetur. Et quæcūque insunt ei, quod mouetur, totidem etiam competunt sic ipsi stare: quare in tempore statur, & in ipso stare, vt neque in motu, non est accipere primum. Sed, cum hæc demonstrarit de motu, & dicto sm ipsum stare, ostendit etiam de quiete opposita vniuerso motui, quod etiam hęc est in tempore, & quòd non est primum accipere. Sed his adhuc aliquod admirabilius ostendit, ꝙ id, quod mouetur, in quo tempore mouetur, primo non potest sm aliquid spatij esse, in quo mouetur, vt in toto tēpore, & ipsum, & vnaquæque eius pars sit in eodem, & æquali spatio, sed in ipso solo nunc est in ęquali spatio. Ex hoc autem Zenonis rationem diluit dicentem, si feratur telum, semper in æquali sibi est: & in æquali sibi existens, aliquo quiescit tempore telum latum dum mouetur quiescit. Soluit, quia non est in tempore secundum æquale sibi, sed in ipso Nunc, in quo neque mouetur aliquid, neque quiescit. Sed cum quatuor sint ratines Zenonis de motu, prima dixit. Si est motus, necesse est, vt id, quod mouetur tempore finito, pertranseat infinita, quam soluit iam. Secunda erat, quæ appellabatur Achilles & dicebat. Si est motus, tardissimum à velocissimo nūquam apprehendetur ob sectionem in infinitum. Sed ex eisdem proficiscēs, & ipsa per eadem etiam soluetur. Tertia erat Zenonis ratio à telo lato. Et quarta ab ipsis æqualibus magnitudinibus, & æque velocibus, quæ iuxta ea, quæ stabant, mouerentur, & quæ iuxta ea, quæ contra mouerentur, & hac ratione videtur concludere aliquod absurdum, scilicet hoc, quòd æqualium, & æque velociorum magnitudinum, in eodem tempore alterū alterius respectu duplo motu mouetur, & idem & æquale tempus sinul duplum & dimidium esse. Sed huius solutio euidentior est. Et, cum cępisset diluere omnino rationes contra motum, post rationes Zenonis etiam alias adducit, & soluit. Quarum prima est à contradictione dicens. Si.n. quod mutatum est, neque in eo ex quo mutatur, est: nondum.n. mutaretur, neq; in eo erit. Proinde, si mutatio est erit aliquid intermedium contradictionis inter id, quod est, & id, quod non est, & albū & non album: quod fieri non potest, non igitur erit mutatio,

Quatuor Zenonis rationes (handwritten marginal note)

tatio. Soluit etiam hanc rationem, quia totum in neutro est, sed partim eius in illo ex quo, & partim in ipso in qđ. Secundam autem dissoluit rationem quandam aliã, quæ sic instare videbatur contra motum. Si quæ videntur primo, & propriissimo motu moueri, vt circulus, & sphæra, hæc non mouentur, sed quiescunt: siquidem in eodem loco sunt, non erit motus. Soluit autem ostendens, ꝙ quę sic mouentur neque ipsa, neq; ipsorum partes in eodem sunt loco aliquo tempore. Sed post hæc ostendit, quod impertibile non mouetur nisi per accidens, quia est in corpore, quod mouetur, aut in magnitudine. Demonstrat autem idem tribus argumentis. Et in his ostēdit neq; vnam mutationem esse infinitam, & si necesse sit ante moueri semper mutatum esse, & ante motum fuisse moueri, quod quidem ostēdit in singulis speciebus mutationis, cum mutatio fuerit ex determinato in determinato. Et in calce quærit. An cōtingat quodam tempore motum infinitum fieri, qui vnus, & idem fiat secundum speciem iterum, atque iterum factus, & asserit solum circularem sic se habere posse, vt iterum redeat, non interceptus statione. Et hoc demonstrabit posterius.

SIMPLICII COMMENTARIVS in Septimum librum Aristotelis, de Physicæ Auditionis.

Septimi libri duo extant exemplaria.



HIc est Septimus Naturalis auditionis Liber, quem ipso Peripatetici inscribere solent. Et eius duo extant exemplaria, sed parū inter se discrepant, idque sola verborum constructione. Nam problemata & demonstrationes, quæ afferūtur in illis, eundem obtinent ordinem. Quocirca eadem in vtrisque disputantur. Verum quod interpretes Aristotelis in vtrisq; interpretantur & aperiunt, idem ipse me recipio tractaturum. Quapropter sciendum est, earum quæstionum, quæ in hoc Septimo libro ponuntur primarias, & eas, quę huic tractationi magis accommodantur, in libro post hūc totius tractationis vltimo, demonstrationibus tutioribus ac securioribus disputari ac tractari, Quo circa nonnullis visum est hunc librum esse superuacaneum, tanquā mollioribus, ac dialecticis rationibus vtentem, ex sententia Alexandri in hac tractatione pœne nothum atque annexum fuisse, cum tenuioribus, aut Dialecticis, vt inquit Alex. magis vtatur demonstrationibus: quod etiam confirmat Eudemus, qui vniuersæ huius disciplinæ fere, ad hunc librum capita sequutus hunc reliquit, & præterit velut superfluum, & proficiscitur ad ea capita, quę vltimo libro differenda proponuntur. Pręterea Themistius, qui vniuersam hanc facultatem mutatis verbis sensum paucis interpretatur, cum ad hunc librum peruenit multa in eodē capita à tergo reliquit. Sed, cū videatur hic liber non admodum à cæteris discrepare, qui in hac disciplina inter se cohærent, neque industria & solertia Aristotelis indignus, forte dixerim hunc librum prius fuisse ab eodem conscriptum, verum postea vltimo libro capitibus diligentius quę hoc in loco tractātur explicatis, quædā velut propria huic tractationi cōstruxit, & apposuit. Et hic liber vsum affert nō spernendum, cū prius nos exerceat, & assuefaciat ad perceptionem earum rerū, quæ reuera magnæ sunt, in tota tractatione naturali, & summopere spectandæ, ab Aristotele libro vltimo explicantur. Proinde problema, aut

Liber septimus logicis vtitur rationibus.

Eudemus septimū prætermisit librum.

Themistius multa in septimo libro non recepit.

Septimus liber non fuit Arist. ingenio indignus.

id quod proponitur statim videlicet. {Omne quod mouetur, ab aliquo moueri, exactiore & exploratiori demonstratione ibi expressit. Cæterum hoc in loco sequuti ea, quæ traduntur, intelligentiam eorum pro viribus depromemus.

Omne quod mouetur necesse est ab aliquo moueri. Si.n.in seipso non habet principium motus, manifestum est, quòd ab altero mouetur: si autem in seipso, accipiatur in quo A B, *quod mouetur non ex eo, quòd partium eius aliqua mouetur: primum igitur opinari* A B *à seipso moueri, propterea quòd totum mouetur, & à nullo externorum, simile est ac si quis ipso* D E *mouente ipsum* E F *& illo moto, opinetur* D E F *à seipso moueri, propterea quòd non videant vtrum ab vtro mouetur: vtrum* D E, *ab* E F, *an* E F *ab ipso* D F. Tex. 1.

Quod proponitur id est, omne, quod mouetur, ab aliquo moueri, à quo deinceps cætera Theoremata naturalia proficiscuntur. Sed eorum, quę mouentur, alia quidem extrinsecus alia vero non ita. Quæ extrinsecus agitantur sunt quæ violentia impelluntur. Quæ vero non extrinsecus mouentur sunt corpora, quæ mouentur natura, & ea, quæ ab animi mouentur impulsu. Vnde quæ mouentur vi non censuit demonstranda esse, vt ab aliquo ea moueri sciamus, cum pateat in his mouens, quod aut expellit, aut attrahit, aut vehit, aut volutat. Sed illud, quod videtur ex seipso, & non externo moueri motore probat ab alio moueri. Sed prius separat id quod primo, & per se mouetur ab his, quæ per aliud, & omnino per accidens mouentur: in quo genere etiam sunt ea, quæ secundum partem mouentur, vt principio Quinti libri diuisimus. Etenim qui manum mouet hic dicitur moueri, verum quia aliquid eius mouetur, ideo dicitur & ille moueri. Proinde illud per se, & primo mouetur ex seipso, quod neque per accidens, neq; mouetur, quia aliquid eius moueatur quo sumpto, ostēdit in hoc ipso, quod sic mouetur, aliud esse quod mouet, & aliud quod mouetur. Sed primum nostram intelligentiam atque mentem admonet, ne existimemus ipsum totum, quod à seipso mouetur propterea, quod non videtur externus motor, à nullo moueri. Potest enim fieri, vt quod mouet non ita videatur, vt id, quod mouetur, & in quibus perspicuo apparet aliud esse mouens, & aliud id quod ab eo mouetur, exemplo ipse ostendit. Si.n. K M totū moueatur, & pars eius K L moueat & moueaẗ: & reliqua eius pars L M ab ipsa K L moueatur, diceret, ne aliquis K M merito non moueri ab aliquo, quia non apparet vtrum in ipso sit motor, & vtrum sit id quod mouetur. Etenim in animalibus, quod totum videtur moueri, est animal, & pro comperto asseritur corpus ab anima moueri, quæ coniuncta corpori idem mouet. Ideo & si non appareat, tamen dicimus ab ipsa moueri corpus. Sic ergo, si A B totum moueatur, & si non appareat motor, non iccirco asserēdum est illud à nullo moueri. Si ergo id, quod externo mouetur motore, perspicuo ab aliquo mouetur, & id, quod ex seipso, & si non appareat mouens, nihil tamen prohibet quin moueatur ab aliquo. Cōcluditur omne, quod mouetur, ab aliquo moueri. Et quamuis non appareat mouens, tamen nihil nobis impedimento est, quin assentiamur rationi. Patet autem ex hoc argumento ostēsum non esse, ꝙ id, quod videtur ex seipso moueri ex necessitate ab aliquo moueatur. Iam cognouimus quod & si non appareat mouens nihil prohibet ab aliquo moueri id quod mouetur. Sed deinceps propositum sic ostendit.

Cōm. 1.

Quæcunq; mouentur, aut extrinsecus, aut intrinsecus moueri certū est.

Quod ex seipso videtur moueri, id qđ mouet aliquid est ab eo, quod mouetur.

Et si in quibusdā non appareat mouens nihil obstat illi esse quod mouet.

Amplius id, quod à seipso mouetur, nūquam cessabit moueri, propterea quòd aliquid aliud stetit quod mouebatur. Necesse est ergo si quod desinat moueri eo, quòd aliud ali-

quid

quid fletit, hoc ab altero moueri: hoc aũt, cum manifestũ factum sit, necesse est omne, quod mouetur, moueri ab aliquo. Quoniam.n.acceptum est A B moueri, diuisibile erit. Omne .n.quod mouetur, diuisibile est: diuidatur igitur in C: necesse est igitur B C quiescente, quiescere B et A B: si.n.non accipiatur moueri: B C igitur quiescente mouebitur vtique A C, non ergo mouetur per se A B, sed supponebatur per seipsum moueri primum. Manifestum est igitur, quòd C B quiescente, quiescet & B A, & tunc desinet moueri: sed siquid ex eo quia aliud quiescit, stat & cessat moueri, hoc ab altero mouetur, manifestum est igitur, quòd omne, quod mouetur, ab aliquo mouetur: diuisibile enim est omne, quod mouetur: & parte quiescente, quiescet totum.

Cõm. 2.

Quicquid mouetur, ab aliquo mouetur.

Cum probasset non necesse esse, quanquã non videatur mouens, qđ mouetur à nullo moueri assereret: & determinasset assumptionẽ ex ipsa apparitione, reliquum ostendit propositũ, omne videlicet, qđ mouetur, ab aliquo moueri. Id autem ostendit, prius sumens, qđ si aliquid quiescit, qa aliud, quod mouetur, quiescit, necesse est, vt idẽ ab aliquo moueatur. Quod.n.non mouet̃ ab aliquo, non est necesse, vt si moueatur, quiescat alio quiescente. Nã forte fortuna, & non ab aliquo quod mouetur cessante illius motu, cessaret & ipsum moueri, non tñ ex necessitate. Si ergo quod non mouetur ab aliquo, non necesse est quiescere quodam alio quiescente id, quod necessario quiescit alio quodam quiescente, ab aliquo mouetur necessario. Hoc secũda formula syllogismorũ hypotheticorum concludit, & sumit prius, omne, quod mouetur diuisibile esse. Quòd quidem demõstrauit ad calcem præcedentis libri. Exponit A B qđ mouetur diuisibile, quia mouetur, & diuidit ipsum in C, & dicit, ꝙ si C B nó mouetur, quod est pars ipsius A C B, neq; A B C totũ amplius mouebitur. Quòd si quis dicat A B moueri C B non moto: sed quia A C mouetur: non amplius A B totum erit, quod per se mouetur, neq; primo, sed quia pars eius A C mouetur, sed nó sic ponebatur moueri A B, sed ꝑ se & primo. Cum ergo non moueatur C B, neque A B totũ primo mouebitur. Quòd si non mouet̃ amplius A B quiescente C B ab aliquo mouebitur. Nam hoc ponebatur, videlicet ab alio moueri, qđ quiescit quia aliquid stat. Hanc demõstrationem accusat Galenus accuratissimus & laboriosissimus vir, immo & alij eam damnant perinde ac vtatur petitione quæ fieri non potest, cum dicat, ꝙ A B primo & per se moto, C B non mouetur. Sed Alex. quãuis multis in locis demõstrationem hanc suspectam habeat, tñ maluit dicere petitionẽ fieri posse atq; admittendã esse, videlicet aliquid ponere, quod primo & per se moueatur, & si pars stare ponatur. Nam, vt inquit, ea nequeunt fieri, aut sunt impossibilia, quo ad hypothesin, quorũ vnum alterũ destruit: vt nauigare supra lapides. Nisi forte & id huiusmodi sit. Si.n.id, qđ per se mouetur & primo, erat id, quod totum mouebatur, & non id, qđ mouebatur, qa aliqua eius pars mouetur: quomodo possunt simul cõpetere illi, quod per se mouetur, & primo, aliquam partẽ moueri, & aliquã non moueri. Sed consequentia sana est. Si.n.aliqua pars staret eius, quod mouetur per se, etiam totum stabit, & non amplius per se totum, & primo mouebitur. Sed eius, quod per se mouetur, aliqua pars stare non potest, dum totum, quod per se mouetur, subiacet. At id quoque mihi videtur sine veritate quomodo sumptũ est A C B, quod mouetur. Si.n.vt corpus solum aliquid erit in ipso mouẽs, si vero vt animal, & C B solũ vt corpus, moueatur, & A C f̃m animã animalis, & ob id mouens simul & motum, quõ totũ per se, & primo diceretur moueri, siquidem A C, idest anima, ꝑ accidens mouetur, quia est in corpore, qđ mouetur? sed quõ omnino A C moueretur quiescente C B, siquidẽ anima ꝑ se immobilis sit. Et mouetur in corpore, quod mouetur, quare A B neque f̃m partem diceretur moueri, tãquam sit A C, quod mouetur in ipso. Si.n.C B quiescit ordinatum f̃m corpus, & A C quiesceret, quod loco animæ sumitur. Obiiciunt autem huic rationi, quia petit id, quod est in principio: siquidem, quia non mouetur pars, ostẽdat totum non per se moueri. Cum.n.petat non moueri partẽ, ob id ipsum statuit, totum non moueri per se primo. Quia autem non videtur mihi esse despicienda sententia Arist. neque Alex. quanquam multipliciter inuolutus videatur rõnem velut inuoluerem & inuolutam distinguere: nihil forte prohibet, & meam intelligentiã de eodẽ illis exhibere, qui indagare volunt veritatem.

Galenus accuratissimus & laboriosissimus.

Quenã talia sint per positionẽ, quæ fieri non possit.

Defensio Simplicij contra Galenũ qui instat contra demõstrationem Arist.

Nisi ergo Arist. proponens ostendere, ꝙ id, quod primo, & per se mouetur, cum sit corpus, non ex se principium vt si habeat, sed ab aliquo mouetur: quod ostendit primo assumens ꝙ id, qđ mouetur, quando quiescit, quia aliqd eius quiescit ab aliquo mouetur, & non ex seipso motũ habet, neq; seipsum mouet. Hoc aũt demonstrauit per oppositum eius, quia est euidẽtius faciens conuersionem cũ contrapositione. Si.n.nó ab aliquo motũ non necesse est quiescere, quia aliud quiescit: qđ ergo quiescit necessario si aliquid aliud quiescit ab aliquo mouetur. Sed illud aliud partem esse voluit, qua quiescente quiescit id, qđ per se & primo mouetur, ideo in calce rationis subiunxit, ꝙ si pars non mouetur quiescet totum. Vnde non accepit illud velut mouẽs, quo quiescente totum quod mouetur quiescit, sed velut id, qđ in toto mouetur, & suomet motu complet vniuersi motũ, quod si totum ex seipso moueretur, & non ab aliquo alio, sed idem erit mouens, & id quod mouetur, necesse foret, vt totũ toti cohæreret, & indiuisibile esset. Adde, qđ & semper moueretur. Vt enim ne deserat seipsum, nunquã desinet moueri: ꝙ si diuisibile est, quia totũ toti non adęquatur, neq; cohæret, non vnum aderit alteri vbiq; mouens, & quod mouetur, & maxime nusquam in eodẽ, ideo potest aliqua pars accipi in eodem, quæ non moueatur, cuius merito totũ diceretur quiescere. Merito igitur ipse asseruit causam, cur parte non mota totũ quiescere, hanc esse: quia qđ mouetur est diuisibile, perinde ac sit talis deductio in prima figura f̃m Alexandrum. Omne, quod mouetur & primo ex necessitate, non mouetur aliquo cessante à motu: sed qđ ex necessitate non mouetur quiescente aliquo idem ab aliquo mouetur. Sed forte melius est sic concludere in secunda figura. Quod ꝑ se & primo mouetur, si fuerit diuisibile quiescente parte totum quiescit. Ad id, qđ ex seipso mouetur, non quiescit quiescente parte. Non.n.habet talem partem. Ergo quod ꝑ se & primo mouet̃ si fuerit diuisibile, nó à seipso mouetur, qđ quidem transmutatũ in ipsum moueri ab aliquo fecit, vt Alex. concluderet affirmatiuũ in prima figura. Quod autem sic, vt dicebam cõclusum sit, ex eo coniicio, quod totam propositionem ipse posuit in calce rationis dicentem: Semper enim quod mouetur est diuisibile, sed parte non mota necesse est, & totum quiescere: qđ idem est huic, vt existimo, qđ mouetur, cũ sit diuisibile parte quiescente totum quiescit. quod si ego nactus sum scopum eorum, quæ dicta sunt, existimo fieri posse, vt postuletur aliqua pars non moueri illius, qđ per se et primo mouetur. Quòd enim primo & per se mouetur statuitur diuisibile: sed nondũ diuisum, sed neq; est impossibile id, qđ est diuisibile, supponere diuisum, & ob id Arist. statuens diuisibile id, quod per se mouetur, diuisit ipsum, & sequutum est diuisionem actu id, quod nó per se mouetur. Et ad meam dubitationem respondeo, quod

A B qđ mouetur est corpus: qđ demonstrauit non à seipso moueri: quia, cũ diuidatur in partes, si pars ponatur quiescere, totum etiam quiescit: quod quidem non cõpetit ei, quod mouetur à seipso, quia non habet partem. Sic autem sumpta ratio, nón dicitur petere id, quod est in principio. Sumptum.n. est A B, dum diuisibile est, & non diuisum, per se & primo moueri: sed diuiso iam diuisibili, quiete partis, totum etiam quiescit, tanquam neque per se & primo idem sit quod mouetur, postquã fuerit actu diuisum. Nam siue partes actu moueantur, nõ amplius primo totũ mouetur, siue quiescat aliqua partium non amplius per se totum mouetur, sed si mouetur, hoc fit, quia aliqua pars eius mouetur. Sciendũ est tamen, ꝙ in sequenti libro proponit rursus ostẽdere hoc, ꝙ omne, quod mouetur, ab aliquo moueatur. Et idem ostendit diligẽtius & euidẽtius.

Tex. 3. *Quoniam autem omne, quod mouetur, ab aliquo moueatur: necesse est & omne, quod mouetur ĩ loco, moueri ab alio. & id igitur, quod mouet ab alio: quoniam & ipsum mouetur, & rursus hoc ab alio, non autem in infinitum abit, sed stabit alicubi, & erit aliquid, quod primo causa erit, vt moueatur.* Tex. 4 *Si enim non sic, sed in infinitum procedit: sit A quidem, quod ab ipso B mouetur, B vero à C, C autem à D, atque hoc modo in infinitum procedat. Quoniam ergo simul & ipsum mouens mouetur: manifestum est, quòd simul mouebitur & A & B, cum enim mouetur ipsum B, mouebitur & A, & cum mouetur B, & ipsum C, & cum C, ipsum D. erit igitur simul, & motus ipsius A, & ipsius B, & ipsius C, & reliquorum cuiusquã. Et accipere igitur vnumquodque ipsorum poterimus. Etenim si vnumquodque ab vnoquoque mouetur, non minus vnus numero est cuiusque motus, & non infinitus extremis. Quoniam quod mouetur omne, ex quodam in quiddam mouetur.* Tex. 5. *Aut enim numero accidit eundem esse motum, aut genere, aut specie. Numero igitur dico eundem motum, qui ex eodem in idem numero, in eodem tempore numero fit. Vt ex hoc albo, quod est vnum numero, in hoc nigrum, secundum hoc tempus, quod est vnum numero. Si enim secundum aliud, non amplius vnus erit numero, sed specie. Genere autem idem est motus, qui in eodem prædicamento substantiæ, vel alterius generis est. Specie autẽ, qui est ex eodem specie in idem specie: vt ex albo in nigrum, aut ex bono in malum.* Tex. 6. *Hæc autem dicta sunt in prioribus. Accipiatur igitur motus ipsius A, & sit id, in quo est E, & motus B, in quo F, & ipsius C & D, in quo G & H, & tempus, in quo mouetur A, sit K. Determinato autem motu ipsius A, determinatum erit & tempus, & non infinitum, quod est K, sed in eodem tempore mouebatur A & B, & reliquorum vnumquodque. Accidit ergo, motum E F G H infinitum existentem, in tempore finito moueri, quod est K, in quo enim A mouebatur, & quæ post A consequenter sunt omnia, mouebantur infinita existentia. Quare in eodem mouentur, etenim aut æqualis erit motus ipsius A, motui ipsius B, aut maior. Refert autem nihil: prorsus enim infinito motui in tempore finito accidit moueri: hoc autem impossibile est.*

Cõm. 3. *Non mouet unum aliquid in infinitũ, sed ẽ deuenire ad primũ mouẽs omnino in motum.* Cum acceperit, vt demonstratũ hoc omne, quod mouetur, ab aliquo moueri: hoc posito, ostendit esse aliquod primũ mouens, & non in infinitum aliud mouet aliud, & aliud aliud, sed est aliquid, quod mouet, & non mouetur. Ostendit aũt id in motu ad locũ, quia ipse est primus motuũ, cum ipso non existente, neq; alij existant, vt sequenti libro discemus. Sed illud bene dictum est, qđ ab alio mouetur, ne videatur dicendo solum ab alio, petere quod est in principio: videlicet petere aliquod esse primũ mouens. Quod ostendit, quia demonstrat nõ in infinitũ aliud moueri ab alio: si ergo ostensum fuerit in motu ad locum esse primum mouens, & vniuersaliter erit ostensum. Demonstratio autem procedit deductione ad id, quod fieri neq. Nam ponens in infinitum aliud mouere aliud, ostendit, ꝙ sequitur ex hoc, videlicet fieri motũ infinitũ tempore finito, quod fieri non potest, vt demõstratum est superiori libro. In hoc igitur facit demonstrationem de illo, qđ ab alio semper mouetur, destruens hoc, in infinitũ: & ostendens, ꝙ est aliquod primũ mouens, qđ ab alio non mouetur. Petit ergo id, quod mouetur ab alio, cũ & hoc semper moueatur ẽt ab alio moueri, & hoc in infinitũ: demõstrat, ꝙ sequitur positionem id, quod fieri non potest. Nã quia mouẽs ponitur idipsum ẽt moueri ab aliquo, patet simul fore, id, quod mouetur à mouente ipsum, & mouẽs id, qđ mouetur à seipso, siquidem moueat, quia ab alio mouet, igitur in eodem tempore, & per se motus mouẽtis, & eius quod mouetur, absoluitur. Quando.n. mouetur mouens, tum etiam mouet: simul ergo erit omnium mouentium, & eorũ, quæ mouentur motus. Si.n. A ab ipso B moueatur, & ipsum B ab ipso C, & hoc ab ipso D, & semper attiguum à proximo: patet, ꝙ erit simul ipsius A B C D, & omnium quæ mouent & mouẽtur motus: quia vnumquodq; mouens, & qđ mouetur vnum numero est. Sed vnius numero est vnus motus. *Vnus numero motus est eius, quod est unũ numero.* Nam si ex omnibus vnus, & continuus fieret, tamen vnus & idem componeretur ex tot numero, quot sunt ea, quę mouẽt & mouentur. Et si.n. simul omnia mouẽtur, tamen vnumquodq; ipsorũ proprio motu moueretur numero. Vnus.n. numero est vnus motus numero, & definitus. Nam inquit, omnis motus est ex aliquo in aliqd. Hoc.n. motus subsistit, & omnino mutatio: quia est ex aliquo in aliquid, & determinatur ex eo à quo, & ex eo ad quod. Cum ergo dixerit vniuscuiusq; horum mouentium, & quæ mouentur vnum esse motũ numero, ostendit, ꝙ motus ex eodem in idem numero fit, in eodẽ tempore numero. Cum dicit ex quo, dicit ab eodem: & cum in idem, dicit ad quod: siue idem sit, siue alterũ id ex quo, & id ad quod. *In eodẽ numero tempore fit unus motus numero.* Et tempus, si non vnum fuerit, & continuum, motus ex aliquo in aliquid, sed interceptum, nõ amplius erit vnus motus. Si.n. ex albo in nigrum mutaretur, non erit vnum tẽpus numero, sed in alio atq; alio fieret. Et si maxime vnum fuerit numero id ex quo, & id, ad quod, & quod mutatur vnum, nõ erit vnum numero motus interceptus, sed si est vnus, specie erit. Cũ porrò dixerit de motu vno numero subiungit motũ, vt alia, trifariã vnũ esse. Vel.n. numero, vt diximus: vel genere, vel specie. *Vnus motus dicitur tribus modis.* Et qui sit vnus numero diximus. Sed genere vnus ille, qui est vnius prædicamenti, vt substãtiæ, velut ortus, & interitus, vel qualitatis, vt alteratio, vel quãtitatis, vt accretio, & diminutio, vel vbi, vt motus ſm locum. Nam mos Aristot. est uocare genere prædicamenta. Iidẽ uero specie motus sunt, qui ex eisdẽ specie in eadẽ rursus inter se specie fiunt ut motus ex albo in nigrũ. Nã eiusdẽ speciei sunt alba, & eiusdem nigra. Siue ergo plures simul fiũt motus ex albis in nigra, siue in alio, & alio tẽpore ijdẽ specie sunt. Sed dicens, uel ex bono in malũ subiunxit, si nõ differt specie bonum, patet qđ etiam malum, ut temperantia, & intemperantia, tñ si ſm speciem differrent bona ea, ex quibus: & rursus ea, ad quæ mutatio, ut temperantia à fortitudine, & intẽperantia à timiditate, non erunt in his mutationes similes specie, sed si fuerint similes, potius genere secũdum bonum, & malum. *Bonũ & malum eiusdẽ & diuersarũ speciorũ esse possunt.* At de uno numero motu in prius disseruit. Vnde solum id addendum est, quod oportet id, qđ mouetur, vnũ solũ esse numero, si debeat ęsse vnus solus numero motus esse. Sed diximus dę vno motu Quinto

huius

huius tractationis copiosius, ad quem, cū nos remittat, dixit, iam in his libris disputatum esse. Verū posteaquā constituit, quod vnumquodq; quod mouetur, & mouet ſm vnum numero mouetur tempus accipit, in quo vnum eorum, quæ mouentur suum motum absoluit: vt A, quod sit finitum, qm̄ & motus ponitur vniuscuiusq; finitus, ex aliquo in aliquid existens, & motus finitus, vt ostensum est, in tempore finito fit, & ponit tēpus motus ipsius A, finitū K, & quoniam infinita sunt mouentia, & ea, quæ mouentur, & si motus vniuscuiusque finitus fuerit, tamen ex omnibus collectus infinitis erit infinitus. Composita.n. magnitudo ex compositione multitudine infinitarū magnitudinum necesse est, vt sit infinita, & si fuerit finita vnaquæq; componentium. Infinitus igitur est E F G H, verbi gratia, motus, qui constitutus est ex infinitis multitudine motibus: quia ergo, in quo A, mouetur tēpore, id est in K, in eodem & aliorum vnumquodque, quod mouet, cum talia sint infinita multitudine mouetur, accidet, vt etiam totus motus E F G H, sit infinitus in tempore finito K, sed aliquod, quod fieri non potest sequutū est, videlicet aliqd moueri tempore finito motu infinito. Nam hoc fieri non posse ostensum est superiori libro, sed sequebatur ex eo, quia ponebamus infinita multitudine ea, quæ mouentur & mouent, ergo hæc non possunt esse infinita. Est igitur primum aliquid, quod mouet, & nō ab alio mouetur. Sed quoniam ex infinitis multitudine magnitudinibus, & si æquales sint magnitudines, aut inæquales, infinita est aliqua magnitudo & motus: merito adiecit, quod siue æquales sint inter se infiniti motus multitudine, siue alij aliis maiores sint, vtroque modo totus est infinitus.

Tex. 7. *Sic igitur videbitur demonstrari id, quod ab initio diximus, non tamen demonstratur, propterea quòd nullum inconueniens accidit: contingit enim in tempore finito infinitū motum esse, non autem eundem, sed alterum & alterum multis motis, & infinitis, quod quidem accidit iis, quæ Nunc diximus.*

Cōm. 4. Cum indeterminate sumptum sit in prædicta demonstratione, hoc videlicet, infinita esse multitudine ea, quæ mouent, & mouentur, pulchre adnotat rationem non habuisse congruam determinationem. Equidē videtur ostēdere id, quod est ex principio positum, videlicet aliquod esse primum mouens, quia ostendebat aliquod proficisci, quod fieri non poterat, si concessum fuisset oppositū hoc, quo dicitur aliud ante aliud semper mouere, & moueri vsque in infinitum, & ob id erant infiniti motus, & vnus infinitus magnitudine, qui erat constitutus ex infinitis: & aliquod impossibile concluditur, videlicet, aliquod infinitum tēpore finito motu infinito moueri: quod ergo ex his positis non concludatur impossibile, ostendit. Positū erat, infinitorum multitudine etiā motus infinitos multitudine esse. Possunt autem hi motus infiniti multitudine fieri tempore finito simul facti, vt diximus, motus ipsius A & B, & aliorū, & nullum impossibile sequitur: sed impossibile sequeretur, si vno numero motu infinito aliqd moueretur tempore finito, quia plures multitudine, & infiniti nequeūt fieri tempore finito. Si ergo debet sequi impossibile, oportet ostendere, qūo infiniti multitudine motus componuntur in vnum motum infinitum magnitudine, qui simul fiat tempore finito, in quo & vnus finitorum absoluitur: sic enim sequeretur non posse motum infinitū tempore finito absolui. Hoc igitur deinceps facit ostendendo, quomodo vnus infinitus talis motus absoluatur.

Tex. 8. *Sed si id, quod mouetur primo secundum locum, & corporali motu, necesse est tangere, aut continuum esse mouenti, vt videmus in omnibus hoc contingere, erit ex omnibus vnum ipsum totum quò continuum est. Hoc igitur possibile accipiatur, et sit magnitudo quidem, aut continuū, in quo A B C D: eius autem motus E F G H: refert autem nihil, finitum sit, an infinitum, similiter enim in tempore finito K mouebitur, aut finitum, aut infinitum eorum autē vtrunq; impossibile est. Manifestum est igitur, quòd si stetur aliquando, & non infinitum procedit quod semper ab alio, sed erit aliquid, quod primum mouebitur. Nihil autem referat, supposito quodam hoc demonstrari. Eo enim quod esse potest, posito, nullum inconueniens oporteret accidere.*

Cum multa atq; infinita essent, quæ mouentur, & mouent, nullum sequitur impossibile ex hoc, quia simul infiniti motus absoluerentur tempore finito, sed vnū aliquid fit inquit, ex omnibus, quæ mouent & mouentur. Nam quod mouet aliquid ſm locum primum, idest proxime, & non per aliud, & corporeo motu mouet, necesse est, vt continuum sit ei, quod mouetur, aut attiguū, sic moueat. Vocat autem corporeū motū, qui fit cum aliqua resistentia. Nam & primo mouens mouet, & amabile, & si ſm locum moueant ea, sed non corporeo modo. Nā expellēs, trahens, voluens, aut vehens mouēt corporeo modo quæ necesse est, vt tangant ea, quæ mouentur, & per tactū aliquo modo illis connectantur, siue plura, siue infinita sint quæ mouent, & mouentur ex successione. Etenim hæc vnum erunt ſm tactum, siue hoc infinitum vnum sit, siue finitum nihil differt, non quia nequeat ex infinitis magnitudinibus multitudine sese mutuo tangentibus, & si Democriti atomis essent minora magnitudine, aliqđ finitum constare: sed quia non proponitur nunc considerare, an si sit aliqua magnitudo infinita, an nō? Si.n. aliquis ipsum finitum poneret, cum sit motus infinitus, & vnus cōpositus ex infinitis motibus multitudine, sequetur id, qđ fieri non potest, vt tempore finito infinito motu aliquid moueatur, siue finita fuerit magnitudo, siue infinita. Nam vtroq; modo impossibile sequetur, vt demōstrauimus libro superiori. Et nunc hortatur nos, vt intelligamus, quomodo sumpti fuerint infiniti motus multitudine, & siue æquales fuerint, siue inæquales magnitudines faciant totum infinitum magnitudine. Proinde nunc addit, quod etiam vnus fit motus ſm contactum mouentium, & eorum, quæ mouentur, qui facit vnum quod mouetur. Nam vnius motus est vnus. {Hoc igitur possibile accipiatur,} velut si de hoc dixit, videlicet, quod accipiēdæ sunt magnitudines, aut æquales, aut inæquales. Quia.n. ambo possunt fieri, quod quidem positum erat, ex hoc habebimus consequens, quod fieri non potest, sed infinitā ponens magnitudinem, ex ipsis A B C D, cum infinitę sint magnitudines multitudine, in collectione rationis dixit aut finitū, aut infinitum, perinde ac ſm vtrunq; impossibile sequatur. Etenim infinitam, & finitam magnitudinē moueri motu infinito tempore finito similiter ostensum est, non posse fieri superiore libro. Sed, postquam diluit instantiā statuentis, & ponētis indeterminate, reliquum concludit ratione. Cum.n. ostensum sit, q; nequeunt esse infinita quę mouent & mouentur, siquidem aliquod impossibile ex ipso sequebatur: necesse est, vt oppositum huic verum sit, videlicet stare hunc processum, & non abire in infinitum, sed esse aliquid quod primo mouet, & nō amplius ab alio moueatur. Sed: quia nō ostensiue, sed ex petitione, & suppositione ꝓcedebat ratio eius, quæ petitio statuebat infinita esse multitudine ea, quæ mouent, & mouētur & hac ratione induxit, q; fieri non potest, ne quis dicat nihil esse ostensum, siquidem ex petitione sequebatur impossibi-

Cōm. 5. *In tēpore infinito possunt infiniti motus multitudine esse.*

Corporeus motus quis dicatur.

Motus infiniti multitudine efficiūt motū infinitum magnitudine cōtactu eorum, quæ mouētur, & mouent.

le,pulchre ſubiunxit,qđ petitio ſumpta eſt,velut quæ fieri poſſit. Qui.n.non concedit primum mouens,quaſi poſſit in infinitum accipi mouens aliud ante aliud & motum ſimiliter, ſic illud negaret, ſed nullum impoſſibile accidit ei,quod fieri poteſt, ſed accidit impoſſibile fieri, ex impoſſibili; & poſſibile ex poſſibili. Vt in Reſolutoriis demonſtrauimus,quare & ſi velut id,quod fieri queat,peteretur,non erit id,quod fieri poteſt. Sed,quando dicebat, quod ſuppoſitio,aut petitio ſumpta ſic eſt,perinde ac fieri queat, pro hoc velut contingens intelligenda ſunt hæc, quare & ſi ex petitione accideret impoſſibile, ex petitione ſuppoſitioneúe accideret velut ex ea, quæ fieri poſſit. & ſiquidem erat contingens non oportebat aliquod ſequi, quod fieri non poteſt.

CAP. II.

Tex. 10. *PRimum autem mouens non vt id,cuius cauſa,ſed vnde principium motus eſt, ſimul cum eo eſt,quod mouetur. Simul autem dico,quia nihil inter ipſa eſt: hoc n. commune eſt in omni,quod mouetur, & quod mouet. Quoniam autem tres ſunt motus,is ſcilicet,qui ſecundum locum, & qui ſecundum quale, & qui ſecundum quantum, neceſſe eſt & ea,quæ mouentur, tria eſſe. Qui igitur eſt ſecundum locum, latio: Qui vero ſecundum quale. Alteratio:qui vero ſecundum quantum, Augmentatio & Diminutio. Primum igitur de latione dicamus: hæc enim primus motuum eſt.*

Cõm.6. *Mouens proxime ſimul ẽ cum eo quod mouetur. Mouens duplex eſt ut efficiens,& ut finis.* Vt oſtẽdat vnum motũ numero eſſe, qui fit ſtatutis infinitis mouentibus,& his,quæ mouentur,& hoc impoſſibile concluderet hoc,finito videlicet tẽpore aliquid motu infinito moueri, vſus eſt hoc, quod proxime mouens debet tangere id,quod mouetur, vel illi continuum eſſe. Hoc aũt tunc perſuaſit ex inductione,dicẽdo,quemadmodum videmus in omnibus: nunc autem proponit ſe oſtẽſurum idem in ſingulis ſpeciebus motus, quod neceſſe ſit vt mouens ſit ſimul cum eo,quod mouetur. Sed, quia qđ mouet duplex eſt,aliud velut vnde principiũ motus,ideſt effectiuũ:aliud velut id,cuius gratia,ideſt velut finis:nunc demonſtratio eius eſt de efficiente. Quod.n.mouet, vt finis,& omnino velut appetibile, non eſt ſimul cum eo qđ mouetur. Nã appetitus eſt maxime non præſentis productio,aut ad ipſum procedẽs. Primum autem mouens dicitur illud,quod impertit cauſam motus,& largitur, & ſi per quoſdam alios intermedios motus, velut qui trahit ꝑ funem, aut qui expellit per virgam. Sic ergo & primariã cauſam motus immobilem, & velut effectricem mouere ea,quæ hic dicitur,oſtendunt. Sed primum mouens dicit *Primum mouẽs quod nam ſit.* id,quod etiam proxime mouet,vt nunc vſus eſt nomine, & ſic primum mouens dicit eſſe ſimul cũ eo,quod mouetur. Sed quõ dicat & illud ſimul eſſe exponit dicẽdo. {Simul autem dico, quia nil eſt intermedium,} quod idem eſt,ac ſi dixiſſet,quæ ſeſe tangunt ſimul ſunt. Illa.n.ſeſe tãgunt,quorum vltima ſunt ſimul, vt nullum habeãt intermedium. Sed,cum dixerit,ꝙ hoc commune eſt omni qđ mouetur,& mouet,patet,ꝙ hoc dicitur de illo,quod efficienter mouet. Deinceps diuidit ſpecies motus, in illã ſecundum locum, ſecundum quale, & ſecundum quantũ & cum tria mouentia accepiſſet,id quod fert, & alterat,& auget, vel diminuit: de prima latione, quia eſt prima motuum, vt ſequenti libro oſtendet, rationem facit.

Omne igitur,quod fertur, aut à ſeipſo, aut ab alio. Quæcunque igitur à ſeipſis mouentur, ſic perſpicuo ſe habet, vt ſimul in his mouens, & id, quod mouetur, ſit. Nam inſitum in illis primum mouens adeo eſt, vt nihil intermedij ſit. Cæterum quæcunque ab alio mouentur, neceſſe eſt, vt quadrifariam moueantur. Quatuor enim ſunt ſpecies lationis ab alio, tractio, pulſio, vectio, vertigo. Nam cætera alia ad has reducuntur ſpecies, impulſio.n.quædam pulſio eſt, quæ fit quando mouens ſequitur id, quod: & impulſio vero fit, quando non ſequitur id, quod expellebatur mouens. Proiectio autem, quando vehementiorem motum efficeret ab ipſo, quam conueniat lationi alicuius, ſecundum ſuam naturam, & eo vſque fertur latum, donec motus præualet proiicientis. Rurſus extruſio, & contruſio ſunt expulſio, & tractio. Nam extruſio eſt expulſio. Aut.n.ab eodem, aut ab alio eſt expulſio. Contruſio autem eſt tractio. Etenim ad ſe, & ad aliud eſt tractio. Quare & quæcunque horum ſpecies, vt radiatio, ſputi deglutio. Nam alia eſt contruſio, alia vero extruſio. Eodem quoque modo & aliæ concretiones, & ſegregationes. Omnes enim erunt extruſiones, aut contruſiones, præter illas quæcunque in ortu, & interitu verſantur.

Dicit,quod fertur id,quod mouetur ſ'm locum, & ab ipſa latione ſic nomen traxit. Quod vero exiſtente eo,qđ mouetur,neceſſe ſit,vt mouens exiſtat,patet:ſi quidẽ omne,quod mouetur,ab aliquo moueri oſtẽſum ſit. Sed diuidens ea,quæ mouentur ſ'm locum, in ea,quæ mouẽtur à ſeipſis,ac in ea, quæ habent mouens in ſeipſis:vt animalia habent animam in ſeipſis corpus mouentem, & in ea, quæ extrinſecus, & ab alio mouentur. Præter enim hos modos,nihil mouetur. Inqt porrò in his,quæ à ſeipſis mouentur,patet ꝙ ſimul mouẽs ſit cum illo quod mouetur, nõ ſeiunctum ab illo,neque interceptum ab aliquo intermedio, ſic.n.anima adeſt corpori mouens ipſum, & ſi non corporeo moueat modo:ſed motus,qui fit ab aliquo externo mouente,ſi fuerit violentus,patet eſſe præter naturam, & habet quatuor differentias ſupremas. Nam aut mouẽs trahit,aut impellit,aut vehit,aut voluit. Quod verò hi ſoli modi ſint motus,qui fit ab alio extrinſecus, oſtẽdit: quia omnes alij qui fiunt ab alio violenti, ad aliquam harum differentiam reducantur neceſſe eſt. Nã impulſio, & expulſio reducuntur ad pulſionem. Si.n.eſt pulſio (vt ipſe paulòpoſt definit) vel à ſeipſo ad aliud, vel ab alio ad aliud,& impulſio eſt, quando à ſeipſo modo ſequatur, id quod mouetur impelleretur idem, & expulſio quando à ſeipſo, vel ab alio aliquo impelleretur aliquid, quod non comitantur mouens, communis perfectò ambobus erit pulſio. Verum diſcrepant inter ſe impulſio,& expulſio,eo quod in alia ſequitur mouens id, qđ mouetur, ſed in alia minime. Item inquit,proiectionem reduci ad pulſionem. Tum.n.aliquid proiici dicitur, dum impulſus vehemens ipſius proprij proiecti motũ tuetur,& ꝓrogat:ſed vbi ille fecerit,nõ amplius prorogabitur motus, vt ſi lapis fuerit, non amplius fertur ſecũdum proiectionem,ſi ad obliquũ, vel ſurſum forte moueretur, ſed ſi ſ'm propriam inclinationem deorſum. Proiectio ergo eſt quædam pulſio. Si enim deorſum quiſpiam proiiceret lapidem, quouſq; ꝓiicientis pulſio obtinet motum ſecundum naturam, ille motus eſt proiectio,ſed illo ſoluto, ac illa impulſio ſecundum naturam defecerit, non amplius eſt proiectio neque pulſio. Et in proiectione,ſi proiiciens non amplius tangeret quod proiicitur ſed aer proxime mouẽs ipſum,qui acciperit initium à primo mouente, & habet ſuapte natura motum ad latus,quia nõ eſt ſimpliciter grauis,neq; leuis, impellit proiectum tangens ipſum,vt forte ſi primum mouens ſit homo, uel aer, qui ab illo uim mouẽdi ſuccedens continue. Sic enim ipſe ſequẽti libro cauſam proiectionis tradit, non admittens periſtaſim, ideſt circunſiſtentiam. Item extruſio, & cõtruſio reducũtur ab eo ſub pulſione,

Cõm. 7.

Violenti motus quatuor ſunt differentiæ.

Impulſio & expulſio quo differunt.

Proiectionis motus.

&

& tractione: extruſio enim eſt expulſio eorum, quæ ſunt inter ſe,& expulſio eſt pulſio. Contruſio autem aut compulſio & tractio,ſed tractio eſt, vel ad ſe aliud. Videtur autem & compulſio, aut cōtruſio quandā pulſionem ſignificare,ſed non ſeparabilem, vt extruſio, aut depulſio, ſed magis congregans,& conſtringens. Sed hæ ſpecies inquit, ad pulſionem,& tractionem reducuntur. Sed ſpecies depulſionis, aut extruſionis eſt radiatio, & expuere, & expiratio & omnis motus diſgregatiuus. Sed cōtruſionis eſt ſputi deglutio, & inſpiratio, aut anhelatio, ac cibi vel poculi attractio, & ſimpliciter omnis motus congregatiuus. Et, ne ſingula enumerando ſimul orationem longā producat,nimiumq́ue immoretur, ac vna cæteris relictis ſuſpicionem afferat, omnes huiuſmodi ſpecies ad ſegregationem,& congregationem reducens,tradit ſegregationē eſſe quandam pulſionem,& cōgregationem tractionem. Sed,cum dixerit,omnes congregationes,& ſegregationes eſſe contruſionem,& extruſionem,ſubiunxit. {Quæcunq; in ortu,& interitu verſantur.} Sed quoniam Democrito, Leucippo,& Anaxagoræ videbatur ortum, atque interitum fieri congregatione,& ſegregatione,ipſi quidem hoc non placet. Quòd ſi, inquit, omnino aliqua orirentur, & occiderent congregatione,& ſegregatione, hæc cōgregatio, & ſegregatio non reducerentur ad contruſionem, & extruſionem, neq; per hæc ad tractionem & pulſionem. Nam extruſum,& contruſum,ſi fuerint ſ'm ſubſtantiam, & manſerint quæ ſunt, dicentur extrudi, & contrudi, & omnino impelli & trahi: Sed quæ fiunt, & intereunt non permanent in propria ſubſtantia, & ſic oriūtur,& pereūt. Sed quia tales mutationes ſunt ſecundum ſubſtantiam, idcirco tales congregationes,& ſegregationes non ſunt pulſiones & tractiones. Neque enim motus ſunt omnino ortus,atque interitus, neque trahi, aut impelli poteſt, adhuc fieri & nondum eſſe. Sed, quoniam Alexander in alio codice Septimo, qui non multum ab hoc verbis diſſentit, radiationem, & ſputi deglutionem, ad pulſionem reduci tradit. Sciendum eſt, quòd in his,quæ ipſe legi, haud nactus ſum ſcriptum fuiſſe,& ſputi deglutio, & radiatio. Nā alia eſt congregatio,& alia ſegregatio. Item ſciendum eſt, Themiſtium,in his libris,quos ego legi, ab hoc contextu dicente. {Omne igitur quod fertur,aut idem à ſeipſo mouetur, aut ab alio, } cœpit hunc librum paucis mutatis verbis interpretari, paruifaciens ea, quæ hactenus dicta ſunt, qui neque in cæteris continuationem ſeruat.

Anaxagoræ ſegregatio & or.

Similique patet non eſſe aliud genus motus, quam congregationem, & ſegregationem. Omnes enim diſtribuuntur in quaſdam eorum, quas diximus ſpecies. Sunt præterea inſpiratio, tractio, & expiratio pulſio. Eodem etiam modo expuere, & quæcūque aliæ, quæ per corpus, vel ſegregatiuæ aut receptiuæ ſunt motiones. Aliæ enim ſunt tractiones, aliæ vero expulſiones. Sed alia ſunt reducēda ad has, quæ ſunt ſecundū locum motiones. Omnes enim in has quatuor incidunt.

Cōm 8.

Cum dixerit congregationes,& ſegregationes eſſe illas quidem contruſiones, has vero extruſiones, & ob id illas pulſiones,& has tractiones, quia Quidam Naturales, nō ſolum principia motuum ſecundum locum poſuere congregationem & ſegregationem,ſed etiam omnium,atque non ſolum omniū motuum, ſed etiam mutationū, ipſe nō ſolum hoc videtur deſtruere eadem eſſe principia omniū motuum, ſed inquit, neque ſunt prima principia. Tradit etiam neque aliud eſſe genus motus præter dicta quatuor, ſed ad illa & hæc, & horum ſpecies reducuntur. Etenim inſpiratio, cum ſit congregatio, tractio eſt, & expiratio, cum ſit ſegregatio, pulſio eſt. Similiter quoque expuere,& quæcunque aliæ, inquit, motiones per corpus ſegregatiuæ,aut receptiuæ. Equidem cum aliæ ſint ſegregatiuæ,& aliæ congregatiuæ,hæ reducuntur ad pulſionem, illæ vero ad tractionem. Sic ergo principium Alex. expoſuit dicendo congregationem, & ſegregationem non eſſe aliud genus motus,ſed reduci ad illas quatuor ſpecies, velut partes illarum. Deinceps repetens rationem, ſiue ſ'm aliud argumētum poſterius additum, ſiue neſcio quomodo aſſerit ipſum Ariſt. congregationem & ſegregationem oſtendiſſe generaliſſimos motus eſſe. Nam inquit omnes ſpecies motus ſub his collocari inueniemus. Si.n. omnes ad extruſionem,& contruſionem reducuntur, & horum alia eſt congregatio, & alia ſegregatio, omnes reducentur ad congregationem & ſegregationem. Hæc Alex. ſuis verbis ſcripſit,quanquā Ariſt. dicat. Similiter autem & aliæ congregationes,& ſegregationes. Omnes enim erunt extruſiones, præter eas quæcunque in ortu, & interitu verſantur,quare non erit contruſio quædā congregatio,neq; extruſio quædam ſegregatio, vt Alex. inquit, ſed econtra congregationes, & ſegregationes ſunt contruſiones, & extruſiones. Sed quomodo ad congregationem, & ſegregationem reducuntur ex nunc dictis motus omnes, ſiquidem omnes in quatuor dictos incidere aſſerat Ariſtot. & duas rurſus quatuor, videlicet vectionem, & vertiginē ad reliquas duas redu[illegible], videlicet tractionē,& pulſionē. Et in his velut communem concluſit rationem propoſitā dicēdo, quare ſi pellens & trahens ſimul ſunt cum eo, qđ pellitur,patet etiam inter id, quod mouet, & mouetur, nihil intermedij eſſe. Sed nō dixit, quare ſi congregans,& diſgregans:tamē in alio codice ſeptimo, his verbis ſic ſcriptū eſt. Et omnis igitur motus ſecundum locum congregatio & ſegregatio eſt:& ob hęc verba forte Alex. poſterius dicta adiecit, quæ non conſonant hic ſcriptis, vt videtur. Poſſumus forte oſtendere has rationes Ariſtotelis conſonas eſſe, qui reducit congregationem & ſegregationē non ſimpliciter ad contruſionem, & extruſionem, aut tractionem, & pulſionem velut ad vniuerſaliores, ſed velut ad ea quæ eædem cum illis ſunt. Quando enim Alex. poſterius adiecit, dicens omnes reducuntur ſub his duabus, tractione, & pulſione, quarum alia congregatio eſt, alia verò ſegregatio, & ſic generaliſſimæ erunt mutationes congregatio, & ſegregatio.

Segregatio et congregatio ſunt motus maxime generales.

Harum rurſus vectio, & vertigo ad tractionem, & pulſionem reducuntur. Vectio enim aliquo ex tribus modis eſt. Quod enim vehitur, per accidens mouetur, quia eſt in eo, quòd mouetur, aut ſupra id, quod mouetur. Pellens autem vehit, aut dum trahitur, aut pellitur, aut voluitur. Quare communis eſt omnibus tribus vectio. Sed vertigo componitur ex tractione, & pulſione. Quod enim voluit neceſſe eſt, vt id efficiat, aut trahendo, aut pellendo. Nam partim à ſeipſo, & partim ad ſe ducit. Quare ſi vna pellens, & trahens cum eo quod pellitur, & trahitur ſunt: patet nihil intermedij eſſe inter mouens, & id, quod mouetur. Sed hoc manifeſtum eſt ex definitionibus. Pulſio enim eſt a ſeipſo, aut ab alio ad aliud motus. Tractio vero ab alio ad ſeipſum, aut ad aliud quando velocior fuerit motus trahentis ſeparans continua ſic, vt vnum ab altero ſeparetur. Sic enim ſimul alterum trahitur.

Cum oſtenderit omnes motus ſ'm locum reduci ad quatuor dictos:& rurſus duos, vectionem, & vertiginem, ad reliquos duos, videlicet pulſionem,& tractionē, reducit. Nam oſtēdit vectionem, aut fieri ſ'm tractionem, aut ſecundum pulſionem, aut ſecundum vertiginem, & ver- Cōm 9

Vectio quid ſit, & ad q̃ genus motionis reducatur.

tiginem tradit constare expulsione, & tractione. Quòd vero vectio ad aliquem trium motum reducatur ostēdit, sumens, quod vehitur non per se moueri, sed per accidēs. Nam quia quod vehit mouetur, hac ratione quod vehitur mouetur, & illud quemadmodū per se mouetur, sic istud per accidens. Quare inquirendū est quot modis quæ vehunt mouentur, quia totidem, & quod vehitur profectò. Sed eorum quæ vehunt, alia ex seipsis mota vehunt, vt equus vehit ascensorem, & omnino animata: alia vero ab externo mouentur motore, Sed de animatis, & de his, quæ mouentur ex seipsis, ostensum est prius, q simul in seipsis est mouēs, & id, quod mouetur: sed inanimata, & quæ extrinsecus mouentur, in quibus aliqua vehunt, tribus mouētur motibus. Aut.n. trahunt, vt nauis, quę vehit nautas: aut pellunt, vt nauis qua secūdo vento vtitur dum nauigatur, aut voluuntur, vt trochi, & lapides molares, quæ vehunt aliquando ea, quæ in illis ponuntur. Quare vectio est communis his tribus modis. Nam quod mouetur, aut trahit, aut pellit, aut voluit quod vehitur. Et hoc modo fit vectio. Ceterum inquit, vertigo componitur ex tractione, & pulsione. Quod.n. vertit, & voluit aliquādo ad seipsum ducit quod voluitur, aliquando à seipso pellit, velut constat de his, quæ manibus voluuntur. qui.n. pellit à seipso molam, & rursus trahit facit vertiginem. Si ergo quatuor motus reducuntur ad tractionem & pulsionem: & quod trahit, & pellit simul est cum eo, quod trahitur, & pellitur: patet, q ea, quæ s'm locum mouentur, simul sunt cū illis, quæ mouentur ab ipsis s'm locum, & nihil est intermediū inter ipsa. Vnde restat ostendere simul esse quod pellit, & trahit cum illis, quę mouentur ab ipsis. Hoc porrò probat ex definitionibus pulsionis, & tractionis. Sed primarius modus demonstrandi est ex definitionibus. Est autē definitio pulsionis, motus à seipso ad aliud, vel ab alio ad aliud, & tractionis definitio est, ab alio motus ad seipsum, aut ad aliud. quando.n. inquit, motus velocior fuerit separantis vnum continuum ab altero, tum inquit, trahēs trahit alterum aut ad seipsum, aut ad alterū, quando trahens obtineret motū proprium eius, quod trahitur, quod velocior est motus trahentis, quam eius qđ trahitur: qui quantum ad se vnum continuum ab altero separat, id est quæ trahuntur ad tangendum, & hac ratione cohærent. Proprius.n. motus vniuscuiusq; quātum attinet ad se, separat, & diuellit ea, quæ sunt connexa inter se ab ipso vi trahēte. Multis enim in locis, quæ tanguntur, continua appellare consueuit Arist. Sed, quādo motus trahentis velocior est, quam motus eius, qđ trahitur separans ea, quæ debēt fieri continua tractionis causa, tum tractio fit, & simul trahitur quod mouetur ab ipso quod mouet. Vel magis dicendum est, quando velocior motus fuerit trahentis vt ad dissimile, & euellentis, quod est continuum ad simile, q sit motus naturalis eius, quod trahitur separans dissimilia continua ab inuicem. Nam vires s'm naturam continuantes singula simil bus, & connectentes in proprijs locis seruant ea, vt illę, quæ vi trahunt, & euellunt ea, quę sunt absolute cōtinua, & trahunt ad loca dissimilia: quòd si ad similia, velut si quis lapidem deorsum traheret, vel sursum ignē. Verum velociorē oportet esse motū trahentis, q̃ motū eius, quod trahitur, & si in eadem fieret si debet fieri tractio. Sciendū autem, q hęc verba. {Quādo velocior fuerit motus separantis continua inter se, } in quibusdam exemplaribus Alex. tradit non adferri. Sed quomodo id rationem habet, siquidem ob hāc ostēderem statim Arist. adducit. Veruntamē in alio septimo libro verba sic se habent. {Sed tractio quando, vel ad se, vel ad aliud fuerit velocior trahentis motus, non separās motum eius quod trahitur.}

Vehere quot modis dicatur.

Vertigo quomodo fiat.

Trahens & trahens simul est cum eo quod mouetur.
Pulsio quid sit.
Tractio quid sit.

Forte autem videbitur quædam tractio esse, & alio modo. Nam lignum aliter trahit ignem. At nil interest si quod trahit moueatur, aut maneat trahendo. Quandoque nanque trahit eò vbi est, nonnunquam vero eò vbi erat. Sed fieri nō potest, cum moueat aut ad seipsum, aut ad aliud, aut ab alio ad seipsum, quin tangat, quare patet nihil intermedium esse inter id, quod mouet secundum locum, & mouetur.

Cum rationem tractionis assignarit, & tardiderit velociorem motum esse trahentis, quàm motus eius, quod trahitur s'm naturam, notauit, quòd quædam trahētia videntur trahere, & ipsa non mouentur vt lignū, quod trahere videtur ignem ad seipsum, & adhuc magis herculeus lapis trahit ferrum, & electrum paleam, quæ non mouentur: quomodo igitur horum erit velocior motus, quā sit motus naturalis eius, qđ trahitur. Nisi & in his illam naturalem vim, quæ trahit, oporteat esse violentia fortiorē, quàm sit vis eorū, quæ trahuntur, & si non moueantur ea, quæ trahūt. ideo neq; inquit, interest nihil siue moueatur, siue stet quod trahit, fiat tñ tractio. Quandoq; nanq; trahit, vbi est, nonnunquam vero eò, vbi erat eò. Quando.n. trahit alicubi est, & qñ alicubi erat, Alex. exponens, hoc vbi est, inquit, significat illud, à quo est: & illud vbi erat, illud à quo erat, & dicit hoc à seipso ad aliud trahens, à quo est ipsum trahens ab hoc, ducit id, qđ trahitur, & ab alio ad seipsum, à quo erat, quod trahebatur ducit idem ad se. Sed videtur haud verisimilis translatio eius quod est vbi, ad id, à quo. Pulchrius igitur existimo procedendo exposuit, quia dicendo, q nihil interest, aut moueatur subiūxit quod manens trahit eò vbi ipsum est, sed qđ mouetur accedēs ad id, quod trahit, ducit ipsum in suum locū, in quo erat antequam moueretur ad id, qđ trahitur. Quęrit Alex. pulchre, quomō ea, quæ naturaliter trahunt, vt herculeus lapis, & talia tangendo ea, quæ trahunt, trahant. Et respondit, quod & si hæc non tangant ipsa, tamen potentia, per q̃ trahunt ipsa, tangit ea, quæ trahuntur. Sed non erat hoc propositum Arist. ostendere, q incorporea potentia, & ut trahens, quod trahitur attingat, sed corporea, tanquam nihil intermedij corporei sit. Igitur pulchrius est quod deinceps ab ipso dicitur. Vel.n. sunt quidam defluxus corporei, q proficiscuntur ab ipsis quiescentibus, & sic trahentibus, quibus tangentibus, & connexis, vt quidam aiunt trahuntur ea, quæ trahi videntur. Vel de his, quæ sic trahūtur eorum sermo erat. Nā incertum est, qđ fit ab illis. Sed de lignis dixit, q quæ cum maneant, ignem contrahunt prope se aliqūo trahentia, & præmentia illū sursum ferri, qua tāgitur ab ipsis sursum existentibus. Alex. autem notauit, q in hoc contextu Aristot. adiecit verbis hoc (à seipso ad aliud) quod est proprium opus pulsionis, & expulsionis. Nisi forte non de trahēte ambo dixerit à seipso ad aliud, aut ab alio ad seipsum, sed hoc à seipso ad aliud, de impellente dixit, & illud ab alio ad seipsum, de trahēte, ideo quatuor motus ad pulsionem, & tractionem reducens cōmuniter reliquum conclusit, q inter mouens, & id, quod mouetur, non est intermedium. Sed post hęc verba Alex. in quibusdā exēplaribus hæc verba inqt scripta fuisse. Eodē modo, & si aliquid potest generare, & efficere qualitatē, & hoc necesse est, vt agat graue tangendo leue, deinceps inquit, huic adiūgi minime, sed neque alterati, quod post dicta posterius erat scriptum, in pluribus alijs, sed paulò post hoc. Nam in omnibus accidit simul esse extremū alterans, & primum alteratum. Et his verbis, vt inquit, indicat, q non solū proprie mouentia, & mota simul sunt, seu illa, quæ mouent, & mouentur secundum locum, & quātitatem,

Com. 10.
Herculeus lapis Magnes est.

Quo pacto velocior motus est eorum his quæ trahuntur, si non mouea quædam trahant.
Quæ secundū naturam trahunt quomodo tangendo trahant.

Generãtia & generata simul sunt.

ditatem, & qualitatem, sed etiam secundum ea, quæ mutantur, & mutant secundum substantiam, quæ quidem mutationes sunt ortus, & interitus. Etenim in his, quod mutat, simul est cum eo, quod mutatur, vt se habet in his, quæ fiunt grauia, & leuia, idest incorporeis elemẽtis, igitur ea, quę agũt, & generant hæc, sunt alicuius qualis generatiua. Graue.n. & leue sunt qualia. Etenim ostendet in sequenti libro, quod etiam hæc mouentur ab aliquo faciente hæc, quod nunc dicit, quod & si aliquid est effectiuum, & generatiuũ graue, & leue, & hoc necesse est, vt agat tangendo. Nam illud deinceps. Accidit simul alterans esse, & primum alteratum, superfluum per se videtur, & transpositum, quia deinceps de alterato, & alterante est sermo: & in cunctis exemplaribus sequens contextus scriptus est.

Tex. 11. Hic est Simplicij lectio.

At vero neque inter alteratum & alterans quippiam medium est, hoc autem manifestum est ex inductione. In omnibus enim, simul esse accidit alterans vltimum, & primum quod alteratur. Quale enim alteratur ex eo quia sensibile est. Sensibilia autem sunt, quibus differunt corpora à seinuicem. vt grauitas, leuitas, durities, mollities, sonus, silentium, albedo, nigredo, dulcedo, amaritudo, humiditas, siccitas, densitas, raritas, & horum media: similiter autem & alia, quæ sub sensibus sunt, quorum est & caliditas, & frigiditas, & leuitas, & asperitas. Hæ enim sunt passiones eius, quæ subiicitur qualitatis. His enim differunt sensibilia corpora, aut secundum horum aliquid magis & minus, & quia patiuntur aliquid horum (nam quia calefiunt aut frigefiunt, aut dulcescunt, aut amaricantur, aut secundum aliquid aliud prædictorum) similiter & animata corpora, &

T. 12. *Nõ vbiq; legitur hic cõtextus ad mẽtẽ Simplicij, ideo tamen hic addere curauimus, ut huic parti quippiã deesset quod desiderari potuisset.*

inanimata, & animatorum partes quæcunq; sunt inanimatæ. Atq; etiam ipsi sensus, alterantur, patiuntur.n. actus.n. ipsorum motus est per corpus patiente aliquid sensu, secundum quæ igitur inanimata alterantur, & animata secundum hæc omnia alterantur, secundum autem quæ animata alterantur, secundum ea non alterantur inanimata, secundum enim sensus non alterantur, & latet inanimata cum alterantur. Nihil autem prohibet, & latere animata, cum alterantur, quando non secundum sensus accidit ipsis alteratio. Si igitur sensibiles quidem passiones sunt, per has autem alteratio est, hoc iam manifestum est, quod patiens & passio sunt simul, & inter hęc medium nihil est, huic enim aer est continuus, aeri autem coniungitur corpus, & superficies quidem ad lumen, lumen autem ad visum: similiter autem & auditus, & odoratus, admouens ipsos primum, eodem autem modo simul & gustus, & sapor est. Similiter

Tex. 13.

autem & in inanimatis, & insensibilibus.

Cõm. 12.

Postea ea, quę mouent, & mouentur secundum locum, & fortassis post ea, quæ sumit secundum speciem eadem, de alterato, & alterante proponit dicere, quod etiam in his nihil est intermedium, quod esse notum ex inductione asserit. Nam simul in omni alteratione inuenitur vltimum alterans, & primum alteratum. Dicit extremum alterans, aut vltimũ, quod hactenus vocauit proxime mouens, & mutans, quia hoc partim est primum velut proximum ei, quod mouetur, & partim vltimum mouentiũ, quando per media aliqua mouens primo moueret, & proprie. Sed primũ alteratum dicit, quod per se alteratur, & nõ secundum accidens, & quod alteratur, non quia aliquid eius alteretur. Nam, cum sic tali alterato simul alterans est. Sed, cum dixisset ex inductione manifestum esse, quod nullum est intermediũ inter id, quod alteratur, & id quod alterat, deinceps addit ea, quibus potest propositũ ex inductione accipi: & cum ostenderit primum ex ratione à quo nam alterata alterentur, ob oculos hęc inductiue ponit ostendẽs,

Inter alterãs & alteratum nihil est medium.

quod simul existentibus alteratis cum his, quæ alterant fit alteratio. Nam inquit, Subiiciatur nobis, idest positum sit, & concessum, quod ea, quæ alterãtur, secundum patibiles qualitates patiendo alterantur. Iam quandam esse speciem qualitatis, in prædicamentis nouimus illam, quæ est secundum patibiles qualitates quartam hanc post habitum, & potentiam, & figuram. Patibiles autem qualitates sunt, quarum receptio fit, si patiatur aliquod sentiẽs, vt caliditates, frigiditates, siccitates, dulcedines, amaritudines, acerbitatesue, & huius generis aliæ. Item dispositiones secundum colores, quæ sunt in superficie, & non specificæ. Quas omnes non quia affectionem, & patibilitatem ingerunt his, quæ afficiuntur, inquit, vocari patibiles qualitates, sed quia aduenniunt accipientibus eas dum afficiuntur. Ignis.n. calor quandã patibilitatem ingerit participantibus, non tamen patibilis dicitur, quia non per patibilitatem fiebat, vt sit dispositio, & affectio in superficie, & non substãtia quædam. Si ergo quæ alterantur patiuntur: & quæ patiuntur, à sensibilibus patiuntur (quæ nanque has qualitates & affectiones afferũt, sensibilia sunt.) Et sensibilia, inquit, esse ea, quibus corpus à corpore differt, & differt secundum qualitates. Commune igitur corporibus est, vt quæ habent qualitates differant inter se, aut pluribus, aut paucioribus, vel quia participant magis, & minus qualitatibus eisdem. Si ergo corpora secundum qualitates patibiles alterant, & alterantur, necesse est, vt cum proxima fuerint alterent, & alterentur. Neque .n. vnum corpus seiunctum ab alio corpore aliquid agit in illud, neq; qualitas est separabilis à corpore, neque agit separabiliter. Illud porro. {Hęc enim sunt passiones subiectæ qualitatis;} dixit, quia indicat, quod sunt quartæ speciei qualitatis, quæ dicitur esse passiua. Hę autem sunt patibiles qualitates. Et intelligit per qualitatem subiectã sensibilem, de qua erat sermo, quod hæ sunt eiusdẽ affectiones. Deinceps diuidit corpora, quæ alterantur, in ipsa animata, & inanimata: & animatorum partes insensibiles, vt carnes, neruos, & id genus: & in insensibiles, vt in ossa, & capillos, vngues: & in ipsos sensus, cum quibus simul videtur complecti sensitiuas partes dicendo. Animatorum partium aliæ non sensitiuæ, & hęc sensus. Alterantur.n. inquit, & aliquo modo sensus, & non solum partes sensitiuę, non tamen velut corpora alterantur. Quòd vero alterentur, & sensus demõstrauit dicendo. Quomó.n. fiunt sensus secundum actum. Nam est triplex sensus, alter substãtia. Alter potentia talis substantiæ. Alter actus substantiæ secundum potentiam. Hic igitur secundum actũ sensus est, vt inquit, velut videre, audire, quę sunt motus per corpus, idest partem sensitiuam, quę cogitur, vel segregatur. Sed nondum hoc est sensus. Nam coguntur, & segregantur et insensibilia corpora: sed quando ipse sensus, qui est substãtia, patitur aliquid propria affectione, tum secundum actũ perficitur sensus. Quid vero sit hęc affectio, & passio in tractatione de sensu dicit, quòd est receptio sensibilis speciei sine materia, & receptio non pure est actiua, velut mentis intrinsecus tota existens, sed habens aliquid, vt passiuum à sensitiuo, ideo fit etiam cum alteratione, & alterari dicũtur sensus, qui sunt substantiæ. Cum ergo dixerit, quomõ sensus alterentur, quia habent aliquod passiuũ, & receptiuum actus ipsorum sensibilium, deinde discrimen, & differentiam alterationis animatorum, & inanimatorũ affert. Et hanc primum dicit, quod secundum quæcunque inanimata corpora alterantur, secundum eadem etiam ipsa animata. Etenim frigescunt, calescunt, & humectantur, & arescunt, & ambo subiiciuntur omnibus talibus alterationibus: tamen non secundum quæcunque animatũ alteratur,

Sensibilia sunt differentiæ corporũ.

Sensus quomõ alterẽtur. Sẽsus triplex est. Substantialis alter substantiæ potentia, alter actus substantiæ secundum talẽ potentiã.

Differẽtia alterationis animatorũ et inanimatorum.

secundum totidem, & inanimatum. Nam nullum inanimatum ſm ſenſus alteratur. Nunc vero dicit animatum per ſenſus alterari, ſed non omnia. Non.n. plantæ, quamuis ſint animatæ, ſecundum ſenſus alterantur. Sed nunc dicit animata ipſa animalia, quæ ſenſu, & motu deſignantur, & deſcribuntur. Secundam quoque dicit differentiam alterationis animatorum, ab ea, quæ eſt inanimatorum, quia inanimata non cognoſcunt, neque ſe pati unquam ſentiũt, ſed animata, ideſt animalia, aliquando ſentiunt, ſe pati, quando ſecundum ſenſus patiuntur, adeo vt videant, audiant, aut ſecundum quendam alium ſenſum ſentiant: interdum autem & ſi ſenſitiua fuerint, non ſentiunt. Etenim albeſiunt, nigreſiunt animalia, & augentur, & minuũtur, & tamen horum affectiones non ſentiunt. Cum itaque dixerit has differentias, redit ad propoſitum ob oculos ponendo ea, quæ ſimul alterantur à ſenſibilibus. Nam, inqͣ, in omnibus patet, quòd ſimul eſt vltimum alterans, & primum alteratum. Et oſtendit idem manifeſtum eſſe additione eorum, quæ alterant, in vnoquoque ſenſu, & alterãtur. Et primum eorum additione, quæ ſecundum tactum. Nam, quia alteranti continuus eſt aer, & aeri corpus, corpus alteratum. Nam nil erat intermedium alterati. Patet ergo id, quod erat à principio, & in quibus eſt aer intermedius oſtendit, quod hic exiſtens, vt extremum, & primum alterans, ſimul eſt cum ipſo alterato primo, & continuus ſit ipſi. Rurſus continuum attiguum appellans, qm̃ tangibile ſenſibile eſt, adiecit etiam tactum, qui non eſt in aliquo ſenſiterio certo, & definito, ſed in toto corpore. Proinde dixit. {Aeri autem corpus.} Sic enim calorem, & frigus ſentimus, & id genus cæterorum, quãdo nõ abſque medio propinquum fuerit alterans, ſed cum medio, videlicet, per medium aerem. Eodem modo fit in ipſo viſibili. Color enim eſt viſibilis, ſi appropinquetur lumini, id eſt aeri illuminato, fieri enim non poteſt, vt videamus aliqđ viſibile ſine lumine. Sed lumen aſpectui, ideſt ſenſiterio uidendi, proximum eſt. Color enim motiuus eſt perſpicui actu, quod quidem proxime mouet viſum. Eodem etiã modo auditus, olfactus proximus fit primo mouenti. Iterum dicit primũ mouens, proxime mouens, quod paulòante vltimũ vocabat. Et cauſam nunc addẽs, cur ipſum primum dicatur tradit. Nam inquit, ad qđ mouetur primum dicitur velut proximum ipſi. Quòd vero per aerem auditus, & odoratus fiat, in libris de Anima oſtenſum eſt. Item in guſtu ſimul eſt cum guſtat ſapor guſtatilis tanquam non egeat artificio medij. Sed, cum oſtenderit in alterationibus ſenſitiuis ſimul primum mouens, & id, quod mouetur, eſſe inquit. Similiter oſtendetur, & in alteratione inanimatorum, quòd ſimul eſt primum, & proxime mouens cum ipſo, quod mouetur. Neque enim calefit aliquod corpus inanimatum, neq; frigore afficitur, neque humectum fit, & ſiccum, neq; prorſus patitur aliquid, & alteratur, niſi tangat ipſum alterans. Quòd ſi in animatis, atque inanimis fit alteratio, cum ſimul proximeque ſit alterans cum alterato, tutum ac vniuerſale dicit decretum, quòd nullum eſt inter alterans, & alteratũ medium. Cum vero dixit, {inanimatorum} adiecit & {inſenſibilium} vel de eiſdem dicens: Nam inanimata, & inſenſibilia ſunt, vel inſenſibilia dicendo eas partes, quæ non ſentiuntur in ipſis animatis. Et plantæ inſenſibiles quidem ſunt, ſed non inanimatæ.

Alterata à ſenſibilibus ſimul ſunt cum his, quæ alterant ea.

Viſibilium lumẽ uiſum appropinquat, ſicut aud[?]it[?] auditui, et odorabile odoratui.

Guſtabile ſeu ſapor ſimul eſt cum guſtu.

Sed neque inter id, quod augetur, & auget. Auget.n. vt primum aduenerit quod auget, vt vnum totum fiat, & rurſus etiam minuit quod diminuitur, recedẽte aliquo illius, quod diminuitur. Neceſſe eſt igitur, vt quod augetur, et minuitur continuum ſit. Sed inter continua nullum eſt mediũ. Patet ergo nullum medium eſſe inter mouens primum, & vltimum, & id, quod mouetur.

Poſt ea quæ mouentur, & mouent ſm alterationẽ, oſtẽdit, ꝙ non eſt medium inter ea, quæ augent, & augentur, neq; inter id, quod diminuit, & diminutum. Et ſunt hæc euidentiora, ſiquidem proxime augens addatur ei, qđ augetur, & ſic quod auget connectitur illi, quod augetur. Et diminutũ, quia defluit aliquid eius, diminuitur, & minus fit. Sed quod defluit, ante continuum erat, quam aliquid defluere ab ipſo diminuto. Si ergo augens, & minuens eſt aliquid addens, aut ſubtrahens, & hæc erant propria continua ei quod augetur, & diminuitur, & inter continua non eſt medium: Inter ergo augens, & quod augetur, ac diminuens, & quod diminuitur non eſt medium. Sed, cũ oſtenderit ſeorſum de vnaquaque ſpecie motus, reliquum concludit communiter de omnibus, quòd inter mouens, & motum non eſt intermedium. Sed proxime mouens, & primo dixit ob id, quod mouetur, quia proximum eſt illi, & vltimum dixit, quoad mouens, quia omnium mouentium vltimum eſt, quod proximum eſt moto.

Cõm. 12.

Inter augens & id, qđ augetur nihil eſt medium.

Inter diminuẽs & diminutũ nihil eſt medium.

CAPVT III.

Qvod autem ea, quæ alterãtur, omnia à ſenſibilibus alterentur, & ſolũ eius alteratio ſit, quæ ſecũdum ſe dicuntur pati ab his, ex his conſiderabimus. Ex aliis.n. maxime vtiq; quis exiſtimabit, in figuris & formis, & habitibus, & in eorũ remotionibus & acceptionibus alterationem eſſe, at in nulla earũ eſt. Quod nanq; figuratur, quãdo perfectum fuerit ex quo eſt, minime dicimus, vt ſtatuam æs, ſeu ceram ipſam pyramidem: aut lectũ lignum: ſed denominando hanc quidẽ æream, illam vero, ceream: lectum autem ligneum nominamus. Quod vero paſſum eſt, alteratum itidẽ appellamus. Nam ſiccum, humidũ, durum, ac calidũ æs dicimus, ac ceram: non ſolum autem hoc modo, ſed id quoq; quod humidum eſt & calidum æs dicimus, non eadem ratione, ac eodem nomine materiam appellantes cum paſſione. Quamobrem, ſi id, quod factum eſt non dicitur per figuram, ac formam in quo figura eſt: per paſſiones autem dicitur ac alterationes: manifeſtum eſt ipſas generationes minime eſſe alterationes.

Tex. 14.

Tex. 15.

Cum oſtenderit, ꝙ alteratio fit alterante exiſtente ſimul cũ alterato, vſus eſt fieri alterationẽ patiẽdo, & pati à ſenſibilibus, quæ patiũtur, quare alterata à ſenſibilibus alterantur. Cũ ergo his tum vſus ſit, nunc oſtendit idẽ. Quia enim in his ſolis, inquit, verſatur alteratio, quæcunq; per ſe patiuntur à ſenſibilibus. Per ſe dicit, & non per accidẽs patientia. Socrates.n. per accidens viſibilis eſt, & per ſe color, & cæteræ patibiles qualitates. Vnde inquit, patet ſm nullam aliam qualitatem fieri alterationem. Quod.n. ſm patibiles qualitates fiat alteratio, patet & conceſſum eſt. Quod vero ſm has ſolas, & non ſm aliquam aliam fiat, quia hoc non patet, oſtendit, quia non eſt alteratio ſm mutationes ad figuram, & habitum. Habitus autem ſunt ſciẽtiæ, virtutes, ſanitates & morbi, & id genus. Verum cum dixerit ſuſpicionem eſſe, vt in figuris, formis, habitibus, aliqua ſit alteratio, adiecit vel in harum remotionibus, aut acceptionibus alteratio eſt. Non enim idem eſt alterari, & habere qualitatem, nam in mutationibus eſt alteratio. Igitur oſtendit, ꝙ neq; in habitibus, vel figuris, & in earũ acceptionibus & remotionibus eſt alteratio. Et primũ de figura ſermonem facit, oſtendens, quòd non eſt alteratio ipſa figuratio, vel mutatio ſecundum figuram. Nam inter

Cõm. 15.

In his, quæ à ſenſibilibus per ſe patiũtur alteratio eſt.

Mutationes quæ ſecũdũ figuram & habitus ſunt alterationes non ſunt.

ali a

alia maxime aliquis suspicaretur, inquit, figuram & habitum recipere alterationem, vel inter omnia alia dicit, vel magis inter illa, quæ sunt in qualitate. Etenim aliqua, & alia species est qualitatis potentia, & aptitudo, ſm quam certatores, & cursores dicimur. De hac porrò specie sermonem non facit, quia non est notum, an ea, quæ sunt in ea specie, sint qualitates, cum sint eorum abiectiones, & receptiones occultæ. Ostendit autem, quod non alteratur id quod imprimitur figura: qui sic ratiocinatur in secunda figura. Quod figura imprimitur q̃ñ figuram acceperit, & perfectum fuerit secũdum ipsam, non amplius subiectum, & quod figura impressum est eodẽ potitur nomine. Nam statua non appellatur æs, sed denominantur ęnea statua dicitur. Et lectus non dicitur lignum, sed ligneus. Item pyramis non cera, sed cerã. Sed quod alteratur, vel frigidum, vel calidum fuerit factum, vel alicuius talis qualitatis particeps, adhuc eodem nomine appellatur, siue æs sit, siue lignum, calidum, aut frigidum, aut album, aut nigrum, aut aliquid huiusmodi patiens. Nam manet æs, & lignum dictum, & post affectionem. Nam ęs humidum vel durum, & lignum dicitur, & non hoc solum, sed etiam ecõuerso, & humidum dicimus æs, si forte fortuna humectum fuerit, & calidum dicimus lignum: quare vt diximus eodem nomine quod alteratur potitur, vt prius nominabat. Adiicit autem conuersionem, vt si quis cogeret de his, quæ figura imprimuntur, à subiecto incipiens, quia seruãt idem numero, vt cera triangulus est, & ęs circulus, non tñ posset seruare idem nomen, si inceperit à figura. Neq;.n. dici potest triangulus est cera, vel statua est æs. Nam, inquit, æqui uoce appellari materiam, & affectionem, q̃ñ humidam dicimus affectionem, & ęs, & calidam affectionẽ, & lignum. Sed cum probarit propositiones pluribus, deinde collectim eas proposuisset, & primam minorum, q̃ñ dicit. Quoniam igitur ex quo quidem. deinde maiorem quando dicit: Quod autem alteratur, sic infert cõclusionem. Et erat propositum dicere, ꝙ figurationes non sunt alterationes. Sed subiunxit ꝙ alterationes non sunt generationes. Vnde ostendit vnde trahit vim ratio, quia ex eo quod figurationes sunt quædam generationes. Equidem ostensum est Quinto Libro, quod ortus non sunt motus, quare neq; alterationes. Nam alterationes sunt quidam motus. Sed reuocat nos ad memoriam eorum, quæ iam ostensa sunt. Etenim quod alteratur manens quod est, alteratur, vt significat nomen idem seruans. Sed quod fit non solũ quod erat mutatur, sed neq; quod figura impressum est manet perfecte quod quidem erat, vt indicat hoc, quia nõ eodem nomine appellatur, & si non perfecte fiat. Quod.n. figura fit impressum, videtur quandam naturam mediam habere inter ea, quæ alterantur & fiunt, verum videtur declinare magis ad eum numerum, in quo ponuntur ea, quæ oriuntur, & generantur, quia non eodem post, vt prius appellãtur, quod quidem competit his, quæ oriuntur, tamen indicat denominari, quia recedit ab his, quæ vere fiũt. Sed forte quispiam dubitaret, nunquid magis agant in subiecto qualitates patibiles, magisq; mutent idem, cum in profundum vsq; sese immergant, quam figura, quæ solum superficiem afficit, vel & si vsq; ad profundum procedant, tamen adueniunt, & sunt accidentia qualitates patibiles, quæ quandam occultam colorationem faciunt, quæ facile obijci potest. Secundum.n. tales alteratio fit. Alteratur porrò ferrum, ꝙ tantum in superficie calefit: quod si igniatur, non amplius hoc est alteratio, sed progressus in aliam speciem, & formam. Proinde tum habet actiones igneas.

Potentia & aptitudo ignoratur an sint qualitates.

Quod figura imprimitur non alteratur.

Figurationes quædam generationes sunt.

Figuratum quandam mediam naturã habet inter generationem & alterationem. Quędã magis à subiecto suscipiuntur, vt passibiles qualitates, quam figura.

Amplius & sic videretur absurdum alteratum esse hominem, vel domum, vel quodcunq; aliud eorum, quæ acta sunt, sed fieri quidem forte vnumquodq; necessarium est quodam alteratio. vt si materia denseatur, aut rara fiat, aut calefiat, vel frigefiat, non tamen quæ fiunt alterantur, neq; ipsorum ortus est alteratio.

Cum ostenderit non eodem modo subiectum, & id, quod figuratũ est posterius, vt prius in mutationibus secundum figuram vocari, & hac ratione, quæ figura imprimuntur cum assimilasset his, quæ fiunt: de ortu ostendit, ꝙ non est alteratio. vt deinde habeat, ꝙ neq; figuratio sit alteratio. Absurdum enim, inquit, genitum hominem, aut domum productam dicere ipsam esse alteratã. Nam alia facta sunt, & non altera. Secundum substantiam enim, & non per accidens mutatio his aduenit. Quod.n. alteratur manet quod erat, postquam alteratum est, & sic alteratur. Sed quod fit nondum est. Neq;.n. domus, neq; homo erat. Cæterum, cum dixerit absurdum esse quod fit alterari, q\[illegible\] videtur alteratio in ortu esse, & neq; fit, nisi præcedente alteratione, hoc pulchre determinat dicẽdo, vnumquodque fieri alterata prius materia subiecta. cum.n. illa maneat, quod, est sustinet mutationes. Haud tamen ortus eius quod fit alteratio est. non enim alteratur quod nondum est. Quod enim fit nondum est. Cõm. 14.

Ortus non est alteratio.

Atqui neq; habitus sunt alterationes, neq; qui corporis, nec animi virtutes. Horum.n. alij sunt virtutes, alij vitia: habituum vero, neq; est virtus, neq; vitium alteratio. Sed virtus est quædam perfectio. Quando.n. acceperit suam virtutem vnumquodque, tum dicitur perfectum. tum est.n. maxime secundum naturam. Vt circulus perfectus, quando maxime factus fuerit circulus optimus. Et vitium huius est interitus, & degeneratio. Vt igitur neq; domus dicimus perfectionem alterationem: nam absurdum si tegula, & ædificium dicatur esse alteratio, vel si tegulis, & pauimento strueretur alteratur, sed non perficeretur domus. Eodem quoque modo in virtutibus, & vitijs, & ea habentibus, aut accipientibus. Nam perfectiones hæ sunt, illa vero defectus, Quare non alterationes. Tex. 16.

Cum proberit mutationem secundum formam, & figuram non esse alterationem, sed potius ortum: ostendit, ꝙ neq; secundum habitum mutatio, quæ erat prima species qualitatis, est alteratio, sed potius ortus. Diuidit autẽ habitus, in eos qui spectant ad animam, vt virtutem, & vitium: & in ipsos corporeos, vt in sanitatem, & morbum, quorum nullus est sensibilis: vt cum ostenderit, & has alterationes non esse, consequatur quod vult, s. alterationes solum fieri secundum patibiles qualitates, & sensibiles, quod erat propositum. Inquit porrò, quod neq; habitus sunt alterationes, i. secundum habitus mutationis: vel quia non per alterationem habitus adueniunt. Quod verò non sint alterationes, ostendit in virtutem, & vitium omnes reducendo. Etenim sanitas, & morbus sunt virtus, & vitium corporis. Si ergo quod mutatur in suam virtutem, in id, quod est secundum suam naturam, mutatur, & quod in suam naturam mutatur, tum propriam perfectionem recipit, & vnumquodq; accipiens suam perfectionem est id quod est, sed q̃ñ procederet ad suam naturam tum fit, & non alteratur: quare patet conclusio. Sed ipse conclusionem dixit hanc. {Quando acceperit suam virtutem &c.} sed quando vnumquodq; secundum naturam est, tum dicitur perfectum, & quod recipit suam perfectionem non diceretur alterari, vt neq; domus tegulis cooperta diceretur alterari, sed magis fieri, vt mutatio vniuscuiusq; in ꝓpriam virtutem mutatio sit quidam ortus ipsius, sic etiam interitus quando perdit propriam. Sed aptissime posuit illud

Cõm. 15. In habitum mutatio non est alteratio.

Habitus alterationes non sunt.

Virtus perfectio naturæ ẽ.

illud exemplum circuli, significans, quod sicut nonnulli dicuntur circuli, & non sunt, quia non habẽt perfectionem; sic etiam in omnibus alijs speciebus non est proprie hoc, quod dicitur non habens suam perfectionẽ. Neq; suscepit formæ definitionem, quod est imperfectum secundum formam: Quòd si mutationes ad virtutes sunt perfectiones, & interitus ad vitia, & exitus à pfectione sint quoq; mutationes in habitus, aut ortus, aut interitus, & non alterationes: Nam absurdum esset ædificij, aut pauimenti circunstructionem, aut tegularum suprapolitionem dicere alterationem cum nondũ sit, sed adhuc fiat. Eodem modo & mutatio in virtutem est perfectio, & perfectio in ortum confert. Sed aliquis quæreret opinor, quõ virtus, & vitium animi interitus, & ortus dici queant, si quidem habens formam animæ humanæ, & permanens in eodem aliqñ refertur virtutibus, aliqñ euadit malus: quocirca idem aliquãdo bonus fit. sed quõ similis est receptio virtutis ei, quę est tegulæ, aut vestibuli? Hæc.n. sunt partes domus, & non habitus, sed ipsa non est pars, quia si virtus esset pars animæ cùm amitteret virtutem, periret. Sed omnino est virtus, & perfectio alia, quæ est eiusdem substãtiæ, quæ primis medijs, & vltimis suis partibus perfecta est, quæ non est habitus. Quid.n. habet nõdum existente forma secundum talem perfectionem. Alia autem est secundum virtutem, & virtus omnino secundum habitum adueniens toti speciei, & accidens: Etenim adueniũt & redeunt sine subiecti interitu. Quò ergo posuit perfectionem secundum partes ad exemplum habitus velut de domo? Nisi ergo vnaquæq; forma secundum naturam non solum perfectione ppriarum partium compleatur, sed etiam propria virtute. Nam se habere secundum naturam nihil aliud est quam habere perfectionem, & virtutem propriam, vt perficiat actiones naturales. Et ob id Arist. ab ipso secundum naturam perfectionem simul ratiocinatus est. Vt ergo corpus ægrotans non est perfectum, quia non potest efficere actiones naturales; & si omne habeat corporeas partes: nam ipsa mortua sunt priuata eo, quod est secundum naturam, & mortuo assimilata. similiter & anima rationalis ammittens congruam suæ naturæ virtutem, & non potens exercere suas actiones secundum illam virtutem non est anima proprie, neq; vita rationalis, quæ sit secundum naturam, sed quędam vita mortua. Vt ergo pars principalissima substantiæ vniuscuiusq; secundũm naturam ipsi congrua virtus est asserenda, sine qua reliquum est mortuum, & æquiuoce dicitur. Sed indicat non proprias actiones efficere formæ talis. Pulchre igitur Arist. partibus domus perfectionem secundum habitum velut partem esse proprijssime comparauit. Neq; enim accidens est secundum veritatem habitus, & virtus. Nam subiectum interit, si illæ recesserint, vt neque anima est accidens corpori animato.

Circulus non est nisi fuerit perfectus.

Nulla forma est id, quod dicitur nisi suam hēat perfectionem.

In virtutem mutatio perfectio est, in autem vero mutatio.

Virtutis at vitium non sit omnino ortus et interitus si anima habens mutetur à virtute in vitium et contra.

Perfectio duplex, substantialis & accidentalis.

Habere se secundum naturam quid sit.

Anima propriam amittens virtutem nõ est propria anima, sed vel mortua.

Tex. 17. *Dicimus præterea omnes virtutes in ipso ad aliquid aliquo modo se habere. Quarum alias corporis ponimus velut sanitatem, & bonam habilitatem in temperamento & commensuratione calidi, & frigidi, quæ aut ad seipsas eorum, quæ intra sunt, aut ad continens. Eodem quoq; modo pulchritudo, & robur, ac virtus, & vitium se habent. Singula.n. in ipso ad aliquid aliquo modo se habent, & proprijs affectionibus bene, vel male afficiunt id, quod habet. Propriæ vero sunt in quo suapte natura fieri, atq; interire queunt. Cum ergo neq; ea, quæ sunt ad aliquid, sint alterationes, neq; ipsorum est alteratio, neq; ortus, neq; omnino aliqua mutatio, patet neq; habitus, neq; habituum abiectiones, aut acceptiones alterationes esse: verum hæc oriri, & interire forte necesse est, alteratis quibusdam, vt etiam species, & forma velut calidis, frigidis, humidis, ac siccis altercantibus, aut in quibus sunt primus. Circa hæc vnaquæq; virtus dicitur, & vitium in quibus alterari natum est id, quod habet. Virtus.n. facit impatibile. vel vt oportet patibile: sed vitium patibile quidem è contrario, vel impatibile.*

Mutationes secundum virtutes, & vitia non esse alterationes ostendit, quia neq; qualitates sunt, sed reducuntur ad aliquid. Et ipse demonstrauit in quinto Libro secundum ea, quæ sunt ad aliquid nec alterationem fieri, neq; omnino mutationem. Quod verò virtutes, & vitia sunt ad aliquid, ostẽdit primum in ipsis virtutibus corporis faciens rationem, deinde ab his proficiscitur ad illas animi. Nam sanitas, inquit, & bona habilitas corporis, cum sint virtutes, consistunt in cõmensuratione qualitatum corporearum, & virium primarũ vt calidi, frigidi, sicci, humidi, aut habentium commensurationem inter se, vel etiam ad continens tanquam propter eandem cõmensurationem corpora, non bene affici queant, neq; patiantur à continente. Et pulchritudo est virtus corporis in commensuratione partium dissimilarium, & maxime coloris consistens. Et robur est virtus corporis, in cõmensuratione similarium partium, vt neruorum, & ossium. Et cõmensuratio est eorum, quæ sunt ad aliquid. Vnaquæq; igitur corporearum virtutum est in ipso ad aliquid aliquo modo se habens: siquidem sit cõmensuratio. Similiter quoquè, & vitia sunt opposita virtutibus, quę cõsistunt in ipsa incõmensuratione affectionum. Nam vitia versantur in excessu, aut defectu. Et virtus vnaquęq; bene afficit ob proprias suas dispositiones id, quod habet ipsam. Dispositiones, & affectiones propriæ sunt, in quibus commensurate se habentibus fit, & recte permanet calor, frigus, siccum, humidum, & id genus: quod si fuerint incõmensurata hæc, corpora intereunt, & male afficiuntur, & deprauantur, cum facile in suis affectionibus à continente, & mutuo pati, & mutari queant. Si ergo virtutes, & vitia corporis sunt in ipso ad aliquid aliquo modo: & ostensum est Septimo Libro, quod in ipso ad aliquid non est motus per se, neq; mutatio omnino, patet quod neq; alteratio erit. Nã omnis mutatio ostensa est vel secundum substãtiam fieri, vt ortus, & interitus: aut secundum quantum, vt auctio, & diminutio: aut secundum quale, vt alteratio: aut secundum vbi, vt latio. Si ergo virtutes, & vitia corporum sunt in ipso ad aliquid, vt commensurationes, & incõmensurationes: & quæ sunt ad aliquid non sunt in qualitate, eorum, quæ non sunt in qualitate, non est alteratio. Cum autem ostenderit virtutes & vitia corporis ac habitus esse in prædicamẽto ad aliquid, subiungit ipsa ad aliquid non esse alterationes, vt calefactio, vt quod participet ipsis, alteretur. Quod.n. calefit, vel frigefit, alterari dicimus. Quod vero duplum, aut dextrum, aut cõmensurabile, vel simile, vel ęquale fit, non dicimus alterari. Sed neq; ipsorum ad aliquid est alteratio, vt substantiæ, vt quæ fiunt ad aliquid, & accipiunt habitudines aliqñ alterari dici valeant. Non.n. dupla magnitudo, si æqualis fiat, alteratur, quemadmodum si calefieret. Differt autem alteratio ab eo quod alteratur, quia alteratum participat illa. vt quod calefit participat calefactionem, & quod participat alteratione alteratur. Quæ ergo sunt ad aliquid, neq; sunt alteratio, neq; alterantur. Demonstrauit autem in Quinto Libro, neq; ortum, neq; motũ, neq; omnino mutationem esse secundum ipsa ad aliquid, quia nihil mutatur alio mutato, & si interdum duplum fit, & interdum non sit. Constat ergo ex prædictis, quod mutatio secundum figuram non est alteratio, & ex his, quæ nunc dicentur constat, neq; secundum virtutem, neq; vitium corporis fieri mutationem, & vni-

Cõm. 16. Virtutes et vitia referuntur ad aliquid.

Sanitas consistit in cõmensuratione corporearũ qualitatum.

Pulchritudo consistit in cõmensuratione dissimilarium partium.

Vitia consistunt in incõmensuratione.

Quæ ad aliquid referuntur, alterationes non sunt.

Eorum, quæ referuntur ad aliquid nulla est alteratio.

In his, quæ referuntur ad aliquid mutatio, vel motus est.

& vniuersæ abiectiones, & receptiones habitus non sunt alterationes. Deinceps causam docet, quare alterari videntur ea, quæ secundum eas mutantur. Et dicit, quod fieri, & interire illas quibusdam alteratis necesse est. Sanitas.n. fit quibusdam corporis calefactis, aut frigefactis, i. alteratis. Sed sanitas, neq; alteratio est, neq; alteratio sanitas sed aduenit alterationi commensuratio alteratorum, ſm quam sanitas consideratur. Sed eadem ratio est de robore, & pulchritudine. Si.n. alteratis quibusdam hæc adueniunt, q̄o aliquis diceret, quæ adueniunt & nondum sunt alterati. Non.n. quod mutatur in sanitatem per se alteratur, sed per alterationem mutatur. Si.n. sanari, dum calidum fit, & frigidum, esset mutatio ad sanitatem, profecto esset alteratio. Sed, q̄m nihil horum erat sanitas, sed in horum consistit commensuratione, patet, ꝙ alteratio non sit ea mutatio, quæ est ad sanitatem, & si per alterationem adueniat. Illud autem dixit. {Vt species, & forma,} indicans, quod vt ortus. Nam is est mutatio ad speciem, & formam, ſm receptionem formę, & abiectionem, minime alteratio, verum fit alteratis quibusdam. Sic se habet etiam in mutatione secundum habitum. Etenim ipsa non est alteratio, sed alteratis quibusdā aduenit. Aut dixit figuram, & formam, per figuram indicans mutationem ſm illam. Dixit enim, & in illo forte fieri vnumquodq; alterato quodam, velut materia densata, vel rarefacta. Sed cum dixerit, ꝙ habitus adueniunt quibusdam alteratis, vt frigidis, calidis, siccis, humidis: subiunxit, in quibus sint primis, tanquam non sit nunc eius quærere, ob quorum affectiones, & secundum quas mutationes primas & alterationes habitus aduenīāt, siue sint ſm similares partes, vt Anaxagoras, siue secundum mutationes atomorum, vt Democritus, siue qualitatum, vt Arist. Quod vero quibusdam alteratis adueniant perspicuum est. Sed quæ sint quæratur. Persuadet autem nobis ex eo, quia virtus & vitium circa tales affectiones dicuntur à quibus aptum est alterari habens. Siue.n. virtus adueniat, vel perfectę faciat impatibile, siquidem solas affectiones appellamus prauas, vel sic passiuum. i. mensurate, si non quadam impartibilitate sint, sed incommensuratione affectionum cōsideramus virtutem. Nam huiusmodi sunt in anima morales, ac ciuiles virtutes, nō dementes omnino iram animi, & desideria, sed moderantur motus earum, & in corpore non efficiūt impatibile, si corpus à calidis, & frigidis alteretur, sed corporalis virtus mensurat affectus eorum, i. sanitas, vt vitium, & morbus est incōmensuratio ipsorum. Si ergo circa hæc virtutes, & vitia sunt, à quibus id quod habet eas aptum est alterari: sed secundum patibiles qualitates alterationes sint, circa affectiones, & patibiles qualitates corporis sint virtutes, & vitia corporis, vt illis alteratis hæ adueniant. Sed circa quas affectiones vnaquæq; virtus corporis sit, vt sanitas, robur, pulchritudo nunc prætermisit quærere. Sed vt virtus prauarum affectionum facit impatibile, & mēsuratorum quæ neq; affectiones quidam putant appellandas esse, patibiles aliquos, sic & vitium prauarum affectionum passiuos facit, & mensuratorum impatibiles. Quare circa affectiones virtus & vitium, & adueniunt alterationi secundum hæc, & commensurationi ipsorum virtus, & incōmensurationi vitium. quare neq; habitus alterationes sunt, neq; mutationes secundum habitus. Sed, q̄n & in his Arist. dicit, ꝙ eorum, quæ sunt ad aliquid, non est alteratio, neq; ortus, neq; omnino mutatio, sciendum est, ꝙ dicendo virtutes, & vitia esse de numero eorum, quæ sunt ad aliquid, vnaquæque inquit, est in ipso ad aliquid aliquo modo se habens, asserit eius alteratis quibusdam oriri & interire. Sed

Quæ per virtutem ac vitia mutantur cur alterantur alterari.

Alterationi accedit commensuratio.

Alterationi habitus accedit.

Virtus moralis, in quo consistat etc. de.

Sanitas, quæ virtus corporis est, moderatur corporis affectiones.

quō eorum, quæ sunt ad aliquid, non est ortus, neq; omnino mutatio? Nisi fiant, & intereant. Quod.n. prius non erat duplum, & postea est, hoc ipsum fit, & quod erat & postea non est, interit. Verū non per se fiunt, & intereunt, sed vt hic dixit alteratis quibusdā & omnino quibusdam mutatis, hæc fiunt, & intereunt. Nam Quinto libro dixit fieri potest vt altero mutato verum sit dicere alterum nō mutari. quare per accidens est motus ipsorum, sed mutationem per accidens dimisit in illis, vt indeterminatam. Nam in omnibus semper est, inquit, & omnium. Si ergo ea, quæ sunt ad aliquid, non sunt per se, sed sunt in alijs, illis ergo mutatis. & ea, quæ sunt ad aliquid, mutantur, non per se sed per accidens.

Eorum, quæ ad aliquid referuntur generatio non est.

Eodem modo & in habitibus animæ. Omnes.n. hi sunt in ipso ad aliquid aliquo modo se habentes. Et virtutes perfectiones, & vitia defectus. Item virtus disponit ad proprias affectiones, & vitium male. Quare neq; ipsa erunt alterationes, neq; acceptiones, & abiectiones ipsarum. Nam illa fiunt alterata quadam parte sensitiua: sed alterabitur à sensibilibus. Nam omnis moralis virtus circa voluptates, & dolores corporeos versatur, & hæc collocantur in actione, aut recordatione, aut spe. Quæ igitur sunt in actione secundum sensum, sunt tanquam ab aliquo sensibili moueantur, quæ vero in recordatione, & spe ab eadem sunt. Vel.n. recordamur eorum, quibus affecti, et sic capimus voluptatem vel sperantes quadam expectantes. Quare necesse est, vt omnis talis voluptas à sensibilibus fiat. Sed, quia voluptate, aut dolore adueniente vitium, & virtus adueniunt: nam circa eadem sunt: & voluptates, & dolores sunt sensitiui alterationes: patet, quòd quodam alterato necesse est & has abijci, & recipi. Item eorum ortus est cum alteratione, sed ipse non est alteratio. Tex. 18.

Cum demonstrarit virtutes, & vitia, & omnino habitus corporeos non per alterationem fieri, & abire, siquidem virtutes sint perfectiones secundum naturam, & vitia præter naturam: quæ autem procedunt ad id, quod est secundum naturam, hęc fiunt, & non alterantur, & ea quę ad id, quod est præter naturam, pergunt, intereunt, siquidem in ipso ad aliquid sunt: Reliquum proficiscitur ad habitus animæ, & ostendit ſm hos neq; mutationes esse alterationes, siquidem & ipsæ, vt etiam corporeę perfectiones in ipso ad aliquid aliquo modo se habeāt. igitur receptiones illorum potius ortus erunt, & abiectiones erunt interitus, & non alterationes. Vnumquodq; enim, quod est, quando perfectum fuerit secundum naturam, tum maxime est id, quod dicitur esse. Etenim equus est q̄n habet virtutem suam, & aliorum vnumquodq; similiter. Quod autem, & virtutes animi sint ad aliquid manifestum est: siquidem & ipsæ sint commensurationes illarum, in quibus sunt, vt irarum & concupiscentiarum & similium, vt corporeæ calidorum, frigidorum, & talium, sed ipse indicauit esse eas ad aliquid; quia virtus bene afficit habens ad proprias affectiones, & vitium male. Vt.n. in corporeis habitibus, quæ sunt ad aliquid, competit hoc, vt vnusquisque versetur circa proprias affectiones, bene, vel male afficiēs quod habet ipsum: virtus quidem ob commēsurationem, sed vitium ob incommensurationem, quod vel impatibile, vel patibile sic facit: Sic etiam virtutes bene disponunt habentem ad proprias affectiones, & vitia male. quare & ipsæ sunt ad aliquid, cum sint quædam commensurationes, & incōmensurationes. Si ergo ea, quæ sunt ad aliquid, non sunt alterationes, neque ipsorum est alteratio, neque habitus animi alterationes sunt, neq; abiectiones, & receptiones ipsorum. Veruntamen necesse est, vt hæ, sicut corporeæ,

Cōm. 17.

Mutationes quæ fiunt secundū animi habitus alterationes nō sunt.

Quomodo animi habitus fiant.

corporeæ, quodam alterato fiant. Nam corporei habitus fiunt quibusdam alteratis, videlicet calidis, & frigidis, & horum similium, in quibus primo collocantur, habitus animi aliqua parte sensitiua alterata fiunt. Alterabitur autem hæc à sensibilibus, à quibus apta sunt. Sed sensitiuo alterato dixit, velut passiuo: nam patibilitates, vt inquit Plotinus, vel sensus sunt, vel non sine sensibus. Cum ergo prius dixerit cõiter de habitibus animæ, q etiam ipsæ perfectiones sunt, & in ipso ad aliquid cõmensurationes quędam existentes, & incommensurationes: & q fiunt alterato sensitiuo, deinceps diuidit virtutes animi in morales, & intellectuales, & in vtrisq; ostendit, qũo sunt in ipso ad aliquid, & quomodo alteratio neutra est, & non est ipsorum alteratio, sed fit quibusdam alteratis. Et quod qdem moralis virtus fiat sensitiuo alterato ostendit, quia omnis moralis virtus versatur circa voluptates, & dolores corporeos, vt ostenditur in Ethicis. Sed voluptates, & dolores corporei alterato quodam sensitiuo à sensibilibus fiunt: quare moralis virtus alterato sensitiuo à sensibilibus fit. Quod autẽ voluptates, & dolores alterato sensitiuo fiant, ostendit ex diuisione. Nam voluptatem capimus, & dolorem, vel dum agimus, vel dum recordamur. Etenim voluptatum memoria efficit voluptatem, & recordatio dolorum aduersitatumq; dolorem: aut dum speramus: etenim spe sepæ delectamur, cuius alia nos afficit voluptate, alia vero dolore, si speramus, & expectemus ea, quę sunt aduersa. Si ergo dum agimus voluptates, & dolores sensibiles sunt, & à sensibilibus fiunt, & quæ fiunt memoria repetita præteritorũ, aut spe futurorum, à sensibilibus proficiscuntur. Vel.n. eorum, quæ passi sumus, & quæ sensimus recordantes capimus voluptatem, vel afficimur dolore, vel quę patiemur & quot sentiemus intelligẽtes. Quo circa patet voluptates, & dolores nobis accidere alterato sensitiuo à sensibilibus. Quod autem moralis virtus circa voluptates, & dolores versetur, ostẽsum est, vt diximus in ethicis pluribus. Sed dicatur, & nunc breuiter, q assuefactio dolendi, & capiendi voluptatem, non vt sors tulit, sed in his fit, in quibus oportet, & quando oportet, & quatenus oportet, hæc moralem virtutem facit. Et hęc quoq; Plato dialogis de legibus docet, cum de voluptate, & mœrore disputat. Duo.n. ipsi fontes fluere permittuntur, quorum alter emanans vnde oportet, quando oportet, & quantum felicem, & beatam facit ciuitatem, & omne animal. Sed, cum probasset propositiones collectim sic exponit syllogismum. Virtus animi, & vitium adueniunt voluptate & dolore adueniente: sed voluptates & dolores sunt quędam alterationes sensitiui: patet igitur, quod virtus, & vitium adueniunt, & intereunt alterato sensitiuo, cum abijciat, & recipiat ipsas. patet igitur ex dictis, quod ortus virtutis, & vitij, quædam alterata sequuntur. Sed ipsorum ortus non est alteratio, sed aduenit alterationi sensitiui circa voluptatẽ, & dolorem, Equidem virtus secundum id quod aduenit alterationi hac ratione mensura est, & vitium secundum incommensurationem, & voluptates, & dolores alterationes dixit esse sensitiui, pro hoc, alterato sensitiuo fiũt. Nam alteratio est sensitiui, vt calefactio, infrigidatio, vel segregatio, & congregatio, velut aliquis ipsorum posset appellare proprias versiones sunt affectiones sensitiui, quæ adueniunt ex sensibilibus, sed quæ his adueniunt, interdum voluptas est, interdum dolor, sed hæc commensurata adueniencia sequitur virtus, & incommensurata vitium.

Omnes animi affectiones vel sunt sensus, vel non sine sensibus.

Virtus moralis versatur in voluptatibus & corporis molestiis.

Virtus moralis quo fiat. voluptates quomodo generentur in nobis.

Platonis sententia de voluptate & molestia in libro de legibus.

Alteratio accidunt virtus ac vitium.

Tex. 18. *At vero neq; in ipsa parte intellectiua animæ est alteratio. Sciens.n. maxime ad aliquid dicitur. Hoc autem manifestum est. Secundum nullam.n. potentiam motis fit in nobis scientia, sed cum extiterit quiddam. Ex particulari.n. experientia accipimus vniuersalem scientiam. Neq; porrò actio est ortus, nisi quis & inspectionem, & tactum asserat ortus esse. Nam tale est actus.*

Cum ostenderit seorsum morales virtutes, ac vitia, & horum receptiones, & abiectiones non esse alterationes, deinceps ostendit, q neq; intellectiuæ partis virtutes, neq; locorum receptiones, & abiectiones sunt alterationes. Vt enim morales virtutes sunt circa partem irrationalem animæ, in qua voluptates, & dolores, quæ cõiter ipsæ & animalibus rationis expertibus competunt. Multa.n. sunt in his ob consuetudinem recte facta: sic etiam intellectuales, vel discursiuæ virtutes (scribitur.n. vtroq; modo) sunt circa partem animi rationalem, circa quam consistit scientia, & s'm ipsam est virtus. Neq; huius igitur inquit, habitus alteratio est, neq; est eius alteratio, neq; ortus: qñquidem, & hãc reducat ad aliquid. Nam ad aliquid sunt, de quibus pauloante dixit, quod neq; ipsa sunt alterationes, neq; ipsorum est alteratio, neq; ortus, neq; omnino mutatio, per se videlicet, quia per accidẽs quę sunt ad aliquid fieri vult, ac transmutari. Si ergo sciens est in ipso ad aliquid, & ipsius ad aliquid non est alteratio, neq; habitus, qui est scientia, est alteratio, neq; ortus, neq; omnino mutatio per se. Verum, cum probet scientiam esse ad aliquid, principium facit probationis ex ipso magis ostẽdens, quod multo magis sciens est ad aliquid aliquo modo se habens q̃ virtutes. Nam scientiam euidentius est in ipso ad aliquid esse, q̃ virtutes, vt temperantiam, & æquitatem. Nam illæ ob commensurationem reducuntur ad ipsum ad aliquid, sed scientia scibilis est, & omnis cognitio est cognoscibilis. Secundo ostendit, q habitus intellectiuæ partis sunt in ipso ad aliquid, quia non est ortus ipsorum. Hoc.n. erat proprium ipsorum ad aliquid, quod est potentia in ipsis actu fieri, quamuis non per se. Oportet huius vbiq; meminisse, quod Arist. negat ortum & mutationem per se in ipsis ad aliqd, sed per accidens concedit. Vnde relatiuum negat mutari per se, quare neq; fit per se. Omnis.n. ortus est mutatio. Si ergo sciens secundum potentiã fit actu, in ipsa intellectuali parte, & consistit, tum scientia cognitio vniuersaliũ cum sit, profecto fit quando ex sensu quædam experientia fit deducta, & collecta ex particulariũ cognitionibus. Quod enim omnis homo rationalis sit, scienter cognoscimus ex via, quæ est ex singularibus, & experientia: sed experientia fit non in parte intellectuali, sed in ipso sensitiuo, & vi ac potestate imaginandi: deducta ergo experientia ex singulorum s'm quod fiebat actu, in ipsa parte intellectiua non motum, neq; mutatum per se. Sic ergo Alex. exposuit colligi vniuersale ex particularibus, idq; oportet eum facere, qui cupit habere scientiam vniuersalem. Et vult illud, quod dicitur de sciẽtia vniuersali signum esse huius, quod colligitur scientia, & cognitio vniuersalis ex particularibus: siquidem sciẽtia vniuersalis vniuscuiusq; eorum, quæ sunt sub vniuersali, fit ex quibus colligitur. Complectuntur.n. particularia in ipsa scientia vniuersalis, velut ex his, & in his fiat. Quod si non potest colligi ex particularibus, quæ sunt infinita ipsum vniuersale, neq; in ipso sensitiuo, & phãtasia cognitio erit causa, vt subsistat scientia in mente, cum etiam illa sit multo deterior meliore. Sed verius & exactius opinor exponenda esse dicta Aristotelis. Nam mens, cum habeat scientiam vniuersalium semper secundum actum, siue in promptu sit, siue nõ, & particularium in potentia, quando sensus adiunctus fuerit particulari, & cognouerit, tum mens non cognoscit vniuersale actu in ipso particulari, sed cognoscit particularia in ipso vniuersali.

Cõm. 18.

Scientia est in genere ad aliquid.

Singularium cognitiõis quomodo per experientiam in intelligãtur.

In vniuersalium cognitione comprehenduntur ipsa singularia.

Mens habet vniuersalium cognitionẽ actu, particularium autẽ potentia.

sali. Nam aliquis homo, & homo. Vt idem sunt, vt alibi dixit. Et ob id hoc aliquo modo adiecit, quod non est cognata vniuersalis cognitio ei, quæ est particularis, sed cognoscitur particulare cognitione vniuersalis, quia particulare comprehenditur ab vniuersali.

Tex. 20. *Rursus actus, & vsus non est ortus, nisi quis putet ortum esse inspectionis, & tactus, & agere est simile his.*

Cōm. 9. Cum ostenderit, ꝙ potentia secundum quod est sensibilis est particularis, cum non moueatur, quando fieret particulare, & ad sensum procederet cognoscit idem per ipsum vniuersale, ex quo cōclusum est, quod est eorū, quę sunt ad aliquid, & ob id neq; alteratio est ipsius per se, neq; ortus, neq; omnino mutatio: nunc ostendit, ꝙ etiam existente scibili, siue particulari, siue vniuersali, quando sciēs ageret circa ipsum vtens sciētia, talis actio non per ortum absoluitur, neq; est talis vsus ortus, quia neq; est ortus eius, ob id neq; alteratio. Sed non est ortus eius, quia actio est. Nam ortus in tempore, sed actio qua aliquod agens nunc agit, & antea minime, subito fit, & sine tempore, vt etiam inspectio, & tactus. Quod vero mutatio subitanea sit, quæ ad hæc est, patet: quia quocunq; posito tempore, vt minimo, in quo aliquid nunc tangit, & videt, quod non tangebat antea, nec videbat, est minus inuenire, quare neq; alteratio erit talis mutatio. Etenim alteratio est in tempore. Adhuc autem & inspectio, & tactus actiones sunt, & alteratio est patibilitas. equidem non est actionis patibilitas, vt actio. Similiter autem & mutatio, quæ est illius, quod nesciebat, & nunc scit, quæ etiam non fit per ortum, neque per alterationem.

Vsus scientiæ nec generatio nec alteratio fit.

Et acceptio ex principio scientiæ, ortus non est, nec alteratio. eo nanq; quod quieuerit, & steterit intellectus, scire, & prudenter agere dicimur. sed ad quiescendum non est ortus: immo nullius, neq; mutationis, vt prius diximus.

Cōm. 20. Non solum vsus, & actio, quæ secundum sciētiam, quæ est habitus, non per ortum, atq; alterationem fit, quando id, quod agit nunc & prius non agebat mutatur sic, sed etiam acceptio à principio scientiæ. Hæc autem est, ex prima potentia in habitum mutatio, qui possit deinde agere, secundum quem nondum possumus scientiam habere mutamur ad posse comparare scientiam. Talis autem fit prima constitutio post primam ætatem, quia tum quiescit, & cessat ab intelligentia ob multas perturbationes, & confusiones ob adiectiones, & segregationes, ac fluxus, & refluxus corporis, qui fiunt ob nutritionem, & incrementum, cum adhuc natura sit mutua magis, & talem mutationem inquit, non esse alterationem, nec ortum: nam quietudo, i. mutatio ad quietem, motus est, vt ostensum est prius. Sed motus non est motus, neq; ortus est ortus, neq; mutationis omnino mutatio, vt etiam hæc prius ostensa sunt, & nunc cōmemorata per hæc. ortus. n. nulla est mutatio, vt diximus prius. Sed recte Arist. ab ipso stare intelligētiam, & proprietatem huius vocabuli scire format, consonat & hic suo præceptori afferens. Etenim Plato, in Timæo has causas esse inquit, ignorantiæ animarum humanarum, à principio, & talem scientiæ abiectionem. Post. n. sempiternorum constitutionem, qui mortalibus præerāt dederunt eisdem quasdam periodos animæ immortalis, ad corpus influens, & effluens, quos circuitus in corpus velut in flumen profundum immersę animæ, neq; tenebant, neq; eisdem tenebantur, sed vi ferebantur, & ferebant. Et multa de tali constitutione dicendo subiungit. Ob has porrò affectiones, nunc à principio anima primum demens fit, quū includitur in corpore mortali. At postquam nutritionis, & augmēti riuus minus fluit, & accepti periodi, & circuitus animæ suum iter conficiunt, processu temporis sedatiores fiunt, tum in figuram naturæ suæ cum procedant, vniuscuiusq; circuitus dirigūtur. Quod si his, qui sunt iam grandi, & matura ætate causæ sunt, vt ignorent illi motus qui sunt corporis, & appetitionū expertium ratione quanto magis adolescentibus, & pueris, qui vehementissimos motus corporeos subeunt, & natura est inepta atq; imbecillior, & ratio nuda, & experientia vacans. Item Plato hęc addit, ꝙ siquis, vt recte educatur, & instituatur rectam, & congruam nutritionem, seu cibos conuenientes sumpserit morbum euitando, totus sanus, atque omnino integer euadet: sin autem neglexerit iam vitam suam degere ingressus huius vitæ iter breue tenebit, & tanquam mancus, atq; stolidus, ad inferos rursus decidet. Sed ratio Aristotelis sic cōclusa est. Acceptio scientiæ à principio per ipsum quiescere fit. Sed ipsius quiescere non est motus, neq; mutatio: quia ipsum quiescere est mutatio, & mutationis non est mutatio. Sin autem in opposita simul aliquid mutaretur, & simul in oppositis esset. Itē processus erit mutationis in infinitum, & ipsius similiter ortus, vt ostensum est prius, & propter hæc neq; ipsius quiescere erit mutatio. Illud autem {ortus non est,} dixit quidem velut assignans aliquid. Sed non apparet aliquid assignare, nisi illud, quod sępe dictum est, videlicet, quod in ambobus alteratis quibusdam in corpre fit ortus: & ad hoc Alexander censuit assignatum esse. Nisi forte scripturam inueniens Alex. habentem sic. {Eo nanq; ꝙ quieuerit & steterit intellectus,} rationem mancam esse putauit: tanquam non sit scriptum, quasi ꝙ verbum Autem, redditum non sit ad equidem, sed primum nanque, quod causam dicit, assignatum est, vt existimo, ad ipsum quidem. Item in quibusdam exemplaribus scriptum est quiescere, & stare, & erit assignatum.

Ignorantiæ causa ex Platone.

Eius, quod est quiescere non est mutatio.

Adhuc autem, vt quando ex ebrietate, aut somno, aut morbo aliquis in contraria mutatus esset, non dicimus rursus fieri sciens, & si prius non posset vti scientia: Ita neq; cum à principio accipit habitum. Ex eo nanque quòd sedata, ac tranquilla ex virtute morali anima fiat, quippiam prudens ac sciens dicitur. Quocirca neque pueri possunt discere, neq; sensibus iudicare, vt senes. Nam illis inest magna perturbatio & motus.

Cōm. 21. Cum ostēderit, ꝙ ex principio acceptio scientiæ, i. posse habere scientiam, & acquirere habitum eius, non per ortum scientiæ, neq; ob alterationem eius, qui suscepturus est scientiam fit, siquidem adueniat, quia quiescit cessatq; illa in corpore perturbatio: & quiescere non fit per motū, siquidem quiescere sit motus, & motus non est motus: & exemplo nūc ostēdit ipsius ebrij, & dormientis, vel ægrotantis, quod non alterato sciente mutatio fit in vsum, & actionem scientiæ, similiter neq; fit sciens, & si non posit vti scientia qui scit dum ebrius est, aut dormit, aut male se habet. sat. n. est auferre impediens. Sic ergo inquit. Neq;. n. alicui mutato ex inscitia ad scientiam aduenit quod prius non inerat, neq; mens alteratur, sed sola quies & cessatio fit ac sedatio ipsius perturbationis. Et sat est hoc, vt posit actu sapere, & scire. Nam ob hanc perturbationē, inquit, & pueri neq; discere possunt, neq; eodem modo, vt prouecti ætate sentire, & iudicare sensibilia diligenter. Nam inquit, ingens perturbatio, & motus, in pueris ob nutritionem, & incrementum est. Vt ergo apti fiunt pueri ad percipienda sensibilia, cessante illa perturbatione, sic etiam vt discant, prudenter agant, & sciant, sat est perturbationis, & eorum, quæ perturbant sedatio: sed ebrij, dormientes, & ægri habentes habitum, qui solum sunt impediti, ne scientiam exerceant, merito neq; dicuntur fieri scientes, neque alterari,

Fit mutatio in operationē scientiæ citra alterationem.

Quomodo fiat ad scientiam mutatio ablato inscientiæ impedimento.

alterari. At pueri, si interdum accipiunt habitum scientiæ, & prudentiæ, quem prius non habebant, quomodo non fiunt scientes, cum prius nescirent? Vel quomodo simile est exemplum ab ebrio, & dormiente, & ægrotante, atque congruẽs illis, qui accipiunt habitum, quem prius non habebant. Nisi forte igitur, si similiter habeat accipiens habitum ex principio, vt ille, qui ebrius est & dormit, semper quidem animus habitum habet, & disciplinæ reuera sunt reminiscentiæ, vt Platonis vult ratio. Verum, vt inquit Plotinus, est etiam habere & non prompte habere, & ipsius in promptu habere, & non habere in promptu, multę sunt differentiæ. Et pueri sic habent habitum scientiæ, & prudentiæ, velut in substantia existentem prorsus immobilem: ideo videntur egere acceptione scientiæ, & ipsos dicimus discere, cum disciplina sit quædam stabilitas, & acceptio sit motus, & præparatio ad actionem: quæ quidem neq; ipsa insunt pueris, nisi qñ perturbatio corporis iam cessarit, vt prius, adhuc magis confuso habitu, & magna ope indigeret ad loquendum & narrandum. Sed ebrius, & dormiens grammaticus aliquo modo prius præ manibus habitum habuit, sed impediebatur promptitudo illa aliquo modo, sed sobrius, & vigilans atq; sanus, aptiorem & promptiorem habet habitum, & adhuc ipse habet aliquo modo impeditum, & si potentia in ipso præparata sit, verum coniuncta sit cum aliis, vel cognoscibile nondum adsit, vt agens secundum habitum iam perfectæ ipsum, & in actionem exercitatum. Sed Aristot. cœpit ab ipso habente habitum, quia non est præsens cognoscibile sensui, cum non agit: deinde subiunxit quod vtitur, & agit, deinde accipiens scientiam. Et forte ab euidẽtiore principium fecit. Nam, quia percepturus est scibile ipse non motus, sed quia aliud fit actu euadit sciens, & actio secundum scientiam non est alteratio scientis, neq; ortus. Sed neq; quæ apparet esse acceptio scientiæ fit, eo ꝙ suscipiens alteratur.

Nam scientia sit reminiscentia.

Inter pueros, dormientes ac ebrios quoad ignorantiam quid intersit.

Stant aũt & sedantur aliqua quidem à natura, aliqua vero ab aliis. Sed in vtrisq; alteratis quibusdã in corpore, vt in vsu, & actione, qñ sobrius factus fuerit, & excitatus fuerit.

Cõm. 22. Cum dixisset quod sedata perturbatione impedientiũ, & sensitiui fiunt, & prudentes, & scientes, adiungit, ꝙ quędam à natura sedantur, idem vt sensus agant diligentius, & quædam à consuetudine moribusúe, & doctrina: velut illa, quæ proficiscuntur ab appetitionibus, verum natura ad id quoq; opem ferente. Nisi forte sedentur à natura, vt fiant naturales motus sensitiui, & appetitioni obnoxii: & à ratione, vt fiant illi, qui ad artes & scientias pertinent. Sedantur, inquit, in vtrisq; quibusdam alteratis. Sed in vtrisq; dicit pro his, quæ intrinsecus à natura sedantur, & his, quę extrinsecus à moribus, & doctrina. Vel in vtrisq; dixit in accipientibus habitum à principio, & in his, qui post ebrietatem, aut somnum, aut morbum resurgunt. Equidem alteratis quibusdam in corpore, sedãtur ambo, q intrinsecus & extrinsecus sedati sunt. si .n. corpora calidiora, aut humidiora, aut frigidiora, aut ficciora facta fuerint, vt fit in eo, qui ex ebrietate mutatur ad sobrietatem, & ex humiditate, & caliditate immoderata restituto spiritu ad id, quod est secundum naturam, & ob id rursus vtente sciẽtia, cum prius nequiuisset vti ob ebrietatem, & intemperãtiam ab eadem profectam. Vt igitur in hoc non intercipitur habitus, qñ sobrie degit, sed cessante eo, quod perturbat ob alterationem quorundam in corpore promptus fit vsus, sic etiam in eo, quod videtur à principio suscepisse habitum.

Perturbationes, quæ scientiæ, et prudentiæ, impedimentum afferunt, sedantur aliquo modo à natura, aliquo vero modo à ratione sedãtur.

Ignorãtia ex ebrietate quæ sit causa.

Ex dictis patet igitur alterari, ac alterationem fieri in sensibilibus, & in sensitiua animæ parte, sed in nulla alia nisi per accidens.

Reliquum commemorat id cuius gratia omnia, quę diximus, disputata sunt. Erat .n. propositum ei ostendere alterationem fieri secundum patibiles qualitates: & illę sensibiles sunt, à quibus sensus alteratur. quare animæ sola sensitiua pars alteratur per se, aut quod habet animã, alteratur ſm sensitiuum, Non tamen mens perficitur contemplando, & prudenter agendo per alterationem nisi per accidens. Nam quibusdam alteratis in corpore, velut de sobrio post ebrietatem dictum est, & tamen est in eo quod sentit, & alteratur. Sed secundum scientiam est alterari minime, & ꝙ perfectio est: & mutatio in perfectionẽ videtur magis ortus, & non alteratio. Item quia scientia est ad aliquid: sed in ipsis ad aliquid motus non est per se. Quærit autem Alexander cum mutatio secundum qualitatem sit alteratio: & primas species qualitatis est habitus, & dispositio, & quarta est apud eum qualitatis figura, & circa vnumquodq; forma: quomodo mutatio secundum habitum, & figuram non est alteratio. Et pulchre soluit ex dictis Aristo. Nam secundum solas patibiles qualitates alterationem fieri inquit Arist. Sed primum, & quartum modum qualitatis refutat, tãquam non efficiat alterationem. Quæcunq; .n. qualitates ad substantiam conferunt, & perfectionem, & forma fiunt participantis, nõ faciunt alterata quæcunq; mutantur secundum ipsas, sed magis alia. Sed habitus faciunt diesim, cum sint perfectiones, & faciunt ita appellari, vt sunt. idem & figurę efficiunt. ideo non amplius dicitur formatum nomine materiæ lignum, aut æs, sed neq; secundum calorem, & frigus atq; siccitatem, & humiditatem mutatio semper alteratio est. qñ porro ex aqua fit ignis mutata humiditate & frigiditate in siccitatem, & caliditatem, nõ dicitur alteratio talis mutatio, quia substantialis, & specifica est mutatio, & mutationes igitur secundum has virtutes perficientes subiectum & ad quid, & substantiam conferentes non sunt alterationes, neq; secundum figuras, & formas, sed illæ solæ secundum accidentes qualitates, quæ affectiones solum ingerunt participantibus, & non efficiunt, vt participata sint substantiæ, neque in speciem collocent ipsa.

Cõm 23

Secundũ passibiles qualitates fit alteratio.

Si secundum qualitates mutatio est alteratio, cur mutatio secundũ figuram et habitum non est alteratio.

Substantialis mutatio minime est alteratio.

CAPVT IIII.

Dubitabit autem aliquis, vtrum omnis motus omni comparabilis est, an non. Si igitur omnis comparabilis est, & æque velox est quod in æquali tempore per æquale mouetur, erit circunferentia quædam æqualis recta, & maior etiam & minor. Amplius alteratio & latio, quædam æqualis est, cum in æquali tempore aliud alteratum sit, aliud vero latum. erit ergo passio æqualis longitudini. sed impossibile est. At ergo, cum in æquali tempore per æquale motum fuerit, tunc ęque velox est. ęqualis autem non est passio omnis longitudini. quare non est alteratio lationi ęqualis, aut minor. quare non omnis comparabilis est. Tex. 21.

Cõm. 24. Concludens rationem à principio, quæ demonstrat, ꝙ primum mouens, non id, cuius gratia est, sed illud, vnde principium motus, & quod proxime ab eodem mouetur secundum omnem speciem, simul sint, & nihil sit intermedium: & vnaquaq; specie motus hactenus considerans per se, & tradẽs quæ competunt ipsi: Hic dubitat, & quærit, num omnis motus sit cum quouis motu comparabilis secundum proprias differẽtias motus, videlicet secundum velocitatem, & tarditatem: quare nõ solum comparat eos motus, qui sunt similes specie, vt alterationem alterationi, tanquam sit quædam alia, alia velocior & alia tardior & alia æqualis: sed si possit comparari alteratio lationi, vel incremento, & diminutioni, vt vel æque veloces ipsæ dicantur,

Num omnis motus omni motui sit comparabilis. Comparare quos modis oporteat.

cantur, aut alia celerior, & alia tardior. Sciendum autem, quod comparare idem est, quod vnum alteri assimilare, & conferre, & omnino simul ponderare, examinareque, sed veteres hoc dixerunt mutuo assimilari, & iuniores comparari. Vnde veteres naturales, cum vterentur nomine comparationis de congregãte in idem separata. & cum hoc dubitasset, ostendit, q non est omnis motus omni motui comparabilis. Non.n.est cõis mensura cunctis, sed illis solum, qui sunt similes specie. Ostendit primum ducendo ad id, quod fieri non potest, in duabus lationibus. primum de recta, & circulari, assumens, q iam ostensum est ipsi, quod simul velocia sunt ea, quæ in æquali tẽpore pertranseunt æquale spatium: & infert impossibile ex hoc, quod si comparabiles essent, sequeretur, quod æqualis esset recta circulari. Si.n. fuerint æque velocia quædam, alterum quod mouetur supra aliquod rectum, & aliud supra circulare; æque velocia autem sunt ea, quæ in æquali tempore æquale absoluunt spatium: igitur erit recta æqualis circulari. Sed hoc adhuc quæreretur, si posit recta æqualis esse circulari. Sed hoc magis non admittatur. & ob id neq; circuli quadratio hoc loco admittitur, & si nunc videatur tolli, tamen cum quibusdam petitionibus contradicentibus. causa autem quęrendi hoc si sit recta æqualis circulari est, quia nondum inuenta est circuli quadratio. sed hoc neq; quia hæc sunt impossibilia aliquo modo, vt diameter cõmensurabilis costæ, propter quod neq; hoc quæritur amplius. Sed, cum ostendisset motus supra has lineas esse incõparabiles, quia videtur aliquod impossibile ex ipsa petitione, s. si essent comparabiles, sequi, ostendit deinceps in motibus dissimilibus specie, vt alteratione, & latione, q etiam ipsi multo magis sunt incomparabiles. Ostendit autem hoc per impossibile. Si.n. aliquis diceret æqualem esse alterationem lationi, i. æque velocem, cum in ęquali tẽpore aliud alteraretur & aliud ferretur, accidet æqualem esse affectionem, quæ est in alterationem, longitudini, quę est in latione. Nam æque velocia erant quæ in æquali tempore absoluunt motum. Sed fieri non potest, vt ęqualis sit affectio longitudini. Nam quale, & quantum sunt incõparabilia, quia de vno æquale dicitur, & de alio simile prædicatur. & patet quod nequit æquale pręd icare, neq; ea quæ mouentur per se æque velocia dici possunt. Quo.n. potest caliditas, aut albedo æqualis dici longitudini? Si ergo non est æqualis affectio longitudini, neq; comparabiles erunt inter se, neq; motus secundum ipsa ęquales erũt, neq; comparabiles. Si.n. illi, & hæc essent comparabilia: quia æque velocia in æquali tempore absoluunt æquale. Cum ergo dixerit, quod esset equalis affectio longitudini, causam huius impossibilis dixit. Tum.n. ęque velocia dicimus, quando in æquali tempore æqualia absoluunt. Sed illud {Aut minor} additum est. Sed omnino cõparabiles esse tollit, quia si neq; æqualis, neq; minor, patet etiam, quod neque maior. Vbi.n. maior, & minor est. Sed, cum ostenderit, quod neq; omnis latio omni lationi comparabilis est, neq; omnino alteratio lationi, merito cõclusit, quod non omnis motus omni motui comparabilis est.

Non recta sit æqualis circumferentiæ.

Circuli quadratura quõ sit inuenta.

Tex. 22. *In circulo autem, & recta, quomodo accidet? Inconueniens.n.est, si hoc circulariter non poterit similiter moueri, & hoc super rectam. sed confestim necesse est, aut velocius,*

Tex. 23. *aut tardius, vt si hoc decliue sit, hoc autem accliue. Amplius nihil differt in ratione, si quis dixerit necessarium esse confestim velocius, aut tardius moueri: erit.n. maior & minor circularis recta. quare & æqualis. si.n. in A tempore, hoc quidem lineam B transit, illud vero lineam C, maior erit linea B, linea C, sic.n. quod velocius est dicebatur. Ergo si & in minori æquale, velocius est. quare erit aliqua pars ipsius A, in qua B circuli partem æqualem transibit. & illud, in toto A lineam C. At vero si sunt comparabilia, accidit id, quod*

Tex. 24. *nuper est dictum, esse æqualem rectam circulo. sed comparabilia non sunt, neq; igitur ipsi motus.*

Com. 25. *Non circularis motus sit cum recto cõparabilis.*

Cum demonstrasset, q neq; motus circularis est motui recto comparabilis, neq; alteratio lationi: dubitat, cur non sit circularis latio comparabilis rectæ & econtra. Primum enim absurdũ inquit, quia non possumus existimare aliud similiter, & æque velociter supra rectum moueri, & aliud supra circulare, sed statim putandum est alterum velocius moueri, accipiens differentiam à subiecto, velut si aliquid moueatur supra decliue, & aliud supra accliue. In his.n. sic se habentibus nihil absurdum est, eorum, quæ sunt æque velocia natura, fieri motum non æque velocem ob subiectorum differentiam. Sed circulus, & recta quendam habent inter se differentiam & maxime si non rectus steterit circulus, vt videatur id, quod mouetur ascendere, & descendere, sed si supinus ponatur in pauimẽto. Deinceps nititur ostendere, quod & si poneretur in altero ipsorum velociorem motum fieri, siue ob subiectas lineas, siue ob aliam causam, & siue idem fuerit quod mouetur in vtraque, siue alterum in altero, neq; sic accidit incomparabiles esse. Erit.n. aut maior ipsis, in qua velocius moueri poneretur motum in æquali tempore, & minor in qua tardius: sed in quibus est maius, & minus, in his potest accipi ęquale. quare erit aliqua circularis linea æqualis rectæ. Illud.n. Erit maior & minor circularis recto, dixit pro hoc, erit.n. interdum maior, & interdum minor, maior quidem, si ponatur id quod mouetur velocius moueri, & minor si tardius. Quod.n. velocius mouetur in æquali tempore maius pertransit, & tardius minus absoluit. Ostẽdit autem idem per expositionem. Si.n. ipso tempore a, quod citius mouetur, absoluit b, circularem: & tardius g rectam: patet, q maior erit b, quam sit g, recta. Siquidem velocius definiuimus, prius id, quod in æquali tẽpore maius absoluit. sed velocius est, & in minori tempore æquale motum. quare velocius in aliqua parte temporis absoluet aliquid ipsius b, circularis, quod æquale est ipsi g, rectæ, quam absoluebat toto tempore id, quod tardius mouebatur. Nam hæc saltem erit æqualis rectæ. quod indicauit per hoc. {Erit aliqua pars ipsius a, in qua b, circulum pertransit.} Accipit autem b, partem circuli, velut æqualẽ ipsi g, sed illud {Et g, in toto tempore a, ipsum g,} facit obscurum cõtextum, quia etiam id, quod mouetur per rectã vocauit g, & prius minime: obijciens ergo sic rationi dicenti comparabiles esse motus, & lineam rectam circulari. Nam vnum ex alio sequitur, nunc prætermisit confutare paralogismum patrocinij tanquam adducturus perfectiorem causam segregantem ea, quæ sunt comparabilia, & quæ non. Si autem hoc fieri non posse rursus probat, tollit motus, & lineas esse comparabiles, vt rectam circulari. Inquit enim, si lineæ sunt comparabiles, accidit quod nuper dictum est, fieri non posse, vt æqualis sit recta circulo. Si ergo hoc fieri nequit, nõ sunt comparabiles recta, & circularis, q si hæ non sunt comparabiles, neq; motus supra eas, nam mutuo sese inferunt, vt etiam definitio æque velociorem ostendit. Siquidem æque velocia sint illa quæ æquale transeunt in æquali tempore. Siue enim motus comparabiles sint, & spatia supra quæ motus fiunt comparabilia & æqualia, siue æqualia hæc quæ in æquali tempore absoluuntur, & motus æquæ veloces sunt.

Sed quæcunque non sunt æquiuoca, omnia comparabilia sunt. Veluti cur comparabile non est, vtrum acutius sit stilus, an

lus, an vinum, aut vltima? Quia.n.aequiuoca sunt, non comparantur, sed vltima ipsi. quae est iuxta vltimam comparabilis est, quoniam idem significat acutum in vtrisq;, ergo non idem velox hic & ibi. multo autem adhuc minus in alteratione, & latione.

Cõm. 26.

Cum dubitasset in vtrisq;, num sint comparabiles, aut non ipsi motus, atq; recta, & circularis linea, deinde vult philosophice regulam inuenire, qua poterimus discernere omnes motus, qui comparabiles sunt, & qui incomparabiles, & si de omnibus motibus velox, & tardum praedicentur. Et primum dicit, ꝙ velox, & tardum si non habuerint nomen aequiuocum, sed vniuocum, haec comparabilia sunt. Sed aequiuoce dicta non sunt comparabilia, vt acutum, cum altero acuto aequiuoce dictum non est comparabile. Non.n.acutum in saporibus, quod aere aliter dicitur, & acutum in magnitudinibus & sonis comparari valent. Neq; potest dicere qui comparat vtrum acutius sit vinum, an stilus, an superioris cordae sonus, sed patet, ꝙ acutum in vocibus est comparabile cum acuto in vocibus, & chordae superioris, cum acuto inferioris, & prope iacentis. Nam idem in vtrisq; acutũ significat. Item similiter comparabilia in mole, & ea, quę sunt in saporibus. Et velox igitur, & tardum, & si de ambobus motibus praedicatur, vt de motu recto, & circulari, non erit comparabile, quia aequiuoce praedicatur de his. Etenim velox praedicatur de motibus dissimilibus specie. Etenim alteratio dicitur velox, & latio. Sed non ob id comparabile est velox veloci. Nam ęquiuocum in ipsis est velox: siquidem & ea, in quibus esse dicitur, non sunt comparabilia inter se. Nam quale non est cum ipso vbi comparabile. Si ergo recta, & circulus quanquam habeant aliquod cõmune, tamen sunt incomparabilia: hoc.n. velut effatum accepit: Et motus sint incomparabiles tanquam aequiuoce dicantur velox, & tardum. Verum, cum dixerit tonum superioris chordae comparabilem esse tono chordis inferioris, & prope iacentis, quia idem significat acutum in ambobus subiunxit. {Er-
» go non idem velox, hic & ibi, }.i.in motu recto, & motu
» circulari. Caeterum dicit multum, & minus idem esse velox in alteratione, & latione. Nam hic plus aut multum est differẽtia, siquidem alteratio est qualitatis, & latio sit prędicamenti ipsius vbi. At rectum & circulare ambo sunt quanta continua & ambę lineae. Hoc autem adiecit ob id, quod paulo post dicendum est, quod aequiuocorum alia multum distant inter se, & alia quandam similitudinem habent. Sciendum autem, ꝙ scriptura dicti contextus dif-
» ferens adducitur. Alibi.n.sic haec iacent verba. {Sed quae-
» cunq; non ęquiuoca omnia comparabilia, } & Alexander
» sic scripsit, & alibi, {Quaecunq; non vniuoca omnia comparabilia.} Sed quidam in altero Septimo Libro scripturam, in hoc transtulerunt, quae sic se habet. Sed quaecunq; non aequiuoca omnia comparabilia. Sed patet, ꝙ omnes scripturae eandem intelligentiam habent.

Quę cõicant in nomine non aequiuoce comparabilia sũt.

Velox & tardum in motibus diuersis specie aequiuoce praedicatur

Tex. 25.

An primum quidem hoc non verum est, quod si non sint aequiuoca, comparabilia sunt. Multum.n.idem significat in aqua & aere, & comparabilia non sunt. si autem non duplum quidem idem: duo enim ad vnum sunt: & non comparabilia sunt.

Cõm. 27.

Num multũ praedicetur vniuoce in aqua & in aere?

Cum dixisset, ꝙ non aequiuoca comparabilia sunt, & aequiuoca minime: contra hoc instat, adducens multum, ꝙ videtur vniuoce praedicari de aqua, & aere. Non.n.vt alia erat ratio acuti in saporibus, & alia in mole, & sono, ita est multi ratio, alia in aqua, & alia in aere, sed idem significat multum in vtroq; ipsorum: & tñ non comparabilia sunt multum in aqua, & multũ in aere. Hoc autem dicit, quia potentiae ipsorum non sequuntur magnitudines ipsorum, sed aquae tantae vis multiplicata relatione eius, quae est tanti aeris. Si ergo tanta aqua erat multa, quia potest multum cum tantalibet mole esse: nam substãtia aquae consistit in potentia cum mole, non amplius tantus aer multus erit, & si plus erit quam aqua, quae minor facta est, sm molem, quia secundum potentiam ipsius, qua minor fieri potest. Multum ergo aquae, & multum aeris sunt incomparabilia. Nam aer, qui videtur plus molis habere, potentia inferior est, & si videatur multum vniuoce de ambobus praedicari. Nisi diceret aliquis eum oportere, qui assimilat magnitudinem magnitudini, multa comparare mutuo, & aeque, vt sunt comparabiles & potentiam potentiae. Sed cum abutatur hac assimilatione, aliquid incomparabile demonstrauit. Atqui sumpta vniuocatione sm multum, & exiguum in magnitudine, cum suspicari valeamus multum vniuoce praedicari ob dicta de ipsa aqua, & aere, sic conclusum est. Quod si, inquit, multum non vniuoce praedicatur, de duplo facienda est ratio. Etenim idem in aqua, & in aere significat. Si.n.duplum est id, quod habet proportionem velut duo ad vnum, erit etiam proportio eadem dupli ambobus, & tamen non sunt comparabilia aer, & aqua sm duplum. Non.n.tanti aeris duplus aer erit & tantae aquae duplus. Hoc autẽ rursus per potentias ostendit, in quibus substantia aquae, vel aeris consistit. Si.n.duplus aer dimidij mole aeris, vltra molem, & potentiam duplam habet, in proportione duo habebit, sed non amplius dimidia aqua mole tanti aeris, & potentia dimidia est, neque forte minor, sed interdum excedit vim, & potentiam aeris in duplo: non erunt ergo duplum in aere, & duplum in aqua comparabilia. Si.n.rursus secundum potentiam sumptum fuerit alterum ad alterum duplum, non amplius mole erit duplum: igitur aliquid aliud erit duplum, quando aer, & aqua comparantur, & non quod de altero ipsorum praedicatur. Atqui idem videbatur significare in vtroq; ipsorum, quare neq; vniuoce praedicata omnia comparabilia sunt. Hoc enim vult addere dictis de aequiuocis, vt etiam patefaciat, quòd si velox vniuoce praedicatum de latione circulari, & recta erit, non ob id sequitur, vt sint hi motus comparabiles.

Num dupl. praedicatur vniuoce i aqua & in aere.

Tex. 26.

An & in his est eadem ratio: etenim multum ęquiuocum est, sed quorundam & rationes aequiuocę sunt. Vt si dicat aliquis, quòd multum est tantum & adhuc aliud tantum, & aequale ęquiuocum. Et si vnum quidem forte fuerit confestim aequiuocum: Si autem hoc, & duo.

Tex. 27.

Quoniam, propter quid alia comparabilia sunt, alia vero non, si vna quidem est natura? an quia sunt in alio primo susceptiuo? Equus igitur & canis comparabilia sunt, vtrum albius. In quo.n. primo idem est superficies, & secundum magnitudinem similiter.

Tex. 28.

Aqua autem & vox non in alio nãque. An manifestum est, quod erit sic quidem omnia vnum facere? In alio autem dicere vnumquodq; esse, & erit idem aequale, & dulce & album, sed in alio.

Tex. 29.

Amplius susceptiuum non quoduis est, sed vnum vnius primum. Sed non solum oportet comparabilia non ęquiuoca esse, sed & non habere differẽtiam, neq; quod, neq; in quo. Dico autem, vt color habet differentiam. Non ergo est comparabilis secundum hoc, vt vtrum coloratum sit magis album quàm nigrum. haec.n. comparantur non secundum aliquem colorem, sed quatenus color est secundum albedinem.

Cõm. 28.

Duplum & multum in aere & aqua sunt vniuoce

Cum comparasset duas rationes, aliam dicentem omnia aequiuoca non esse comparabilia, & aliam dicentem vniuoca comparabilia esse: & demonstrasset, quod de aere, & aqua Multum, quamuis vniuoce praedicetur, tamen

non

non est comparabile, si autem non hoc, sed duplum euidẽtius, & rationem eandem habet in ambobus, & tamen non est comparabile ob variationem molis ad potentiam. Et, cum sic fecisset ratione dubitabilem magis, dicit, quod etiam in aere recte se habet prior assignata ratio, quod æquiuoca non sunt comparabilia, sed vniuoca sunt comparabilia. Etenim multum & duplum incomparabilia sunt in aqua, & aere, quia & ipsa æquiuoce sunt veritatem prædicantur. Non videtur autem, quia ratio ipsorum cum sit æquiuoca, de vtrisq; dicitur, de quibus & nomen. Nam ratio Multi, quę est, quod multum est tantum, & adhuc amplius, æquiuoca & ipsa est. Nam tantum in aqua aliud est specie, & adhuc amplius, & aliud in aere. Et æqualium ratio est eorum, quorum mensuræ æquales sunt, aut numeri sunt æquales: sed etiam horum nomen, & ratio æquiuoce prædicatur de his, de quibus prædicatur: quocirca non sunt comparabilia aer, & aqua secundum æquale. Neq; n. si æqualia in mole sunt, & in potentijs æqualia sunt. Et dupli ratio dicens duo ad vnum æquiuoca est. Etenim & ipsum vnum æquiuocum est, siquidem aliter prædicetur de substantia, & aliter de qualitate. Quod si vnum æquiuocum est, & duo erit æquiuocum, sed ratio composita ex æquiuocis, & ipsa est æquiuoca. Quam igitur consentanee dicat, hæc vniuoce prædicari, subiunxit hoc. {Quoniam propter quid alia comparabilia sunt, alia vero non: siquidem vna erat natura.} Si.n. duplum idem erat in aere, & aqua, vt est in aere & aere, & aqua & aqua, cur aer aeris duplus est, & dimidius ac comparabilis, & aqua aquæ, sed nequaquam aer aquę vt tantus aer sit duplus aquæ, siquidem erat vna natura dupli in aere, & in aqua, vt in aere, & aere erat, & in aqua, & aqua? Cum ergo sic dubitasset contra dictam prædicationem vniuocam dictam de ipso multo, & duplo in aere, & aqua, & ob id æquiuocam ipsam dixisset, subiungit & aliam causam huius, cur quanquam vniuoce prædicentur, non sunt tamen comparabiles, sed alia esse prima corporea recipientia. Nam aliud corpus est aer, & aliud aqua, & si multum, & duplum idem significent in vtroque, velut vniuoce prędicata: quia vbi primum fuerit recipiens vniuoce prædicata fuerit ijdem specie, & si ea, in quibus est, differant, illa nimirum sunt comparabilia, & patet ex hoc, quod canis, & æquus, quanquam specie differant, tamen sunt comparabiles secundum album. Dicimus enim vtrum albior æquus, an canis quærentes de indiuiduis: vel cerusam, & niuem comparamus, quia primum recipiens album in ambobus idem est, nam superficies est. Item secundum magnitudinem sunt comparabiles ęquus, & canis, quæ vniuoce prædicatur de ipsis, & habet in vtroque eandem naturam: quia primum in ipsis recipiens magnitudinem idem est specie corpus. Sed aqua & vox non sunt comparabiles, secundum album, neq; secundum magnitudinẽ: quia superficies aquæ est albi capax, & magnitudinis corpus: sed in voce neq; superficies est, neq; corpus. Quo fit, vt si multum, & duplum non primo prædicarentur de aere, & aqua, quorum vtrunq; & secundum molem simul, & potentiam in speciem collocantur, sed vel ambo de magnitudine multum, & duplum, vel de potentia dicerentur, & cõparabilia essent vtra amplior, vel maior sit moles aeris, quam aquæ, & quia duplum, & dimidium similiter de potentia. Sed vel Aristotelis sedulitas, & diligentia instat contra hanc rationem illico accurate. Qui.n. eam sibi accommodat, tollit naturam æquiuocorum de numero rerum, cum afferat ea, quæ sunt, pro comperto, æquiuoca non esse æquiuoca, sed vnum aliquid & idem significare, neq; comparari inter se, quia idem est in

Illa vniuoca sunt comparabilia, in quibus primum susceptiuum est idem specie.

differentibus susceptiuis, vt album idem & in voce, & in corpore. Quibus indicat, neq; vocem, nec corpus secundum album esse comparabilia, quia aliud specie vtrunq; susceptiuum eius est. Nam differt vox specie à corpore. Similiter & dulce, dicet aliquis, idem significat in voce, & in sapore, verum non comparari secundum dulce, quia susceptiua ipsorum differunt natura inter se. Similiter autem & æquale idem in aqua, & aere, sed non sunt comparabilia aer, & aqua secundum ęquale, quia cum sint differentia idem recipiunt. Addit autem & aliud argumentum eiusdem ostensiuum. Et inquit, non recte dici, quod ea, quæ sunt eiusdem naturæ non comparantur aliqñ: quia in differentibus speciebus idem est: & inquit, quod non est quoduis cuiusuis capax, & maxime primum, sed vnum est vnius natura capax, & eiusdem speciei, vt colorum superficies, & humores humorum. Et nequeunt quæ eadem sunt primo collocari in differentibus. Nisi differentia sint in eodem, vt quando fuerit aliquid primo in differentibus æquiuocum sit, & non quia aer, & aqua differunt, erunt multum, & duplum, in vtroq; elemẽto, cum sint eadem secundum naturam differentia, vt inquit ille, qui dubitat, sed etiam ipsa natura differentia, sunt etiam ęquiuoca: propter quod in differentibus specie susceptiuis inerat. Hic etiam posuit primum ob securitatẽ dicens. {Sed vnum vnius primũ.} Possunt.n. quædam secundo cum sint capacia alicuius specie inter se differre, & esse inter se comparabilia secũdum illud, quod secundo recepit, quia primo receptiũ est vnum aliquid idem natura differẽtium. Etenim homo, & equus cum sint specie diuersa, comparantur secundum album in ipsis, quia primum recipiens in ipsis est vnum natura, vt superficies. Cæterum, cum dixerit vnum esse vnius capax primum, & ob id comparari inter se, tanquam non sint æquiuoca vnius speciei, notauit, quod non sat est non æquiuoca esse, vt quædam sint comparabilia. Nam superficies susceptrix colorum, est primo capax albi, & nigri, & tamen colores non dicuntur æquiuoci. non.n. & eorum, qui sunt in musica, & tamen album non est comparabile nigro secundum colorem. Non.n. aliquis dicit magis esse colorem vnum, quam alterum, sed vltra id, quod non sunt æquiuoca, oportet vt sint similis generis, neque differant secundum speciem, sed sint vnum specie indiuidua, & non solum genere, & in vno specie receptiuo. Hoc.n. significat non habere differentia, neq; id quod, neque in quibus. Nam id quod, dicit speciem cõparatam, vt multum, aut duplum, & illud in quibus, ipsum in quo, & secundum quod fit cõparatio, vt aqua, vel aer, vel magnitudo, vel potentia. Nam secundum genus sunt eadem, & sic vniuoca habentia differentiam non sunt comparabilia, vtrum magis color sit album, vel nigrum, vel fuscum, aut vtrum magis vnum habentium ipsos magis coloratum sit quam aliud, tamen ea quæ colore albo participant, comparantur mutuo, vtrum eorum magis album sit nix, an cignus.

Sic & circa motum aque velox est, quod in aquali tempore mouetur per ęquale: siquidem in hoc tempore vna pars longitudinis sit alterata, altera vero lata. Igitur aqualis est hac alteratio, & aqualis velocitatis cum loci mutatione: Sed inconueniens est. Causa autem, quia motus habet species. Quare si qua in aquali tempore lata sunt per ęqualem longitudinem, sunt aque velocia, erit aqualis recta & circularis. Vtrum ergo causa sit, quia latio genus sit, an quia linea genus? tempus enim semper idem, impartibile specie. An simul illa specie differunt? etenim latio species habet, si illud, super quod mouetur, species habeat. Tex. 30.

Cum sic determinasset rationem, & ostendisset, quod si Com. 32.

quædam debent comparari, non solum oportet ipsa non esse æquiuoca, sed neq; secundum speciem habere differentiam, neq; ipsa secundum quæ fit comparatio, vt alba, neq; in quibus hæc sunt, vt superficies secundum albedinem comparatæ: sed oportet, vt vnum sint specie, & alba, & superficies reuertitur: deinde ad propositam rationem de motu cuius causa motæ fuerant prædictæ quæstiones: proponens.n. ostendere non omnem motum omni motui comparabilem esse. neq;.n. omnis motus est similis genere: neq;.n. latio orbicularis similis est cum illa recta & comparabilis: ne id accidat impossibile, videlicet rectam esse æqualem lineæ circulari, & cum determinasset in alijs exéplis, quæsitum eodé modo inquit, se habere in motibus. Nam quia sunt plures species motus non solum communes, vt latio, alteratio, augmentum & diminutio, sed etiam secundum vnamquãque harum, non omnis motus est comparabilis omni motui, sed soli qui sunt secundum vltimam speciem facti, quæ species non amplius genus est, & hoc procedendo determinat. Quæ.n. in æquali tempore æqualem longitudinem conficiunt æque velocia dicentur, & comparabilia erunt. Longitudines.n. sunt vna species, vt quæ in rectis dicantur: & recta non habet plures species. similiter neq; motus in recta. vt neq; albus color, si vltima fuerit species, & superficies. tamen si in eodem tempore subiectũ vnum fuerit recta, & motus differentes, vt sit dimidium longitudinis, i. rectæ extensum aliquid, vel idem dimidium longitudinis alteretur, & secundum reliquum dimidium feratur aliquid latione motum, non amplius æque velox dicetur esse alteratio, vt latio. & ambo tamen sunt motus, & in eodem tempore, quia motus in eadem recta differétes species habet. Nam differunt latio, & alteratio, & si ergo eadem fuerit longitudo, vel æqualis, in qua fit motus, tamen oportet etiam motum, qui fit in æqualibus rectis, & æquali tempore, eadem esse specie, si debeant æque velocia esse ea, quæ mouentur. Vt autem differentes specie motus, in eodem subiecto facti non sunt comparabiles, multo magis motus differentes specie non erunt comparabiles, si præsertim fuerint sua subiecta differentia specie: quare quæ in æquali tempore æqualem longitudinem ambo secundum lationem mota, æque velocia erunt, & comparabilia. Si ergo aliquis diceret, quod æqualia sunt ea, quæ in recta, & circulari sunt, nimirum erit æqualis recta circularis: si ergo hoc fieri nequit, ergo quę causa est, cur hoc impossibile sequatur ex hoc, si motus hi essent comparabiles. Alia ergo nó est: nisi quia latio non est vltima species, sed adhuc genus, quod diuiditur in lationem rectam, & circularem. Vel linea est genus diuisum in rectam, & circularem, Siue.n. ipsi motus sunt differentes specie, & si ambo sunt lationes: siue ea, supra quæ motus fiunt, differant, & si ambo sint lineæ, non erunt comparabiles motus. Oportebat.n. motus esse similis speciei, & ea, supra quæ fiunt, Verum ipse quærit, vtrum sit causa differentiæ, vel quia latio est genus, an quia linea sit genus. Tempus enim, cum sit idem, & non solum specie idem, sed etiam numero, non erit huius differentiæ causa, Verum videtur efficere differentiam linearum esse causam differentiæ motuum. Illud enim {Si vero specie fuerint alia,} dicens de lineis, subiunxit, quod secundum illas oportebat esse differentiam lationis rectæ, & circularis, vt deinceps indicat. Etenim latio, inquit, species habet, & si illud habet species, supra quod mouetur. Verum Alexander inueniens scriptum. {Si autem specie fuerint, & illa etiam specie differunt,} deficere huic inquit. {Si autem specie fuerint,} hoc videlicet {diuersa} ego tamen indifferentibus exéplaribus inueni sic scripturam. {Si autem specie fuerint alia, & illa specie differunt.} Item Alexander inquit, adduci etiam aliam scripturam, sic se habentem. {Idem enim tempus semper indiuiduum specie simul, & illa specie differunt,} sed hanc scripturam ex altero Septimo Libro aliquis ad hunc transtulit, & non oportebat nunc ipsius magnam curam habere, vt neq; alia ibi scripta. Verum, quia occulte proposita sunt nil vetat conscribere expositionem Alexandri. Nam, inquit, si interiectum fuerit hoc, {(omni tempore, in quo simul mota mouentur, eodem numero, & indiuiduo existente,)} est huic connectendum. Vtrum causa sit, quia latio sit genus, vel quia linea: & illud, Vel simul & illa specie differunt, i. alterum sequitur ex altero. Vnde.n. incipiés differentia sequitur alterius differentiam, significauit dicens: Etenim latio species habet, si illud habuerint species. Si.n. subiecta fuerint specie differentia, necesse est, & motus supra illa esse specie differentes, non tamen econtra, inquit Alexander, in omnibus verum esse. Non.n. specie motus differentes semper fiunt in differentibus subiectis specie. Quæ igitur mutationes fiunt secundum colores specie differentes, in superficie simili specie subiecto fiunt. Similiter autem & si lineę specie differant, sequitur, vt etiam motus supra illas specie differant. Nisi forte Alexãder inquit, etiam in latione conuertatur. Etenim, si lationes specie differunt, & subiecta specie different. Vel eadem, inquit, ratio & in alteratione, & latione. Nam quam habent proportionem subiecta lationum, secundum fit quæ latio, eandem habent colores in alteratione, quibus fit alteratio in superficie: quia & in latione recta, & circularis in superficie, vt ibi album, & nigrum sunt. Dicet autem, inquit, & ipse processu operis de hoc. Et reuera, vt quæ alterantur habent differentiam secundum discrimen colorum, quibus alterantur, sic etiam ea, quæ feruntur, differunt secundum differentiam dimensionem, quibus feruntur. Sed in his verbis ille contextus mihi obscurus esse videtur. {Si aũt longitudinis, in hoc aliud alteratum sit, aliud vero latum,} quomodo.n. dicitur aliquid alterari in dimidio forte rectæ? nisi ergo latum in dimidio rectæ latum simul, & ipsum alteretur. Sed in dimidio feratur solum, vel idem vel aliud, vel si aliquod corpus coextensum dimidio longitudinis secundum tantam longitudinem alteraretur, & secũdum alterum dimidium ferretur, in æquali tempore tamen vtrunq;. Non.n. est dicere tum, quod alteratio est æque velox, vt latio, & si tempus æquale fuerit, & si spatia æqualia fuerint longitudine, vt illud secundum quod alteratur, & illud secundum quod fertur, & forte ob id dixit {Longitudini in hoc aliud alteratum, & aliud ferri,} vt ostendat, quod & si longitudine æquale quis poneret alterationis, neq; sic comparabiles essent motus.

Quinam motus inter se sint comparabiles.

Amplius autem, si per quod, vt si pedes, ambulatio: si alæ, volatio: vel non? sed figuris latio est. Quare quæ in æquali tempore mouentur per eandem magnitudinem, æque velocia sunt. eandem autem, non differentem specie, & motu non differenti specie. Quare hoc considerandum est, quæ sit differentia motus. Tex. 31.

Com. 30.

Si per quod fit latio fuerit specie diuersa, sunt prius differentes specie lationes.

Cum dixerit fieri discrimen secundum speciem, quando id, supra quod fit latio, est differens: addit quod & si illud, per quod latio ipsa fit, differens fuerit, erit etiam latio specie differens. vt siquis pedibus ambulet, & aliud per alias, & hæc erunt differentia. Etenim per pedes fit incessus, & ambulatio, sed per alas volatio, quanquam ambo fieri possint supra rectam, Cum autem hoc dixisset infert, {vel non, sed figuris latio est alia,} nolens motum differrę secundum speciem, si organa, & instrumenta, per

quæ

quæ fit, differant, & non amplius ea, supra quæ fiunt. Nam sola figura, inquit, sunt diuersi motus, ambulatio, & volatio, & in specie quando ambo fiunt supra rectam. Quocirca & cõparabiles ipsi sunt. Etenim velocius moueri dicimus, quod volat, quam quod ambulat, & nauem vẽto currere. Sed quõ non magis specie differt volatio ab ambulatione, quam ambulatio, in rectam ab ipsa circulari. Nisi secundum aliud forte magis differat, sed secundum præsentem determinationem non differt. Si.n. secũdum speciem differre dicerentur, si ea, in quibus diuersę specie lineę fuerint, alia recta, & alia circularis, patet, q̃ si non differunt ea, supra quæ fit latio, neq; latio differens erit secundum eam differentiam, quæ nunc quæritur, qua sunt comparabiles motus. Etenim principio proponens quærere, quę sint motus cõparabiles secundum velox, tardum & æquale, & qui non differentes specie, dixit, non esse comparabiles, sed specie differre eos, qui fiunt in differẽtibus specie. Sed ambulatio, & volatio non fiunt in differẽtibus specie. Possunt.n. ambæ supra rectam, & supra circularem lineam fieri. Deinde vero concludit, quæ sint ęque velocia, & omnino comparabilia: quod quæ in æquali tempore idem spatium absoluunt secundum lationem, æque velocia sint. Et eadem magnitudinem non numero omnino, sed specie, vt sit eadem specie indifferens. Huiusmodi est recta ad rectam comparata, & circularis ad circularem: quod si recta magnitudo specie indifferens est, & motus indifferens specie erit. Sed, cum prius dixerit, q̃, si habeat species id, supra quod fit motus, & latio species habet, si differentias secundum speciem, nunc autem quia si subiectum fuerit indifferens specie & motus est indifferens, facit breuiorem considerationem, quando inquit, si quæratur qui sint comparabiles, & qui incomparabiles, non necesse est subiectum considerare, sed sat est motum ipsum, de quo quærimus, an sit comparabilis, an non, cum sit in promptu considerare num habeat differentias secundum speciem. Nam omnino similiter se habet etiã subiectum, & non est nobis opus respicere ad ambo. Quare & quando quærebamus, vtrum causa sit habendi differentias, quia latio est genus, vel quia linea est genus, frustra quærimus. Non.n. discordat subiectum motui, qui est in ipso, si quam differentias habeat, sed indifferens est. Etenim diximus, quod non quoduis est cuiusuis capax, sed vnum vnius primum. Vel hoc {quare hoc considerandum est, quę sit differentia motus} subiunxit tanquam consentaneum sit ei, qui vult cognoscere qualis motus sit comparabilis, & qualis non, prius differentias motuũ diuisas ab ipso scire. Nam linearum differentiæ patent etiam vulgaribus. Sed Alexander inquit, se plura dixisse de motu incomparabili, quia nondum ostensum est, q̃ recta non sit æqualis circulari, sed haæret quæstionem, propter quod dicit vniuersæ, quòd differentiam linearum secundum speciem sequitur differentia motuum secundum speciem.

{ Et significat sermo iste, quòd genus non vnum quid est, sed ob hoc latent multa: suntque aequiuocationum alia quidem multum remota, alia autem habentes quandam similitudinem, alia vero propinqua aut genere, aut similitudine rationis; Quapropter non videntur aequiuocationes esse, cum sint.}

Cõm. 31. Cum ostenderit motus similes specie, quorum species non amplius diuiditur in alias species, quia vna est natura, sunt comparabiles, & qui specie differunt sunt incomparabiles: velut corollarium ex dictis concludit, q̃ quæ sunt eiusdem generis non sunt comparabilia, quia non sunt in specie, sed in genere, & genus non est vna aliqua species, vt vltima species, quæ non amplius diuiditur in species. Genus enim est quod diuiditur in plures species. quare quæ sunt eiusdem generis, & non eiusdẽ speciei, non sunt comparabilia. Et ob id inquit, multa latent, quæ non sunt quidem, sed existimantur comparabilia, vt recta & circularis. quia, cum sit genus linea diuisa in easdem, tanquam vnam naturam genus habeat accipientes, & rectam, & circularem velut similis naturæ comparabiles credunt. Sed, cum dixerit causam, cur censeant quæd in comparabilia esse, quia putant vnum, & idem genus esse eorum, subiungit deceptionem, quæ contingit circa æquiuoca, per quam & si omnia æquiuoca sint diuersę naturę, siquidem solum commune nomen habeant, & substantiam differentem, & incomparabilia sint, tamen vidẽtur comparabilia quędam. Nam ęquiuocorum multę sunt differentiæ. Etenim, Aliæ nanque multum remotæ sunt, vt ea, quæ sunt à fortuna: &, Aliæ vero habent quandam similitudinem, vt imagines ad exemplaria: &, Aliæ sunt prope, aut genere, aut proportione. Genere quidem, vt analoga. Nam commune est aliquid ipsis, vt illud, à quo, & id, ad quod speciem generis afferens: & proportione æquiuoca sunt, quæ in proportione, & visu seruant similitudinem, vt principium. Etenim fons, & cor, & vnitas, ac punctum, & princeps ciuitatis principium dicuntur, & tantum natura hęc inter se differunt. Quæ enim prope sunt, & similia, ac simul natura accipientes comparabilia putant, vt multum & duplum de aqua, & aere. Potest autem hoc. {Et significat sermo » iste, q̃ genus non vnum quid est,} de motu etiam dici. » Etenim prius dixit, quòd causa cur non sint comparabiles motus hi latio, & alteratio, erat, quia non est vna aliqua species, nec natura vna vt neq; linea: Sed qui existimat motum esse speciem indiuiduam, quamuis genus secundum veritatem ponens omnes motus esse similes natura, censet comparabiles esse, & quoad intelligẽtia sunt existimati comparabiles. Sed videtur motum genus sic accipere velut communitatem, quæ æquiuoce prædicatur de motibus differentibus: quia alius est secundum locum & alius secundum qualitatem, & alius secundum quantitatem, quia etiam hæc genera differunt inter se, & ob id infert æquiuocorum differentiam, dicens causam erroris circa comparabiles, & incomparabiles motus, quæ est, quia motus videntur similes natura, cum sint æquiuoci, & ob id videntur comparabiles.

Quando igitur altera est species, si idem in alio, aut si aliud in alio? & quænam diffinitio? aut quo discernemus, quòd idem est album & dulce, aut aliud? ex eo ne quia in alio videtur alterum, an quia omnino non idem? De alteratione autem, quomodo est ęque velox alteri altera? Si itaq; est sanari alterari: est autem hunc quidem velociter, illum autem tarde sanari, & simul quosdam: quare erit alteratio æque velox? In æquali.n. tempore alteratum est. Sed quid alteratum est? Aequale.n. hic non dicitur, sed vt in quantitate æqualitas ita hic similitudo: Sed sit idem, quod mutatur in æquali tempore, æque velox. Vtrum ergo eo, in quo passio, an passione oportet comparare? hic igitur quod sanitas eadem sit, est accipere, aut quòd neq; magis, neq; minus, sed similiter existit. Si autẽ altera passio sit, vt alteratur id, quod dealbatur, & id quod sanatur, his nihil inest idem, neq; æquale, neque simile, vt iam hæc species faciunt alterationis. & non est vna, vt neq; latio. Quare considerandum est, quot sunt species alterationis, & quot lationis. Si igitur quæ mouentur specie differunt, quorum sunt motus secundum se & non secundum accidens, & motus ipsi specie different. si aũt genere, genere. si vero numero, numero. Sed vtrum oportet ad

Margin notes (left): *Nam uelocius & uelocius differunt spe.* — *Quando quæritur quæ motus sint comparabiles sufficit considerare num in specie differentias habeat.*

Margin notes (right): *Comparabilia non sunt quæ sunt eiusdem generis & non eiusdem speciei.* — *Aequiuocorum multæ sunt differentiæ.* — *Motus quodam genus est sub se continens multas species.* — Tex. 32. — Tex. 33.

ad paßionem respicere, si eadem sit, aut similis, si æque veloces sint alterationes, an ad id, quod alteratur, vt si huius quidem tale dealbatum sit, huius autem tantum, an ad vtrunque? Et eadem quidem, aut alia paßione, si paßio eadem sit æqualis autem aut inæqualis, si illud sit inæquale?

Cōm. 32. Cum dixerit ea, quæ differunt specie, incomparabilia esse, & ea, quæ non differunt, esse comparabilia, quærit deinde quando fuerit altera species, & differens: num quando subiecta differunt, & species altera est, quæ est in subiectis differentibus. vt album in equo, & homine, num ergo quæritur sit altera ob differentiam subiectorum: vel non sufficit solum, vt subiectum habeat differentiam, sed oportet vltra differentiam subiecti etiam esse speciem differentem, quare aliam speciem in alio subiecto habere ea dicuntur, quæ differunt specie. Etenim diximus iam, q vnius vnum est capax, & quod mutuo se cōsequuntur subiecta, & species in ipsis, & si altera fuerint susceptiua, & quæ in ipsis altera sunt, & si subiecta similia specie sunt, etiam, quæ in ipsis sunt, eiusdem naturæ dicentur. Quorum.n. superficies cum sit similis natura sit primū capax, hæc erunt eiusdem naturæ inter se, & si non fuerint similia specie, vt colores. Quęrit ergo, quæ sit distinitio, & quomodo discernemus, quando idem significat album, aut dulce tanquam vnam, & eandem naturam habens, vt quando intueremur in cane, & equo album: vel alterum, & alterum, quando in superficie, & voce: & dulce in sapore, & in voce. Vt ergo non erremus in particularibus, quæ destinitio, & quæ sententia est habenda huius distinctionis? An forte vt videbatur Protagoræ, quod sensus erat iudex idoneus taliū, vt quodcunq; videretur sensui, hoc verum esse iudicandum esset, siue idem, siue alterum sensus approbasset, & nunciasset. Aut non oportet sensui, & phantasiæ, quę ab eo proficiscitur committere iudicium, cum plerūq; hi sensus decipiantur, sed quærenda est rerum natura ratione: quia sensus velox, & tardum motus in recta, & circulari iudicat esse velut similia natura. Cum igitur hęc dubitasset de intelligentia lationis, quāuis lationem non nominet, tamen fecit mentionem de albo, & dulci: extendit dubitationem etiam ad alios motus, & mutationes, quærens quomodo oportet etiam in illis inuenire comparabiles, & incomparabiles, vbi quæ eadem sunt, & quæ non determinat. Et primum, cum mentionem fecisset de alteratione, ostēdit, q etiam alterationes sunt comparabiles. Est.n. recuperare sanitatem velocius, & tardius in diuersis corporibus, & aliquando simul in aliquibus. quod si sanari est alterari, nimirum alteratio quoq; erit æque velox in æquali tēpore. Sed non erāt æque velocia in latione simpliciter, quæ in æquali tempore mouentur, sed qñ æquale in æquali moueretur Aequalia autem spatia sunt, quæ sunt eiusdem mensuræ, sed in alteratione erit aliquod, secundum quod alteratur alteratum. Idq; erit qualitas. Mutatio.n. secundum qualitatem est alteratio, sed æquale non dicitur de qualitate, sed æqualitas est in quanto, vt in qualitate similitudo, vt etiam in prædicamentis determinatum est. Cum ergo his pulchre imitatur. Esto, inquit, in alteratione æque velox esse idem cum ipso mutari in æquali tempore commune nomen eiusdem, & æqualitatis ac similitudinis inueniens. Et dubitat deinceps, vtrum idem in alterationibus quærendum sit in subiecto in quo est affectio, an in ipsa affectione, id est, vtrum æquales velocitate dicēdæ sunt alterationes, quæ fiunt in eodem tempore, qñ alterantur subiecta, aut quando secundum ipsas patibilitates fiunt. Et inquit, quod in proposito, exemplo de sanitate, æque velox est sanatio huic effectionem, i. sanitatem, secundum quam mutantur, qui sanitatem recuperant, esse eandē specie, vt oculorum. v.g. & non alterius partis, an quia sanitas simpliciter, sed non alia affectio est. Et hoc oportet addere sanitatibus æque velocibus, quod neq; magis, nec minus, sed similiter insint. Quod.n. est in lationibus, non æque velocibus ferri, aliquando velocius, aliquādo tardius, hoc videtur ipsis alterationibus non æque velocibus esse, ipsum alterari aliquando citius aliquādo tardius, q si affectio non eadē fuerit, sed alia, & alia, vt albefieri, & sanari, nihil erit in his, secundum quod comparabuntur. Neq;.n. ęquale, vt in quātis: neq; simile, vt in qualibus, neq; idem, quod quidem communiter in vtrisq; dicitur. Et causam subiunxit. Nam secundum quod affectionum differentia secundum quas est alteratio, illico facit differentes species alterationis, & si circa idem subiectum fiant. Et oportet in his verbis quādo dicit. {Vt iam hæc species faciunt alterationis,} „ illud „ scilicet & aspirare. Nam dictum est etiam in latione, quod dissimiles motus specie non sunt comparabiles. „ Si ergo, & differentiæ lationis, & alterationis secundum speciem sunt causæ, cur sint incomparabiles, diuidendæ erant species alterationis ab ipso & lationis, vt propositas cognosceremus quomodo differant inter se, & quomodo non. Sed nunc prætermittit diuisionem vniuscuiusq; motus in species suas indiuiduas, & communem methodum affert, à communitate differentiarum acceptam. Quæ.n. differunt, vt ipse demonstrauit, aut genere, aut specie, aut numero differunt. igitur secundum quam differentiam ea quæ mouentur, differunt inter se, profecto non secundum aliquid aliud, quam secundum ea, quibus mouētur. Nam hæc dixit quorum motus, si secundum genus fuerit idem, & motus secundum genus inter se erunt distincti. vt si augetur aliud, & aliud albefiat, & incrementum differt genere ab albefactione. Etenim alter est secundum quantitatem, & alter secundum qualitatem, quę sunt eius, quod est, differentia genera: quod si specie differunt ea, quæ mouentur secundum quod mouentur, etiam motus specie different, vt albefactio à nigrifactione. q si non specie, sed numero solo differentia inest, his, quæ mouentur secundum quod mouentur, & ipsi motus numero inter se erunt distincti, & ipsi soli erunt comparabiles, qui solo numero discrepant, & sunt similes specie, & genere. quare quod de latione non determinauit, hoc nunc apertius fecit, quod diuersitate, & identitate eorum, quibus fit motus discernenda sunt cōparabilia, & incomparabilia. Cæterum illa verba. {Quorum sunt motus,} dixit, quia oportet differentiam esse in his, quæ mouentur per se, & non per accidens, „ vt ea, quę mouentur secundum illa, quibus mouentur, differant specie, alterum est quod albefit, & alterum quod sanum fit. Nam horum sunt motus albedinis, & sanitatis, & his per se differunt specie, i. secundum albationem, & sanationem, sed non per accidens, quia alius est equi, & alius hominis. Hoc.n. non est secundum quod mouentur specie differre, sed secundum quod sunt, propter quod, & videtur differre non differens, quia neq; illa differunt, quibus motus fit. Vnde, cum sic differentia, & identitate affectionis comparabile, & incomparabile in alterationibus determinasset quatenus fiunt secundum patibilitatem; & velit addere quoq; differentiam secundum subiectum: interrogat rursus vtrum si ęque veloces sint alterationes, oporteat huius rei causam afferre solam patibilitatem, vel magis simile. Nam hoc nomen conuenientius est qualitati, & alterationi, vt idem substantiæ: an potius subiectum, & id, quod alteratur, quando in vnoquoque alteratorum fuerit æquale alteratum, vt superficiei, quando fuerit id, quod mutatum

Num sensu vel ratione cognoscenda sit rerum distinctio, quæ sufficiat ad comparationem.

Omnia, quæ differunt, vel genere, vel specie, vel numero differunt.

Methodus pro motuum comparatione cognoscenda.

mutatum est, æquale in æquali tempore. Et cum paulo antè hoc dubitasset quando dixit, vtrum ergo in quo affectio id, aut ipsam affectionem oporteat comparare. Et, cum causam efficiat ipsam affectionem, nunc addit id, in quo est affectio, dicens oportere ad ambo respicere, & ad affectionem, si eadem aut similis sit, & ad subiectum, si æquale, & sic existimare ambo comparabilia, sed secūdum affectionem similia, vel dissimilia, vel eadem, vel diuersa, & secundum subiectum æqualia, aut inæqualia. sic autem erit alteratio eadem si fuerit affectio, & patibilitas eadem & inæqualis, si inæqualia fuerint ea, quæ recipiunt subiecta, & econtra. Equidem quædam est æqualis & non similis, neque eadem.

Tex. 34. *Et in generatione autem & corruptione idem consideran dum est, quomodo æque velox generatio est, si in æquali tem pore generetur idem & indiuisibile, vt homo, sed non animal: velocior autem, si in æquali aliud: non.n.habemus aliqua duo, in quibus est diuersitas, vt dissimilitudo. Et si est numerus substantia maior vel minor, numerus eiusdem speciei est. sed est innominatum quod commune est. et vtrunq; vt maior passio, aut excedens magis, quantitas autem est maior.*

Cōm. 35. Causas comparabilium, & incomparabilium mutationum, vt lationis, & alterationis, cum dedisset, atq; incrementum, & diminutionem omisisset, ad ortum, & interitum sese transtulit. Verum omisit incrementum, & diminutionem velut nota ex prædictis. Nam similibus specie in æquali tempore æqualis facta additio per totum æque velox est incremētum, & diminutio, talis ablatio est æque velox. Etenim æquale, & in ipso incremento, & diminutione ita dicitur, vt in latione. Sed hoc velut apertum prætermisit. Quærit autem de ortu, & interitu, quomodo ortus ortui, & interitus interitui æque velox dicitur. & velut dubitans, & interrogans inquit, num æque velox dicatur ortus, si in æquali tempore eadem specie, & indiuidua secundum formam fierent, vt homo, sed non secundum genus idem, vt animal. Sed velocior est ortus, quando in ipso æquali tempore non idem fuerit factum, sed alterum. vt si hominum, qui fiunt, alter iam factus erit homo in æquali tempore, vel in eodem, & alter nondum, sed eius aliqua pars in eodem fuerit facta, sed nondum ipse. Sed cum dixerit velocius si alterum fuerit factum aliquid, & non idem. Respondet pro hoc dixisse alterū, & non proprium nomen posuerit. Non.n.habemus, inquit, quædam duo, quæ diuersitas mutationis secundum substantiam significet, vt in mutatione secundum qualitatem dissimilitudo magis & minus significat: & in mutatione secūdum quātitatem inæqualitas. Duo autē significat maius, & minus: non sic inquit, in ortu communiter accepta diuersitas, habemus, quæ nam duo significet. Cum ergo vellet etiam in mutatione secundum substantiam inuenire nomen proprium, quoniam inquit, substantia cuius generatio est, ex numeris componitur velocior ortus dicendus est, & tardior, & omnino non æque velox quando in eodem, vel in æquali tempore hoc maior, aut minor numerus similis specie fieret, vt quando eorum hominum, qui fierent in eodem, vel æquali tempore alterius maior numerus fieret, quasi plures partes numero fiant, & alterius pauciores, sed quando erunt perfectæ erit alter velocior factus, alter vero tardior, cum ex æqualibus humanis numeris sint compositi ambo: sed in mutatione secundum affectionē, commune cōparationis inæqualium velociorum nominatum est, cum appellatur dissimilitudo, & vtrunq; eorum sub cōmuni aliud est magis, & aliud minus, & cōmune secundum quantum est inæquale, sed eorum sub idem aliud maius, & aliud minus. Verum, cum ipse proposuerit vtrunque dicere, sat sibi fuit nominasse magis, & minus excedentia. Sed quomodo dixit commune in ortu vacare nomine, siquidem diuersum ipsi congruat? Nisi quia diuersum est commune. Etenim dissimile, & inæquale sunt diuersa. Item numerum dixit substantiam, secutus vel Pythagoreos, qui tradunt principia rerum numeros.

Ortus ortui, interitus interitui, quo pacto dicantur æque velocia.

Non habemus quænam duo significet in ortu ipsa diuersitas.

Numerum substantiam appellat. Aristoteles Numeros enumerabat inter principia Pythagoreis.

Audi felix numere beatorum hominum pater.

Quia secundum quosdam homines definitos elementorum & omniū ortus, & constitutiones absoluuntur, quocirca neq; humanarum artium, quæ imitantur totum opificium, nulla potest sine numero consistere.

CAPVT V.

Tex. 35. *QVoniam autem mouens mouet semper aliquid, & in aliquo, & vsq; ad aliquid: dico autem in aliquo, quia in tempore: vsq; ad aliquid autem, quia per quantam aliquam longitudinem: semper.n.simul mouet & motum est. Quare quantum aliquid erit, per quod motum est, & in quanto. Si igitur A est mouens: B autem id, quod mouetur: quanta autem mota est, longitudo C: in quanto autem tempus, in quo D: in æquali igitur tempore, æqualis potentia ipsi A, dimidium ipsius A, per duplam ipsius C mouebit. per lineam autem C, in dimidio ipsius D. Sic.n.erit analogia, si eadem potentia idem in hoc tempore per tantam mouet, & per dimidiam in dimidio mouebit.*

Tex. 36.

Cōm. 34. Conueniens & hæc ratio est, quæ tractat de comparatione motus, & assimilatione. etenim hic assimilat mouēs, & motum quærens eorum inter se proportionem, idq; in alteratione, latione, & incremento, & diminutione. Nam quærit, an vt multiplicata potentia alicuius potentiæ mouentis aliquid multiplicatum moueat illud, sic etiam multiplex mouentis aliquid potentiæ moueat multiplex illius, quod mouetur. Vt, si centum homines moueant nauem, num & vnus moueat centesimam nauis partem, aut pondus. Comparat vltra tēpus, & interuallum motus, mouentem potentiam, & id, quod mouetur. vt si potentia, quæ mouit hoc aliquid, vt hanc nauem, in tanto tempore, tm̄ spatium absoluens, an dimidium nauis in eodem tempore duplum spatium absoluēdo moueret, & si dimidia potentia idem spatium in eodem tēpore absolueret dimidium eius, quod mouetur, an tota moueretur in eodem tempore. Item sic vt tota potentia dimidium eius, quod mouetur, in aliquo tempore ab ipsa, per aliquod spatium, in dimidio tēporis idem spatium absolueret, ita & dimidium potentiæ totum in aliquo tempore, quod mouetur à tota, in duplo, huius temporis moueret, & absolueret. Hæc quādam nobis ingerit suspicionē, tanquam seruent proportionem, non sic autem se habet, vt videtur. Et primum rationem facit de latione. & sic ostensa de ipsa poterunt accōmodari etiā aliis motibus. Prius sumit velut manifestum, omne mouens aliquid mouere. Non.n.potest mouere, & nihil mouere: sed vt omne quod mouetur ab aliquo mouetur, sic & omne quod mouet aliquid mouet. Item sumit, quod mouens in aliquo tempore mouet: quia nequit motus fieri sine tempore. Item quod mouet vsq; ad tātum. Nam tantam longitudinem mouet id, quod mouetur secundum lationem. Et alia velut manifesta prætermisit, & huius demonstrationem subiunxit ex prius ostensis. Si.n.omne, quod mouetur, iam motum est, & mouens, iam mouit ob sectionem motus in infinitum, vbi non potest accipi principium motus: si mouens iam mouit, & quod iam mouit aliquod spatium absoluit: igitur mouens omne aliquod spatium quantum absoluit. Non.n.potest aliquid moueri,

Proportio eorum, quæ mouentur & mouent inter se.

Omne, quod mouet aliquid mouet.

Mouens omne mouetur in tempore.

Mouens omne vsq; ad aliquid mouet.

nisi tantum spatij peragrauerit. Quare omne mouens aliquid mouet,& in aliquo tempore,& interuallo. Hæc cum assumpsisset prius velut pronunciata, deinceps proficiscitur ad proportiones mouentis f in lationem,& eius,quod mouetur ab ipso,ac temporis,& interualli. Accipit autem mouentem potētiam A,& quod mouetur ab ipsa graue B, & longitudinem mŭe motus,& intercapedinē motus,quam absoluit a,potentia grauis b,mouens,ponit g,& tempus in quo d. His autem positis primum diuidens graue,inquit, æqualem potentiam,vel eandem dimidium grauis per duplum spatium mouet in eodem tempore: deinde & tempus diuidens,in dimidio temporis,inquit, dimidium grauis,per eandem longitudinem à principio absoluetur. Sic enim proportio seruatur. Si.n.erit aliquid graue decem talentorum mouens in hora, per spatium vnius stadij, hoc quinque talētorum in hora duo stadia conficiet, sed in semihora vnum dūtaxat stadium. Deinde diuidens spatium graue,manente vt à principio,simul diuidit tempus. Nam eorum,quæ periit, erat, a potentia b,graue, dimidium g, conficiet in dimidio d,temporis. Si.n.aliqua potentia rursus graue decem talentorum mouerit, per vnum stadium in vna hora, idem pondus per semistadium in semihora absoluet. Vnde tres proportiones ipsæ sic seruantur. In eodem tempore eadem potentia minus onus traducet per maius spatium,& tanto magis,quāto minus ponderis erit. Vt ergo dimidium ponderis ad totum pondus,ita duo stadia ad vnum se habent: siquidem tanto maius spatium est quanto minus pondus absoluit. Et vicissim ergo, vt totum pondus ad stadium, sic dimidium ponderis ad duplum spatij. Secunda vero proportio,quæ dicit, dimidium grauis interuallum vnius stadij,in dimidio tempore mouere, sic necessitatem habet, vt totum pondus ad dimidium, sic totum tempus ad dimidium,& vicissim, vt decem talenta ad horam, sic quinque ad semihoram. Hanc tamen Alexander primam posuit proportionem, primam, existimo, prætermittens. Secundam autem posuit dicentem, si tota potentia dimidium grauis in dimidio tempore absoluit interuallum vnius stadij, in toto tempore duplum absoluet ipsius interualli, quod est vnius stadij. Et ꝓportio manifesta est. Vt.n.semihora ad horam, sic stadium vnum ad duo, & vicissim, vt semihora ad stadium, ita duo stadia ad horam. Et est hæc consequens aliquo modo illam ante hanc, quæ seruat idem spatium, & tempus partiens, non tamen ipsam existimo poni ab Aristotele. Tertia vero proportio, quæ diuidit spatium, & manente pondere, vt erat à principio, dicit, quod velut spatium vnius stadij ad dimidium, sic hora ad semihoram, & econtra, vt hora ad stadium, sic semihora ad semistadium. quare, si tota potentia mouebat totum pondus in hora per stadium, semistadium absoluet in semihora.

Motuum & torū quæ mouentur proportiones.

Et dimidia virtus per dimidium mouebit in æquali tempore, per æquale spatium, vt ipsius A potentiæ sit dimidia potentia E: & ipsius B ipsum F dimidium: Similiter igitur se habet, & secundum analogiam virtus ad grauitatem. Quare per æquale & inæquali tempore mouebunt. Et si E ipsum F mouet in ipso D per lineam C non necessarium est in æquali tempore id, in quo E, duplum ipsius F mouere per dimidiam ipsius C.

Tex. 37.

Cōm. 35. Quartam proportionem nunc adducit: Primo potentiam partiens, ac simul pondus: & ostendit, ꝙ dimidia virtus seu potentia dimidium pondus in toto tempore, quo tota potentia totum pondus mouebat æquale interuallum illi quod est à principio absoluet. Eadem.n.proportio manet potentiæ ad pondus, quod etiam ipse causam fecit. Vt enim a virtus se habet ad b pondus: sic dimidium ad dimidium. quare æquale in æquali tempore absoluet. Deinde & quintam addit, in qua potentiæ rursus dimidium accipit: Sed idem pondus à principio, & tempus illud d, & dicit, ꝙ dimidium absoluet longitudinis c, Si.n.tota potentia totum pondus in aliquo tempore, tantum spatij absoluit, & dimidium potentiæ in eodem tempore idem pondus per dimidium spatij mouebit. Vt.n.tota potentia ad totum spatium se habet,& dimidium,& econtra. Etenim in eodem tempore minor potentia minus spatium absoluit, & tanto minus quanto ipsa minor. Et si fuerit idem spatium ad tempus, habebit potentia oppositam proportionem. Nam minor potentia idem interuallum in maiori tempore absoluit quam maior, & tanto plus temporis consterit, quanto ipsa minor est. Sed nunc propositam proportionem, in qua potentię proportionale interuallum minus fieri demonstrauit, procedens confutabit per sequentem contextum, tanquam non semper quadret. Est.n.aliqua pars potentiæ mouentis nauem si centum homines traxerint ipsam per spatium vnius stadij, & vis vnius hominis, quæ non solum centesimam partem stadij nequit nauem trahere, sed ne quantulacunque minimam. Sed adducitur & huiusmodi quędam scriptura huius contextus: Et si e, mouet f in tempore d, per longitudinem c. non necesse est in æquali tempore id, supra quod e, duplum ipsius f, grauis absoluere dimidium ipsius longitudinis c,& quod dicitur in hac scriptura verius est,& consonans inferendis.

Si igitur A ipsum B mouebit in ipso D, per tantam quanta est linea C: dimidium ipsius A in quo E, ipsum B non mouebit in tempore in quo D, neq; in aliquo ipsius D, per aliquid lineæ C, secundum quod analogum est ad totam C, vt A est ad B. omnino enim, si contigerit, non mouebit aliquid. Si.n. tota virtus tantum mouit, dimidia non mouebit, neque per quantamuis, neq; in quantouis. Vnus.n.mouebit nauem, si nauem quidem trahentium diuidatur virtus in numerum & in longitudinem, per quam omnes mouerunt.

Non si tota virtus tātum mouit, dimidiū mouebit.

Cōm. 36. Per verba ante hæc demonstrauit, ꝙ si dimidia virtus aut robur dimidium ponderis moueat, per aliquod spatium in aliquo tempore, & duplum pondus mouebit eadem potētia, per dimidium spatij in eodem tempore. Sed per hæc verba destruit dimidium robur posse totum pondus mouere in eodem tempore per dimidium spatij. Videtur ergo prius dictum in his duntaxat dici, de quibus conceditur, alia mouere, & alia moueri. Sunt.n.quædam quæ sic se habent inter se, vt totum sit motiuum totius, & dimidium dimidij proportionabiliter, & dimidium totius, vel fiat interuallum minus, vel tempus crescat. Et patet, ꝙ in talibus est verum dicere, ꝙ in quo tēpore tota vis totum pondus mouet per tantum spatij, in eodem tempore dimidiū ponderis à dimidia virtute mouebitur per dimidium spatij, & idem pondus à dimidia virtute eodem tempore dimidium spatij absoluetur, aut totum spatium in duplo tempore. Non.n.omnino dimouere illud dictum est, sed quia, si moueret secūdum impositam proportionem moueret. Non.n.omnino dimidium potentiæ erit dimidium dupli ponderis. Item magis non omnis potentiæ pars omne pondus, qualecunq; minimum spatium absoluēdo mouebit, in qualicunq; maiori tempore. Dicit ergo, ꝙ si tota vis, velut a, moueret aliquod pondus b, per aliquod spatium c, in tempore dinon amplius dimidium potentiæ a, vt ipsum e, totum pondus b in tempore d, aut in aliqua parte ipsius mouebit pertransiens aliquam partem ipsius c, interualli, quod quidem ad totum c, in eadē proportione erit,

ne erit, in quo tota potentia a, ad suam partem, quam f nominauit. Nam c ponebatur dimidium ipsius. Sed non vult in dimidio solo totam fieri rationem. At igitur in qua parte? quocirca non vsus est e, sed f, vt sit velut tota potentia a, ad qualemcunq; suam partem f, sic totum spatium c, ad aliquam partem earum, quæ sunt in ipso. Neq; igitur e inquit, quod est dimidium a potentiæ mouebit b pondus in ipso d, tempore, neq; in aliqua ipsius d temporis parte per ipsius c partem interualli, quod eãdem habeat proportionem ad totum spatium c, quam habet pars sumpta ipsius potentiæ a, ad totam a, potentiam. Neq;.n. pars ipsius a totum b, mouebit partem ipsius c, neq; in ipso tempore d, neq; in parte ipsius. Contingit enim, vt pars ipsius potentiæ a, neq; omnino b moueat, neq; in multiplicato tempore d, per quoduis spatium. Si.n. virtus mouens cum proportione ad spatium in quo motus d, videretur vt tota vniuersum pondus, per totum spatium mouit, & dimidia virtus dimidium eiusdem ponderis per dimidium spatij, & tertia pars virtutis tertiam ponderis mouebit. Nauis quidem, si à centum hominibus per tãtum interualli trahetur & ab vno traheretur cẽtesima pars per spatium, per quod centum mouerunt, qui trahebant nauem, quod fieri non posse videtur. Sed ex hoc exemplo patet, q̃ a & f, de mouente potentia posuit: & a pro tota: & f, pro quantacunq; : quam pro e accepit, quia e definite dimidium significabat. Verum obscure visus est loqui, cum dixit, vt pars ipsius c, ad totam ipsam, sic f ad a. sed non a ad f. q̃ si f non vt pars quantacunq; potẽtiæ accepta est ab ipso, sed vt dimidium ponderis, vt prius quando dixit, & ipsius b, ponderis f, dimidium, quia potentia a, pondus b, in ipso d, tempore, per spatium c mouebat: patet, q̃ in eodem t pe dimidium ipsius b grauis, idest f, per duplũ interuallum ipsius c mouebit. Pro hoc igitur dixit, quod quam rationẽ habebit pars ipsius c interualli ad totum c, aut totum c ad duplum ipsius, dixit, vt a ad f. Sic Alexander volens, non velut nouum hic inseri, neq; sine occasione dici hoc, vt f ad a, pro hoc, vt a ad f, existimo valde obscuram expositionem intellexit. Non.n. dixit Aristot. quod neq; in aliquo ipsius d, ipsam c, vel duplam ipsius dimidia ipsius virtutis a mouebit. Si enim c spatium non põt mouere pondus b, dimidia ipsius a potentiæ, quæ est e, in tempore d, multo magis, per duplum ipsius c, longitudinis non mouebit. Melius igitur hoc, vel proportionale esse ad totam c, de parte ipsius c intelligere, vt dictum est prius.

• *Propter hoc Zenonis ratio non est vera, quòd sonet milij quæuis pars: nihil.n. prohibet non mouere eum aerem in vllo tempore, quem mouit dum caderet totus modius. neq; itaq; pars tantum quantum mouebit cum toto, si fuerit per se, hoc*
Tex. 38. *non mouet. neq;.n. nihil est, sed vel potentia in toto. Si vero sit duo, vtrunq; eorum vtrunq; mouet per tantum in tanto, & composita potentię compositum ex ponderibus per ęqualem mouebunt longitudinem, & in æquali tempore. Analogum enim est.*

Cõm. 37. Cum dixerit, q̃ non erit, si tota potentia totum pondus mouit in aliquo tempore, per aliquod spatium, vt & iam dimidia virtus totum pondus in eodem tempore moueat per dimidium, aut aliquam partem spatij. Neq;.n. omnis pars potentię mouentis totum pondus, erit motiua totius, neq; in quantocunq; tempore, neq; per quantuncunq; spatium: Ob id soluit etiam Zenonis Eleatę rationem, qua di-

Reprobatio rationis Zenonis de sono grani milij.

cit Protagoram Sophistam. Dixit.n. Heus Protagora dic mihi, An si caderet vnum granum milij sonum faciet, an milesima pars milij? Et ille respondit, non. Sed, si modius milij ceciderit, faciet strepitum, an non? At ille respondit modium strepitum facere. Cur igitur dixit Zeno, non est ꝓportio modij milij ad vnum, & milesimã partem vnius, & cum ille affirmasset, tum Zeno, cur igitur, & ꝓportiones strepituum eodem modo non erunt. Nam vt sunt quæ sonum edunt, ita strepitus sunt. quod si ita se habet res, vt modius milij sonum reddat, profecto vnum granum milij, & milesima pars milij sonum efficiet. Zenonis ergo ratio sic interrogauit. Sed Arist. soluit dicendo, non omnem potentiam omnis magnitudinis motricem esse, neque in quantocunq; tempore. Et, si modius ergo moueat tantum aeris, quãtus motus faciet sonum, non est necesse, vt etiam pars modij possit tantum aeris mouere, quantus sonum edet. Sed etiam tantã aeris partem, vel ponderis vniuscunque quantum pars potẽtiæ moueret existens cum tota potentia, si per se erit pars potẽtiæ, non mouebit tantam ponderis partem. vt, si centesimam partem nauis vnus traheret centum cum alijs mouentibus s̃m seipsos nauem ponderis centesimi, non solus & vnus per se centesimam partem nauis diuisam traheret, & si videatur tantam partem grauis ab vnaquaq; potentiæ parte simul toto existẽte moueri. Huius causam assignauit, quia non sunt in toto partes actu, sed potentia quando est totum: quare neq; tum centesima pars potentiæ moueret centesimam grauis. Quod enim non est actu, hoc neq; mouet, neq; mouetur actu, sed diuisa, inquit, potentia non seruatur proportio, sed composita seruatur. Si.n. duo quædam, inquit, separata inter se vtrunq; ipsorum vtrunq; pondus mouet, & ipsa separata inter se aliquod spatium in aliquo tempore, & compositæ duorum mouentium potentiæ duo composita pondera per idem spatium in eodem tempore mouebunt. Nam est proportio vtriusq; simul mouentium ad vtrunque quod mouetur, sic etiam ambo mouentia ad ambo, quę mouentur quare & totum aggregatum in ipso tempore per tantum spatium mouebit. Sed, quia neque vnum granum milij, aut vna spica, neq; milesima pars milij sonum edet, neque nimirum vnus trahens nauem totam nauem mouebit, per quantuncunq; spatium minimum, in quantouis plurimo tempore, patet. Sed quærit causam, ob quam seruetur proportio forte fortuna dimidię potentiæ, & grauis, & non ad quoduis, & totum procedit. Nam partes potentia esse in toto, & non actu dicens, non videtur assignare causam existimo, quæ quæritur: sed solum id dicit, q̃, cum potentia essent in toto, neq; mouebant, neq; mouebantur. quare non est ex continuis partibus cogere hoc, vt diuisæ moueant, & moueãtur. Sed nondum est manifestum, cur non ad omne vsque & totum procedat proportio. Quod si quis diceret vsq; ad omne adhuc aliquid absurdius occurret, mouere.s. hominem montem Thracię Atho, si forte diuisus esset à terra. Nam, si vnum lapidem ipsius montis moueret per aliquod tantum spatium in tanto tempore, cur non & totum in multiplicato tempore, per multiplicatum spatium mouebit. Sed hac proportione mouentis, & eius, quod mouetur, & spatij instrumentum ponderãdi Archimedes fabrefecit, quod appellatur Charistion, quoniam ad totum vsq; procedit proportio & mirandum in modum laudauit his verbis:

Non omnis potẽtia est cuiuslibet magnitudinis motrix.

Archimedis machina ad mouenda pondera, quæ charistion appellata est.

Quo vado & mouebo terram?

Dicendum ergo, quod etiam prius breuiter dictum est, quod non omnis potentia apta est mouere omne pondus, neq; per quantumcunq; minimum spatium, neq; in quantocunque plurimo tempore, sed neque omnis magnitudo apta est strepitum edere, sed est aliquis terminus potentiæ minimæ, quæ diuisa non amplius potest mouere, neq; per quantumcunq; spatium, neque quantũcunque pondus. &

cum moueatur magnum pondus ab ipſa, ſi augetur, non amplius poteſt moueri ab eodem, neq; per quantúcunq; ſpatium, neq; à quauis potentia mouente ſm vim corpoream. In medio autem ſunt termini potentiarum ad onera,& ſpatia,& tempora, in quibus & diuidi poteſt proportionabiliter, & componi. Omnes.n.partes virtutis tantæ vſq; ad minimum,ad hoc ſunt, & vnaquæq; poteſt mouere pondus, quod quidem tota mouet diminuto ſpatio, vel aucto tempore,ſm æquam proportionem. Cæterum patet,ꝙ virtutum potentium mouere, & ponderũ, quæ ſunt apta moueri,& ſpatiorum,& tẽporum ſunt quædam commenſurationes,& incommenſurationes mutuæ.Nam hæc vis hoc põdus per tantum ſpatij in tanto tempore apta eſt mouere,& aliquid plus ponderis,per minus ſpatij in maiori tempore. Sed hoc pondus non eſt aptum neq; per quãtuncunq; ſpatium, neq; in quantocunq; tempore. Propter ergo has differentias quędam habent proportionem inter ſe,quædam vero non.Sed hæc cauſa,& ſonitus ad ea,quæ ſonum efficiunt,cogit vſq; ad aliquid procedere. Non.n. omnis magnitudo poteſt tãtum percutere,vt ſonum edat, ſed ſonus reliquit magnitudinem, vt magnitudines proportionem habeant, & ſi quantuncunq; fuerint minime, ſed ſonitus non habent proportionem.Verum hæc ſunt digna quæſtione, & contemplatione ſeparata per ſe. Sed ad cætera proficiſcendum eſt.

Tex.39. *Non igitur ſic eſt, & in alteratione & in augmentatione: aliquid.n.eſt augens,aliquid autem & id,quod augetur. in quanto autem tempore, & quantum aliud quidem auget, aliud autem augetur.Et alterans,& id,quod alteratur,ſimiliter.& aliquid & quantum ſecundum ipſum magis & minus alterata ſunt, & in quanto tempore. in duplo duplum, & duplum in duplo, dimidium autem in dimidio tempore, aut in dimidio dimidium,aut in æquali duplum.Si vero alterans aut augens tantum in tanto,aut auget, aut alterat,non neceſſe eſt & dimidium in dimidio,& in dimidio dimidium. Sed ſi contigerit,nihil alterabit,aut augmentabit,ſicuti & in pondere.*

Cõm.38. Cum oſtendiſſet in latione, qua mouent, & mouentur ſecundum locum proportiones ad aliquid vſq; procedere,& non vſq; ad totum,deinceps quærit, ſi ita ſe habeant alij motus quo ad proportionem,i.ſi alteratio, & augmentum ſic ſint. Et demonſtrat, ꝙ ſi alij fuerint ijdem, neceſſarium eſt & commenſurationes, & proportiones horum vſq; ad aliquid procedere. Etenim vt in latione aliud erat mouens, & aliud, quod mouetur: ſic etiam aliud alterat, & aliud alteratur:& aliud auget,& aliud augetur. Item alterans in tẽpore alterat,& augens auget, & aliquod quantum auget, & augetur, & aliud quale alterat, & alteratur aliud.ſed huius quantum ſecundum magis, & minus menſuratur, quando alterans, aut plus, aut minus fuerit ſecundum potẽtiam,ſecundum quam alterat.Si ergo hæc pronunciata etiam in his ſunt, quæ de motu ad locum dicebantur,etiam illa,quæ ducuntur ex ipſis,eadem ſunt. Si.n. b ab ipſo a alteretur per quantum c,in tempore d: in duplo tempore,duplum alterabitur idem ab eodem alterante,& duplum in duplo,& dimidium in dimidio tempore, & in dimidio dimidium,aut aucta potentia in æquali tẽpore dupla potentia duplum alterabit.Eodem quoq; modo & in augmento.Sic.n.oſtenſum eſt de motu ad locum. Haud tamen, ſi tantum à tanto alteratur quadam alteratione,aut auctum eſt hoc augmento, neceſſe eſt & dimidium in dimidio, aut in dimidio dimidium alterari, aut augeri à dimidia virtute,vel à dimidia totũ in duplo tempore alterabitur.Neq;.n.dimidia virtus totius eſt motrix.

In alteratione ipſa proportiones uſq; ad aliqd procedunt.

Sed,ſi forte tanta ſit medietas, vt non poſsit amplius alterans omnino augere, ſed in quibuſcunq; in latione ſeruabatur proportio, in his etiam ſeruabitur motibus. Et in quibuſcunq; lationis motibus oſtenſum eſt non procedere proportionem,in his etiam alterationis,aut augmenti non procedet. Sit ergo hic finis huius libri Septimi,quẽ interpretati ſumus pro viribus.Sed nihil nocet forte ſingula capita recenſere.Oſtendit porrò initio ſtatim, omne, quod mouetur,ab aliquo alio,quam à ſeipſo moueri, ſiue id animatum,ſiue inanimatum ſit. Deinde quod eſt primo mouens,& nõ in infinitum aliud aliud mouet, ſed eſt aliquid quod mouet,quod non mouetur ab alio. Oſtendit autem idem ex hoc,ſi infinita eſſent mouentia,& ea,quæ mouentur ſimul, & in eodem, accidit, vt infinitorum motus fiat in tempore finito:quod fieri nequit,vt oſtenſum eſt Sexto libro.Deinde inſtat contra dictum, quaſi nihil prohibeat motus infinitorum ſimul fieri tempore finito,ſed oportet oſtendere,quod vnus infinitus ex omnibus fit motus.Sic enim concludetur id,quod fieri non poteſt. Oſtendit ergo, quod mouens ſm locum proxime corporeum motũ, & non per aliud, neceſſe eſt aut continuum eſſe ei, quod mouetur, aut attiguum dum mouet, vt ſint vnum aliquo modo cuncta mouentia,& ea, quæ mouentur,ac vnus ſit motus: Sed quia ex poſtulatione dicente infinita eſſe, quæ mouent,& mouentur,ſequebatur impoſsibile,ne quis dicat nihil eſſe oſtenſum quia ex poſtulatione ſequebatur illud impoſsibile,pulchre ſubiunxit,quod poſtulatio velut contingens ſumpta eſt.Et poſsibili poſito,non oportet aliquod impoſsibile ſequi. Si ergo quod fieri nequit ſequebatur, non erat poſsibile, vt infinita eſſent mouentia, & quæ mouentur. Sed cum vtatur hoc, quod proxime mouens corporeo motu, vel tangat,vel continuum ſit neceſſe eſt ei,quod mouetur,& ex hoc accepiſſet mouentia,& ea, quæ mouẽtur,velut vnum eſſe aliquo modo,& ob id motum vnum, & infinitum: ex quo ſequebatur impoſsibile, quod petierat. deinceps hoc ipſum oñdit in tribus ſpeciebus motus,quod ſimul ſit id,quod mouet & quod mouetur,tanquam nihil ſit inter ea medium.Et primũ in latione.Nam eorũ,quæ mouentur,alia à ſeipſis,& alia ab alijs. Et quę à ſeipſis mouentur,vt animata,palam habẽt ſimul mouens & motum.Non.n.eſt aliquod intermedium inter animam,& corpus. Sed quædã extrinſecus vi mouentur, aut pulſione,aut tractione,aut vectione,aut vertigine.Etenim omnes alij motus ad hos reducũtur,& horum quatuor duos, vectionem, & vertiginem redigens ad pulſionem, & tractionem, in hoc motus genere oñdit nullum intermedium cadere inter mouens,& id,quod mouetur, faciens demonſtrationem ex definitione pulſionis,& tractionis:deinde quod etiam inter alterans,& id, quod alteratur non eſt medium,oſtendit.Si.n.corpora ſunt ſm patibiles qualitates alterantia, & alterata:neq; corpus in ſeparatum corpus agit, neq; qualitas ſine corpore agit, profecto non erit aliquod intermediũ inter alterans,& id,quod alteratur. Nam & ſi aer intermedius ſit,hic erit proxime mouens. Deinceps quod nihil ſit intermedij inter primo augens, & id,quod augetur, neq; inter diminuens, & id quod diminuitur oſtẽdit,ſiquidem primo additum augebit,& primo ſublatum minuet.Hæc autem continua ſunt ei,quod augetur,& ei, quod diminuitur. Sed inter continua nihil eſt medium.Cæterum cum vtatur hoc,quod alteratur à ſenſibilibus alterari ſm patibiles qualitates,oſtẽdit hoc ex eo,quia non fit alteratio ſecundum aliquam aliam qualitatum. Neq;.n.mutatio ſecundum figuram,neque ſecũdum habitum alterationes ſunt, ſed ſolum ortus.

Septimi libri per capita epilogus.

Item

Item alio modo ostendit quod secundum habitum mutatio non est alteratio. Nam virtutes & vitia commensurationes sunt: & hæc sunt ad aliquid. Sed eorum, quæ sunt ad aliquid, nō est mutatio, neq; alteratio, aut omnino motus per se. Quare secundum habitus non est alteratio, & quia alteratis quibusdam adueniunt, primū ostendens de corporea virtute, & vitio, proficiscitur etiam ad habitus animi: & ostendit, quod etiam ipsæ ad aliquid sunt, & quę fiunt alterato sensitiuo, & morales virtutes, & intellectuales. Et deinde concludit alterationem fieri à sensibilibus, in sensitiua animi parte, ſm patibiles qualitates. Et, cum sic ostendisset, quod nullum est medium inter id, quod mouet, & mouetur secundum lationem, incrementum, diminutionem & alterationē: deinceps quærit, an omnis motus omni motui comparabilis, sit secundum proprias differentias motus, velox scilicet & tardius. Et ostendit, quod non omnes, sed similes specie qui sunt ſm speciem indiuiduam, quiq; solo numero discrepant. Ostendit autē hoc in vnoquoq; motu, & mutatione. Et primū in latione, quia circularis nō est comparabilis rectæ, sin vero, esset recta æqualis circulari: quod fieri non potest. Itē multomagis non erit latio comparabilis alterationi, quia affectio esset æqualis longitudini. Deinde instat contra hoc, quia dicitur lationes non esse comparabiles, videlicet eam in rectum, & illam in circulū, quia æqualis esset recta circulari. Et, cum dubitasset ad vtranq; partem, an sint comparabiles, an non, lineas, rectam & circularē, & motus super illas quādam regulam ponit, qua possimus discernere motus comparabiles, & incomparabiles: dicens eos incōparabiles, qui habent velox, & tardum æquiuoce, sed qui non æquiuoce, sed vniuoce habent, ij sunt comparabiles. Deinde instat contra hanc regulam, multū, & duplum opponens dicta de aqua, & aere vniuoce, quanquā sint aqua, & aer incomparabilia ſm hæc, quia videtur aer plus magnitudinis habere, & minus virtutis. Et instat, quod multum, & duplum de aere, & aqua prædicantur æquiuoce, & non vniuoce. At non videntur æquiuoca, quia & definitiones ipsorum ex æquiuocis componuntur. Deinde & aliam determinationem subiungit comparabilium, quia oportet primum ostendere, quod vniuoce prædicata recipiens idem sit specie. Sic.n. equum cane dicimus albiorē, quamuis specie differant, quia primum recipiens albū superficies idē est in ambobus specie. Sed instat contra hanc rationem dicēs, sic omnia posse æquiuoca abuci, si ob discrimen recipientium differentia fiunt ea quę insunt, cum sint eadem natura. Et aduertit, quod nequeunt eadē natura in differentibus speciebus inesse. Vnum.n. vni primo inest, vt color superficiei: deinde docet, quđ non sat est non esse æquiuoca, vt sint comparabilia, sed oportet esse eiusdē speciei vltimæ, & ea, & illa, quæ in illis sunt. Album enim & nigrū non sunt æquiuoci colores, sed vniuoci, & tamen non comparantur vtrum vnus sit magis color quā alter, quia non eiusdem speciei, sed similes genere sunt solum. Quare, inquit, & in motu soli comparabiles illis sunt, qui secundum vltimam speciem comparantur, quæ non amplius genus est, & fiunt in eodem subiecto ſm speciem. Adiecit etiam causam, cur quædam æquiuoca videantur comparabilia esse, vt duplum & multum. Nā, quia inquit, quædam multum ab æquiuocis distant sunt eiusdem naturæ, vt à fortuna æquiuoca, & ſm proportionem, & quædam prope sunt, quia etiam dicit comparabiles eos motus, qui sunt eorum quę mouentur in æquali tempore, & absoluunt & quod in alteratione facta ſm quale, non est dicendum æquale, qua erit quomodo dicendi sint cōparabiles in his: & dicit, quod pro æquali, et in æquali idem, & diuersum ac simile, & dissimile sumenda sunt: quare ea, quæ similiter & eodem modo mutantur in æquali tēpore æque velociter, dicuntur alterari: sed, quando affectio similis, ut albatio, & superficies fuerint albefactæ æquales, tum accidit alterationem similem ſm affectionem, uel dissimilem esse, sed ſm subiectum æqualis, aut inæqualis. Sed, cum assignasset sic determinationem cōparabilium motuum in latione, & alteratione, pcurrēs accretionem, & diminutionem uelut manifestas. Nam similibus specie, in ęquali tēpore æqualis fit per totum additio æque velox accretio tum est, & ablatio talis diminutio æque uelox. Has ergo percurrens uenit ad ortum, atq; interitum. Et quærit qualis ortus sit æque uelox cū quo ortu, aut nō æque uelox. Et inquit, æque ueloces esse, quādo in eodē æquali tempore, huius maior, & huius minor numerus partium in similibus specie fieret. Et in his aliud ponit Theorema propriū sermoni de comparatione motuum. Tum enim comparat mouens, & quod mouetur, & tempus, & spatiū, & proportiones eorum inter se, quęrit si velut multiplicata potētia alicuius potētiæ mouētis, aliquid multiplicatum illius mouet, sic etiam multiplex mouentis aliquid potentiæ multiplicatum illius, quod mouetur, ab illa mouebit. Et si cētum homines mouēt nauē, num & unus centesimam nauis partem mouebit in eodē tempore per idem spatium, aut totam nauē cētesima per idem spatium. Facit autem rationem primum de latione, prius sumens uelut pronuntiata, omne, q mouet, mouere in tempore, & illucusque. Diuidens autem primo pōdus eādem potentiam dimidium ponderis, in eodem tēpore, per duplum spatium mouere inquit. Deinde tempus diuidens diuiso pondere dimidium ponderis in dimidio tēpore, ab eadem potentia, per dimidiū spatij moueri, inquit. Deinde spatium diuidens manēte pōdere, vt principio simul diuidit tempus: & tum quartam proportionē inducit, diuidens potentiam, & pōdus & dicit, quod dimidia uirtus dimidium pōderis in tempore à principio, per spatium à principio mouebit. deinde dimidium potētię accipit & pondus à principio: & illud tempus: & dicit, quod per dimidium spatij mouebit. Hanc autem proportionē statim tollit. Si enim aliqua pars potentiæ totum pōdus, in quātocunq; tempore per aliquod spatium mouebit nauis, quæ à centum hominibus trahitur, per tantum spatiū, & ab uno traheretur in eodem tempore, per centesimam partem spatij: quod mouebant centum trahentes. Vel & idem spatium in centies multiplicato tempore. Sed dicēs non omnis uirtutis dimidium posse idem pōdus mouere, quod tota mouebat, uel oīno mouere aliquid pondus, ob id soluit rationem Zenonis de grano milij. Si.n. modius, inquit, milij ceciderit, & sonitum effecerit, & unum milij granum sonitum efficiet, & millesima pars milij. Soluit ergo hanc rōnem dicens, non omnem potentiam esse motricem ponderis, neque in quantocunq; tempore. Sic aūt neq; omnis magnitudo edit sonitum, & simul destrūens rationem, dicit, quod partita potentia non seruatur proportio, quia non omnis uirtus, & minima mouere, aut strepitum facere potest, sed composita seruatur. cū ergo hæc de latione ostendisset, dicit quod etiam in aliis motibus, quia principia hæc sunt mouens, & id, quod mouetur, & tempus, & spatium, etiam accidentia, quæ prodeūt ex his, eadem erunt. quare in quibuscunque in latione seruatur proportio, in his etiam aliorum motuū seruabitur. Et in quibuscunque ante illam non procedit proportio in eisdem, & in his non procedet.

SIMPLICII COMMENTARIVS in Octauum librum Aristotelis, de Naturali Auditione.



HIC LIBER vltimus vniuersæ tractationis de Physica auditione ab Arist. conscriptus, qui numero octauus est, quanquam consueuerint Peripatetici inscribere θ, eiusque ordinē sic afferre, pluribus & præclaris Theorematibus refertus est. Hic.n.finem facit eius disputationis, in qua de principijs naturalibus disputatum est, cuius institutio ac scopus est probare primū motum naturalem æternum esse: cuius argumēto, & æternitatem vniuersi palam ante oculos ponit, atq; detegit. Maximam porrò attingit naturalis contemplationis partem, cui quoddam cū prima philosophia vinculū præsertim intercedit, ac omnē naturæ vim, quæ ab ipsa suprema causa proficiscitur & pendet, ostendit, idq; eo loco, qñ ostendet omne, quod mouetur corpus, naturale esse atque omne quod mouetur ab aliquo moueri. Præterea quod primo & proprie mouet patefacit esse immobilis naturæ s̄m eadem & eodem modo se habentis. Cum ergo huc tendat huius libri scopus, merito erit vniuersę īstitutionis ac propositi finis. Sed quoniā ex his, qui temporibus nostris fuere, quidam furore percitus solis hominibus existimans nouum non esse inuidere, aut irasci, ob id ad cœlum vsque, & vniuersum suam inuidiam extendit, & non æquo animo fert eorum æternitatem; & quædam discēda nec feliciter, nec scite ex ipsa philosophia consecutus est: præterea, quæ demōstrata sunt de ęternitate cœli, in eodem libro, quinque libros conscripsit longissimos, qui quantum sint debiles, & quantum nihili faciēda eorum in audendo temeritas, præterquam apud solos ineruditos auditores, ostēdere conatus sum exponendo primum librum de cœlo: & sextum eiusdem librum absoluit contra motum hoc loco æternum ostensum & sempiternum tempus. propter quod si hæc manerent adhuc sine confutatione, dabimus operam quo confutentur. Cæterum mihi videbatur posteaquam hunc librum interpretari aggressus sum necesse esse omnino, vt id, quod mouetur motu sempiterno, & æterno tempore, æternum esset. Præterea videbatur cōsentaneū esse his, qui essent sciētię cupidi, ostendere qui repugnarent his dictis, & qua fulti essent ratione, & habitu. Postremo enitar postquam explicaro sensus Aristo. afferens instantias, quę adducuntur contra illos hoc modo ponderare sua dicta & examinare.

Ioan. Grām. Philoponus sex scripsit libros cōtra æternitatē mūdi, vltimum autem contra motum æternum.

Tex. 1. VTrum autem factus est aliquando motus, cum nō esset prius, & corrumpitur rursus, adeo vt nihil moueatur. an neque factus est, neque corrumpitur, sed semper fuit & sēper erit. Et hoc est immortale, & sine quiete ijs inest, quæ sunt, veluti vita quædam, quæ inest natura subsistentibus omnibus.

Cōm. 1. Quod sermo de motu necessarius sit Naturali, multis nimirum ostendimus prius. Quòd vero illum deceat, qui de motu agit, quærere num sit idem æternus, an ita se habeat, vt aliquando factus sit, cum prius non esset, & iterū intereat, vt penitus deleatur, nemo dubitarit. At perspicuū est, quod non quærit de aliquo eorum motuū, qui sub Luna fiunt: quippe horum vnusquisq; & initium, & finē habeat. Item non quærit, an vnus & idem motus continuus sit sempiternus. quod quidem inuenies posterius, sed omnino de motu quærit, num erat aliquod tempus, quando non erat qualiscunque motus, neq; aliquid eorū, quę sunt, mouebatur: an t erit aliquod tempus, qñ nihil mouebitur, an hæc fieri non posse videntur, quandoquidem erat ac semper erit motus, vt hoc, idest motus immortalis & nūquam deficiens competat his quæ sunt. Non.n. motus est eorum, quę per se subsistunt, sed est de numero eorū, quæ insunt alijs, idest substantijs, quæ quidem vere sunt primarie magis, & quęmea quę sunt in illis. Propter quod, inquit, motus inest in his quę sunt, idq; non ea de causa, quòd motus nō sit, sed quia quæ sunt proprie substantiæ sunt, quibus accidentia insunt. Verum illud {veluti vita quædam, quæ inest natura subsistentibus omnibus, } ab Aristotele dictum est s̄m suam, vt solet, diligentiam, quæ cum illa Platonis consentit. Nam illa viuere dicimus, quæcunque ab interno mouentur principio. si ergo omnia naturalia habent in seipsis naturam principium motus, merito & hæc dicerentur viuere s̄m eam aptitudinem internā, quā habent ad motum. Etenim vltima animalium natura est. Quocirca & in subiecto corpore naturali consistu, & velut viuens magis est quā vita proprie, & motus s̄m ipsam idoneus est ad motū, vt in hoc Libro percipiemus. Quod vero hæc quæ affatus est Arist. cum Platonis sententia consentiant, quippe qui dicit motum naturalem internū velut vitam: audi quę Plato scripserit decimo dialogo de legibus, de eo motu, qui fit intrinsecus.

Cum de motu quæritur num sit æternus nō de singularibus motibus, sed vniuersaliter de motu quæritur.

Motus habet essentiam per substantias.

Motus est sicut vita omnibus subsistentibus.

Si primū motum in terreno, vel aquatico, vel igneo corpore siue separato, siue mixto fieri viderimus, quamnā affectionem ipsi inesse dicemus? Nunquid me rogas, si viuere ipsum dicendum sit, quod à seipso mouetur?

Platonis sententia de Motu in Decimo de Legibus.

Sed hæc de proprio ipso, quod mouetur ab anima dicta sunt. quocirca Aristoteles velut vitā dixit esse naturalem motum & non simpliciter vitam. Quia quam habet rationem anima ad naturam, hanc ipsam habet proprie vita ad motum naturalem. Sed Alexander id {veluti quædā &c. } Tanquam id, quod demonstrat motum esse immortalem, & sine quiete. Nam, si ita se habet motus ad naturalia, vt vita ad animatas vt nequeunt esse animata sine vita, ita nec naturalia sine motu. Si ergo sempiterna sunt naturalia, quatenus naturalia (quandoquidem nec initium vllum habuerunt, neq; interiura sunt, siquidem naturaliū interitus mutatio fit in aliud naturale. Nam interitu aquæ aer oritur) patet, quod etiam motus erit sempiternus quo naturalia sunt. Nisi forte haud Aristo. demonstrarit æternum esse motum è perpetuitate rerum naturalium. Hactenus.n. nullo loco ostensum est naturalia esse æterna, sed è diffinitione motus naturalis (vt intelligemus) ostensurus est æternitatem motus, & ab hoc naturale corpus æternū. Cęterū dixit {natura omnibus subsistētibus, } quia motus nō ē velut vita aquæ, aut aeris, sed velut omniū naturaliū, vt naturalia sunt; quatenus in ipsis habēt initiū motus, quo circa & sēpiternus est qcūq; motus ī eo quod cōmune est.

Eadē est proportio animæ ad naturam, quæ est vitæ ad motū naturalem.

Ex definitione motus naturalis, æternitatem motus ostendit Aristoteles.

Esse igitur motum omnes affirmant de natura aliquid dicentes, propterea quod mundum faciunt, & de generatione & corruptione est contemplatio omnibus ipsis. quam impossibile est esse nisi sit motus.

Cōm. 2. Quia motum esse sempiternum, quale quid significat, & in ipsis quæsitis ipsum quale quid præcedit cū quid est, tum si omnino sit: & iam quid sit motus tertio huius tractationis Libro absoluit: Quia non videtur sī est demonstrasse: idcirco cum proponat sibi disputandū esse de ipso quale quid, merito causam docet, cur acceperit pro confesso motum esse. Quare, si omnes naturales in hoc conueniunt, vt motus sit, quanquam discrepent de æternitate eius, nimirum absurdum nō erit accipere pro confesso motum

Motum esse est per se notū apud oēs Naturales.

tum

tum esse. Iam.n.ostenderat eos à choro naturalium separandos esse, qui negabant motum: atque non spectare ad Physicum afferre rationes contra eos, qui naturalia principia delere omnino visi sunt. Causam quoque, cur omnes Physici de motu disseruerunt, eam facit: quia de vniuersi ortu, cum disputassent, ortum atq; interitum cuncti considerabant. Dicit autem Naturales mundum facere non ea de causa, quod illi mundum ex tempore constructum asseruerint, sed quia afferebant eius constitutionē emersisse per motū. Sic.n.& Democritus, Empedocles, Anaxagoras mundum constructum putant. Epicurei.n.segregatione, & congregatione illorum minutorum, ac indiuiduorum corporum, ac elementorum mundum fieri cēsuerūt. At Anaxagoras secerni similaria à mixtione quadam confusa, quam chaos appellant, cum asseruisset: & secretio, & congregatio sunt quidam motus: videtur vniuersum per motum factum esse affirmare. Itē omnes de ortu, ac interitu disputarunt, qui quanquam non sint motus, tamen non sine motu fiunt. Etenim motus ſ̄m locū & alterationes, & accretiones, & diminutiones præcedūt ortum, atq; interitum.

Facere mundum cur naturales dicantur.

Sed quotquot quidē infinitos mundos esse dicūt, & quosdam quidem fieri, quosdam autem corrumpi, semper dicunt esse motum. Necessarium enim est generationes & corruptiones ipsorum esse cum motu. Quicunque autem vnum, aut non esse semper etiam de motu supponūt secūdū rationē.

Cōm. 3.

Cum responsum sibi parasset, cur acceperit motū esse, ex eo, quod consensu omnium naturalium motus est: ex eo quòd inter eos magna est contentio de æternitate eius, rursus necessariam esse inquisitionem de æternitate eius probat. Dicit porrò, quosdā fuisse Naturales, qui statuerunt motum æternum; & quidam non æternum, cū suis postulationibus, & his quæ de motu dicta sunt, hærerent. Qui.n.mundos infinitos esse statuerunt, vt Anaximander, Leucippus, Democritus, & posteri Epicurei, eosdem in infinitum oriri, atq; occidere statuerunt, cum alijs sublatis semper noui orirentur; & hac ratione motum æternum astruere videbantur. Sine motu.n.non est ortus, neque interitus. At eorum, qui vnum solum mundum asserunt, alij expertem cum ortus, tum etiā interitus, qui sint in tempore affirmarunt, hi motum etiam æternum statuerunt. vt Plato, & Aristoteles. Alij vero vniuersum obnoxium ortui, atq; interitui arbitrantur, quicunque tradunt semper mundum esse, sed non semper eundem, sed alium atq; alium fieri ſ̄m quædam temporū curricula. vt Anaximenes, Heraclitus, & Diogenes, & Stoici, qui in eadē successere opinione. Et patet ipsos de motu eandem habere opinionem. Quando.n. mundus erat, tum motus fuisset oportuit. Empedocles quoque etiam, si quis interpretetur sermonē eius fuisse ſ̄m figuram, quippe qui interdum sphærum, interdum mundum appellat: perspicuo motū in ortu atq; interitu mundi considerans statuit eundem fieri, atq; interire semper. & quia vult semper sphærum esse, & mundum, censuit etiam motum semper esse in mūdo. At Anaxagoras, Archelaus, Metrodorus Chius, videntur mundū asserere factum fuisse à temporis principio, qui etiam motum cœpisse habuisseq; initium existimant. Cum .n. omnia, quæ essent ante tempus, quiescerent, tradunt motum fieri à mente, è qua etiam mundus prodijt. Sed videntur hi etiam causa ordinis doctrinę, statuisse principium constructionis mundanæ. Et ꝙ Anaxagoras plane ab intellectuali vnitate, quia simul omnes res erant, vt inquit, asserebat mentem secretionem mundanam fecisse subsistere dicit. Veruntamen Alexander tradit etiam Platonem asseruisse mundum cœpisse è tempore subsistere, nisi quia & ante mundi ortum in his, quæ tū essent, motum vagum, & inordinatum asseruit. Inquit.n. Deus, cum id omne, quod sub aspectū caderet non quietum, sed temere atq; sine ordine agitatum assumeret, idē ex inordinata agitatione ad ordinem redegit. Sed ꝙ Plato mundum ortum esse haud à temporis principio, tāquā principium cœperit in tempore iam existente, perspicuū est: quādo quidem tradat simūl cū cœlo tempus emersisse. Quare ſ̄m Platonem ille motus vagus, atq; inordinatus nullam sedem certam obtinens, in quodam tempore non præfuit. sed vt indicaret errorem ortus effectricem, qui subsistentiam habet ex eo, quod est sub missionem, & ordinē, qui ab opifice proficiscitur, ipsum semper ornātem, ac diuidentem: vtrunque seorsum ratione patefacit, quod etiam in Libro de Ciuilibus fecit. qui opificem ratione ab ipso mundo secernit, & considerat ipsum ac collocat in pontum & mare dissimilitudinis subductū & latum. Cum ergo sit hæc diuisio, & partitio opinionum de mundo, perspicuum est, eos, qui asserunt mundos infinitos, perinde ac alii, & alii, semper fiant atq; intereāt, sempiternum motum dixisse. Quicunque autem vnum semper, vel non vnum & eundem semper asseruerunt, ita de motu senserunt, vt quicquid dixisse visi sunt, consentaneum suę opinioni de mundo dixisse videantur. Qui.n. vnum, & eundem mundum semper esse aiunt, motū quoque ęternum affirmant, similiter & qui alium, atque aliū vnum fieri dicunt, quando vnius ortus sequatur alterius ortum, & ij porrò affirmant sempiternum motum. Cum enim semper sit mundus, necesse est etiam vt sit semper motus. Quòd si qui vnum asserunt mundum quodā temporis initio conditū, sic tradunt, perinde ac tēpus quoddam esset, quando non erat mundus, & idem intereat in aliquo tempore, vt non amplius redeat: patet etiam motum habere principium, & finem. Sed multi, qui mundū vnum fuisse conditum existimant, eundem habuisse eorū censent, ratione volentes afferre ordinē opifici. Sed vnū mundum nasci, & interire tanquā non reuersurus sit, nullum scio Naturalem dixisse. Verum verba manca esse videntur eam ob breuitatem, quæ sic sunt. {Quicunque aut vnum, aut non semper} Nam deficit illud semper, cum dicit vnum: & cum dicit, non semper, deficit vnum, tanquam perfectum sit. {Quicunque autem aut vnū, & semper eundem aut vnum, sed non semper} Sed hoc dupliciter diuideretur, vel non semper sit idem, quamuis semper sit mundus, vel neque velut semper existat. sed huic quod defecit, quod adnectit supplet. Inquit.n. vt de mūdo enūciant, eadem ratione etiam de motu statuunt. Etenim si mundus oritur, & interit, necesse est, vt motus sit: quòd si non fuerit, neq; ortum habet, neq; interitum, necesse est, vt non sit motus.

Quinam ponerent mundos multitudine infinitos.

Plato & Aristoteles statuunt unū mundum ingenitum & incorruptibilem.

Mundum unum aliū & aliū fieri [illegible] Anaximenes, Heraclitus, Diogenes, & Stoici.

Sphærum mūdum appellauit Empedocles, quem dixit semper fieri & interire.

Mundum fuisse ex principio temporis factum asserebant Anaxagoras, Archelaus, & Metrodorus.

Plato non sensit mundū genitum esse ex tempore ex sententia Alexandri.

Locus in Politico Platonis explanatur.

Motū æternū esse uel non æternum asserunt.

Physici suæ sententiæ omnes consentientes.

Nullus ex Naturalibus affirmat mundum interire ita quod amplius non sit.

Tex. 2.

Si igitur contingit aliquando nihil moueri, dupliciter necesse est hoc accidere. Aut enim, vt Anaxagoras dicit. Inquit enim ille, simul omnibus existentibus, aut quiescentibus infinito tempore, intellectum fecisse motum & disgregasse. Aut, vt Empedocles, in parte moueri, & rursus quiescere: moueri quidem, cum amicit a ex multis facit vnum, aut lis multa ex vno: quiescere vero in intermedijs temporibus, sic dicens. Quatenus vnum quidem ex pluribus consueuit nasci. Et rursus vno generato plura perficiuntur. Eatenus quidem & fiunt, & non est ipsis firmum æuum. Quatenus vero permutantur omnino neque simul desinunt, eatenus semper sunt immobilem secūdum circulum. Hoc enim, quatenus permutantur hinc illud dicere ipsum opinandū est.

Cum

Cōm. 4.

Cum diceret, ꝙ naturalium alij statuerunt motū æternum, alij non æternū singuli secuti suas opiniones de mūdo, proponit destruere rationes, quæ tollunt ipsum esse sempiternum. Vnde inquit {Si igitur contingit aliquando nihil moueri, {& cum duos modos exposuisset, quibus pōt aliquando nihil moueri. & fautores ipsorum adiunxisset Anaxagoram, & Empedoclem, quia tollit hos modos introducit oportere omnino sempiternum esse motum. Sed duo sunt modi, propterea quod cum motus nūc appareat, si cōtingit aliquando nihil moueri, necesse est vel vt prius non existente motu, vt videbatur dicere Anaxagoras, cū semper posteriorum substantiam à primis proficisci putet, faciens apertiorem, per eam assertionem, quæ videtur asserere fieri sm tempus mūdum. Sed hic modus est petitionis, & si posterius posuerit aliquis motum non esse. quocirca neq; mentionem fecit de hoc. Sed videbatur dicere Anaxagoras, ꝙ cum simul omnes res essent, & quiescerent antea infinito tempore, quam mens effectrix vniuersi voluerit species separare, quas appellat simularitates, quod motum illa rebus ingessit. Nō.n. fieri poterat secretio corporea sine motu. Secundus autem modus, qui est propter Empedoclem facientem motum, & quieté seorsum, & vicissim vnum alteri succedere. Statuit.n. mundū intellectualem & sensibilem constitutum vtrunq; ex quatuor eisdem elementis, quorum alter exemplar esset, & alter imago eius. Et effectrices causæ mundi intellectualis, erant amicitia, quæ connectebat sphærum, quòd etiam Deum nominauit. Et neutro modo interdū appellat dicens sphærā orbem, & sensibilis, qn̄ præualebat disgregatione hunc mundum faciebat. Sed potest etiā in hoc mūdo videri connexio, & segregatio. Semper.n. ambæ sunt causæ, & alia in aliis partibus, & alia in aliis, atq; in aliis, & aliis temporibus dominatur, & præualet. Etenim & hic lis, & amicitia vicissim imperat, & præualet in hominibus, piscibus, auibus. Empedocles porrò hæc inquit,

Anaxagoræ sententia de Mundo.

Empedoclis sententia de Mundo.

Sphærus & sphærū mūdū Empedocles appellat.

Litē & amicitiam dominatum in hoc mūdo vicissim obtinere.

Hanc membrorum humanorum inclytam molem,
Interdum amore cuncta terrena in vnum miscentur,
Corpus sortitum vitam summo vigore florentem,
Contra interdum prauis odiis segregantur.
Singula tum errant diuisim ob vitæ solutionem,
Itidem fruticibus euenit, ac piscibus aqua latentibus,
Feris, quæ vitā in mōtibus degunt, & volantiū cymbis.

verum Aristoteles ponit versus Empedoclis, quibus putat illum assignasse motum, & immutabilitaté tradidisse, & ita cōsiderat motum sm ipsum ortū, vt vnius ex multis, & multorum ex vno, cum plane Empedocles dixerit, {Eatenus quidem fiunt, & ipsis non est firmum æuum.} quod vero ortu motus subsistat, diximus prius. Et immutabilitatem videtur Empedocles cognouisse sm ęternam identitaté vicissitudine mutationis vnius & multorū. Hoc.n. indicant hæc verba, {Quatenus vero permutantur omnino neq; simul desinunt, eatenus semper sunt immobiles sm circulum.} Sed Alexander nouit & hanc mentem, & sententiam. Et inquit, Aristoteli non credendum cum dicit, nunc de Empedocle, sed oportet ponderare quæ ille de mutatione dicat, quando cecinit:

Immutabilitaté in æterna identitate cōsiplatur Empedocles, quæ inuicem in se fit mutationis vnius & multorum.

Qua hic permutantur.

Idest in hæc ex his mutata non desinunt, & sm hanc reciprocationem, & mutationem mutuā permanent, & hac ratione sempiterna sunt, idest eorum mutatio est æterna. Etenim seorsum, neq; alterum eorum, quæ fiunt à lite & ab amicitia ex elementis sempiternum est, neq; firmū est illi æuum, tamen mutatio eorum inter se est æterna. Hoc illud significat, {semper sunt.} Hæc adduxit Alexander ad ipsius Empedoclis verba. Deinde in his seorsum erit dictum hoc. {Immobiles sm circulum} idest sunt immobilia sm vnumquemq; periodum, & sm vnamquamque perfectionem, quam circulum dicit. Nisi forte nequeat persuaderi hæc distantia immobilis sm circulum, immo videtur non posse percipi. Nam eget hoc, {semper sunt.} Sed magis dicendum est, quod sic intelligendus est Aristoteles, quod quatenus quidem semper est mutua mutatio. sempiterna fit mutatio eorum, & motus, sed quatenus hæc fiunt aliis mutatis, vt ex multis vnum, & vnū ex multis, post mutationem stant interdum ad vnum, interdum ad multa, & hac ratione quibusdam transactis curriculis redeunt ad formam vnius, aut multorum. & sic sunt immobilia sm illum periodum, quousq; iterum mutari cœperint. Videtur autem & Themistius habuisse hanc sententiam, quippe qui asserat Empedoclē intellexisse quietem esse in illis intermediis temporibus, quibus iterum redibant.

Tex. 3.

Considerandum igitur de his, quomodo se habeant, operæpretium enim est non solum ad eam, quæ de natura est cōsiderationem aspicere veritatem, sed & ad scientiam, quæ de principio primo est.

Cōm 5.

Quæstio de motus æterni natura ad quid conferat.

Quonam pacto quæstio de ęterno motu necessaria sit, ostendit: siquidem confert, & ad naturalem de motu cōtemplationem. Si.n. motus naturalis, siue sm cōtinuationem, siue sm iterationem mutationis est perpetuus, patet etiam naturalia esse perpetua. Quorū alia permanēt eadé numero, alia sunt, quia vnius interitus est alterius ortus. Confert item ad percipiendum primum principiū, cuius consideratio non amplius est naturalis, sed ad primā philosophiam attinet. Confert, inquam, ad illud, quia ostendetur motus esse sempiternus, qui fit à causa æterna, quæ omnino separata est à naturali substantia.

Tex. 4.

Incipiamus autem primum ex definitis à nobis prius in physicis. Dicimus itaque motum esse actum mobilis secundum quod est mobile. Necesse est ergo existere res, quæ possunt moueri, in vnoquoque motu. & sine etiam motus diffinitione, omnis vtique confitebitur necessarium esse moueri id, quod potest moueri, in vnoquoque motu. vt alterari quidem, alterabile: ferri autem, secundum locum mutabile. Quare prius oportet combustibile esse, quam comburatur, & combustiuum prius quam comburat.

Cōm. 6.

Motum esse perpetuū ostēdit ex eius diffinitione.

Cum cœpisset ostendere motum æternum esse, pluribus argumentis, primum id à definitione motus efficit, quem in naturalibus, inquit, se definisse appellans naturales quinque, Primos Libros de physica Auditione, quos quidem & de principijs sępe nominat. Nā in Tertio diffinitionem motus tradidit, cuius etiam mentioné nunc facit dicens, motum esse actū mobilis, quà mobile est, idest manente potentia mobile dum mouetur. Nam vbi primū perfecte abiecerit id, quod est potētia, & euaserit actu sm illud sm quod dicebatur potentia, nō amplius mouetur, sed stat in eo quod est actu. Mouetur quidem semper, sm quod habet aliquid potentiæ, quod tendit ad actum. Ex hac porrò intelligentia motus ostendit motum æternum esse, non tamen proprie dictum motum, sed mutationé, sub qua ortus, & interitus continentur. Nam talis est hæc diffinitio. Verum ostendit motum sempiternum aliquem indiuiduum, vt hunc, albationem. Hoc.n. per se falsum est, quia motus talis initium habet, ac finem, sed simpliciter motum. quare omni motu accepto qualemcunq; aliū ostendit prioré esse, atq; præcedere, atq; post ipsum aliū esse: quare non pōt accipi primus motus, vt cœperit, ante quā non esset alius motus, quia nihil mouebatur. Et patet, quod

vide lect. 8. [illegible]

tet, quod sic sempiternus motus, neq; vnus, neque continuus est, sed deinceps. Cum ergo accipiat ex definitione motus, quod necesse est, vt id quod subiectum est motũ, mobile sit prius s'm naturam, & talem, vt possit moueri, quia omnis actus producendus à potẽtia procedit, & nihil fit, q fieri non potest, neq; quicquam naturaliter moueri potest, nisi habeat potentiam mouendi. Nam primũ in his, quæ fiunt tempore, est id, quod potentia, quam id quod actu, quia ex imperfecto ad perfectum facta, tũ cessant. Hoc igitur ex definitione paucis verbis repetẽs, quibus dicit, necessarium esse, vt præsint res, quæ possint moueri in vnoquoque motu, pulchre notauit, q etiam quilibet sine definitione motus fateretur necessarium esse, vt illud moueatur, quod vnoquoq; motu pòt moueri: quod quidem etiam in omni specie motus ostẽdit, cũ dicat alterabile alterari, & quod potest ferri secũdum locũ ferre: & priusquam comburatur, esse combustibile. Sed quoniam in ipsis naturalibus, & generabilibus, non sola quæ patiũtur, mota patiuntur, sed etiam mouẽtia mota faciunt, etiã in his opus est, vt præcedat motiuũ id, quod mouet, & ob id adiecit, & {combustiuum} ante comburere. Patet aũt, quòd hæc non sunt vera in omni actione. Non.n.in perfectis, & his, quæ supra ea, quæ fiunt, collocantur, sed in ipsis imperfectis, in quibus est actus simul cum potentia, & mixtum ex his motus est. quare vera erit ratio de motu, qui mutare potest: quòd oportet prius esse id, quod aptũ est moueri motu, siue passiue, siue actiue moueatur.

Aeternitas motus ostenditur ex eo quod aptũ est potestate ut moueatur.

In actibus perfectis una est illud, quod est potentia semper subiectum preceditur, quod est potentia.

Tex. 5. *Ergo & hæc necessarium est aut facta aliquando esse, cũ non essent, aut perpetua esse.* Tex. 6 *Si igitur uerum, quæ mobilia sunt ac motiuorum necessarium est ante prius sumptũ aliã fuisse factam mutationem, & motum, secundum quem factum est id, quod potuit moueri, aut mouere. Si autem quæ sunt, anteerant semper, motu non existente:* Tex. 7. *irrationabile quidem videtur, etiam ijs, qui à seipsis sciunt. At vero magis vltra progressis, hoc necessarium est accidere. Si enim alijs quidem mobilibus existentibus, alijs autẽ motiuis, aliquando quidem erit quid primum mouẽs, aliquid autẽ, quod mouetur, aliquando autẽ nihil, sed quiescit: oportet hoc mutari prius. erat enim aliquid causa quietis. quies enim priuatio motus est. Quare ante primam mutationem erit mutatio prior.*

Cõm. 7. Cum acceperit oportere prius esse quàm sit motus mobile & motiuum, & id acceperit à definitione motus, & ab euidentia, deinceps ex diuisione interrogat, quòd necesse est hæc fieri, quando prius non erant, vel expertia ortus esse: at si mobile & motiuum facta sunt, & omnis ortus fit per motũ, necesse est antequam moueat, vel moueatur, vt motus sit, per quem hæc fiant. Sin vero, nihil fieri pòt. Quare ante moueri & mouere erit motus necessario, quare nõ erit sumendum initium motus. Quòd si non fiebant mobile, & motiuum, sed cum essent præcedebant semper adhuc motu nõ existente, absurdum inquit, videtur ei etiã, qui ex se scit, videlicet ambobus existentibus æternis his, mobile, & motiuo, quæ postulauimus, infinito tempore, & nullum ageret quicquam secũdum suas potentias, quas habent, sed actionem hanc incipere sine causa. Non.n.possumus causam assignare, cur nunc, & non prius. Item magis, inquit, absurdum videbitur procedentibus s'm rationem. Si.n.existentibus mobilibus & motiuis, & quiescentibus, quæ erant ante omne tempus, tanquam non sit tum motus, & nunc cœperit aliud mouere, & aliud moueri, necessarium est profecto, antequã hæc mouentur, vt aliqua mutatio causæ fiat prius, per quã infinito tempore ante quiescebant, & nunc aliud cœpit mouere, & aliud moueri. quod si mutatio præcesserit, patet q etiam motus præfuit. Nam omnis mutatio est motus, vel cũ motu. Eorum.n.quæ manent circa eadem, non prius quiescit, nunc autem mouetur aliquid sumens initium in tempore, sed omnino aliqua causa fuit, quæ prius nõ erat, huius videlicet, q infinito tẽpore ante, mutuo inter se non egerint hæc, mobile, & motiuum, & nunc agant. Vel.n.prius vnum ab altero distabat, & nunc vicinum factum est, vel erat aliquod intermedium prohibens, quod nunc sublatum est, aut neq; erant prius apta, sed postea euaserunt idonea. Quòd autem, si horum aliquid fieret, oporteat esse primam mutationem, & motũ, vt possit s'm actionem horum alterum mouere, & alterũ moueri, patet, quare erit rursus motus ante primum motum. Sed cum dixerit, {Erat.n.aliquid causa quietis,} causam huius adiecit inferens. {Quies.n.priuatio motus est,} quod quidem erat ostensum superioribus libris: sed omnis priuatio ex aliqua causa procedit, vt etiam habitus, & maxime priuatio quæ est s'm quietem. Nõ.n.talis priuatio est quies, quales sunt priuationes præter naturam. Natura.n.vt principium motus, ita quietis dicitur. Si ergo omnia, quæ fiunt natura à quibusdam causis fiunt, patet etiam quietis aliquam esse causam oportere. Priuatio aũt est quies, vt ea, quæ est quædam aptitudo s'm potentiam, propterea quod etiam ipsa est aliquomodo initium eorũ, quæ generantur, & prior s'm tempus est quàm habitus & perfectio.

Alia enim mouent vno modo, alia autem secũdum cõtrarios motus. vt ignis quidem calefacit, frigefacit autẽ nõ. Tex. 8. *scientia autem videtur contrariorum esse vna. Videtur igitur & illic esse aliquid eiusmodi. Frigidum enim calefacit versum quodammodo & abscedens, sicut & peccat voluntarius sciens, quando econtrario vtitur scientia. At vero quæcunque possunt facere, aut pati, aut mouere, aut moueri ea moueri non penitus possunt, sed si sic se habeant, & appropinquent sibi inuicem. Quare, cùm propinqua fuerint, & ita fuerit, vt sit hoc quidem motiuum, illud autem mobile, aliud quidem mouet, aliud autem mouetur. Si igitur nõ semper mouebatur, manifestum est, quòd non sic se habebãt,* Tex. 9. *vt posset hoc quidem mouere, illud autem moueri, sed oportebat mutari alterum ipsorum. necesse enim est in ijs, quæ sunt ad aliquid, hoc accidere. vt si non erat duplum, nunc duplum est, mutari: si vero non vtrunque, alterũ. Erit ergo quædam mutatio prior prime.*

Cum ostenderit, siue mouens, & quod mouetur statuantur ea, quæ possunt fieri, siue sempiterna, modo mouere, & moueri cœperint in tempore, quod necesse est, vt ante positum initiũ motus, sumatur, alius motus: vt quacunque visa prima mutatione alia sit prior omnino: & sic ostendatur motus æternus, quia non est primum sumere. Hæc igitur, cum ostendisset ex eo maxime, quod mouetur, deinceps, & ab ipso mouente idem ostendit. Nã motiuum alicuius potentia, si actu debeat mouere, necesse est, vt primum mouetur, si mobile eodem modo se habere statuatur. Et erat hoc per se manifestum. Cum enim mobile eodem modo se habeat, si motiuum etiam eodẽ modo se haberet, cur interdum potentia solum esset, interdum actu motiuum? Sed ipse idem s'm alium methodum ostendit: prius.n.cum actu ac virtute sumpsisset, q ea, quæ mouent contrarijs motibus, natura cum ea, quæ mouentur, maneant necesse est vt ea, quæ mutant, contrarijs motibus moueant, Vnde ex diuisione tali reliquũ sumit. Quòd mouentium alia vno simplici motu mouẽt, vt ignis calefacit, nix vero frigefacit: Alia vero contrariis, vt scientia

Cõm. 8.

Aeternitas motus ostenditur ex ipso mouente.

Mouẽtium alia mouent motu simplici, alia

quæ vero contrarijs. Quæ simplici motu mouentur ingenerãt non nunquam cõtrarias affectiones.

vt scientia anima ad verum & falsum mutatur, quando honestus, & probus vir non inuitus peccat in aliquo decipiendo. Et notat, q etiam quæ videntur vno solo mouere modo, etiam contrarias ingerere affectiones. vt frigus per accidens calefacit, ex eo q abscesserit. Sic etiam mouens s'm locum quiescit, dum abscedit, idest quia idẽ aliter affici potest, quare mouentia non semper possunt mouere, neque semper quiescere. sed si vicina facta fuerint, forte mouere poterũt, si vero destiterint quiescere. Quare, cum ita se habeat, vt vnum non moueat, & aliud non moueatur, deinde aliud postea moueat, & aliud moueatur: patet q mutatio quædam extitit vel circa ambo vel circa alterum. Omnia.n.quæ sunt ad aliquid, sic ex potẽtia fiunt actu, vt vel alterum mutetur, vel ambo. Sed ad aliquid ambo sunt mouẽs, & id quod mouet. Merito igitur rursus concludens rationem subiunxit, {Erit ergo quædam mutatio prior prima,} & de hac rursus percunctandum est, si moueatur hac mouens, vt possit mouere actu. Cur.n.illo motu nunc mouetur, & non prius? Erit ergo rursus mouente prius motiuũ motum, vt hoc moueat, cum non prius moueret. Hæc igitur sunt in prima demonstratione Aristotelis, quæ, vt diximus, sunt intelligenda.

Contra Ioannem Grammaticum,

Disputatio de Aeternitate Motus.



Aeterum, quoniam Grammaticus ille, qui multas paleas congessit, nõ contra suos eiusdem sententiæ, sed contra stolidos homines, velut adhortantes Alphæum, cum Hercule pro viribus eorum animos purgabimus, qui sese illi committunt. Proinde verba Aristotelis addẽs, ac Alexãdri totam expositionem, & Themistij Paraphrasin annectens, vt sua latius emanet oratio, & ampla fiant edita sua atq; conscripta, vt perterreat idiotas, & plebeios, reliquum adducit instantias suas, contra rationem, & hanc primam. Quoniam, inquit Arist. motum definiens esse actum mobilis quà mobile est, communiter omnẽ motũ per definitionem amplexus est: quinetiam statuit ex hoc alios motus esse æternos, & alios habere initium, & finẽ: vnde consequens definitionem motus accepit, quòd si nõ fuerit motus sempiternus, sed cœperit esse, ex necessitate prius esse oportere ea, quæ debent moueri, quæ solam habeant potentiam motus sine actu. Hoc enim quod non sit verũ, nititur sic probare. Omnis.n.definitio, inquit, æque de suo definito prædicatur. Et hic in longum producit exemplis orationem. Quare inquit, & definitio motus eodem modo competet, & motui sine principio, si quis motus erit talis, & illi qui habet principium. Si ergo sequitur definitionem motus non sempiterni hoc, vt prius esse, id quod mouetur, quam motus, sequetur idem etiã in motu sempiterno. Si ergo hæc vera sunt, necesse est aut non verã esse definitionem de sempiterno motu, & si vt communis sit tradita: quod quidem absurdum est, aut si etiam de eodem verũ esset hoc, quod oporteat prius esse id, quod mouetur, quàm sit motus, ita vt natura cœlorum sit prior circulatione, idest suo motu, idq́ue tempore: & nihil, quod habet aliquid seipso prius tempore, est æternum: igitur neq; s'm ipsum motus æternus, erit æternus, & ei in contrarium ratio conuersa est. Aut si vult, inquit, motum sempiternum esse, non est verum, quod sequatur definitionem motus, videlicet mobile prius esse, quã motum tempore. Nam mobile æternum non prius est tempore, quam suus motus. Deinde nititur ostendere, quòd, quando Aristoteles assignauit definitionem motus, nõ ita intellexit, id, quod est potentia, sic vt posset separari ab actu, idest à motu, sed eo vsque motum esse quousq; esset id, quod est potentia, & econtra tamdiu esse id, quod est potentia, quamdiu est motus. Vbi.n.motus cessarit, quãdo quod mouetur attigerit finem, tũ etiam id, quod est potẽtia, cessat. Et apponit verba Aristotelis dicentis, {Sed qñ erit domus, non amplius erit ædificabile, equidem ædificabile ædificatur} & adducit testes interpretes eorum dictorum, quod accepit Aristoteles potentiam velut simul existentem cum motu, & nõ velut separatam ab actione; vt nunc vti volunt inquit, qui paralogismum, & cauillum texunt. Est ergo prima hæc hominis instantia, qui studet probare, q haud recte dictũ sit prius esse illa quæ possunt moueri, quam motus. Sed ad hæc dicendum est primo, motus definitionem esse omnis motus, similiter videlicet æterni, & habentis initium, & finem. Omnis.n.motus est quidam actus eorum, quæ habẽt, cum ipsa actione adhuc ipsum quod est potentia ad agendum, quocirca & motus fertur esse actus imperfectus: quia semper est cum potentia. Secundo vero quod prius est quod potest moueri, quam sit ipse motus, de omnibus, quæ mouentur est verũ. Sed in his, quæ habent initiũm motus, & finem, sic prius est id, quod potest moueri, quàm sit motus, vt etiam nondũ existente motu sint illa. At in his, quæ mouentur æterno motu, semper est motus, sed videlicet alius atq; alius. at semper in vnoquoque motu prius est potentia ad motum. Sol.n.quando Arietem pertransit, habet potentiam pertranseundi Taurum, post Arietẽ. Et patet, quòd dum transit Arietem, est potentia in eo motus ad Taurum. Cũ ergo hæc ita se habeant, vide qũo, aut iste se alijs insensatis viris exhibet, vel haud sentiat qũo seipsum decipit. Inquit enim, Si cœlum tempore præcederet priusquam esset tẽpore quam circularis motus, non esset æternus circularis motus. Sed vitiosam efficit rationem, quia sempiternum circularem motum velut simul existentem in infinitũ accipiẽs, & sic statuens cœlum prius esse, quàm suus motus, conclusisse putat motum non esse æternum, siquidem habeat aliquid, quod sit prius seipso. Oportebat autem non velut simul existentem motum statuere, sed esse dum fit semper in infinitum. Hæc.n.est motus natura, vt non simul subsistat, sed sit dum fit. Quare, si semper existente motu alio, atque alio omnino necesse est, vt sint prius, ea quę possint moueri, frustra ergo iste sese iactat, perinde ac rationem in contrarium conuertit. Præterea temere asserit Aristotelẽ cauillari syllogismo, & interpretes Aristotelis, qui ex definitione motus cõuincunt prius esse id, quod potest moueri, quam sit motus. Et si.n.dixit Aristo. cum motu esse id, quod est potentia, & cessante motu vbi peruenerit quod mouetur ad finem, & facta domo, cessat etiã ædificabile, idest id, quod est potentia: sed non dixit illud, quòd nondum existentem motu, neq; id, quod est potẽtia, est. quod quidem repugnat rationi dicenti, prius esse quod potest moueri, quam sit motus. At is, cum nihil intelligat eorum, quæ dicuntur, studet Aristotelem ostendere, atq; suos interpretes affirmasse simul motum, & id, quod est potentia; esse, atq; vna cessare: ignorans q etiam si simul essent, & simul cessarent, nihil prohibet etiã præcedere. Hoc.n.euidentissime fit in his motibus, qui habẽt initiũ & finem. Quod.n.potest moueri s'm vnumquodq; motũ, quiescens aliquando, paulopòst mouetur. Sed qũo, hos contextus Aristo. cupiens conscribere, & adducere, in quibus asserit, simul esse, atque cessare quod est potentia &

Ex motus definitione haud probari motus æternitatem, asserit Ioan. Grammaticus. Omnis definitio de suo definito prædicatur.

Quod est potentia minime posse separari ab actu motus Arist.

In motu prius est id, quod pot. moueri.

Quod potentia est ad motum, est ante motum.

Circularis motus æternus est, quia fit in infinitum.

Tametsi motus & mobile simul sint mobile et per potentia motum præcedit.

tia & motum, non animaduertit, illos, in quibus dicit, non tamen idem neq; simul esse id, quod est potentia, & id, quod est actu, quod in tertio dicat, {Quia quædam sunt partim potentia, partim vero actu, tamen non simul, neq; tamen idem, sed velut calidum actum, & frigidum id quod est potentia.} Et rursus idem dicit, Contingit.n. vnumquodq; interdum agere, interdum non, videlicet eorum quæ sunt
» potentia. Sed, cum adiecisset etiam Themistij Paraphra-
» sin, quæ sic se habet, Contingit.n. vnumquodq; interdum
» agere tamen quod potest, & interdum nondum, vt ædificatile est potentia, & aliquando agere, aut agi, vt ædificatile quando ædificaretur, & aliquando non, vt si ponerentur lapides simpliciter nondum moti ab artifice. E quibus ignorare videtur, quo hi sermones asserunt prius esse id, quod potest moueri, quam motus. Huiusmodi est ergo huius hominis certamen, & obiectio, quæ apud rectum iudicem, opinor, nullo modo consentanea esse videtur. Vt autem silentio pertransea multa, quę ille audacter interserit, forte nihil prohibet repetere vnū, vt intelligamus habitum, & doctrinam eius. Inquit, omnis definitio æque prædicatur de diffinitio substantiæ non aliter intelligitur de sempiternis substantijs, quam de his, quæ oriuntur, & intereunt. At quis tā est tardo & debili ingenio, vt ignoret substantiam obnoxiam ortui, nō procedere ab æterna tamen processum ab ipso vno, & si aliqua est definitio substantię communis, & hæc vt velut ab vnoprocedit, sed æque velut differentibus substantijs competet. Sed, vt videtur, intelligēs in ipsis introductionibus ęqualiter genera de speciebus prædicari, censuit & hoc definitionibus competere. Secundum autem argumētum adducit ex dictis Aristotele. Et in motibus inquit, qui pro concesso habent principium & finem, si ostensa fuerint quędam esse mota, quę vbi primum orta fuerint, motus naturalis eorum ipsa cōsequitur: patet opinor cuicunque, quod competet etiam ipsorum motui definitio. Cum.n.sint mobilia, & possint moueri, sic mouentur manente adhuc potentia & prius non sunt ea, quæ possunt moueri quàm motus. Sic ergo certamen atq; obiectionem proponens, nititur ostendere, quod quædam subdita ortui simul ac facta sunt, & suo naturali motu mouentur statim. Et inquit, quod ignis si deorsum consistere, simul dum ignis fit, aggreditur sursum petere. Eodem etiam modo aqua constans in nubibus, vt primū emergit nisi quid prohibeat, deorsum fertur. Deinde velut quandam instantiam soluens, dicentē, quod prius est lignum potentia existens ignis, quā sit motus ignis sursum, quando ex ligno ignis fit sed inquit, lignum non erat habens potentiam lationis sursum. Ortus enim, qui est ignis ex ligno est mutatio & non motus. Sed dicta definitio non est ortus, sed motus. Nam, inquit, est actus mobilis qua mobile. igitur erit & latio sursum motus, & non ortus. at mutatio ligni in ignem est ortus, & nō motus, & si non fide motu fit ortus, igitur non erat latio sursum ignis actus ligni in potentia. Quæ.n. mouētur tamen vnāquanque speciem motus manent in sua substantia, & non corrupta mouentur. Sed lignum non manens lignum sursum fertur, sed quod interit, & in ignem mutatum est, non mouetur. quō.n. quod interit, & deficit mouetur? His autem nō contentus, & alia adducit argumenta, & nititur ostendere, quod lignum non habet potentiā petendi sursum, sed ignis. Ex quo, cum putet ostendere, quod non est verum, quod prius sit id, quod potest moueri, quam sit motus, ex quo ostensa fuit æternitas motus. Nam lignum, inquit, prius est quam motus ignis sursum, quoniam & igne prius est, qui fit ex eo. Sed ignis simul ignis est, & sursum mouetur. Obid ergo instat ostendēdo, quòd non prius est id, quod potest moueri, quam sit motus, vt lignum, sed idem quod mouetur, vt ignis, simul est cum motu, quod etiam potest moueri. Si.n. aliquis, inquit, actum ligni dicat lationem sursum, primum accidit, vt idem sit actus contrariorum, & motus. Lignum.n. est graue, & ignis leue. Si ergo motus sursum, & ignis est actus ipsius ligni, quod mutatum est, contrariorum idem erit actus, & motus, & nō tamen aliquid aliud, sed quatenus cōtrarijs participat. Cōtraria aūt sunt grauitas, & leuitas, immo non solum hoc accideret, sed etiam eiusdem contrariorum vterque motuum actus erit, & entelechia, siquidem ligni & latio deorsum sit entelechia, & ea, quæ sursum qua ignis fertur factus ex ligno. Si ergo non est aptum, vt inquit, lignum, qua lignū, moueri latione naturaliter sursum, neq; potentiam habebit lationis deorsum, neq; est ipsius actio, & perfectio motus ignis sursum. Deinde etiam adducit tertium argumētum contra idem, tale. Si omnia elementa, & composita ex eis corpora possunt mutari in se inuicem, aut sine medio, aut etiam per alia media. Aqua.n. per medium aerem mutatur in ignem, accidet, vt omnis motus cuicunq; cōpetat tamen naturam, & vnicuiq; grauium, & leuium. Quartum adducit: quod si accretio est entelechia augmentabilis, quà tale est, vt carnis: possunt autem panis, & vinū in ipso animali mutata fieri caro: erit ergo incrementum actus, & entelechia panis, & vini: quod fieri nō potest. Nā augentur ea, quæ nutriuntur animata, sed cibus, & alimētum non augetur: non ergo accretio, aut incrementū carnis est actus nutrimenti, quo mutato fit caro. Quare neq; ligni sursum motus est actus ligni, nec motus, sed id, quod aptum est proxime moueri hoc motu, inquit, manens in sua natura, & non corruptum hoc dicimus esse potentia mobile illo motu. Ceu dicimus hominem incedere, & nō elementa, & motum proxime potentiæ actum dicimus. Si ergo, inquit, ignis est potentia mobile, & non lignū dū simul ignis fit nisi quis vetet, sursum fertur, eodem etiam modo aqua in nebulis. Sed in sempiternis motibus, haud verū est, quod potentia mobile prius sit quam motus tamen tempus. In his porrò considerandum est primo, quantū spectat ad intentionem eorum, quæ dicuntur, quod is, cū solum operam nauaret ad contradicendum, verum indagandi curā paruifecit. Si ergo hoc Aristo. proponit ostēdere, quòd non est primus motus, sed ante omnem motū acceptus est aliquis alius: ex quo sequit, vt sit motus æternus, cum semper alius ante alium accipiatur in infinitum: ostēdit idem prius assumens, quod prius est id, quod pōt moueri, quam sit motus. Si ergo verum est non esse primum motum, & falsum sit, quod prius sit, quod potest moueri, quam sit motus, dogma ipsum, quo dicitur motus æternus, nō confutat. Sed hic modus demonstrandi si reprobādus est is propositus, videt qui tollit præesse quoddam antequam sit motus, quod possit moueri. Vnde motus aeris, aquæ accepit, quibus priores fatetur esse ortus eorum ab alijs quæ semper ante motum est motus. Et cur ergo hæc dico, quoniam plane, hic ex contentione contradicentis sit irrisus, atq; repudiatus? Nam inquit, nunc non quærimus, an ea, quæ fiunt, ex his, quæ sunt, aut non sunt, oriantur, & fiant: neq; an sit aliquis primus motus, nec ne, sed quod non sit verum pronunciatūm vtique ex definitione motus acceptum. At vero, si non est primus motus, & si haud verum sit pronunciatū, nihil dogma de æternitate motus læditur. Hæc igitur, intentionem hominis volens excitari, dixit, quod vero neq; effectum eius dicta infirment, & dimoueant, neque ille videatur intelligere dicta, sic

Definitio non æqualiter conuenit diuersis substantijs.

Io. Grammaticus ostendit motum minime æternū esse ex eo quod statim genita mouentur.

Lignum non est potētia sursum mobile.

Contrariorū non est idē motus & actus.

Non est cuilibet secūdum naturam quicunque motus.

Quid nam mobile & motus secūdum sententiam Grāmatici.

Quod moueri possit bifariã dicitur.

dicta, sic disces. Quod potest moueri duplex est, quod quidem hic ignorans seipsum, & ignaros suæ doctrinæ cõfundit. Dicimus.n. posse moueri, quod habet perfectam potentiam productiuã actus, cui simul adest actus. Sic.n. ignis sursum moueri potest, & aqua deorsum, & cum simul sit hac ratione cum potentia actus, & ab ipsa producetur. dicimus.n. id posse moueri, quod & potentia mobile est, quod nondum habet perfectam potentiam productiuam actus, sed aptum est obtinere. sic potentia dicimus moueri id, quod est aptum moueri, sed nondum in promptu habet perfectam potentiam productiuã actus. Cũ ergo Aristoteles sic dixerit prius esse id, quod sic põt moueri, quam sit motus, velut id, quod est aptum moueri, sed nondum mouetur, aut non illam partem motus, quæ mouetur: Etenim Solem dicimus moueri in Tauro potentia, qñ pertransit Arietem & cũ in his fateatur prius esse id, quod possit moueri, quam motus, iste putat reprehendere rationem Aristotelis de igne, & aqua: ostendens simul esse motum cum eo, quod potentia mouetur ſm perfectam potẽtiam productiuã actus. Hanc igitur ignorans differentiam, frustra deinde omnia recensuit, ostendere contendens, ꝙ potentiam motus rursum ignis habet, qui iam mouetur sursum, sed hoc lignum est aptum fieri ignis non intelligens quod aliam perfectionem habet ignis, & aliam lignum imperfectã, & ſm id, quod est potentia dictam, ſm quã aptus est ignis sursum ferri. Omnino.n. si ignis est potẽtia lignum, & igni connatus est motus sursum ſm actum, quo non etiam ligno, vt igni esse; sic etiam moueri sursum potentia non cõpetet. At, inquit, mutatio ligni in ignem non est motus, sed ortus. Et dicta definitio est motus, & non ortus. Nam, inquit, entelechia est mobilis quà mobile. quare diceret Aristotelem asserere, ꝙ lignum præcedit ortum, & nõ motum. Nonne ergo is vir potest aduersus Aristotelem instare, qui nõ cognoscit ea, quæ ab illo traduntur? Statim porrò definitionem dicẽtem actum mobilis esse motum, qua mobile, asseruit esse motus, & nõ ortus, ignorans diffinitionem hanc Aris. assignauisse nondum secernẽtem ortum à motu proprie.

Definitio motus ab Aristotele assignata complectitur quoq; generationem.

Hoc autem in quinto Libro fecit. Item magis ignorauit, quòd palam ortus, atq; interitus definitionem motus assignãs esse tradidit, & pauloantè dixit, & in his dictis apertius. {Diuiso ſm vnumquodque genus eo, quod est actu, & eo quod est potentia eius: quod est potentia, quatenus
„ tale, dico motum esse. vt alterabilis, qua alterabile, altera-
„ tio: & augmentabilis, & oppositi diminuibilis. Nullum
„ enim est commune nomen in augmento, & decremento,
„ nisi ea ipsa, quæ diximus, sed generabilis ortum, & corru-
„ ptibilis interitum, & eius, quod ferri potest lationem di-
„ cimus motum.} Quomodo igitur is mutationem ligni in ignem asserit esse ortum & negat motum esse, ita vt ante ortum sit generabile, non tum ante motum mobile. Sed quòd & ortus sit motus, ſm commune motus, & subijciatur definitioni communis motus perspicuum est. Et ꝙ ligni mutati in ignem motus sit ortus, & mutatio in ignem, & hanc proxime præcedat lignum, ad quam potẽtia erat, sed non lationem sursum ignis, iam patet. Equidẽ neque hæc est ligni entelechia, & motus, sed mutatio in ignem. Sed hic vir, cum Aristo. dicat id, quod põt moueri præcedere motũ, non hunc ad quem dicebatur posse, sed illius motum, in quod mutatum est, vt lignum, quod potest in ignem mutari, non quia prius sit quàm mutatio in ignem, sed quam sit motus ignis sursum sic nititur dirigere sermonem pluribus argumẽtis. Et patet, quòd eius,

Circa Ianuã ut fertur de...

qui decipitur circa ianuã, omnia sunt superuacanea. Verũ vt in his detegam habitum, & doctrinam hominis, horũ etiam quandam rationem faciam.

opi prouerbiũ.

Si.n. ligni aliquis dicat actum lationem sursum, & contrariorum idẽ erit actus, & eiusdem vterq; contrariorum motuum entelechia erit, & actus. Et apposui iã eius verba pauloantè, quæ significant hæc. Quid porrò absurdi est ò amice, si lignum habet potentia motum sursum, tanquã aptum, vt fieri queat ignis, sed ignis illum habet actu, & contra latio deorsum est ligni ſm actum, sed potẽtia sursum, quia est ignis potentia. Possunt etiam hæc diuidi, quia idem est actus cõtrariorum, aut per se, aut per accidens. Vel non est verum dicere, & aquam actu per se frigefacere, & potẽtia per accidens calefacere, quia interdum est apta nata aqua mutari in ignem. Et oportebat audire Aristo. dicentem in illis verbis de motu. Quõ autem sunt quædam eadem & potentia & actu, sed non simul, neq; ſm idem, sed velut calidum est actus, & frigidum potentia, & actu quidem sursum, & potentia deorsum ferens. Patet autem, quod lignũ, dum fuerit lignum, nõ habet potentiam, quę afferre possit sursum, tamen potentia ignis est, & ſm aptitudinẽ, & sursum fertur lignum. Eodem modo tertium ex eadẽ ignorantia deductum facile solui potest. Omnis.n. motus sursum, & deorsum omni elemento conuenit, & leui & graui, & ſm naturam si vis. Verum sic ſm naturam, vt interdum sit potẽtia, interdum vero actu. Etenim aquæ latio sursum conuenit, qñ potest fieri ignis. Et ad quartum dicendum est idem, quòd panis cum sit potentia caro, diceretur augeri potentia. Nam & si proxima aptitudo pani est vt mutetur in carnem: sed mutatus in carnem, aptũ est mutari actu. Sed quia iste sancit quoddam ius, quod id quod est aptum proxime moueri hoc motu manens in sua natura, & nõ interit hoc dicimus potentia esse mobile illo motu, vt hominẽ, & non elementa: interrogandus est primum, quõ dixit Arist. calidũ actu, sed potentia frigidum. nam id dicat tanquam aptum sit id, quod est potẽtia frigidum mutari in frigidum. Deinde, si neq; aliquãdo ipse panem dixit potentia carnem, aut semen genitale potentia animal, quãquam semen genitale non maneat in sua natura, tamen fit homo. Sed per simile his passus est.

Potentia mobile non est sicut intellexit Ioannes Grãmaticus.

Cum.n. ignoraret differẽtiam perfectæ potentiæ ultra id, quod est potentia imperfectum, & affectiones intermedias perfectæ potentiæ, id, quod est potentia ipsi imperfecto adaptat. Sine mutatione.n. agens agit ſm potentiam perfectam, quæ est productiua actus, sed imperfectũ potentia fit actu eius, quod potest mutari, postquam quod generari potest fuerit factum, & quod potest augeri erit auctum, & quod potest alterari erit alteratum. Est autem & quædam media affectio, in qua, quod est potentia cõcurrit aliquo modo cum potentia perfecta, quod quidẽ videtur in his, quæ mouentur ſm locum, quia perfectissima ea sunt aliorum, quæ mouentur ſm locum.

Quod potentia est cũ perfecta concurrit potestatem in iis, quæ secundum locũ mouentur.

Porrò ignis, cum dicatur mobile sursum simul existente potẽtia perfecta, cum potentia imperfecta, & natura appropinquante, quia sine mutatione eius, quod mouetur translatio ſm locum fit, tamen quod fit mutatum est, & tum id, quod est potentia, habet imperfectius, & potentiã ipsam, ſm quam mutatur imperfectionem mouente ſm locũ. Cum igitur tales sint differentiæ & in eo, quod est potentia, & in potentia, ipse in his, quæ mouentur ſm locum censet, hæc potentia mouentia in sua natura, & non corrupta potentia esse mobilia. Oportebat autem etiam in ipso ortu, id, quod est potentia, considerare ſm mutationem substantiæ, quando quod mutatur ad actum peruenit, vt in augmento ſm quantitatem, & in alteratione secundum

Id, quod eſt in potentia eſt prius eo, quod eſt actu, quanquam ambo ſimul ſint.

cundum qualitatem, & melius erit videre motum ignis mutati in ignem ſecundum ortum, & quomodo prius eſt lignum quod poteſt moueri tali motu, quam ſit idem motus, & in igne videre itidem motum ad locum, & quomodo ipſe ignis prius eſt, quam delatio ſurſum actu. Nã oportet vbi factus fuerit ignis eũ ſurſum petere, & ſi illico ſimul moueatur poſtquam cœperit fieri. Quòd ſi quis etiã lignum prius eſſe, vt mutatione in ignem, ita & latione ſurſum aſſereret, nimirum non peccabit, quare etiam in alijs tribus motibus, videlicet accretione, ortu, alteratione, opinoris fateretur id, quod poteſt moueri prius eſſe, vt ſemen genitale, & quod adauget ſecundum quantitatem, & quod mutat ſecundum qualitatem. Et in mutatione ſecundum locum, in qua is præſertim exiſtimat rationem confutare, ſi quidem is fateatur ineſſe, in ipſo quod ſic mouetur, id, quod eſt potentia, & vbique ipſius eſt id, quod eſt potentia, quam quod eſt actu, & ſi potentia ſimul exiſtat cum actu: quare etiã patet idipſum quod poteſt prius eſſe, quam id quod eſt actu. Etenim & ignis quanquam ſimul ac fuerit ignis ſurſum proficiſcatur, tamen, dum aſcẽdit, prius eſt potentia. verbi gratia, dum tranſit per aerem, quam ſit actu ſurſum, & quod eſt potentia in ipſo ſub accenſo prius eſt, quam id, quod eſt actu. Et eſt ratio Ariſt. omnino irreprehenſibilis, quæ aſſerit omnino prius oportere res eſſe quam poſſint moueri actu ſecundum vnumquenque motum. Quare temere is in calce rationis ſe iactat, cum inquiat, ſi falſum eſſe oſtenſum eſt, quod prius ſint res quam motus, igitur et illud quod erat probatum ex hoc, vt Grammaticus dixit, videlicet motum eſſe ſine prĩcipio. Sed arbitror ęquius multo dici, quod ſi hoc omnino oſtenſum eſt verum eſſe, etiã illud, quod ex hoc oſtẽditur, erit verum neque euerſum, et perturbatum ab ipſo duce perturbantium. Hic autem principia Ariſt. demonſtrationis perpugnas, vult nobis propriam methodũ dare, dicens, hoc modo tantum motum eſſe oſtẽdi poteſt ſine principio eſſe, ſi eſſet verum illud, quod in ore eſt omnium naturalium prope, vt ipſi dicũt effatum, nihil eſt nihilo penitus fieri, ſed omne ꝙ fit, ex aliquo præexiſtente fieri. Et damnat Ariſt. quod non acceperit hoc pronunciatum ad conſtruendum ſyllogiſmum, quo probat motum eſſe abſque initio. Sed is vir ignorat quantum diſtet ab ipſa ſedulitate, & diligentia Ariſt. Item neſcius eſt, atq; eum latet, quid ſit peculiare ſcientiæ Ariſt. qui conſueuit accipere in conficiendis demonſtrationibus propria principia, & non communia. In primo enim Phyſicæ auditionis, cum quæreret initia ortus, mentionem fecerat de illa dubitatione, quæ nitebatur deſtruere ortum, quia omne quod fit, aut ex eo quod eſt, aut ex eo quod non eſt, oritur & fit: ſed neutrum fieri poteſt: neque enim quod eſt fit, iã enim eſt. Item nihil fit ex eo, quod non eſt. Subiiciatur enim aliquid oportet. Et ſoluit dubitationẽ, dicens, nihil fieri ex eo, quod eſt ſimpliciter non ens: verũ ex eo, quod non eſt ſecundum accidens, fieri poteſt, quia ex priuatione non per ſe, ſed quia eſt in priuato fit. & per hanc rationem oſtenſum eſt ortum eſſe, ac ſempiterna, & nunquam deficere ea, quæ fiunt, ſiquidem ante omne factum aliud atq; aliud generandum fit, & poſt omne corruptum relinquatur aliquid, & ipſum corruptibile. Verum hic nõ oſtẽdit ea, quæ mouentur, æterna eſſe, ſed motum æternum. Quod nititur eſt definitione motus facere, & ex definitione eius oſtenditur id, quod poteſt moueri, prius eſſe, quã motus definitus, vt ſubſtãtia omnino pręcedit actionem. An aliquis eſt mentis cõpos, qui mallit ſequi imaginationes huius viri temerarias, quam methodum Ariſt.

Ariſtotelis conſuetudo & in demonſtrationibus aſſumere non cõmunia, ſed propria principia

Nihil fieri ex eo quod non eſt, falsũ prorſus eſſe oſtendit Ioannes Grãmaticus.

Verum, quia exiſtimans perfacile ſibi fore, ſi aggrediatur oſtendere falſam eſſe illam rationem, quæ dicit, ex nihilo nihil fieri: proponit ſolum hoc, ꝙ ſi verum oſtenderetur eſſe id, videlicet ex nihilo nihil fieri, quod ſolum ex hoc oſtenderetur motus eſſe æternus. Sed heus garrulitates huius conſiderabimus, quas abſolute nono, & vndecimo aſſeruit ſe ſcripſiſſe cõtra Proclum numeratos quoſdã libellos noſtros lædens, atq; paruifacit, quos conſcriptos dicit contra viros inclytos. Et nunc neq; paucis exponit. Primũ dicit, ſi etiam natura ex his, quæ ab ipſa prodeunt, propterea quod ſubſtantiam ſuam, & actionem habet in ſubiecto, & ſine illo neq; fit, neque agere poſſit, non neceſſe eſt, vt deus, qui habet ſubſtantiam, & actionem ſeparatam ab omnibus rebus, ex his, quæ ſunt, aliquid efficiat. Sic enim nihil habebit plus virtutis, quam natura, quinimmò non ſolum Deus efficit formas eorum, quæ fiunt ab ipſo, ſed etiam creditur producere materiam ipſam, atq; efficere. Solum enim primum, ortus, atq; principij eſt expers. Si ergo & materiam Deus producit, & materiam non eget alia materia, vt ſubſiſtat. Nam hæc eſt primum omnium rerum naturalium ſubiectum: non igitur omne, quod fit, ex eo, quod eſt, proficiſcitur & fit. Nam ſiue ſemꝑ à Deo materia fiat, ſiue olim, aut aliquando, certe non egebit altera materia, cum ipſa ſit primum corporum ſubiectum. Nõ ergo, ſi ea, quæ fiunt à natura, ex his, quæ ſunt, fiunt, neceſſe eſt, vt etiam ea, quæ ſine medio ab ipſo Deo emanant, ex his, quæ ſunt, fiant: vt natura, quæ eget, & tẽpore, & ortu, vt ſingulas res naturales efficiat. At deus ſine tẽpore, et ſine ortu, ideſt fingẽdo, & formando quæ ab ipſo fiunt, producit ſine medio. Sat eſt vt velit res conſtituere, & producere ſubſtantias. Deinde nos reuocat ad memoriã alterius demonſtrationis, quam adduxit cõtra Proclũ vndecimo, & oſtendit, vt ꝑutat, ꝙ ea, quæ fiunt à natura, & ab arte, ex eo quod non eſt fiant, & in id, quod non eſt, intereant. Cum enim quæ ſic fiunt, ſint cõpoſita, inquit ex materia, & forma: & prima materia nõ fiat à natura neque corrumpatur, neque compoſitum ſecundum ſe totũ ex materia & forma: aliter etiam materia fieret, & interiret: reſtat ergo vt tantum formæ ſit interitus, atq; ortus. Si ergo colores, & figuræ, & irrationales potentiæ, ac naturales animæ, & vt in ſumma dicam omnes materiales formæ in aliquo tempore exiſtunt, dico videlicet formas indiuiduas in vnaquaque re naturali: harum enim eſt ortus, atque interitus. Si ergo hæc dum corpora intereunt, mutantur prorſus ad id, quod non eſt, patet etiam prius, ꝙ ea, quæ nullo pacto ſunt, ex his, quæ non ſunt, acceperint exiſtentiam. Deinde poſt hæc ſubiunxit, Hoc autem forte nil nobis conferet ad propoſitam poſtulationem & hypotheſim. Nam & ſi ex his, quæ non ſunt, materiales formæ deducuntur, vt ſint, & fiunt, tamen nullus naturalis ortus ſine motu ſubſiſtit. Cum motum enim omnis ortus eſt, quare ſemper exiſtente ortu ſemper etiã motus erit. Sed vnde eſt, ꝙ ſit ſemper ortus? Nã qui dicit, ſemper erat ortus, nihil aliud dicit, ꝗ quod ſemper erat motus. quare petit id, quod eſt à principio, & quæſitum accipit conceſſum. Præterea his, vt opinor, annectit abſurdum, aſſerens, ꝙ ea, quæ à deo producuntur, ſine medio ex aliquo ſubiecto prius exiſtente non fiunt, neq; per ortum, aut temporis prorogationem et durationem. Etenim materiã ipſam & tẽpus ſimul cum vniuerſo Deus conſtituit. Quare non prius extitit motus quam mundus. Hinc ergo patet, quod niſi ſit quædam ratio, quæ demonſtret mundũ ſine principio fuiſſe, & ſine fine, non poteſt demonſtrari, ꝙ motus ſit æternus. quare, ſi fuerint omnes rationes confutatæ,

Deus non modo formas rerum efficit, ſed & ipſam materiam.

Quæ arte, ac natura conſtant, ex eo, quod non eſt, fiunt.

Formæ tãtum generãtur & corrumpũtur.

è quibus probant æternum mundum esse, & sequens ex necessitate simul confutabitur. Sed, si totidem & talia suis verbis perperam scribere ausus est, ne quis bonæ indolis meam scholam imperitam, & inelegantem decernat, & iudicet. Illi enim, certum est, ꝙ patet talium rōnum absurditas, quomodocunq; eruditis, sed quoniam iste auditoribus imperitis blandiebatur, seseq; adaptabat, & longissime scribit, & concludit ea ostensa, q̄ nec ipse animo attigere potuit: opinor id esse humanitatis meæ, & honoris tuendi munus, ut in his pro virili mea ostendam, q̄ sit huius hominis peritia. Et porrò contra hoc primū instabimus, vnde hæc ratio longa profecta est. Cum enim principio dixisset, quod solum hoc modo ostenderetur motus sine principio esse, si verum esset, ꝙ iactatur inter Philosophos palam pronunciatū, vt ipsi dicunt (nihil fieri ex nihilo:) & proponens, ꝙ hoc sic se habente, non potest non esse motus semper, & post pauca colligens asseruit, sat fuisse Aristo. ad ostendendum motum esse sine principio, si accepisset illud pronunciatum: Sed audi, quæso, quam ignarus sit earum rerum, quas subiunxit. Nam, cum ostendisset, quod ex his, quæ nō sunt, fit ortus, quod quidē proposuerat ipse velut illius destructiuum, videlicet ex his, quæ sunt, quod sequitur solum, vt sempiternus sit motus, vt dixit, subiungit: Hoc forte nil nobis cōferet ad propositam hypothesim &c. Sed ne iterum eundem excitem puluerem. Si ergo nihil cōfert nobis ad hypothesim ò optime, quomodo dicebas ꝙ solum hoc modo ostenderetur motus sine principio esse, si quidem erat verum quod nūc dicitur, videlicet nihil conferre ad propositā hypothesim; qūo hoc solum dicebas pronunciatum sat fuisse Arist. accipere, quod nihil asserebas conferre. Sed videamus qūo euertit hoc vulgatissimum pronunciatum naturaliū, cum ipse ostendat ea quę fiunt, ex nihilo omnino fieri & interire in id, quod omnino nihil est. Et contra hoc primum instabimus, si videtur, an penitus is vir intellexit qūo dictum est, quod fit aut ex eo quod est, aut quod non est, fieri. Sic enim apparet audienti quod prius sit forma, vt ex ipsa aliquid fiat, velut materia ex materia, et indiuiduæ formæ ex similibus. Dicit proinde et materiam Deus condidit, sed non eget materia altera materia, vt existat: non ergo omne, quod fit, ex eo quod est, fit, idque de indiuiduis formis, quarum fatetur esse ortum atq; interitum. Si ergo hæc omnia, dū corpus interit, ad nihil mutata sunt, patet, ꝙ etiam prius quæ nullo pacto sunt, accepisse naturam, & substantiam ex his, quæ non sunt. Si enim ob id, ex eo, quod non est, fiebant, quia non erant ipsa prius, patet quod etiam ex eo quod est ipsa erant prius. Et neque Arist. intellexit, Primo Libro de Physica Auditione ponentem dubitationem, & dicentem. { Neque enim quod est fit: iam enim est: neque ex eo, quod nō est: subiiciatur enim aliquid oportet. } non enim putauit idem sibimet subiici. Si ergo hoc ignorat, ea, quæ fiunt, ex eo quod est, aut ex eo quod nō est, fieri, quomodo dicitur à naturalibus, quod quid sit ortus cognoscit, immo adhuc hanc magis videtur ignorare. Etenim Arist. & alij inquiunt id fieri, non quod fit ab aliqua causa qualitercunque, sed quod sortitur, & accipit ꝓcessum, vt sit in aliqua tēporis parte: propter quod dicit, quod etiā ex eo quod est, non pōt fieri quod est. Prius enim est quod est. Neq; ex ipso, quod non est: oportet enim sit subiectum aliquod, quod ambobus conueniat quæ aliquando fiunt. Nam æternum, & quod semper est quomodo fit ex eo quod est, aut quod non est? Arist. autem causam cœli, & æterni motus asserit esse ipsum Deum, & si illud ingenitum atque expers interitus esse demonstret. Et quamuis soluat rationem naturalium, ex priuatione sui, inquit, fieri id, quod fit. Sed quomodo erit sempiterni priuatio. Sed quid enumero alios? quādo, & ipse ortum ac interitum esse dicat formarum indiuiduarum, quæ subsistunt in aliqua temporis parte. Qui autem hæc dicit, & materiam ingenitam asserit genitā, & ab ipsa nititur ostendere, ꝙ non ex eo, quod est, sed ex eo, quod nō est fit, id, quod fit, & non solam materiam, sed etiam omnia alia præter primum, inquit, generabilia, et vt ostendit palam, ꝙ non solum primum est ingenitum, & sine causa. Vide ergo quod prius dixit genita esse indiuidua, quæ existunt in aliqua temporis parte, & in his dicit, genita ea dicit, quæ proficiscuntur à causa. siquidē & materiam sempiternam dicens fieri, asserat ipsam ex eo quod non est. & siquidem primum solum sine causa, & ingenitum, inquit, simul cum ipso ingenito ordinans id, quod est sine causa, neque eos qui sunt similis opinionis ille vereretur, cum inquiat post primum omnia fieri, & facta esse. Quod enim fit, & effici ipse asserit, sed non quod generat non de alijs, atque alijs faciens rationē has instabiles vertit, sed in vna serie dictorum. Vnde quem exstimare debemus talem. si neq; cognoscens de quibus faciat verba, & rationes contra præcipuos Philosophos dicere sese iactauerit qui existimat forte sibi hanc audaciam, & temeritatēm more gygātum sine pena. Sed videamus cętera qūo ostendit ea, quæ fiunt, non fieri ex eo, quod non est, sed ex eo, quod est. Et hic rursus vide, quam dissonæ sint suæ rationes ab eo. Cum enim cœpisset demonstrationem facere, asseruit naturam efficere ea, quæ fiunt, ex his, quæ sunt. & causam adducit hanc, quia substantiam suam, & actionem inquit, ea habere in subiecto: & deum hac ratione differre à natura tradit, quatenus ipsa ex his, q̄ sunt aliquid efficit, & deus producat ea, quæ fiunt, ex his, quæ non sunt. Sed vlterius procedens, reuocat ad memoriam vnam demonstrationem, cui multum tribuit & de qua se iactat, ostendens, ꝙ natura & ars faciunt ex his, quæ non sunt, vt etiam Deum dixit facere. at prius dixit hac ratione deum differre à natura, quia illa ex his, quę sunt, facit, sed deus ex his, quæ non sunt. & cum instet vehementius dicit, si etiam deus ex his, quæ sunt, aliquid efficere, nihil virtutis plus haberet deus, q̄ natura. Sed quoniam fatetur primam materiam æternam fieri à deo īquit, ex eo, quod non est & formas ab eodem sine medio ab ipso productas esse, quæ & ipse etiam sempiternæ sint, siquidem ea, quæ fiunt, & intereunt, à natura secundū ipsum fiant: patet ergo illum asserere æterna fieri ex his, quę non sunt, q̄ omnino ingenita Aristoteles demonstrat. & occurrens non per ianuam. Cum enim Aristoteles fateatur genita ea esse, quæ subsistunt in aliqua temporis parte, & hæc probet fieri ex eo quod est, æterna inquit, ex his, quæ nō sunt, fieri, quę quidem neq; Arist. fieri censuit, sed alio modo à deo inquit produci. Quæ enim omnino fiunt, & interire arbitratur. Et si verum igitur est, quod ex his, quæ non sunt, deus ęterna facit, secundum quemlibet modum ea producat, nihil facit hoc contra Aristotelem. Nam si omnino deus, vt inquit, sine tempore, & sine ortu ac medio producit ea, quæ ab ipso fiunt, patet, ꝙ non sunt hæc per ortū. Vnde colores, figurę, & simpliciter materiales, et indiuiduæ formæ, quarum est ortus, ac interitus, mutanř, & abeunt in nihilum: igitur constat, ꝙ etiam prius cum nullo pacto essent, ex his, quę non sunt originem, & naturam traxerint. At quis color, quæ figura corrupta, non sic interijt, vt in alium colorem, aut aliam figuram non mutetur. Si.n. corpus permanet in mutationibus, ut ipse fatetur,

Fieri ex eo, quod non est quo sit intelligendum.

Fieri quomodo quippiam dicatur.

Ingenita quæ propriæ dicantur apud Io. Grāmaticū.

Non per ianuā occurrere.

tetur, hoc existimans esse primā materiam, cū omne corpus naturale sit cum colore, patet, ꝙ album corpus mutatur habens album colorem: et de figura eadem ratio. Nō enim pōt corpus finitum habere figuram sine colore. Sed is vir, vt etiam prius dixit, omnino ignorare mihi videtur, quomodo dicitur fieri ex eo, quod est, id, quod fit, & interire ī id, quod est. Videtur enim sentire, ꝙ ex eo, quod est idem specie, & in id, quod est idem fieri, & interire. Nam talem suam esse sententiam indicat dicendo, ꝙ materia nō egebit alia materia, & qđ nullo pacto q̄ sunt formæ ex his, quæ non sunt, traxerunt naturam. Atqui, cum Aristo. infinities hæc demonstrarit, ꝙ ex contrarijs fit ortus, & in contraria interitus. Sed mirum est, quomodo iste, qui ab ipso deo sine medio produciq́ue fiūt, asseruit, mundum ab ipso conditum fuisse sine ortu, & principio temporis censeat, & in his multa verba consumpserit, & adeo impiam intentionē statuerit, contēdens studio ostendere quæ fiunt ab ipso deo habere initium temporis, & finem. Sed quoniam, inquit, motus non prius est quā mundus, nisi qui ostendat mundum æternum esse nequit ostēdere motū æternum. Qui ergo confutauerit rationes ꝓbantes fieri posse, vt mundus sit æternus, vt inquit, confutabit etiam simul motum esse æternum. Sed quoniam is non videtur sequi ostensa ab Arist. de mundi æternitate neq; dimouere, aut euertere aliquid, quod demonstrauit ipse in his, quæ conscripsit Primo de Cœlo, vt existimo, mediocriter demonstrauit. Et nunc cum cœpisset rationē dixit solum ostendere æternitatem motus his, qui ostēderet quæ fiunt, ex his quæ sunt fieri. Sed procedendo nihil hoc confert ad demonstrandam æternitatē. Sed in calce dicit, nisi qui ostendat mundum æternum esse, non poterit consequi motum æternum esse, ignorans, qđ is modus demonstrandi erat crassissimus merito. Nam ostenso vniuerso æterno, quis amplius mentis compos quæreret, si æterni mundi sit æternus motus? Non enim distat à cœlo ꝙ mouetur, neq; si ipsum sit habens naturam semꝑ mobilem, neq; si ea, quæ sub Luna collocantur, permaneant cōtinue permutata. Verum erat acuti intellectus Aristo. mūdum æternum ostendere, & habere motum ipsum à seipso, & à propria natura æternum, vt etiam tempus demonstrabit. Sed is contendens producere orationem suam in longum, vt eadem perterreat stolidos, adhuc aperius suā infelicitatem patefacit. Nam iterum reuertitur ad id, qđ retro diximus, quia, inquit, à se ostensum esse, quæ nā sint ea genita, quæ tempore non prius sunt q̄ motus eorum secundum naturam. ꝙ quidem, vt diximus, demonstrauit minime. Et idem rursus nititur ostendere & confutare Arist. rationem dicentem, in his, quæ sunt ad aliquid, necesse est, vel ambo, vel alterum moueri, vt mutuam accipiant inter se habitudinem. Nam Aristo. accipiens, vt inquit, cōcessum, qđ oportet prius esse ea, quę sunt ad aliqd. deinde quod suscipiant mutuam habitudinem, quasi non possint esse quædam, & ad aliquid esse, sic conclusit oportere omnino vel ambo, vel alterum moueri, quo accipiāt mutuam inter se habitudinem. Et rursus verba Aristo. & Alexandri explicationem adducens, hæc nititur ostendere, ꝙ ignis, si deorsum extiterit, & aqua sursum constiterit, illico simul cum facta fuerint suum motum habebunt, & non prius est tempore natura subiecti motrix, quam ipse motus. Si ergo motiuum, inquit, in ipso est naturalis vis & mobile est subiectum corpus eius. Et ad aliquid sunt mobile, & motiuum, & prius necesse est, vt hæc sint tēpore, vt inquit Arist. quam habitudo mutua, non illico ignis simul dum tendit adesse sursum fertur, siquidem fortè fuerit deorsum: ꝙ quidem per manifesta apparet, & in partibus, inquit, animalium id fit, quæ simul formatæ sunt, & accipiunt habitudinem dextri, & leui, & non prius partes sunt, & sic deinde accipiunt habitudinem. Sed quid mihi huius nugas enumerare, cum ipse non percipiat quæ dicta sunt ab Arist. & ob id occurrit ei non per ianuam, per quam fit modus obiiciendi. Nam, cū Aristo. dixerit prius esse res, quæ possint moueri, quam motus quicunq;, ex diuisione reliquum interrogat dicens, Proinde & hæc necessarium est aut fieri aliquando, cum non essent, aut sempiterna esse. Si ergo facta fuerunt, necessarium est, vt prius fiat alia mutatio, & motus à sumpta & facta. Quod ea quę sunt prius semper sunt quam motus, patet, quod non ita se habent, vt possint moueri, & mouere, sed alterum ipsorū mutatum est. Necesse enim est in his, quæ sunt ad aliquid hoc accidere, vt si aliquid non fuerit duplum, nunc duplū factum, si non ambo, saltem alterum mutatum est. Vide, quod secundum consequentiam diuisionis, quæ possunt mouere et moueri, aut aliquando fieri, aut semper esse statuens, dicit, quod sequitur ex ipso fieri, & ponit reliqua omnia, quæ sequuntur expositione dicente semper esse. Quare & eorum, quæ sunt ad aliquid, & si prius sit substātia secundum veritatem vbique sua habitudine, tamen nō dicit hoc nunc Arist. Sed quod subiecta, quæ semper possunt moueri & mouere, quando quiescunt, ita non se habere perspicuum esse, quasi possint moueri actu, & mouere. non enim quiescunt, sed aliud mouet, & aliud mouetur. Si ergo debet esse ipsum mouere et moueri, oportet aut ambo, aut alterum, aut additionem, aut ablationē accipere, vt sit aliud duplum, & aliud dimidium, aut appropinquari, si prius desliterint. Quæ igitur opportunitas, vt tot uerba consumeres, ostendens quod ea, quæ sunt ad aliquid, non prius sunt, quam ipsa habitudo, & Arist. prodēdo accusares? non igitur est verum, oportere ea, quæ sunt ad aliquid, (nisi fuerint eorū quæ semper sunt) prius esse tempore, quam habitudo eorum, cum Aristo. dicat plane si ea, quę sunt prius extant semper motu non existente. Et in hoc secto diuisionis, quod sumit testimonium ex his, quę sunt ad aliquid. Sed, quoniam, & nūc, vt ostensum est, insurgit, asserens, quod non est verum, quod ea, quæ possunt moueri, præcedant motum: & vltra priores videtur afferre aliam argumentationem: neq; hanc omittamus sine examine. Si enim est, inquit, vis naturalis in igne motrix, & mobile est corpus subiectum ei, & postea quā ignis fieret aliud mouet, & aliud mouetur: neque ꝙ potest mouere & moueri prius est quam ipse motus ſ'm tempus, neq; ea, quæ sunt ad aliquid, priora sunt habitudine, si quidem mouens, & id, quod mouetur, ad aliquid sint. Sed ad hæc dictum est prius, ꝙ si quod mouetur substātia est, & motus actus. & vbiq; prius est substātia, q̄ sua actio, quę ortui, & interitui obnoxia est: patet, quod pulchre dixit Aristoteles, Sit enim ignis deorsum, & moueatur sursum. Si enim non accepisset deorsum formam ignis, neque motum sursum accepisset, quod si ignis existens non illico est aut in medio, aut in loco sursum: patet, ꝙ substantia prius est quam ignis motus secundum locum, idque tempore prius cum semper motus fiat. Et si velut continuum diuiseris ipsum in infinitum, prius existit tempore id, quod potest moueri, quā motus, simul videlicet diuiso & tēporeæquare & si mouens simul, & id, quod mouetur, quatenus naturale corpus sint, tamen prior est mouentis, & moti substantia, quam sit eius actio. Sed hoc quidem iam dictum est. Sed intelligat etiam hæc ille vir, qui his contradicit, quod sit in eo, quod mouetur vis quædam natu-

Quæ à Deo immediate producuntur, habere principiū tēporis ac finem quō sit absurdum.

Relatiua sunt simul cū sua relatione & habitudine.

Substantia relatiuorum est ante relationē et habitudinē.

Substantia semper operationem præcedit.

Vis naturalis quæ est in eo, quod mouetur consideratur

cur in quantũ mouetur.

Mouens est perfectum & separatum ab eo, quod est in potentia.

Homo in actu existens ex eo, quod est in potentia facit hominem.

ralis, non consideratur secundum ipsum mouere proprie, sed secundũ moueri: siquidem adhuc potentia est et impfecta est, sic dicitur principium motus, in quo est tanquã principium sit mouẽdi. Quod enim proprie mouens est, perfectum est, & separatum vult esse ab eo, ꝙ mouetur: tã quam id, ꝙ est actu, ab eo, quod est potentia. Propter ꝙ necesse est, vt prius sit mouens quã id, quod mouetur, siquidem mouens ducat è potentia quod mouetur in actũ. Et hæc nõ dico à me ipso, sed Aristoteles Tertio Physicæ Auditionis, inquit, non naturam in homine genito efficere hominem proprie, quia illa magis fit, quam efficiat, sed quia actu homo, id, quod est potentia homo, procreat hominem. Et in hoc Libro dicturus est plane de corporibus naturalibus, ꝙ nihil horũ seipsum mouet, sed motus principium habet nõ mouendi & efficiendi, sed patiẽdi. Sic autem, cum quærat in his, quæ mouentur secundum locum, quid mouens si proprie, non fecit naturam esse, quæ est in eo, ꝙ mouetur, quia ipsa magis mouetur quam moueat, sed efficiens illius formæ.

Formam ignis faciens ignem mouet.

Nam ignis agens, hoc dixit esse causam effectricẽ motus sursum. Quare & secundũ has rationes existimo instãtia à natura, & subiecto corpore sub hoc viro prolata, non perturbat Aristotelẽ dicentem, ꝙ omnia, quæ possunt moueri & mouere priora sint tẽpore quam ipse motus.

In generatione, & accretione, & diminutione, id, quod facit prius, est eo, quod fit.

Etenim in ortu & accretione, & alteratione prius palam est efficiens, quà id quod fit. vt sperma & fœtus & lapides & ligna, ipso hominis ortu, & constructione domus. Et panis & caro priora sunt accretione & corpus & sol nigredine. Ostensum autem est puto sic se habere etiam in motu ad locum. Sed in his, quæ sunt ad aliquid frustra instat contra Aristotelem, tanquam dicat de omnibus ad aliquid, ꝙ priora ipsa sint sua habitudine: & qđ mouens q̃ id, quod mouetur. & sic quę sunt ad aliqd ostensa sunt priora esse, atq; ea dubitata de partibus animalium frustra dubitata sunt.

Substantiæ prius sunt quã habitudines, et relationes.

Etenim an simul sit habitudo cum ipsis nihil impedit ratio Aristotelis: ipse enim fatetur substantias prius esse quam habitudines actiuæ. Sed in calce instantiam adducens contra se, tanquam & si non omnino res in his, quæ sunt ad aliquid, non sint prius q̃ habitudo, tamen per motum procedunt ad esse. Cum enim moueantur spermatis partes, tum fiunt animalia & rursus quodam alio prius moto sperma fit. Eodem quoq; modo in igne, & alijs: quare non est accipere primum motum. Sic ergo, cũ institisset, rursus soluit dicens, ꝙ & si natura agit ex his, quæ sunt, non iam necesse est, vt deus agat. Si enim non semper erat mundus, patet, ꝙ ex his, quæ non sunt, deus ipsum condidit, & quod si æque vt natura facit, non differt à natura, & quod etiam materiam corporum ex his, quæ non sunt, produxit. non. n. ex subiecto. Et hæc dicta sunt etiã prius ab ipso & pluribus & soluta sunt vt puto. Et nunc autem propter eos, quia alia loca habitant necesse est, aliquid dicere concisim et breuiter. Et, quoniam nobis quærentibus de motu, an sit sempiternus necne, conuenit dicere. Si enim non semper erat mundus, patet, ꝙ deus illum condidit tãquam ex his, quę nõ sunt. quę sententia est eorũ, qui laborant amentia valde.

Ingenita dicit Aristo. quæ immediate à Deo producuntur.

Quod vero ea, quæ à deo producuntur sine medio æterna omnino sint, & non fiant Aristoteles patefecit. Quæ enim fiunt, hæc sunt, quæ in aliqua temporis parte intereũt. Et hoc patet. Et si deus produxit materiam non ex subiecto, sed æternam ipsam produxit, vt etiam formam communem.

Generari ac fieri quænam dicantur.

Si ergo in ipso naturali ortu semper aliquid posterius ex priore fit: hoc enim iste admittit: & necesse est, vt in infinitum procedant ea quæ ponuntur, quod si statuerimus aliquod primũ, quod à Deo sine medio fiat, & non à natura, primum illud necesse est, vt sit æternum, & non factum.

Deus produxit materiam æternam ex non subiecto.

Deinde quomodo simul natũ erit, quod fit à Deo sine medio, simul cũ his quæ fiunt à natura. Forte autem & prius, siquidẽ ex subiecto illo natura efficiat suum effectum: vt autem inquit, hæc forte materia ex prius subiecto fiebat ignis, & illud ex alio. Sed contingit stare tandẽ ascendentibus ad aliquem ignem, qui non fit ex alio igne eius materia arefacta, sed vel ex fricatione, vel ex aliqua alia causa, non tamen ex igne: sic etiam in ortu earum rerũ quæ vicissim mutantur.

Quod est a Deo immediate æternũ est.

Sed non est impossibile, inquit, per simile videre id quod fit. Nunc igitur, inquit, quando fiunt quædam à natura, aliud ex alio trahit ortũ, tamẽ fieri potest, vt ipsa habeant principium suæ substantiæ, & ꝙ sit aliquod primum in vnaquaq; specie, quod non ex alio simili existente fiat, vel dissimili ortum accipiat. Et maxime in ipsis primis elementis, sed simul subsistunt cum ipsa constitutione mundi à Deo instituta.

Ad rerũ primum principium deuentum tãdẽ est.

Quæ enim ex elementis, & si tum primum, tamen ex eisdem patet, ꝙ etiã sit factus. sic igitur (quod quidem prius diximus) nisi mũdus ostenderetur subsistere sine principio tpis, neq; motus posset ostendi sine principio esse. Hæc igitur is vir suis verbis conscripsit. Sed videamus vnumquodq; dictorũ. Nam, quia primum dicit, & si nõ ex alio igne, tamen ex fricatione habet ortum, necesse est etiam prius esse quicquam illo ex quo fit, vt aer qui fricatur. Et rursus primi ignis ortus erit ex eo ꝙ est. quare, si aliquis simile in alijs seruare necesse est, vt primo quod dicitur fieri, sit aliquid prius ex quo fit.

Elementa nõ sunt à Deo facta ab initio, dixit Simplicius. Si mundus ab initio à Deo constitutus fuisset, mutatio prorsus in illo esset.

Sed nũc dicere, ꝙ ea, quæ à natura fiunt, elementa, inter se mutuo fiant, sed principio à Deo fiebãt, heu quam miseræ animæ, & infelicis est, quæ nititur indagare veritatem. Vnde enim hoc habent, vt mutuo inter se fiant nisi à Deo? Sed quomodo aliquis mentis cõpos tãtam mutationem Deo accidere, põt intelligere? qui prius nihil faciebat, postea verò minimo tempore euaserit conditor tantorum elementorum, et rursus cessare ab actione postquam naturæ impertierit ortum elementorum inter se & aliorum, quæ ex elementis fiunt, seu illi commiserit hoc munus procreandi, & ministrandi ortum rerum. Patet autem, quod secundum doctrinam huius boni hominis, Deus est causa solum elementorũ, sed nõ mundi, neq; omniũ, q̃ sunt in ipso, sed elementorum, quæ intereunt, si quidem mutantur inter se. atque quod dicebam, quæ fiũt à Deo sine medio, quandoquidẽ ab ipso solo, quod est immutabile, & semper scđm eadem & eodem modo se habente fiant, sempiterna ipsa etiam sunt & eadem.

Sẽpiterna sũt quæ à Deo fiunt immediate.

Propter quod & cœlestia proxime ab ipso producta, æternam habent etiam scđm numerum & cõmunitates elementorũ, & eorum, quæ sub Luna sunt scđm speciem obtinuerunt æternitatem: propter quod scđm idem ab eodem proxime productum est. Sed quod fit, & interit ipsis ab ęternis in cœlo causis, & motis adtexitur.

Omnia quæ fiunt & intereunt fiunt à causis quæ sũt in cœlo.

Et hoc est, quod opifex apud Platonem minoribus dijs affatus est. {Vos reliqua exequemini, vt mortalem immortali naturæ attexentes efficiatis, & generetis animalia, & subministrantes alimenta augeatis, & cõsumpta rursus renouetis.} »
Sed quæcunq; iste contra primum argumentum Arist. de æternitate scđm motum ausus est adducere, opinor inuenit iudicem mansuetũ, & mediocrem, scilicet qui non, vt debuit, illũ confutauit, & damnauit. Sed ad scđm procedens argumentum enitar idem aperire, & tum instantias contra ipsum exponam, & quomodo illæ proferant mancum, & debilẽ, exhibebo, & patefaciam.

Expositiũ est in Timæo.

Ad hæc autem, prius & posterius quonam modo erunt tempore non existente: aut tempus, non existente motu? Tex. 10.

Si

Si vero tempus est ipsius motus numerus, aut motus quidam, si quidem tempus semper est, necesse est & motū perpetuum esse. At vero de ipso quidem tempore, præter vnū, concordes esse videntur omnes. Et propter hoc Democritus monstrat, quòd impossibile est omnia esse facta: tempus enim ingenitum esse.

Com. 9.

Motum esse æternum à tempore probat.

Valde apertam, & hanc demonstrationē adducit, qua ostendit motum nec fieri, nec interire, sed sempiternum esse. idque facit à tempore per tale connexum, si æternum est tempus, æternus quoque motus est: sed antecedens est verum: ergo & sequens. Et connexū, & nunc demonstrat & posterius, ex eo quod nonnulli putarunt motū esse tempus, aut numerum, aut aliquam affectionē motus. Quod vero tempus æternum sit, nititur ostendere ex his, qui dicunt motum generatilem esse, cum hoc etiam cōuertit rationem. Si enim fit, inquit, motus cum non esset prius, & si interit adeo, vt non amplius sit, necesse etiam est, vt tēpus sit ante motum, & post motum. Nam prius, & posterius, quibus dicimus prius non fuisse motum, & posterius oriri ac prius esse & postea nō esse, indicant ordinem partium temporis. Nam hæ sunt tēporis partes, & in has diuiditur tempus. Quòd si tempus necesse est, vt sit ante motum, & post motum, & tēpus aut motus est, aut numerus motus, vt ostensum est: necesse est, vt etiam motus sit ante motū, & post motum: quare dicentibus, ꝙ prior motus cum nō esset, & postea est, & quod prius erat, & postea non, accidit asserere, quod erat aliquando motus, quando non erat motus, & erit aliquando motu, quando non erit motus. Sed hoc quidem ipse omisit adducere. Sed cū sumpsisset, ꝙ tempus aut est motus, aut numerus motus, tāquā si æternum sit tempus, et motus sit: & quia tempus est æternum; subiunxit, ꝙ necesse est, etiā motum esse: quod vero tempus sit æternum indicauit per hæc, prius, & posterius. Etenim tēpus prius & posterius est, sed prius et posterius æterna sunt, quia si esset aliqd ante ipsum prius, & illud esset prius, & si aliquid post ipsum posterius & idipsum esset posterius, igitur & tempus est æternum. Et primum ostēdit, è communi opinione naturalium de hoc, quia omnes pene (excipio Platonem) existimarūt tēpus æternum. Plato enim tradit tempus vnà cum mundo emersisse. Sed quomodo hoc Plato asserat paulopòst sciemus. At Democritus sic æternum tempus esse credidit. quod cū vellet ostēdere, non omnia subdita ortui esse, palam vsus est hoc medio, quod non fit tempus. Et Anaxagoras, quādo dicit oēs res simul erant tempus indicat ante distinctionem mundi ortū fuisse. Etenim erat temporaneum & ante erat tēpus infinitum, cum essent adhuc res indistinctæ, sed postea mens seiunxit, & digessit mundum. Empedocles quoque ex æterno dicens vicissim imperium, aut odij, aut amicitię fieri, censuit perspicuo motum ęternum esse. quòd si tēpus æternum, etiam motus erit.

Tempus est æternum, ut aperte asserunt Democritus,

Plato vero ipsum generat solus. simul enim tum cum cœlo factum esse; cœlum autem factum esse ait.

Com. 10.

Ingenitum et genitum quā uarie apud Aristotelem & Platonem sumantur.

Quæ à me alibi sæpe dicta sunt, ac disputata, necesse ē vt nūc repetam. quia, cū multifariam dicatur genitum, & ingenitum, & aliter Plato, & aliter Aristo. his vtantur, videntur inter se dissidere, cum non dissideant. Etenim dicitur id genitum, quod prius non est, & postea est, & in aliqua temporis parte subsistere cœpit. qua significatione Aristoteles vtitur genito, diuidens ipsum contra æternū. Ex alia est generatilis significatio, qua diuiditur genitum contra id, quod vere est: quod quidem est dū fit, et ab alia causa, & non à seipso conseruatur, & subsistit: et propter hæc ambo, scilicet ob oppositionē ad id, quod vere est, ac simul totum est, & ad id, quod per se subsistit, dicitur aliquid genitum & si æternum sit. Et secundum hanc significationem Plato, omnē sensibilem, & corpoream consistētiam, generatilem appellat. Omne enim corporeū distractum, neq; potest per se subsistere, neq; simul totum cōstitutum est, neq; secundum substantiam, neq; secundū esse substantię. Et patet illico, quomodo ipse opponens genitum ei, quod vere est, in quibus inquit: Et aliquod est, ꝙ semper ortum non habet, & aliquod, ꝙ cum sit, nunquam est, & hoc modo genium, ꝙ Aristoteles non dixit, Plato tradidit mundum, & tempus esse genita. Cum porrò de mundo interrogasset, an vnquam habuerit principiū, vel cœperit initium ab aliquo, respondit factum esse. Nam ꝙ visibile, & tangibile est, etiam corpus habet, & omne tale sensibile est, & quæ sunt sensibilia opinione percipiuntur vna cum sensu atq; fiunt, & generabilia esse apparent. Vide ergo ꝙ causam assignans huius, quod mundus sit generatilis, non dixit quia prius non erat, & postea fuerit, sed quia visibile, & tangibile est, & corpus habet. Sed tempus genitum esse vult, vnde dixit illud cum cœlo factū esse, & huius causam adducit, non quia tempus prius non fuerit, & postea sit, nam illud æternum esse efferit, quāquam nō sicut æuum, tamen velut simulachrum, & quædam æui imago, quæ secundū motum subsistit. Dicit porrò apud Platonem Timæus postquam de anima corporis disseruit, & sicut inquit. Cum igitur hoc à se factū sempiternorum deorum pulchrū simulachrū moueri videret pater ille, qui genuit, delectatus est opere, & mirandum in modum lætatus, opus suū multo magis simile illi primo exēplari reddere cogitauit. Itaq; vt illud sempiternū animal est vniuersum hoc pro viribus tale facere statuit. Illius igitur animalis natura ęterna est, quod omnino operi genito cōgruere non pōt. Iccirco imaginē æui mobilem effingere statuit, & dum cœlū exornaret simul cōdidit æternam quandā imaginē, in numero fluētē æternitatis, in vnitate manētis, q̃ tēpus noīamus. Scito igitur, ꝙ et hoc vniuersum, cum vellet quā fieri posset, æternum esse opifex, & id esset simulachrum alterius, eidē tradidit imaginem quandam temporis, vt similimus inquit, mundus quantum fieri posset, nimitum esset. Cum enim exemplar sit omne, ac totum æuum huius est tempus, quod æternum est imago, quia hoc pacto fluit, cum sit præsens, præteritum & futurum. Si ergo in omni tempore factus est mundus, et sit atq; futurum, patet ꝙ etiam ipse æternus est, sed nō velut æternus. Nā ꝙ est æternum simul omnem suā substantiā habet, ac vim, & actionē, quia etiā æuū æternitasúe semper ei, ꝙ est profecto adest, & connexa est, sed tēpus & tēporaneum est dum fit, ꝙ totum pfectum illorum sodm ortum, & motum protendunt. Si ergo et Plato ob tēpus, inquit, vniuersū particeps esse æternitatis, quæ esse potest, patet etiam ꝙ sodm ipsum, æternum est tempus, & si non sic velut æternitas. Nullus ergo respiciens ad hæc verba existimabit hos philosophos inter se dissentire. Si enim acceperint ipsas significationes ingeniti, intelligunt quomodo alter dixit genitum, & alter ingenitum tempus, & mundum, idque contrario modo. Nunc autem conueniunt quo ad intelligentiam. Si enim Aristoteles numerum motus dicit tempus, & Plato imaginem æternitatis in numero fluentem, quomodo hæ sententiæ inter se discrepant? quando quidem nominibus etiam fere consentiant. Et si Aristoteles æternum tempus, inquit, & Plato æternum mundum fieri dicit participatione temporis. Et si palam Plato mundum genitum velut corporeum dicat, & tempus esse velut in motu, esseq;

Mūdum quō genitū ponat Plato.

Tempus quō genitum asserat Plato.

Locus Platonis ex Timæo.

Conciliatio Aristotelis & Platonis de temporis æternitate et ortu.

dum fit, quæ quidem & Aristoteles in ambobus fatetur, quo item genitum quod Plato dicit existimamus contra ingenitum, quod dicit Aristoteles & intelligentia, & non solis nominibus contradicere? Sed aliquis diceret, cur Aristo. præter vnum omnes, inquit, dicere tempus ingenitum, ducē indicans, & postea nominatim, addens, quod Plato solus genitum esse inquit: & causam addens, cur factus sit: simul enim idem cum cœlo factum esse, inquit. Sed cœlum factū esse inquit, vel quia mos erat vetus, contradicere etiā illi dicto, quod apparet, vt abstineat à sententia vilium, & parū scientium philosophorum aliquis. Quia ergo genitum magis consuetum est dici de his, quę prius non sunt, & postea sunt, ob id contra hanc significationem nominis contradicens Aristoteles videtur corrigere Platonē, qui dixit illud velut genitum. Sed s̄m veritatem non corrigit Platonem, sed eos, qui accommodant genitum in hac significatione tempori, & mundo.

Quamobrem Aristoteles dixit, solus Plato generauit tempus.

Tex. 11. *Si igitur impossibile est & esse & intelligere tempus sine ipso Nunc: Nunc autem est medium quoddam, vt quod simul principium & finem habeat: sed principium quidem futuri temporis, finem vero prȩteriti: necesse est semper esse tempus. Vltimū enim finiti accepti temporis, in aliquo ipsorum nunc erit. Nihil enim est accipere in tempore præter Nunc. Quare, quoniam est & principium & finis ipsum Nunc, necesse est ipsius vtraque ex parte semper esse tempus. At vero, si tempus, manifestum est, quòd necesse est & motum esse: siquidem tempus passio quędam motus est.*

Cōm. 11. Quoniam tempus vel motus est, vel numerus motus, vel aliqua affectio motus, aut vt dicā simpliciter, aliquid omnino cum motu existens: si æternum tempus omnino est etiam motus. Cum ergo ostendisset prius, quòd æternum est tempus ex priore, & posteriore, & ex opinione omnium Naturalium, excepto vno, vt inquit, idem nititur ostendere, & alio argumento, quod magis tēpori congruit. Sed demonstratio videtur mihi talis. Tempus s̄m ipsum nunc est, & intelligitur. nā solum de tempore subsistit Nunc, quia præteritum non amplius est, & futurum nondum: id, quod medium, solum subsistit, & est ipsum nunc, quod est initium futuri, & finis præteriti & secundum hanc medietatem subsistit, vt etiam ante hoc sumptum semper, & post sumptum sit aliquid tale. Omne.n. nunc subsistens medium est temporum, & eorum, quæ sunt in ipsis nunc, igitur tale est æternum. Quod.n. aliquis poneret velut vltimum nūc, & ipsum medium est, & habet post ipsum tempus, vt non sit vltimum nunc, neq; tēpus. Si.n. tempus est, & nunc, si terminus temporis est nūc, vt lineæ punctum, eodem quoque modo neq; principiū habebit. Etenim quod videtur in principio nūc, & ipsum medium est, vt principium futuri, sic terminus præteriti: tempus igitur æternum est, neq; principium habens, neq; finem. quòd si tempus semper est, patet etiam, quòd motus semper erit, siquidem tempus est numerus, vel affectio motus, & quemadmodum neque est accipere motū sine tempore, ita neque tempus sine motu. Hæc igitur ab Aristo. hic diuinitus dicta, quibus ostendit æternitatem motus, hanc expositionem ab interpretibus acceperunt.

Motum esse æternū astruitur ex ip'o tēpore et Nūc.

Digressio contra Ioannem Grammaticum.

HOc autem loco, quo Grammaticus conatus est contradicere Aristoteli, Videamus quonam pacto hæc dicta examinet. Cum igitur is eodem modo admisisset se habere motum, vt tempus quo ad æternitatem, & eorum, atq; interitum, contra æternitatem temporis pugnans & conatur euertere rationes, pbātes ipsam, trifariam diuisas. Quarum prima statim fecit argumentū ex priori & posteriori. Qui.n. dicit motū genitum esse nihil aliud dicit, quàm quod prius cū nō esset, posterius sit. Et qui dicit corruptibilē, nihil aliud dicit, quā quod prius existens posterius non est. Si ergo prius & posterius sunt tēporis partes: & ante motū, qui videtur, erit semper motus, & post vltimū, q̄ videt, rursus erit motus: igitur æternus est motus. Ad hanc porrò rationē iste cū occurrat, tria quædā prius accepit velut pronunciata, cōtra admirabilē eius probationē. Primū, ꝙ tempus à corporibus tertiā, aut quartam essentiā naturā habet, vt postea determinans dixit. Nā primum est corpus, secundo est vis effectrix eius, & tertio est motus: & sic in motu actiuo tempus quod est numerus motus, collocatur. Secūdum pronunciatum est, quod intellectuales substātię omnino sunt separatæ à corpore, & substātia, & actione. qua in parte laudat Platonē, Aristo. cæterosq; Philosophos, qui hoc ostēdūt. Et tertiū pronunciatū, est quia simul fatetur, inquit, de mēte, quod si impertibilis est eius, & indiuisibilis ad intelligibilia cōceptio, & nō eget syllogismo ad cōprehensionē intelligibilis, tāquam ratio & intelligentia, quæ proficiscitur ad propositiones ex propositionibus, sed aut tangit, aut non tangit, tñ rursus & hoc de actione mentis simul fatetur, ꝙ nō velut simul omniū collectā intellectionē habet. Neq; enim & Deū simul, & Angelū & animarū differentias, & cōmunitates, & corpora, & tempus, & æternitatem, & reliquæ res possunt intelligere. Hoc.n. solius, vt ita dicā, intellectionis diuinæ propriū est, quæ omniū, quæ sunt, & præteritorū simul, & futurorū cognitio. Sed, inquit, rationem non facimus nūc de diuina mēte, sed de illo, quod est post illā, siue angelus, siue res aliqua animata, siue quæcunq; alia fuerit. Mens igitur, inquit, mutata ab vno intellecto, ad aliud procedens, nō recipit duo simul s̄m idē intellecta, sed aliud quid primū ītellexit, & aliud scd̄m, & aliud tertium. Hæc velut dignitates prius accipiens, subiunxit, ꝙ si mens ab habitudine corporis, & substantia, & actione separata est, patet, ꝙ etiā motu corporū erit multo magis priuata, & tempore. Si ergo mens est, sine habitudine, quatenus mens est, ad tempus, nec simul omniū intelligibilium obtinet intellectionē, sed hoc forte prius intelligens in alterū proficiscitur intellectū, & ex illo rursus in aliud; est igitur in ipsis intellectionibus mentis prius intellectū & posterius, quāquā sit omnino aliena ab habitudine tēporis: nō ergo quomodocunq; intellectum, aut dictum prius & posterius est indicatiuum illico tēporis. Si ergo, inquit, tempus cum cœlo factum est s̄m Platonē, siquis destrueret corpora, etiā tēpus euerteret, nō tñ mētem destruit. Si ergo mutabilis est actio mētis, necesse est aliud primū intelligere, & aliud scd̄m. Hoc.n. eidem, inquit, s̄m substantiam inest. igitur non quomodocunque prius & posterius dictum, statim tēpus indicat. Quòd si quis, inquit, has intellectiones, nō esse liberas ab ipsa tēporis habitudine cōcederet, & tñ aliquis censeat omnino tēporis opificē supra omne esse, ac supra tempus, vnde, si Deus sine medio cœlū cōdidit, & vt sic moueretur ei dedit, & motus cœlestium sunt inæquales velocitate. siquid ergo cogitet planetas, sub ipso curriculo Zodiaci circunduci, patet, ꝙ non in eodē tempore vnusquisq; ipsorū ad idem punctū reuertetur: non igitur qñ ad idem signū, & punctū Luna suū orbē reduxerit, rursus occurreret, in quo simul oēs prius erant. Hæc sic statuto, & lege certe Deus digessit, & disposuit, vt ipsa suū orbem breui cōpleat, & alij planetæ nondum. Si ergo decreuit astrorum quædam prius

Tēpus a corporibus tertiā habet essentiā.

Substātiæ intelligibiles sūt a corporibus separatæ essentia & operatione.

Substātiæ impartibiles & nullam habentes dimēsionē non indigent raciocinatione ad apprehendendum.

Solū mens diuina oia quocunque modo apprehendit.

Mens non simul agitur duabus mentis agitationibus.

Prius ac posterius in mentis intellectione sunt.

Prius & posterius non significant continuo tempus.

Tēporis opifex est ipso tēpore superior.

Prius & posterius est in intelligentijs.

prius reuerti, quædam vero posterius, est ergo quantum ex argumentis Arist. probari potest, & in diuinis intellectionibus hoc quidem prius, & hoc posterius: & propter hoc erit tempus in ipsis, si ratio Aristo. valet. Non.n. hæc Deum ignorare dicent, quorũ ipse est conditor sine medio, & non solum in ipsis intellectionibus, sed etiã in suis placitis. Quãdo.n. Luna idem punctum acceperit, voluit nimirum Deus, sic ipsam habere, & reliquos planetas nõdum illud accepisse voluit. Et, quando Solem permanere voluit, cum nondum Mercurium, verbi gratia, aut aliquẽ aliorũ planetarũ, è sua voluntate id fit. Est ergo & in placitis ipsius Dei quædam voluntas prior, & quædã posterior, seu actus voluntatis prior, & alter posterior, atq; rectior, & tamen non est tempus propter hoc in illis. Itẽ futurorũ Deus notitiam habet: quæ futura sunt non sunt vniuersalia, sed singularia & indiuidua, vt Socratis cognitionẽ prius quam sit, & Platonis habet. Si ergo Deus scit futurũ, scit vt nõdum est præsens, sed qñ rursus adest scit, quod est præsens, & postea quam interit, nouit, quod prǽterijt, & nõ amplius est de numero earũ rerũ, quę sunt: quare cognitio, qua nouit quod futurum est, prior est ea, qua cognoscit, quòd, non amplius est inter ea, quæ sunt. Si ergo per prolationẽ prioris & posterioris, statim etiam tẽpus apparet subsistens, neq; habebimus opificẽ alienũ ab ipsa temporis habitudine. Quę, cũ dixisset, deinceps multis nititur probare, φ ea, quæ sunt supra tẽpus, neq; intelligere, neq; interpretari possumus verbis, quæ significent tempus. Vt.n. Deus sine tempore ea, quæ sub tempore labuntur intelligit, sic nos ea, quæ supra tẽpus, quod labitur, & fluit, modo temporis intelligimus. Si ergo dicimus nõ erat semper tempus, aut non erat priusquã fieret, vel quauis alia dictione vtamur, quæ significet tempus, nõ statim necesse est, simul tempus intelligi per eas dictiones, sed solũ nõ semper tẽpus esse. Quòd dictiones tẽporis significatrices, nõ omnino tẽpus, qualitercunq; dicantur significent, Quinto libro; cõtra Proclũ, inquit, se demonstrasse, & ibi de hoc persuasiones inuentas expulit, vt ipse Grammaticus dicit, vt repetitionẽ, qua maxime delectatur, fugiat. Sed plurima, quæ ille cõscripsit, præuidens plures fore, qui illi nõ crederent, siquis hæc intellexerit, & scripserit, audacter contra primarios Philosophos, ipse adijceret. Sed videamus quę ab ipso dicta sunt, initium sumentes ab his dignitatibus, quas prius sumpsit. Proinde primũ dixit tempus, post corpora habere tertiam, aut quartã essentiã, solũ considerans tempus, quod actionem mensurat. Atq; partibilium, & generabiliũ, & omnino eorum, quæ ab eo, quod vere est, deficiunt, non solã actionem, sed etiam extensionem suæ durationis, & naturæ, & illam, quæ est ſm qualitates, tempus metitur. Deinde, cũ sæpe Platonẽ adducat, non intellexit, φ ob temporis participationẽ, asserit mundum fieri magis similem exemplari. qñ inquit, Cum igitur hoc à se factum sempiternorum deorum pulchrum simulachrum moueri videret, pater ille, qui genuit & cętera, quæ pauloantè cum appolui, non debeo rursus perturbare. Si ergo mundus participat æternitate, quam ipse soli Deo conuenire putat ob ipsum tempus, & maiori similitudine ad exemplar, quàm quando erat corporeus solum, & animatus, quomodo iste illum intellexit mãcum. Quod si etiam hanc proportionem habet ad mundum, quam habet æternitas ad exemplar mundi. Vt.n. illud ob participationẽ ęternitatis, cum habeat ordinẽ superiorem æternum est, ita & mundus ob participationem tẽporis, cũ sit sempiternus velut superioris temporis est particeps, quomodo ipse hunc vltimũ putat. Sed nihil mirum est, si hoc latuit eius vanam curiositatem, quæ est contra inclytos Philosophos. Secundum ipsius pronunciatum, in quo asserit intellectuales substãtias separari actione, & substãtia à corporibus, verum est. quamuis perspicuo ignoret substantiam intellectualem, vt ex tertio pronunciato intelligemus. Ipse.n. in Tertio dicit, quòd conceptio, & notitia eius ad ea, quæ intelliguntur, est impertibilis & indiuidua, & quòd non simul Deum, nec Angelum, & discrimina animarum, & communitatẽs, & alia cognoscit: sed cum mutatione procedens ex vno intelligibili ad aliud, & nunquam duo simul intellecta, ſm idem recipit. Hoc.n. Dei, inquit, proprium esse, sed non Angelicæ, aut animatæ mentis. Hic.n. aliquid primũ intellexit, & aliud ſcđm, & aliud tertium. Quomodo igitur impertibilis est, & indiuisibilis conceptio eius, nisi duo simul intelligat, sed aliud primum, & aliud ſcđm, & aliud tertiũ, & proficiscitur ab alio in aliud? Sed quamnam mentem is appellat, aut.n. rationalem animam, aut summam partem eius, aut quandam aliam substantiam supra animam. Si.n. rationalem animam mentem vocant: eius.n. propriæ sunt ratiocinationes, & progressus ab alijs intelligentijs, & cõceptibus ad alios. Sed hæc nõ est, sine habitudine ad corpus, & tempus: quomodo.n. potest ab alio in aliud mutatio fieri sine tempore? Quomodo item id, quod nõ simul intelligit, nõ in priori tempore intelligit, & hoc in posteriore? Dicat.n. quęso, nobis Grammaticus, quid ipsum simul significet, & quid non simul. nisi ergo simul, vt idem cum eodẽ tempore posuerit, & horũ discrimen ignoret. Sentio.n. φ secundum fabulam is tãquam Craton, cũ cupiat admodum gloriam, & ambitionem in philosophia, priuatus est auribus, cum discedat à suo, quod sibi conuenit exercitio artis literariæ, & grammatices: siquidẽ ignoret id, quod non simul cognoscit, sed ab alio in aliud mutatum, & hoc prius intelligendo, & hoc posterius existimet non ſm tempus intelligere. Quòd si vltimũ animæ rationalis existimat mentẽ, aut aliquã substãtiã supra animam, si mutabilem facit intellectionẽ, vt ipse censet præter illam Dei. si ergo ita est, φ omnia sic cognoscit, dicẽs, neq; supra animã est, neq; supra tempus. Quòd si collectim omnia, & sine transitu intelligit: quod quidẽ cõuenit menti ſm substantiã, non amplius prius & posterius, neq; id quod ex altero in alterũ procedit, habebunt locũ. quare non inueniet aliquod prius & posterius tale, nisi dicatur ſm tempus: quod quidẽ contendens summo studio ostẽdere suam mentem cõfusam circa intellectualem substãtiam fuisse detegit. Oportebat.n. significationes prioris & posterioris, vel eas, quas Aristo. in prædicamentis, & paulopòst diuisas intelligere, aut ipsum diuidendo ostendere, quæ congruerent tempori, & quæ nõ. Verum dicatur pro explicatione illius confusionis, quod primum quod ordinem significat trifariam dicitur, velut in pręsentis dicitur. Aut positione vt primum supra cœlum in terras astrorum dicimus. Aut natura, & substantia, tãquam id, quod simul tollit, & non tollitur, & simul infertur, sed non infert, vt se habẽt genera ad species. Aut tẽpore prius, ut res Troianæ ac bella priora his, quæ Pelopõneso gesta sunt. Dicat porrò nobis nisi sit in tempore prius & posterius, in conceptibus mentis, quam ipse appellat in quonam alio erit? Nã positio in ipsis intelligibilibus nõ est, nisi ſm translationẽ, & abusiue dicatᷣ. quod si esset, nihil vetat simul intelligere prius & posterius. Simul proinde, opinor, intelligit sphæræ cẽtrũ, ac circunferentiã. Simul.n. & prius & posterius natura, vt causam, & effectũ simul nõ sola mẽs, sed ẽt anima intelligere cogitᷣ, ob habitudinẽ, quàm habet hęc

Prius & posterius sunt in Dei voluntate. — *Prius & posterius quomodo sunt in futurorum Dei cognitione.* — *Illa, quæ sunt supra tempus neque intelligere, neque interpretari possumus.* — *Dictiones, vel verba quæ significant tempus qualitercunque dicantur, tempus significant.* — *Tempus non modo mensurat actionem generabilium.* — *Mundus ob ipsum tempus exemplari similis dicitur.* — *applicatio intellectus ad intelligibilia non in tempore fiat.* — *Anima habet relationem ad corpus & ipsum tẽpus.* — *Primum significans ordinem quot modis accipiatur.* — *Prius & posterius sunt in mentis agitatione.*

inter se. Sed prius & posterius ſm progressum, & non simul omnino habet simul tempus, & motum, & prius in cognitione & posterius, cum non simul sunt, neq; intelligere possum, quo ſm aliam significationem, quàm ſm tempus diceretur. Sed hic vir rationes vanas protulit, cũ non perueniat ad consideratioẽ earum, qui cum mẽtem posuerit supra tempus, ipsi dedit actiones transeuntes. Nã inquit, cum hoc intelligat ad alterum procedit intellectũ, non simul intelligens. Et hoc ponens supra tempus inquit, esse talẽ actionem; palam indicans his, qui possunt, quod nõ percipit, quid sit substantia intellectualis, aut cognitio, neq; temporis natura distincte, quocirca proponens ostendere, prius aliquid & posterius non ſm tempus esse, proposuit mentem supra tempus agentem ſm aliud prius & posterius. Sed cum accipiat prius & posterius tẽporanea, in ipso cõtudit ac immiscuit. Si.n. ab alio in aliud procedit, patet quod mouetur: sed vbi est motus, ibi etiã tempus est, vt etiam ipse principio cum cõtradiceret, cõfessus est, ponens tempus numerum motus. & si enim nõ omne prius, & posterius quomodocunque dictum sit indicatiuum temporis: non.n. illud, quod est natura, aut positione prius & posterius; in mutatiua intellectione secundum quod prius hoc intelligens; deinceps ad alterum procedit, & ex illo rursus in alio, quia aliquando erit, sic intelligens hoc prius, & hoc posterius ſm tempus, & nõ ſm aliam significationẽ prioris, & posterioris, certe hoc prius & posterius, aut erit motus, aut non sine motu. Nã progressus vt dicebam, est motus, & vbi motus est, ibi etiam præsto adest tempus: quare & omnia sequentia illius argumenta, quæ dicunt actionem Dei, & mentis mutatricem esse sine tempore, frustra adducta sunt. Itẽ vana est illa ſm cogitationem ablatio corporum, qua vna etiã tollitur tempus. Si.n. inquit, aliquis destrueret corpora, etiam tempus simul euerteret, siquidem tempus cũ coelo factum sit, vt inquit Plato, non tamen is mentem deleret. Si ergo, inquit, transiens est actio mentis, & tempore nõ existẽte, etiam necesse est, aliud prius intelligere, & aliud posterius: non omne prius & posterius statim est indicatiuum temporis. Sed hic adiecit hoc, quòd prius & posterius ſm substantiam competunt menti. & quod mens intelligat prius & posterius ſm naturam, positionem, & tempus, perspicuum est. Nam quid mens ignoraret, quãquam nõ mutationis ope prius intelligat hoc, & aliud posterius. Et hoc forte fuit causa erroris Grammatici. Cum enim audisset Philosophos dicentes, q; mens primam in seipsam distinctionem producens, sic etiam producit res distinctas, & intelligit distincte, & sine mutatione; & si quædam sint priora & quædam posteriora distincta, & iste cum non intellexit dictum, censuit dici, quòd prima, & priora intelligit, sed hæc cum mutatione, dum procedit ex alio in aliud intellectum. Hoc autem ob ignorantiam passus est eorum quę de mente recte creduntur. Si.n. audisset Aristotelem dicentem de mente, quòd ea est sua substantia, & eius actio est eadem cum sua substantia, & quod mens est res, & audiens, intellexisset dicta & quòd non intellexit Aristoteles mentis actiones esse transeuntes. Si.n. actio mentis vna cum substantia, & rebus conuenit, patet quòd erit immutabilis. Sed hoc quidem, quod dicebam, excedit admodum eius intelligentiam, cũ vmbram & idola sibi vtilia ad contradicendum exerceat. Et non aduertit, quòd ea, quæ agunt ſm processum tãquam ex altero in alterum intellectũ, procedant à priori in posterius, & non simul ambo colligat, id tale ſm tempus agendo, habet prius, & posterius temporaneum. Hoc qui

Mens haud intelligit per transeundo prius & posterius.

non scit, videtur mihi amens esse, vt etiam stulta videãtur quæ ab ipso deinceps scripta sunt. Non.n. contentus his, quæ menti tribuit, existimans eius actiones mutatrices, siquis, inquit, neq; intellectuales substantias liberas esse ab ipsa habitudine temporis concederet, & is opificem temporis omnino supra tempus esse censeret. Si ergo inquit, sine medio Deus condidit coelũ, & cætera quæcunq; his adiecit, ne bis eadem scribam. quia & cognoscit reditus astrorũ Deus, quia aliud prius reuertitur, & aliud posterius, & ita vult. Præterea nouit futurum qñ erit, & pręsens cum adest, & præteritum, quia præterit: igitur in ipsis diuinis ĩtellectionibus, & placitis aliud prius erit, & aliud posterius. Et cognitio, inquit, ſm quam nouit, quod futurum est, prior est ea, qua nouit id, quod præsens est, & hac rursus posterior est ea, ſm quam cognoscit, quod nõ amplius est eorum, quæ sunt. Si ergo per dictiones has prius & posterius statim Aristo. visum est significari tẽpus, nimirum, neque opificem extra habitudinem temporis esse faciemus. Dicat porrò, an prius & posterius in ipsis intellectionibus, & placitis, aut actionibus voluntatis consideret fieri ſm mutationem, & progressum, vt intelligat aliquid prius: & deinceps ad intellectum procedat ex altero, & ex hoc in aliud rursus mens ipsa, an ſm aliquam aliam significationem prioris, & posterioris. Si enim ſm progressum, & motum idem cõsiderat ipse est, qui post actiones mentis, & eas Dei tempus producentis à tempore metiri dicit: & sic quod magis prius, & posterius intelligit, patet ex hoc qñ rursus præsens esse nouit quod præsens est, & posteaquam interit nouit, quòd pręterit. Si ergo qđ aderit, tunc nouit adesse, & posteaquam interiret, tum nouit præterisse. Et neque ea prius sciuit, neq; posterius: sed præteritum, præsens & futurum non simul sunt, sed ſm tempus fluens, vnum non est, alterum autem est, tertium vero nõdum est tãquam hunc fluxum in ipsis intellectionibus Dei imaginetur: & hoc, Quando & Tum, nisi aduerbia sint temporalia, dicat iste quando existimanda sunt hæc. Quod si ſm aliquam aliam significationem prioris & posterioris dicit esse quãdam priorẽ in Deo cognitionem & posteriorem: nã faciemus ipsum si videtur quãquam mente, & ratione optimũ, quia opere exacte non possumus, si ita priorem & posteriorem dicit cognitionem, perinde ac Deus habeat notitiam ſm prius & posterius temporis, & cum cognoscat, quòd prius fuit & posterius non, est valde absurdum. Neq; simul introducitur tempus, cum ipsa notitia prioris, & posterioris vt neque cum ipsa causa diuina. Neque Aristo. fuit coactus intelligere, sic prius & posterius temporaliter, attamen nemo audeat collocare, ac referre prius & posterius in cognitionem ipsius Dei, & ſm hoc dicere, quòd cognitio, ſm quam cognoscit futurum, prior est ea, ſm quam cognoscit, quod est præsens & hæc posterior sit ea, ſm quam cognoscit, quòd non amplius est de numero eorũ, quæ sunt. Simul.n. est horũ in ipso cognitio, & non prior, neque posterior. Et repetat iste vir sua verba memoriter, in quibus dixit, & ea, quæ sub tempus incidunt, Deus cognoscit sine tempore. Vnde videtur, quòd tum ignoret quid dixit. Quod si prius & posterius, vt ſm positionem vel vt ibi aliquis diceret magis proprie ſm ordinẽ causæ, aut secundum naturæ excellentiam in ipsis intellectionibus, & actionibus voluntatis aliquis Dei vidit, profecto nihil sunt hæ significationes contra rationem Aristo. sed est puerorum ludentium eniti, ex ipsa indistincta æquiuocatione contradicere. Sed procedens censet intelligendum esse illud, priusquam non temporaliter cum dicitur

In diuina notitia prius & posterius non est.

Non distinguere æquiuocationẽ est ludere puerorum.

priusquam

priusquam fieret, non erat tempus. Multæ enim sunt dictiones temporaneæ, inquit, quæ nullo pacto significant tempus, sed solum significant non esse semper tēpus. Cum porrò hæc dicat, patet, quomodo non vult intelligere quæ dicit. Si.n. censet non secundum tempus prius & posterius intelligenda esse, quæ fuit quō aliter hæc accipi queant. &, cum inuenisset, quod aliter non potest, abstinuit ab ipsa contradicēdi importunitate. Nam, cum diceret, quod fortè ante sex millæ annorum non erat mundus, quid aliud videtur dicere, quam quod ante tot annos non erat grammatica ars? Sed si hoc dicit, quid aliud dicit, quam quod tempore illo ante illos annos non erat? Nam tale prius, neque positione est, velut si dicerem ante hanc columnam non est alia. Etenim positio est positorum, neq; natura, vt etiam prius dixi. Et hoc.n. petit aliquid esse prius, quando dicimus prius esse genus, quam species. Sed omnino ante sex mille annos, posteriores erant ipsismet sex mille anni. Prius.n. est posteriore prius. Si ergo tempus est posterius: tempus erit etiam prius quam sit in tempore. Sed hoc, inquit, intellige solum, quod non semper est tempus. Quid igitur hoc significat, non quia aliquando quidem est, & aliquando non est. Sed illud olim, aut interdū dicet Grammaticus non significare. Quocirca iustum est, vt explicet, & proferat quid olim, aut quando significet aliud. Non.n. sine significatione est dictio, sed mouet, & excitat aliquā cognitionem audienti, & afficit aliquomodo ipsum. Hæc igitur contra primum argumentum eorum, quæ nunc dicuntur. Grammaticus dixit, & intellexit. Sed ad scd'm argumētum Arist. ꝙ persuadet tempus æternum, quia omnes naturales excepto Platone eandem intelligentiam videntur habere de æternitate temporis, & quomodo ingenitum sit, audi quæ iste rursus sibi sumpsit vt ei contradiceret. Primum, inquit, non æquum esse, quia quinque fortè, aut decem viri afferunt inter se concordes, præter Platonem, tempus ingenitum, iam ob id hos præponere Platoni. non.n. profer ētium multitudine discernitur veritas. quia sic solus Aristot. quintam substantiam corporis introducens, videretur solus peius multo decreuisse ac statuisse, quam omnes aut multi, qui quatuor initia mundi elementa, vel omnia, vel horum quædam tradiderunt: Sed omnino, si licet multitudinem multorum naturalium sequi, quō vt ipse in primo de cœlo inquit, Omnes illi quidem mundum factum esse aiunt, & ipse ostendit esse ingenitum? Item, si potius credendum est ijs, qui sibi constāt, quam his, qui sibi non constant, nimirum Plato magis sibi consentit, & constat, quam Aristo. Vnde ille tempus simul factum cum cęlo asserit, sed alij mundum genitum aiunt, & tempus ingenitum, quorum vnum sine altero subsistere non potest. Igitur Platoni magis credēdum est, qui asserit vna cum mundo tempus fuisse factum. Item inquit, Si ergo alibi demōstrauit alios Naturales à vero multum aberrasse, quomodo testimonium ipsorum approbātium tempus ingenitum, admittemus? Item in his plures & antiquiores, qui magna fide plurimum valent apud alios, tradit ordinatos ostēdere contra eos, qui asserunt tempus esse ingenitum. Dicendum igitur & ad has obiectiones, quod Arist. non adducit hæc testimonia velut demonstratiua, sed post demonstrationes, vt plura. Quoniam æquum est mentionem eorum etiam facere veterum, quos concordes assentiri demōstratis inuenire poterimus. Idq; primo vt referat acceptum illis, qui primo hanc veritatem nacti fuerunt. Deinde, vt auditoribus dignus fide videatur cum persuasionem, post necessitatem demonstrandi adferat. Nam indubitata magis videntur ea, quæ à pluribus, & sapientioribus conceduntur: vt ea, quæ sunt omnino apud omnes certa, & ab ambiguitate aliena, quia mens atq; intelligentia non habet quo ad oppositum declinetur. Hic autem Grammaticus non consentiens, neq; percipiens scopum horum verborum obiecit contra hoc testimonium, velut contra demonstratiuū, quippe qui asserit non oportere sequi affirmationes eorum indemonstrabiles. Quod verò Plato mundum atq; tempus genitum affirmarit, non secundum illam significationem geniti, qua vsus est Aristoteles: & ꝙ Aristo. veterem imitatus ac seruans consuetudinem non Platoni, sed cæteris, qui accipiunt eam geniti significationem, quę in promptu, atq; in vsu est, hoc modo repugnauit, non est opus vt repetam, cum ipse pauloante s'm expositionem Arist. vt puto, id aperuerim. Quare, si Arist. alios Naturales asserentes mundum genitum corrigit, etiam vt id accurate fecisse videatur occurrit contra eos etiam, qui idem videntur asseruisse. Et quid mirum, si Aristo. censuerit Platonem, & alios accepisse significationem geniti, quæ in promptu est, quando postea tot Platonis interpretes distinxerūt illud vocabulum genitum. Sed Grammaticus iste putat Platonem sibi assentiri, cum putet Platonem sic mundum genitum asserere, vt ipse vult, tanquam prius non fuerit, & postea fuerit. Et non intellexit Platonem dicentem, ꝙ, cum Deus voluisset similem mundum exemplari secundum æternitatem efficere: cum dedisset exemplari æternitatem, mundo tempus (simulacrum, & imaginem æternitatis) præbuit, quod esset quædam æternitas temporanea. Et pauloantè adieci verba Platonis. Cæterum neq; Aristot. introducens quintam essentiam, secundum intelligentiam, ab alijs dissentit, & præsertim à Platone. Si.n. ob id, quia Plato censuit cœlum constare igne, & terra atq; intermedijs. quia visibile est, & tāgibile, & nihil videtur sine igne, neq; tangitur sine terra, interrogandum etiam esset Aristoteles, num & ipse hæc ambo concederet, videlicet cœlum num sit visibile, & tangibile: & hæc primo igni & terræ competere. An forte quia is vocat quintam essentiam, an quia Plato aliam substantiam cœli præter quatuor elementa sub Luna asserit, quandoquidem cęlo figuram duodecim basium tradidit, & hę figuræ sunt substantiæ, quas cœlo, & quatuor elementis tribuit; quare & ipse cœlum quintam substantiam vocauit. Præterea hoc apertius fecit Xenocrates familiarissimus Platonis auditor, cum hæc in libro de vita Platonis conscripserit. Igitur animalia rursus sic diuisit in ideas, & partes diuidens, donec peruenit vsq; ad elementa omnium animalium: quas sane quinque figuras nominauit, corpora diuisa in ætherem, ignem, aerem, aquam, terrā. quare æther est aliud quintum corpus simplex à quatuor distinctum elementis. Item neq; veteres, vt ille ait dissidēt à seipsis, qui mūdum s'm aliam significationem genitum dicunt. quia genitum dicunt velut à causa, aut secundum hypothesim, & tempus ingenitum tāquam non prius extiterit, sed posterius & si semper simul sint, vt quando fuerit tempus, & mundus. Sed tempus ac prius & posterius, in seipso habens tempus, non possunt sic dici genita secundum hypothesim. Si.n. genitum est id, quod prius non est, & postea est, & prius est tempus, quomodo potest tempus genitum intelligi? Sed neque in omnibus vt iste inquit, naturalibus considerationibus, demonstrauit Arist. veteres naturales à vero plurimū abesse: qui nunc & sæpe alias diligit suam concordiam cum illis. Aut forte non multas rationes adduxit, ostendens omnes ferè Physicos ex contrarijs, & subiecto quodam dicere ortum fieri, quanquam alius, ac alius secundum diuersas conceptiones, in eandem

venerint

Dictiones temporis semper tempus important.

Quam inuali dum sit argumentū ab auctoritate.

Aliorum testimonijs quare usus fuerit Aristoteles.

Quintam essentiam ab elementis Aristoteles introducens quomodo cum Platone consentiat.

Duodecim basium figurā cœlo tribuebat Plato.

Aetherem quintū ab elementis corpus posuit Plato et asseruit Xenocrates: Genitum affirmare mundū non contradicit Aristoteli.

Naturales in multis in hac re consentiunt, silentio, quam verò discrepãt nominibus.

venerint sententiam. & hoc non dico, quia omnes in cunctis rectis rebus, de rebus naturalibus idem senserint, & nunciarint, sed ꝙ plurima suis sententijs consentiunt, & proferunt vna sententia, quanquam ex nominibus, & verbis videantur dissentire. Quocirca Arist. multas obiectiones fecit. Praeterea, quia inquit, plures se posse demonstrare antiquiores, & magis fide dignos, dicentes tempus esse genitum: num inuidet nobis hos discere, quos Arist. ignorauit? cum plane dicat preter vnum omnes dicere consensu vno tempus esse ingenitum. Sed cum nullum in medio adducere posset, silentio suam detexit ac palam ostendit ignorãtiam. Quòd si Iudeorum legislatorem indicat, qui
» testatur dicens: {In principio cœlum, & terram Deus fe-
» cit, & terra erat inuisibilis, & non ornata, tenebræq; erant
» supra abyssum, ac Dei spiritus supra aquam ferebatur:}
» deinde cum ipse fecisset lumen, & loco separasset lumen à
» tenebris subiunxit: {Et vocauit Deus lumen diem, & tene
» bras noctem, & simul vesper prodijt, & mane dies vnus.}

Huic rationi satis respõdet Basilius magnus in suo examine.

Si ergo talem temporis ortum fuisse temporaneum credidit, velim intelligat, quod hæc est fabulosa traditio, & è fabulis Aegyptiorum trahitur. quia q̃uo Sol est causa diei, vt etiã ipse dixit Moyses, si quarta die ait, fuisse factum?

Arist. principiũ petit probans temporis æternitatẽ ex nunc, quod est temporis medium.

Sed tertium Aristotelis argumentum dicens, ꝙ si non potest intelligi tempus sine ipso nunc, quia nihil est accidere in tempore nisi nunc: sed hoc nunc est medium, & principium futuri, & finis præteritis profecto necesse est, vt tempus semper sit. Quod si tempus æternum, ergo & motus sit necesse est, siquidem tempus est affectio motus. Cum porrò iste cœpisset dicere contra hoc, inquit, admiror valde philosophum, qui non vidit, q̃uo non demonstrat, sed petit quæsitum. Cum.n. quæreretur, an tempus sit de numero eorum, quæ sunt, vtebatur hac dignitate, quod nunc est medium temporis, quod idem ac si dicas tempus æternum esse. Vt si quis lineam quandã extensam supra quoddam longissimum spatium, cuius termini non viderentur, quærens, an finita, vel infinita sit, acciperet ꝙ omne punctum in ipsa linea quæsita, est medium lineæ. Si.n. hoc ante omne acceptum punctum, & post ipsum linea, linea est: quod si hoc, infinita est linea, quæ quærebatur. Vt igitur inquit in hoc exemplo, qui accipit lineam esse ad vtranq; partem omnis pũcti in linea quæsita, iste nihil aliud videtur accipere, quam ꝙ sit linea infinita. Et idem quæsitum in propositione syllogismi accepit. Sic etiã qui vult ostendere tempus æternum, deinde accipit effatum, & propositionem, ꝙ omnis nũc ad vtranq; partem tẽpus est, idem, accipit quod quærebatur, quod tempus, videlicet, est sine principio, & fine. Hoc igitur est ipsius primum argumentum contradicens & iste, vt dicit, admiratus est Aristotelem: quippe qui non viderit haud demonstrare, sed petere quæsitũ. Sed quis hunc merito non admiretur, qui cum ignoret viam hanc non esse rationem demonstrandi, ausus est contradicere Arist. eumq; harum rerum arguere, quas ipse inuenit, atq; absoluit.

Petere principiũ quid sit.

Est ergo in principio petere, per idem ostendere id, quod est manifestum, non per idem. quod vero committitur qñ vel perspicuo aut palam propositum petunt, vt si nos diceremus, aliqua bona non statim bonos facere, vt potentias, quibus est facultas bene & male vti. Bona.n. est potentia ad vtranq;. Sed bonum non facit, nisi bene vtatur ipsa, quod Stoici destruere volentes, aiunt omne bonum facit bonos, petentes id, quod est in principio.

Bonos efficere id, quod bonũ est, ut volunt Stoici, ẽ petere id, quod est in principio.

sed quidam non plane id, quod est in principio petunt, sed cum ad propositiones proficiscuntur, assumunt in figura illa velut manifesta, quæ nequeunt aliter ostendi, quam per ipsum quæsitũ. vt si proponamus ostẽdere, ꝙ triangulus habet tres angulos æquales duobus rectis, acciperemus, quod quadratum habet quatuor rectos, quod est ostensum per triangulum. Tertius modus petendi in principio est, qñ eorum, quæ mutuo conuertuntur, dum vnum quæritur, alterum accipiat alterum. vt si quæreremus an diameter sit lateri incommensurabilis, & aliquis acciperet, ꝙ latus est incommensurabile diametro.

Non simpliciter petit principium qui accipit id, quod conuertitur.

Sed forte neq; simpliciter accipiens id quod conuertitur, quod est in principio petit: siquidẽ ex definitionibus propriæ demonstrationes fiunt, sed tum solum quando fuerit similiter immanifestũ, quod conuertitur. Cum ergo Aristo. acceperit ex euidentia, quod nunc est medietas temporis, & ex hoc ostenderit quod æternum est tempus, iste dicit, quod ambo hæc sunt idem. Et quod non sint idem perspicuum est, neq; dictionibus, neq; significationibus. Non.n. est medium nunc ipsum tempus æternum, siquidem omne tempus constet præterito & futuro. Item neq; ostenditur per tempus sempiternum nunc medium esse, sed ex intelligẽtia ipsius nunc. Item neq; similiter sunt manifesta tps æternum esse, & nunc medietatem esse. Quòd si iste ex necessitate putat hæc sequi, ipsi dicendum est, quod demonstrationes, quæ fiunt per sequentia, ex necessitate per eadem fiant, & petant in principio. Sed tales sunt ex his, quæ per se competunt, & tales sunt propriæ demonstrationes.

Impertibile esse est commune puncto, ac signo.

Sed videamus argumẽtum à signo sm lineam acceptum. Et hic accepit commune esse puncto, & nunc impertibile: quatenus sunt initia, & fines lineæ, & temporis: qui non amplius ratiocinatur, ꝙ punctum initium lineæ, ac terminus non indicãs medietatem, sed solum impertibile esse in his, quæ habent positionem. Sed nunc ipsum non est simpliciter impertibile, sed sic velut præsens temporis: hoc autem statim simul infert præteritum & futurum, quia neq; prius est, neq; futurum, sed nunc. quare qui omnis ipsius nunc ad vtranq; partem tempus esse dicit, & ob id æternum esse tempus ostẽdit, non petit in principio, neq; accipit quæsitum: sed id, quod ex necessitate sequitur euidentiam huius, quod nunc est medium accipit.

Præsens aliquando fuisse & futurum non tale immemorem est.

Quis autem cupiens fore Grammaticus, negaret tempus præsens esse medium inter præteritum & futurum, & assereret, quæ iste asserit, ꝙ præsens apud nos tale est, quod erat olim præsens erit non tale? Simile.n. videtur dicere, perinde aliquis dicat nũc denarius est terminus vnitatum numeri, & principium denariorũ: erat autem quando non amplius denarius habebat ante se numeros monadicos, & erit qñ non habebit post seipsum denarios, tamẽ vt denarius semper habet ambo. Sic etiam presens, sm quod presens, est terminus præteriti, & initium futuri. Quare iste secundum illud nunc in principio, quod asserit ille, qui canones, & artem grãmatices profitetur in ipsis verbis, non accipit tempus præteritum, immo neq; præteritum imperfectum, nec perfectũ, & omnino preteritum plusquam perfectum præsentis temporis negauit habere quandam naturam tunc, siquidem hæc cõicent cum præterito aliquomodo. Sed, vt videtur, cupiens iste propriam hypothesim concludere, etiam cõmunes nominum conceptiones in seipso destruit. Sed non est, inquit, ostendere nunc esse medietatem temporis, nisi prius ostensum fuerit, ꝙ æternum sit tempus, atq; si è notioribus oportet demonstrationes esse, multo autem apertior, & notior est medietas ipsius nunc q̃ tempus esse æternum. Quis.n. ignorat etiam si Grãmaticus non fuerit, quod præsens tempus medium est inter præteritum & futurum. Vnde recte Arist. demonstrauit ex medietate ipsius nunc æternum esse tẽpus. Sed, qñ, inquit, cum simul sit tempus cum celo & mũdo, nul-

la ratio

la ratio ostendés mundum ęternum permanet irreprehensibilis, nisi opinio implicita, atq; suscepta sit de temporis ęternitate. Si ergo, vt ipse existimo, omnes rationes huius, quæ nitebantur confutare æternitatem, demonstraui manceas ac debiles esse, cum ipse primum de coelo Arist. interpretaretur, patet, ꝙ huius inuentum recens erit vanum.

Tex. 12. *Eadem autem est ratio, & de eo, quod est, incorruptibilem esse motum. Vt in eo, quod est, genitum esse motum, accidebat quandam esse priorem mutationem prima, sic hic posteriorem vltima. non. n. simul desinit moueri & esse mobile, & comburi & esse combustibile, contingit. n. combustibile esse, quod non comburitur. Nec, motiuum & mouens. Et ipsum autem corruptibile, oportebit corruptum esse cum corrumpitur. & huius corruptiuum rursus posterius. corruptio enim mutatio quædam est. Si igitur hæc impossibilia sunt, manifestum est, quòd est perpetuus motus, & nō aliquando quidem est, aliquando autem non.*

Tex. 13.

Com. 12. Cum proposuisset ostendere, ꝙ neq; genitus fuit aliqñ motus, vt prius non fuerit, neq; interit erit tãquam postea non sit, duobus vsus est argumentis: vno quidem à definitione motus, altero autem à tẽpore, dupliciter ex hoc quęsitum ostendens, videlicet ex priori, & posteriori, ac ex ipso nunc, quod semper est medium inter præteritum & futurum: sed in argumentis ambobus, à tempore demonstrauit ambo, & quod non erat quando non erat motus, & quod non erit, quando non erit motus. Sed in argumento à definitione, cum alterum ostendisset, quod ingenitus est motus, & non erat qñ non erat motus, cum ad argumentum à tempore descendisset, nunc adiecit reliquum, quod deest argumento à definitione, dicens, ꝙ motus est incorruptibilis. Vt. n. ingenitum demonstrauit in illis motum esse, quia semper prius est ante motum id, quod potest moueri, sic etiam in his ostendit ipsum interitus expertem, quia semper id, quod potest moueri, post ipsum motum existit. Non. n. interit simul id, quod potest moueri, cum cessat motus: neq; simul mouens & motiuum. Si. n. dum cessat mouere, aut moueri etiam statim interiret, non permaneret post motũ id, quod potest moueri. Quod si non motum idem, sed quiescens esse potest, propterea ꝙ natura ita quietis est principium, vt motus: non ergo cum cessat aliquid moueri, iam cessat etiam mobile esse, quando fuerit motus acceptus proprie, & non interitus eius, quod mouetur. Nam de motu hanc rationẽ facit, vt placet Alexandro. Si ergo quod quiescit à motu, manet cum sit mobile, patet, ꝙ rursus mouebitur, & nõ erat ille vltimus motus, à quo cessauit. Sed cum Aristo. hic contentus esset, interpres tamen adiecit causas. Nam motiuum, aut mobile sunt obnoxia interitui, aut æterna: ꝙ si obnoxia interitui, cum omnis interitus abeat & intereat per motum: quare posterior rursus erit motus eo, qui vltimus dicebatur: si vero non sunt subdita interitui, si motiuum erit, & mobile tempore infinito, iterum ergo aliud mouebit, & aliud mouebitur. Hoc. n. est quod potest, quod fiet, nisi prius interierit quod potest moueri. Sed ad fidem huius, quod non simul quiescant actiones eorum, quæ mouentur, & mouentium, ac potẽtias: adiecit hoc, ꝙ non necesse est simul cessare comburi, & esse combustibile. Et mihi videtur reddere rationem obscuram, cum accipiat loco exẽpli ipsum, quod comburetur, quod simul videtur deficere cum ipso moueri. Item ratio non fit de his, quæ intereunt, sed vera est de his, quæ intereunt, sed vera est de his quæ mouẽtur, vt interpres inquit. Quæ. n. mouentur seruantur dum mouentur, & ipsorum motus non est interitus. Et hac ratione differt à motu interitus, quia quod mouetur permanet, sed quod interit non permanet. Quomodo igitur adiecit quod comburitur, aut ipsum comburi quod interit? Nisi dici posit, ꝙ pro eo quod moueť posuit ipsum, quod comburitur. Vel dicendum est, ꝙ possunt esse quædam combusta, quæ non intereunt, vt quæ infunduntur, vt aurum, plumbum, æs, & id genus. Vel non frustra posuit combustibile, vt indicaret, ꝙ etiam ea, quæ sic mouentur, velut combusta, ac ea, quæ etiam videntur interire, quæ etiam post motum relinquunt aliquod mobile & post combustionem combustibile: quod rursus comburetur. Si. n. in ignem eius, quod comburitur, mutatio fieret, quia & ignis velut alia elementa mutantur, habet & ipsum combustibile, & si non proxime. Quod vero ſm hanc magis intelligentiam Arist. posuerit combustibile, tanquam vera sit ratio de ipso combustibili indicat subiungens. {Et ipsum corruptibile oportebit corruptum esse.} vnde accipit combustibile, vt corruptibile, & ostendens etiam ab hoc quod neq; primus motus est, neq; vltimus. Vt. n. quod mouetur ab aliquo mouetur, sic etiam quod comburitur ab aliquo comburitur, & quod corrumpitur ab aliquo corrũpitur. Tamen quod corrumpit nunquam simul interit, cum eo quod corrumpitur ab eo, sed permanet. Patet ergo, ꝙ post ipsum corrumpetur, & poterit tum corrumpi. Et rursus quod corrumpit hoc erit post corruptum. Si ergo interitus per motũ, & motus, aut mutatio, quod indicat his verbis. {Corruptio. n. est quædam mutatio,} patet ergo, ꝙ non erit quædam vltima mutatio, sed semper accepta erit accipere posteriorem. Quare etiam motus est indeficiẽs. Sed quõ accepit quod corruptiuum alicuius, & ipsum corruptibile est. Nam imbecillis oculus defixus in Solem, corrumpitur. Item exiccantur plures plantæ Solis ardore, qui habet substantiam immunem ab interitu. Nisi dicatur primum, quod dicta non intereũt Solis ardore, sed ab ea corrumpuntur affectione, quæ in aere facta est. Si. n. quæ corrumpuũtur à contrarijs extinguũtur: & contraria sub eodem genere sunt, & in eodem subiecto, & omnino genere similia sunt: non ergo à Sole corrumpuntur ea proxime, quæ in ortu versantur. Deinde si quæ fiunt non proxime à Sole fiũt, sed per media: Sol. n. generat hominem, sed per hominem, multo magis non corrumperentur proxime. Sed sat est rationi, ꝙ mutatio eorum, quæ Luna inter se mutantur, existat: & quæ hic intereunt, & corrumpunt, in dicent, motum non deficere. Sed noto id, quod dicitur, in his contra Alexan. in quibus inquit, ꝙ interitus fit à contrario, vel à simili, vt ille, qui fit secundum marcorem, & sensim tabescentiam, ac extinctionem. Dicit. n. hoc, vt videtur, de minori flamma, quæ à maiore paulatim, & sensim consumitur, & extinguitur. Verum hæc consumitur, & extinguitur non velut flamma ab ipsa flamma, sed velut minor à maiore, quæ quidem sunt rursus cõtraria. Sed scitu dignum est, ꝙ Arist. cum ostendisset motum esse ingenitum, & posset etiam ostendere ex ipso ingenito, quod sit expers interitus, siquidem nullus hactenus ausus sit dicere, quod ingenitum sit obnoxium interitui: non censuit ex hoc demonstrandum esse, quia nondum demõstrauit, ꝙ hæc mutuo conuertantur, genitum & incorruptibile, & ingenitum & incorruptibile. Quod quidem posterius ostendit primo tractationis de coelo. sed, cum ostendisset, ꝙ nequit genitus, aut corruptibilis esse motus ex his, quia omni motu accepto velut primo est alius prior, & quia quocunq; accepto motu posteriori, est semper posterior: & ostenderit autem hæc ex æternitate temporis, quod simul omnino adest cum motu: merito concludens dixit, ꝙ si hæc fieri nequeũt, vt motus sit genitus, & intereat, idest, quod

Motus ē incorruptibilis, q̃a mobile est semper cum motu.

Eorum, quæ mouentur, & mouentiũ operationes & potẽtias non simul cessare.

Interitus qua ratione differt à motu.

Quamobrem quod comburitur acceperit pro illo, quod mouetur.

Quod quippiã corrũpere potest, ꝗ̃o corrumpatur.

A Sole res nõ corrumpũtur proxime, quæ in ortu versantur.

A simili & contrario fit interitus.

quod habeat initium & finem, quod quidem idem est ac si dixerimus, q sit primus, & vltimus: necesse est, vt sit ęternus, & non sic se habere, vt aliqñ sit, & aliquando non sit.

Digressio in Grammaticum.

GRammaticus porrò in his etiam ex seipso seipsum arroganter iactans, inquit, si Philosophus, eisdem quibus conatus est ostendere motum ingenitum, etiam incorruptibilem esse probat, eisdem & nos illas rationes diluemus, quibus, & propositas confirmamus. Dicendum igitur est ad deductionem per tria dictam à recentioribus, si eisdem rationibus is euertere tentans ingenitum esse motum ij videantur explodere & illum, tanquam dixerit debiles rationes, etiam ij, qui confirmant esse incorruptibilem, eadem persuadent examinantes. Sed quoniã velut vicerit primum figmentum, reliquum quadam securitate fretus non veretur leuioribus argumentis vti. Sed hæc nos addentes considerabimus. Nam, inquit, ea, quæ sunt, dum mouentur, aut simpliciter quæcunq; habent motum suum s'm naturam perfectiuum, & conseruatiuum naturæ eorum, hæc, vt primum à motu quiescunt, etiam intereunt. Cordis proinde, arteriæ, pulmonis potentiæ ad motum simul possunt interire, cum interitu motus sui, & multo magis ea, quæ appellantur habere esse in motu, similiter & reliquarum partium animalis vnaquæq;. Et ignis, inquit, igitur, cum quiescit à motu, etiam interibit: non igitur necesse est, vt post omnem motum, qui ponitur interitus, sit alius motus: igitur & hic videtur inuehi in dicta Aristotelis, quando dixit {Non.n. simul quiescit quod mouetur, & mobile existens, } idest, quod potest moueri non eodẽ omnino motu, sed qualecunq;. Non.n. hoc proponebatur ostendere, quod ęternus sit motus vniuscuiusque, quod subditum est ortui, cuius substantiam neq; asserit æternam, sed quod semper est motus etiam in his, quæ sunt sub Luna, & non est posterior motus, sed etiam post hunc est aliquis, & si sit semper alius alteri succedat. Sed is, inquit, cor, & ignem vbi quieuerint etiam priuari ea potentia, s'm quam mouetur eodem motu, non tamen hoc priuantur, quin sint mobilia. Cor.n. vbi interiret, in elementa dissoluetur, ex quibus constabat, & ignis in aerem mutatur. Sed elementa & alia, & aer mobilia esse, & non solum hoc, sed etiam mota, opinor, atque iste dubitat. Et vide, quomodo etiam Arist. prius sustulit hanc falsam intellectionẽ his verbis. {Vt comburi & combustibile esse.} Sed his non potuit assequi dicta, sed censuit ipsum dicere, quod cessante motu, quod idem mobile manet secundum eundem motum, atq; oportebat animaduertere comparationem ad ortum. Nam, inquit, vt in ortu accidit motum quendam priorem esse primo, sic posteriorem hic vltima. Vt igitur ibi prima posita prior ostendebatur illa, secundum quam primo motum, aut genitum fiebat, aut æternum cum esse mutabatur in ipsum posse moueri, sic etiam hic posita vltima est alia posterior, s'm quam relictum mouebitur, vel secundum quam corrumpẽdum interit. Sed neq; illa, neq; hæc videtur Grammaticus sequi. Sed videamus his dictis adhuc sapientius, vt ei videtur argumentũ. Inquit ergo, q non est verum, q si post quiescere à motu aliquid remanet, id habeat potentiam mouendi. Neq; sic recte Philosophus deinceps ratiocinatur. Si.n. non omnia per motum fiũt ea, quæ fiunt, sed est quidam ortus repentinus secundum Arist. sine motu, & temporanea extensione est: etiam interitus talis, vt perfectarum formarum in subiectis præsentia, & absentia, & velut puncta fiunt in connexione, & velut tactus, & corruscationes, & receptio visus. non ergo omne, quod interit, per motũ interit: quare, si diceret. Nam mihi videtur reliquisse rationem non conclusam, quia & si interiret, quod interit, non omnino per motum interiret. Et si Deus, inquit, opifex sine tempore produxit cœlum, & mundum, quæ ab ipso sine medio producta sunt, quando voluerit mundum destruere, eius tum interitus erit sine tempore. Hæc igitur iste dixit, volens non omne, quod interit, per motum interire. Sed oportebat eundem intelligere verba Aristotelis, vbi inquit: Etenim interitus est quædam mutatio, atq; illa verba in quinto, cum dicit. Omnis mutatio est ex aliquo in aliquid. Indicat autem & nomen, quia significat vnum post aliud, ac prius & posterius, & q ortus, ac interitus sint mutationes s'm substãtiam. Cum igitur hæc audire debebat, etiam animaduertendum sibi erat, q, qñ Aristo. quendam subitum dicit ortum, aut alterationem, non sic dicit, tanquam sine mutatione fiat & tẽpore. Nam aliud post aliud est in his, ac prius & posterius, & extensio tẽporanea, atq; ex eo, quod non est, ad id, quod est, & ex eo, quod est, ad id, quod est mutatio, sed vna cum his contrahitur extensio ac tempus: propter quod etiam videtur eisdem repẽte aliquid fieri, quia non s'm totam mutationem in his consideratur, sed secundum finem eius. Quis enim diceret ædificationem domus esse sine tempore, sed finis formæ, non forma simpliciter traditur esse appositio vltimę tegulæ, vt etiam principium ortus est ablatio eius, & sic forma subito aduenire, & recedere dicitur. Item lineæ diuisio, & connexio, & alia, quæ apponuntur, non fierent, cum prius non moueantur aliquo motu, in cuius termino hæc subsistant. Et siquis respiciens ad terminos apparentes aduenire sine tempore, & animalia ac plantas fieri, sine tempore diceret motum, fine designans & terminans. Aliud tamen est fieri, & aliud factum esse: & ortus spectatur maxime dum fit, & non vt primum factum est aliquid: itidem motus dum aliquid mouetur, sed non postea quam cessauit à motu. Si ergo in aliquibus simul magis contrahitur extensio ortus, & interitus, vt in corruscatione, & tactu, & congelatione lactis dicitur, & aquæ, in quibus repentina fit mutatio, non dicitur ob id mutatio sine tempore, sed ipsam fieri s'm totum, & non per partes. Et omnino nullus existimat, sine ipso fieri aliqđ factum esse. At & factum esse, nisi nomen sit vacans significatione, subsistere per ortum indicat, & ipsum corruptum esse, per interitum perisse. Nisi etiam iste det per ortum atq; interitum, sed non per motum concedit, non intelligens, q motum ęternum in his dicit Arist. illum, qui communiter de ortu & interitu prędicatur: & idem est cum mutatione. Quocirca & sic dixit, etenim interitus quædam mutatio: & ante hoc, quemadmodum.n. in ipso fieri accidit quendam motum esse priorem prima mutatione, sic etiam hic posteriorem vltimo, cum vtatur indifferẽter nomine motus, & mutationis. Sed magis indicans, quod & si aliqua alia species motus fuerit prima, vel posterior posita, & alia qualiscunq; spẽs motus erit ante primã, & post vltimam, & sic motus erit æternus & in alia, & alia specie subsistit. Quod si fatetur is opificem sine tempore producere cœlum, & mundum, quõ prius non producentem, posterius inquit, producere, ac producta esse, posteaquam cessarunt à productione? Non.n. nunc existimat ipsum producere iam pducta, & adhuc post tot annos destruet ipsa. Quomodo igitur sine tempore producit, & destruit mundum agens extensionem temporis in ipsum, & si interdum producit, & interdum destruit, & producit priora & posteriora,

Motum posse corrumpi quo modo probet Grãmaticus.

Corrupto motu corrumpitur potentia.

Quæ mouentur si corrũpuntur in ea, quæ mobilia sunt corrumpuntur.

Quæ simul generantur, non fiunt per motũ, sed in instanti.

Non omne quod corrumpitur per motum corrumpitur.

Deus destruet mundum absque tempore. Instantanea generatio fit in tempore.

Consideratur generatio in quod generatur, non in eo, quod genitum fuerit.

Motus et mutationis nomine indifferenter vtitur Aristoteles.

Deus non producit aliquid sine tempore, quãuis aliquid producat aliquãdo non.

riora, vt iste fatetur, & interdum hæc, & interdũ illa: vt in sex diebus, cum fecerit mundũ, alium, aliũ diem fecit. Nã donec hæc temporaneam, & non aliam significationem significant, non potest agere secundum hæc nisi temporaliter egerit. Sed si sine tempore producit, hoc.n. verum est, semper producit, & non aliqñ sic, aliquando minime. Hęc.n. temporalia sunt. Is autem non contradicit, cum colligat, quæ simul colligi nequeunt, videlicet aliquid agere sine tempore, & interdum sic, interdum non. Atqui hoc solum erat sufficiens ostendere, contra æternitatem mundi, quod quidem ipse fatetur: videlicet Deum sine medio producere, & non cum tempore. Quod si sine tempore producit mundum, & non aliqñ, & aliquando non, patet quod semper producit. Sed, vt iam datum est ab ipso, aliquando significat quod in aliqua temporis parte, sine tempore Deum producere, & quando, inquit, mundum voluerit destruere, sine tempore & repente illum euertet. Si ergo & quando tempus significat, rursus dicet, quod in temporis quadam parte sine tẽpore ipsum dissoluet, & si quadam temporis parte facit, necesse est, vt priora efficiat, & aliqua posteriora, & aliqua in alio, & aliqua in alio tempore. Sed quõ potest facere, vt simul sint planetæ in omnibus signis Zodiaci? Vel vnde vnumquenq; motum voluit trahere suum initium, vel qualem voluit tum positionem habere cœlum? Quod si vbi fecit, ver apud nos cessauit à motu spatio sex dierum, vel quouis alio: patet, ꝙ non erit æstatis, & hyemis opifex. Sed harum & similium causa dubitationum est, quia existimant Deum velut homines agere, & solum nomen hoc sine tempore dicere, & re ipsa statuere palam eius actiones temporaneas, ac affirmare interdum aliqua facere, & interdũ minime, ac interdum euertere, & interdũ minime. Vnde congruum erat ijs, qui aiunt illum facere sine tempore, dicere etiam, quod semper faciat necesse est: deinceps ingeniose obiicere Aristoteli, qui dicit, opus esse, vt corruptiuũ etiam intereat qñ interiret, & Alex. dicenti. Accepit aũt, quod corruptiuum alicuius & ipsum corrumpi potest, forte velut facto interitu vel à contrario, vel à simili. Et quod corrumpens, si æternum manet, rursus mouebitur, quod si intereat, per motum interibit. Cum igitur his contradicat an, se in Quarto libro demonstrasse, ꝙ non omnino ex contrario fiunt ea, quæ fiunt, neq; quæ intereunt, mutãtur in contraria, neq; à contrario interitum suscipiunt, quia neq; omni quod interit, aut fit, est contrarium, sed sunt quædam, quæ intereunt, quæ non habent causam extra interitus, sed ob mensuram suæ potentiæ naturalis, tempore ſm partem laborando fluunt, quod si nihil est, quod extrinsecus ea tabefaciat, & sensim consumat. inquit igitur non oportere in omnibus, quæ intereunt, quærere si causa interitus permanet, post interitum habens potentiam vt intereat, & num hoc sit æternum, aut obnoxium interitui, & ita in infinitum deducere absurdum, cõtra rationem collectam, & cumulatam. Porrò vero, quia ea fiunt apud Aristotelem, vt sæpe ostensum est, quæ prius cum non essent, posterius sunt. Quod igitur hæc ex his, quæ sunt, fiunt, vel ex contrarijs, vel ex proprijs priuationibus, & intereunt aut in contraria, aut in priuationem. Rursus autem in ea, quæ sunt plane ostensum est, præsertim primo Physicæ auditionis libro. Item ostẽsum est in quibus conatus sum põderare, quę iste ausit dicere contra primum de cęlo quartum huius Librum (de quo nunc mentionem fecit,) confutans. Sed diximus de his pauloantè mediocriter. Sed si oportet nunc tangere rationem, siquidem cum prius non essent, posterius sunt, nihil potest ex his, quæ non sunt, fieri. Quædam.n. ex his, quæ sunt, fieri videntur, secundum seriem pręcedentium, & subsequentium. Nam res Troianæ si forte tum, & non aliter fieri poterant, ob seriem præcedentium, & sequentium, & constituentium illas res, & sequentium easdem. Sed quæ ex eo quod non est subsistunt, cur magis in hoc tempore fiunt prætermittam dicere, quia plane ortus & interitus, quædam sunt mutationes alterius, post alterum habentis potentiam. Si ergo quod fit, ex aliquo fit, vel ex simili fit, aut ex contrario, aut ex propria priuatione. Sed quod fit ex simili, iste reprobat: vel ergo ex contrario, vel ex priuatione, quia substantię nihil est contrarium. Quare in quibus non est contrarium, ortus est ex priuatione. Quanquam & in his, siquis animaduertat, ſm mutationem contrariorum inter se ortus fiunt, atq; interitus. quando.n. ex pane, qui non est caro, sed aptus est, vt in carnem conuertatur, caro secundum actionem, & passionem contrariarum qualitatum inter se, fit mutatio. sed non necesse est, inquit, extrinsecam esse interitus causam, sed sufficit, ꝙ sit determinata vis ac potentia naturalis, ad hoc, vt fluãt & si nihil fuerit sensim ea corrumpens. Rursus igitur hæc ratio succedet, quam cum iste ignorat, cogitur multa dicere, & intelligere. Etenim si defluxio fieret ad nihil, forte deficeret nullo perturbato subiecto: quod si in calidum ex frigido mutari necesse est, patet, ꝙ non à seipso mutaretur in contrarium, sed ab actu calido, quod est intereat frigidum, & potẽtia calidum, mutatur. Sed quõ etiam possunt ea, quæ sunt in ortu, omnia ex contarijs qualitatibus constituta, & appropinquata non mutuo agere, & pati nulla perturbatione potentiæ, quæ est ad fluendum? Ego igitur existimo mensuras potentiæ concurrere ad actionem, & affectionem qualitatum contrariarum. Nonne idem, si sibi talis affuerit consuetudo citius corrumpetur, & si talis, minus? Sed ad hanc rõnem dicere m, quod si non actiuum hoc, & passiuum, non erunt in generatione qualitatũ corrumpens, aut corruptum, sed erunt & fuerunt solum in perfectione operis, & perfectiue ac ſm vitam elargitæ & mutatæ, vt in cœlestibus non erit ipsorum potentia defluens, neq; temporis parte mẽsurata. Pulchre igitur extra corruptum, & corrumpens statuit interpres eas, & siue æternum, siue corruptibile fuerit hoc, simul ratiocinatur, ꝙ erit motus post eum posteriorem motum, qui vltimus statueretur. Sed si oportet, & huic repugnare ob eos, qui sine inquisitione multitudine verborum, & rationum huius decipiuntur, videtur mihi iste putare rationem cumulatam, & connexam ducere ad infinitum simpliciter. & sat esse puto hunc ostendisse ignorare horum discrimen, & differentiam. Nam deductio in infinitum, cum sit demonstratiua, nusquam habet stationem progressus. vt si quis diceret, ꝙ omne mouens, & ipsum mouetur: & omne, qđ mouetur ab aliquo extrinsecus moueri. His.n. positis necesse est in infinitum procedere mouens ante mouens. tñ ratio cumulata, & sorites est sophistica ex interrogatione, vt aiunt exigua ducens ſm defectum imaginationum ad incertum, vel falsum perspicuum. Interrogãt enim, vtrum gutta prima agat aliquid in petram, aut non. quod si egit aliquid, quomodo non videtur passio, aut affectio? quod si non agit, neq; secunda, neq; vltima aget: quõ igitur concauitas petræ fiebat? Vides, ꝙ hæc non in infinitum ducit. quomodo igitur inquit cumulata ratione, aut paucis multa continente, quæ Sorites appellatur inquit, deducit ad infinitum. Sed hæc quidem scripta sunt, ad eos homines, qui volunt iudicare, & discernere habitum hominis. Cur.n. omnino sibi opus erat nunc Sorite ratione, nisi ob nominum ostentationem, cum Alexand. dicat, quod cor-

rupta

Deus absque tempore mundum minime destruet si destruere voluerit.

Non quæcunque fiũt, aut intereunt, ex contrario intereunt.

Asserit Simplicius quecũque fiunt, aut ex contrario, aut ex priuatione fieri.

Mensuræ potentiæ quomõ concurrat ad hoc quod contrariæ qualitates agant et patiantur.

Sorites quid dicatur.

rupta motis quibusdam intereunt, videlicet quæ corrumpunt. Sic.n.& Aristot. dixit. Et si quidem hæc incorruptibilia rursus mouebuntur, si vero corruptibilia, erit etiam sic rursus quidã motus vltimo posterior, qui sit secundum horum interitum, qui cum non intelligat nunc dici mota ab Alexandro non corrumpentia, sed corrupta, vt inquit, velut elementa. & ipsa, cum corruptibilia sint, rursus alijs mutatis, & ipsa intereunt, videlicet materia, & forma. Sed materia non amplius interit corruptis rebus, immo manet habens potentiam mouendi. Sic igitur is, cum ab intelligentia dictorum absit, nec intelligat Aristotelem loquentem sic, & corruptiuum rursus ei opus erit, vt intereat quod interibit, & huius corruptiuum rursus posterius. Hanc dubitationem, inquit, multis in locis soluisse. Nam & si natura, inquit, non efficeret primam materiam, sed Deus efficeret ipsam, non ex materia, vt etiam corrumpat ipsam qñ voluerit, in id, quod non est, ex quo facta est, vt etiam inquit, & forma non in aliam formam mutata est, sed in nihilum ex quo fiebat reuertitur. Sed ostensum est sæpe, vt existimo, quod ea, quæ producuntur ab opifice, ex his, quæ non sunt, non sunt genita secundum hanc significationem geniti, secundum quam prius non existens posterius est, sed æternam habet subsistentiam. Non.n. sunt ea, quæ ex nihilo producuntur, quia eur tum & antea, aut alio tempore processerunt ad ea quæ sunt, & facta fuerũt, vt ea quæ sunt ex his quæ sunt habent causam congruentem, vt fiant ob seriem, vt dixi præcedentium, & sequentium. Hæc igitur æterna sunt ex necessitate, tamen genita. ſm quem diximus modum ortum habent ex his quæ sunt, & intereunt ad ea, quæ sunt, cum ortus & interitus sit mutatio. Etenim quæ forma est, quæ non mutetur ab eo quod est potestate, ad id, quod actu, & ab actu in sui priuationem, & non ad ipsum omnino nihil, vt ipse dicit. Hæc igitur, cum dixerit, pollicetur ostendere, quod non prorsus redeunt omnia in nihilum, vt penitus euellantur, sed in aliud quid melius, ac diuinius quam sit mundus, mutantur. Et mirũ est, quod mundi interitum mutationem in id, quod est, quod etiam diuinius esse affirmat, censuerit, & ortum afferat non ex eo, quod est, fieri. Sed ostenditur, inquit, quod in sequentibus libris tractatur, quod mundus iste in quẽdam alium mundum diuiniorem mutatur. & ignorat iste vir, quod talis conuersio non est mundi interitus, sed perfectio. Concludens autem argumenta contra rationes ostendentes motum non esse ingenitum, nec incorruptibilem, satis se confutasse illas fatetur ex his debilibus ictibus, & cum perinde ac confutarit, audet etiam ipse per se ostendere, quod nequit motus esse ingenitus. Sed ad demõstrationem conficiendam assumit tria pronũciata. Vnum quidem, vt si quid eorum, quæ fiunt, necessario indiget aliquo prius existẽte, vt fiat, vt nauis ex lignis, non fieret non præcedentibus illis. Secundo, quod nequit numerus infinitus actu subsistere, aut non potest aliquis numerando percurrere infinitum. & quod nequit esse aliquid maius infinito, aut illud augeri. Tertio, quod si ad ortum alicuius opus esset infinitis, non posset vnum ex vno fieri. Ex hoc.n. inquit Arist. demonstrauit in libro de ortu, quod nequeunt infinita esse numero corporum elementa, siquidem mutuo inter se fiant. Infinitum.n. impercursibile est: quare non ignis producetur, si infinita præfuerint elementa. His igitur prius concessis, si huius ignis particularis motus principium, & finẽ habet, vt ipse fiat, oportet ante alium fieri motum, ſm quem ex aere, verbi gratia, mutato oportebat ignis corpus fieri, & rursus ante motum aeris mutati in ignem præerit alter motus aquæ forte, secundum quem in aerem mutatus est, & ante illum

Materiam Deus facit.

Quæ ab opifice producuntur ex his quæ non sunt, non sunt genita significatione generantur.

Mundus non in id, quod non est mutatur, sed in aliquid diuinius.

Motum, ingenitum non esse, quo probatur à Gramatico.

Cui aliqd est opus vt fiat, id eamus sit et poterit nisi id tale affuerit.

Si infinita ad ortum alicuius necessaria sint, non potest vnum ex vno fieri.

alter, & hoc in infinitum, siquidẽ non habuit principium mundus, neq; mutatio rerum inter se, & mutua sit: igitur oportebat infinitos prius esse motus, vt hic ignis particularis fieret. Non.n. fiebat nisi infiniti prius fuissent ob primum, vt dicit, pronunciatum. Si ergo non possum esse infiniti motus actu ob secundum pronunciatum, neq; motus ignis particularis subsistet ob hæc, & ob tertium pronunciatum dicens, quod non necesse est, vt ante ortum subsistant infinita. Sin vero, non fieret. Si ergo motus particularis ignis factus est, & non prius fuerãt eius infiniti motus secundum conuersionem, per contrariam positionẽ, vt inquit iste, qui conuersionem per contraria, aut contrariam positionem, quæ sit ignorans, demonstrauit existimo, quæ dicta sunt ab eo, contra primum de cœlo. Si ergo, inquit, per motus finitos procedit natura, vt particularis ignis efficeret motum: est igitur aliquis primus motus, quo nõ est prior alius. Eadem quoq; ratio est in singulis motibus. Et hoc, inquit, consonum est rationi naturali. Nam perfecta sunt priora imperfectis, & quæ sunt actu priora etiã sunt potentia. Si ergo processus in infinitum fieret, neq; perfecta essent priora perfectis, neq; quæ sunt actu his, quæ sunt potentia. Si vero finiti fuerint motus, patet, quod primus erit, & subsistet simul cum vniuerso principium faciẽs cęterorum ex eo, quod est actu, & perfectum. Quod si particularium motuum est, inquit, aliquod initium, & non potest intelligi alter motus, ante alium esse in infinitum, necesse est, vt circularis motus cœlorum ab aliquo principio cęperit, cum prius non esset. Non.n. potest esse cęlum sem per eodem modo se habens, & quæ intra continentur, id non habere quod sunt in eo quod oriatur & intereunt, & sic sint. Quartum & hoc addit, si factis motibus, qui fiunt adderentur, augebunt numerum ipsorum: sed non potest augere in infinitum. Sin vero, præcedentes motus non essent infiniti. Quintum vero, si non in æquali tẽpore sphæræ mouentur, sed alia triginta annorum spatio, alia duodecim, & sic deinceps tempore minori, vt Luna fere vnius mensis spatio, & firmamentum vno die naturali, & motus esset cœli sine principio: necesse est, vt sphæra Saturni infinitos absoluerit motus & circuitus, & sphæra Iouis prope tripliei proportione circuitus infinitos, & Solis infiniti circuitus erunt trigesies plus, quam illi Saturni, & Lunæ trigesies sexagesies plus, & circuitus firmamenti plures quam millies multiplicati, atq; infiniti. Quomodo igitur hoc omnino absurdum non est, si semel contingat percurri infinitum infinities multiplicatum infinitum, sed magis ponitur infinities infinitum: quare necesse, inquit, & circulationem cœlorum habere initium, cum prius non fuerit, quando & ipsum cœlum, vt ipse inquit. Non.n. mea ratio, cœpit esse. In his porrò pronunciata possunt esse vera. Sed vnum iste ignorans, existimo, cum contradictionem valde vulgatam collegerit, seipsum primum decipiens: deinde eos, qui eiusdẽ opinionis mundum interire putant. Et illud, quod dicit est hoc quod proprie infinitum est actu, siue numero, siue magnitudine statuatur, & non partim infinitum, & partim finitum. Nam tale nõ magis est infinitum, quam finitum. Sed neq; in infinitum procedens infinitum esse dicitur. Quod.n. procedit in infinitum, nondum infinitum est. & si semper procedens in infinitum non cessaret, nunquam esset infinitum actu. At iste accepit effata de infinitis actu, in quibus verum est, quod nequit numerus infinitus subsistere, aut percurrere non potest aliquis numerando, aut augere infinitum, nisi infinitus numerus prius subsistat actu ante aliquem ortum, vt de elemẽtis demonstrauit Arist. sed minime de tali infinito demonstrationes adduxit,

Tertium

Nec, quod in infinitum procedit, est infinitum actu.

adduxit, quod simul est, sed de ipso quod sit infinitum, vt dicimus motum esse, cum non intelligat, quod & si sine principio, & sine fine motum esse dicamus, tamen hactenus non est infinitus. terminum porrò eius ponimus esse nunc, quare motum huius particularis ignis, non precedit motus actu infinitus. finitus proinde vsq; ad hoc nūc, neq; prohibet fieri, hic ignis, ob motus prius existentes, quia finiti sunt quo ad id, quod fit, & non hoc solum, sed etiam causæ, quæ sunt ignis finitæ. siquidem ortus quatuor elementis, cum inter se mutuo generētur, velut circulus continue redeat. Ignis.n. ex aere, & aer ex aqua, & aqua ex terra, & terra ex igne: & iterum ignis ex aere, & hoc in infinitum. Sed oportebat naturam huius in infinitum eum, qui ab Aristo. didicit, asserere aliquo modo differre ab ipso infinito actu: & sic dubitare, an habuerit aliquid ante ipsum. Sed non sunt deducta absurda de ipso infinito secundum actum, quia ponitur in infinitum. Dicit autem de tali infinito, quod est in infinitum, Aristoteles in Tertio huius tractationis. Sed omnino sic est infinitum, ꝙ semper aliud, & aliud accipiatur. & quod accipitur semper est finitum, sed semper alterum, atq; alterum. Item esse multipliciter dicitur. Quare infinitum non oportet accipere velut hoc aliquid, vt hominem vel domum, sed velut dies dicitur, & certamen, quorum esse non est velut substātia, sed semper fit, & interit id, quod finitum est, atq; semper alterum, atq; alterū. Et si ante me igitur pater, & ante meum ignem, fuit illius ignis: & hoc in infinitum abibit perinde ac non sit principium: sed non sunt infinita ea, quæ prius facta fuerunt. Equidem sunt finita ad me, & non permanent, sed semper alterum, ac alterum succedit finitum. Talis ergo est indiuiduorum ortus, atq; interitus nunquam deficiēs, sed semper est in termino ob naturam eius, quod est in infinitum. Sed Grammaticus cum accepisset dignitates, & effata vera de infinito actu, quod nō subsistit omnino, vt etiā ipse fatetur, si inquit, ad ortum alicuius prius oportet infinita subsistere, vt vnum ex vno fiat, quod fieri nequit, quia necessarium est, vt prius sint infiniti motus. quod plane impossibile deducit, quia totum infinitum simul actu existens, & vbiq; infinitum sequi hoc, in infinitum fecit, in quo omne acceptum finitum est omnino, ac semper alterum, atq; alterū. Cum.n. quæ prius genita fuerunt actu infinita sint, non fieret aliquid eorum, quæ sunt, non solum quia nihil est extra infinitum, sed quia non potest id, quod fit, contingere id, quod est infinitum carens principio, & fine. Sed Arist. in Secundo de Generatione, qm̄ & de illis iste mentionem fecerat, quāuis nihil ibi dictorum intelligat, inquit, non fieri elementa, sequi processum, qui statuitur eorum, quæ fiunt, & intereunt in infinitum, vt ipse putabat. Neq; hoc potuit intelligere, qđ idem hoc proponebatur ab Aristotele in illis, quod elementorum mutatio erat rediens in infinitum, qua mutuo generantur, sed non quia statuebantur infinitæ contrarietates specierum actu. Hoc autem accidit his, qui non asserunt infinitum simpliciter. vt nos, qui dicimus ea reuerti specie, sed ſm̄ speciem variari illa in infinitū, quæ fiunt procedentia in rectum. vt ex igne aer, & ex aere aqua, & ex aqua terra, & ex terra aliquid aliud, & ex illo rursus aliqd aliud, & vsq; in infinitum sic specie differentia. Si autem hoc, necesse est vt infinitæ sint contrarietates specificæ elementorum actu in ipsa rerum natura, quibus mutatio fit. Vt.n. non erat albi in nigrum mutatio, nisi nigrum esset, ita non esset in infinitum secundum speciem variatio, nisi essent species numero infinitæ. Cum.n. finitæ sint, non potest fieri variatio in infinitum secundum speciem. Nam cessant. Vnde illis, qui ponunt mutationem elementorum fieri secundum speciem, accidit, vt infinitę sint contrarietates actu. quod quidem nobis accidit asserentibus ortum atq; motum procedere in infinitum, tñ non secundum speciem variatum, sed circulo redeuntem, quod quidem & ipse vult introducere. ob id destruit processum in infinitum in rectum ſm̄ speciem, sed destruit cum sequatur hāc rationem, infinitas esse contrarietes secundum speciem. Hoc sequitur huiusmodi absurda alterum tollit nostram de rebus cognitionem, & aliud ortum. Nam ipsius quod est vnumquodq; cognitio in nobis est, quæ per diffinitiones habetur. Sed, cū sint infinitę differentię specificæ actu, quibus elemēta ponuntur, & constituuntur species, si quidem in rectum est mutatio elementorum infinita, & alia species ex alia fiat in infinitum, vt dixi, non erit definire, siquidem ex genere, & differentijs definitis sint definitiones, sed neq; aliquid potest, cum sint infinitæ actu, & impertransibiles intermediæ. quod si hæ finitæ sunt, & extremas finitas esse necesse est. Aliud est igitur illud in infinitum, quod simul totū ponitur: & aliud id, quod est in infinitum, quod est dum fit, & interit, vt diximus: & eius id, quod quidem eius sumptum est, semper finitū est, ex quo nec impeditur generatio, at potius adiuuatur. Quare etiam fit particularis ignis, & aliorum motus, & non prius sunt ipsorum infiniti motus, qui nempe nunc finiti sunt, & primus motus nō est, sed semper posito priori alius est: si autem hoc, necesse etiam est, vt motus cœli circularis sit sine principio, sub quo motus eorum, quæ sub Luna collocantur, continue conseruatur. Item neq; motus additi augent infinitum motuum numerum actu, vt iste inquit, sed finitum. Nam vsq; nunc finiti sunt, & qui semper additur, est finitus, sed non infinitus, & si in infinitum adderetur. Quare & si non eque veloces sphæræ sint, & vniuscuiusq; reuersio est sine principio, tñ ad id temporis vsq; non sunt infiniti. Neq; generabuntur infiniti aliquando, cum prohibeantur fieri infiniti, propterea, ꝙ procedunt in infinitū. Quod.n. est in infinitum semper habet aliquid deficiens. Nam competit ei semper id, quod est potentia, sed infinitum si fuerit aliquid tale actu erit indeficiens. Sed neq; naturali rationi, quæ ab ipso dicuntur, consonant dicēti perfecta præcedere imperfecta, & quæ sunt actu, ea, quæ sunt potentia. Quocirca neq; in quibus verum id sit, neq; iste videtur cognoscere. In his.n. totum est verum, tamen in his, quæ versantur in ortu, magis imperfecta præcedunt perfecta, & ea, quæ sunt potentia, ea, quæ sunt actu, quanquam ſm̄ veritatem habeant ortum inter se. Etenim ex semine genitali homo, & ex homine semen genitale: & hæc quidem dixit, quo ad temporaneam præexistentiam, quam solam, vt videtur, iste cognoscit, quia virtute, causa, & excellētia dignitatis perfecta antecedunt omnia imperfecta. idem etiā obseruāt ea, quæ sunt actu, cum his, quæ sunt potentia. Item tempore quæ agunt præcedunt ea quę patiuntur. Verum in ortu rerum, vt dixi, si non fuerit principium temporaneum, aliquis non assereret simpliciter id, quod est actu, prius esse, quam quod est potentia. In vnoquoq; enim, quod est potentia, præcedit per se id, quod est actu tempore. vt oua præcedunt auem. Hæc igitur dicta sint contra Sextum librum Grammatici, qui æternitatem motus nitebatur destruere, ne ob ipsam æternus mundus ostendatur. Nam scopum vnum proposuit, neque Deum immutabilem, neq; mundum æternum censeri ab his, qui hæc illi persuaserunt infeliciter. Sed procedens vsq; ad hęc dicta censuit, ꝙ suus contradicendi modus iam haberet quod volebat contra æternitatem motus, sed neque hoc

Elementorum mutata generatio in infinitum, atq; circum.

Perfecta præcedere imperfecta, et quæ actu sunt, illa, quæ sunt in potentia, non susciptur in ipsa generatione.

Oua præcedunt auem.

sciuit, quia maxime causę demonstrationis in sequentibus traduntur, in quibus ostendit Arist. quod rerum aliæ sunt semper immobiles, aliæ vero semper mouentur, & aliæ quidem interdum mouentur, & interdum quiescunt. Sed, si videtur, redeundum est deinde ad verba Aristo. continuanda, quando quidem liberauimus eos ab illa imperita latratione, qui præaccepta fuerint assecuti.

Etenim sic dicere, figmento magis assimilatur.

Cōm. 13. *Motum vel tempus dicere aliquando esse, aliquando autem non esse, figmento simile est.*

Cum monstrasset motum esse ęternum, ob ęternitatem temporis: & quod nequit tempus statui sic, vt oriatur, & intereat: nunc inquit, quod etiam ex hoc æternus motus, & tempus ostenditur, quia quod aliter dicitur, videlicet, aliquando tempus esse, & motum, & aliquando non esse, magis assimilatur figmento. Quid esset magis commentitium quàm dicere, ꝙ cum non esset motus, neq; tempus, prius tum fierent. Nam cur tum, & non prius, aut posterius? assimilatur id figmento. Et forte dicit esse fictitium dicere, quod tempus esset quando non esset. Sed qui dicit erat tempus aliquando, & aliquando non erat hoc dicit. Consimile figmentum est etiam in motu, siquidem numerus motus sit tempus. Si.n. erat tempus quando non erat motus, & quando motus non erat, neq; tempus: patet, qui hoc asserit, nihil dicere aliud quàm tempus fuisse, quando non erat tempus. Verum inquit Alexander, quod dicit assimilatur magis figmēto sic dicere. quia qui ita proferunt nulla demonstratione fulciti, & verisimilis rationibus muniti, id asserunt. Vel quia cum sit ostensum, quòd motus sit immobilis, haud verisimile est, vt ipse intereat. Nisi ergo illud vocabulum {figmentum} non solum dicitur ob id, quia non interit, sed etiam assignatur ad id, quia non gignitur, neq; potest habere ortum.

CAPVT II.

Tex. 14. *SImiliter autem & dicere, quòd aptum natura sic est: & hoc oporteat putare principium esse. Quod quidem videtur Empedocles dicere, quod vincere & mouere vicißim amicitiam & litem inest rebus ipsis ex neceßitate, quiescere vero in medio tempore.* Tex. 15. *Fortaßis autem & vnum principium facientes, vt et Anaxagoras, sic vtiq; dixerint. At vero nihil inordinatum est eorum, quæ natura, & secundum naturam sunt. Natura n. causa ordinis est omnibus. Infinitum autem ad infinitum nullam rationem vel proportionem habet. Ordo autem omnis ratio est. Infinito autem tempore quiescere, postea motum esse aliquando: huius autem nullam esse differentiam, quare nunc potius quam prius, neq; rursus aliquem ordinem habere, non amplius natura est opus. Aut.n. simpliciter se habere oportet id, quod natura est, & non aliquando quidem sic, aliquando vero aliter. vt ignis sursum natura fertur, & non aliquando quidem, aliquando vero non, aut rationem habere, quod non est simpliciter.*

Cōm. 14. *Aptum hoc sic esse dicere, quasi uideatur sine causa, est fictitium.*

Cum dixerit persimile figmento esse hoc affirmare, quod erat motus aliquando, & aliquando non erat: quia non potest causam huius demonstrare: deinceps inquit, quod etiam dicere quod aptum est sic, & id velut principium, & causam assignare, æque fictitium est. Hoc autem videtur Empedocles dicere, quando dicit, quod dominari, & mouere vicissim amicitiā, ac litem rebus necessario cōpetit. ꝙ si hoc verum est, etiam quiescere intermedio tempore. Nam quies intercipitur inter contrarios motus. Verum Eudemus immobilitatem dominationi amicitiæ secundum Sphærum competere admittit, posteaquā omnia in vnū congesta fuerint, atq; congregata. vnde inquit:

Ibi neq; sole fulget citissima tellus.
Sed vt inquit iste,
Concordiæ densitate firmata latebat.
Sphærus in orbem læta mansione ęternus,
Cum rursus lis imperium habere cœpisset,
Tum motus iterum Sphæro aduenit.

Litis & amicitiæ vicissim dominium Empedocles ponit.

Cūcta nā tellus deinceps ꝓferebat velut mysteria Dei. sed quid interest dicere, quod sic aptum est, & dicere ex necessitate non addendo causam. Sed Empedocles videtur hæc dicere in hoc,

Vicissim imperant reuoluti temporis.

et aliquando necessitatē efficit causam eorum, quæ fiunt.

Est necessitas deorum signum vetus.
Aeternum amplo iureiurando suo robore stans.

nam ob necessitatem, & iusiurandum, inquit, vtranque litem, & amicitiā vicissim dominari. Dicit autem hæc Empedocles de dominatione litis.

Sed cum magna lis in membris tegeretur.
Surrexit consumpti temporis vltrix.
Cum iā immutabile seruādum esset iusiurādū mutuū.

hæc igitur, inquit, sine causa dicta, nihil aliud est dicere, quam sic aptum esse. Forte autem, inquit, & Anaxagoras, simile principium motus priorum quiescentium similariorum mētem asserens, & non addens causam, cur tum mouit, & non prius, nihil aliud dicere videtur, quam hoc fictitium {Quod sic aptum sit.} At vero aliquid sine causa, & inordinatum maxime in natura, & in his quæ fiunt natura seruandum est, propter quod natura, cum sit rationalis, est ordinis omnium & rationis. Sed tēpus quiescens, cum prius esset infinitum, cum eo, à quo cœperunt moueri, non habet proportionem. Nam infinitum ad infinitum neq; ad finitum proportionem habet. Cōcluditur ergo in secunda figura, quod infinita quies ad infinitum, vel finitum motum, non est natura. Et infinito tempore quiescere, deinde moueri aliquando, & huius nullum dicere discrimen, propter quod nunc magis, quam prius mouētur, neq; habent ordinem, non est naturæ opus: quia quæ sunt natura, non sunt aliquando sic, & aliquando non, aut aliter sine ratione, & causa, sed vel simpliciter & similiter omnia, quæ sunt natura se habent. vt quia ignis sursum natura fertur, non interdum fertur, & interdum minime, sed simpliciter sursum fertur vniuersaliter, & semper eodem modo. Item terra deorsum simpliciter, quod si aliquid natura non semper similiter se habet, sed aliquādo quidem sic, & aliquando non necesse est, vt aliqua sit ratio, & causa, cur non sit simpliciter, sed differenter. vt cur non sit semper æstus, neq; semper hyems, sed vicissim. cuius rei causa est orbiculatio, & obliquitas Zodiaci, ac solis motus in ipso. Et cur non semper animalia generēt, quia perfecta debent generare sibi similia. Sed Eudemus accusat Anaxagoram, non solum quia motū habuisse initium, cum prius non esset, asseruit, sed quia etiam quomodo permaneret, & deficeret prætermisit dicere. Idque magis, cum non sit perspicuum. Quid enim prohibet, inquit, menti omnes res firmare, vt ille dixit mouere. Et hoc damnat Anaxagoræ, Eudemus. Quomodo. n. admittit quandam priuationem esse priorem opposito habitu. Si ergo quies est priuatio motus, non erit ante motum.

In natura nihil inordinatū, vel absq; ratione admitti debet.

Naturalia omnia vel simpliciter se habent, vel si aliter, aliqua causa, vel ratio reddi potest.

Anaxagoras dixit motum habuisse initium, sed tamen non dixit an debeat desinere.

Quare melius est, vt Empedocles & si quis alius dixit, sic se habere, vicißim vniuersum quiescere, ac rursus moueri. Ordinem n. iam quendam habet, quod tale est. Sed & hoc dicentem oportet non affirmare solum, sed & causam ipsius dicere, & non ponere, neq; censere vllam sententiam irrationabilem, sed aut inductionem, aut demonstrationem afferre. ea enim, quæ posita sunt, causa non sunt. Neque hoc

causa

causa erat, litem vel amicitiam esse. sed illius quidem aggregare, illius vero disgregare. Si vero insuper determinetur id, quod vicissim fit, dicendum est in quibus fit. vt quod est aliquid quod congregat homines, s. amicitia, & fugiunt inimici ab inuicem: hoc.n. ponitur, et in vniuerso esse. videbitur.n. in quibusdam sic esse illud autem & per æqualia tempus indiget & aliqua ratione. Omnino autem existimare principium esse hoc sufficiens, quod semper aut est sic, aut fit, non recte est opinari. Ad quod Democritus reducit de natura causas. quod sic & prius fiebat. Ipsius autem quod est semper, non vult principium quærere: dicens in quibusdam recte, in omnibus autem non recte. Etenim triangulus habet duobus rectis semper angulos æquales. sed tamen est quędam perpetuitatis huius altera causa. Principiorum tamen, quæ perpetua sunt, non est altera causa.

Com. 15. Quanquam Empedocles, non absolute diceret recte cum causam taceat, dicendo,

Sed vicissim imperant reuoluto orbi.

Quare asserebat vicissim quiescere, & moueri vniuersum: tamen quatenus quendam vicissitudinarium ordinem indicat definiti ad definitum, videtur dicere naturalius. Nam quædam proportio est partium temporis, quæ sunt inter se finitæ. Sed finiti ad infinitum, nulla est proportio, quo vsus est Anaxagoras. Verum, inquit, non sufficit Empedocli dicere, quod diuisim, & vicissim fiebat motus, sed oportebat etiam assignare causam, cur sic adderetur, & nihil ponere, quod dignum esset sine causa. Sed, si de aliquo principio est ratio, per inductionem ipsam persuadenda est. Nam principia necesse est ex posterioribus confirmari, quod si de his, quæ sunt post principia, est ratio hæc, per demonstrationem firmanda est, vt etiam nunc. Nam amicitia & lis non sunt principia & causæ, quod æquali tempore vicissim dominentur, & moueant. Nisi.n. esset amicitiæ & liti eadem substantia, sed amicitiæ proprium est, ea, quæ diuisa sunt, in vnum colligere, & litis diuidere, & separare. Sed huius quod est vicissim, & in æquali tempore dominentur, alia erit causa, quam quidem oportebat prius afferre eos, qui sic dicunt, ac insuper addere in quibus nam alijs sic se habeat & fiat. Ratio equidem credenda erit, euidentibus rebus cõfirmata quasi quibusdam testibus: Vt illud, quod congreget amicitia omnia in vnum, & lis in vniuerso segregare possit, & dispertire, persuaderi potest, quia etiam amicitia apud nos homines conciliat, & inimicitia dissentire atque seiungi facit alterum ab altero. Quoniam.n. hoc videtur in quibusdam credibile, videtur etiam sic fieri in vniuerso. Oportebat igitur afferre fidem de hoc, quod æquali tempore vicissim vtraq; dominaretur in vniuerso, à quodam alio. Et, quia occurrere posset aliquis facile dictis, quia vt amicitia semper congregat, & inimicitia seiungit, & non oportet huius quærere causam, sic etiam semper & apud nos conciliationes, & segregationes regnant. Dicit ipse, quod non recte se habet accipere hoc ita se habere aliquid & vbiq; semper eodẽ modo, velut principium indemõstrabile. Plura.n. sunt sempiterna, & vbiq; eodem modo se habent, non tamen principia sunt indemonstrabilia, sed talia habẽt causas, & principia quædam, cur sic sint. Vt in mathematicis causa est, cur triangulus habet tres æquales duobus rectis æquales: quamuis hoc sit æternum, & in omni triangulo sic existat, non tamen principium est sine demonstratione, sed est aliquod principium huius, ex quo ostenditur. Similiter quoq; vicissim, & successiue fieri æstatem, & hyemem, æternum, & vbiq; est sic, non tamen principium est, immo habet principia, & causas talis motus. Quocirca nõ admittit Democritum reducentem causas de natura in hoc principium, quod sic & ea, quæ prius fiebant, & minime existimantem eorum, quæ similiter fiunt principium, & causam quęrendam esse, & non intelligentem, quod in quibus ęternum principium est per se fide dignum & indemonstrabile, quod in his recte se habet non quærere causam, cur eodem modo semper se habeat. Sed in quibus non est principium æternum, in his principia & causæ assignandæ sunt. Non.n. omne æternum principium est, & si principium omnino & ęternum est. Nam latius sese extendit æternum quàm principium. Ideo & Geometra quæsiuit, vt ostendat, quod duobus rectis sunt æquales, non sufficit ei dicere, quod hoc æternum est, ac principium, & indemonstrabile, sed demonstrationem adducit. Non ergo Democritus causam congressus atomorum, & connexionis sufficientem putet hanc, quod sic fiant, vt apta sunt fieri. Sæpe autem diximus, quod etiam Empedocles, & Anaxag. asseruerunt mundum intellectualem connexum, & sensibilem dispersum, qui ambo cum semper sint, mutationem temporaneam ad ostensionem ordinis ipsorum accepit, & ortus sensibilis ab ipso intellectuali. Emped. autem reuersionis sensibilis ad intellectualem.

Principia probanda sunt per inductionem.

Quæ sunt post principia sunt per demõstrationem probanda.

Non omnia sempiterna & quæ eodem modo se habent principia sunt.

Mũdum autem affirmabant Empedocles & Anaxagoras quoad mente conceptum, distinctũ vero, qui sensilis est.

Quòd igitur nullum tempus fuerit, vel futurum sit quando motus aut fuit, aut non erit, tot dicta sint. Contraria autem his non difficile est soluere. Videbitur autem ex hisce considerantibus, contingere maxime motum esse aliquando, cum non erat omnino. Primo igitur, quia nulla perpetua mutatio est. mutatio enim omnis apta natura est esse ex quodam in quoddam: quare necesse est, omnis mutationis terminum esse contraria in quibus fit: in infinitum autem moueri nihil. Amplius videmus, quod possibile est id moueri, quod neq; mouetur, neq; habet in seipso vllum motum. vt in inanimatis, quorum neq; pars vlla, neq; totum mouetur, sed quiescens mouetur aliquando. Oportebat autem aut semper moueri, aut nunquam, si non fit cum non sit. Multo autem magis quod tale est, in animatis esse manifestum est. Cum.n. in nobis nullus insit motus aliquando, sed quiescamus: mouemur tamen aliquando. & fit aliquando in nobis ex nobisipsis principium motus, & si nihil extrinsecus moueat. hoc.n. in inanimatis similiter non videmus, sed semper mouet ipsa aliquid aliud eorum, quæ sunt extra. Animal autem ipsum dicimus seipsum mouere. Quare, si quiescit aliquando penitus, in immobili motus vtique fiet à seipso, & non ab externo. Si autem in animali hoc possibile est fieri, quid prohibet idem hoc accidere, & in vniuerso? Si enim in paruo mundo fit, & in magno: & si in mundo, & in infinito, si contingit quidem moueri in infinitum totum & quiescere. Tex. 16. Tex. 17.

Com. 16. Cum semper trifariam confirmentur quæstiones, & problemata, i. per præcedentem ipsorum demonstrationem, ac per confutationem eorum, qui contra asserunt, & per dissolutionem instantiarum contra problemata: cum probasset per antecedentes rationes, quod motus æternus est, & cum confutasset eos, qui illum non æternum affirmant, velut figmenta, & non naturalia dicentes, ad tertium nũc proficiscitur, videlicet ad confutandas instantias, quę sunt cõtra rationem eius, & ipsas falsas esse ostẽdere. Et cum tres instantiæ sint, Prima talis est, nulla mutatio æterna est. Et huius rationis probatio hęc est, quia omnis mutatio ex aliquo in aliquid est. Nam mutatio est post aliud, in aliud, & ex contrario in contrarium. sed mutatio, quæ fit ex contrario in contrarium, fines, & terminos habet cõtraria, & quę habet terminos non fit in infinitum, quod idem dictu est, ac si diceretur, nulla mutatio, & cum continua extendens, ęterna est. Nã ęquiualet huic, oĩs non est, & hęc nulla est.

Nullum motum esse æternum quo probatur apparenter.

est.quod si nullus motus continuus,atq; vnus æternus est, neq; omnino motus erit æternus. Et videtur hæc instãtia non destruere, ꝙ semper sit motus. quid.n.prohibet ante vnamquanq; mutationẽ finitam esse aliam, & post vnamquanq; aliam? Sed hęc instantia nititur euertere vnum esse continuum, & æternnm motum. Secunda instantia est contra hoc,quod motus sit ingenitus,quæ ex euidentia arguit. Videmus.n.plura, quæ prius non mouebantur, neq; vllum in seipsis motum habebant, neq; secundum totum, neq; s'm partem mutari ad ipsum moueri, vt cernimus in ipsis inanimis.lapides.n.& ligna,neq; secundum tota,neq; secundum partes mouentur, sed quiescentia prius, deinde mouentur,& aliqñ inchoant motum suum mutata omnino ex quiete in ipsum moueri. Atqui, si erat motus æternus,aut semper hæc moueri oportebat, aut nunquam moueri,tanquam motatus sit motus,postquam non erat generabilis,& non amplius erit sempiternus. Sed hæc nunc,& incipiunt moueri,& rursus quiescunt.Et hæc instantia est contra motum,quæ probat,non esse ingenitum,& ea post ipsam tantum solum ostendit, quod fiunt quidem motus, cum prius non essent,non tamen ꝙ non sit ante illos alius motus,neq; post illos alius.Tertia est & multo magis inanimatis videtur perspicuum fieri motum, cum prius non esset. Nam inanimata,& si quiescentia prius mouentur ad motionem,tamen mouens ipsa extrinsecus est,& moueatur,& ipsum,tãquam nequeat simpliciter motus ab inanimatis probari,quod sit genitus,quia prius est alius motus ante motum, qui fit. Sed de animalibus hoc dici non potest, quandoquidem videantur hæc ex quiete omnino ex seipsis moueri nullo externo motore , quod quidem motum potuit mouere. Videtur.n.palã motus fieri,cum prius non esset, si ipso aliquid mouetur quod prius non mouebatur.Quod si in animali potest motus incipere, cũ prius non esset.Et paruus mundus est animal s'm quendam ordinem, & naturam digestum & dispositum . quid prohibet idem accidere etiam secundum totum mũdum, vt ex immutabilitate prorsus mutetur ad motionẽ,qua moueatur à seipso,& sic cum prius non esset motus,fieri videtur, quod si in ipso mundo , inquit, hoc fieri potest, & in ipso infinito potest,videlicet infinito ipsius Anaxagoræ,vt intellexit Alexander,quia mixtum ex infinitis partibus con similimis, necesse est infinitũ esse, vel infinito Anaximenis & Anaximandri,& omnino illorum, qui ponunt omnino vnum elementum infinitum : vel etiam huius, & illius.Adiecit autem hoc. {Si contingit quidem moueri infinitum totum,& quiescere, } quia ostẽsum est infinitum magnitudine, non posse moueri motu locali, quo mouentur ea, quæ à seipsis mouentur. Nam neq; in rectum,cum nõ sit locus,quem petat infinitum: neq; circulo,siquidem non est infiniti, neq; sursum, nec deorsum, nec vltimum, nec medium.Sed multa alia etiam scripta sunt de hoc argumenta Tertio huius tractationis libro.

Contra motum ingenitũ instantia.

Paruus mundus quamobrẽ animalem appel atum.

Tex. 18. *Horum igitur id , quod primum dictum est , non eundem semper & vnum numero esse motum, qui ad opposita sit,recte dicitur hoc.u.fortassis necessarium est. Nanq; semper vnum & eundem numero esse possibile est vnus et eiusdem motum. Dico autem, vt vtrum vnius chordæ vnus & idem sonus sit,an semper alius, ipsa similiter se habente & mota. Attamen qualitercunq; tandem se habeat, nihil prohibet vnum & eundem esse aliquem,quo continuus est,atq; perpetuus.manifestum autem erit magis ex ijs, quæ posterius.*

Com. 17. Cum posuisset tres instantias, quæ probabant motum non esse ingenitum,neq; æternum,ad primam respondet dicentem, nullum esse motum ingenitum , & indeficientem: siquidem omnis motus ex contrario in contrarium, & ex termino in terminum fit: quare & si semper aliquid moueretur à contrario in contrarium , non erit vnus, & idem,neq; non interruptus motus, sed semper alius,atque alius fit quiete intercepta. Hanc igitur dissoluẽs rationem concedit verum esse illud , non posse vnum esse & continuum motum,qui est ad opposita.Nam & si rursus,ac rursus motum eius quod mouetur,fieret, tamen fieri nequit vt motus,qui sic fit,vnus & continuus sit.Quare, hoc,inquit,forte necessarium est,vt tales motus non sint ingeniti, neq; æterni : siquidem non semper vnus , & idem esse queat talis motus, qui est vnius & eiusdem . Si.n.hoc demonstratum fuerit,ꝙ fieri nequit,vt motus qui fit ad opposita sit vnus,& continuus,quod quidem nondum ostensum est: probatum quoq; erit, quod nullus motus, qui est ad opposita, æternus sit. Sed ostendetur, ꝙ necesse est, vt eiusdem moti oppositi motus,quibus mouetur quiete intercipiuntur,& ob id nunc forte,adiecit & paulopòst. Attamen qualitercunq; tandem se habeat,quia nondum hoc demonstratum est, dicens siquidem non semper vnus,& idem motus potest esse, quod exemplo manifestum dicit: vt chordæ iterum atq; iterum pulsate,& in contraria procedentes,& eius,quæ eodem modo pulsatur, vtrum vnus, & idem sonus sit, aut semper alius,atq; alius. Etenim,si sonus,quem maxime sentimus, vnus & idem est,etiam motus vnus,& continuus est. Nam motum sequitur sonus,& si aliũ atq; alium , quod quidem ostendetur, eodẽ quoq; modo erit motus. Cum ergo determinet sic quæstionem de chorda,vtrum se habeant sic motus tales,qui ex contrario in contrarium, an vnus sit in his motus, an non, nihil prohibet esse quendam alium motum præter eos, qui fiũt ad contraria continuus , & vnus, & ob id æternus, quem manifestum fore ex dicendis affirmat. Dicit autem de circulari motu.Nam ostensurus est hunc solum non fieri inter contraria,vt reliquę motiones,& ob.i.vna continua,& sempiterna motio. Proinde huius primæ rationis illud verum,inquit esse,ꝙ motus,qui fiunt ad contraria, non sunt continui,neq; æterni. Sed haud verum est,vt omne,quod mouetur ex contrario in contrariũ moueatur.Nam ostendetur,ꝙ est aliquis vnus,& idem motus continuus. Et vide quomodo perfecit soluere instantiã,quia non tollit quin motus sit, sed destruit vnum esse, & continuum. Etenim satis fuisset hoc seruare motum semper esse indeficiẽtem. Sed tendens ad hanc intelligentiam, demonstrauit, quòd & si non omnis motus est continuus, tamen nihil prohibet quendam continuum esse.

Motus ex oppositis in opposita unus et continuus esse nequit.

Non quiuis motus fit ad opposita.

Moueri autem id,quod non mouetur,nullum est inconueniens, si aliquando quidem sit id,quod mouet extrinsecus,aliquando autem non. Hoc tamen quomodo vtiq; erit, inquirendum est.Dico autem,vt idem ab eodem motiuo existente,aliquando quidem moueatur, aliquando autem non. nihil enim aliud dubitat hoc dicens , quàm propter quid non semper eorum,quæ sunt,alia quidem quiescunt, alia vero mouentur. Tex. 19.

Procedens ad solutionem secundæ instantiæ, quæ destruebat motũ esse ingenitum,quia aliqua inanimata prius quiescentia, aliquando moueri incipiunt, & aliquando quiescunt à motu, & ob id fit atq; interit motus:soluit dicens, ꝙ hoc,videlicet, inanimatum moueri, & prius non mouetur,non est ostẽsiuum huius,quod motus fiat. Non enim quia aliqua moueri incipiunt. & aliqua quiescere, ostenditur vniuersaliter motum esse generabilem . Nam quædã alia extrinsecus mouentur quando adsunt,horum motus sunt causa,quare prius exillis motus mouentiũ ipsa, quam

Com. 18. Ea hinc dissoluitur ratio, quæ destruere videbatur motum esse ingenitũ. accepta ab his quæ ab extrinseco motore mouentur in ipsis inanimatis.

sa, quam ipsorum motus, & ante erit quoq; motus illorũ, quæ mouent illa, & sic deinceps. Cum hoc autem dixisset iubet quęrendum esse velut dignum quęstione, quõ idem mobile ab eodem motiuo aliquando mouetur, & aliquando minime. Si.n. ab his, quæ semper mouentur, alia mouentur, cur cum semper sint quæ mouent & mouẽtur non semper mouentur & agitantur ab his ea, quæ mouentur, sed interdum mouentur, & interdum minime. Qui enim hoc in dubium vocat, non probat motum generabilem esse, sed quærit hunc principium propositorum ad considerationem. Et hoc est, Non omne, quod mouetur semper mouetur, nec omne, quod quiescit semper quiescit, siquidem quæ ab alio mouentur semper mouens habẽt, sed sunt quædam, quæ vicissim mouentur, & quiescunt. Hæc autem paulopóst determinabuntur.

Tex. 20. *Maxime autem videbitur tertium habere dubitationem, propterea quòd fit cum non eßet prius, motus, id videlicet, quòd accidit in animatis. quiescens.n. prius, poſtea vadit, mouente exteriorum nullo, vt videtur. Hoc autem falsum est. conspicimus.n. semper aliquid eorum, quę congenita sunt, moueri in animali. huius autem motus, ipsum animal causa non est. sed continens forsitan. Ipsum autem dicimus seipsum mouere, non secundum omnem motum sed secundum motum per locum. Nihil igitur prohibet. Magis autem fortaßis necessarium est, in corpore multos fieri motus à continente. horum autem quibusdam intellectum, aut appetitum mouere. illo autem, totum iam animal mouere, quale accidit circa somnos. sensibili enim nullo in existente motu, inexistente tamen aliquo, rursus excitantur animalia. Sed manifestum erit & de his ex sequentibus.*

Com. 19. Cum soluisset secundum instantiam, quæ erat ex his, quæ sunt inanimata, & extrinsecus mouẽtur, quia nullum absurdũ est ipsa moueri præsentia mouentis, & eius, quod mouetur: & ostendisset prius esse quendam alium motum ab eo, qui nunc fit, & aliqñ quiescere quando non aderat mouens: ad tertiam procedens, & plane ipsam exponens, ꝙ animatum quiescens prius, & post hæc ambulans nullo extrinsecus mouente, vt videtur, indicat motum esse genitum, & comprobat instantiam testimonio, tanquam magis dubitationem excitet. Soluit ipsam dicens, falsum esse, ꝙ animalia nullo extrinsecus mouente, à seipsis moueantur, cum prius quiescerent. Nam videmus, inquit, semper aliquid congenitum animali, i. naturaliter simul cum illo existens, aut frigidum fieri, aut aridum, aut humidum, aut mutari ſm aliquam aliam qualitatem passiue. Sed forte dicit congenita ipsa, vires naturales, quas Posteri vocarunt potentias velut attrahendi, retinendi, alterandi, & excernendi. Nam hę semper agunt in corporibus animatorum, & maxime animalium, quas secundum se non habent. Nam ille motus localis duntaxat sic eis competit. Sed causam dicens continens esse talium motuum, adiecit illud, Forsitan, & nunc, & paulo post. Vel quia sine demonstra-
» tione dictum est illud, {Congenitorum motuum conti-
» nens causam esse, } vel quia non omnes sunt ex continente. Etenim quæ nutriuntur, & augentur mouentur, & iterum quæ diminuũtur, & semper mouentur secundum eadem, neq; à continẽte simpliciter, neq; secundum localem motum animalium. Attamen motus, qui fiunt secundum patibiles qualitates, vt caliditatem, frigiditatem, & constrictionem, & segregationem, & id genus, ex continente habent maxime. Nihil igitur prohibet, inquit, sed forte magis necessarium horum naturalium motuum à continentis motu plures proficisci: & aduenire corpori, & aliquos mouere intelligentiam nostram aliquando, & aliqñ appetitionem. Nam sensus ope intelligentia cognoscens affectionem vult, aut euitare, aut ferre, & sic mouet animal motu locali, quo videtur ex seipso moueri. Proinde, quádo suauis & aduersi atq; molesti aliquid sensus fert, appetendi vis mouetur & declinat. vt etiam licet videre in animalibus rationis expertibus, & hæ vires mouent animal secundum locum, vt ad potum, aut ad comedendum, tanquam non sit primus motus iste, vt videtur, sed pręcedant ipsum ij, qui ſm intelligentiam, aut appetitionem sunt, & ante hos ille, quo corpus afficitur, & quo continens ipsum motum mouet. Sed diligentius dicit in libro de motu animalium causam motus localis. Et persuadet semper esse aliquem motũ in animalibus, non ex seipsis, sed ex ipso continente. quæ causa est secundum locum motus in animalibus ex eo, quod accidit in somnijs. Nã qui dormiunt, cum moueantur motu, qui fit ſm locum, neq; sentiendo, quæ sunt propria animalium, vt animalia sunt, tñ multis mouẽtur motibus, videlicet respirationis motibus, & plerisq; alijs congenitis, & his, qui sunt ſm concoctionem, & adhuc motibus phãtasię, & his patibilibus à continente, cum aliquid in illis calefiat, aut frigefiat. Sed qñ à cibo euaporationes collectim occupant cerebrum aut cor, & frigidum reddunt, tũ somni fiunt causæ. Cum porrò calefiunt, & segregantur, atq; subtilia euadunt, expergiscuntur, vt libro de somno ostendit. Et rursus sentiunt animalia, & mouentur secũdum locum, & accipiũt principium huius motus à quibusdam alijs motibus, quibus mouebãtur ea, quæ mouẽtur, vt si erat omnino immutabilitas, tum neq; exurgerent, vt à principio. quare & in animalibus causæ motus localis sunt motus extrinsecus, qui motus localis ex eisdẽ, cum initium trahat, primo inest animalibus, & regionem tradit stationi animalium. Quod hæc ita se habeãt, inquit Plato, manifestum erit ex sequentibus. Nam ostendit qũo animalia moueantur, & quo, & quonam modo omnino mouẽtur ea, quę à seipsis. Sed in his animaduertendum est si animal sit nullius motus localis principium, an omnes extrinsecus principium habeant. Non.n. solum mouemur ad potum, aut ad comedendum, aut ad aliquid huiusmodi ob caliditatẽ in corpore, & expulsionem emisionemúe, sed etiam gratia disciplinarum, lucri, honoris, imperij, immo vt expellamus, & teneamus id, quod obtinuimus, multis mouemur motibus ſm locum. & non solum nos, sed etiam animalia expertia rationis, cum eorum phãtasia mouetur, ad quædam loca proficiscuntur. Sed horum etiam potest esse aliquod extrinsecus motus principium. Nam appetibile mouẽs phantasiam, vel intellectum excitat animal ad motum suum localem, & appetibile cum sit immobile mouet. Sed oĩno qui soluit instãtiam animalium, quidnam cupit ostendere? quod ante motum localem est alius motus, qui est intelligentiæ, aut phantasiæ: atq; illum is, qui est in corpore præcedit, & hunc, qui est ipsius continentis. Et quid tum? Neq;.n. vnus & cõtinuus est talis motus constitutus ex differentibus speciebus, videlicet ex eo, qui est ſm locum, & illo, qui est phantasiæ, & alteratione. Neq; tamen æternus est talis. Non omnino corporis alteratio mouet intelligentiam, aut appetitionem. neq; ipsa mota omnino mouet animal secundum locum, neq; motus secundũ locum huius omnino aliquid aliud mouet. quomodo igitur ex his confirmatur motum esse ingenitum, atq; æternũ vnum, & continuum? Nisi forte hoc non proposuerit ostendere per solutionem harum instantiarum: videlicet oẽs particulares motus vnum oñdere, cõtinuum esse motum æternum, atq; ingenitum. Etenim plane in solutione prioris instantię concessit, non esse numero vnum

Ea dissoluitur ratio accepta ab animantibus quæ afferebat motum esse ingenitum.

Animalium motus ex continente proficiscitur.

Quænam sint somni causæ & vigiliæ.

Animalium sit principium alicuius motus naturalis.

motum, qui est ad contraria, & cum dixerit hoc esse necessarium, si quidē non semper vnus, & idē motus vnius rei esse potest, qui est vnus motus. Sed, qm̄ instantiæ, quæ tollebant motum esse sine principio, quosdam motus particulares proferebant ab aliquo principio factos, solutiones puto ad id respōdere, ondens φ propositi motus, velut sine principio non sunt sine principio, sed habēt quædam initia, non tñ quia sint coordinati ad vnum sine principio. Neq;.n.illum ex his constitutum ingenitum, atq; incorruptibilem esse ostendere, sed illum quem ostendit, qñ dixit: Et si motus ad contraria non fuerint vnus, atq; continuus, sed tamen nihil prohibet esse aliquem eundem, quia continuus est, & æternus. Hic autem est circulatio, ad quā omnis eius sermo tendit, qui est de vno motu sine principio, & fine, tanquam illa oēs motus procedat habentes principium, & per illum, & ante omnem particularem motum, & post omnem est alius motus, quia ad illum referuntur alij. Sed hoc sequentibus patebit clarius, qñ quæritur, num vnus motus sit æternus. Verū hactenus demonstrauit motum esse sine principio, atq; ingenitum, non tāquam vnum existentem, & continuum: sed quia ante omnem motum est alius, & post omnem alius, & ab hoc incipiens sequentibus inueniet vnum, & æternum, & continuum motum circularem, qui est causa, cur etiam alij sint indeficientes.

Cur non quies de æterno sit æterna. Sed propter quid de motu proposuit quærere, an æternus sit, an non, & minime de quiete. Nū quia quies sit priuatio motus, & nulla priuatio est æterna, quia neq; sempiternæ rei esse potest. Neq;.n. simul existit priuatio cum habitu, sed succedit orientibus, aut accidentibus motibus. Veruntamen statio, & mansio non amplius est priuatio, sed contraria motui, quæ etiam est sine principio & æterna, vt circularis motus. Nam ipsa fit omnino circa id quod manet.

Tex. 21. *Principium autem considerationis id erit, quod etiam est dictæ dubitationis, quare quædam eorum, quæ sunt, aliquando quidem mouentur, aliquādo autem rursus quiescunt. Necesse autem, aut omnia quiescere semper, aut omnia semper moueri, aut alia quidem moueri, alia autem quiescere. Et rursus eorum aut ea, quæ mouentur, moueri semper, quæ vero quiescunt, quiescere: aut omnia apta nata esse similiter moueri & quiescere: aut reliquum adhuc & tertium. contingit.n. eorum, quæ sunt, alia quidem semper immobilia esse, alia vero semper moueri, alia autem vtraq; participare. quod quidem à nobis dicendum est. Hoc.n. habet solutionem omnium dubitatorum, & finis nobis est huius operis.*

Com. 20. Hæc dicit esse principium diligentioris determinationis prędictorum, quod etiā dē pręposita dubitatione quęrente, quando, quod à seipso mouetur, ab eodem motiuo mouetur, & qñ non. Dixit autem, φ nihil aliud dubitat, qui hoc dicit, quā, cur non semper aliqua eorum, quę sunt, quiescunt, & aliqua mnueantur: sed sunt quædam, quæ aliquando quiescunt, & aliqñ mouentur. Et dubitationis etiam huius, qūo animalia moueantur, hinc sumēdum exordium esse inquit. Item ex quęstione huius principij pendet, an æternus sit motus, & ad rationes instantes contra æternitatem motus, inquit, vtile esse supra solutas, videre, qūo se habent ea, quæ sunt, quo ad motum, & immobilitatem. Supra igitur sumens exordium, vtitur diuisione fine defectu, quę per singula ea, quæ sunt, procedit. Necesse

Eorum, quæ non mouentur apissima partitio. est, vt vel ea, quæ sunt, semper quiescant, aut semper moueantur. Et est in omnibus diuisio contradictionis. Aut.n. omnia semper mouentur, aut non semper mouentur, vel aliqua quiescunt, & aliqua mouentur. Et hoc trifariam, aut mota semper mouentur, aut quiescentia semper quiescunt, aut omnia vicissim quiescunt & mouentur. Vel deinceps, inquit, etiam tertium, aliqua eorum, quæ sunt, semper immobilia existunt, & alia semper mouētur, & aliqua quidem interdum mouentur, & interdum omnia quiescunt. Tertium hoc dixit: q uia in primo dixit, aut omnia quiescere, aut omnia moueri. In secundo aut quædam quiescere, & quædam moueri, quod quidem trifariam diuisit. Post ergo illa duo tertium hoc inquit, quod quidem sibi explicandum asseruit, i. ostendendum, & probādum. Nam omnia, quę videntur in dubium venire, hoc patefacto, soluentur. Neq;.n. quia omnis motus est, vnde, & ad quod, æternitas motus inuenietur, si ostensum fuerit, quod non omnis motus est talis, neq; fieri motū in ipso mobili est demonstratiuum huius, quod motus sit genitus, siquidem non vbiq; fit motus non existens. Et dubitatio soluetur, quærens, cur non ea, quæ mouentur, semper mouentur, & quæ quiescunt non semper quiescunt, si inuentum fuerit, & semper aliquid immobile, cur non & semper motum, & alia interdum quiescentia. Et sic finem optimum imponet tractationi de motu, à principio per medium ad finem procedens, cum demonstratione. Finem, inquit, esse Alex. inuenire aliquid semper, & continue motum ab ęterno, & immobili. Nisi forte & Arist. idem dixerit esse, & solutionem dubitatorum, & finem tractationis stabilire, ac firmare illud tertium: φ eorum, quæ sunt, alia quidem immobilia sunt, & alia semper mouentur, & quædam vtriūq; participant. Sed fieri potest, vt existimo, sic etiam, rerum quę habent habitudinem ad motum triplex diuisio. Nam cum tria sint hæc, videlicet semper moueri, semper quiescere, & tertium, aliquid interdum moueri, & aliquid interdum quiescere. In tria tripliciter diuidentur habitudines. Vel omnia quæ sunt habent eandem consistentiam, vel bifariam diuisa sunt, vel trifariam in principia media, & finem. Quid.n. vltra erit? Et si omnia eandem habent constitutionem, aut consistentiam, vel omnia quiescunt semper, vel omnia semper agitantur, vel omnia interdum quiescunt, & interdum mouentur vicissim. q uod si bifariam diuidantur ea, quæ sunt, vel semper quiescunt aliqua & semper alia mouentur, vel alia semper quiescunt, & alia interdum mouentur, & interdum quiescunt: aut econtra, alia semper mouentur, & alia interdum mouentur & interdum quiescunt. Quare trifariam, & hoc sectum diuisum est. Sed tertium & verum est argumentum, è multis collectum, quod Sorites appellant. Si trifariam diuidātur ea, quæ sunt, necesse est, vt alia semper quiescant, & alia semper moueantur, & quædam interdum quiescere, & quędam interdum moueri, & præter hæc nouem secta & diuisa, non est alia habitudo eorum, quæ sunt ad motum, & quietem opinor, siquidem necesse est, aut moueri, aut quiescere, aut simul, & moueri, & quiescere. Sed magis proprie dixit hoc, immobilia esse, de his, quæ nunquam mouentur, quam hoc quiescere. Nam quies, cum sit motus priuatio, & ipsius moueri in his, quæ motui subiiciuntur, tñ competit eis, quæ sunt apta moueri. Et si est diuisio per contradictionem diuisa, in ea, quæ semper mouentur, & in ea, quæ nunquam mouentur.

Dicere igitur omnia quiescere, & huius rationem quærere, dimittentes sensum, infirmitas quædam est intellectus, & de toto aliquo, sed non de parte ambiguitas est. neq; solum contra Physicum, sed ad omnes scientias (vt ita dicam) & omnes opiniones, propterea quòd motu vtātur omnes. Amplius autem de principijs instantia, vt in ijs, quę circa mathematica sunt rationibus, nihil sunt ad mathematicum, similiter autem et in alijs sic neq; de eo quod nunc dictum est ad Physicum. suppositio.n. est, quòd natura principiū motus est. Tex. 22.

Cum

Com. 21.

Cum posuisset sic diuisionem eorum, quæ sunt, secundum motum, & immobilitatem, percurrit omnia mēbra diuisionis reprobanda sic accurrate, vt etiam rursus repetat rationem. quia hęc via demōstrationis exacta constantia procedens solutionem affert eorum, quę dubitata sunt, vt ipse inquit, & optimum finem imponit tractationi physicæ reducens vltima naturalia ad prima earum, & hęc ad supranaturalia rerum principia, velut ad summa reducit. Primum igitur corrigit, ꝙ primum in diuisione ponitur dicens, omnia quiescere, & quatuor argumentis breuiter vtitur ad hoc. Vno quidem, ꝙ quęrere demonstrationem, cur omnia quiescant, & deserentes sensum sic palam contradicentem, ac multa moueri asserentem, est imbecillitas intelligētiæ, qua quis ignorat non esse rationes, in his problematibus, credendas magis, quam sensus. Item ignorat ea, quæ sunt quærenda, quia non sunt maxime perspicua, & quibus oporteat vti arbitris in aliquibus, quia sensilium rerum arbitri, maximi sunt sensus, & ij sunt principia demonstrationum. Secundo qui tollit motum, videtur aliquam partem eorum, quæ insunt naturalibus, demere, sed non est eius inscitia de parte tantum, sed etiam de toto dubitat. Si.n. in hoc versatur natura, quia est principium motus in rebus naturalibus, sublato motu, natura pereat oportet, & hac sublata, euertuntur naturalia quæ sunt, quia naturam habent. Tertium autem est, quia non solum naturam destruit, & naturalia qui dicit omnia quiescere. Neq; solum instat contra naturalem, sed etiam contra omnes artes, ac scientias agendi, quia agunt cum motu. Nam contemplatrix ars non eget aliquo motu naturali, quocirca etiam dicens contra oēs scientias, adiecit, {vt ita dicam,} & cōtra omnes opiniones naturalium, vel etiam omnium hominum obijcitur, quia omnes vtūtur motu. Et hic sciendum esse existimo, quod Aristo. non sequitur opinionem Parmenidis, & Melissi, qui putant omne, quod est, immobile esse, sed quod vere est, & solum intellectuale. Quartum autem adducit, ꝙ vt non est mathematici contradicere his, qui euertunt principia mathematicorum, neque Medici contra eos, qui principia suæ scientiæ inficiunt, neq; cuiussuis alterius, cuius principia euellunt radicitus, ita neq; hoc dictum videlicet {omnia quiescere} non est Naturalis confutare. Vt.n. statuitur principium naturalibus, hoc, naturam esse principium motus. Hæc autem Primo Libro huius tractationis dixit contra eos, qui videbantur asserere; quod est immobile esse. Positiones mos eius est appellare principia, velut sine demonstratione positas, & postulatas, in his demonstrationibus, quæ ex illis ducuntur. Qui.n. ostendit principia, ꝙ non sint principia fatetur. Ex prioribus.n. demonstrationes.

Relicto sensu, quærere rationem demonstrationem, est quædam ingenij imbecillitas. In sensibilibus, sensus pro prius rectius ē iudex suscipiendus.

Si auferatur motus à rebus tollitur nō tantum natura & naturalia, sed omnes artes & scientiæ. Scientia speculatiua non indigēt motu naturali, sicut factiua.

Arist. cum Parmenide ac Melisso existimant omne esse immobile, non autē omne, quod ē. Cōtra negantes principia non est disputandum.

Principia quamobrem positiones sunt appellata.

Ferè autem & omnia dicere moueri, falsum quidem est, minus autem hoc præter methodum. Posita.n. fuit natura in physicis principium vti motus & quietis. Similiter autem res physica est motus. Et dicunt quidam moueri, eorum, quę sunt, non aliqua quidem, alia vero non, sed omnia & semper, sed latere hoc nostrum sensum. Ad quos quamuis non determinent quem motum dicant, an omnibus, non est difficile contradicere. Neq;.n. augeri, neq; minui poßibile est continue, sed est & medium. Est autem similis ratio illi, qua est de eo, quod est guttam conterere, & enascentia lapides discindere. Non.n. si tantum expulit aut remouit gutta, & dimidium in dimidio tempore prius. sed vt nauis tractatio, ita & gutta tot tantum mouent: pars autem illarum in nullo tempore tantum diuiditur.n. quod remotum est, in plura, sed nihil eorum mouetur seorsum, sed simul. Manifestum est igitur, quòd non est necessarium semper aliquid abire, quia diuiditur ipsa diminutio in infinita: sed totum aliquando abire. Similiter autem & in alteratione qualibet. non.n. si partibile est in infinitum id, quod alteratur, ob id & alteratio, sed simul tota fit sæpe, sicut congelatio. Amplius, cum ęgrotauerit aliquis, necesse est tempus fieri, in quo sanabitur, & non in fine temporis mutari. Necesse est autem in sanitatem mutari, & in aliud nihil. Quare dicere continue alterari, valde manifestius est aduersari. In contrarium.n. alteratio fit. Atque lapis durior fit, neq; mollior. Et de ipso ferri, mirabile est, si latuit lapis deorsum ferri, aut manere in terra. Amplius autem terra et aliorum vnumquodq; ex necessitate manent quidem in proprijs locis, mouentur autem violente ex his. Si igitur quædam ipsorum sunt in proprijs locis, necesse est neq; secundum locum omnia moueri. Quòd igitur impoßibile sit aut semper omnia moueri, aut semper omnia quiescere, ex his & alijs similibus crediderit vtiq; aliquis.

Tex. 23.

Tex. 24.

Cōm. 22.

Ad secundum membrum diuisionis proficiscitur primæ diuisionis, quod dicit, omnia moueri: & inquit, quod hoc est prope & quasi aliquomodo falsum, vt istud, omnia quiescere. Etenim etiam in hoc sensus cōtradicit, cum palàm quædam quiescant. verum minus hoc, omnia moueri, est præter methodum naturalem, quam omnia quiescere: quippe illud minus destruit naturam. Et, si.n. quatenus natura, ita quietis, et motus, ponebatur principium, & hoc modo qui destruit quietem naturam dirimit, tamen quando motus cognatior est naturæ quam quies, tanto minus ijs, qui sentiunt omnia moueri, offendunt naturalem sciēdi viam. Et quia illi non solum motum, sed etiam quietem euertunt. Quiescunt enim ea, quæ apta sunt moueri, sed ij solum quietem. Item quia sunt aliqua naturalia, quę nunquam quiescunt, sed nihil est naturale penitus immobile: ob id minus offendunt naturalem viam discendi qui asserunt omnia moueri. Et hoc signum est, quòd opinio, quæ fatetur omnia moueri, atque agitari, non diruere naturalia: quia quidam eorum opinabantur omnia semper moueri, sed non quædam quidem, & quædam non, & ij asserebant id nobis non videri, quia sensui erat occultum. Equidem Heraclitici fatebantur omnia moueri. quorum etiam Plato in Cratylo opinionis meminit. Sed Alexander inquit, atomos, secundum ponentes ipsas semper motas, causas esse, cur commixtio fiat ex eis, & si non sensu id constet: & secundum hos inquit inane immobile est. Ad hos ergo, qui fatentur cuncta moueri, inquit: quanquam non determinet, quo motu omnia moueantur, num omnia omnibus: vnde non erit difficile occurrere determinando species motus, & ostendendo, ꝙ secundum nullam speciem possunt omnia moueri semper. Primum ergo adducit obiectionem hanc contra hos, quòd aiunt sine discrimine, & confuse, ac non explicant, qua specie motus cuncta semper mouentur. Deinde ostendit in vnaquaque specie trium motuum, quòd nulla specie possunt omnia moueri. quod si secundum nullam, patet quòd neq; secundum omnes. & primum ostendit, quòd neq; augeri potest aliquid continue, neq; rursus continue diminui, neq; incremētum diminutione attingere. Sed sunt stationes & quietes in medio dum mouetur aliquid his motibus. Neque.n. quod augetur mutatur in ipsam diminutionem, neq; diminutum in ipsam auctionem, sed ad incrementum, aliud & aliud ad diminutionem. Quando igitur fieret, in illis ad quæ mutatur, patet quòd stat, deinde sic mutatur in diminutionem. Ostendet autem hoc ita se habere in sequentibus, cum dicit, quosdam sentire omnia moueri, sed id nostros sensus latet, & ꝓponit accretionē, & diminutionem, tanquam etiam de his eadem illi sentiāt. Proinde primum

Minus contra naturam est dicere omnia moueri & omnia quiescere.

Eraclitus ratus est omnia semp̄ moueri.

In nulla specie motus contingit omnia moueri.

narrat cui opinioni per simile dicant, quā cum falsam esse ostendat, simul etiam destruit quod dicitur ab his. Nam dicere, inquit, ꝙ semper omnia moueantur, sed nos latet quia paruum, simile est illi rationi, quæ guttam aquæ continuam petram concauam facere. Inquit.n.Chærillus:

Gutta quo pacto cauat lapidem.

Chærili carmen.

Gutta cauat lapidem semper cadendo.

Ficus enascentia & fractura lapidis ex gutta cadēte.

perinde ac semper diminuatur petra ab vnaquaq; gutta, & si nobis immanifesta sit illa diminutio, quæ fit per exigua: Eodem quoq; modo & ex enascente ficu in fractione lapidis, si forte lapis aliqñ distrahitur frangitur, vt etiam in toto tempore ante hoc per exigua distractus, & dissipatus est, verum id latet sensum nostrum, quia fit per exigua illa distractio. Vt ergo qui hæc dicunt moueri continue asserunt in omni tempore ante hoc petram, quæ minuitur & lapidem, qui frangitur, verum latet sensum nostrū, quia per exigua illa fiunt, sic etiam qui omnia semper moueri asserunt continuum ipsorum semper esse motum dicunt, sed nos latet, quia per exigua, eodem quoq; modo sunt ea, quæ augētur, & diminuuntur. Cum ergo adduxisset sic similem opinionem, ostēdit ipsam falsam esse, & ꝙ non est continua diminutio petræ, & lapis diuisio. Non.n.si palmum in vno anno ex lapide gutta remouit, aut ficus, & illud quod ortum est ex vno grano seminis prima die partem aliquam remouit, neq; si petram mille guttæ cauam facerent, & vna gutta aliquam omnino partem cauam fecit. Sed si hæc se habent, inquit, vt nauis tractio. Etenim centū simul trahunt nauem, & vnusquisq; procedens neq; mouerit, sic etiam tot guttæ tantam petræ partem abstulerunt, sed nulla quæuis nullam partem abstulit. Nam & si, diuisibilis sit ea magnitudo, quæ dēpta est à petra, tamen non necesse est, vt vnaquæq; gutta tantam partem auferat quātum ipsa est omnium. Nam à singulis totū demptum est. Et quemadmodum in tractione nauis. à quinquaginta hominibus nauis cum sanè non moueatur, sed accedente vno aliqñ moueretur, & agitaretur. item in statera decem talenta, si forte non fecerint ad alteram partem declinare, si addatur drachma traxit, ita etiam totidem guttæ nondum potentiam habuerunt perforādi petram, sed vna accedente potuerunt: quare & in his, quæ augentur & diminuuntur, & si in infinitum fuerit diuisibile, quod accedit, & recedit, tamen non necesse est s'm aliquod continuum semper aliquid addi, aut auferri seorsum, sed totū aliquod additur aliquando, & totum aufertur. Non.n. quia tota aqua tātum cauitatis fecit, etiam dimidium eius dimidium concauum fecit, vel omnino tanta aquæ pars tantum abstulit petræ, sed simul totum mouetur. Dicit autem diminutionem, quod recedit, s'm quod interitus fit. Patet igitur, ꝙ si quid patitur ab aliquo, non etiam à quauis patitur parte, & si aliquid in aliquo tēpore ab aliquo patitur, non tñ in omni parte temporis patitur, sed in aliquo totū collectim & subito. Sed animaduertendum est in his, vtrum illius rationis nunc meminit, quę appellatur à Sophistis Sorites. tanquam interroget de guttis cadētibus aquæ. Si.n. prima nihil fecit, inquit, vt cauaret petram, neq; secunda. Quod si neq; illa, neq; tertia. quare, neq; vltima. quo igitur petram gutta aquæ indeficienter cauat? Huius ne ergo meminit, quando dixit similis est ratio illi, quæ est de eo quod est guttam lapidem conterere. vel alia est quæ de ipsa delatione aquę sic interrogat. Si tantam aquam simul deorsum fertur, tantum petræ abstulit, nonne & dimidium eius dimidiū abstulit, & vna gutta tantum s'm proportionem? Sic.n. cum Alex. intelligat sic rationem explicat. Nam cum opinio dicat, vt tradit, quod à tāta aqua defluere in petram eadem cauatur, quam aquam forte nominat guttam ab ipsa instillatione, & ab vnaquaq; parte ipsius decidente cauatur, sed occulta erat nobis s'm tantum motus & diminutio eius. Videtur autē Alex. quia sequitur exempla quæ sunt secundum nauis tractionem, in qua simul omnes trahentes nauem sunt, etiam intelligere guttam de aqua collecta. Quod verò gutta dicatur proprie de stilla, & aspersione, perspicuum esse existimo. Indicat etiam hoc dictum ab Arist. quia dixit tot guttæ, tanquam diuisæ, & numeratæ sint guttæ. Sed, cum Arist. dixisset de partibus eius, quod aufertur à petra, tñ nihil ipsarum mota est seorsum sed simul. At Alexā. de mouente aqua hoc intelligens, inquit. Neq;.n. erant actu partes mouentis in toto, vt moueant per se, velut accipiat aquam deorsum delatam, & auferat aliquid à petra. Nisi forte aliquo modo sic interrogans ratio, in idem recedit cum hoc. quia, dum paulatim fit, latet sensum, siue in eodē nunc partitio in id, quod fit paulatim, fiat, vt de tractione nauis, & aqua simul collecta auferente: siue in alio, & alio nunc, vt de instillationibus, quę in maiori tempore continue cauant petram. Hoc aūt exemplum existimo esse accōmodatius præpositis, quia etiam motus non simul totus existens in partitione latet sensum. Neq;.n. incrementum & diminutio simul est, neq; alteratio, neq; mutatio secundum locum. Hoc autem dictum est, quia & si recedens in diminutione, & accedens in accretione sint magnitudines diuisibiles in infinitum, tamen necesse est remotionem, & additionem s'm minima fieri, sed simul collectum aliquando abest, & aliqñ additur. Non ergo hæc nos latent, quia per exigua in infinitum augentur, & diminuuntur. Quod si, vt dixit, est aliquid medium, in quo stant ea, quæ augentur, qñ susceperint mensuram, non est necesse, vt in infinitum augeātur, aut diminuantur. Nam & si in medio nutriantur, tñ aliud est nutriri, & aliud augeri. Patet autem, ꝙ & si simul collecta auferatur aliqua pars à petra, tñ vnaquæq; gutta omnino egit aliquid in petram ipsum debilitando: quod sensu non percipitur. & trahentium nauem vnusquisq; introduxit s'm se potentiam toti, & petræ remotio aliqñ, & sine perceptione sensus fit, aliquando etiam simul & collectim frangitur, sed per pauca euersio ficus efficit insensationem fractioni petræ, & si procedat per exigua media insensibiliter, tñ quod fit in calce simul collectum stat, qñ in hoc venerit ad quod festinat, & accretio, & diminutio. Sed cum Arist. de accretione, & diminutione ostēdisset, ꝙ non in infinitum accretio, & diminutio facta, quia paulatim fit, lateat, si quidem non continue additio, & ablatio fiat sed etiam simul collectim, eandem rationem, inquit, etiam congruere omni alterationi. Non enim, si alteratur aliqua magnitudo, in infinitum est diuisibilis. hoc.n. significat, Partibile in infinita. Ob id & alteratio eius secūdum partes fit per id, quod est prius & posterius, sed tota simul, & in instanti, vt lactis coagulatio, & condensatio aquæ, & talium, quę & si partibilia sint, tñ non condensantur secundum minimas partes, sed simul mutantur, & constant. Demonstrauit, inquit Alexander, per id, quod nunc dicitur, quo primo libro huius tractationis, cum cōtradicebat Melisso, hæc verba sint intelligenda. {Perinde ac non simul tota fiat mutatio.} Non.n. dixit simul totam, i. repente, & sine tempore: hoc.n. falsum est, sed principium eius quod simul collectim mutatur ad ipsum mutari, & non secundum partes. Quod vero alteratum non in infinitum continue possit moueri, vt dicebant ij, qui fatebātur omnia semper moueri, ostendit: quia mutatio in alteratis fit ex contrario in contrarium, & in tēpore eorum fit mutatio. Verum est aliquod definitū, in quod mutantur, & quādo in illud

De trahentibus nauem.

Non omne, quod ab aliquo patitur, à quauis sui parte patitur.

Sorites ratio astruens guttam non cauare lapidem.

Id, quod in diminutione recedit, et in accretione accedit, quāuis nō diuidātur, seorsum tamen per minima est impossibile.

illud peruenerint, stant. Nam ad hoc ordinata tendit mutatio. Proinde ægrotans, & quod mutatur ex morbo quatenus ex morbo mutatur, non in aliquid aliud mutatur, quam in sanitaté. Hoc.n. contrarium est morbo, & in tempore eius mutatio fit, sed non in termino temporis: quia omnis motus est in tempore, & terminus motus est in termino temporis. Qñ igitur sanum ex morbo fit, in sanitate stat: non.n. est aliud, ad quod mouebitur, quod morbum fert. Neq;.n. erat aliud quid morbo contrarium. Si ergo id, ad quod mouebitur, non habet dicere, nimirum illud continue alterari admodum est ambigere in his, quæ perspicua sunt. Nam ad quid amplius mouebitur, si iam accepit, & cõparauit illud, cuius gratia mouebatur. Item quia dixit, necesse est tempus fieri, in quo sanabitur, & non in termino temporis, demonstrauit, ꝙ motus est illa ex morbo in sanitatem mutatio. Non.n. repente fit, neq; in termino temporis: non tñ ob id iam & in infinitum fit. Sed hoc argumétum etiam alijs congruit mutationibus, si quidem omnes ex contrario in cõtrarium fiant, & ad aliquod contrarium tendant, vt ad finem, à quo etiam denominantur vt ortus ab eo quod est, & accretio ab additione, & albatio ab albo, & delatio sursum ab eodem. Quod vero non fit continuus motus alterationis, ostendit etiam ex euidentia. Nam lapis multo tempore, neq; durior, neq; mollior fit, immo nec quotidie aliquid eius fluit, vt inquit Eudemus. Nam pluribus annis plus est fluxus corporis, in quo defluit. At vero, inquit, ea, quæ permanent, videntur plura & exigua plurimo tépore non tangere alia. Et, cum mentioné fecisset de lapide, perinde ac non sit alteraturus continue, subiungit, ꝙ etiam ſm ferri, i. moueri secundum locum, non est motus lapidis continuus & indeficiens. Nam & si accretiones, & alterationes lateant nos, tñ lapis non latet nos, qñ deorsum fertur, sed quando intra viscera terræ manet, sed omnino terra, & vniuersè omnia, quæ sub Luna sunt. Nam cõiter de omnibus ostendit, ꝙ non est ipsis continuus motus secundum locum. si videantur quædam ipsorum in proprijs locis, necesse est tum illa non moueri secundum locum. & ostendit idem sic, Omnia naturalia corpora manent in proprijs locis, & mouentur ſm naturam ad ꝓpria loca, sed præter naturam & vi, ex ipsis. Si.n. necesse est, vt id, quod mouetur, aut vi, aut secundum naturam moueri. sed quæ neutro modo mouentur secundum locum, cum sunt in proprijs locis, neq; mouerentur ſm locum. & concludit deinceps duo prima sectionis membra, quorum aliud, non omnia semper quiescere ex euidentia demóstrauit, & aliud, non omnia sempeꝛ moueri, & prius probauit.

Alteratio non est motus continuus.

Non mouentur naturalia cum sunt in proprijs locis.

At vero neq; alia quidem contingit semper quiescere, alia vero semper moueri: aliquando autem nihil quiescere, aliquando vero moueri. Dicendum est autem, quòd impoßibile sit, quemadmodum & in dictis prius, & in his. videmus enim in eisdem fieri dictas mutationes. Et ad hæc, quòd qui dubitat, aduersatur manifestis. Neque.n. augumentatio, neque violentus erit motus, si non mouebitur præter naturam quiescens prius. Generationem igitur aufert & corruptionem hic sermo. Ferè autem & ipsum moueri, fieri quippiam & corrumpi videtur omnibus. in quod.n. mutatur, fit hoc, aut in hoc: ex quo autem mutatur corrumpitur hoc, aut il-

Tex. 23. *line. Quare manifestum est, quòd alia quidem mouentur, alia vero quiescunt.*

Cõm. 23. Ad secundum membrum diuisionis procedit dicens, quædam eorum, quæ sunt, moueri, & quædam quiescere. Et huius rursus primum diuisiuum pertractat dicens, aliqua mota semper moueri, & quiescentia semper quiescere. & ostendit, ꝙ sic se habent ea, quæ sunt, vt alia semper moueantur, & alia semper quiescant, quæ aliqñ quiescere, & aliquando moueri nequeunt. Et similiter fieri nequit, vt ea, quæ prius diximus. Etenim & hoc manifestú est, quia eadem videmus aliqñ ex motu in quietem mutari, & aliquando ex quiete in motum. Hæ autem dictæ sunt mutationes, quibus aliqua interdum quiescunt, & interdú mouentur. Secundum adducit rationi, hoc, ꝙ repugnat manifestis dubitare de his. & secundú quid adiecit? quia si non est aliquando quiescere, & aliquando moueri, neq; accretio, neq; violentus motus erit: immo etiam ortus ac interitus rerum destruetur, & pene omnis motus, tam ille qui est secundum naturam, q̃ ille, qui est præter naturam, vt intelligemus. Si ergo manifestum est, ꝙ etiam accretio, & violentus motus, & aliæ mutationes sunt, patet ꝙ manifestis repugnat qui destruit, ac negat quasdam rés interdum quiescere, & interdum moueri. Et ꝙ motus violentus non erit motus, demonstrauit per hoc, si non mouebitur præter naturam quiescens prius. Quod.n. vi mouetur præter naturam mouetur, & quod præter naturam mouetur, ex suo proprio naturali loco, in quo aptum est quiescere, exit. Si ergo non prius quiescens mouetur, non erit præter naturam, & violentus motus. Sed quomodo accretio ex tali positione destruatur, videtur prætermittere. Sed pulchre Alexander, & hoc per idem demonstrari inquit. Non.n. erit accretio, nisi moueatur præter naturã quiescens prius. Nam nutrimétum, cum prius quieuerit, deinde alteratum fuerit fertur ad superiora loca, & ad latus. ad quæ non est aptum natura ferri. & cum simile euaserit, augetur, & quãdo plus fluerit, quam id, ꝙ defluit, facit vt augeatur id, quod susceperit. Sed ex prioribus dictis idem potest ostédi, quòd si non est post motum quiescere, non est augeri. Quod.n. augetur, neq; continue augetur, neq; copulat incrementum diminutioni, sed quando peruenerit ad terminum, ad quem accretio festinabat, tum stat, & tum mutatur ad diminutionem. Quare ob accretionem destruitur hoc, videlicet omne, quod mouetur, semper moueri: sed per motum violentum destruitur, ꝙ omne quiescens semper quiescat. Sed non solum accretio, & violentus motus destruitur, nisi fuerit quædam, quæ posint vicissim quiescere, & moueri, sed etiam ortus, atq; interitus, vt inquit, ob eandem rationem. Vt.n. quod augetur, tum mouetur ſm augendi motum, quo tum nõ mouebatur, ante ipsum augeri, sic etiam id quod fit, & interit. Quod.n. augetur, & si antequã augeretur eodem motu mouebatur, quo etiam cum augetur, vel neq; nunc motu augendi mouetur. Quo euenit vt nullum, quod augetur, augeatur: vel etiam prius augebatur, cum nondum augeretur. Item quę fiunt similiter & intereunt habent principium ortus & quietis quando fiunt, & in ipso interitu similiter. Quare, si semper oportet moueri ea, quæ mouentur, & semper quiescere ea, quæ quiescunt, neq; accretio, neq; diminutio, neque ortus, neque interitus erit. Nam mutationes secundum eadem, & à quiete incipiunt, qua etiam finem habent. Item quod non potest fieri, neque gigni, id nec prorsus gignitur, illud vero, cuius non est definita generatio, nec ad finem peruenire potest, id non potest generari. Quod.n. fit, stat & quiescit à motu secundum hoc. Item ortum & interitum destruit ratio, quæ tollit motum præter naturam. Nam aliquorum est ortus, aliquorum interitus: sed vnumquodq; interit, non eo quia manet secundum naturam, sed etiam dum fit vnumquodq; non habet proprium locum, quocirca etiam soluuntur ea quę fiunt. Illud autem {Gñationem igitur aufert, & corruptionem hic sermo,} potest velut

Multa omnino impossibilia si aliquando quidé quiescere, aliquando autem moueri.

Motus violentus ac præter naturam quo reperitur in augmento.

Non tãtum augmentum, ac diminutio tollitur, sed ẽt generatio si non eiusdem mouentur et aliquando, & quiescant.

si dicatur. Item ortum, & interitum tollit hic sermo, qui dicit non mutari ex quiete in motum, & ex motu in quietem. Erit.n.omne quod fit, in infinitum factum, & corruptum similiter. Sic quoq; nihil poterit fieri, aut interire. ꝙ si ortum & interitum hæc ratio destruit, & omnem destruet motum, ne singulas species motus, aut mutationis enumeremus. Communiter.n. moueri dictum pene omnibus videtur fieri & interire. Non.n.erat hoc diligenter dicere, quod omnibus sic videtur, sed causam huius, quod omnibus videatur, vel huius, quod moueri sit quasi oriri, & interire. Potest.n. illud {Ferè} sic intelligi, vt ipse adducat commune in omni motu. Nam quia omnis motus, & omnis mutatio est ex aliquo in aliud. Nam vnius est post aliud: in quod quidē mutatur, hoc fit: siue secundum substantiam, vt homo, siue secundum quantitatem, vt maior, aut minor: siue secundum qualitatem, vt album, calidum: si autem s'm locum fuerit mutatio, quod mutatur non fit id, in quod mutatur, i. supra, vel deorsum, vel omnino locus, secus, sed fit in loco, sed ex quo mutatur, aut ex substātia, aut maiore, aut minore, aut album, hoc interit. Nam homo corrumpitur, & maiore, & albus, quando in contraria his mutaretur. Quòd si ex loco interit hinc exiens illuc. Pulchre igitur dixit, ꝙ sermo destruens ortum, atque interitum, & omnem motum destruit. Sed ipse hoc prætermisit velut manifestum conclusum. Hoc autem destructione huius, quædam semper moueri donec manifestum fuerit sequens, hoc quædam semper quiescere, hoc inducit dicens: Quare patet, ꝙ quædam mouentur, & quædam quiescunt aliquando. Dicit autem, ꝙ sunt quędam, quæ vicissim mouentur, & quiescunt, & non semper alterū. Nam patet, ꝙ etiam quædam aliquādo mota quiescunt, & quædam aliquando quiescentia interdum mouentur, & neq; aliquando mota oportet existimare semper moueri, neq; aliqua interdum quiescentia semper quiescere, sed ambo interdum moueri, & interdum quiescere.

Moueri fieri cernitur ab omnibus, gigni & interire, & quare.

Censere autem omnia aliquando quidem quiescere, aliquando vero moueri, hoc iam coniungendum est ad olim dictas rationes. Principium autem rursus idem faciendum est à nunc determinatis, à quo quidem incępimus prius. Aut .n. omnia quiescunt, aut omnia mouentur, aut eorum, quæ sunt, hęc quidem quiescunt, hęc autem mouentur. Et si eorum, quę sunt, alia quidem quiescunt, alia vero mouentur, necesse est aut omnia aliquando quidem quiescere, aliquando vero moueri: aut ipsorum quædam quidem semper quiescere, alia vero semper moueri, alia autem aliquando quidem quiescere, aliquando vero moueri.

Tex. 26.

Com. 24. Cum illud membrum diuisionis dicens, quædam moueri, & quædā quiescere, trifariam fuisset diuisa, & in hoc quod ea quæ mouentur, & quæ quiescunt, semper mouentur, & semper quiescunt: & in hoc, omnia interdum moueri, & interdum quiescere: & tertio in ea, quæ semper immobilia sunt, & aliqua, quæ semper moueantur, & quę ambobus participent: confutato primo membro dicente, quę mouentur semper moueri, & quæ quiescunt semper quiescere, sed nihil ab ipso moueri, in ipsum quiescere, vel ab ipso quiescere, in ipsum moueri mutatur: & cum ꝓfecturus esset ad s'm membrum huius diuisiui, dicens, omnia, quæ sunt, aliquando quidem moueri, & aliqñ quiescere, & proponens idem ad confutādum rursus, ad diuisionem sumptam à principio reuertitur, reuocans nos ad memoriam membrorum diuisionis, quæ prius diximus, & quædam etiam suppeditat, vltra ea, quæ ad hæc spectant dicta sunt. Sed his determinatis nunc rursus sumendum esse initium dicit, ꝙ sumpsimus etiam prius, & diuisionem rursus eandem sumere oportet, quam aperte exponit, verum deficit in vno mēbro proxime confutato: & ob id forte nunc cōmittitur. Hoc autem erat dicens, quædam eorum, quæ sunt, semper moueri, & quædam quiescere, & quædā mota interdum, & quædam quiescentia interdum non esse. Item ob id pōt hoc nunc esse prętermissum, quia similiter non possunt oīa semper moueri, vel omnia semper quiescere, & similiter, cū illis simul destruit, vt procedēs dicit.

Quod igitur non possibile sit omnia quiescere, dictum quidem est et prius. Dicamus autem & nunc. & si.n. secundum veritatem sic se habet, sicut quidam dicunt, esse id, quod est infinitum, & immobile, attamen non videtur quidem secundum sensum, sed mouentur multa eorum, quæ sunt. Si igitur est opinio falsa, aut omnino opinio, et motus est, etiam si phantasia sit, & si aliquando quidem sic videatur esse, aliquando autem aliter. Phantasia.n. & opinio motus quidam esse videntur. Sed de hoc quidem considerare, & quęrere rationem eorum, quæ melius habemus, quam si ratione indigeremus, male iudicare est id, quod melius est & peius, & credibile & non credibile, & principium & non principium. Similiter autem impossibile est & omnia moueri, aut alia quidem semper moueri, alia vero semper quiescere. At omnia hæc sufficiens est vna probatio. Videmus.n. quędam, aliquando quidem moueri, aliquando quidem quiescere. Quare manifestum est, quòd impossibile est similiter, omnia quiescere, & omnia moueri continue: & alia quidem semper moueri, alia vero quiescere semper.

Cum prius aduersus illos contendisset, qui dicunt omnia quiescere, dixit imbecillitatem esse rationis, aut intelligentiæ, dimittere sensum proprium iudicem sensibilium, & rationibus niti ea destruere, quæ sensui videntur. Et qđ qui motum destruit, non de aliqua parte, vt videtur motus naturalium dubitat sed de omni naturali constitutione: siquidem natura sit principium motus. Et ꝙ nō solum naturam destruit, & naturalia, verum etiam omnes artes, & scientias, quæ vtuntur motibus in operibus suis, & eas quæ asserunt motum esse, & per motum tradūt causas eorum, quæ fiunt. Et in omnibus, ꝙ neq; est Naturali ratio contra destruentem motum, quia principium naturalium destruit, nunc autem rursus repetens rationē contra illos, addit, ꝙ etiam illis accidit asserere motum esse, qui motum euertere nituntur. Nam & si verū sit, quod inquiunt, ꝙ id, quod est infinitum, est atq; immobile, vt narrauit in primo huius tractationis Melissum sic sentire, quanquam non ita sensui videatur, sed multa eorum quæ sunt, moueri apparent. Si autem est opinio falsa, & phantasia patet, quòd etiam motus est. Nam phantasia est sensus secundum actū, & opinio est confirmatio phātasię, & sensus est motus, & per motum. Sed cum dicat. {Si igitur sit opinio falsa, } adiecit hoc {aut omnino opinio,} non.n. falsa opinio, aut phantasia motus sunt, quia falsæ sunt. Nam omnis phātasia, & opinio est motus: quare etiā qui ita enunciant, & si vera dicebant, tñ posuerunt, ꝙ ipsis videbatur, & apparebat, & sic mouebantur, quibus ergo tollebāt motum eundem asserebant. Sic ergo Alexan. suis verbis exposuit prædicta. Sed animaduersione dignum est quo, si secundum veritatem ita se habet, vt id, quod est immobile, sit, non videtur sic s'm sensum, sed plura eorum, quę sunt, mouentur. Quomodo.n. veritati sensus verus contradicit, ita si secundum veritatem sic se habet, vt dicunt, quomodo falsa est opinio? Vt.n. priores sequendo dici videtur. {Si ergo opinio falsa, } Nisi ergo Melissum concedat dicere vere, quod id quod est immobile sit, sed statuens falso illum opinari motum sensui apparentē tanquam consequēs hoc,

Com. 25.

Qui motū destruere nituntur, ipsum ponunt astruunt.

Existente immobili quo fit motum.

hoc, quod verũ fit non moueri quod est. Si enim hoc verũ falsum moueri, conuertit rationem contra eos concludens, quod, si verum est, quod id, quod est immobile, sit, verũ etiam est, ꝙ motus sit. Et existimo rursus talem esse rationis deductionem: Si verum est ꝙ id, quod est immobile sit, falsa est opinio existimantium videri sensui multa eorum, quæ sunt moueri. Quòd si falsa est opinio, & secũdum illos est videlicet, quod non est: ꝙ si est quod nõ est, vacuum est, si autem hoc, motus est. Nam sic econtra hęc ratio procedit, quam sit interrogatum ab illis. Nam quia quod non est, in ipso, quod est, inquit, non est, non erit vacuum, si autem non est vacuum, non est motus. Nam necesse est, aut per plenum, aut per vacuum moueri: sed per plenum, non potest moueri, si ergo opinio est falsa, est id, quod nõ est, si aũt est quod nõ est, nõ destruitur quod non est. Sed vacuo existente non tollitur motus. Sed ad hanc expositionem me induxit hoc, quia Arist. non frustra dicit. {Si igitur opinio falsa,} & statim subiungit hoc {aut omnino opinio} Sed quomodo si opinio, & phantasia est, & motus est naturalis, & corporeus, de quo nunc quærimus? Non enim sunt illi motus secundum Arist. Hanc autem instantiam adducens Alex. pulchre soluit dicens, motum esse sensum, & phantasiã mansionem sensus secundũ actum, & opinionem phantasiæ comprobationem. Si ergo est opinio, etiam phantasia, & actu sentiens: si hæc & naturalis motus. Quòd si aliquando sic videtur, etiã aliquando aliter hominibus de aliquibus videtur. Etenim velut circulatio iterantur opiniones hominum de rebus, vt placuit Arist. & si est motus, quippe vniuerse opinari non fit sine motu, siquidem in phantasia, & hæc sit sensitiua motu. Et pulchre cõcludit existimo. deinde hic Alex. rationem sic, Si nihil eorum, quæ sunt, mouetur, neque est motus, sed quædam videntur moueri, quod sit phantasia: quod si phantasia est, motus est, & aliqua rerum mouentur. Si ergo nihil eorũ, quæ sint, mouentur, neq; est motus, & est motus, & cõuersio rõnis est ex positis, nisi quod pro falsa opinione Alex. accepit phantasiam. Sed sciendũ est, quod plane Arist. dixit in his, ꝙ phantasia, & opinio sunt quidam motus, & non motus consequuntur. Nisi illud {videntur} secundum opinionem aliorum indicet illum dicere. Sed, cum hæc dixerit contra dicentes omnia quiescere, subiungit etiam quædam prius dicta, cum magna determinatione. Docet autem nostrarum cognitionũ discrimen, quia alia est per se fide digna, & non persuadẽda, quę non eget per rationem assignantem causam fidem accipere. Tales autem sunt immediatæ propositiones quę à communibus sententijs accipiuntur. Et alia est cognitio accipiẽs fidem per medium, quod dat causam rationis. Talis autem est in syllogismis medius terminus. Et patet, ꝙ sit melior ea cognitio, quæ seipsa est fide digna, & manifesta, quã illa, quæ indiget ratione assignãte causam. Etenim ſm euidentiam iam cognoscimus. Et melius habemus, quam indigere ratione, & causa. Sed ſm alteram quærimus adhuc, & quadã fide indigemus. Quãdo igitur quęrimus causas, & rationes eorum, quæ per se fide digna sunt, tum loco melioris cognitionis studemus assequi deteriorem, quia nescimus quid melius, quidque peius sit in cognitionibus, & quid suapte natura sit credendũ, & quid aliter se habet. Proinde, inquit, ostensio quodam exercitij causa secundum rationem Zenonis ex duplici illa semper secatione in infinitum, quod non est motus, Diogenes, cũ adesset, tũ ibi surrexit, & ambulauit, hoc illud quod Arist. per se fide dignum asserit indicans, atq; affirmari consultatis, quia in quibus habemus cognitionem per se fide di-

Si opinio & phantasia est, est motus naturalis & corporeus.

Phantasia & opinio sunt quidã motus.

Cognitionum varia differentia.

Diogenem ambulãdo refellit rationem de firmatum motum.

Probabili ratione existente nõ opus est ratione discursu.

gnam non egemus discursus rationis. Ignorat aũt, inquit, talis & proprios rerum iudices. Nam vt in cognoscendis rebus intellectualibus propriũ iudicem, qui proponit sensum, absurdissimè facit & permutat, sic etiam qui reprobat sensum tãquam iudicem sensibilium rerum, & quærit rationem, perabsurde efficit. Equidem ignorat quid credendũ, & quid non credendum, siquidem quærit quod ꝑ se credendum est. Quæret autem sic rursus, & illud, quod inquisitione est inuentum, et per se fide dignum, si nõ sufficit ei quod credendum est, ne quærat. Sed neq; scit discrimen inter id, quod est principiũ, & id qđ non est principiũ, qui quærit de manifestis. Nã hac ratione principia differũt ab his, quæ sunt post principia, quia sunt per se fide digna, & non indigent inquisitione. Similiter autẽ inquit, illi dicunt ea quæ fieri nequeunt, videlicet qui asserũt omnia quiescere, aut omnia moueri, & qui aiunt quædam eorum, quæ sunt, semper moueri, & quædam semꝑ quiescere. Et causam similitudinis adducit, quod una fides sufficit in omnibus his, quæ sat est videre nonnulla aliquando moueri, et nonnulla aliquãdo quiescere. Cum.n. hoc sit manifestum, illa omnia velut impossibilia cõfutantur. Sed in destructione & illa posuit, quæ prætermisit in proxima diuisione dicens, vel quædam semper moueri, & quædam semper quiescere, & tum propter hoc prætermittens forte illa, quia similiter, vt alia destruuntur, & ob euidentiam ipsam, per quam & ipse, inquit, manifestam esse similitudinem.

Quærens per rationem principium.

Reliquum est igitur considerandum, vtrum omnia sint huiusmodi, vt moueantur & quiescant, aliqua quidem sic, aliqua vero semper quiescant, aliqua autem semper moueantur. boc enim demonstrandum est à nobis. Tex. 27.

Cum hoc sumptum sit velut manifestum, aliqua eorũ, quæ sunt, aliquando mota videri, & aliquando quiescere: & ob id etiam confutata essent reliqua membra diuisionis, duo adhuc restãt, in quibus hoc palam videndum est. Vel enim omnia, quæ sunt, huiusmodi sunt, vt interdum moueantur, & interdum quiescant: vel tertium illud diuisionis sectum verum est: quod dicit, quædã sic se habere, vt diximus nunc, vt aliquando quiescant, & aliquãdo moueantur, & aliqua semper quiescant, & aliqua semper moueantur: Hoc enim erat tertiũ diuisionis à principio mẽbrum, & hoc proponit ostendere tanquam verum. Nam vbi ostensum hoc fuerit, etiam omnia prius cõfutata erũt, atq; simul cum hoc erit propositum dicens, vel sic omnia se habere, vt interdum quiescant, & interdum moueãtur, tanquam falsa abijciantur, quæ nequeunt simul esse cum vero. Sed, cum hoc ostensum fuerit, simul ostendetur etiã ꝙ non est motus generabilis, & dubitationes soluentur, quæ instabant contra motum ingenitum. Sed oportet scire, ꝙ alia duo membra possunt ex diuisione videri, cum sint bifariam diuisa. Quia eorum, quæ ad vtranque partẽ vergunt, & aliquando quiescunt, & aliquando mouentur, & reliquorum alia, aut semper mouentur, aut semꝑ quiescunt. Et Eudemus, cũ fere breuibus explicet dicta Arist. ponit etiam hæc membra breuiter dicens: Aut omnia ad vtranq; partem sese applicant, vt interdum quiescant, & interdum moueantur, aut quædam, sed reliqua mouẽtur, vel quiescunt. Patet autem, ꝙ trifariam hac diuisione, ostensa vero, & nunc dupliciter diuisa confutantur. Com 26.

CAPVT IIII.

Mouentium igitur, & eorum, quæ mouentur, alia quidem per accidens mouent & mouentur, alia autem per seipsa. Per accidens quidem, vt quæcunque

que ex eo, quòd insint mouentibus, aut ijs, quæ mouentur, & quæ per partem. Per seipsa autem quæcunq; non ex eo, quòd insint mouenti, aut ei, quod mouetur, neque ex eo, quòd pars aliqua ipsorum moueat, aut moueatur. Eorum autem, quæ per se, alia quidem à seipsis, alia vero ab alio. Et alia quidẽ natura, alia vero violentia & preter naturam. Quod enim ipsum à semetipso mouetur, natura mouetur vt vnũquodque animalium: mouetur enim animal ipsum à seipso. quorumcunque autem motus principium in seipsis est, hæc natura dicimus moueri. Quapropter, animal quidem totum, natura ipsum seipsum mouet, corpus tamen contingit, & natura, & præter naturam moueri. Refert enim, & quali motu moueatur, & ex quali elemento constet. Et eorum, quæ ab alio mouentur, alia quidem mouentur natura, alia vero præter naturam. præter naturam quidem, vt terrena sursum: & ignis deorsum. Amplius autem, partes animalium sæpe mouentur præter naturam, iuxta positiones & motus modos.

Tex. 28 *Et maxime moueri ab eo, quod mouetur in ijs. quæ præter naturam mouentur, est manifestum, propterea quòd manifestum est ab alio moueri. Postea autem quæ sunt præter naturam, eorum, quę sunt secundum naturam, ipsa, quæ à seipsis, vt animalia: non enim hoc est inmanifestum, an ab aliquo mouentur. Sed quomodo oportet accipere id ipsius, quod mouet, & id, quod mouetur? Videtur enim vt in nauibus, & in ijs, quæ non natura constant, sic & in animalibus esse diuisum id. quod mouet, & id, quod mouetur, & sic totum ipsum seipsum mouere.*

Com. 27. Ad demonstrandum hoc, q; alia semper sint immobilia, quod quidem nunc ipse quiescere semper dixit, quãuis non proprie quiescere dicatur de his, quæ semper sunt immobilia: & alia semper moueantur: & quædam aliquãdo quiescere, & quædam aliquando moueantur: diuidit mota & mouentia in ea quæ per se mouent & mouentur, & in ea, quæ per accidens. Nam quod etiam per accidens aliqua moueant, & moueantur prius ostensum est. Sed nũc motui per accidens subiicit motum secundũ partem, quãdo aliqua parte eorum mouente, aut mota ipsa tota dicũtur moueri, aut mouere. At vero prius in diuisione mouẽtium, & eorum, quæ mouentur, ea, quæ mouentur, & moueni secundum partem diuisit contra ea, quæ per se, & per accidens mouent & mouentur. Nam opponuntur mouẽtibus secundum partem, aut motis, i. his, quæ secundum aliud, ea, quæ primo, & illis quæ per accidens, ea, quæ per se. Nunc tamen omne, quod non proprie, & primo, & per se mouet, & mouetur, per accidens nominat. Sed, cum sic diuisisset primum, ea, quę per accidens mouentur, omisit, tanquam nihil ei conferant ad propositum inquirendum; & quod quæ sic mouent, & mouentur, & ipsa habent relationem ad ea, quæ sunt per se. Quæ enim insunt eis, quæ mouent per se, aut mouentur, vel vt partes, vel tanquam affectiones vel tanquam habitus, vel vt instrumenta, vel quocunque alio modo hæc dicãtur, hæc per accidens mouere, vel moueri dicũtur. Sed cũ addidisset ea, quę p se mouent, & mouentur, quænam hæc sint, indicauit per negationem eorum, quæ mouent, aut mouentur per accidens, rursus ea diuidit in ea, quæ à seipsis mouẽtur, & in ea, quæ ab alio: & hæc ãmbo comprehendens diuidit in ea, quæ mouentur natura, & in ea, quæ vi, et præter naturam, quia quæcunque à seipsis mouentur secundum naturam mouẽtur. Sed eorum, quæ ab alio mouentur, alia sunt partes motæ secundum naturam, vt ignis à transmutante ignem, & faciente ipsum ignem, vt percipiemus, quare & quæ mouẽtur violentia ab alio mouentur. Et inanimatorum alia secundum naturam mouentur. & primum ostendit, q; ea, quæ à seipsis mouẽtur, talia sunt animalia, quæ natura mouentur. Nam positum est natura moueri, quæcunque s'm principiũ in ipsis mouentur per se & non per accidens, & seipsa mouent, patet quia in seipsis habent principium motus. Sed, quia sæpe corpus animalis in motu animalis, ex seipso nõ mouetur eò quò aptum est moueri motu, vt si corpus graue fuerit, et animal sursum moueretur saltãdo, aut scandendo: & huius motus in seipso principium à quo modo accidere possit, distinxit dicendo, animal suapte natura seipsum mouere, & nihil prohibere, quin corpus animalis interdum præter naturam suam moueatur, vt motu animalis quo animal est, cum non semper eodẽ motu moueatur, sed varijs & sæpe contrarijs, & ex natura elementi excedentis in corpore, non enim est simplex corpus animalis. Quapropter quando leue in corpore abundaret copiosius, & animal sursum moueretur, tum etiam corporis secũdum naturam sursum fiat motus, et simul adiuuat animalis appetitum, Quod si animal deorsum moueretur dominante in corpore ipsa leuitate, præter naturam traheretur corpus. Sed, cum dixisset de his, quæ mouentur à seipsis, idest de animalibus, quod hæc secundum naturã semper mouentur, cum moueantur s'm principium, quod est in ipsis, & corpus ipsorum interdum s'm naturã mouetur & interdum præter naturam, deinceps dicit de his, quæ mouentur ab alio, quod horum alia mouentur natura, & alia præter naturam. Et primũ dicit quæ sunt, quæ ab alijs cum moueãtur etiam præter naturam moueantur. Ex his enim sumet etiam ea, quæ sunt secundum naturam. Quæ enim ad contraria loca proficiscuntur quã apta nata sint, hæc mouentur præter naturam, vt quãdo terrena sursum & ignis deorsum. sed etiam partes, inquit, animalium sępe mouentur præter naturam ob positiones, & modos motuum. Equidem ob positiones, si quis non cruribus, & pedibus, sed manibus ambulare niteretur, & propter modũ ipsius motus, quando non ambularet aliquis, sed volueretur. Tum enim & si totum animal ex seipso, & natura moueretur, tamen partes mouerentur pręter naturam. Cum ergo hunc modum inuenisset, quo etiam à seipsis mota partibus tamen præter naturam videntur moueri, subiunxit, q; in his, quæ mouentur præter naturam, patet q; motus non est à seipso, sed ab alio. Nam in his quæ violentia mouentur, patet aliud esse id, quod mouet, & aliud, quod mouetur. Non enim hoc, inquit, incertum est, si ab aliquo moueantur animalia. Nam perspicuum est, q; ab anima mouetur motu quatenus animal. Sed quęritur, quomodo oportet discernere in his mouens ab eo, quod mouetur mutuo distingui, vtrum velut separata omnino, & natura, & loco, vel alio modo. Nam videtur in animalibus mouẽs, ad id, quod mouetur, sic se habere, vt in his, quæ non naturaliter, sed arte mouẽtur, & in his, q̃ habent in seipsis mouens, vt fit in ipsis nauigijs, & vehiculis. Etenim in seipsis habent motus causam, vt gubernatorem & aurigam, tamen diuisi sunt, & in propria subsistunt natura. Sic etiam videntur, & in animalibus diuisa esse secundum naturam, & si non loco, mouens, & , quod mouetur, & omne animal seipsum mouere non tamen quia & hęc ab aliquo, ideo neque à seipsis.

Quænam præter naturam moueantur.

Maxime autem dubitatur de eo, quod reliquum est dictæ vltimæ diuisionis. Eorum n. quæ ab alio mouent, hæc quidẽ præter naturam posuimus moueri. alia aũt relinquuntur opponi, quia moueantur natura. Hæc autem sunt, quę dubitationem afferunt, à quo moueantur. vt leuia, & grauia. hæc enim ad opposita quidem loca violentia mouẽtur. ad propria autem, leue quidem sursum, graue autem deorsum, natura.

Tex. 29. *A quo autem, non adhuc manifestum, vt cum mouentur præter naturam. etenim ipsa à seipsis, dicere, impossibile est. vitale enim hoc, & animatorum est proprium. Et sistere possent seipsa. dico autem, vt si ambulandi causa sit sibi, & non ambulandi. Quare, si in ipso igne est, sursum ferri, manifestum quod in ipso & deorsum. irrationabile autem est illud, vno moto moueri solum à seipsis, si ipsa seipsa mouent.*

Tex. 30. *Amplius quomodo contingit continuum aliquod, & compositum ipsum seipsum mouere? Quatenus enim vnum & continuū non tactu, eatenus impossibile est. sed quatenus separatum est, eatenus hoc quidem aptum natura est facere, illud vero pati. Neque ergo horum vllum ipsum seipsum mouet; (composita enim sunt) neq; aliud continuum vllum. sed necesse est diuidi mouens in vnoquoque ab eo, quod mouetur. vt in inanimatis videmus, cum aliquod animatorum mouet illa. Sed accidit, & hæc ab aliquo semper moueri. Fit autem*

Tex. 31. *vtique manifestum diuidentibus causas.*

Com. 28. Cum dixisset, ꝙ etiam perspicuum est in his, quæ mouentur ab alijs, & in his, quæ mouentur à seipsis, quod est mouens, & id, quod mouetur, & adhuc prius dixisset ꝙ ea, quæ mouentur à seipsis, natura omnia moueri, sed eorum, quæ ab alijs mouentur, alia natura, alia violentia, & præter naturam: & dixisset de his, quæ mouentur ab alijs vi, quænam sint, & quod palam habent mouens, & id, ꝙ mouetur, reliquum, inquit, dubitandum esse de hac diuisione. Dicit autem eorum, quæ ab alijs mouentur, alia natura & secundum naturam mouentur. Hæc enim sola videntur afferre dubium, à quo moueantur, si quidem & ea, quæ à se ipsis mouentur, & quæ ab alijs violentia palam mouens, & id quod mouetur habeant. Merito igitur hæc dubitationem exhibent de motu secundum naturam, cū habeant causam incertam atque occultam, vt leuia & grauia. Hæc.n. cum vi moueantur ad opposita loca, palam habent mouens, quod si propria petunt loca, vt leue sursum, & graue deorsum natura, quod ab aliquo moueantur nō patet, vt perspicuum est quando præter naturam mouentur. Sed dubium est in his, quia & ab altero ipsa moueri motu secundum naturam absurdum videtur, siquidem in seipsis habere initium motus dicantur. Nam ob id & animalia à seipsis dicebantur moueri. Vnde, si hæc nequeunt

A quo moueantur quæ secundum naturam mouentur.

2 dici à seipsis moueri, si hoc fieri non posse demonstrarit aliquis, reliquum cōcludet, quod ab alio mouētur, et quærit quid sit mouens ipsa motu secundum naturam, quod sit aliud ab ipsis, Sed quod hæc nequeant à seipsis moueri ostendit pluribus argumentis. Quorum primum est, quia ꝙ ex seipso mouentur vitam degit. Nam ꝙ à seipso mouetur omnes fatemur viuere, vt etiam Plato decimo de legibus tradit dicens. Num me interrogas si idem viuere affirmaremus, quando idipsum se mouet? Vtiq; viuit, Et animatorum proprium est, inquit, ex seipso moueri. & hoc à Platone in Phædro disputatum est. Nam inquit, vt quod externo mouetur motore, inanimū est, sic illud, cui internum adest mouens, & à seipso agitatur, animatū est. Si ergo hæc corpora inanima sunt; & quæ ex seipsis mouentur animata, igitur hæc non à seipsis mouentur. In secunda figura deductio, & collectio. Secundum argumētum ad idem adducit, quod si mouere seipsum potest, & firmare se poterit, Quod.n. facultatem habet mouendi se etiam firmandi se habet. Si.n. habet facultatem ambulandi, atque non ambulandi, vt videmus in animalibus, quæ à seipsis mouentur. vt enim ambulat quando vult, sic etiā in eo situm est quiescere, quando noluerit ambulare. Sed hæc non solum possunt sua potestate sistere sese, immo etiam mouere contrarijs motibus, vt à dextra in læuam,

Viuit oē, quod à seipso mouetur.

Sententia Platonis in decimo de legibus, & in Phædro dilucidatio.

Firmare seipsum pōt, quod pōt se mouere.

& ecōtra, & in alijs distātijs localibus similiter: quod quidem non per se adiecit Aristo. sed idem indicauit de igne dicens, quare, si igni datum esset sursum conscendere, & in eo hoc situm esset, nimirum, & deorsum posset moueri. & per hæc deinceps idem indicauit dicēs: Absurdū est enim ea, quæ vno solo motu mouentur, à seipsis moueri: siquidem seipsa mouent, perinde ac ea, quæ à seipsis mouētur non vno, & simplici motu, sed pluribus, & contrarijs possint moueri. Sed absurdum inquit Alex. pro hoc. Absurdum enim dictum esse, velut causam adducens Arist. de prædicta dubitatione. Deinde tertium argumentum affert ostendens, ꝙ corpora elementorum motibus s̃m naturam non mouentur à seipsis: Et syllogismus est talis, Elementa sunt ipsissimet connexa, & continua proprie, sed non ita, vt etiā ea, quæ tactu approximata abusiue continua dicuntur, sed continua propria ipsissimet non patiūtur à seipsis. & hoc probauit ex opposito: secundum quod separatum est agens & patiens hac ratione aptum est agere, & aliud pati: sed à seipsis non patiuntur: igitur non mouentur à seipsis: nam moueri est aliquid pati. Et conclusio est manifesta, ꝙ elementa non mouentur à seipsis. Et adiecit, ꝙ neq; vllum aliud continuum. Merito, siquidem & elementa, quia continua sunt à se ipsis pati nequeunt. Nā quæ agunt & patiuntur non sunt continua, sed necesse est vt sese tangant, vt demonstrauit Arist. libro superiore. Nā separata sunt substantia agens à patiente, siquidem aliud potentia, & aliud actus, sed id, quod est potentia aliquid aliud est ab eo secundum actum. Ignis.n. in aerem, qui est potentia ignis, & actu aer, agit. Quomodo igitur, inquit Alex. animalia seipsa mouere tradit, quippe quæ continua sint. Et prompte soluit, quod mouens in animalibus non est continuum ei quod mouetur. Neque.n. corpus anima, neq; quantum omnino est anima: quocirca neq; se tangūt mutuo. Et dixit Arist. pauloante, quod quēadmodum in nauigijs, sic etiam in animalibus diuisum est mouens, & id quod mouetur: ꝙ necesse est diuidi mouens, contra id quod mouetur. quod palam in ipsis inanimatis patet, quādo hæc ab animatis mouentur. Et animata, inquit, ab aliquo semper mouētur. Omne.n. quod mouetur, ab aliquo mouetur, & est aliud mouens diuisum ab eo, quod mouetur, & non continuum eidem, quia neque principium est quantū. Sed pulchre opinor Alex. notauit quod hoc, Sed accidit, et hæc semper ab aliquo moueri, potest dici non de animatis, sed de his, quæ mouentur s̃m naturam. Etenim & hæc ostendentur moueri ab aliquo motu s̃m naturam, & si non videntur mouens ipsa eodem motu, vt videtur mouēs motu violento. Vt.n. in his videmus diuisum mouens à moto, sic etiam Physica corpora motibus s̃m naturam à diuisis causis ostendentur moueri. Et hoc, inquit, fiet manifestum diuidentibus causas motrices. Nam demonstrabit, ꝙ mouentium alia sunt contigua his, quæ mouentur, & mouent ipsa tactu: & alia quia agunt actu prius est id quod potentia: quod sit actu ex aere forte si sit aqua, & non potest adhuc manere in loco aeris, sed descendit ad locum aquæ proprium aliquo modo delatum ab eo quod fecit ipsum aquam.

Elementa nō mouentur à seipsis motu naturali.

Nullū ex cōtinuis ex seipso mouetur.

Quo pacto animalia mouēt seipsa, si sunt.

Est autem, & in mouētibus accipere quę dicta sunt. Alia enim ex his sunt præter naturam motiua, vt vectis, nō natura, ponderis motiuus est: Alia vero natura. vt actu calidū, motiuum est calidi potentia. Similiter autem, & in alijs huiusmodi & mobile autem similiter natura, quod est potentia quale, aut quantum, vt vbi, cum habeat principium tale in seipso, & non secundum accidens. erit enim idem, & quātum, & quale. sed alterum alteri accidit, & non secundum

ſe ineſt. Ignis itaque & terra mouentur ab alio, uiolentia quidem, cum præter naturam: natura autem, cum ad ſuos ipſorum actus, potentia exiſtunt.

Com. 29.

Mouentia aliquo mō mouēt ſm naturam, alio uero mō præter naturam.

Moueri ſecundum naturam quid dicatur.

Cum vellet oſtendere, ꝙ inanimata corpora etiam ſi moueantur ſecundum naturam, ab aliquo externo moueri, & non à ſeipſis confirmat hoc, diuidens etiam ea, quæ mouent, vt ea, quæ mouentur, in ipſa quæ mouēt ſm naturam, et in ea, quæ mouent præter naturam. Quod ſi hæc ita ſe habent, patet ꝙ motiua motus præter naturam mouerent ea, quæ vi, & præter naturam mouentur, & ea quæ ſecundum naturam, mouerēt ea, quę mouent ſm naturā. Sed in his, quæ mouent pręter naturā collocauit vectem. Nihil.n. eorum, quæ ſm naturam mouentur, vecte mouetur, ſed eſt violentus, velut motus talis. Quæ.n. pondus habent motum præter naturam in ſeipſis habentia ad ſurſum ſic à vecte mouentur. Et ob id vectis præter naturā mouet, quia non ſm principium in ſeipſo mouet. Nam deorſum moueret, ſed ab alio externo habet cauſam motus. Quæ igitur præter naturam mouent hæc ſunt. Sed ſecundum naturam moueri dicitur, quod eſt actu aliquid illius, quod eſt tale potentia. Nam motus ſm naturā cauſa eſt, in his quæ ſic mouentur, id quod mouet, & ſm principium, & cauſam in ſeipſo mouet. Nam actu calidum, quando calefaceret id, quod eſt potentia calidum, in ſeipſo cauſam mouendi, cum habeat ſic mouet. Sed, cum adduxiſſet id, quod natura eſt mobile, ſtatim apertiorem fecit rationem. Vt.n. motiuum natura eſt eius, quod eſt potentia, id, quod eſt actu, ſic etiā mobile natura eſt id, quod potentia ab eo quod eſt actu. & quemadmodū quod eſt potentia motiuum in ſeipſo habet principium, & vim mouendi, ſic etiam natura mobile eſt, quando in ſeipſo principium haberet, non tamen agendi. vt id, quod eſt natura motiuum. ſed ſecūdum habilitatem, & id, quod eſt potētia. Quare potentia quale eſt tale, vt quantum eſt tātum, aut ſurſum, aut deorſum potentia. Sed cur de his mentionem fecerit prædicamentis, quia ſolum in his fieri motū putat. Cæterum cum dixiſſet quando habet principium tale in ſeipſo (adiecit, & hoc non ſm accidens.) Et ſi.n. quale potentia, & quantum, ſit potentia, tamen in quale mutatur per ſe, quatenus potentia quale eſt. Sed quoniam & potentia quantum eſt, ſi quis dicat potentia quantum, in quale mutari, per accidens erit talis mutatio, quia accidit ipſi, & quantum eſſe potentia. Sed per ſe potentia quale, in quale mutatur, & potentia quantum in ipſum quantum. Sed commutatio fit per accidens. Quæ igitur ſunt ſecundum naturam mobilia aſſignauit per dicta, cum in tribus prædicamētis faciat rationem, ſed nō adiecit quæ ſint mobilia præter naturā in tribus prædicamentis. Nam in his, quæ mobilia ſunt ſecundum locum, quia vnicuique corpori competit motus ad locum, aut ſm naturam, aut præter naturam, qui eſt ad contrarium locum, ac competit ei ſm naturam: vnde perſpicua ſunt ea, quæ mouentur ſm locum præter naturam. Non enim habent principiū ſic mouendi in ſeipſis. Sed in accretione, & alteratione, nō adhuc perſpicuus eſt motus præter naturam ſm hæc. Vel etiam ipſe in antea præmiſſis dixit, eorum motus præter naturam, in his quę prius ſumpſit, de accretione quidem cibi, & grani cum mentionem feciſſet, quod naſcitur in hortis, qui appellatur Adonidis, & præter naturam augetur ob aptitudinem, augetur ob aptitudinē talem. quocirca neque perficitur. Et qui citius ob intemperantiam citius pubeſcunt vel ſeneſcunt, & augetur, & diminuuntur pręter naturam. Etenim temperamentum mutant in id, quod eſt præter naturam, cum ocius multo quam debuerat calidum, aut frigidum factum ſit. Sed de his nunc quæſtio non eſt, ſed de ſimplicibus corporibus, à quo mouentur motibus ſecundum naturam. Cum autem dixiſſet qualia natura motiua, et mobilia ſint, reliquum produ cit illa, quorum gratia hunc ſermonem cœpit: & dicit, quod ignis & terra, & omnino ſimplicia corpora mouentur quidem, quādo mouentur omnino ab alijs, ſed vi quidem, quando præter naturam à proprijs locis ad contraria mouentur: natura autem, quando ad propria loca, ad quæ nata ſunt ſecundum naturam feruntur. Sed ipſe dixit, quādo mutantur, cum eſſent prius potentia ad ſuos actus, id eſt quando actu fierent, quod quidem prius erat potentia & accipiebant proprias actiones. Nam ignis, quādo actu fieret ignis, cum prius eſſet potentia, tum agit ſecundum actiones ignis, & mouetur motu ſecundum naturam ignis. non dicit igitur ad actiones, in id, quod eſt actu ſecundum ſubſtantiam. Hoc.n. ortus eſt ſecundum naturā, ſed non motus, ſed quando ab aliquo factum acceperit proprias actiones, quibus deinde ab illo mouetur ſecundum naturam, vt quod feratur ad proprium locum. Nam actū, & proprium motum hunc ad peculiarem locum dari ab eo, inquit, à quo accepit ſubſtantiam. et hoc eſt ab illo moueri. Sed Alex. loca corporibus ſecundum naturam dicit actus eorum dici, id eſt perfectiones. Tum.n. inquit, ipſi videtur vnumquodque corpus. actu graue, aut leue eſſe, quando fuerit in proprio loco. Non enim ignis, aut aqua, aut terra, aut aer potentia dicitur eſſe, antequam ſit in proprio loco. Nā ſi potentia aliquid horum erat, non adhuc mota eſſent, ſed facta, ſed hæc quidem actu ſunt, & ſi in alijs locis ſint, at tum accipiunt perfectionem ſecundum locum, quando agerent ſm quod ſunt, ſed actio leuis eſt ſurſum ferri. Nam fertur ad hoc, ad quod erat potentia, vt quod calefit. igitur ſm naturam eſt, & motus ad perfectionem & mutatio, quæ erat perfectio in proprio loco. Quare, niſi errem, etiam ſecundum ipſum neque proprius locus eſt proprius actus, vt cœpit dicere, ſed motus ad proprium locum. Natura ergo mouentur quæ propriū conſequuntur locum ſecundum quod erat prius potentia & ſimul ſuſcipiunt cum ipſa forma actu actionem ſecundum illam formam.

Cur Ariſt. prætermiſit dicere in tribus prædicamētis, quæ ſint præter naturam mobilia.

In quonā loco de augmento Ariſt. locutus fuerit de augmēto præter naturam.

Quādo natura præter naturam & ſecundum naturam mouentur di

Elementorum actus non eſt ipſorum proprius locus, ut aſſeruit Alex. ſed ad ipſum ipſorum locum motus.

Tex. 32.

Quoniam autem quod potentia eſt multipliciter dicitur, hæc cauſa eſt, vt non ſit manifeſtum à quo hæc mouentur. vt ignis ſurſum, & terra deorſum. Eſt autem potentia aliter ſciens, qui diſcit, & qui habet iam & non contemplatur. Semper aūt, cum ſimul actiuum & paſſiuum fuerint fit aliquando actu, quod eſt potentia. Vt ipſum diſcens ex eo, quod potentia eſt, alterum fit potentia. qui enim habet ſcientiam, non autem contemplatur, potentia eſt ſciens quodammodo, ſed non vt antea quam diſceret: cum autem ſic ſe habuerit, ſi aliquid non prohibeat, operatur & contemplatur, aut erit in contradictione & ignorantia. Similiter autē hæc ſe habēt, & in phyſicis. frigidum enim potentia calidum eſt, cum autem fuerit mutatum, iam ignis eſt. vrit autem, niſi quid prohibeat, & impediat. Similiter autem ſe habet, & circa graue & leue. leue enim fit ex graui. vt ex aqua aer, hoc enim potentia primum, & iam leue eſt. & operabitur confeſtim, niſi quid prohibuerit. actus autem ipſius leuis, eſt alicubi eſſe, & ſurſum. prohibetur autem, cum in contrario loco eſt. & hoc ſimiliter ſeſe habet. & in quanto, & in quali. At tamen quęritur hoc, quare ad ſuum locum mouentur leuia & grauia. Cauſa autem eſt, quia apta natura ſunt aliquo. & hoc ineſt ipſi graui & leui, eſſe hoc quidem ipſo ſurſum, illud autem ipſo deorſum, determinatum. Potentia autem eſt & leue et graue multipliciter, ſicut dictum eſt. cum enim eſt aqua,

aqua potentia quodammodo est leue, & cum aer est, adhuc potentia est. contingit enim impediri, & non sursum esse, sed si auferatur impediens, agit, & semper superius fit. similiter autem & quale, vt actu sit, mutatur. illico enim contemplatur sciens, nisi aliquid prohibeat. Et ipsum quantum extenditur, nisi quid prohibeat.

Com. 10. Cum dixisset ea secundum naturam moueri, quæ cum essent potentia ad suos actus mouentur, aut cum essent potentia in proprijs locis, aut habent aliquid adhuc potentia, qa motus est actus mobilis qua mobile, inducit quod potentia hoc in his quæ mouentur, multipliciter dicitur. Et hæc causa est cur non pateat quæsitum nunc, videlicet à quo hæc moueantur, vt ignis sursum, & terra deorsum. Nam oportet quod mouetur ab aliquo idem ponere potẽtia mobile, sed à quo mouet motiuo & actu non patet. Et cũ incertũ sit in igne, & terra id quod est potẽtia, quia multifariam dicitur id, quod est potentia, incertum etiam est motiuum eius quod est actu, proinde diuiditur, quod est potentia in id, quod est secundum aptitudinem solum quod nondum est factum id, quod dicitur, vt potentia grammaticus aut musicus puer, quia potest fieri, & in id, quod iam factum est, & habet habitum perfectum, sed non agit ſm ipsum, vt potentia musicum dicimus Arist. quando non pulsat citharam, sed aut dormit, aut quicquã aliud facit. Et est medium potentia hoc inter ea, quæ sunt perfectè, & solum in potentia, & inter ea, quæ exactè & dumtaxat in actu, quando quidem ambobus particeps sit, et alterum sit ab vtrisque. Cum igitur ostendisset physica corpora hæc quę sunt in potentia in suis motibus secundũ naturam, inueniet motiua, motiua ipsorum ſm vtrunq; id quod est potentia. Dicit autem primum quomodo mutatio fit ſm vtrunque eorum quod est potestate ad actũ; & à quo. Nam, quando inquit: Simul erit effectiuum, & passiuum, et primũ potentia imperfectum ab eo quod est actu mutatur, proxime in id, quod est actu, & ſm habitũ, quod etiam aliquo modo adhuc potentia est ſm alterum potentia, nondum agens, sed hoc potest agere, vt perfecte sit actu. Est etiam habitus causa. Sed causa etiam est, qui aufert impedimentum vt dicetur. Et prima ac maxime propria causa est huius, quod efficit habitũ. Sed in verbis dicentibus. {Semper autem cum simul actiuum, & passiuum sint, fit aliquando actu, quod est potentia.} Hoc aũt interdum in aliquibus exemplaribus, inquit Alex. non additur sed additum est indicatiuum firmæ veritatis, primũ quidem quia & si simul fuerint actiuum & passiuum nisi perfecte fuerit actu efficiens, vt ẽt habitũ habeat, & sine impedimento agat, nõ fit, actu id quod est potentia. Proinde et ipse exponens illud aliquando, inquit, qñ ita se habet, nisi quid impedimento sit, agit & contemplatur. Deinde in corporibus & corporeis affectionibus sat est vicina fieri, & simul esse efficiens, patiens, vt actu fiat quod fieri potest. Sed in disciplinis & doctrinis non sat est simul fieri quod docet & qui discit, vt fiat docere & discere, nisi etiam accedat prælectio, & tempus: quare opus est addere illud {aliquando,} sed quod illud quod est prius potentia mutetur in habitum, & ab alio omnino mutetur, quod est actu, perspicuũ est. Hoc aũt est ortus, & nõdum motus proprie opus, sed quando inquit, accipere habitũ nisi aliquid prohibeat, agit, et contemplatur, iam copulans habitui actum. Quòd si à nullo prohibitum non ageret, erit in contradictione, & non simpliciter in ignorantia, vt scribit Alex. Si enim mutatum est ad scientiam, & habet habitum sciendi à docente, & nullo impediente ipsum non agit ſm scientiam, non simpliciter ignorat talis, sed est in contradictione, quia scit quatenus scientiam habet, & nescit quatenus nullo impediente nõ agit secundum eandẽ, et patet, q͂ fieri potest ut sit simpliciter in ignorãtia aliud, & aliud in contradictione non potest esse. tamen, si erit scriptum sic, vt in pluribus exemplaribus {Et erit in ignorantia & contradictione,} idem est aliquòmodo dictum. Dicit autem, q͂ qui habet habitum, & scit ſm ipsum, & nullo impediente non agit, erit in contradictione, quia est in ignorantia, & scientia. Nouit autem Alex. & hanc scripturam. Si ergo non potest non agere, is qui habet habitum ab aliquo ſm habitum, si nihil prohibet ipsum, tñ copulatur habitui actus, & motus, quo mouetur ſm habitum, merito diceretur idem moueri ab eo quod ingerit ac præbet habitum. Sic ergo vniuerse, cũ ostendat ab his duobus, in potentia mutationem in id quod est actu, et secũdo quod est in potentia ostendit congenitum esse actũ. & nisi aliquid prohibeat proficiscuntur ad corpora naturalia. Et ostendit etiam in his communiter primum quod vnumquodq; quod mouetur motu ſm naturam à mutãte ipsum ex prima potentia in id, quod est ſm potentiam mutari, propterea quod promptus est habitui actus nullo impediente. Nam si fit ex frigido calidum, & ex aqua ignis: agit deinceps quatenus est ignis, & vrit, & sursum mouetur, nisi aliquid vetet. Quare à faciente idem actu ignẽ, habet vt agat. Non enim, posteaquam ignis factus est, assumit actionem hanc, vrendi, & non vrendi, sed mutationi eius in ignem, quam à mutante obtinuit, actus copulatur. Sed, cum hoc ostenderit cõmuniter sic in corporibus naturalibus, vt à primo, quod est potentia, in secũdũ, quod est ſm habitum mutatio fit, & aliquo modo huic adest actus, & motus simul, nisi aliquid prohibeat: diuidit deinde rationem in differentibus motibus. Et primum contractè, ac breuiter, deinde latissime affert illam. Fit enim, inquit, ex eo, quod est actu graue, & potentia leue ſm prius potentia leue, vt ex aqua graui existente actu, & leui potentia, fit aer leuis actu, & statim aget, nisi quid prohibeat. Verum hoc, Primum potentia & iam leue, Alex. intelligit de eo, quod est imperfectum potentia, & scd'm actu graue. Nam tale, inquit, & sic se habet, vt actu graue fit secũdum primam dictam potentiã leue potentia est, sed mutatum, & leue factum statim aget actionem leuis. Verum Arist. hoc {& iam leue} non de ipso actu graui, & potentia leui, ſm id, quod est potentia imperfectum, videtur mihi dicere. Non enim conuenit huic iam leue, sed ei, quod iam factum est leue. Sed neq; quod concluditur, vt hoc quod statim aget, nisi quid prohibeat {conuenit ei, quod est imperfectum potentia, sed ei, quod est ſm habitum. Si ergo de eodem dictum est hoc totum, Nam hoc potentia primum, et iam leue.} & actu aget statim, nisi quid vetet, & hoc iam leue, & hoc aget statim perfectiori potentia ſm habitum conuenit, necesse est & hoc. Nã potentia primũ de eodẽ intelligit primo nõ significante ordinẽ ſm ortũ, in quo p̃cedit imp̃fectius, sed imp̃fectionẽ. Nã p̃fectius est id, quod est potẽtia ſm habitum, q̃ illud, quod est ſm aptitudinem. Sed actu, inquit, leue, in loco supremo esse. Hoc enim significat illud, alicubi, & sursum, & superemi nere cæteris. Etenim hoc actu est, & graue patet q͂ actu deorsum est, & substat alijs. Et hi sunt p̃prie actus grauis & leuis, videlicet sursum esse, & deorsum, quia & proprie actus, & perfectionem secundum speciem tum accipiunt. Nam motus sursum, & deorsum est, cum sint adhuc eadẽ imperfecta, & nondum acceperint perfectionem ſm speciem. Sed, cum dixerit de motu ſm locum, similiter inquit, sese habet de quanto, & quali. Etenim quod augetur

Mouetur de mota naturaliter ab eo q̃ ipsa mutat ex prima potentia in illud, quod est secundum potentiã, Habitum efficiens, dat ẽt actũ nisi quid impediatur.

Leuis ac graue quis eorum actus.

Motus quantitatis.

qua ndo

quando actu tantum fieret, quantum erat potentia ab augente illud, tum ſtatim aget actiones ſm quodtantũ eſt. Extenditur.n.magis, & quod extenditur, & diſtat actu tã tum, quanta erat eius magnitudo potentia & iſte actus eius perfectio eſt tantum extenſum eſſe & diſtans. Nam extendi et latius ſeſe porrigere eſt imperfectus actus eius, quod imperfectum. Similiter & quale ab imperfecto potentia ad id, quod eſt perfectum, & habitum mutatur & illico actus perfectus ſequitur. Nam contemplatur ſciens, niſi quid prohibeat, & hæc eſt perfectio ſcientiæ actu. Nã diſcere adhuc imperfecti, & imperfectum eſt. Sed, cum dicat motricem cauſam eorum, quæ mouentur ſecundum naturam eſſe efficiens ipſa ex potentia imperfecto, in memoriam nobis hoc reuocat, quod hoc erat quæſitum, cur & à qua cauſa naturalia corpora ad propria loca mouentur. quod quidem inuentum eſt non modo in his, quę mouentur ſecundum locum, ſed etiam in his, quæ ſm quantitatem, & in his, quæ ſm quale. Nã cauſa eſt efficiens ipſa, quę cum fuerint, ex neceſsitate ſequitur motus talis. Sed inquit Alex. quod poteſt & hoc, quæritur, non velut nũc dubitatum ſolum, ſed velut etiam vniuerſe quæſitum dici. Quæritur enim reuera quid eſt cauſa lationis corporũ ad propria loca, & inuẽta eſt cauſa hæc, quod ibi eſſe apta ſunt. Nam hoc eſt leuis, & grauis natura, vt vnum ſit ſurſum, & aliud deorſum, & ſiquidem erant illico qualia ſunt perfecta, quæ à ſeipſis habent perfectionem hæc erant, & actus ipſorum cauſa, ſed qm̃ antequam ſunt actu prius potentia ſunt talia: & id, quod eſt potentia duplex eſt, vt diximus. Etenim quando fuerit aqua grauis actu, & potentia aer aliquomodo erit. Nam ſm imperfectionem potẽtia aer eſt, & ob id leue, & qñ fieret aer, & tum aliquo modo adhuc potentia eſt, & ſi ob impedimentum interdum, non agit actione ſm ſpeciem, qua ſurſum eſt leue, ſed ſi auferatur impediens agit ab imꝑfecto actu, ad perfectius ſemper procedens, & ſemper quod ſuperius ſit, donec ſupremum attigerit locum, in quo vltimam cõſequitur perfectionem, quæ eſt in ſupremo collocari. Similiter quoq;, inquit, & quale, et quantũ mutatur in actu, niſi quid impedimento ſit. Sunt.n.quædã, quæ augentur, & ſpeciem accipiunt, ſed nondum tantum locum occupant, quantum cõtinere, atque occupare poſſunt, quia prohibentur, vt aer, qui fit ex aqua in aliquo paruo vaſe, aut vehiculo. Nam latius emergeret, niſi condenſaretur, & conſtringeretur à vaſe, aut vehiculo.

Qualitatis motus.
Contemplatio eſt actus ſcientis.
Corpora naturalia cur ferantur ad propria loca.

Qui autem id, quod ſubſiſtit & prohibet, mouit, contingit, vt moueat, & poteſt eſſe vt non. vt qui columnam ſubtraxit, aut qui lapidẽ remouit ab vtri exiſtente in aqua. ſecundum accidens enim mouet. ſicut reflexa ſphæra non à pariete mota eſt, ſed à proijciente. Quòd igitur nihil horum ipſum mouet ſeipſum, manifeſtum eſt, ſed motus habet principium, non mouendi, neque facien di, ſed patiendi.

Cõm. 31. Motus ſm naturam, & actus cauſam, hactenus vt mihi videtur, perfectionem ſpeciei dicit, quã vbi acceperit, continuo agit ſm eandem, niſi quid vetet. Nam hoc quia ſic aptum eſt moueri, efficit cauſam naturam, & ſpeciem. Sed pauld procedens, & quod generat, & agit tale quale eſt, dicit eſſe cauſam talis motus. Quod quidem Interpretes, et ſuperioribus ipſum cauſam aſſerere putant. Sed, cũ multis in locis diceret id, quod habitum accepit ageret, et addens, niſi quid prohibeat, nunc dicit, ꝙ etiam qui quod reſiſtit, & prohibet aufert, eſt motor aliquo modo, & aliquo pacto minime. Nã per ſe non mouet, quia aliud præcedens agit, ſed per accidens mouet. Qui enim columnam dimouit, eã quidem per ſe mouet: ſed per accidens trabs ſupra columnam, qui prohibetur deorſum ferri, quod ei competit ſm naturam. Similiter quoq;, & qui ſupra vtre lapidem poſitum remouet inflato, quo lapide detinetur, & nõ ſupernatat aquæ, primo lapidem mouit, ſed per accidens, & ipſum vtrum, qui ablato lapide detinente ipſum ſurſum emergit. Adhuc magis diſſimilitudinem motus factam ob ea, quæ mouent per ſe, & ea, quæ auferunt prohibentia moueri, demonſtrauit in ſphæra, pilaue, quæ à pariete pulſa reuertitur. Vt enim hanc primo mouet qui principio eam pellit, & per accidens paries, à quo repellitur, ſic etiam naturalia corpora primo à mutantibus ipſa, & facientibus talia mouentur, & per accidens ab auferentibus impedimenta ad motum. Concluſo igitur ex dictis hoc ꝙ nihil horum à ſeipſo mouetur, ſed ab alio, quędam inſtantia naſcitur quærens quomodo dicantur phyſica habere naturam, quæ ſit principiũ in illis, niſi à ſeipſis intrinſecus, ſed extrinſecus ab alio mouentur. Et hanc ſoluit inſtantiam dicens, ꝙ motus principium habere dicũtur hæc, non velut mouendi, neq; agendi, ſed vt moueantur, & patiantur. Non enim ſolum mouens à ſeipſo principium habere dicitur, ſed etiam id, quod eſt aptum moueri, & habet ſic motus initium. Nam motus nomen commune eſt mouenti, & ei ꝙ, ſi motus in eo, quod mouet, eſt, vt oſtẽſum eſt prius, motus erit proprior ei quod mouetur, Sed principium vt moueantur corpora naturalia habere dicuntur, quia habent potentiam, & aptitudinem, vt mutentur ad hoc, in quod mutantur ab aliquo, & tali motu mouebuntur, cuius dicuntur habere principium. Quod enim aptum eſt moueri ſm aliquem motum, eſt principiũ habere talis motus. vt qui idoneus eſt ad philoſophandum principiũ habet philoſophiæ, non vt efficiat alium philoſophum, ſed vt ipſe euadat philoſophus. Si ergo corporũ natura non eſt principium mouendi, & faciendi, ſed vt moueantur, & patiantur, qũo Ariſt. dicebat naturam cauſam efficientem, cum dicat Deum & naturam nihil fruſtra agere, & alibi oſtendat, ꝙ natura ſm rationes alicuius gratia agere? Niſi putanda ſit quædam alia natura, quæ ſit mens, qua per omnia penetret opifex. Vel ſi de iſta dicit natura, dictum eſt intelligendum paſſiue, & ſm materiam, vt etiam principium intelleximus. Sed quærit Alex. in his, quomodo corpus orbiculare naturale eſt, ſi naturale, vt Ariſt. inquit, principium patiendi habet, & corpus orbiculare ſit expers patibilitatis. Et primo ſoluit dicendo, ꝙ & ſi ſemper corpus orbiculare mobile ſit, cum tamen alias ab alio, & in aliud moueatur, ea, quæ ſunt potentia habet in ſeipſo: quatenus autem potentia motum, hac ratione, & patibile aliquo modo eſt. Nã omne, quod eſt potentia, aliquomodo materiatum eſt. Habet ergo, & illud principium illius motus, quod mouetur in ipſo, & ſm hoc naturale eſt. Vel melius, inquit, de diuino eſt intelligendum, non velut de motu inanimatorum corporũ ſm naturam, ſed velut de his, quæ mouentur ſm animã, quę non ab aliquo externo mouentur, ſed habent principium mouẽdi, & cauſam in ſeipſis. Sed, ſi hoc, inquit, quo modo etiam principium ſtationis habet, & motus ad contraria? Niſi quia in contraria non mouebitur, cũ non ſit motui orbicularis motus contrarius, & non quieſcit, quia neq; ad talia mouetur, in quibus neceſſe eſt ſtare id, quod ſit, neq; eget ſtatione. Quæcũque enim, quæ mouentur à ſeipſis, & apta ſunt ſtare, hæc etiam ex ſeipſis habent vim quieſcendi. Hæc Alex. ſed cur dictum eſt hoc, quod non velut de corporibus inanimatis motum cœli ſm naturã accepit, ſed velut de his, quæ mouentur ſm animam ſciemus poſtea apertius mentione facientes de opinione eius,

Impediens mouens & aue.
ferens motum per accidens.
Naturalia quo pacto dicantur in ſe principiũ motus habere, ſi non mẽtur ab extrinſeco motore.
Id, quod aptum eſt moueri habet in ſe principium motus.
Naturam quomodo efficientem cauſam putarit Ariſtoteles.
Corpus circulare quo pacto ſit naturale, ſi naturale habet in ſe principium patiendi.

quam

quam habet de anima cœli. Nam ipse putat eandem animam esse & naturam in cœlo. Et scribit hæc secundi libri de cœlo commentario. Nos autem nitimur ostendere diuini corporis non aliam esse naturam, & aliam naturam; sed vt grauitas terræ, & ignis leuitas, & paulopòst. Cur erit alia natura præter hanc. Nam perfectior natura est anima. Et consentaneum est, vt perfectioris corporis sit natura perfectior. Hoc igitur est etiam quod nunc dicitur ab ipso de motu cœli ſecundum naturam, tanquam de his, quæ mouentur ſecundum animam. Patet autẽ, quod hæc consona sunt opinioni suæ de anima, cum putet animam esse actum inseparabilem à corporibus, vt etiam est natura.

Eandem animam & naturam Alex. putat esse in cœlo.

Tex. 33. *Si igitur omnia, quæ mouentur, aut natura mouentur, aut præter naturam, & violentia: & quę vi & præter naturam omnia à quodam & ab alio: eorum autem, quæ natura rursus, & quę à seipsis mouentur, ab aliquo mouentur: & quæ non à seipsis vt grauia & leuia: aut enim ab eo quod genera uit, & fecit leue, aut graue: aut ab eo, quod impedientia & prohibentia soluit: omnia vtique, quæ mouentur, ab aliquo mouebuntur.*

Com. 32. Cum proxime ostendisset, quod quæ dicuntur moueri natura, non à seipsis, sed ab alijs mouẽtur: & habeat cõcessum hoc, quod quæ vi, & præter naturam mouẽtur ab aliquo mouentur: nam hoc manifestum est: accepisset autẽ, quod patet, & pro confesso est, vt animalia ab aliquo mouentur: quęritur solum in his, quomodo oporteat separare mouens ab eo, quod mouetur: Hæc igitur prius, cum concessisset, concludit reliquum ex positis, quod omnia, quæ mouentur, ab aliquo mouentur. Si enim eorum quæ mouentur alia natura mouentur, & alia præter naturam & vi, & omnia præter naturam, & vi mota ab aliquo alio mouẽtur extrinsecus mouente, & eorum, quæ natura agitantur alia à seipsis, alia non à seipsis, vt leuia, & pondera, & omnino simplicia corpora, de quibus ostensum est, quod per se quidem à generante, & faciente leue, aut graue, & omnino tale quale fit id, quod sursum aut deorsum mouetur, sed per accidens ab eo qui remouet impedientia, & prohibentia: patet, quod omnia, quæ mouentur, ab aliquo mouentur. Non enim sunt alia mota præter dicta, videlicet ea, quæ præter naturam, et ea, quę ſecundum naturam, et hoc duplex differentia. Est autem syllogismus talis. Omnia, quæ mouentur, aut natura, aut pręter naturam mouentur: Sed omnia, quę natura, aut præter naturam mouentur, ab aliquo mouentur: omnia ergo, quæ mouentur, ab aliquo mouẽtur. Sed potest etiam hypotheticæ concludi, vt etiã videtur Arist. concludere. Si enim omnia mota, aut natura, aut præter naturam mouentur. & quæ natura, & præter naturam mouentur ab aliquo agitantur: igitur omnia, quæ mouentur, ab alio mouẽtur. sed Primum ostensum est: ergo & Secũdum. Sed nunc magis naturaliter demonstrauit, quod omne quod mouetur, ab aliquo moueatur, quam superiore libro. Sed Eudemus quod motum ab aliquo moueatur, ostendit, quia quæ sunt ad aliquid simul subsistũt. Vt enim inquit, absurdum est, quod secatur, non ab aliquo secari, & quod trahitur, non ab aliquo trahi, & omnino quod fit, non ab aliquo fieri, sic etiam id, quod mouetur, nisi ab aliquo moueatur. Sed dubitaret aliquis, vt opinor, quomodo ea, quæ mouẽtur ſecundum naturam motu locali, inquit, ipsa moueri à mouẽte per se: siquidem quod generat, & efficit substantiam, etiam speciem, & formam efficiat, & sit mutationis secundum substantiam causa. Sed aliã est mutatio ortus, & alia motus localis. Et omnino, si quod generat, & agit ignem quiescit aliquando, & neque tangit quod mouetur, quomodo ab illo dicitur moueri ignis quare,

Quęcunque mouentur, ab aliquo mouentur.

Ex relatione quo pacto probarit Eudemus quæ mouẽtur ab aliquo moueri.

quomodo concluditur quod omne quod mouetur, ab aliquo alio præter ipsa moueatur. Et quęratur adhuc. Sed dicatur tandem, quod nunc succurrit in mentem, quod est aliquomodo motiuũ, & efficiens formæ ac speciei, quæ est apta moueri illo motu. Nam efficit motum, & actum speciei, & formæ cum ipso. vt qui amphoram efficit eandem facit, vt sit vini capax, non tamen qui motum cum forma facit, mouet proprie formam motu illo, vt qui lapidẽ manu mouet, siquidem neque adest agens ipsi, quod mouetur: sed hæc alia videtur mouentis differentia ſecundum quam formam, & speciem facit aptam moueri & mouetur, nisi aliquid prohibeat. Et mirum in modum inuenit in his, quæ mouentur ſecundum naturam, quod mouetur ab aliquo moueri, quia moueri est aliquid pati, & quod patitur indiget agente. Perfectus enim actus ex perfecta substantia procedens non indiget aliqua alia causa producente, sed motus cum sit imperfectus actus, & affectio magis, & commixtus potentiæ, et quãto magis commixtus eget faciente ipsum.

Forma quomodo dicatur moueri à causa efficiente per se, quæ tamen non adest.

CAPVT V.

HOc autem dupliciter. Aut enim non per ipsum mouens, sed per alterũ, quod mouet mouens, aut per seipsum. Et hoc, aut primum post vltimum, aut per plura. vt baculus mouet lapidem, & mouetur à manu mota ab homine: hic autem non amplius ex eo, quod ab alio moueatur. Vtraque igitur mouere dicimus, & primum & vltimũ mouentium: sed magis primum: illud enim mouet vltimum: sed non hoc, primum. Et sine primo quidem vltimum non mouebit, illud autem sine hoc. vt baculus non mouebit non mouente homine. Si ergo necesse est omne, quod mouetur & ab aliquo moueri, & aut ab eo, quod mouetur ab alio, aut non, & si ab alio quidem quod mouetur, necesse est aliquid esse primum mouens, quod non ab alio. Si autem huiusmodi est primum, non necesse est esse alterum. impossibile enim est in infinitũ abire mouens & ipsum, quod mouetur ab alio. infinitorum enim nihil est primum. Si ergo omne quidem, quod mouetur, ab aliquo mouetur: primum autem mouens mouetur quidem, non autem ab alio, necesse est ipsum à seipso moueri. Tex. 34.

Cum ostendisset, quod omne, quod mouetur, ab aliquo mouetur, deinceps quæstionem quandam affert, an quod mouetur ab aliquo quod moueatur, vel ab aliquo immobili moueatur, sed quia pene omnibus videtur, vt inquit Eudemus, quod id, quod mouet, & ipsum moueatur: Et mouentium simul, & eorum, quæ mouẽtur, aliud per se mobile est, & aliud ab alio extrinsecus mouetur. Cum ergo duo prima maxime sint in motu immobile, & per se mobile, tradit primo per se mobile, & ostẽdit aliquid esse primum in his, quæ mouent, & mouentur, quod quidẽ mouet non ab alio extrinsecus motum. Diuidit autem rursus mouẽs per se ſecundum aliam diuisionem, in illud, quod nõ propter se mouet, sed per alterum extrinsecus ipsum mouens, & in mouens propter se. Et dicit, per alterum mouens aliquid, quia mouetur ab alio, vt vectis mouet pondus: vel vt baculus lapidem, qui ab alio mouetur: sed quod propter se mouet habet causam in seipso mouendi, vt animalia, quæ proprio impetu, ac desiderio mouẽt. Et rursus diuidit mouens propter se, in primum mouens post vltimum, quod est solum motum. vt homo propter se mouens, quandoquidem à seipso habet mouere, & sic moueat lapidem primus existens post vltimum, quod est lapis, motus quidẽ, sed non amplius aliquid aliud est ipse mouens, tanquam proxime lapis ab homine mouetur. In hoc igitur diuidit, Com. 33.

quod

tamen attigua. Omnia.n.mouentia secundum, quia & ipsa mouent, attigua mouent, necesse est igitur stare. Quare, si omne mouens aliquò mouet, & vel eodē, vel alio, sed illud aliud quò mouet mouens eget ante mouente se, primum erit sic mouentiū illud, quod eodē mouet. sed quod seipso mouet mouetur quidē, et nō ab alio, igitur à seipso, igitur primum mouens motum seipso mobile est. Nā & si non aliud quod mouetur à seipso mouetur, sed per alia media, tamen erit motum ab eo proprie, quo seipso mouet sine quo neque medium moueri, aut mouet. Et necessitatē rationis indicauit per hoc, { Cum itaq; aliquò moueat semp alterum } & cætera. Nam quando mouens per medium aliquod moueret aliquid alterum, tū necesse est esse primū, quod seipso moueat, ne in infinitum procedamus ponentes medium semper ante medium. Núc autem vtitur aliquo pro alio mouente, quanquam prius dixerit, & quod seipso mouet aliquò mouere. Proinde in his duo mihi occurrunt dubitāda. Vnum, quomodo absurdū dixerit non esse aliquod primum mouens, neq; vltimum, siquidē nos fatemur elementis inuicem, & mutuo sese producētibus non esse aliquod primo mouens, aut vltimum, sed in infinitum motum esse circulo circūductū. Ex terra aqua, & ex aqua aerem, & ex aere ignem, & ex igne rursus aerē, & terram fieri didicimus, in libro de ortu, ac interitu rerum. Secundo aliquis dubitaret, quomodo omne, quod mouetur, dicitur à primo, quod est per se ipso mobile, agitari & moueri, siquidem elementa sic se habere dicimus, vt vnum ab altero vicissim circulo moueri dicimus naturaliter, & non velut animalia mouentia inter se. Nisi ergo ad ambas dicendum sit dubitationes, quod vnum elementum ex alio mutuo fit, velut ex materia, & sic reuertitur veluti circulus eorū ortus, nā ex aqua aer, nō quia aqua efficiat aerem, aut moueat, sed quia mutatur aqua in aerem. Nunc autem ratio quærit, mouens, quod efficit moueri, id quod mouetur velut in his, quæ mouentur, & mouent secundum locum, in quibus necesse est aliquid primum esse mouens, & vltimum, quod mouetur, & primo mouens seipso mobile, ne in infinitum ratio abeat, omne mouens extrinsecus, & ipsum moueri ab alio dicens, sed hoc quidem vltra determinandum est. sed persequamur cætera contextus.

Nam inconueniens fit nō esse aliquid, quod primum & ultimum moueat, cū in elementorum mutatione motus abeat in infinitum. Quomodo qđ mouetur moueri dicitur à primo per se mobili si elementa inuicē circulo moueantur.

Tex. 39. *Postea autem, quæ dicta sunt, & sic considerantibus, accident hæc eadem. Si enim ab eo, quod mouetur, mouetur omne, quod mouetur: aut hoc rebus ipsis inest secundum accidens: vt moueat quidem id, quod mouetur: non tamē propterea quod mouet ipsum semper, aut non, sed per se. Primū igitur, si secundum accidens, non est necesse moueri id, quod mouetur. Si autem hoc est, manifestum est, quod contingit aliquando nihil moueri eorum, quæ sunt. non enim necessarium est accidens, sed contingit non esse. si ergo ponamus possibile esse, nullum impossibile accidet, falsum autem fortassis. Sed motum non esse, impossibile est. ostensum enim est prius hoc quod necesse est motum semper esse.*

Cōm. 39. Hoc argumentum, vt Alex. tradit, quibusdam visum est sequi argumentum post ipsum, quod demonstrat, quod eius, quod est mobile seipso aliud est qđ mouetur, et aliud mouens immobile. Cuius argumenti est principium, At vero si oportebat considerare prius causam motus & principium. { Videtur enim hac ratione sequi demonstratio hoc primum mouens immobile esse, hunc finem habens. Item siquidem totum hoc mouet, idem aliud eius mouebit, & aliud mouebitur, igitur b, à seipso mouebitur, & ab ipso a. } Hæc autem videtur sequi, quod nunc dicitur, {Postea quæ dicta sunt, & sic considerantibus} & cætera. Nam prius præparat per hæc ea, quæ sunt per illa ostensa. Quo circa etiam quidam putant illa prius scripta, & prius legenda esse, tamen si seruetur ordo scriptus, quod quidem rectius esse etiam Alexan. indicat, promittit alio modo demonstrationis idem ostendere, quod prius diximus. quia in his, quæ mouentur, & mouent, primum mouens est seipso mouens, sed interponit, quod primum simpliciter mouens necesse est, vt sit omnino immobile, & sic copulat sermonem de mobili à seipso cum sermone de primo motore, non simpliciter mouentium, sed eorum, quæ postquam mouentur & ipsa mouent. Vbi quæritur aliquis modus motus in ipso, & ostendens, quod mouens in seipso immobile mouet. Vel etiam hoc ostendit, aut potius etiam simul ostendit cum eo, quod principium motus, aut est immobile, aut seipso mobile esse. Hoc autem vna demonstratur, cum ostendat non omne, quod mouetur ab aliquo externo moueri, eodem etiam ab alio extrinsecus moto. Hoc autem iam ostensum est alijs argumentis. Ostendit etiam nunc modo ex consecutione, & diuisione destructiuo vtens. Et est argumentum tale, Si omne, quod mouetur, ab aliquo extrinsecus moto, aut per accidens motum mouet, aut per se: sed per accidēs motum mouet, quando non quia mouetur mouet, sed contingit et moueri ipsum mouendo, & nō moueri. Si ergo neque per se, neque per accidens omne quod mouet ab aliquo, extrinsecus & ipsum mouetur, vt demonstrabit: patet, quod nō omne, quod mouetur, ab aliquo moto extrinsecus ab alio mouetur, sed quod mouetur ab aliquo omnino mouetur, vel seipso mobile, vel immobili primo mouente, & si ab aliquo extrinsecus primo mouente moueretur quod mouetur immobile est mouēs, si vero à nullo externo primo motum mouetur seipso mobile erit. Quòd vero neq; per accidens possit mouens moueri sic ostēdit: Sic mouens per accidens mouere id, quod mouetur, & nō per se, & ipsum mouetur, non ex necessitate mouetur mouens. quod si nō ex necessitate potest, id, quod per accidens mouetur, & sic mouens non moueri aliquando. Si ergo statuamus contingens fieri ad actum peruenire, & hoc est quod per accidēs mouetur aliquando non moueri mouens, falsum sequi potest, si nondum tum id, quod non mouetur moueret, quādo etiam positio sit falsa, non tamen impossibile est non motum moueri. Et enim positio, quæ asserit moueri per accidens, quia non sequitur ex possibili impossibile (vt in analyticis diximus) non ponit impossibile non moueri, sed possibile. Si ergo posito hoc, non moueri mouens, sequitur aliquod impossibile, vt non esse motum itaque positio mouendi per accidens non potest affirmari. Equidē sequitur vt non sit motus, quia omne, quod mouetur ab aliquo, quod mouetur, dicitur moueri, & si per accidens poneretur motum. Si enim nō moueretur mouens, neq; moueret ob positionē dicentem, omne, quod mouetur, moueri ab aliquo, quod mouetur, quod si non fuerit mouēs, neque motum erit, & si non fuerit quod mouetur, neque supererit motus, quia in eo quod mouetur motus est. Sed nō esse motum est impossibile. Ostensum.n. est, & manifestū, quòd semper motus est. Illud autem { Falsum autem fortassis } Alex. tradit dictum esse, quia non necesse est, si falsa sit propositio, & conclusio sit falsa. Ostensum enim est, quod ex falsis aliquod verum sequitur, & concluditur. Nisi forte non per hoc nunc apponitur illud { fortassis, } Sed quia per accidens ponebatur moueri id, quod mouet. Sed sumptum est non motum, falsum quidem est aliquando sumptum, si forte acciderit, vt moueatur, non ta-

Primum mouens aut est immobile, aut per se mobile est.

Possibili nullum sequitur impossibile.

men est impossibile, quia per accidens positum est moueri, potest etiam interdum non moueri.

Tex. 37. *Et rationabiliter hoc accidit. Tria enim necesse est esse, quod mouetur, & mouens, & id, quo mouet. Id igitur, quod mouetur, necesse est quidem moueri, mouere autem non necesse est. id autem quo mouet, & mouere & moueri. Pariter enim mutatur hoc, simul & secundum idem cum eo quod mouetur existens. Manifestum autem est in mouentibus secundum locum. Tangant enim seinuicem necesse est, sic vsque ad aliquid. mouens autem sic vt sit non id, quo mouet, immobile. Quoniam autem videmus vltimum, quod moueri quidem potest, motionis autem principium non habet: & quod mouetur quidem, ab alio autem, sed non à seipso: rationabile est, ne necessarium dicamus, & tertium esse, quod mouet quidem, cum sit immobile. Quapropter & Anaxagoras recte dicit, intellectum impassibilem inquiens, & immistum esse, quoniam motus principium ipsum facit esse. sic enim vtique solum mouebit, cum sit immobilis, & vincet, cum sit immixtus.*

Com. 36. Cum confutasset sermonem dicentem, ꝙ omne, quod mouetur, & ipsum per accidens sic mouet: decorum erat proficisci ad ostendendũ, ꝙ neque per se motum mouens mouet, primum vniuersam positionem euertit, quæ erat ante diuisionem quæ fiebat, in id, quod est per accidens, et per se. Erat autem positio dicens, omne mouens & ipsum ab alio motum mouere. Destruit autem ipsam ostẽdens, ꝙ ante sic mota, & mouentia, est aliquod immobile, quod sic mouet. Et tandem vniuersẽ demonstrat, ꝙ non omne mouens motum, & ipsum mouet, quia ostendit, ꝙ consentaneum est primum mouens immobile esse, & quod est quod mouet immobile. Hoc autem ostendit, accipiens, ꝙ necesse est tria esse in motu: quod mouetur, quod quidem manifeste videtur & mouens: nam oẽ, quod mouetur ab aliquo mouente mouetur, & medium inter vtraque, quo mouet motor. Ponitur.n.ꝙ omne mouens aliquid & mouet id motum, & aliquõ, idest quõ mouet. Cum ergo hæc tria sint, ꝙ mouetur, à mouente necesse est moueri, non tñ etiam vt moueat: nõ.n.ſquid mouetur, necesse est, vt hoc aliud moueat. Nam vltimũ, quod mouetur, nempe mouetur, sed nõ mouet aliud. Illud aũt, quo mouet mouens, necesse est moueri, & mouere. Nã per aliquid mouens tertiũ mouet, quod nõ moueret, nisi primũ moueret, ac agitaret, id, quo mouet. Nã qui lapidem baculo, vel per medium, quod est baculus mouet, primo baculum mouet. Intermedia.n.inter Primũ mouens, & ea, quæ mouentur, necessario mouent & mouentur. Et necessitatẽ ipse ostendit dicens, Nã hoc simul mutat, simul etiam ſm idem, ei, quod mouetur. Quod.n.proxime mouet id eo mouet, quia tangit, & cum tangit necesse est, vt simul mutetur cũ eo quod mouetur ab eo, vt demõstrauit libro superiore, ꝙ si simul mutatur, patet, ꝙ & ipsum mouetur, & quod non solũ ea, quæ ſm locum proxime mouentia tangũt ea, quæ à seipsis mouentur, sed etiam alia, quæ alijs mouentur motibus, demonstrauit hoc libro superiore. Nunc autẽ, velut in manifestioribus mouentibus secundum locum, censet considerandum idem esse. Adiecit autem vsquequo sese mutuo tangant mouentia, & mota secundum locum, per ea, quæ impellunt & proiiciunt, ac proiiciuntur. Nam proiiciens ex necessitate tangit proiectum, & simul mouetur cum eo, non tamen semper adesse simul cum ipso, atque simul mutare, cum illo potest. Nam post proiectionem, atque posteaquã dimiserit proiectum, non amplius iacens tangit proiectum, sed tangit illud aer, qui fert illud. Cum ergo duo sint, videlicet ea, quæ mouentur, & id, quo mouet mouens, quod quidem motum mouet, oportet etiam esse & mouens nõ sic veluti, dquod mouet motor, quod quidẽ motum mouet, sed solum immobile, vt erat quod solum mouetur, quod non amplius mouebat aliud. Cum.n.duo sint simul, mouẽs, & id, quod mouetur, in modo quod simul mouetur & mouet, si est per se & seorsum quod mouetur, vt non aliud moueat, consentaneum est, & reliquũ quod solum mouens non amplius moueat. Et consentaneum est, ꝙ si medium ambobus participat, & simul mouetur ex mouente & moto, & est alterum à simplicibus, ex quibus componitur per se, consentaneum & alterũ eorum in compositione simplex esse, & per se. Vtrunque.n. exttemorum, ex quibus medium fit, cõsentaneum est eãdem habere proportionẽ ad medium. Vt.n.in mixtionẽ vini, & mellis, quoniam est per se mel, necesse est, vt vinũ sit per se: sic etiam in mouente, & eo, quod mouetur, consentaneum est, si alterum est per se, etiam alterum per se esse. Consentaneum autem & si necessarium non sit, dixit, quia ex consequentia videtur concludere dictum, & non ex demonstrandi necessitate. Nisi forte etiam necessariũ sit hoc quod cum fuerit aliud eorum quæ sunt in mixtione per se alicubi, oportet etiam esse alterum per se. nisi ergo aliquis in elementis orationis intelligeret, ꝙ vocalia sunt per se prolata, sed consonantes appellatæ per se non habent aliquam naturam prolationis, aut vocalitatis, sed compositæ cum vocalibus etiam ipsæ dant vocem, & vocalitatem, vt ita dixerim, habent. Diligenter igitur Arist. dixit, consentaneum & non necessarium, quia plurima sic se habent, & in paucis euariat. Confirmat etiam probabili fide primum mouens immobile esse laudans opinionẽ Anaxagoræ, qui, cum mentem primũ mouens statuisset, eandem immobilem, atq; immixtam, et simplicem statuit, tanquã sic solum possit primũ mouens ceteris imperare: ꝙ si immobilis est, nimirum etiam expers affectionis est. Si.n.mota moueret, aut per se, aut per accidens mota, quorum illud per accidens cum ostendat non posse accidere, quia sequitur vt funditus motus destruatur. ꝙ verõ neque per se possit moueri, deinceps demonstrabit.

Medium est extremorum, particeps, & habens cũ meo duo extrema proportione.

Primum mouens immobile.

Tria sunt in quous motu: quod mouet, id mouetur, & intermedium.

Mouentia secundum locũ tangunt ea, quæ à se mouentur.

Tex. 38. *At vero, si non secundum accidens, sed ex necessitate mouetur mouens: si autem non moueatur, non vtique mouebit: necesse est mouens, quatenus mouetur, aut sic moueri, vt secundum eandem speciem motus, aut secundum alteram. Dico autem, quale est aut calefaciens, & ipsum calefieri, & sanans sanari, & ferens ferri, aut sanans ferri, ferens autem augeri. Sed manifestum est, quod impossibile est. Oportet igitur vsque ad indiuidua diuidentem, dicere. vt si quid docet geometrice operari, hoc docet geometrice operari secundum idem. aut si proijcit, proijci secundum eundem modum proiectionis.*

Com. 37. Cũ cõtradixisset positioni asserẽti, oẽ mouens moueri, & absolute cõfutasset eã, quia non oẽ mouẽs ꝑ accidẽs mouet, et ꝑ mediũ, qa ostẽdit cõsentaneũ esse, vt aliquod mouens sit ĩmobile, ꝙ quidẽ paulopõst demonstratione cõfirmat, ꝓficiscitur ad alterũ diuisionis sectũ dicentis, si oẽ mouẽs mouet motũ, aut ꝑ accidens motũ mouet, aut ꝑ se: quorũ illud ꝑ accidens ostensum est non posse fieri, quia tolleretur motus: ꝙ, si non per accidens, sed ex necessitate, inquit, mouetur mouens, perinde ac non moueret nisi moueretur. quibus indicauit, quid per se significet, quia illud sic ex necessitate, ꝙ si non moueretur, non moueret, indicat, ex quo & illud per accidens, quale sit indicat, ꝙ nõ necesse est, si non moueatur non mouere, sed tale potest mouere, & non moueri. Ostendit autem, ꝙ neque necessitate, idest neque per se motũ mouens mouet, diuidẽs quod

Id, quod mouet, non oportet, ut per se motum moueri.

est

est p se motum,& sic mouens in ea,quæ feruntur eadem specie motus,vt sanũ sanari: et in ea,quæ non eadem,sed diuersa:vt sanum ferri,& quod fert augeri. Et cum ambo ostendisset hæc fieri non posse,habet conclusum reliquũ, ꝙ neque per se omnino mota mouentia mouẽt. Illud autem {sed manifestum est,quod impossibile est,} præsertim adductum est contra illum,quia asserit mouens eadẽ mouere & moueri motus specie,quod est manifestum ex hoc. {Oportet enim vsque ad indiuidua diuidentem dicere & cætera} quæ in mouentibus & motis,quadrant quæ mouẽtur eadem specie motus. Per hoc medium demonstrabit fieri non posse,vt idem alia specie motus moueat, & alia moueatur. Nam demonstrabit,ꝙ etiam hoc procedet in his, quę mouent,& mouẽtur eadem specie motus. Sed absurdum est in eo,quod mouet, & mouetur eadem specie. Sed in indiuiduis,inquit,hoc maxime elucet. Si.n. docens geometriam,eandem,quam docet, disceret,& impellens quando impellit eodẽ modo impulsus impelleretur,sequitur aliquod absurdũ,vt cõtraria simul sint,quod paulopòst adducit. Si.n.docens simul, & discit idem,habet simul scientiam eiusdem & non habet, & impellens simul aut proiiciens si fuerit, & proiectum eadem specie, simul nimirum erit quod est actu, & quod est potentia. Nam proiiciens agit ſm speciem, & proiectum patitur, & aliud proiici potest,& aliud proiicere potest. Sed dixit,

Indiuidua ea quæ in specie sunt.

vsque ad indiuidua oportere diuidentem dicere, vbi non de indiuiduis proprie dicit, sed de his secundum speciem tanquam à genere diuisis motis, & mouentibus secundũ speciem. Hæc enim exempla, si quis docet geometriam is didicerit eandem, aut si proiicit eodem modo proiectionis, proiiciatur, indicat esse species motus, cum etiã sint.

Aut non sic quidem, sed secundum aliud ex alio genere, vt quod fert quidem augeri: quod autem hoc auget, alterari ab alioquod autem hoc alterat, secundum alium quendam moueri motum. Sed necesse est stare. finiti enim sunt motus ipsi. Rursus autem reflectere, & alterans dicere ferri, idem facere est, ac si mox dixerit ferens feri, & doceri docens. Manifestum enim est, quòd & à superiore mouente mouetur id, quod mouetur omne, & magis à primo mouentium. At verò, hoc quidem impossibile est. docens enim accidit discere, quorum hoc quidem non habere, illud autem habere scientiam necessarium est.

Cõm. 38.

Cum ex prædictis exemplis ostendisset consequens absurdum esse,quod sequitur ex positione dicente,omne mouens moueri eadem specie qua mouet,& adducturus paulopòst commune absurdum, ad alterum sese traducit incommodum contra illum, qui affirmaret omne mouens

Omne quod mouet mouetur, at non eo motu, quo mouet, uerum non est.

moueri,sed non eadem specie motus qua mouet,sed alia. vt si a ab ipso b feratur:& b ferens augeretur ab ipso g: & g augens b alteraretur ab ipso d, & d aliquo alio motu ab alio moueretur. Et ostendit,ꝙ etiam ipsa positio transmutabitur in eam ante hanc,dicentem,omne,quod mouetur moueri eodem motu,quo mouet. Producit autem rationem dignitate dicente nitens, finitæ esse, & non infinitæ

Finitæ & nõ infinitæ sunt species motus.

species motus. Nam motus erant in tribus,qualitate,quantitate,vbi. Et in vnoquoque horum species indiuiduæ finitę sunt. Non enim infinitæ species motuum secundum locum,neque inanimatorum, neque animatorum. Nam determinati sunt loci; siquidem sex,& adhuc animalium differentiæ,siquidem sex, & adhuc animalium lationes, vt volatus, natatio,& pedestrium ambulatio,reptio, volutatio, & talia. Determinatæ sunt quoque alterationes: siquidem & qualitates. Hæ autem, siquidem sensibiles, & sensus sunt cognitiones finitorum. Item auctiones & incrementa, quia non est in infinitum augeri. Ipsum igitur mouens d, quod mouet g, aut non amplius mouebit, si hæ solum erunt species motus, quia oportet mouens alia specie motus moueri à qua mouet, neque in aliã speciem erit mutatio præter dictas: & sic aut mouebit nõ motum, aut neque mouebit: quod, si neque hoc mouet neque post hoc moueretur, & sic rursus motus destruetur, vel si oportet idem moueri, vt moueat, mouebitur quodam motu, quo mouebatur ante hunc, & rursus redibunt ad easdem species motus: quare d alterans g, oportebit ferri, sic forte ab aliquo alio, vt ab e, sed alterans ferri rursus dicere, idest, est facere quod mouens, aliquid eadem specie motus simul moueat,& moueatur. Nam e, primum latum nihil magis ab ipso b, proxime ipsum mouente mouetur, quam ab ipso e, primo, sed etiam magis ab illo. Nam ostensum est, ꝙ primum mouens, & id, quod est proximius primo mouenti magis mouet, vltima quam proxime mouentia, quia etiam sunt causæ, vt hæc moueant: igitur ad idem procedet, & erit simul ferens, & id,quod fertur, si a quod fertur, ab ipso d lato, & d ab ipso e. His autem Aristoteles induxit, Atqui hoc fieri non potest,quia non potest sequi,primo quidem,quia nõ potest idem simul eadem specie mouere,& moueri,vt positum erat,cum simul esset,atque in idem ueniret contradictio. Sed per media hæc obiicit dicentibus alia specie mouẽs moueri. Nam redit eodem hæc positio, quò reuoluit illa,quæ est de motu ſm eandem speciẽ,vt ostensum est. & reliquum infert communiter consequens impossibile,ꝙ sic moueat,& moueatur,velut per se motum mouens mouetur,siue eodem motu moueat, siue altero. Sed fieri non potest, quod mouens actu existens aliquid moueat,& id sit motum potentia. Proinde, si idem fuerit mouens,& id,quod mouetur,erit simul habens illud,quo mouere ponitur & moueri,& non habens. Equidem habet,quatenus mouet, nõ habet autem quatenus mouetur. Doctor enim docet quę sciuit,& calefaciens,calidus, cum sit, calefacit. Si simul ergo calefieret,& disceret,quod calefit,non erit iam calidum,& qui discit nondum sciens,quare simul erit iu contradictione. Quòd si quis diceret fieri posse,vt calefactum calefaciat, iste non accipit calefactũ, sed medium,quo calefacit. Nam seipso calidum,quod etiã præbet causam calefaciendi intermediis calefaciendi,cum fuerit actu tale calefacit,aut docet,aut omnino mouet. Cũ porrò nullum tale sit,neque horum aliquid moueret. Itẽ quæ sic calefaciunt per accidens mota mouent. Non enim quia calefit calefacit,sed quia habet calorem. Fieri proinde potest, vt eadem non calefacta calefaciat. Et sic mota per accidens. Sed minime simul vera est cõtradictio. Nisi fuerit positũ omne,quod mouetur ab eo quod etiam mouetur, moueri. Etenim & si aliqua moueantur ab aliquibus, quæ mouentur, tamen prima causa in his mouentibus, & motis, immota mouet.

Amplius autem, his magis irrationabile est, quod accidit, omne motiuum esse mobile, si omne, quod mouetur, ab eo, quod mouetur, moueatur: erit enim mobile. Vt si aliquis dicat, quòd omne sanatiuum, & sanans, & sanabile erit. & ædificatiuum, ædificabile, aut statim, aut per plura. Dico autem, vt si mobile quidem ab alio est omne motiuum, sed non secundũ eundem motũ mobile, quo mouet propinquum, sed secundum alterum. vt sanatiuum, discibile, sed hoc ascẽdendo perueniet aliquãdo ad eandẽ speciẽ, vt diximus prius. Alterum igitur horum, impossibile est, alterũ autẽ figmentum. Inconueniens.n.est alteratiuũ, augmentabile ex necessitate esse. Non ergo necesse est semper moueri

quod mouetur ab alio, eoque moto, ſtabitur ergo. Quare aut à quieſcente mouebitur id, quod mouetur primum, aut ipſum ſeipſum mouebit.

Cōm. 39. Cum primum oſtendiſſet modũ à ſpeciebus motus p accidens,& per ſe, & hũc ab his, quæ eadem ſpecie mouent, & mouentur, & ab his,quæ altera ſpecie mouẽt, & mouẽtur,quod nequit omne,quod mouetur ab altero, & ipſum motum mouere:nunc idẽ hoc oſtẽdit vniuerſalius. & ob id magis abſurdũ videri ſic oſtenſum, inquit, quia quæ ſunt vniuerſe oſtenſa ſunt magis neceſſaria, q̃ ea,quæ particulari via oſtenduntur. Si enim, inquit, omne mouẽs motum mouet,accidet vt mouens; quo motiuum eſt, & mobile eſſe,& ſecundum quod mouet moueri, & eadem potentia motiuũ & mobile eſſe: quod quidem eſt abſurdiſſimũ. Si.n.mouere eſt aliquid facere, & moueri eſt pati. Sed hæc ſimul circa idem,& ſecundum idem in eodem tempore eſſe non poſſunt. Non poterit ergo omne mouẽs motum mouere. Et rurſus perſuadet vniuerſale exemplis particularibus, in quibus prius fecit demonſtrationem. Non.n.fieri poteſt, vt idem ſecũdum quod ſanatiuum eſt ſanabile eſſe,& ædificatiuum ædificatile eſſe. Hoc autem accidit dicentibus,omne mouẽs motũ mouere. Sed vel illico illis accidit, quando ſecundũ eandem ſpeciem dixerint mouere & moueri, aut per plura, quando ſecundum aliam ſpeciem dixerint mouere, vt ſecundum ſanitatẽ ſanare, & ſecundũ aliud moueri, vt alteratione alterari. Et his enim idẽ accidit iterum, vt idem ſateantur moueri, & mouere ſecũdũ idem. Sed differt, quia pluribus medijs in idem incidunt, cũ ſint finitæ ſpecies motus, vt oſtenſum eſt prius, ſi quidem vltimum, quod mouetur à primo mouente magis moueatur, vel à poximo. Cũ ergo hæc ambo videlicet ſecundũ ſpeciem eandem,& ſecundũ alteram, inquit, fieri non poteſt aliud,& aliud, eſt cõmentitium. Et, vt Alex. inquit, non hoc dicit, quia figmentum ipſorum nõ ſit impoſſibile. Nam ambo ſunt impoſsibilia: quia ambo ad idem abſurdum procedunt. Sed eſt quod dicit, ꝙ eſt impoſſibile vtrunque, ſed illud vltra impoſſibile, eſt etiam commentitium,& à verò diſſimilimum. Sed idem habent ambo, videlicet exiſtimare ſecũdum aliam ſpeciẽ motus mouens mouere, ſecũdum aliam moueri. Nã abſurda eſt poſitio dicere ex neceſſitate alterans aliquid alterãs augeri,& aliter fieri nõ poſſe. Sic quidem Alex. Niſi forte Ariſt. magis proprie ſubdiuiſerit dicens, aliud ſecũdum eandem ſpeciem, impoſſibile fieri. Nam pati & facere in idem conuenire nequeunt. ſed illud, ſecundum aliam ſpeciẽ mouere,& ſecundum aliam moueri, poſſibile erat, ſi non finitæ eſſent ſpecies motus, neque primum motum magis à primo mouente moto, quam à proximo moueretur. Illud autem, videlicet, ſtatuere finita infinita ſic commentitium eſt, vt noua apud inferos, & vana loca figens poſſit alium motũ ſemper poſt alium accipere. Si aũt, cum produxiſſet Ariſt. vniuerſalem demõſtrationem concluſionem induxit, quod non igitur neceſſe ſit moueri, motũ ab alio, quod adhuc moueatur, patet: quod nõ dicit, quia non ſit neceſſe motũ ab alio moueri. Quod.n.mouetur, ab aliquo alio, oſtẽſum eſt, moueri, neq; qa ab alio, alio moto,& ipſo mouetur. Nã oſtendet, ꝙ ab ipſo, quod ſeipſo mobile eſt, mouetur, ſed quia non neceſſe eſt motũ ab aliquo moueri, quod ab alio mouetur, & ſic ſemper. quocirca etiam reliquũ cõcludit, videlicet primo mouẽs, aut immobile eſſe, aut ſeipſo mobile,& non ab alio. Nam & ſi fuerint quędã mota ab aliquibus extrinſecus, quę etiã moueantur, vt lapis à baculo, qui à manu mouetur: ſed hoc non in infinitum procedet, ſed ſtabit, tanquã nõ amplius mouẽs ab alio moueatur, ſed aut immobile eſt, aut ſeipſo mobile. Sed cum oſtenſum ſit, quod neque ſm eandem ſpeciem ſemper motum mouens mouet, neque ſm alteram dixit, vt inquit Alex. primo mouens immobile eſſe: ſi quidem deſtrueretur, ꝙ omne, quod mouetur, ab aliquo, quod mouetur, etiam moueatur. Sed hoc nondũ accipit, tanquã non primo hoc demonſtret. Niſi forte oſtenſum ſit hoc, ꝙ mouens ab alio motum moueat, ſed non hoc ſimpliciter à moto moueri, ſequitur, nõ eſſe immobile ſolum eſſe primũ mouens, ſed aut immobile, aut ſeipſo mobile, quod etiam Alex. procedens ſciuit. Sed aliquis dubitaret, vt exiſtimo, videns mutationem elementorum, quo modo impoſſibile ſit, id, quod mouetur, ab aliquo moto extrinſecus, & ipſo moueri. Quod.n.ignis, fit, ab igne fit, & cum ipſe ortum trahat ab alio igne, vel ab aere proximo,& attiguo. Etenim oſtenſum eſt libro de Ortu, ꝙ elementa mutuo redeuntia, quaſi in orbem, generantur, vt omne, quod mouetur, in his, quæ ſub Luna ſunt, ab ipſo moto externo moueatur, cũ talis motus procedat ſemper infinitum circulo, vt etiam ortus, & ſi finitæ ſint ſpecies motus. Niſi ergo dicendum ſit ad hæc, ꝙ nunc ſermo non quærit materiatam cauſam ortus, qua elementa mutuo fiunt, ſed effectricem, qua vnũ ab altero fit. Quod igitur fit ignis ab igne iam exiſtente,& non à quo fit, tum fieri dicitur: quare non ab externo mouetur motore, & ignis tangendo ab aere applicato per accidens, & non per ſe. Omne enim per ſe faciens, ſimile ſibi facit.

Si oẽ mouens motũ mouet, q̃d nõ inconueniẽs ſequatur.

Quicquid in ſublunaribus mouetur mouetur ab eo, quod etiã mouetur.

Motus cã efficiens, non aũt materialis cã quæritur hic, cũ dicitur, oẽ q̃d mouetur ab alio moueri.

At vero, ſi oportet etiam conſiderare, vtrum cauſa motionis ſit & principium ipſum ſeipſum mouens, an id, quod ab alio mouetur, illud omnis vtique ponet. id enim, quod per ſe eſt cauſa, ſemper prius eſt eo etiam ipſo quod ſecundum alterum eſt. Quare hoc conſiderandum eſt, ſumpto alio principio, ſi quid mouet ſeipſum, quo mouet, & ſecundum quem modum. Tex. 40.

Cōm. 40. Cum oſtendiſſet, ꝙ primũ mouens vel immobile ſit, vel ſeipſo mobile, ſi quidem non ſemper quod mouet ab externo mouetur motore,& ſic mouẽs: oſtendit per hunc talem ſyllogiſmum, ꝙ ſeipſo mobile eſt per ſe cauſa motus, vt quod mouetur ab alio,& hac ratione mouens eſt ſecundum alterum, ſed quod eſt per ſe cauſa motus prius, & magis eſt principiũ, quam ſit illud, quod eſt cauſa per alterum. Quod vero ſeipſo mobile ſit cauſa per ſe mouendi: ſi quidem ex ipſomet facultatẽm habet mouendi, atq; vt moueatur perſpicuũ eſt, ſed quod mouetur ab alio per alterum, vt moueat eſt cauſa. Quod autẽ quod eſt per ſe cauſa motus magis primarie, ac potior cauſa ſit quã illud, quod per alterum eſt cauſa, etiam hoc latiſſime patet. Cũ enim quod eſt per alterum cauſa dicatur dupliciter, aut p accidens, aut per aliud nimirum quod eſt per accidens, nõ ſupereſt niſi prius conſiſtat id, quod per ſe eſt, neque id quod eſt per aliud, niſi prius ſubſiſtat id, quod eſt p ſe: quare ſeipſo mobile eſt cauſa, & principium mouentium, & eorum, quæ mouẽtur. Sed cũ quærat deinceps quomodo hoc moueat ſeipſum ex diuiſione euſdẽ in mouens, et id, quod mouetur, inueniet etiã & demonſtrabit rurſus primum mouens immobile eſſe. Sed aliud principiũ accipit dicendo, ꝙ omne motum diuiduum eſt, quod oſtenderat Quinto huius tractationis libro, non tamen hoc vſus eſt in præacceptis, ſed eo dicente, omne quod mouetur ab aliquo moueri, & hoc, oẽ quod mouetur, aut natura, aut pter naturam moueri. Ob id ergo dixit. {Sumpto alio principio.} Sed quærit quomodo ſeipſo mobile mouetur, & quis modus eſt motus eius: inueniens ex hoc, quod eorũ

Per ſe mobile ẽ magis p ſe cã motus, quã id, q̃d motum mouetur.

quæ

quę sunt, alia sunt immobilia, alia semper mobilia, & alia interdum mota, interdum autem quiescentia.

Necesse igitur est omne, quod mouetur, esse diuisibile in semper diuisibilia. hoc enim ostensum est prius in ijs, quæ vniuersaliter dicta sunt de natura, quòd omne quod per se mouetur, continuum est.

Côm. 41.

Quinto huius negotij demonstrauit, omne, quod mouetur, per se continuum esse, ac diuisibile. Equidem ostẽsum fuerat, quod agitatur et mouetur, neq; in eo esse, ad quod tendit, neq; in ipso adhuc, ex quo proficiscitur & discedit, sed partim in hoc, & partim in illo. Et tale diuisioni subiacet. Hoc igitur principium modo facit quæstionis de illo, quod seipso mouet. Sed hinc syllogismũ formare possumus. Sed dixit {hoc ostensum est prius, in his, quæ vniuersaliter de natura, } vbi primos quinq; huius tractationis libros citat, cæteri vero tres vltimi sunt de motu.

De Natura sunt primi quinque libri, cæteri vero de Motu.

Impossibile igitur est, ipsum mouens seipsum, penitus mouere ipsum seipsum. Ferretur enim totum & ferret secundum eandem lationem, vnum existens & indiuiduum specie: & alteraretur & alteraret. Quare doceret vtique & doceretur simul: & sanaret & sanaretur secundum eandem sanitatem.

Côm. 42.

Eudemus quidem prius, cum narrasset, q seipso mouens à Platone assignatum est: primum diuidit modos, quibus contingit aliquid seipso mobile dici, sic scribẽdo. Aut enim totum mouet totum: aut pars totum, aut ecõtra, aut pars partem. Sed mouere dicimus primo, quod seipso moueat, & non altero, & quod per se, & non per alterũ. Et sic tres modos sigillatim, cũ confutasset, ostendit solum seipso mobile posse dici, quod partim mouet, & partim mouetur, & hoc habere in seipso aliquod immobile, quod per se mouet, & aliud quod mouetur. Sed Arist. non prius accepit hanc diuisionem, sed procedẽs ponit ipsam breuiter quando dicit. Nam, si totum mouetur ipsum à seipso, aut ab aliquo eodem mouetur, aut totum à toto. Nunc autem statim vnumquenque pertractans modum sequentia absurda demõstrat. Et primũ, totum à toto seipso moueri exemplis indicans, deinceps qđ fieri nequeat, ostendit per hæc exempla. Nam inquit, totũ ferret, & ferretur eadem latione vnum existens, & indiuiduũ specie: Et alteraretur, & alteraret: Quare doceret, & disceret simul, & sanaret, & sanaretur eadem specie sanitatis. Quæ quidem Eudemus nominibus apertiora fecit, sic scribens: Num fieri possit, vt totum ferat totum humeris, & simul idem, & vnum humeris ferri, & esse in humeris, & habere? Vel hoc quidem fieri non potest, sed calefieri totum à toto, & quomodo? Nam calefaciens calefacit calidum existens, sed quod calefit in calidum mutatur: sed ad quod mutatur nondum est illud: at simul aliquid calidum esse, atque non calidum, fieri non potest. Sed huic {vnum existens} adiecit Arist. {Et indiuiduum specie, } aut sicut dicit Alex. & idem dictum esse de illo, quod mouetur, vt vnum existens etiam dicitur, quasi æquale sit huic, vnũ, hoc in indiuidua specie. Quod enim est in specie indiuidua, est vnum numero. Vel hoc de eo, quod mouetur, dictum est, sed illud indiuiduum specie de motu, vt sic intelligatur illud deinceps mouebit, & mouebitur vnũ existẽs eadem latione, & indiuiduum specie. Cũ igitur hæc Alex. dicat, forte melius est dicere, q hæc ambo vnum existẽs, & indiuiduum specie intelligenda esse de mobili seipso toto, sed illud indiuiduum specie, indicat quomodo dictum sit illud vnum existens, quia non numero vnum, sed specie vnum, vbi indiuiduum pro vno sumptum est. Quod enim est totum ferens seipsum, & totum quod fertur, & alterans, & alteratum specie vnum est, sed non numero. vt qui instar Chamæleonis, si forte fuerit indiuiduus seipsum coloraret. Sed nota, qm Alex. inquiat, id, quod est in specie indiuidua, vnum numero esse. Nã fatetur id, quod est in indiuidua specie, vnũ significare, aliud tamen assero vnum numero esse, & aliud specie, & secure Arist. indicasse dixi, qm protulit vnum existens, quia non numero, sed specie. Idem autem & pauloante significauit dicens, Nam oportet vsq; ad indiuidua diuidentem dicere. vbi etiam indiuidua species inquit, sed non determinata numero, sed bene sanare, & sanari eadem sanitate dixit. Si.n. aliud erit sanans, & aliud quod sanatur, profecto alia erit sanitas in operante, & alia in eo quod patitur. Sed quoniã idem est sanãs, & id, quod sanatur, & sanitas vna, & eadem erit. Hoc autem absurdum erit eandem esse agendi, & patiendi, quod quidem deinceps apertius facit.

Aliud profsus est vnum numero, & aliud ... [illegible]

Amplius autem determinatum est, quòd mouetur id, quod mobile est. Hoc autem est potentia cum mouetur, non actu. Quod autem potentia est ad actum pergit. Est autem motus actus mobilis imperfectus. mouens autem iam actu est. vt calefacit, calidum, & omnino id, quod habet formam, generat. Quare simul idem & secundum idem calidum erit & non calidum. Similiter autem, & aliorum vnumquodque eorum, quæ necesse est mouẽs habere vniuocum. Eius ergo, quod seipsum mouet, hoc quidẽ mouet, illud aũt mouetur.

Côm. 43.

Cum ostendisset rationem, aut sermonem dicentẽ, totum à seipso toto moueri, quam maxime à verò abborrere, nunc, q etiam impossibile sit hoc, vt prædixit, ostẽdit. Demonstrat autem idem sibi accõmodans motus, et eius, quod mouetur, definitionem. Nã quod mouetur appellamus mobile, & adhuc potentia existens, ad actum perfectum tendens. quia motus & si actus mobilis sit, tñ imperfectus actus est: quia quod mouetur adhuc in potẽtia est: at quod mouet actu est. Quod enim calefacit, actu calidũ esse oportet, & impertiens aliquid alteri, quod quidem generare dixit, oportet prius id esse quod impertit, atque cõfert. Cum ergo hæc pateant, si totum aliquid à seipso toto calefieret, quatenus calefacit, iã actu calidum est, sed quatenus calefit, & calidum esse tẽdit, hoc solum potentia habens, nondum calidum est: quare simul idem, & secundũ idem erit calidum, & non calidũ: quod haud fieri potest, cum contradictio simul vera esse nequeat. Sed, vt in calido, sic etiam in alijs motibus, in quibus mouens vniuocũ obtinet sibi id, quod mouetur, vt ferens efficit ferri, & augens augeri, & sciens facit esse scientem: necesse est, vt contradictio simul vera sit, si aliquid idem à seipso moueatur: quod si hoc fieri non põt, & neque potest aliquod totum à seipso toto moueri. Sed concluditur in secunda figura sic impossibile, Omne, quod mouetur, ſm quod mouetur, est imperfectum: sed nihil mouens quatenus mouet imperfectum est: ergo nullum mouens quatenus mouet, mouetur. Sed producens rationem de calido Arist. subiũxit, {Similiter autem & aliorum vnumquodq;, quæ necesse est mouens habere vniuocum, } idest ad vniuocum ducere, id, quod mouetur ab ipso. vt calefaciens, cũ sit actu calidũ, efficit id, quod calefit, & qui docet, iam sciens docet, atq; efficit quempiam peritũ. Hoc aũt dicit, quia nõ omnia, quæ agunt, similia, ipsismet agunt. Nam ferula facit cicatrices, sed ipsa has non habet. Diuidit autem Theophrastus Tertio Physicorum, vel de cœlo quæ fiũt sic. Aut.n. à simili, inquit, fiunt, vt homo ab homine, & calidum à calido: aut à contrario, vt videmus fulmina, & coruscationes. Nam à frigiditate ortus ignis in aere fit, cum sese colligat in vnum calor in illis, & accendatur: aut tertiũ, ab eo

Motus est actus imperfectus. Quod mouet est in actu.

Eorum quæ fiũt ex Theophrasto partitio.

Omnia, quæ fiunt ab actu fieri oportet.

Quæ p se faciunt, & fiunt naturaliter faciunt, & fiunt similia.

quod est actu, vt etiam cicatrix: quippe quæ fit ab ipsa ferula existente actu, neq; similis existens ei, quod fit, neq; cõtraria. Item ea, quę fiunt à Sole ab eo, quod actu est, pfecto fiunt. Etenim ipse Sol neq; similis, neq; contrarius est his, quæ fiunt ab eo. Sed notat Alex. quod dicuntur fieri ab actu ea, quæ fiunt à ferula, pro hoc ab actu, & plaga. Et patet, ꝙ etiam omnia alia, quæ fiunt, siue actu sit quod est, siue actũ indicet entelechia. Nisi ergo vt alia, & proprio charactere designata, & hæc solum agere dicantur habere, sic nominauerit ipsa. Sed censeo instandum esse contra diuisionem eorum, quæ agunt, & fiunt. Nisi forte omnia per se efficientia, & quæ fiunt naturaliter similia efficiant, & fiant. Nam ex contrarijs, vt ex materia fiunt omnino ea, quæ fiunt, & prodeunt, sed ex contrarijs velut ex efficientibus causis, nihil fit per se. Cõtraria enim mutuo agunt, nec fit contrarium à contrario, sed simile. Et hoc etiam Arist. videtur, quippe qui primo de ortu, atque interitu elementorum, sic scribit. Quocirca & consentaneũ est, iam ignem calefacere, & frigus frigefacere, & omnino effectum simile sibi patiens. agens enim & quod patitur contraria sunt, & ortus est ad contrarium: quare necesse est, ut patiens mutetur in id, quod agit. Et ignis à frigido per accidens fit, & non per se. Non enim quà frigus efficit calorem, sed quà frigus densat, & connectit perfectè ignita sparsa, & mutuo distantia, & magis, vt accedantur efficit, cum transmutet ea, quæ sunt propinqua, ad seipsa. & ferula per se similem sibi figuram immittit, aut infligit ei, qui verberatur, vi impulsa per motum. Sed cicatrices per accidens adueniunt ruptis membris, & quibusdam relictis vestigijs, & infuso sanguine intus. Si ergo hæc vera sunt, videtur Aristoteles dicere illud {vnumquodque eorum, quæ necesse est mouens habere vniuocum,} pro his quæcũque per se mouent, velut à signo vnuoico, indicans idem. Et in his volens contradictionem simul veram esse, siquis assereret aliquid idem à seipso moueri, sed non in his, quæ per accidens mouent, et mouentur. Sed cum ostendisset ꝙ fieri non potest vt aliquid sit hoc modo seipso mobile, velut totum à toto moueatur, conclusit, ꝙ si quidẽ est aliquid omnino seipso mobile, necesse est, vt aliquid eius moueat, & aliud moueatur.

Ignis fit à frigido, sed p accidens.

Plaga fiunt à ferula per accidens.

Tex. 41. *Quod autem non est ipsum seipsum mouens sic, vt vtrũque ab vtroque moueatur, ex his manifestum est. neque enim erit aliquid primum mouens si vtrunque vtrunque mouebit. Quod enim est prius, magis causa est mouendi quam sequens, & mouebit magis. Dupliciter enim mouere est, aliud quidem id ipsum, quod ab alio mouetur, aliud autem seipso. Proximius autem est, quod longius est ab eo, quod mouetur, principio, quam quod in medio est.*

Cõm. 44. Conclusit, ꝙ si est aliquid seipso mobile, necesse est, vt aliquid moueat, & aliquid eius moueatur, rursus dedit nobis considerandam huius etiam diuisionem. Si enim aliquid mouet, & aliud mouetur, aut pars mouet, & totum mouetur, aut totum mouet, & pars mouetur. Diuidit autem hoc etiam Eudemus sic. Mouens enim, inquit, pars, aut seipsa mobilis mouebit, aut mota: sed siquidem immobilis est, quod volumus ostendimus, quod seipso mobile cõponitur ex eo, quod mouetur, et ipso immobili mouẽte: si vero pars mouetur, & mota mouet; quia omne quod mouetur, ab aliquo mouet, & hoc ab aliquo mouebitur, sed illud non potest esse aliquid extrinsecũ. Non.n. amplius à seipso diceretur moueri totũ, sed alio mouente, à quo igitur eorũ, quæ sunt in ipso, per se mobili mouebitur? vel ergo ab aliqua sui parte mouebitur ea pars, quę mouet vel ab eo, quod mouetur: & hoc rursus mouẽs, vel immobile mouet, et erit primũ mouẽs immobile, aut mouetur. & iterum aut à sui parte, aut ab alio, quod mouetur, semper sic destruentes, inquit Eudemus, perueniemus aliquando ad primum mouentia. Ea autem erant, quæ nõ aliquo mouebant, sed tota totis mouebant. Non.n. fieri potest, vt ipsa ablatio, & destructio abeat in infinitum. Non enim mouerentur, nõ existente primo. Sed ostensum est, quod totum à toto vt à seipso moueri nõ potest: quare necesse est, quod primo mouet immobile mouere. Sic ergo Eudemus diuidit. Sed Arist. primum destruit partem aliquam mouere, & aliquam moueri sic: quare & quod mouetur mouere rursus mouens ipsum, & mouens moueri ab aliquo moto ab eodem. Sic.n. accidit vtrunq; ab vtroq; moueri, videlicet ab eo, quod mouet, ab eodẽ, & à seipso. Si.n. a mouet b & b mouet a: igitur & a mouetur a seipso. & magis ab ipso b. Nam magis ab ipso primo mouente mouetur motum quam à proximo, vt ostensum est prius. Hanc igitur hypothesim primam confutat Aristo. ipsam deducens ad impossibile, ꝙ non esset primum mouens, si fuerit mouens aliud ipsorum, & aliud motum ab illo. Nã oportebat non totum seipsum mouere, sed aliud quidem esse primo mouens, & aliud ab illo motum, quod verò nihil erit primo mouens, in ipso sic per se moto, ostendit ex hoc, quia vtraque pars primum inuenitur mouere, si autẽ omnes æque primo mouent, nihil erit primum. Quòd verò vtraque primum, ostendit ex hoc, quia non solum alteram mouet, sed etiam seipsam: & magis à seipsa mouetur, quàm ab ea, quæ mouetur à se. Sed quod est magis mouens, est primum mouens. Quòd verò vtraque seipsam moueat ostendit his verbis, {Quòd.n. est prius, magis causa est mouendi quam sequens. Quocirca & mouebit magis.} Si.n. vt diximus, a mouet b: & b mouet a, & a mouet b & b rursus primũ mouens, & seipsum mouebit, & magis quam a, proxime ipsum mouens. Quare vtraq; & primum erit mouens, & seipsum mouebit, & totum à toto seipso mouebitur: quod quidem fieri non posse ostendimus. Sed huius, quod a, magis à seipso moueri, quam ab ipso b, in his, quæ vicissim mouentur ostensiuum produxit hoc, quod a seipso mouet, & b, quod mouetur ab ipso a, mouere idem a. Nam magis mouet seipso mouens, quã id, quod ab altero mouetur, eò ꝙ moueatur ab alio. Sed ꝙ proximius est id, quod longius est, à principio moti dixit esse, ꝙ medium, pro hoc conuenientius, & peculiare magis ad rationem principij, quod est lõgius ab eo, quod est extremum motum, ꝙ medium inter hoc, & id, quod minus est. Si.n. quod mouetur extremum est c, & proximum mouens eius est b, & remotius a, magis principium est a quam b ad mouendum c, cum remotius sit ab ipso c quam sit b. Et, si nihil haberet ante se mouens a, idipsum erit principiũ motus. Similiter quoq;, si duo fuerint, & alterum moueret b, & b moueret a, magis principium esset ad motum ipsius a, ipsum a, quam ipsum b, cum sit remotius à seipso. Idem etiam dicendum est de ipso b: quare omnia ęque prima sunt. Et ob id nihil primum. Sed Alex. his dictis, tradit ostensum esse, ꝙ neutrum ipsorum ab aliquo externo, & alio mouebitur, sed hæc à seipsis. Sed melius existimo dicendum esse, quod demõstrauit nullũ esse primum mouens. Et ad huius probationem assumptum est, ꝙ vtrunque ipsorum etiam seipsum mouet, vt per hoc etiam magis principium, & primum ostendat.

Amplius non necesse est mouens moueri, nisi à seipso. Secundum accidens ergo contra mouet alterum. At sumpsi, contingere non mouere, erit ergo aliud quidem, quod mouetur, aliud autem mouens immobile.

Secundum

Cōm 45. *Partes eius quod est per se mobile non necesse est mouere inuicem à se inuicem.*

Secundum argumentū ostendens, quod seipso mobile non erit tale, vt vtraq; pars moueat alteram. Nam ostensum est superioribus, q̄ nō necesse est, vt omne, quod mouet ab aliquo alio externo moueatur, sed primū mouens, necesse si est moueri, à seipso mouetur. Si ergo statuatur b moueri se inuicem ab ipso a: verū est dicere, a non ex necessitate ab aliquo externo mōtiri. Si.n. moueretur aliquando ab ipso b, per accidens mouet b: qm̄ accidit à moueri ab alio, & sic mouent. Sed per accidens mouens, pōt etiam non mouere. Si ergo sumptum fuerit b non mouere, neq; a mouetur. Erit ergo b, quod mouetur, & a mouens īmobile. nō ergo vicissim vna pars ab alia eius, quod seipso mobile est, mouetur necessario. Sed, vt inquit Alex. alia huiusmodi scriptura fertur. Amplius, non necesse est motum mouere & magis placet ipsi hæc scriptura. Nam dictum Arist. accipiebat, hoc cōtingeret, non moueri seq; qui magis ad hoc, neq; necesse est motum moueri. Sed, si hoc modo fuerit scriptum, non necesse est motum moueri, quomodo coniungeret hoc deductū, si non à seipso. Nisi ergo coordinatū sit hoc ad id, quod mouetur hoc à seipso. Sed videtur Arist. velle ostendere quæ mutuo concurrūt. Illud vero, neq; a ex necessitate moueri ab ipso b, neq; b ex necessitate moueri a. Et pricipio dicens de ipso asserit, quod non necesse est mouens moueri, sed procedens de ipso b, dicit quòd non contingit non mouere.

Amplius, non necesse est mouens contra moueri, sed aut immobile aliquid mouere necesse est, aut ipsum à seipso moueri, si necesse quidem est semper motum esse.

Cōm. 46. Tertium argumentum ostendens, q̄ non contra mouentur, atque vicissim partes eius, quod seipso mobile est, vtitur eiusmodi & eadem via, q̄ non necesse est mouens econtra moueri, siquidem ostensum est, q̄ primum mouens, quia aut immobile existens mouet, vel idem à seipso mouetur. Sed nos reuocat ad memoriam causæ, qua ostensum est hoc sic se habere. Nam oportet esse primo mouēs aut immobile, aut seipso mobile: siquidem necesse est fem per motum esse, vt ostensum est prius. Si enim in infinitū aliud ab alio externo mouetur, non erit motus. Oportet enim esse primo mouens. Sed infinitis nihil est prius, neque primum infinitorum.

Tex. 48 *Amplius secundum quem mouet motum, eo etiam vtique mouebitur. Quare calefacit id quod calefit.*

Cōm. 47. Ostensum est prius, q̄, si aliquod per se aliquid mouēs moueretur secundum eandem speciem moueret et moueretur, vt calefaciens calefieret: quod fieri nequit. Calefaciens.n. iam actu calefacit. Sed quod calefit nondum calidum est actu: quare idem s̄m idem calidum erit, & non calidum: quod haud fieri potest. Hoc igitur accidere, inquit, si in ipso per se mobili aliqua pars calefaceret, & alia calefieret, cum vnus sit motus eius, quod seipso mobile est, idem esse calidum, atq; non calidum necesse est: quod fieri non potest. Si.n. vt seiunctæ partes acciperentur, & vna ab alia vicissim nō moueretur, nihil mirū alterū calefacere, & alterum calefieri, vt calefacit hepar, & calefit vēter in corpore. Et aliud efficit, & aliud patitur. Quòd, si vt vnum idem mobile vna actione agens mouet, & mouetur, absurdum de vno secundo idem contradictionem simul veram esse. Sed simul vera esset, si pars vna in eo, quod seipso mouet vicissim ab altera moueretur, & seipsa mouere eo motu cogeretur, quo inuicem mouent sese. Et hoc igitur quartum argumētum adiecit, ostendens, q̄ sic non potest aliquid seipso mobile esse, vt vna pars ab altera moueatur vicissim, quia accidit vt vnaquæq; pars sit seipsa mobilis, & contradictio simul concurrat. Verum Alexander contextum hunc sic conscripsit, q̄ quo mouetur motu, si moueret, nihil esset, differens ab intelligentia prædicta.

At vero neque ipsius primo seipsum mouentis, aut vna pars, aut plures mouebūt, ipsa seipsam vnaquaque. Totum enim, si mouetur ipsum à seipso, aut ab aliquo eorum, quæ sunt sua mouebitur, aut totum à toto. Si igitur eo quod moueatur aliqua pars, ipsa à seipsa moueatur, hæc vtique erit illud primum ipsum seipsum mouens. separata enim hæc quidem mouebit ipsa seipsam: totum autem non amplius. Si vero totum à toto mouetur secundum accidens hæ mouebunt ipsa seipsas. Quare, si non necessario, accipiantur non moueri à seipsis. Ipsius igitur totius aliud mouebit, cum immobile sit, aliud autem mouebitur. solum enim possibile est aliquid per seipsum motiuum esse.

Cōm 48. *Neque aliqd esse per se mobile, vt vna vel plures partes ipsa seipsas moueant.*

Cum ostēdisset accidere illi, qui assereret sic moueri id quod seipso mobile est, vt vna pars ab alia moueatur vicissim, vt fateatur vnamquamq; partem eius, quod seipso mobile est, seipsa mobilem esse: et cōclusisset absurda, quę accidunt rationi, & plures vias, addit etiam hoc vniuersale præostensis, q̄ nequit esse aliquid seipso mobile sic, vt vna aliqua pars eius, aut plures seipsas mouere Si.n. erit totum seipso mobile, & haberet vel vnam partem seipsa mobilem, aut plures, aut ab his partibus, quæ à seipsis mouentur in eodem, aut totum à toto: sed si quidem quia est aliqua pars totius seipsa mobilis, ideo, & totum à seipso moueri dicitur, pars nimirum illa erit primo seipsa immobilis, & non totum. Fides autem huius, q̄ pars separata se ipsa mobilis erit, & non totum. Quòd si totum à toto mouetur, habens in seipso vnam, aut plures partes seipsis mobiles, est dicendum, q̄ ostensum est impossibile esse, vt totum à toto seipso moueatur, ne simul vera sit cōtradictio. Sed nunc non est hoc propositum, sed scopus est ostendere, q̄ nequit totum seipso, aut vnam, aut plures partes habere in seipso, quæ sint seipsis mobiles. Si ergo totum ab ipso toto seipso per se mouetur, partes per accidens seipsas mouerent. Vt.n. in toto, quod mouetur, partes continui per accidens mouentur, sic etiam partes mobilis seipso p. accidens erunt seipsas mouentes: si autem per accidens, nō. ex necessitate: quare, si ponantur illæ non mouere seipsas, nihil impossibile poneretur. Et ego quidem opinor vsq; ad hūc locum Arist. sustinuisse demonstrationem illam, quæ ostendebat, q̄ non necesse est, sic totum esse seipso mobile, vt vel vnum, vel plures partes in seipso per se mobiles habens. Siue enim ab ipsis partibus moueretur, non est totum primo seipso mobile: siue totum à toto seipso mouetur, non necesse est vnam, aut plures in seipso partes habere seipsis mobiles, quod oportebat ostendere. Sed Alex. si ponerentur, inquit, partes, quæ seipsis per accidens sint mobiles, cum nō sint, nihil impossibile poneretur. Non amplius, inquit, erit quod mouetur totum, si sic erit seipso mobile. Quocirca partes eius ipsa mouebant, sed, si positio accipiebat totū à toto moueri habēs in seipso vnā, aut plures partes seipsis mobiles hac manēte oportet cōcludere impossibile de partibus. Nam hoc etiā propositum est ostendere, q̄ seipso mobile non est necesse sic esse per se mobile, vt vnam, aut plures partes habeat seipsis mobiles. Si ergo esse oportet omnino seipso mobile medium inter id, quod est immobile, & id, quod ab altero mouetur, necesse est sic esse, vel totum à toto seipso moueri vel vt totū à parte, vel partem à toto, vel vnam aut plures partes habens in seipso per se mobiles, vel vt vnam aliquam mouentem immobilē, & aliam motam. Sed iā confutata sunt omnia alia, merito cōcludens velut de linea dixit,

xit, quod vniuerse, alia igitur mouebit immobilis, & alia mouebitur. Solum enim sic potest aliquid seipso mobile esse, aliqua pars eius erit mouens immobilis, existens autem pars ab alio mota.

Amplius, si tota ipsa seipsam mouet, altera eius quidē pars mouebit, altera vero mouebitur. Linea igitur A B, *&* A *seipsa mouebitur, & ab* A.

Com. 49. Contextum hunc videtur mihi Alex. exponere satis eleganter: scopum eius esse, inquit, aliud absurdum addere contra illum, qui asserit totum seipsum sic ac ratione mouere, vt vnaquæq; pars ipsius, quod est mobile seipso. Sed absurdū est tale, si sic se habet, patet, quod vnaquæq; pars hæc ex seipsa mota & aliam mouebit. Sic. n. erit totū seipso mobile, & vicissim vna pars ab alia mouet, cū sint seipsis mobiles. Si. n. partes haud inter se aliquid simul agerēt ad motum, tñ à seipsis erunt motę, nō erit totū seipso mobile, sed vnaquæq; pars. sed totum collectum pluriū mouentium seipsis. Si ergo vna pars aliam mouet vicissim, vnaquęq; ipsarum simul seipsam mouebit & simul ab alio mouebitur, & si vnus sit totius seipso mobilis motus: patet quod eodem motu erunt omnes partes motæ, & mouentes: quare vnaquæq; earum pluries erit eodem motu à seipsa mota, & ab aliis: quod est absurdum. Nam absurdū est dicere, quo motu ex seipso aliquid mouetur eodem idē etiā ab alio moueri. Nam seipso mobile nō pōt sic vno moueri motu. Sed ipse, inquit, breuibus ponens argumentum, & sine labore quieuit. Sic Alex. sed nunquam sic Arist. quantum possum cognoscere posuit partes vicissim mouere se se, sed a b à seipso moueri dicit, & ab ipso a: nisi ergo melius ac securius sit intelligere dictum, quia cum dixerit supra, {Vt totius aliud mouebit, cum immobile sit, aliud aūt mouebitur, } fidem fecit per id, quod deinceps dicitur. Si enim tota à seipsa sic dicitur moueri, vt a, quæ immobilis est in seipsa mouens, & b, videlicet mota, vt ex mouente igitur immobili, & moto totū seipso mobile dicitur. Sed hoc deinceps etiam explicabit.

Tex. 43. *Quoniam autem mouet aliud quidem, quòd moueatur ab alio, aliud autem immobile existens, et mouetur hoc quidem mouens, illud autem nihil mouens: ipsum seipsum mouens necesse est ex immobili esse, mouente tamen, & adhuc ex eo quod mouetur, non mouet autem ex necessitate, sed qualitercunque euenit. Sit enim* A *mouens quidem, & immobile:* B *vero id, quod mouetur ab* A, *& mouet id, in quo* C: *hoc autem moueatur quidem ab ipso* B, *mouens autem nihil: si enim & per plura veniat aliquando in* C, *sit per vnum solum: Totum ergo* A B C, *ipsum seipsum mouet. sed, si auferam ipsum* C, *ipsum quidem* A B *mouebit ipsum seipsum. ipsum enim* A *est mouens,* A B *vero id quod mouetur: ipsum autem* C *non mouebit ipsum seipsum, neque penitus mouebitur. At vero neque* B C *mouebit ipsa seipsam sine ipso* A. *nam* B *mouet ex eo quod mouetur ab alio, non quia à seipso parte aliqua. Ipsum igitur* A B *solum seipsum mouet. Necesse est igitur ipsum seipsum mouens, habere mouens, immobile tamen, & id, quod mouetur: nihil autem mouet ex necessitate, tangentia autem aut vtraque se inuicem, aut alterum alteri.*

Com. 50. *Ex quibus nā seipso mobile componatur.* Alexander inquit, cum ostendisset, quod seipso mobile habet aliquid mouens immobile, & aliquod ab illo motum, his ostēdit ex quibus necesse est cōponi id, quod est seipso mobile, quia ex mobili quidem, sed mouente, & moto ab hoc non ex necessitate mouente. Ego autem, quid differat inter se simpliciter sic dicta non percipio. Nisi ergo quod prius dictum est, breuiter nunc Arist. explanet, cum diuisisset primum in tria agentia secundum motū & patientia. Quia. n. duo, cum sint, mouens, & id quod mouetur: et mouens immobile mouet: aut motum ab alio: & id, quod mouetur, aut etiā ipsum mouens mouetur, aut nullū mouens: duo qdē extrema erūt mouens immobile, et quod mouetur, sed nō mouens alterū. Sed medium amborum, & cōmune est quod mouetur ab alio, et mouens alterū. Etenim & in mouente erat mouens, postquā cessauit mouerí, et in eo, quod mouetur erat id, quod mouet, postquā desiit ipsum mouere. Hæc igitur tria, cū distinxisset, & in vna exposuisset linea, ostendit in quibus horum primo est id, quod seipso est mobile. Nam quod totū a b c seipso mobile sit, patet: siquidē habet in seipso mouere seipsum, & moueri a seipso. sed, si auferam c, inquit, quod mouetur, non tamen mouebat, reliquum a b mouebit seipsum siquidem a mouens erat in ipso, & b motum. Sed c non mouebit seipsum, neq; omnino mouebitur p se, sed neq; b c mouebit seipsum, a sublato. Si enim moueret b, sed non seipso mouet, sed quia ab alio mouetur a ipsum a b, igitur solū in his idē se mouet: ergo necesse est seipso mobile componi ex mouente, quod sit immobile, & moto, quod non ex necessitate mouet, sed & si moueret aliud velut eius, quod accipitur motū. Sed quæreret aliquis, vt opinor, cur non a c, magis seipso mobile primo demonstrauerit, siquidem a solum mouet, & nō mouetur. Sed c mouetur solum non amplius per se mouens. Hæc erant, ex quibus cōponitur seipso mobile. Nisi ergo in animali primo seipso mobile cōsiderans, in quo mouens est anima, et qđ mouetur corpus, quod quidē & ipsum aliquando motum mouet, quandoquidē proxime potentia mouente fruatur, & potiatur, ob id in a b, primo posuit ipsum seipso mobile in quo b non semper neq; ex necessitate mouet, sed velut id, quod mouetur accipitur, sed tamen aptū est aliquādo & ipsum mouere primo, & proprie mouens aliquid proxime connexum. Sed cum dixisset necesse esse, vt quod seipso mobile est, habeat mouēs, quod non moueat: et id, quod mouetur, nihil aūt mouens ex necessitate, & vt cōtingit: subiungit, quod hæc habent seipso mobile, & vel ambo mutuo sint attigua, aut alterum alteri. Si. n. fuerit etiam corpus mouens secundum positionem, vt etiam quod mouetur ab ipso: sese mutuo tāgent: simul enim ipsorum erūt termini. Hæc autem sunt attigua, quorum simul termini sunt: Si vero corpus, quod mouetur, omnino necesse est esse: & mouens incorporeum, & sine magnitudine: non amplius mutuo sese tangent, sed alterum tanget alterum, & non econtra, & non proprie, sed ex translatione. Nam. corpus tangit incorporeum, at diximus Primo de ortu, in quibus inquit, Quare si quid mouet immobile, illud tangeret mobile, sed illud nihil. Nam dicimus aliquādo, qđ nos tristitia afficit, nos tangere, sed non ipsi illum. Nam operans tangere dicitur magis, quam patiens. Hæc autem dixit, existimo, volens indicare, quod continua nullo pacto erunt, aliud mouens & aliud quod mouetur, sed si ambo sunt corpora sese tangent proprie: quod si corpus aliud fuerit, & aliud incorporeum, metaphorice dicerentur mouēs & motum sese tangere, cum aliud sit corpus, & aliud incorporeum. Ego igitur scripturam sic inueniens, & quod mouetur quidem, sed nihil ex necessitate mouens, sed attigua ambo, aut inter se, aut alterum alteri. Verum Alex. illud ex necessitate sequentibus addit sic scribens, Attigua ex necessitate, aut ambo mutuo, aut alterum alteri. Et potest vtrunque propriam propositis seruare intelligētiam. Sed cōuenientius existimo illud ex necessitate huic, nihil mouens, adaptandum. quia in ipso, quod seipso mobile est, vt corpus in animali, mouens & ipsum sæpe appa-ret,

Incorporeum tangere corpus non nisi p trāslationē, & metaphorice dicitur.

Qui tristitia nos afficit, dicitur nos tangere.

ret,non tamen ex necefsitate mouens. Si ergo non adderetur hoc,ex necefsitate huic,quod mouetur, nihil autem mouens,vt significet illud non ex necefsitate mouere,existimabitur hoc in ipſo , quod ſeipſo mobile eſt , ſed nihil mouens, vt ſignificet hoc non ex neceſsitate mouere existimabitur quod mouetur in ipſo,quod ſeipſo mobile eſt, ab ipſa cauſa immobili nihil omnino mouere . quod quidem non eſt verum . Cum.n. ſit proximum mouenti primo,etiam idem recipit quandam vim ab ipſo motricem, vt prius diximus.

Si igitur continuum eſt id. quod mouet : (quod.n.mouet, continuum eſſe neceſſarium eſt) manifeſtum eſt , quòd quicquid ipſum ſeipſum mouet , non eo quòd ipſius aliquid huiuſmodi ſit , vt ipſum ſeipſum moueat, ſed totum mouet ipſum ſeipſum,& mouens & motum.eo quod ipſius aliquid eſt ipſum mouens,& id,quod mouetur. non.n.totum mouet : neq; totum mouetur: ſed mouet quidem ipſum A: mouetur autem ipſum B ſolum.ipſum autem C ab ipſo B non amplius.impoſ-

Tex. 44. *ſibile.n.eſt. Dubitationem autem habet , ſi auferat aliquis aut ab ipſa linea A, ſi continuum eſt id,quod mouet quidem, ſed immobile eſt,aut ab ipſa linea B, quæ mouetur, vel ambabus, reliquum vtiq; ipſius A mouebit, aut reliquum ipſius B mouebitur : ſi.n.hoc , non vtiq; erit quæ primo mouetur à ſeipſa,quæ A B.remota n.ab A B,adhuc mouebit ſeipſum,reliqua A B..An potentia quidem vtrunq; nihil prohibet , aut alterum,id ſcilicet,quod mouetur diuiſibile eſſe, actu autem indiuiſibile? ſi autem diuidatur,non vlterius eſſe eandem habens potentiam ? quare nihil prohibet in ijs , quæ diuidi poſſunt,potentia primo ineſſe.*

Côm. 32. Verba huius contextus totius dicentis, Si ergo continuum eſt mouens,nam quod mouetur continuũ eſt, &c. videntur Alexandro non habere proportionem,& conſenſum ad prædicta . Nam velut contra aſsignando hoc, inquit, {Si autem non continuum,} ſic dixit,Sed nihil contra aſsignat. Num ergo,inquit, huiuſmodi dictum ſit ? Si ergo continuum eſt mouens,adhuc incertum eſt. verum, quia quod mouetur in ipſo quod ſeipſo mobile eſt continuum eſt:patet, ꝙ omne id, quod conſtat ex mouente, & eo, quod mouetur , quod eſt ſeipſo mobile idipſum ſeipſum mouet.Sic Alexãder dicit. Num vero velut de lineis fecit demonſtrationem,ex hypotheſi accipit mouẽs continuum.Indicat autem ea dubitatio,quæ annectitur:quip

» pe petit continuum eſſe mouens , cum dicat. {Dubitatio-

» nem autem habet,ſi auferat aliquis aut ab ipſo a, ſi conti-

» nuum eſt id quod mouet , ſed immobile.} vult ergo per id,quod nunc dicitur,modum oſtẽdere motus eius,quod ſeipſo mobile eſt,prędicẽs,ꝙ ex mouente immobili componitur, & ex eo, quod mouetur ex neceſsitate continuo exiſtente,vt oſtenſum eſt prius, ſed poſito mouente continuo,patet,ꝙ ſeipſo mobile dicitur, vt omne ſeipſum mouens:ſed omne dicitur aliquid ſeipſum mouere, non quia eius ſit aliqua talis pars,vt eadem ſit mouens ſe,velut prius

Quo pacto animal eſt per ſe mobile. poſitum confutatum eſt . non ergo ſic per ſe mobile animal,vt per ſe mobile in ſeipſo habeat animam,ſed totum mouens ſe,& totum quod mouetur,& mouet,non tamen ſecundum ſeipſum totum mouet,& ſm totum mouetur, ſed quia eius eſt aliqua pars,quæ mouet, & alia mouetur. Non.n.totum mouet a b,neq; totum mouetur:ſed mouet ſolum a,& mouetur ſolum b.Nam & ſi moueat interdum b,ſed non ex neceſsitate. Sed communiter intelligendum eſt ſolum. Verum in quibuſdam exemplaribus poſt hoc. Mouetur autem b ſolum,Additur hoc, & c ab ipſo b non amplius.Nam id fieri non poteſt.Sed Alexander ignorauit hanc additionem,neq; plura vt videtur exemplaria habuit.Si vero ſcriptũ fuerit olim diceret,quod prima conſtitutio eſt eius , quod ſeipſo mobile eſt , ex mouente immobili , & eo, quod mouetur , quod mouere interdum, & ipſum motum aptum ſit, non tamen ex neceſsitate mouet. Illud autem ſolum motum , non amplius mouens alterum vt c. Nam tale ex principio poſtulatum erat c, atqui quod mouetur , & ipſum ab a per b, & magis ab ipſo a,motum,quam ab ipſo b, vt oſtẽſum eſt prius.tñ non mouetur ſic ab illo,vt compleat id, quod eſt ſeipſo mobile. Nam illud motum cõpleat id, quod ſeipſo mobile eſt, quod eſt proxime ob immobile motum,& habet potentiam aliqñ, & idem mouendi . Cum autem dixiſſet ſeipſo mobile,nõ quia habet partem ſeipſum mouentẽ id, quod eſt ſeipſo mobile.ſed quia totum eſt tale: Deinceps dubitat contra totum ſeipſo mobile primo . Si.n.aliquis auferat,inquit,ab ipſo a, ſi continuũ põnatur mouens, ſed immobile:aut ab ipſo b,moto continuo, aut etiam ab ambobus,patet etiam,ꝙ ab a, & b, reliquum igitur a mouebit, aut reliquum b mouebitur,vel non.nã vtroq; modo abſurdum aliquod euenire videtur . Si.n.non mouet , aut non mouetur parte ſublata reliquum,abſurdum eſt: ſi quidem non erat pars in ipſo mota,ſed totum.Hoc autem ipſe prætermiſit diuidere , & confutare tanquam in promptu ſit. Quod ſi mouet reliquum ipſius a,aut mouetur reliquum ipſius b,& ſic non erit primo à ſeipſo motum a b.Sed hoc argumento etiam libro ſuperiore à principio vſus eſt,volens oſtendere,ꝙ ſeipſo mobile ab aliquo mouetur. Nam vt accepit tanquam manifeſtum hoc,quod mouetur,cum ſtat aliquo alio quieſcente,idẽ ab alio moueri,& ſtatuens, quod primo eſt ſe ipſo mobile , & auferens aliquam partem ab ipſo.Nam oẽ continuum motum,& ſiſtens idem, & inueniens ſtatione partis,& ablatione ſtare primo ſeipſo mobile, demonſtrauit quod ab aliquo mouetur . Sed hic dubitans,motum ſtatuens reliquum,demonſtrauit,ꝙ non eſt primo ſeipſo mobile. Soluit autem dubitationem.Item ſtatuens poſſe continuum,& diuiſibile,& mouere,quia nondum demõſtrauit, ꝙ impertibile eſt, & indiuiſibile hoc . Nihil igitur prohibet etiam , inquit, quin mouens diuiſibile ſit,& ſi hoc poneretur tale,vel etiam ſolum id,quod mouetur.Sed diuiſibile potẽtia, & non actu, ideſt non diuiſum,ſed vnum & continuum ſumptũ.Cum autem tale fuerit, nulla erit tum partium ſeipſa mobilis actu, ſed quia partes non ſunt actu per ſe, quare totum erit per ſe primo mobile actu,ſed poteſtate,nihil ꝓhibet quin & pars ſit.Sed quando iam diuiſum actu fuerit ſumptum, tum rurſus ſeipſo mobile actu fit, quod poſt ablationem alicuius partis adhuc mouetur.Si ergo in toto primo ſumpto actu minus erit contentum,non eſſet totum primo ſeipſo mobile:ſi autem non eſt actu ſed de eo,quod eſt actu primo per ſe mobile prædicatur, erit totum antequam diuidatur id , quod eſt ſeipſo mobile.nihil igitur prohibet, poſitis his diuiduis potentia,primo eſſe in partibus ipſum ſeipſo mobile,quanquam actu primo fuerit in toto.Poteſt autem id, quod eſt potentia coordinari cum hoc , diuiſibilibus,ne quis intelligat diuiſibilibus pro diuiſis. Nam in eo,quod eſt potentia diuiſibile, nulla pars eſt per ſe,quod vero non eſt per ſe,neq; ſeipſo mobile erit,ſed qñ diuiſum fuerit mutat naturam,& actu fit.Quomodo igitur,inquit Alexander,inſtans contradicentem totum dici ſeipſo moueri à parte ſeipſa mouente , non dicit totum fore primo, quod ſeipſo mouetur , ſed partem eius, quod etiam ablatum ſeipſo mobile manet ? Et ſoluit dubitationem pulchre , quod qui ſic dicebat partem in toto ſeipſa mobile, vt actu ſeipſam mouere iam ponebat, ſi autem hoc,vt diuiſum,&

uisum, & per se subsistens accipiebat. Hic autem in toto per se mobili continuo minus, quia non diuiditur continuum, non mouetur per se, sed non motum. neq; posset dici primo seipsum mobile, sed, inquit, aliam naturam fieri, quia quod absolute potest, & nondũ est, hoc actu fit. Item aliter huic obijcit Alexander, quia & si diuisibile fuerit quod mouetur, nõ iam velut motum diuisibile est. fieri. n. potest, vt sit idem diuisum, & non amplius à motiuo moueri, à quo totum mouebatur, sed fieri potest alterius naturæ, & non manere tale quale motiuum erat immobile. Sed, si post ablationem mouetur reliquum eius, quod seipso mouetur, haud sine se haberet demonstratio, quę adducta est superiore libro, vt inquit Alexander, qua videbatur ostendere omne, quod mouetur, ab aliquo moueri, sed nondum, inquit, non hoc est quod mouetur pars, sed in connexione existens ponebatur quiescere. Sed sic determinatum sit, dixit ne separetur alterum ab altero, sed quo manens in continuatione sumptum sit quiescens. q uod. n. continuum ipsum, & totum seruet, patet ex his, quę infert. Nam c, inquit, non moto, quod erat pars eius, quod primo ponebatur seipso mobile, videlicet a b, nõ mouebitur, inquit, a b, velut vnum adhuc, & continuum manens. Ridiculum. n. esset, vt is, qui ab ipso b c, aufert dicere non moueri totum, quod neque erat adhuc sublatum ab ipso c b. quo dicto, inquit Alexander, oportet quærere, quõ possit admitti suppositio, aut hypothesis, quę petebat in ipso primo seipso mobili aliquam partem quiescere. Si. n. aliquis diceret eum ibi non hoc dicere, sed quia si auferetur pars ipsis totius seipso mobilis, pars c b, & statet, non amplius totum erit motum, & si relictum moueretur. Non. n. amplius totum relictum est ablata eius parte, & cum non sit, neq; mouet totum, neq; moueri potest, is nimirum diceretur valde dialecticè dicere, sed non naturaliter, neq; demonstratiue argumentum fecisse.

Manifestum est igitur ex his, quòd est primum mouens immobile. sine. n. confestim id, quod mouetur, ab aliquo autem mouetur, stet ad immobile primum, sine ad id, quod mouetur quidem, ipsum autem seipsum monens est & sistens, vtroque modo accidit vtique, id, quod primum mouet omnibus esse motis, immobile.

Cõm. 52. Cum ostendisset, ꝙ omne, quod mouetur natura, & violentia, ab aliquo moueri, & quod omne mouens, aut motũ ab aliquo, aliquo alio extremo mouet, & hoc in infinitum aut si hoc est absurdum, aut necesse est stare ad aliquod primo mouens immobile, vel ad id, quod seipso mobile est, quod motum quidem mouet, sed non extrinsecus mouetur, sed quiescendi causam, atq; mouendi in seipso habet. Hæc. n. sunt seipsis mobilia, quæ etiam standi in seipsis principium habent, & mouendi. Sed, cum ostẽdisset, ꝙ in ipso mobile à se mouẽs, cum sit immobile per se mouet, cum quod seipso mobile est componatur ex mouẽte, quod est immobile, & ex eo, quod mouetur, quod non ex necessitate mouet. Hæc igitur, cum ostendisset pluribus, eorundem mentionem nunc facit breuiter: & consequenter in eisdem concluditur, ꝙ accidit primum mouens in oĩbus, quæ mouentur, esse immobile: siquidem omnium, quæ mouentur, primum seipso mobile, & in eodem mouens immobile. Sed, cum de ipso ex se mobile videatur Aristo. ab ipso Platone verbis differre, rectè opinor explicandam esse hanc differentiam. Et quod principium motus, & omnium, quæ mouentur, sit id, quod est seipso mobile, ambo plane fatentur. Sed Arist. in his dicens, quod sit decorum sit cõsiderare, atq; oportunum, vtrum causa motus, & principium sit seipsum mouens, vel id, quod mouetur ab alio, illud omnis poneret. Sed Plato in Phædro plane mobile ex se, fontem, & originem motus dixit, & decimo dialogo de legibus, in quibus, inquit, concludens Hospes Atheniensis: Principium ergo omnium motuum, & primum in his, quæ stant, & mouentur, quo seipsum mouens mouet, dicimus esse necessario, antiquissimũ, & maxime primum omnium mutationum. Et adhuc tñ animal seipso mobile ambo dicunt. verum Arist. primo, & proprie, inquit seipso mobile esse animal, quod anima, & corpore constat, quorum corpus mouetur, & anima mouet immobilis per se. Sed Plato primo quidem, & propriè seipsa mobilem tradit esse omnem animam, velut videtur peritioribus interpretibus rationalem, sed ob hanc, & animal seipso mobile fieri, inquit, participans vestigio mutationis, qua dicitur ex seipso aliquid moueri. Et quod proprie velit aĩam seipsam mouere indicat, cum tradat eiusdem definitionem in Phedro, & adhuc apertius decimo legum, qñ dicit, cui vero anima nomen est, quæ nam eius sit ratio habemus ne aliam præter nunc dictam, qua dicitur esse anima substantia, seipsam posse mouere potens, quam substantiam omnes appellamus animam? Sed quod animal seipso mobile esse velit; quia anima seipsam mouere potest, indicauit in Phædro dicens: Omne. n. corpus, cui extrinsecus accidit moueri, inanimatũ est, sed cui interna adest motio, id animatum est, tanquam eadem sit natura animę mouentis seipsam, & quod eam participat, seipso mobile videtur faciens. quare signum animæ motionis ex seipsa fecit mentionem, qua animal seipsum mouet, & huius motionis causam dixit esse illam animæ. Dissensio ergo est, quatenus Plato qualemcunq; mutationem agendi, & patiendi motum esse fatetur. Et in Timæo, inquit, animam per se ipsam moueri. Et in decimo legum. Ducit porrò anima omnia, quæ cęlo, terra, & mari continentur suis motibus, quibus nomina sunt, voluntate, meditatione, consideratione, consilio, opinione recta, atq; inani, gaudio, mærore, fiducia, metu, odio, amore, & cæteris motionibus, quæ ignis cognatæ & prima sunt ad efficiendum. Verum Arist. solas naturales mutationes motus, cum censeat appellandos esse, putat animam agere, & non moueri. Et palam Primo de Anima naturales motus animæ functiones esse negat, qñ dicit, cum porrò dupliciter motio sit, aut per se, aut per accidens, nunc, inquit, de anima consideramus, num per se moueat, & motus sit particeps. Sed cum quatuor sint motus, latio, alteratio, incrementum, atq; diminutio, aut vno horum moueretur, aut pluribus, aut omnibus. Hos autem & Plato ab anima remouet, cum decimo legum enumerat nouem motus spẽs, ante motum animæ. Sed animæ assignat dictos motus ante. Et patet quod etiã Arist. hos motus animæ tribuit, & nouit à seipso tales motus ad ipsam ꝓficisci, verũ non appellat motus, sed actiones, & patibilitates. Etenim quod anima seipsam cognoscat, & perficiat omnino nouit Arist. qui tot de anima philosophatus est, sed vt semel corporibus distribuens motus destructiuum, sibi consentanea dicẽda esse censuit. proinde animam non existimauit seipsa mobilem, sed animal, tanquam palam sit in corpore motus, ſm moueri solum, quo & solum motum esse putat, & ponit ac collocat in eo quod mouetur motum: quare nunc non de re, sed de nomine est dissensio inter hos philosophos, vt etiam in pluribus alijs. Sed causam existimo esse, quia Arist. vbiq; vult consuetudinem nominum seruare, & ab his haurire argumenta, quæ sunt sensu manifesta. At Plato hæc negligit sæpe, & recurrit ad intellectuales contemplationes. Sed volens ostendere Arist. quo motu seipso mobile nunc accipiat, &

Plato quomodo animam dixerit per se mobilem, Arist. vero immobilem.

Primum mouens in omnibus, quæ mouentur est immobile.

Quatenus est id, quod ad se mobile non differre videatur Plato, & Aristot.

Motũ quidnã Plato appellet.

Seruat Aristoteles in oĩbus nominum consuetudinẽ, Plato verò in contemplatione excellit.

piat, & quod corporeum accipiat, quo anima non solum secundum se, sed etiam secundũ Platonem immobilis est, principium demonstrationis fecit, quod omne, quod mouetur, ex necessitate continuum est, & diuisibile in diuisibilia semper. Huiusmodi autem corpus est primo. quid ergo erit motu seipso mobile præterquam animal? Neq; enim corpus mouere potest, neque anima hoc moueri motu, sed corpus mouetur, & anima mouet, sed anima non mota mouet, quocirca nullum totum vult esse seipso mobile. Quod vero neq; quod mouetur hoc motu, mouere primo queat, neq; mouens moueri, absurdum palam subiunxit dicens. Nam vnum atq; idem ferret, & ferretur eadem latione, quod est vnum indiuiduum specie, & alteraretur, & alteraret: quare doceret simul & disceret, ac sanaret, & sanaretur eadẽ sanitate, quare potentia simul erit, & actu, & nondum simul ac iam esset secundum illud quod dicitur. Et reuera vnum aliquid & simplex existens, non erit seipso mobile. Etenim & anima omnes habens rationes alias in promptu habet agendi, & alias quiescendi, quæ potentia sunt in ea, cum fuerint actu mouet eas, quæ sunt potentia. Sed mouentur, & illæ. Et sic omnis seipsa mobilis dicitur. Et consonat, atq; assentitur his Platonicis sententijs Arist. Est.n. etiam apud ipsum animæ potentia mens, & alia actu, & quæ potentia est, fit actu, ab ea, quæ actu est, cum anima seipsam doceat, atq; à se discat, & quærat, & inueniat. Nam omnis disciplina intellectualis, vt ipse docet, ac quæstio & inuentio, ex antecedenti fit cognitione, quę est secundum mentem, quæ agit, & ob id forte secundum naturales motus definiẽs motionem, ex seipsa ad exempla defluxit. Quod doceret, disceret eadem indicis, quia est in anima, quod docet seipsam, & discit ea à seipsa, sed non velut vna existat, & simplex. quod quidem dicebat esse indiuiduum specie, sed velut ea, quæ diuisa est in id, quod actu, & potẽtia, propter quod etiam rationem deduxit ad absurdum hoc, quod vnum, & idem indiuiduum specie foret actu & potentia, & simul nondum esset, & iam esset. At si quis animam diuisam acciperet in id, quod est potentia, & quod est actu, non amplius erit absurdum idem esse potentia, & actu, cum à se fieri possit, & à se cognosci, & à se inueniri secundum Arist. sed non velut vna, & simplex, sed velut cõposita ex eo quod est potentia, & eo quod est actu, sed ipsam non censuit appellandam esse seipsa mobilem, quia motus solus in corporeis rebus spectatur. Nam hæc continua, & diuisibilia sunt primo in diuisibilia, & ob id etiam motus continuus, & diuiduus, & ob motum tẽpus. Sed quõ secundum definitionem motus ab eo positam dicentem esse actum eius quod est in potentia, quatenus in potẽtia, anima non mouetur, & seipsa mobilis est: siquidem ex seipsa ab eo, quod est potentia, in id, quod est actu procedat? Nisi ergo hæc definitio dicẽs actum eius, quod est potẽtia, quà in potentia est cõis sit omni mutationi animæ, & corporis, & omnino eius, quod pcedit ab eo, quod est potentia, ad id, quod est actu, sed motus definitio, & motus proprie est actus mobilis, quatenus mobile est: non ergo simpliciter omnem mutationem motum censet Aristo. appellandum esse, sed consuetũ in corporibus, & neq; omnem huiusmodi. Nam ortum, atq; interitum segregauit à motu, quia quod nondum existit, nullus diceret moueri, sed oportet aliquid esse id, quod mouetur actu & habere aliquid in potentia, qua dicitur operans moueri.

Simplex & vnum non est per se mobile. Insunt animæ aliæ rationes agendi, aliæ quiescendi, & potestates.

Quo pacto animam posse moueri senserit Arist. ex ipsa à se posita motus definitione.

CAPVT VI.

Q Voniam autem oportet motum semper esse, & non intermitti, necessarium est esse aliquid perpetuum, quod primum mouet, siue vnum sit, siue plura, & primum mouens immobile esse. Vnumquodque igitur immobilium quidem, mouentium autem perpetuum esse, nihil ad præsentem sermonem. Quod autem necessarium sit esse aliquid, quod semper immobile quidem ipsum sit omni extranea mutatione, & simpliciter & secundum accidens, motiuum autem alterius, manifestum est consideratibus sic.

Cum ostenderit primum mouens prorsus immobile esse, nunc ostendit, quod primum mouens oportet sempiternum esse, vt nullo modo subeat ortum, atq; interitum. Et primum argumentum de motu simpliciter commune, & breue, ac apertum adducit. Nam, quia oportet motum esse æternum, vt principio libri demonstrauimus, & motus est in eo, quod mouetur, vt Tertio libro didicimus: & omne, quod mouetur ab aliquo mouetur, vt demõstrauit etiam libro superiore, & hoc ipso, necesse est aliquid esse primum mouens sempiternum. Verum adiecit etiam immobile, non iterandi rationis causa, sed vt declaret, quod sit absolute immobile, vt neq; obnoxium sit ortui, atq; interitui, neq; motui per accidens, sed qm multa sunt immobilia, quæ mouent altera: nam huiusmodi sunt omnes animę animalium, quocirca animal seipso mobile constat ex corpore, quod mouetur, & anima, quæ est immobilis, sed mouet compositum. Sed vnumquodq; immobile modo moueat, an sempiternum sit, non ad præsentem sermonem attinet. Non.n. hoc nunc quæritur, an omnes animæ sunt immortales. Nam ipsæ sunt immobiles in his, quæ à seipsis mouentur, & mouẽt. Nam alterius tractationis est consideratio de anima. Sed neq; simpliciter sic, an omnia immobilia, & mouentia sempiterna sint, nunc proponit quęrere: sed pponit nunc quęrere, quod necesse est aut vnum aliquid esse, aut plura. Nondum.n. hoc determinatum est, quantum spectat ad præsentem occasionem, sed num semper immobile idem, & expers omnis mutationis, & per se, & per accidens, sed motiuum alterius. Sed nunc dixit, extra omnem mutationem, & non extra omnem motum, vt ortum & interitum comprehendat, & per accidens primo mouens immobile, inquit, & hac ratione differt à mouentibus immobilibus, quæ sunt in his, quę seipsis mouentur, quia illa per se immobilia sunt, & per accidens mouentur quia corpora, in quibus sunt, mouentur. Sed primum mouens, quando quidem omnino fuerit separatum à corporibus, non solum excedit motum per se, sed ab eo est alienum, sed ab eo, qui est per accidens.

Cõm. 51.

Primum mouens oportet esse æternum.

Primum mouens superius est omni mutatione.

Esto autem, si quis velit, in quibusdam contingere, vt sit aliquando & non sit sine generatione & corruptione. Fortassis.n. necessarium est, si quid impartibile, aliquando quidem est, aliquando autem non est, sine mutatione aliquando quidem esse, aliquando autem non esse, omne tale. Et principiorum immobilium quidem, motiuorum autem quædam aliquando quidem esse, aliquando autem non esse, contingat & hoc. sed nequaquam omnia quidem possibile est. manifestum enim est, quod causa quædam ijs, quæ ipsa seipsa mouent, inest, vt aliquando quidem sint, aliquando autem non sint. ipsum.n. ipsum seipsum mouens omne, necesse est magnitudinem habere, si nihil mouetur impartibile. id autem, quod mouet, nulla necessitate est ex dictis. Vt igitur alia quidem generentur, alia vero corrumpantur, & hoc sit continue, nulla causa est, immobilium quidem, non semper autem existentium. Neq; rursus eorum, quæ semper quidem hæc mouent, illorum autem alia. ipsius enim, quod semper est, & continui, neq; vnumquodq; ipsorum causa est, neq; omnia. nam sic se habere, perpetuum & ex necessitate est. omnia autem infinita, & non simul omnia sunt. Manifestum est igitur, quòd quamuis

Tex. 47.

quamuis decies millies aliqua principia immobilium quidem, mouentium autem, & multa eorum, quæ ipsa seipsa mouent corrumpantur, alia vero insuper generentur, et hoc quidem immobile existens, hoc mouet, alterum autem, hoc, at nihilo minus aliquid esse, quod continet. & hoc præter vnumquodq; esse id, quod est causa, vt alia quidem sint, alia vero non, & continuæ mutationis. & hoc quidem his, hæc

Tex. 48. *autem alijs causa motus sint. Si igitur perpetuus motus est, perpetuum erit & mouens primum, si vnum est, sin vero plura, plura perpetua.*

Com. 54.

Eorum quę semper mouētur est immobilis mutationis causa.

Quòd sit aliquod primum mouēs, non solum immobile, sed etiam sempiternum, rursus ostendit, statuens ac postulans, ꝙ in his, quæ sunt, collocatur motus æternus, ac mutatio. Et ꝙ oportet prius esse causam immutabilem mutationis eorum, quæ mutantur. Sed, cum sit instantia dicens, principia motus esse in his, quæ à seipsis mouentur, i. animæ in animalibus, & si non æternæ sint, satis tñ sunt ad principij rationem, cum sint Immobiles: non. n. ortu, atq; interitu, aut omnino mutatione aliquando sunt & aliqñ non sunt. Si. n. ob mutationem, aut motum hoc accideret, ipsis necessarium erat prius esse mouēs, quam ipsa. Sed, qm̄ non per motum, neq; omnino per mutationem, quia impartibiles sunt, sufficiant ad principij rationem, etiam non opus erit æterno principio. Hanc igitur instantiam statim principio soluit, cum concessisset aliquid esse, quod potest aliqñ non esse absq; ortu, & interitu, sed forte non contingere, immo necessarium esse, si quidpiam indiuisibile aliquando fuerit, & aliquando non sine mutatione, aliqñ esse, & aliquando non esse. Sed fieri queat, inquit, vt sint quædam principia mouēdi sine motu, & mutatione, quæ aliquando sint, & aliqñ non sint, non tamen sic se habebunt omnia principia, vt aliquando sint, & aliquando non. Nam oportet semper aliquid esse, quod sit causa hujus, quod aliquādo sint talia principia, quia illud aliquando esse, semper est in alijs, atq; alijs. Sed ipse adhuc euidentius ostendit, ꝙ etiam in mouentibus seipsa, si poneretur mouens in his aliqñ esse, & aliquando non esse, aliqua causa est æterna huius, ꝙ aliquando sit, & aliquando non sit. Nam & si ea, quæ mouent in ipsis, quæ mouentur à seipsis incorporea sint, & indiuisibilia sine ortu, & interitu, aliquando quidem erit, & aliquando non erit: sed siquidem omnino mouetur seipso mobile, necesse est, vt magnitudinem habeat: quocirca nihil impertibile mouetur, vt demonstrauimus, sed mouens nondum patet, si impertibile necesse est esse. Si ergo sunt in his, quæ à seipsis mouentur aliqua corpora, quæ interdum sunt, & interdum non sunt, hæc oportet vt ortu, atq; interitu aliquando sint, & aliqñ non sint. Sed omnis ortus, atq; interitus est causa: sed quod est horum ortus causa, erit etiā & mouentium in his causa, siquidem cum illis subsistant: non ergo suppetunt immobilia in his, quæ à seipsis mouentur ad rationem principij. Item, cur nonnulla fiant, & nonnulla intereant continue, cum alia fiant, & alia intereant causam ostēdit, neq; vnum immobilium, sed non semper existentium, vt inexistens subijcitur, neq; sic velut mouentium hæc, & alia horum. Nam eius, quod est semper, & continue non est vna causa, quam ipse dixit vnamquanq;. Si. n. hæc non sempiterna, & mutatio æterna, quando hæc non est, aut non erit, neq; mutatio, & non erit æterna, neq; continua, vel erit alia causa eiusdem. Siquidem hoc non existente fit. Sed, cum dixisset, ꝙ eius, quod est semper, & cōtinue, neq; vnumquodq; ipsorū, neq; omnia sunt causę: vnā non sempiternorū causam esse destruxit breuiter his verbis. {Nam sic se habere perpetuum, & necessariū est.}

Oportet aliquam causam esse æternam cur aliqua aliquādo sint, aliquādo non sint.

Nec unum, nec omnia eorum quæ æterna sunt possunt esse æterni motus.

Sed qūo necessarij, & sempiterni, non sempiternum causa esse potest, quod quidē quasi perspicuum inducere prætermisit. Quod vero neq; oēs tales possint esse causæ demōstrauit his verbis. {Omnia autem sunt infinita, & non simul cum sint omnia.} Nam sic sunt infinita, vt in infinitum facta: & ob id non simul oīa sunt. Qūo igitur queunt omnes causæ dici æternæ, & continuæ mutationis, quæ non semper omnes, neq; simul sint. Quę. n. nondum sunt, aut non amplius sunt, qūo causa erunt eius, qđ est? Quod vero neq; sic omnes, vt omnes eiusdem, & vnius, & aliæ alterius partis, velut huius quidem ac huius, & aliæ alterius, vt ea quæ nūc sunt eorum, quæ in præsentia extant, & ea, quæ teruntur eorum, quæ rursus mergunt procedendo demonstrabit. Sed posse ratiocinari sic, ex dictis opinor, ꝙ neq; vnum non sempiternorum, neq; omnes causæ continui, & sempiterni motus sunt. Nam cum accepisset, quod sic se haberet, s. causam esse continui, & æterni motus æternam necessario. Vel sicut Alexander, & Themistius scribunt æternam, & ex necessitate. Nam necesse est causam sempiterni semper esse. Huic propositioni affirmatiuæ addit negatiuam propositionem, dicentem, vnumquodq; generabile, & corruptibile, & huiusmodi omnia non sunt sempiterna: ex quibus deducit, ꝙ vnum generabile, & corruptibile, & omnia huiusmodi non sunt causæ continui & æterni motus: sed, quia vnumquodq; ortui, atq; interitui subditum non est æternum, & superfluum esset ostendere, ꝙ neq; omnia sint æterna, probat ex hoc, quia sunt infinita. & sic infinita in infinitum facta, & non simul omnia existentia. Nam quæ successione fiunt: quare neque omnia sunt æterna. Si enim essent æterna, simul essent omnia, & non quidem nunc alia, & iterum altera. Patet igitur, inquit, quòd & si millies, i. in infinitum talia principia immobilium, & mouētium, qualia sunt immobilia in his, quæ seipsis mobilia sunt, i. animalium animæ, & plura eorum, quę seipsa mouent. Nam cuncta, quæ sub Luna collocantur, fiunt, & intereunt, quę habent semper causam ortus, quę fit: & tñ est aliqua causa æterna præter vnamquanq; harum, quę quidem habet, & definit horum mutationes eisdem sese præbens incessabilis, quod quidem neq; vnaquæq; causa generabilis, & corruptibilis, neq; omnes simul possunt cōferre. Quod. n. deinceps est, neq; continuum, neq; ęternum est, sed ostendebatur motus æternus esse, atq; continuus. Cum igitur ostendisset, ꝙ neq; singulæ, neq; omnes simul causæ generabiles, & corruptibiles motus possunt esse causæ æterni motus, merito subiunxit manifestū esse, ꝙ est aliqua causa æterna ipsius motus æterni. Deinde addit, quod hæc æterna causa, vt motiua sint ea, quæ subijciuntur, non æterna esse, & moueant ac sint, & ea, quæ seipsis mobilia sunt, in quibus, vt talia motiua sint, causa illa est. Hęc autem seipsis mobilia sunt causæ vt alia moueantur, quæ mouentur quidem, quæ tamen non semper alia mouent. siquidem principium, & primum mouentium, & eorum, quæ mouentur, sit id, quod est seipso mobile. ne in infinitum abeamus, ante omne ab alio mobile ponentes aliud mobile ab altero. Potest etiam dici, ꝙ æternum motiuum est causa, cur semper mota moueantur continue, i. ea, quæ in orbem mouentur. Hæc autem sunt causæ eorum, quæ fiunt, & intereunt motus, & ortus. Sed forte melius & hoc intelligere de ipsis, quæ sunt mobilia in ipsis, quæ à seipsis mouentur, quia de his proxime erat sermo, tanquam conclusionem dictis omnibus inferat breuem quandam, & rectè connexam. Si enim, inquit, motus ęternus est, etiam causa mouens æterna erit, i. primum mouens. Sed, cum

Continui & æterni motus est æternum et necessarium,

iam

iam probauerit antecedens, videlicet motum esse æternum, audacter inducit sequens hoc, sempiternum esse mouens. Et si quidem vnum fuerit, quod semper mouetur, erit etiam vnum, quod mouet æternum: si vero plura fuerint, quæ mouentur, plura etiam erunt mouentia sempiterna. Vnum.n. secundum vnumquenq; motum.

Vnum autem magis quàm multa: & finita quam infinita oportet existimare. eisdem.n. accidentibus, semper finita magis accipere oportet. In ijs enim, quæ natura sunt, oportet finitum, & id quod melius est, si contingat, esse magis. Sufficiens autem est, etiam si vnum, quod cum primum immobilium perpetuum sit, erit alijs principium motus.

Cõm. 55. Consentaneum magis, inquit, est, vnum esse primum mouens, q̃ plura. Non.n. conducit, vt multorum sit dominatus: quod quidem ipse Duodecimo Metaphysices asseruit secutus Homerũ. Si vero plura fuerint, cõsentaneum magis est, vt finita sint, quam infinita existimare. Et causam adducit, cur his accidentibus finita magis sumenda sint. Et huius rursus causam affert, videlicet, cur oporteat in naturalibus, si contingeret finitum magis acciperet, q͂a melius est infinito, & vnum pluribus. Ponitur.n. ꝙ natura semper eorum, quę fieri queunt, primo optimum facit, & hac ratione primo huius tractationis præponendũ esse Empedoclem Anaxagoræ, ac Democrito censuit: quia ille statuit finita principia & elementa, illi vero infinita. Itẽ quia ille finitis omnia assignabat, quæcunq; illi per infinita tradiderunt. Hæc autem dicit, quia est ostensurus, ꝙ si multi sint motus continui finiti, & non infiniti, vnus tñ est stellarum inerrabilium, qui alios cõtinet. Et causarum motiuarum est vna, quæ excedit alias. Ad quæ nunc respiciens subiunxit, ꝙ sat erit, & vnum, quod primum immobilium æternum existit motus aliorum initium fore.

Id, quod est finitum præstãtius est eo, quod est infinitum: & vnum quam multa.

Tex. 49. *Manifestum autem est ex hoc, quòd necesse est esse aliquid vnum, & perpetuum primum mouens. Ostensum est enim, quòd necesse est semper motum esse. si vero semper, necesse est & continuum esse. etenim quod semper est continuum est. quod autem consequenter est, non est continuum. At vero, si continuus est, vnus est. vnus autem, si & ab vno mouente, & vnius sit, quod mouetur. si.n. quiddam aliud, & aliud mouebit, non continuus totus motus, sed consequenter erit.*

Cõm. 56. Cum ostẽdisset esse vnum primum mouens æternum in quolibet eorum, quæ assidue & sempiterne mouentur, & ꝙ consentaneum est, hoc vnum esse, idem altero argumẽto, quod per tria, aut per plura s̃m hypotheticum modum deducendi, sic ostẽdit. Si necesse est semper motum esse, necesse est, vt sit continuus: & si necesse est vt sit continuus, necesse est, vt sit vnus: ꝙ si necesse est semper, & continuum, & vnum esse motum, necesse est ab vno sempiterno moto, & mouẽte fieri. Si ergo necesse est semper esse motum, necesse est etiam, vt vnus & æternus sit primus motor. Sed ostensum est antecedens, igitur verum est etiam consequens. & ꝙ si semper sit, etiam continuus sit, demonstrauit per hoc, quia semper, & continuum est. Si.n. deficeret, non semper erit: si vero continuus, vnus erit. Si.n. plures, non continuus erit, sed deinceps. si ergo continuus, non plures, sed vnus. Quod verò non sic vnus, vt æternus componatur ex his, quæ deinceps fiunt, patet: siquidem motus, qui fit consequenter, possit etiam deficere. Non.n. necesse est, post primum motum statim esse, & fieri mouens post ipsum, nisi fuerit aliqua causa vna, & æterna necessariæ successionis mouentium, quod quidem nunc ratio introducit. quod si hoc non fuerit, contingit etiam deficere, & non statim, quia interit, primum mouens post ipsum est, sed illo deficiẽte, deficeret etiam motus. Sed hoc fieri non potest. Si autem fuerit continuus & vnus numero erit vnus. Sed vnus numero, vt ante ostensum est, vnius numero mouẽtis est, & vnius numero moti. Neq;.n. eorum, quæ mouentur, si plura fuerint, est vnus motus, sed deinceps: si ergo sic, neq; plurium mouentium erit vnus motus. Nam in successione mouentium fit quędam statio. Oportet.n. quiescere aliud, & aliud incipere, & sic continuatio scinditur, ac dissipatur. Adhuc autem nefas est, quia neq; quandam necessitatem habet, vt statim post primum mouens s̃m succedat. Non.n. si fuerint plura sempiterna ex successione mouebunt. Nã hęc egent quiete ab actione secundum continuationem, quæ dum agunt labore defatigantur. Equidem mortalia labore defatigantur. sed æternum non afficitur labore. Item vt moueantur postquam non mouerint, indigẽt mutatione, sed erant immobilia: nam erant prima. Sed his demõstrauit, ꝙ neq; omnia motiua non sempiterna, quales sunt causæ motus æterni, ex successione mouent. Item prius demonstrauit, ꝙ neq; omnia simul. Patet ergo etiam ex his, quæ nunc dicta sunt, ꝙ vniuscuiusq; motus continui, causa motiua est æterna, atq; vna. Sic etiam in metaphysica ex corporibus, quę mouentur in orbem, numerũ immobilium, & primo mouẽtium causarum conatus est inuenire. Sed ambigeret aliquis merito, vt existimo, qũo, quia demonstrauit principio, motum semper esse oportere, sequitur hoc, vt sit continuus. Nam quod est semper, inquit, est continuum, & quod est deinceps, non est continuum. At vero non velut continuus, sed velut deinceps semper motus esse superioribus rationibus ostensum fuit: siquidem semper ante primam positam mutationem, aliam demonstrauerit esse priorem, & post vltimã posteriorem aliam, sed tales motus deinceps, & consequẽter se habent, & non continui. Si ergo semper continuum, vt inquit, aliud est, & aliud, quod deinceps, concluditur in secunda figura categorice, ꝙ deinceps non est semper. Quod si motus, qui ostendebatur consequenter erat, sed non est ostentum per illam demonstrationẽ, ꝙ semper motus est, neq; ꝙ vnus: quare neq; quod vnum mouens demonstrabitur, vt nunc dixit, ex hoc ostensum est, ꝙ semper necesse est motum esse. Sic.n. ostẽsum est semper, vt deinceps, sed non vt continuum motuum esse. Dubitatio igitur talis erat. Sed forte dicendum, ꝙ principio huius libri ostensum est, ꝙ semper motum consequitur motus. Nam hoc manifestum erat in his, quæ sunt nobis proxima sub Luna, in quibus ante omnem motum necesse est alium prius esse, & post omnem alium subsistere. Sed reliquum sumptum fuerat ex suppositione, quia ante illum motum, qui deinceps est semper continuus, extat causa, vt ille deinceps nunquam deficiat. Quod igitur nunc dicitur, hoc est, quia si semper est necesse est cõtinuum esse. Hoc.n. quod semper est, continuum est. Quod autem consequenter est, non est continuum, indicat quod deinceps, & motus consequenter quatenus talis non est continuus, neq; quod semper ex necessitate sit. Quia ergo ostensum est, motum indeficientem esse illum, qui consequenter est in his, quæ sub Luna sunt, quia necesse est, vt sit quidam continuus, qui sic illum seruet. Nisi.n. sit continuus, & æternus motus cœlestis, nõ esset motus eorum, quæ sub Luna deinceps indeficiens & æternus. Quod verò ex hypothesi sumptum sit indeficientem motum continuum esse, causam, cur motus deinceps semper sit, processu verborum indicat, vbi ait: simul autem & hoc nunc, & prius positum est, ꝙ potest esse quidam motus cõtinuus & æternus, & id erit manifestum

Quod primũ mouẽs sit æternum tripliciter probatur hypothetice.

Quod est semper continuũ est.

Quod deinceps sequitur minime continuum est.

Motus est vnus numero.

Non plura æterna mouent.

Cuiusuis continui motus vna est æterna causa.

Si motus semper est, vt qui deinceps fiat, quo pacto id, quod semper est sit continuum.

Motus continuationem in sublunaribus, quæ p id fit, quod deinceps est à continuo & æterno cœlesti motu dependere.

nifestum eadem via & ratione: & ostendit, ꝙ solus motus circularis est talis aliorum motuum. Si ergo motus, qui sub Luna est deinceps indeficiens fuerit, necesse est, vt prior natura sit cōtinuus, vnus ac sempiternus causa eius, qui est deinceps: quod si fuerit vnus, & idem continuus ac æternus motus, necesse est & mouens eodem motu vnum esse, atque æternum. Merito ergo ex eo, quod principio ostensum est, videlicet, quia motus consequenter se habens semper est, inquit, ostensum esse, vt sit necesse subsistere motus continuus, & vnus semper, atq; mouens eodem motu vnum, & æternum: siquidem vnus motus ab vno mouente, & vno, quod mouetur, proficiscitur.

Tex. 50. *Ex his igitur crediderit aliquis esse quid primum immobile, & rursus, si respexerit ad principia mouentium. Esse igitur quædam entium, quæ aliquando quidem mouentur, aliquando vero quiescant, manifestum est. Et per hoc fuit manifestum, quòd neq; omnia mouentur, neq; omnia quiescunt, neq; alia quidem semper quiescunt, alia vero semper mouentur. Quæ nanq; ex illis ad ambo prona sunt, & quod potentiam habeant, vt aliquando quidem moueantur, aliquando vero quiescant demonstrauit. Quoniam autem huiuscemodi, omnibus sunt manifesta: volumus autem demonstrare & duorum vtrunq; naturam, quòd sunt aliqua quidem semper immobilia, alia autem quæ semper mouentur: procedentes autem ad hoc, cum etiam posuissemus, omne, quod mouetur, ab aliquo moueri: & hoc esse aut immobile, aut quod mouetur, & quod mouetur, aut à seipso, aut ab alio semper, processimus ad accipiendum, quòd eorum, quæ mouentur, est principium: eorum quidem, quæ mouentur, id, quod ipsum seipsum mouet, omnium autem id, quod immobile est. Videmus autem & manifestè esse eiusmodi, quæ mouent ipsa seipsa, vt animatorum & animalium genus. Hæc igitur & opinionem præbebant, ne forte contingat motum fieri, cum non esset omnino, propterea quòd nos in his videmus hoc contingere. immobilia enim, cum sint, aliquando mouentur rursus, vt videtur.*

Tex. 51. *Hoc autem oportet accipere, quòd secundum vnum motum ipsa mouent, & quòd secundum hunc non propriè. non.n.ex ipsis est causa, sed insunt alij motus naturales animalibus, secundum quos non mouentur per seipsa, vt augmentatio, diminutio, respiratio, quibus mouetur animalium vnumquodque, cum quiescit, & non mouetur secundum eum motum, qui est à seipso. Huius autem causa est, continens, & multa ingredientium. vt quorundam alimentum. nam dum concoquitur, dormiunt: dum autem disgregatur, excitatur et mouent seipsa, cum primum principium ab externo fit. Quapropter non semper mouentur continue à seipsis. aliud.n.est mouens ipsum, quod mouetur & mutatur ad vnumquodq; mouentium seipsa. In omnibus autem his mouetur primum mouens, & causa vt ipsum seipsum moueat à seipso. secundum accidens tamen. mutat enim locum corpus. quare & quod in corpore existit, & vectis protrusione, mouet seipsum.*

Com. 57. Cum multipliciter ostendisset aliquid esse primo immobile mouens, crediderit, inquit, aliquis hoc etiam respiciens ad principia mouentium, idest, ad animas in animalibus, & ipsa principia, quæ videntur principia motuū immobilia. Si.n. hæ non apparent esse omnis motus animalis principia: Neq;.n. accretionis, neq; diminutionis, neq; respirationis: quod si quidem sunt, solum motus ad locum, qui est secundum appetitionem, & inclinationem. animæ sunt causæ motuū, & neq; huius proprie sunt principia. Nam ostendetur externa principia huius, neq; immobilia quomodocunq; esse, sed per accidens mouentur, cum simul mouētur, cum suis corporibus. quo patet non esse principia proprie talis motus. Sed est quoddam aliud ante hæc. Series ergo dicti argumenti talis est. Sed, cum dixisset, ꝙ etiam quis ex prædictis crederet esse aliquid primum immobile, & rursus respiciens ad principia mouentium conuertit sermonem ad viam, qua inuentæ sunt causæ motuum. Principium autem omnino est, quod est manifestatiuum eius, quod est occultum, quia ergo non perspicuum est, quod aliqua eorum, quæ sunt, interdū quiescunt, interdum mouentur, vt animalia videntur, & naturalia corpora, cum ad propria meant loca, & in his quiescunt natura, sed idem ostenditur ex his, quæ mouentur præter naturam. Nam præter naturam motus exitus est, atq; egressus, qui fit à quiete ſm naturam violentia quadam. Et ob id, inquit, manifestum est, ꝙ neq; omnia, quæ sunt, semper mouentur, vt Heraclitus videbatur dicere: neq; omnia semper quiescunt, neq; alia semper quiescunt, & alia semper mouentur. Quædam.n. interdum mouentur, & interdum quiescunt. Nam confutauit hæc membra diuisionis. Et, cum sint quædam, quæ liquido interdum quiescunt, & interdum mouentur, & perspicuo sint, quæ rit omnino ratio, si media, quę vtroq; modo se habeant in his, quæ sunt, plane extiterint, an hæc extrema sint, quorum alia semper immobilia sunt, & alia semper mouentur: & procedēdo ad demonstrationem huius posuimus, omne, quod mouetur, ab aliquo moueri, quod quidem etiam libro superiore ostensum est: sed mouens, aut necesse est immobile esse, aut motum: & si mouetur, aut à seipso, aut ab alio, vt semper mouens etiam ab aliquo externo moueatur. Cum ergo hoc absurdum sit, ne in infinitum abeamus principia eorum, quæ mouentur, duo sunt proximum quidem seipsum mouēs, sed omnium immobile: & omne, quod seipso mobile est, mouens immobile esse apparet. Sed non solum ſm rationem inuentum est id, quod est seipso mobile, tanquam prius sit ex necessitate, quam mouētia & mota, ne in infinitum proficiscamur, sed etiam ex sensu compertum est, ꝙ sunt quædam eorum, quæ sunt mota, & quiescentia, quæ non extrinsecus mouens, & sistens habent, sed in ipsis sunt, vt animalia, & omnino quæcunq; habent animam. Etenim & plātæ interno principio aluntur, & augentur, ac diminuunt. Nam naturalia & si habeant in seipsis principium motus, non habent principium velut ad mouēdum, vt diximus prius, sed quo apta sint moueri. Nam diximus, ꝙ naturalia principium motus habent non mouendi, neq; faciendi, sed patiendi. Sed signum & coniecturam, cur existimanda sint animata à seipsis moueri, adducit, quia ex his dubitare possumus, nunquid motus sit generabilis, tanquam in his palam motus fiat, cum prius non esset. Nam videbantur immobilia aliqñ mutari ex seipsis ad motū. Contra quam dubitationem, quæ vocat in dubium, num motus sit ingenitus, occurrit principio libri ostendens, ꝙ non sunt animalia immobilia, postea quam non mouētur motu à seipsis. Hic autem motus est, qui fit progressiue ſm appetitionem. Sed differens tum de hoc sermonem, ac sustinēs dicturus de eodem explicatius, nunc persequitur alio ingressu ostendens, ꝙ quo motu se mouent animalia, non prius quiescentia incipiunt perfectè seipsa mouere, sed cū sit in ipsis motus quidam factus ab externis ab illo, ex illo mutatio eorum fit ad sui ipsius motionem. Vnus.n. motus est, vt etiam prius dixit, quo seipsa mouent animalia secundum locum progredientia, & neq; hoc proprie, & ex seipsis mouentur. Non.n. in ipsis est talis motus principium, sed quibusdam alijs motibus mouētur naturaliter, & non ex seipsis, vt cum augentur, & diminuuntur, & respirant,

Animæ non proprie sunt principia motus, cum sint quoq; principia extrinseca sint.

Quo pacto animalia moueāt seipsa.

Animalibus insunt quidā motus non naturales.

ſpirant,atq; ſomno quieſcunt,& expergiſcuntur:quorum motuum in ipſo non eſt idem ipſum animal cauſa abſolute,ſed corpus circulare,& reſpirationis aer continens,& cibus eſt cauſa incremēti,atq; ſomni,& vigiliæ.Nam concocto cibo,& digeſto, animalia accumbūt, & dormiunt, quia vapores exhalationeſq; ex cibo,quæ petūt ad caput, & ſenſiteria occupant,& grauitate humiditatis ſoporem, aut ſomnum efficiunt, & non permittunt animal ſ'm ſe agere,ſed iterum concoctione facta, eædem euaporationes ſubtiles atq; tenues fiunt,& ſemotis ſuperfluis animal expergiſcitur,& tum ſeipſum mouet à principio interno. Nam cauſa, cur excitetur à ſomno eſt ibi concoctio, atq; digeſtio,& exhalationum motus,qui non prouenit ex ipſo animali ſimpliciter ex cibo & naturali.ſed nō ex actione ſ'm inclinationem, & appetitionem. Sed q animalia egent cibo,& ſomno,& nequeant ſimul motu ſuo,& interno à ſe moueri dum dormiunt, cauſa eſt vt animalia nequeant ſeipſa mouere continue. Sed cum dixerit, cum principium primum extrinſecus ſit ſubiunxit: Aliud.n. eſt mouens ipſum,quod mouetur, & mutatur ad vnumquodq; mouentium ſeipſa,& aliud dicit eſſe corpus circulare.Nam hoc eſt illud,quod mouet extrinſecus accedentia,& mutat ſuo continuo motu ad vnumquodque,i.proprie vnicuiq; ſeipſo mobili ſub Luna. Mouet autem extrinſecus aduenientia motibus naturalibus, vt alteratione.Nam ab illo caleſiunt,& frigeſiunt,quæ adueniūt.Vel quadam alia peculiari mutatione propria mutata in ſeipſis mobilibus mouent ipſa,& ob id non continue animalia mouent ſeipſa,quia ſequuntur principia motiua extrinſecus aduenientia,& egent quiete,& ſomno.ſed quia animalia nō ſunt immobilia,poſſunt mouere ſeipſa,& huius motus, quo ex ſeipſo videntur moueri extrinſecus eſt prima cauſa,motum,& mutatum ad vnumquodq; ipſorum ab eo,quod ſemper eſt mobile,tollit ne fiat motus in animalibus,cum non prius exiſtat omnino.Cum ergo his dictis oſtēderit, q non eſt proprie principium motus in ipſis,quę à ſeipſis mouentur mouens, quia etiam hęc extrinſecus habent initium motus, oſtēdit deinceps,q neq; immobile proprie eſt mouens,quod eſt in ipſis mobilibus à ſeipſis.Nam in omnibus his mouens primum,i.anima,eſt cauſa,q moueat ſeipſum. Nam ob animam animal eſt ſeipſo mobile. Hoc igitur primo mouens mouetur à ſeipſo per medium corpus,ſed per accidens mouet ſeipſum tali motu. Mouens.n.corpus facit locum mutare à ſuo vecte, & mutat ſimul locum id, quod eſt in corpore: quare vecte ſeipſum mouere contingit,ſed per accidēs. Nam quia corpus mouet in quo eſt, ſed aſsimilauit motū ab anima in animalibus vecti,vel quia etiam anima habet extrinſecus cauſam mouendi corpus,vt etiam vectes cum ſint inſtrumenta primo mouentiū, vel quia vectes additi ſemper mouent propulſanda,& non ſeparati.Sic quoq; & anima,quę ſemper ſimul adeſt corpori mouet ipſum,vel magis quia talis motus eſt violētus, & non ſ'm naturam corpori. Nam alius eſt vnicuiuſq; motus elemētorum in corpore ſ'm naturam, vt motus terræ deorſum & ignis ſurſum:quocirca etiam defatigantur,cum mouentur à motu ab anima,& non poſſunt diu multumq; durare. Verum, qm̄ motibus naturalibus ſua petunt loca, non præmuntur labore. Cuius rei indiciū,vel illud maxime eſt,q vnumquodque ipſorum, cum fuerit propinquum proprio loco celerius mouet.Sed vecte mouere dixit ſeipſum non primarie,ſed per accidens. Nam primo corpus mouet vecte.

Reſpirationis, augmenti, ſomni, expergefactionis cauſa.

Motus corporis cur vecti aſsimilatur.

58 Tex. 60. *Ex quibus credi poteſt, quod ſi quid eſt immobilium quidem: mouentium autem, & ipſorum, quæ mouentur ſecundum accidens,impoſſibile eſt continuo motu mouere. Quare, ſi neceſſe eſt quidem continue eſſe motum, eſſe quid oportet primum mouens immobile, & non ſecundum accidens, ſi futurum eſt, vt diximus,in ijs, quæ ſunt, vt ſit inceſſabilis quidam & immortalis motus, & manere ens ipſum in ſeipſo & in eodem: principio enim manente,neceſſe & omne manere continuum exiſtens ad principium.*

Cum dixerit,q motiuum in his, quæ à ſeipſis mouentur immobile eſt per ſe, & per accidens, & idem mouetur vna cum corpore motum,concluſit,q ſiquid eſt immobile, & mouens ſe per accidens, q neq; per accidens poteſt continue motu mouere,rationē faciens in ipſis animalibus mortalibus,quæ cibo, & ſomno egent, & ob id nequeunt motu moueri continuo animalibus proprio, cum ſit ſecundum appetitionem ad locum. Si.n.ea, quæ mouentur corpora, non ſunt apta moueri continue,neq; mouens continue mouet,neq; ipſa corpora, neq; ſeipſum per accidēs,quia ſunt in corpore quod mouetur.Huic igitur,cum oſtenſum ſit,q quæ in his,quæ à ſeipſis mouentur,immobilia,ſed motiua,non mouent motu continuo, connectit aliud argumentum,oſtēdens oportere ante motiua,in his,quæ à ſeipſis mouentur,eſſe aliquid aliud motus magis proprie principium. Si.n.neceſſe eſt, vt ſit motus continuus,& motiua in his,quę à ſeipſis mouentur,nequeunt continuo motu mouere,cum ſint immobilia per ſe, ſed mota per accidens, oportet eſſe primum mouens, neq; per accidens motum. Nam hoc indicat illud per accidens immobile. Oportet igitur eſſe, inquit, talem cauſam: ſiquidem debeat fore,vt oſtēdimus, inceſſabilis,atq; immortalis motus in his,quæ ſunt. Continuus eſt.n.talis, cum ille,qui non eſt cōtinuus,interpollatione ſecetur.Sed per accidēs motum velut ex loco in locum mutatus. (De eo.n.ſermo eſt)non mouet continuo motu:qm̄,nec quod mouetūr ab ipſo aptum eſt vt continue moueatur. Et ſi maneat,inquit,quod eſt in ſeipſo,& in ipſo. Non.n.eſt aliquid præter id, quod eſt. Et quod eſt mundum appellat, quare in ipſo eſt & non mutat locum ex loco, neq; alius ex alio fit. Etenim forma ſubſtantiæ manet in ſeipſo, & qualitate motus.Quod.n.circulo mouetur,in eodem manens mouetur.Et ſic ſolum, inquit Alexā.mouens poteſt non per accidēs moueri,ſi motum à ſeipſo in eodem manens moueretur.Si.n.totum eſt in quo tale motiuum eſt, hoc autem in ipſo manet. Secundum partes.n.motus ineſt ei,quod mouetur circulariter,neq; ſi quod eſt in ſeipſo moueretur per accidēs adhuc à ſeipſo moueretur.is.n.motus, quo mouet corpus, non mutatione totius ſit in quo eſt, vt fiebant in ipſis animalibus mortalibus, quæ veluti mouebantur ab anima & loca mutabant alternatim.Non enim ſecundum aliquam partem eius,quod mouetur circulariter,dicemus motiuum eſſe.Cur.n.magis hęc,quam cum æque omnes ab ipſo moueantur? Quod ſi quis, inquit,occurreret,quomodo in toto igitur erunt? Dicens,vt qui dicit,ſtatuit in aliqua parte eius,quod mouetur,idem eſſe.Non.n.corpus eſt tanquam quendam locum occuparet definitum. Sed incorpoream, inquit, naturam quandam,& ſubſtantiam nihil mirum eſt ſimul eſſe in aliquo toto.Sed perpetuitatis eius, quod mouetur, cauſa eſt primum mouens. Hoc.n.indicat hoc. {principio enim manente, neceſſe, & omne manere continuum exiſtens ad principium.} Maneret autem principium, ſi non per accidens moueretur,neq; per ſe,& quod omne principium proprie eſt æternum. Si.n.ſolueretur principium, neque ipſum aliquando foret, neq; illud, quod ab eodem emanat,vt Plato inquit, {& omne continuū exiſtens ad principium.}

Cōm. 58.

Quæ immobilia ſunt, & ſe per accidēs mouent,non poſſunt continuo motu mouere.

In his, quæ per ſe mobilia ſunt, neceſſe ē eſſe aliquam magis propriam cauſam motus eius, quod mouet continuo motu mundum manet.

Mouet mundus in eodem & per ſpeciē ſubſtantiæ & p motum qualitatum.

Incorporea natura in aliquo toto eſſe poteſt.

Principium æternum eſt ex Platonis ſententia.

cipium, } idest proxime & sine medio motum ab æterno principio, necesse est, & ipsum manere æternum. Si.n.principium semper eodem modo mouet, fieri nequit, quin etiam id, quod proxime mouetur æternum sit. Quod si hoc interiret, neq; esset amplius principium illud, neque semper mouens. Principium.n.semper est cum eo, cuius est principiū, & mouēs, cum eo, quod mouetur. Sed non sigillatim nunc dicit de primo cœlo, quod proxime mouetur ab eo quod sit æternum. Hoc enim in sequentibus ostendet, sed communiter, quod vniuersum, & mundus erit sic æternus inter omnia, quæ in ipso mouentur, ab illo principium habens motus,

Non est autem idem moueri secundum accidens à seipso, & ab alio. Moueri enim ab alio, & eorum, quæ sunt in cælo, quibusdam principijs inest, quæ secundum plures feruntur lationes, alterum autem corruptibilibus solum.

Cōm. 59. Cum dixisset ipse, ꝙ immobilia, & mouentia per se, & per accidens non possunt mouere motu continuo, illico dubitandum erat, quō cœli, cum sint animalia, seipsis mobiles sint, & habeant mouens immobile per se, & non per accidens seipsum mouēns, sed motum ab alio per accidens. Non orbes planetarum mouentur à sphæra inerrabilium eodem motu, & tamen circunducuntur motu continuo. Hanc igitur dubitationem soluens dicit, non esse idem moueri per accidēs à seipso, & moueri ab alio à seipso moueri, & ab alio per accidens. Nam ab altero moueri cōpetit etiam sphæris erraticis, quæ proprio motu mouentur circa suos cardines & polos, & alio motu sphæræ inerrabilis circa polos illius, cum proprij cardines earum moueantur. Et possunt continuo motu moueri ab ipsa sphæra continue mota, & mouente inerrabili. Nam à seipsis non mouentur per accidens, quia mouens in vniuerso est, sed vniuersum non mouetur. Nam secundum partes mouentur, quæ circulo aguntur, & non ſm tota. Sed illud: videlicet per accidens moueri à seipsis competit solis corruptibilibus. Nam illud {solum} pro solis dixit. Et Alexander tradit animas orbium, qui circunferuntur, circunduci per accidens, verum non à seipsis, sed à mouente corpora ipsorum, quia in his sunt, quæ non mouentur ad ipsa, ad quæ mouentur ab ipsis immobilibus in eis. Sed prima, inquit, causa motiua sphæræ inerrabilis, neq; à seipsa, neq; ab alia moueretur per accidens, quia sphæra inerrabilis vno circumtorquetur motu, & eo motu, qui fit supra polos manentes, atq; immobiles eiusdem, aut quia neq; forma est principiū talis corporis motu, sed quædam substantia separata. Hæc igitur Alexan. tradit, qui cæteras alias animas à corporibus inseparabiles putat. Verum hoc alias disputandum est, atq; inquirendum. Cæterum scitu dignum est, nisi Arist. aliud per accidens putet præcedere idem considerans in animalibus mortalibus, sed aliud est ab altero, quod competit sphæris erraticis. Nam secūdum accidens non potest esse æternum, quia est ipsius per se defectus, aut vna subsistit, quia per se subsistit, & est ipsius præcedentis degeneratio, atq; defectio, sed nulla talis natura est æterna, sed illud, quod est ab altero etiam habere rationem præcedentis potest. Et ob id Aristo. dixit, ꝙ non est idem moueri per accidens à seipso, & ab altero moueri, qui non putat, vt opinor, subintelligendum per accidens pro ipso, ab altero.

Sphæra erratica ab alio mouetur.

Per accidens moueri his tantum conuenit quæ interire possunt.

Animæ quæ sunt in erraticis sphæris, ut Alex. mouentur ab anima mouente per accidens earū corpora per accidens.

Tex. 53. *At verò, si aliquid est semper huiusmodi, mouens quidem, immobile autem ipsum sit & perpetuum, necesse est ipsum primum, quod ab hoc mouetur, perpetuum esse. Est autem hoc manifestum quidem, & ex eo, quod non aliter esset generatio & corruptio, & mutatio in alijs, nisi aliquid moueat id, quod mouetur. Immobile.n.eodem & vno motu semper mouebit eodem modo, tanquam nihil ipsum mutetur ad id, quod mouetur. Quod autem mouetur ab eo quidem, quod mouetur: ab immobili autem mouetur iam, propterea quòd aliter, ac aliter se habet ad res ipsas, non eiusdem motus erit causa. sed propterea quòd in contrarijs est locis, aut speciebus: contraria præstabit vt moueatur vnumquodq; aliorum, & aliquando quidem quiescat, aliquando autem moueatur.*

Cum primum probasset motum semper esse, neq; ipsum ortum habere, adeo vt prius non fuerit, vt Eudemus addit, neq; interiturum sic, vt prorsus aliqñ non sit: deinde, cum ostendisset, ꝙ primo mouens secundum vnumquemq; motum, vt Eudemus adiecit, oportere immobile esse per se, & per accidens, & causam esse æternam, vt æterni motus: inquit, necesse esse, vt ꝙ primo mouetur ab ipso immobili æternoq; motiuo, etiam idipsum sit æternum. Simul.n.sunt mouens, vt mouens, & id, quod mouetur, vt mouetur. Sed ipse aliam demonstrationem huius adiecit. Nam, cum accipiat, vt concessum ortum esse, atq; interitum in his rebus, quæ sunt, tale deductum deducit. Si est aliquod æternum, quod mouetur, & mouet, non erit semper ortus, & interitus: sed hæc sunt: igitur est aliquod, quod mouetur æternum, & quod mouet. Et assumptionem, vt dixi, dicentem, quod est semper ortus, atq; interitus, vt concessum posuit. Non.n.esset ortus ortus. Sed connexum sic ostendit. Quod fit, & interit, omnino eget mouente: igitur tale mouens, aut omnino mouetur, aut immobile est. sed immutabile quando immobile est eodem modo mouebit semper, vt solum vel fiat, aut intereat: sed quod mouetur ab immobili, quia est in locis contrarijs, & aliquando appropinquatur, & aliquando distat id, quod vim gignendi habet, vt dicitur libro de ortu, ac interitu rerum, non est eius motus causa, sed contrarie quod mouetur vnumquodq; aliorum præstabit, & idem aliquando quiescit, & aliquando mouetur. Verum igitur est, ꝙ si non est aliquid, quod mouebit motū, non erit ortus semper & interitus. & patet, ꝙ etiam æternum est, quod hisce mouet motibus, & ipsum quod mouetur. Si enim semper sunt ipsi motus, semper oportet mouens eisdē esse. Quod si non æternæ essent motuum causæ, sed orirentur, atque interirent, iterum quædam alia causa horum ortus, atque interitus quæreretur. Et illa rursus immobilia non essent. Quod si mouetur, aut semper & æternum erit, aut generabile, & corruptibile, & rursus eadem quæstio. Semper enim eius, quod est in ortu, quod debet habere causam seipsum mobilem, nisi fiat processus in infinitum, erit aliquod primum seipso mobile æternum à primo mouente immobili, & æterno motum continue. Sic.n.motus continuus, & æternus, & ortus atq; interitus, & mutatio vicissitudinaria corporum erit incessabilis. Sed, cum dixisset, quod mouetur ab immobili, adiecit: Aut quod mouetur iam, quia sphæra inerrabilis mouetur ab ipso proxime immobili, & ab ipsa sphæra inerrabili mota iam cæteri planetarum orbes circunducuntur. Sed dicit in contrarijs locis, aut formis, quia interdū Sol vicinior nobis fit, & alia astra interdum vero distant. Idq; obliquitate Zodiaci. similiter disponuntur ad Austrum, & aliqñ altiores fiunt, & aliquando deprimuntur. Sed in contrarijs speciebus dixit, quia suis differentibus positionibus contrariarum formarum, & specierū harum ac talium sunt productiua ipsa astra. Sed forte aliquis diceret Arist. ea, quæ in Phædro Platonis dicta sunt, hic commemoret, quando ille dixit omnis anima prouidet inanimato, & omne cœlum circuit, quæ

Cōm. 60. Illud, quod ab immobili et æterno mouetur, æternum est.

Zodiaci obliquitas.

Quæ dicta Platonis in Phædro.

cuit,quę alias species producit.Nam ad cõtemplationem ibi specierum differentium & motus ipsarum fiunt differentes,& differentia hic à motibus euenit.

Manifestum igitur factum est ex dictis, & quod in principio dubitabamus, cur nam non omnia aut mouentur, aut quiescunt, aut alia quidem mouentur semper, alia vero semper quiescunt, sed quędam aliquando quidem sic, aliquando autem non. Huius.n.causa manifesta nũc est, quòd alia quidem ab immobili sempiterno mouentur, quapropter semper mutantur: Alia vero ab eo, quod mouetur & mutat. Quare, & ipsa necessarium est mutari. Immobile autem, vt dictum est, tanquam simpliciter, & eodem modo, & in eodem permaneat, secundum vnum et simplicem mouebit motum.

Cõm. 61. *Quam ob causam alia sint immobilia, alia uero mobilia semper, alia uero aliquando moueãtur, aliquando quiescant.*

Cum dixisset causam, cur aliqua fiant, atq; intereant, & interdum moueantur, & interdum quiescant, hanc esse, videlicet, differentem, ac variam habitudinẽ motuum cęlestium, ad ipsa nos in memoriam inducit, quod ex his, quæ nunc dicuntur, solutum est id, ꝙ ante dubitabatur. Quando.n.soluebat rationes, quæ videbantur probare, ꝙ motus sit, cum prius non esset, dixit dubitandum esse ab his, qui statuunt motum oriri, qua de causa non omnia moueantur semper, aut quiescant semper, aut aliqua semper moueantur, & aliqua semper quiescant, sed sunt in mundo & ea, quę aliqñ mouentur, & aliqñ quiescunt. Sed huius, inquit, causa nunc fit manifesta. Nam quia quędam mouentur à causa immobili æterna, necesse est, vt hæc semper moueantur, & quæ ab eo, quod mouetur, & mutatur semper, necesse etiam hæc semper mutari. Sed immobile, vt diximus, quia semper eodem modo se habet, quod mouet vno continuo, & æterno motu quare merito, quædam sunt semper immobilia, quæ primo & ꝓprie mouent, & ea sunt similiter semper mota & æterna, quæcunq; proxime mouentur ab ipsis immobilibus, & quædam fiunt & intereunt. & aliquando mouentur, & aliqñ quiescunt, quæcunq; mouentur ab his, quæ semper mouentur habentia aliam, & aliam habitudinem.

CAPVT VII.

Tex. 54. *At vero & alio facto principio, magis erit de his manifestum. considerandum.n est, vtrum aliquem motum contingat esse continuum, an non. & si contingit, quis est hic, & quis primus est motuum. Manifestum.n. est, quòd si necessarium quidem est semper motum esse. primus autem hic & continuus est, quòd primum mouens mouet secundum hunc motum, quem necessarium est vnum & eundem esse, & continuum & primum.*

Cõm. 62. *Quis nam ex motibus æternus sit & cõtinuus.*

Cum ostenderit, ꝙ concesso motu æterno, necesse est etiam vt primum mouens æternum sit, & id, quod primo mouetur: deinde ostendit qualis motus æternus, & continuus esse possit. Nam patet, mouens hoc æterno, & continuo motu mouere, & æterno motu quod mouetur mouebitur. vnde consentaneum est, vt primus motuum post alios sit æternus, & continuus. Quærit ergo quis sit primus motuum. Et cum diuisisset species motus, ostendit, ꝙ motus secundum locum primus motuum est, ſ m omnes significationes primi. & ꝙ motus circularis est primus omnium motuum ad locũ, qui solus potest esse æternus, & continuus, quare quod primo mouetur erit corpus circulare: & primum mouens æternum, cum sit hoc, proxime mouebit. Simul ergo ostenditur cum hoc, circulare corpus primo, & semper motum esse primo motũ, & primum mouens æternum esse: quocirca, inquit, rursus sum pto alio principio hoc fieri manifestum, cum simul appareat cum hoc primo, & semper motum corpus circulare esse. Sed initium considerationis, inquit, esse, vtrum possit esse motus continuus, aut non: & si queat esse, quis sit illeshic autem est etiam primus motuum. Sed illud, si potest esse continuus motus sustinet nunc, & differt paulo post indagaturũs. Sed nunc, qualis sit primus motuum, ostendit, cum quo simul ostẽditur, & qualis sit continuus. Nam continuus primus est non continuorum. Etenim æternus est primus non æternorum. Sed seriatim explicans problemata: nam prima quæstio est de eo, quo, sit ne res, nec ne, inquiritur, sed quid res sit, deinceps ostendit ad quid sit vtile sibi. Sic demonstrat ergo, quis sit motus primus, & continuus virtute sic syllogismum conficiens: Si necessarium est motum semper esse, quod ostensum est, hic autem æternus, & continuus est ac primus: nam primus ęternus & continuus est eorum, qui non sunt tales. si ergo ostendero quis sit iste, patet, ꝙ primum mouens hoc mouet motu ꝓxime, & cognate, qui solus aliorum vnus est, & idem est continuus & primus, quia ab vno primo continuo mouente fit.

Tribus autem existentibus motibus, alio quidem secundum magnitudinem, & alio secundum affectionem, & alia secundum locum, quem vocamus lationem: hunc necessarium est esse primum. impoßibile.n.est augmentationem esse, alteratione non præexistente. quod.n. augmentatur, potest quidem esse vt simili augeatur, potest autem esse vt dissimili. contrarium.n. alimentum dicitur esse contrario. Adiungitur autem, omne factum simile simili. Necesse igitur est, alterationem esse eam, quæ in contrarium est mutationem. At vero, si alteratur, oportebit esse alterans, et agens ex potẽtia calido actu calidum. Manifestum est igitur, quòd mouens non similiter se habet, sed aliqñ quidem propinquius est, aliqñ autem longius ab eo, quod alteratur, est. Hęc autem sine latione non cõtingit esse. Si ergo necesse est semper motũ esse, necesse est, & lationem esse semper primam motuum. et si lationis alia quidem prior, alia uero posterior est, primam. Tex. 55.

Cõm. 63.

Cum sint motus tres species, altera in magnitudine, id est secundum incrementum, & decrementum: & altera secundum affectionem, i. alterationem: hęc enim, vt ostensum est, fit secundum patibiles qualitates: & tertia id locum, quam appellamus lationem: hanc solum argumentis osidet pluribus esse primum aliorum motuum. Et primum argumentorũ ostendit neq; accretionẽ fieri posse, siue alteratione neq; alterationẽ sine latione, vt primo sit natura latio, ꝙ cæteri alij motus. Sine hac nullus aliorũ superest: quare latio est prima natura aliorũ motuum: quãquidẽ ipsa sine alijs esse possit, vt ostendet. Patet inquam, ꝙ hac sublata cæteri motus euelluntur: sed aliis demptis, nequaquam illa tollitur. Et quæ huiusmodi se habent prima natura dici solent. Sed qđ alteratio prior sit auctione ostendit, qa quod augetur, ab ipso cibo augetur, sed, cum cibus esset principio dissimilis ei, quod nutritur & aliqũo cõtrarius: quocirca, & cibus alimentumq́; dr̃ contrarium esse contrario: sed vbi mutatũ fuerit, & assimilatum ei, qđ nutritur, addit & nutrit, atq; auget ipsum. igitur opus est mutatione, & alteratione. Nam mutatio, quæ est ad contraria ſ m qualitatem, necesse est, vt sit alteratio. Sed magis physice dicit nunc de accretione, cum dicat, additionem augere quod augetur, ꝙ in prædicamentis dixit quadratum augeri circũposito gnomone. Quod verò nihil possit alterari nisi sit latio: siquidẽ quod alterat ab aliquo alterante, & mutante ipsum ex potentia ad actũ alteretur, & quod mutat ipsum, & alterat, patet qđ non similiter se habet ad idem positione nunc, qñ mutat ipsum, & prius, qñ nondum mutauit. Si.n. similiter se haberet, cur etiam

Motus localis primus est omnium aliorum motuum.

Non contingit motũ augmenti fieri absq; alteratione, neq; alteratione absq; latione.

tum non mutabat,& aliud mutabatur: oportet igitur motum localem fieri aut amborum, videlicet alterantis, & alterati, vel omnino alterius ab ipſis, vt alterum alteretur, & alterum alteret. Etenim cibus quoq; non augeret,& alteraretur, ſi in eodem perſeueraret loco, ſed immiſſo ille alteratur,& id, quod eſt in nobis concoquens & digerens alterauit. Nam opus eſt latione, ſi debet perfici alteratio. Et concludẽs rationem, inquit, ſi ergo neceſſe eſt ſemper motum eſſe, neceſſe etiam eſt ſemper eſſe motũ primum ipſam lationem. Nam primus natura erit magis æternus, quàm ceteri alij: ſi vero etiam lationis alia ſit prima, & alia poſterior: oſtendetur autem, ꝙ circulatio erit prima motuum in rectum,& ita erit prima cæterorum aliorum ſecundum naturam: ſiquidem in genere lationis prima ſit circulatio,& aliorum latio.

Motus circularis eſt primus omnium motuum.

Amplius autem, omnium affectionum principium eſt denſatio & rarefactio. Etenim graue & leue, & molle & durum, & calidum & frigidum denſitates videntur eſſe & raritates quædam. Denſatio autem, & rarefactio, congregatio & diſgregatio, ſecundum quas generatio & corruptio ſubſtantiarum eſſe dicitur: quæ autem congregantur & diſgregantur, neceſſe eſt & ſecundum locum mutari. Quin etiam & eius, quod augmentatur & diminuitur, mutatur ſecundum locum magnitudo.

Cõm. 64.

Latio prior eſt mutatione, quæ per generationem & interitum fit.

Hoc eſt ſecundum argumentum, oſtendẽs, ꝙ latio eſt priùs quàm alterationes,& accretiones, ac diminutiones, & non ſolum quàm hi motus, ſed etiam quàm ſit ortus, atq; interitus. Et ꝙ ſit prior alterationibus, hunc in modum probat. Principium affectionum, i. mutationum ſecundum alterationem, rarefactio,& condẽſatio ſunt. Sed rarefactio, atq; denſatio ſunt congregatio, & ſegregatio: denſatio quidem eſt congregatio, & rarefactio diſgregatio.& eorũ, quæ congregantur,& diſgregantur ſecundum locum eſt mutatio. Principium igitur mutationum ſecundum alterationem eſt mutatio ſm locum. Et quod omnium affectionum principium ſit denſatio, atq; rarefactio oſtẽdit in vnaquaq; ſpecie qualitatis. Graue enim, inquit, & leue, atq; molle & durum, calidum atq; frigidum, denſitates,& raritates quędam eſſe videntur. Graue, inquam, durum,& frigidum denſitates ſunt,& contraria his raritates. Sed ſic erit album,& dulce ſub raritate, quia & hæc videntur ſimiliter, vt calidũ, eſſe digregatiua ſenſibilium per ſe,& oppoſita his denſitates. Quod verò denſatio, & rarefactio ſint congregatio & ſegregatio cum ſint nomina diuerſa in eadem re, patet. Verum, cum dixiſſet denſationem & rarefactionem congregationem eſſe, ac ſegregationem adiecit, de quibus ortus, atq; interitus dicitur, vt de ſubſtantijs oſtendẽs, ꝙ non ſolum alterationem,& accretionem, ſed etiam ortum atq; interitum mutatio ad locum præcedit. Siue.n. congregatio,& ſegregatio ſint ortus, atq; interitus, vt Democrito placuit atq; Anaxagoræ, & Empedocli,& his quicunque ſtatuunt prima corpora impatibilia,& ex his perfecte alia fieri dicunt, aut quicunque ſtatuunt elementa, vt Anaximander intermedium, quod rarum ac denſum affirmat, per ſe eſt verum quæſitum: ſiue etiam ortus ſit, & interitus ſecundum alterationem, & ſic perficietur ortus, atq; interitus ſecundum congregationem,& ſegregationem: ſiquidem omnis alterationis motum anteeãt, vt ita dicam, congregatio, & ſegregatio. Sed, cum dixiſſet, de quibus ortus, atq; interitus dicitur, adiecit, de ſubſtantijs. Nam hę proprie ſunt ortui, atq; interitui ſubditę,& tamen de his ſecundum qualitatem, etiam magnitudo dicta eſt, quia per congregationem, & ſegregationem illæ. Cum oſtendiſſet etiam per congregationem,& ſegregationem, quod etiam ortu, atque interitu prior eſt mutatio ſecundum locum, oſtẽdit, ꝙ etiam magnitudo eorum, quæ augentur,& diminuuntur, mutatur ſecundum locum, & non ſolum quod augetur, & diminuitur mutat locum, cum id, quod augetur, maiorem locum occupat,& id, quod diminuitur, minorem, ſed etiam cibus, à quo augetur id, quod augetur, neceſſe eſt, vt mutetur ſecundum locum, vt ſimul cum illo, quod alitur & augetur cibus moueatur. Et rurſus, ſi fieret diminutio, oportet aliquid ſeparari ab eo, quod diminuitur. Sed ſcitu dignum eſt, ne forte ſm viam,& rationem, quæ ſuſcipitur à congregatione, & diſgregatione,& ab eo, quod augetur, & diminuitur præcedere mutationem ad locum oſtendatur. Etenim horum magnitudinis mutatio eſt ſecundum locum, cum augeatur aliquid cibo congregato in ipſo, atq; addito, & diminuatur, cum ſubſtantia ſegregetur ab ipſo aliqua. Et hic Ariſt. videtur ſuo præceptori, aut magiſtro aſſentiri. Etenim Plato decimo dialogo de legibus primum omnium motuum dicit eſſe motum ſecundum locum,& ob hunc ſubſiſtere congregationem,& ſegregationem, à quibus etiam incremẽtum & diminutio. Nam, inquit, cum ſingula ſemper inuicem ſibi occurrerint, ſi renitentibus atq; ſtantibus ſcinduntur, ſin vero contra latis vnum facta, tam hæc quam ipſorum intermedia congregantur, quæ vbi congregata fuerint augentur,& diſiuncta minuũtur. Vnde, inquit, ex accretione prodire ortum,& ex diminutione interitum.

Magnitudo eorum quæ augentur & minuuntur per locum mutatur.

Latio quòd prior ſit augmento, & diminutione, per concretionẽ & diſgregationẽ probatur.

Motum per locum primũ eſſe omnium motuum, dicit Plato decimo de Legibus.

Amplius & hinc conſiderantibus, erit manifeſtum, quòd latio prima eſt. Primum enim vt & in alijs, ſic & in motu dicetur vtique multifariam. Dicitur enim prius, & quo non exiſtente non erunt alia, illud vero ſine reliquis. Et quod tempore. Et quod ſubſtantia. Tex. 56.

Cõm. 65.

Cum iam cœpiſſet alia argumenta afferre, oſtendẽs, ꝙ primus motuum eſt latio, facit diuiſionẽ ſignificatorum Prioris. quod, cum à principio prætermiſiſſet, nũc ſuppleuit,& omnibus modis, quibus aliquid dicitur prius proprie, oſtendit lationem eſſe primum omnium motuum. Sed hic tres modos prioris expoſuit. Dicitur.n. prius aliquid natura, quo non exiſtẽte non erunt alia, ſed illud ſine alijs. Item fertur eſſe prius tempore, vt annus elapſus pręſente prior eſt. Item prius ſm ſubſtantiam, quod quidem eſt perfectius. Nam hoc imperfecto prius eſt perfectum. Sed tale eſt, poſtquam propriam ſubſtantiam attigerit. Diceretur autem, inquit Alex. prior motus proprijs ſecundum ſubſtantiam, qui non attingit ſubſtãtiam eius, quod mouetur, neq; alicuius, quod competat ei, ſed omnino fit ſimilis ei, ipſo permanẽte, tum manſio eſt ſm locum. De his ergo ſignificationibus prioris mentionem fecit. Sed in prædicamentis, vltra id, quod eſt prius ſecundum naturam,& id, quod eſt ſm tempus, poſuit alias ſignificationes prioris. Etenim aut eſſe ordine prius, aut poſitione dixit ibi,& adhuc id, quod eſt honorabilius,& id, quod eſt in his, quę conuertuntur mutuo inferendo ſeſe, vbi cauſa eſt alteri quomodocunq; vt ſit, vt pater eſt cã filij,& omnino cauſa effectu prior. Sed Quinto Metaph. plures ponit modos prioris, & poſterioris. Nam alius eſt, quo aliquid dicitur propinquius principio in vnoquoq; genere, aut natura, aut ad aliquid definito,& tale dicitur prius,& quod procul eſt, poſterius, vt ſecundum locum, quia eſt prope aliquem locum, vel natura determinatum, vt medium, aut vltimum, vel ad quodquis. Sed ſecundum tẽpus ad nunc cõparatum, vt de pręterito prius eſt, quod eſt remotius ab ipſo nunc, vt Troiana priora ſunt Medorũ bellis,& de futuro, quod eſt propinquius ipſi nunc, eſt prius,

Prius tribus dicitur modis.

In prædicamentis enumerat Ariſt. varia prioris ſignificata, & in quinto Metaphy.

vt dies crastina prior est sequenti. Vnde hic vtitur ipso nunc, velut principio, & primo. Tertiam significationem dicit eam secundum motum, vt puer est viro prior, quia est propinquior primo mouente. Nam & hoc est quoddam principium simpliciter. Quarta autem est ſm potentiam, & vim. Quod.n. est principium vi, ac virtute prius, & potentius est. Tale autem est, quod necesse est sequi secundum electionem posterius, & prælectio principium. Quinta autem est secundum ordinem. Hæc autem sunt quæcunq; ad aliquid vnum determinatum distiterint ſm rationem, vt præsultori proximus est prior eo, qui tertio stat loco: & quæ vicina chorda est tono acuto, prior est ea, quæ talem sonum reddit. Principium autem & hic vbi est caput, & supremo loco collocatum, & vbi est medium. Sexta est, qua primum aliquid dicitur cognitione, & alio modo dicitur secundum rationem, & aliter secundum sensum, vt vniuersale & singularia, & ſm rationem accidens est prius toto, vt musicum homine musico. Non.n. erit tota oratio sine partibus. Septima significatione dicantur affectiones priorum priores, vt rectitudo lenitate. Nam lineæ per se affectio est vna, & altera superficiei. Octaua significatione priora sunt ea, quæ sunt substantia, & hæc priora natura dicuntur, quę possunt esse sine alijs, sed alia non sine illis. Hac diuisione Plato, inquit, vsus est. Nona verò subiectũ dicitur prius eo, quod est in subiecto, quocirca substantia prior est. Decima & dupliciter, aut secundum potentiam, aut ſm actum. vt secundum potentiam medietas toto prior, & pars toto, & materia prior substantia, & ſm actum posterior: Nam dissoluto hoc secundum actum erunt hæc. Talem igitur in Metaphy. prioris, & posterioris diuisionem perfectiorem tradidit. Sed hic quęrens prius, & posterius de motu, quæcunq; conferunt ei significata accepit. Nam illud secundum positionem, si quidem omnino erit in motu, secundum tempus acciperetur. Nisi forte priorum corporum secundum positionem prior, & ipse diceretur positione. Sed contra illud instandum est, ꝙ in Metaphysica copulauit prius secundum naturam, & prius secundum substantiam. Sed hic diuisit.

Quare, qm̃ motum quidem necessarium est esse continue, erit autem continue, aut qui continuus est, aut qui consequenter: magis autem qui continuus est, & melius est continuum, quàm consequenter esse: quod autem melius est, semper arbitramur in natura esse, si possibile est, possibile autem est continuum esse: demonstrabitur aũt posterius, nunc aũt hoc supponatur, et hunc nullum posse esse nisi lationem, necesse est itaque lationem esse primam. Nulla.n. necessitas est, quod vel augmentetur, aut alteretur id, quod fertur: neq; vt generetur aut corrumpatur. Horum autem nullum esse contingit, si continuus non sit, secundum quem mouet primũ mouens.

Cõm. 66. Latio primus est motus secundum naturam.

Cum proposuisset ostendere lationẽ esse primum omnium motuum, secundum omnes significationes prioris ostendit primum, ꝙ sit primus secundum naturam, prius assumens necessarium esse, vt sit motus. Nam hoc significant hæc verba contextus, {esse continue:} sed ostensum est, ꝙ motus est ingenitus. Et, cum manifestum habeat etiam hoc, ꝙ motus æternus est prior eo, qui potest esse aliquando, & aliquando non est, sic ratiocinatur. Primus motus secundum naturã æternus est: quia necesse est motum æternum esse, & æternus continuus est: sed talis est latio: igitur primus motus secundum naturam est latio: & quod sit primus secundum naturam motus secundum lationẽ ostendit: quia non conuertitur consequentia, in qua mutuo sese inferant esse: sed latio vt sit, non eget alijs motibus. Neq;.n. necesse est quod fertur augeri, alterari, immo neq; fieri, neq; interire: sed quicunq; horum potest nõ esse motu existente continuo, quo mouet primum mouens. Nam demonstrauimus principium omnium, quæ mouentur, esse id, quod seipso mobile est, cuius principiũ est immobile, sed necesse est æternum motum, aut continuum esse, aut deinceps. Sed melius est ponere illum esse continuum, q̃ deinceps. Nam vnus & idem est vnus mouentis, sed quod est deinceps non est vnum. Et quod melius est in naturalibus statuimus esse, quatenus fieri pōt. Quod verò possit esse quidam motus cõtinuus, ostendetur posterius. & ꝙ nullus alius queat esse continuus q̃ latio, nunc velut positum, atq; postulatum sumptum est.

Adhuc, tempore primum. Perpetuis.n. solum competit moueri secundum hunc. Sed in vnoquoq; eorum quidem, quæ habent generationem, lationem necesse est postremum esse motuum: post.n. generationem, primum alteratio est, & augmentatio. sed latio iam perfectorum motus est. Sed alterum necesse est moueri secundum lationem prius, quod & generationis causa erit ijs, quæ fiunt, non generatum: vt id, quod genuit eo, quod generatum est. Videri autem potuerit generatio vtiq; esse prima motuum, propterea quòd factam esse oportet rem primum, hoc autem in vno quidem quouis eorum, quæ fiunt, sic se habet: sed alterum quid necesse est prius moueri, ex ijs quę fiunt, quod & ipsum non fit, & hoc alterum prius. Quoniam autem generationem impoßibile est esse primam (omnia enim, quę mouentur, essent corruptibilia:) manifestum est, quòd neq; eorum, qui consequenter sunt, motuum vllus prior est. Dico autem consequenter, augmentationem, postea alterationem & diminutionem, & corruptionem. omnes enim posteriores sunt generatione. Quare, si neque generatio prior latione est, neque aliarum vlla mutationum. Tex. 57.

Cõm. 67. Latio prior est cũctis motibus tempore.

Cum ostẽdit primum motuum esse natura lationem, deinceps tempore primam esse probat, virtute sic syllogismum efficiens. Primus motus tempore, quem contingit inesse æternis, latio est: igitur primus motus tempore, latio est. Sed harum duarum ꝓpositionum minorem dicentem, illum motum esse primum, quo contingit æterna moueri, velut euidentem prætermisit. Vt.n. æterna priora sunt tempore his, quæ subdita sunt ortui, sic etiam motus, quo mouentur æterna, cum cõpetet sempiternis, erit primus motuum non æternorum, quibus mouentur ea, quę sunt obnoxia ortui. Et maiorem propositionem posuit dicentem, ꝙ solo motu locali possunt æterna moueri, quem demonstrabit postea. Sed qm̃ ea, quæ versantur in ortu, quem postremo obtinent motum, is localis est. Nam sunt iam perfecta animalia tum qñ gradiuntur, aut incedunt, & ambulant. Primum.n. fiunt, nutriuntur, augentur, alteratione, & sic secundum locum mouentur: quamobrem non vere dici videbitur, quod prior cæteris sit motus localis. Cum soluat igitur hanc instantiã, dicit in vnoquoq; subdito interitui postremus est motus localis. Sunt.n. perfecta iam, & postea mouentur tali motu, cum hæc prius ortum subeant, alterentur, & augentur, deinde hunc in modum mouentur motu locali, verum necesse est, vt sit quippiam aliud, quod eo motu moueatur prius, & sit causa ortus eorum, quæ fiunt, ingenitum, aut non tum generetur, sed prius. vt filij pater: & omnino omne, quod generat, eius, quod gignitur. Nam hoc oportet moueri ſm locum, vt fiat id, quod generandum est: quod autem non fit causa est ortus, quod est corpus orbiculare motum ſm locum. Quo.n. ad ea, quæ nascuntur, & prodeunt ex ortu, videbitur ortus esse primus omnium motuum, quia

Æterna sola latione mouentur.

Generatio in singulis prior est, motus localis posterior.

oportet,vt res prius generetur, & ſubſtantia eius, deinde eidem aduenient accidentia, quæ inſunt ſecundum alterationem,incremẽtum,& motionem ad locum. Et ſic de vnoquoq;. Sed neceſſarium eſt aliquid alterum moueri motu locali,quod ſit cauſa eius, quod fit,& tum non fiat, & huius rurſus ortus quædam altera cauſa prior eſt, quæ non fit,ſed tum exiſtit,& mouetur ſ'm locum. Quare eſt ante omnem ortum cuiuſcunq; motus localis, quo mouetur cauſa ortus, quæ tum non fit. Etenim homo, atq; Sol producunt homioem,vt prius diximus. Sed, cum oſtenderit,ꝙ quamuis videatur ortus in ſingulis prior eſſe aliis motibus, tamen ante omnem ortum motus localis eſt,ꝙ vna probat etiã ex contrario. Si.n.ortus eſſet primus omnium motuum,omoia, quæ mouentur, eſſeot interitura. Nam oportet primum fieri,deinde ſic moueri qualicunque motu,ſi quidem primus motuum eſt ortus. Sed quod fit,interit. Si ergo oon omnia,quæ mouentur,ſunt ſubdita ortui,atq; interitui,vt iam oſtendimus, quia eſt motus æternus, & adhuc magis demonſtrabitur, neq; ortus erit primus motus, quia ortus non conuenit æternis rebus. Quod,ſi ortus non eſt primus, neq; aliquis aliorum erit, quibus oeceſſe eſt,vt ſubſiſtant poſt ortum, videlicet alteratio, accretio, & diminutio. Etenim augentur, & diminuuntur quæ ſolnm ſubdita ſunt ortui,& alteratio his ſolis competit: ſi quidem omnis alteratio ſecundum qualitates patibiles fiat. Sed patiuntur ea ſola, quæ verſantur in ortu. Si ergo alij motus ſunt poſteriores ortu, & ortus ipſo interitu, patet etiam, quòd alij motus latione ſunt poſteriores tempore. Sic etiam, ꝙ latio ſit prima aliorum motuum,demonſtrauit,& inſtantiam ab ortu profectam & ductam diſſoluit.

Ante omnẽ in ſingulis ortum eſt localis motus.

Non eſt ipſe ortus, vel generatio primus motus.

Tex. 58. *Omnino autem videtur id,quod fit,eſſe imperfectum,& ad principium ire. Quo fit, vt quod generatione poſterius eſt,natura id prius ſit. vltimo autem, loci mutatio ineſt omnibus ijs, quæ ſunt in generatione. Quapropter viuentium alia quidem omnino immobilia ſunt, propter indigentiam inſtrumenti. vt plantæ, & multa genera animalium: alijs autem,quæ perficiuntur,ineſt. Quare,ſi magis ineſt latio ijs, quæ magis nacta ſunt naturam, & motus hic primus alio-*
Tex. 59. *rum erit ſecundum ſubſtantiam. Et propter hæc,& quia minime motuum id,quod mouetur dum fertur à ſubſtantia diſcedit. ſecũdum.n.ſolum,nihil mutatur ab eſſe. vt cum quid alteratur,quale,cum vero augetur et diminuitur,quantum.*

Cõm. 68. *Latio prior eſt ſecundum ſubſtantiã cæteris motibus.*

Solutionem inſtantiæ,quæ adducebatur ex ortu,fecit principium tertij argumenti, demonſtrantis, ꝙ latio ſit primus motus aliorum ſecundum ſubſtantiam. Et idem appellat primum ſecundum ſubſtãtiam, & ſecundum naturam, quod conſonat dictis in metaphyſica de his. Sed ratiocinatur,& oſtẽdit hoc categorice,& affirmatiue ſic: Latio poſtremo aduenit omoibus obnoxiis ortui, & q̃d eſt ortu poſterius eſt natura prius & ſubſtantia: igitur latio eſt prima, & natura, & ſubſtantia aliorum motuum. Et ꝙ latio poſtremo adueniat ſubditis ortui oſtendit ex eo,quia imperfectiora ſecundum ſubſtantiam,vt plantæ, & animalia quædam, quæ Zoophita, videlicet plantamina appellamus, neq; omnino ſecundum locum mouentur,& perfectis animalibus poſtremo aduenit. Quod autem poſtremum ortu ſit natura prius,oſtendit ex eo,quia quod producitur, dum producitur, adhuc imperfectum eſt, & tendit ad ſuam perfectionem, tanquam ad principium, & primum natura. Nam perfectio eſt principium, vt id,cuius gratia,& finis. Sed primum natura & ſubſtantia perfectum eſt imperfecto,& id,cuius gratia,illo quod eſt gratia illius. Nam ſecundum perfectionem vniuſcuiuſque,illud ſecundum naturã vnicuiq; competit. Et ſubſtantia & principium, & perfectũ. Nam perfecti eſt opus generare,vt ergo perfectio poſtremo aduenit ortui,& prima eſt natura,& ſubſtantia,ſic etiam ille, quo mouentur motus vltimus ea,quæ fiunt,primus natura, atq; ſubſtantia eſt. Sed ipſe maioris propoſitionis dicentis, quod eſt poſterius ortu ſubſtantia,eſt prius,& natura,probationem proponens quum dicit, Videtur quod ſit imperfectum, & tendens ad principium:& minoris propoſitionis dicentis, latio vltimo omnibus ineſt ſubditis ortui, probationem poſteriorem ponens,cum dicit, Alia quidem omnino immobilia ſunt &c. Sed duas propoſitiones ipſas inter accipiens,& primam ponens maiorem,cum dicit: Quo fit, vt ortu poſterius ſit natura prius, deinde minorem propoſitionem, cum ait, Vltimo loci mutatio ineſt omnibus iis quæ ſunt in ortu. Sic ergo diſpoões ſyllogiſmum facit eius diſſolutionem difficilẽ. Sed calce & primo modo ſyllogiſmorum hypotheticorum ſic ſimul ratiocinatur, Si magis competit latio iis,quæ naturam acceperunt, id eſt, ſi magis motus localis competit perfectis ſecũdum naturam, & ſuam ſpeciem & motus ſecũdum locum erit ſecundum naturam, & ſecundum ſubſtantiam primus aliorum motuum. Deinde & aliam demonſtrationem adducit, quia motus ſecundum lationem eſt perfectior, idcirco & primus eſt ſecundum naturam, & ſubſtantiam. Nam motus,inquit,ſecundum locum nihil detrahit conſtitutionis eius,quod mouetur, neq; ſecundum ſubſtantiam, vt ortus & interitus, neq; ſecundum quale, vt alteratio, neq; ſecuodum quantum, vt accretio, & diminutio. Sed quod ſeruat naturam,ſubſtaotiam, eſt perfectius his,quæ non ſeruant naturam,& ſubſtantiam.

Poſterius ortu prius natura & ſubſtantia eſt.

Motus per locum nihil ſtatus mutat eius, quod mouetur.

Maxime autem manifeſtum eſt, quòd mouens ipſum ſeipſum,maxime ſecundum hunc mouet proprie,qui ſecundum locum eſt. Et etiam dicimus hoc eſſe eorum, quæ mouentur & mouent principium,& primum ijs,quæ mouentur,id ſci- Tex. 60.
licet quod ipſum ſeipſum mouet. Quod igitur latio primus motuum ſit, manifeſtum eſt ex his. Tex. 61.

Hoc argumentum poteſt oſtendere,ꝙ latio ſit primus cæterorum motus,tribus modis Prioris, quos aſsignauit. Eſt autem huiuſmodi. Prius oſtenſum eſt,ꝙ ſeipſo mobile,cum prius ſit tempore,& ſubſtantia mouẽtibus, & his, quæ mouentur,principium eſt talium. Et ꝙ latione moueatur id,quod eſt ſeipſo mobile proprie,& primarie patet. Si ergo motus ſecundum locum eſt proprium principium,& cauſa eorum,quæ mouentur,& quod eſt peculiare principium,& cauſa eorum,quæ mouentur eſt motus, hic etiam erit prior cæteris aliis natura,& tempore. Vnde patet concluſio. Et tandem dicta concludit. Quod verò dicta Platonis decimo dialogo de legibus Ariſt. ſequatur demonſtrando quicunq; videre poterit: quippe Plato motuum ſpecies, cum aſsignaſſet, primam ponit motum ſecundum locum,quem dicit eſſe cauſam aliorum,cui proxime adeſt congregatio, & ſegregatio,i. alteratio, & per illam accretio,& dimioutio,& ob hãc ſpeciem ortus,atq; interitus. Nam,cum expoſuiſſet motum ſecũdum locum, ſubiũgit. Cum ſingula ſibi inuicem ſemper occurrerint, ſi renitentibus atq; ſtantibus,ſciodutur. Sio vero contra latis vnum facta,tam hæc, q̃ ipſorum intermedia congregantur, quæ vbi congregata fuerint augentur, & diſiuncta diminuuntur,quando prior ſingulorum habitus permanet,quando vero noo permanet propter vtraq; ſequitur interitus, quibus aſſerit ortum ab incremento proficiſci,& interitum à diminutione.

Cõm. 69. *Latio primus eſt cæterorum motus tribus modis.*

¶ *Quæ autem latio prima sit, nunc demonstrandum est. Simul autem & quod nunc, & quod prius positum est, quod contingit quendam motum continuum esse, & perpetuum,* Tex. 62. *manifestum erit eadem methodo. Quod igitur aliorum motuum continuum nullum contingat esse, ex his, manifestum est. Omnes.n.ex oppositis ad opposita sunt, & motus & mutationes. vt generationi & corruptioni, ens & non ens termini sunt: alterationi autem, contrariæ affectiones: augmentationi vero & diminutioni, aut magnitudo & paruitas; aut perfectio magnitudinis & imperfectio. Contrarij autem sunt, qui fiunt in contraria. id autem quod non semper mouetur hac motione, erat autem prius, necesse est prius quiescere. Manifestum est igitur, quòd quiescet in contrario id, quod mutatur. Similiter autem & in mutationibus. opponuntur.n.generatio, & corruptio simpliciter, & singularis singulari. Quare, si impossibile est simul mutari eas, quæ sunt opposita, non erit continua mutatio, sed inter ipsas medium erit tempus. Nihil.n.refert contraria sint, aut non, quę secundum contradictionem sunt mutationes, si modo impossibile sit simul eidem adesse: hoc.n.rationi nihil vtile est. Nec si non necesse est quiescere in contradictione, neq; est mutatio quieti contrarium. non.n.fortassis quiescit quod non est, corruptio autem est in non ens. sed, si solum medium sit tempus. sic.n.non est mutatio continua. neq; enim in prioribus contrarietas vtilis erat, sed non contingere simul esse. Non oportet autem turbari, quòd idem pluribus erit contrarium. vt motus, & statui, & motus, qui est in contrarium. sed solum hoc accipere, quod opponitur quodammodo & motui & quieti, motus contrarius. vt æquale & mediocre, excedenti, & ei, quod exceditur. & quod non contingit simul oppositos esse aut motus, aut mutationes.*

Cōm. 70. Cum probarit omnibus modis prioris lationem esse cæterorum motuum primam & mutationum, nunc procedit ad inquirendum, quæ sit prima latio s'm prædictas significationes prioris. Scimus enim, q̃ lationis alia est recta, & alia circularis: & quędam mixta, vt etiam est linea, supra quam fertur id quod fertur. Vnde inuenta vbi fuerit prima latio, simul etiam id, quod nunc quæritur, & prius ponebatur, videlicet, q̃ potest esse quidam motus continuus, & æternus, idq́ue erit perspicuum. Nam ipsa prima latio inuenietur esse continua, & æterna. Sed sciendum est, q̃ hactenus velut postulatio quædam accipiatur, motum continuum esse. Nam principio ostendebatur ingenitus, atque incorruptibilis esse motus, non velut vnus & cōtinuus, sed velut semper, sed alius atq; alius motus ostendebatur in his, quæ sunt. Sed scientiæ certioris est, per vnam viam ac rationem discendi plura sic, & vniuersalia, atq; vtilia Theoremata inuenire. Sed inuētio ipsi fit ostendenti primum, quod nullus aliorum motuum, aut mutationum, præter lationem, possit esse vnus, & continuus, immo neq; latio recta, neq; mixta, sed sola circularis sit continua, & vna esse potest. Et sic ex hoc ostendit, q̃ lationum prima est ea, quę est circularis, & prior recta. Quod verò nulla alia motio possit esse continua, sic demonstrat. Omnes alij motus. Equidem cōnumerat etiam ortum, atq; interitum: verum postea has mutationes separat à propriis motibus, cum sint mutationes, & non motus, vt Quinto huius tractationis ostensum est. Omnes igitur alij motus, præter lationem, ex oppositis sunt in opposita. Sed quæ sunt ex contrariis in contraria, opposita sunt, vel contraria. Verum ipse de contrariis facit rationē. Quoniam ortus, & interitus sunt ex oppositis, & non ex contrariis. Sed contrarij aut oppositi motus non possunt fieri vnum & continuum. Ex quibus concluditur, q̃ omnes alij motus, pręter lationem, non possunt esse continui. Et q̃ vnusquisque illorum ex opposito sit in oppositum, ostendit, oppositos terminos exponens, ad quos mouentur. Etenim ortus, atq; interitus termini sunt id, quod est, & id, quod non est, vt affirmatio, & negatio opposita. Sed alterationis quoq; contrarij termini sunt ipsę affectiones, calor frigus, albedo & nigredo, & huiusmodi cętera. Item incrementi, ac decrementi termini sunt magnitudo, & exiguitas, aut magis perfectio magnitudinis & imperfectio, quia magnitudo communis est perfectio, ad quam tendit accretio, & imperfectio, ad quod diminutio. Quod verò contrarij, & oppositi sint qui ad contraria procedunt motus, perspicuum est. Nam hæc est definitio contrariorum motuum. Quod deinde non possint ex contrariis motibus vnus fieri motus patet. Sin vnus fieret, simul aliquid nimirum albus fieret & niger, atq; ægrotaret, & recuperaret sanitatem, ac simul augeretur, & minueretur, item simul fieret, & interiret: siquidem vnus, & idem motus ex contrariis sit. Et hoc per se est manifestum, quòd ex contrariis motibus non potest fieri vnus. *Ex oppositis motibus nō potest esse vnus & continuus.* Quomodo enim ex eo qui sursum, & ex eo, qui deorsum manentibus pluris fit vnus & continuus, neq; enim secundum naturam aliquid potest contrariis simul moueri motibus, neq; vnus fieret motus, secundum naturam præter naturam. Nam motus ad obliqua, cum sit vnus, mixtus ex motu sursum, & motu deorsum videtur, sed non manentibus puris, vt nunc accipit ratio: sed hoc modo, vt etiam elementa corporis contraria mixta aliquid efficiunt compositum vnum. *Motus qui obliqua fit est motus mixtus.* neq; igitur vnus ex contrariis, neq; simul potest aliquid motibus cōtrariis moueri. Quod si non vnus qui ex contrariis, quia contrarij scindūtur quiete media. Hanc enim prædictis assumit propositionem, & probat ipsam, vtens hoc pronunciato, quia quod non semper mouetur hoc motu, cum esset prius, necesse est, vt prius quiesceret. Si enim non quieuisset quod albatur, neq; cessasset ab albescendo, nigrum fieret, simul tum album fieret, & nigrum: quare simul album fieret, & nigrum ad finem motus procedēs. Quod si quiescens ab albescendo album fieret, & ab albo mutetur in nigrum, vbi adeptum fuerit formam albi, quiescet omnino aliquo tempore. Sic enim ab ipso, quod est album, & non amplius fit album, fiet mutatio in id, quod est nigrefieri: Neque enim simul album fit, & est, neq; simul est album & nigrum fit, quia simul esset in fine, & non esset. quod si simul non est, & aduenit, tempus quoddam erit, quo id mouetur, & quiescit in termino. Cæterum, cum ostendisset ex contrariis motibus ad contraria, i. ex proprie motibus, quod nequeunt esse continui tales: communem facit rationem etiam de mutationibus, idest de ortu & interitu. *Motus contrarij à stasis, quiete intercipiuntur.* Nam ipsi sunt solum mutationes, & non motus, ostendens, q̃ idem accidit his, quod etiam ostensum est de motibus proprie. Etenim quod non fit homo, sed procreandus est, necesse est vt prius quiescat aliquo tempore in eadem specie, ex qua fit homo. *In mutationibus.i.in generatione & interitu quies intercedit.* Nam semen genitale cum tēporis quodam curriculo eiusmodi maneat, sic mutatur in hominē. Etenim nequeūt simul mutationes fieri oppositæ vt etiam motus contrarij. Neque.n.quod fit antequam fiat mutaretur in ipsum corrumpi, si est interitus quædam mutatio ex eo quod est. Sed quod fit nondum est: si autem sic res se habet, neq; huiusmodi motus sint cōtinui. Nam ambo principia, & finem habent, ad quem mutantur motus oppositi inter se, sed erit quoddam intermedium tempus. & dixit, quies, seruans instantiam, quam paulopòst soluet: non.n. velut de cōtrarijs motibus quod mouetur contra-

Nullus ex motibus continuus esse pōt nisi latio.

rijs quiescit quiete intermedia, non sic etiam de his, quæ mutantur ad opposita, quæ sunt id, quod est, & id, quod non est. Quiescens enim, cum sit aliquid, quiescit etiam in eo, quod est. sed neq; quod non est potest in ipso, quod non est, quiescere, tñ aliquod tempus interlabitur necessario, dum alia mutatio ab altero in alterum fit, & alia postea fiet. Cum ergo demonstrasset in contrarijs motibus, quod necessarium est quiescere tempore intermedio, dixit intermedium, quia etiam in motibus secundum contradictionem, vt ortus, atq; interitus, & si non ex contrarijs in cõtraria est mutatio, nihil prohibet etiam in his, & si non quietem esse intermediam, tamen tempus: quare mutatio ex oppositis non erit vna, neq; cõtinua. Etenim & in contrarijs accidit intermediam quietem fieri, non quatenus contrarij, sed quatenus non possunt simul fieri. quod nihil minus etiam fit in oppositis s'm contradictionem. Nam eadem causa est in vtrisque, propter quod nequeunt continui esse. Nam neuter eorum simul esse potest cum alio, neq; contrarij, neq; oppositi secundum contradictionem: quocirca similiter amboꝫ tempore scinduntur. Similiter autem, inquit, nihil differt ad concludendum, quod non sit vnus & continuus motus, qui est ex oppositis contradictione, & si non necesse sit quiescere in contradictione, vt in contrario ostendebatur. Neq;.n. quiescit quod non est, neque in eo, quod non est, sed interitus est ad id, quod non est, & ortus est ex eo, quod non est: sed sat est etiam in hac mutatione interlabi tempus. Sic.n. intercipitur, & non est continua mutatio. Neq;.n. in contrarijs contrarietas esset vtilis, sed nõ posse simul esse, quod quidem nihil minus, si non etiam magis conueniat oppositis secundum contradictionem, vt libro de Interpretatione demonstrauimus. Sed, vbi dixit, nil intercsse ad concludendum, quod non sit motus continuus & in his, quæ opponuntur cõtradictorie, & si non necesse sit quiescere in contradictione, subiunxit, neq; est mutatio quies contrariorum, vt in motibus, quies quædam motui contraria est. Nam in contrario eius, ad quod mouetur motum, quies ponebatur contraria motui, quo mouetur ad contrarium illius, in quo quiescit. Quies.n. deorsum posita fuerat contraria motui sursum, & si non sit in mutatione, i. in ortu, atq; interitu mutationi quies contraria, quia non quiescit, quod interit. quod nihil facit ad rationem ostendentem motus, vt contrarij, non esse continuos. Sic neq; oppositæ mutationes sunt continuæ. Nam & si quies non fuerit intermedia, tamen tempore intercipiuntur. Cum autem dixisset, quietem non esse mutationi contrariam, tanquam sit quies contraria motui: Sed mutationi non est, cum non sit, quod mutatur, non oportet ex hoc, inquit, turbari tanquam sublatum sit pronunciatum dicẽs contrarium vnum vni oportere, si motui, & motum, & quietem contrariam affirmauerimus. Sed hoc firmius erit, si asserueri mus motum aduersari aliquo modo motui contrario & queti. Vnde videtur etiã in aliis esse talis oppositionis modus, tanquam vnum pluribus opponatur, vt æquale, & mediocre repugnat excessui, & excesso, i. maiori, & minori. Sic etiam virtutes, cum sint quædam commensurationes, excessibus atq; defectibus opponuntur. Oportet igitur, inquit, vti quiete velut contraria motui, non exacte quærentes sint velut contraria. item hoc vti oportet, quod non potest aliquid simul moueri, aut mutari motibus contrarijs, aut oppositis. Sed tuto dixit, quod opponitur aliquo modo opponitur motui, & quieti motus contrarius. Nam libris superioribus, vbi propositũ fuerat dicere de contrariis motibus, quietem in aliquo, mutationi ex eodem, velut priuationem opponi, asseruit: sed motum alteri aduersari velut contrarium. Sed illud æquale & maiori & minori velut inæquali, vt vnum vni opponitur, & virtutes tanquam cõmensurationes quædam incõmensuratis opponi, non frustra posuit, vt inquit Alex. quia rationem efficit securam, quę dicit, vnum esse vni contrarium, sed posuit quia iuuant ad præposita. Nam quia visus est hoc, contrarios esse motus, qui sunt ad contraria, ne quis insit contra hoc dicens vnum esse vni contrarium, & motui quietem esse contrariã, & ob id non posse, & motum eidem esse contrarium: quod si non sunt contrarii motus ex contrariis, nihil prohibet, quin vna fiat mutatio ipsorum ad eadem. Ob hanc instantiam nunc quietẽ adduxit in mediũ mentionem faciens de his, quæ ostensa sunt de ipsis, quod quies non proprie est cõtraria motui, sed opponitur ipsi, vt priuatio habitui, sed motus est contrarius motui: quocirca neq; motus contrarij possunt esse vnus, neq; simul esse quies in contrario, cũ mutatione ad contrariũ. Nam, & si quies deorsum non sit contraria motui deorsum, sed opponit ipsi, vt priuatio habitui, & ob id simul simul esse nequeunt. Nam simul esse nequeunt ob contrarietatem, sed ob ipsam oppositionem, quæ non contrarijs solis, sed etiam aliis competit. Manet igitur vnum vni cõtrarium, & si accidat aliquando, vt vnum pluribus opponatur, secundum aliam, & aliam oppositionis speciem.

In generatione & interitu tempus intermedium est.

Motui sit non quies contraria.

Virtutes opponuntur excessibus, ac defectibus.

Amplius autem & in generatione, et corruptione, etiam penitus absurdum esse videbitur, si factum confestim necesse est corruptum fuisse, & nullo tempore permansisse. Quare ex his vtique fides alijs fiet. Physicum enim est similiter sese habere in omnibus. Tex. 63.

Quòd mutationes ex contrariis in contraria non sint continuæ, sed tẽpore interposito secentur, ostendit ex ortu, atq; interitu, virtute sic ratiocinans, si ortus & interitus non sint continui, sed tempore scinduntur, credẽdum erit, quod etiam aliæ mutationes ex oppositis in opposita nõ sint continui: sed antecedens est verum: igitur & sequens. Et connexum ostendit, quia naturale est hoc, vt similiter sit in omnibus mutationibus, quod accidens ob similitudinem competeret. Si.n. quia non sunt continuæ mutationes ob oppositionem, necessarium est, vt omnes opposi**tę** non sint continuæ. Sed forte hic argumentatio fit ex loco à maiori. Nam, si ortui atq; interitui inest, vt non simul sint ob quomodocunq; oppositionem, id etiam magis competet omnibus contrariis mutationibus. Quod verò ortus, & interitus non sint continui, demonstrat, quia absurdum est, quod fit statim ex necessitate interire, & nullo tempore permanere in specie, cuius fiebat gratia. Etenim fluerent continue quæ sub Luna sunt, sed est constitutio influentibus, vt etiam quædam distinctio specierum, & terminus, & ornatus, & comprehensio cognoscendi.

Com. 71. *Mutationes ex terminis oppositis in oppositos terminos tempore intercipiuntur.*

Generatio & corruptio non sunt continua mutationes.

CAPVT VIII.

Q Vòd autem contingat esse quendam infinitum vnum existentem, & continuum, & hic est circularis, nunc dicamus. Omne enim, quod fertur, mouetur aut circulari, aut recto, aut mixto. Quare, si neq; illorum alter continuus est, neque illum, qui ex vtrisque compositus est, esse, est possibile. Quod autem id, quod fertur recto & finito, non feratur continue, manifestum est. Reflectitur enim. reflexum autem recto contrarijs mouetur motibus. contrarius enim secundum locum est is, qui est sursum, ei, qui est deorsum: & qui est in ante, ei, qui est in retro: & qui est ad sinistra, ei, qui est ad dextra: Loci.n. contrarietates hę sunt. Quis autem sit vnus, & continuus motus, prius definitum Tex. 64.

nitum eſt, quod is, qui eſt vnus, & in vno tempore, & in non differenti ſecundum ſpeciem. Tria.n.ſunt, et quod mouetur, vt homo, aut deus: & quando, vt tempus. & tertium id, in quo: hoc autem eſt locus, aut affectio, vel forma, aut magnitudo. Contraria autem differunt ſpecie, & non vnum ſunt. Loci autem ſunt dictæ differentiæ.

Cõm. 72. Cum probaſſet nullum motuum, atq; nullã mutationem continuam eſſe poſſe, ſed ſi qua eſt, illa eſt latio, proficiſcitur deinceps ad oſtendendum quæ ſit ea latio, quæ poteſt eſſe vna, & continua. Sed illud infinitum ſignificat ſine termino, & ſempiternum. Nam ij motus, qui habent terminos, cum interpollatio eis accidit quieſcunt. Quòd ergo nullus alius motus ſm locum poſſit eſſe continuus, præter circularem oſtendit accipiens, omne, quod fertur, aut in circulum moueri, aut in rectum, aut motu mixto. Et cum oſtenderit non poſſe alterum eorum, ex quibus componitur mixtus, eſſe continuum, concludet iam non poſſe mixtum continuum dici: quia quod componitur ex vtriſque, participat vtriſque, ex quibus cõſtat. Cum ergo oſtenderit motum rectũ non eſſe continuum, ſimul oſtendet, ꝙ neq; mixtus eſt continuus. Nam ſiquis dicat mixtum ex continuo, & non continuo poſſe continuum eſſe, patet hunc ita aſſerere, ꝙ talis mixtus motus habet id à continuo. Et primo & proprijſsime illum eſſe cõtinuum, à quo, & ipſe habet, vt ſit continuus. Quòd ergo motus rectus non ſit continuus oſtendit accipiens, ꝙ recta, ſupra quam fertur id, quod ſic mouetur, finita eſt: quod qdem demõſtrauit Tertio huius tractationis, quia nulla magnitudo eſt actu infinita. Hoc igitur accipiens ſic ratiocinatur. Quod fertur ſupra rectam fertur finitam. Sed ꝙ fertur ſuper finitam intercipitur, & quod intercipitur ſupra rectam contrarijs motibus mouetur. Sed contrarij motus non ſunt vnus, neq; continuus: igitur qđ fertur in rectum non vno, & continuo mouetur motu. Et quod latum ſupra rectam finitam in motu intercipiatur patet: ſiquidem ſemper moueretur, & non motum ſemel in rectum quieſceret à motu. Quod autem intercipitur ſupra rectã contrarijs mouetur motibus. Nam contrarij ſunt, qui à contrarijs in contraria. Sed contraria ſunt ſecundum locum, ſurſum deorſum, & ante retroque, atq; dextrũ, & læuum, cum ſint obliquitates eorum, quæ mouentur in rectum. Contrarij autem motus tempore intercepti non ſunt continui, vt prius oſtenſum eſt: quocirca neq; alteratio, neq; accretio, neq; diminutio, neq; ortus, neq; interitus oppoſiti inter ſe poſſunt eſſe vnus, & continuus. Sed mentionem facit de determinationibus, quibus determinationibus, determinatum eſt prius, qui ſit continuus, & vnus motus: & oſtendit etiam per hoc, ꝙ motus in rectum ſecundum fractionem, neq; continuus, neq; vnus ſit, quod quidem proponebatur nunc ad demonſtrationem. Tria enim ſunt, ex quibus completur motus: quod mouetur, vt homo, aut deus: quorum deus æternum motum ſignificat. Nam eſt immortale hoc, & diuinum. Sed homo ponitur loco exempli eorum, quæ mouentur particulariter. Secundum complens motum eſt tempus motus. Et tertium id, in quo, hoc eſt ſm quod fit motus, vt locus ſi ſecũdum locum fuerit motus: aut affectio, ſi ſm affectionem, & alterationem, & omnino ſecundum quale: & ad magnitudinem mouetur, ſi ſecundum quantum mouetur, aut formam, aut ſubſtantiã, vt ſecundum ortum, atq; interitum. Vnus ergo & continuus eſt motus, qui eſt vnius, & in vno tempore, & ſecundum vnam formam, & ſpeciem factus. vt ſi homo vnius horę ſpatio albus fieret, & ſi cęlum æterno tempore in orbem agitur, tamen quæ recto feruntur motu interpollationem, & ſecationem patiuntur, cum à contrarijs locis in contraria abeant. Nam ab imo ad ſupremum ducitur, & aſcendit: contra vero à ſupremo ad imum deuoluitur. Et hæ ſunt differentiæ loci contrariæ, quibus etiam motus ſunt contrarij, qui ad eos ſunt. Sed contraria ea ſunt, quæ ſub eodem genere plurimũ diſtant. Si ergo non ſecundum vnam & indifferentem ſpeciem contrarij motus fiunt, neq; continuus, neq; vnus erit motus eorum, quæ amputantur, & ſcinduntur in rectum: ſed antecedens verum eſt: ergo & conſequens. Item poteſt eſſe tota huius probationis oſtenſio, quę ſic ſe habeat, motus in rectam ex contrarijs componitur, & differentibus ſpecie: ſed motus, qui eſt ex contrarijs, & differentibus ſpecie, non eſt vnus, neq; continuus: & concluſio patet. Et ſunt prima contextus probantia minorẽ propoſitionem, & vltima maiorem, quæ determinat, qui ſit vnus motus.

Omne quod fertur, vel in circulum fertur, vel recta, vel mixta.

Quod ſuper recta fertur finitam intercipitur.

Tria ſunt ex quibus completur motus, id quod mouetur, tẽpus motus, id in quo fit.

Quia cõtrarijs ad contraria fiunt motus, vnus & continuus minime ſunt.

Signum autem, quòd motus contrarius ſit qui eſt ab A ad B, ei, qui eſt ab ipſo B ad A, quia ſtant, & ſiſtunt ſeinuicem, ſi ſimul fiant. Et in circulo ſimiliter, vt qui eſt ab A ad B, ei, qui eſt ab A ad C. ſiſtunt enim ſi continui ſint, & non fiat reflexio, propterea quòd contraria mutuo ſe corrumpunt & impediunt. ſed non is, qui eſt in latus, ei, qui eſt ſurſum.

Cõm. 73. Hanc quoq; demonſtrationem affert huius, ꝙ motus contrarij in rectum ſunt eius, quod dum mouetur intermittitur, & detinetur aliquanto, ſignum faciens hoc, quia quorum vnum eſt ſiſtens alterum viciſsim ſic talia contra mouentur, & vnum alterius motum corrumpit, quod contrarijs competit. Signum autem proprie dixit. Nam rationes ex conſequentibus ſunt à coniectura, & non demonſtratiuæ. vt ratiocinari ſolemus, quia lac in mamillis habet, ideo peperit. Sequitur.n.ex ipſo partu lac habere. Sed demõſtratiuæ rationes ſunt ex prioribus, & effectus commonſtrant ex cauſis. Proinde ſic inſtruitur demonſtratio, peperit, ergo lac habet. Illud ergo mutuo ſeſe contrarios motus delere non præcedit, ſed ſequitur, quod ſi contrarij motus ſunt, fit, vt ſeſe mutuo deleant: quia contraria id faciunt. Sed non omnia, quæ ſeſe tollunt mutuo, cõtraria ſunt. Nam negatio deſtruit affirmationem. Item alia oppoſita ſm alios modos mutuo ſeſe eripiunt, & demunt, & tamen non ſunt contraria. Non.n.cauſa, cur deſtruatur eſt contrarium, ſed quod ſequitur illud, quocirca & demonſtrationẽ à ſigno appellauit. Sed non ſolum quæ mouentur è regione, & contra in rectum mutuo ſeſe ſubſiſtunt, ſed æque ea, quæ in orbẽ ducuntur, ſi contra moueantur. Verum non opponuntur vt ea, quæ inchoant motum in rectum à contrarijs locis. Aliud.n.ab a, ſurſum forte fortuna, & aliud ab ipſo b, deorſum, ſed quæ incipiunt ab eodem, & ad eaſdem circuli partes mouentur. vt ſi ambo ab ipſo a, puncto inciperent, quod eſt in circulo, moueretur aũt aliud ipſorum ad b, circuli partem, & aliud ad c. Quæ.n.ſic mouẽtur, cum mutuo occurrunt ſeſe viciſsim ſiſtunt. Non enim, vt in rectis contrarij termini ſunt, ſic etiam in circulo, quia neq; in ipſo ſunt termini, tñ ſtant etiam in hoc contra mota, & ſi cõtinui ſint motus, & non ſit interpollatio, vt in recto. Non.n.ob interpollationem, & impedimentum ſtant, & ſiſtunt ſeſe mutuo quę contra mouentur, ſed ob motum contrarium. Signum autem faciens huius, ꝙ motus contrarij in rectum ſeſe mutuo corrumpant ecõtra facti, perſuadet ex hoc, quia qui non contra mouentur non ſunt deſtructiui, neq; oppoſito motu moti, ſed ſunt ſolum diuerſi, vt motus, qui fit à dextris ad læuam, & omnino ad obliqua, & latus ei, qui eſt ab imo, ad ſupremum, quamuis differentes, & non continui, neq; ſm eandem ſpeciem, ſed velut non oppoſiti poſſunt ſimul

Ex conſequentibus rationes ſunt coniecturales.

Demonſtratiuæ rõnes quid faciant.

Se inuicem deſtruere haud cauſa eſt quod ſit contrariũ, verum conſequens.

esse, sed ij, qui sunt in rectum, econtra facti sese mutuo tollunt, quod plus est, quàm solum specie differre.

• 6 6. Tex. 34. *Maxime autem manifestum est, quòd impoßibile est eum motum esse continuum, qui super recta fit. quia reflexum necessarium est stare, non solum super recta, sed etiam, si secundum circulum feratur. non.n. idem est circulo ferri, & secundum circulum. est.n. aliquando quidem vt id continuet, quod mouetur, aliquando autem vt in idem profectum vnde moueri cœpit, reflectatur iterum. Q uòd autem necesse est stare, fides est non solum in sensu, sed & in ratione. Principium autem hoc est. tribus.n. existentibus, principio, medio, & fine, medium ad vtrunque ambo est. & numero quidem vnum, ratione vero duo. Amplius autem, aliud est esse potentia, & aliud est esse actu. Q uare rectæ quodlibet signum eorum, quę inter extrema sunt. potentia quidem est medium, actu autem non est, nisi eam diuiserit, & sistens iterum cœperit moueri. sic autem est medium. ipsum.n. principium fit, & finis: principium quidem posterioris, finis autem prioris. Dico autem, vt si A, quod fertur, stet in B: & iterum feratur in C. Cum autem continue feratur, neq; adesse, neque abesse potest A in B signo, sed solum esse in ipso Nunc, in tempore autem nullo, nisi cuius ipsum Nunc diuisio est, in toto A B C. Si autem affuisse ponat aliquis & abfuisse, semper stabit A, quod fertur: impoßibile.n. est simul & affuisse A in B, & abfuisse. in alio ergo & alio signo temporis. Tempus igitur erit quod in medio est: quare quiescet A in B. Similiter autem, & in alijs signis: eadem.n. ratio est, & in omnibus. Cum autem mutatur ipsum A, quod fertur, ipso B medio, & fine, & principio, necesse est stare, propterea quòd duo facit, similiter atque si cogitauerit. sed ab A quidem signo abfuit principio: in C autem affuit, cum finierit & steterit.*

Còm. 74. Et aliam demonstrationem affert, ex qua non solum magis, quam ea, quæ ante dicta sunt, sed maxime manifestum tradit esse, q nequit motus in rectum continuus esse, cum iterum atq; iterum in seipso sit reflectēte eo, quod mouetur. Idem ostendit, quia necesse est, q omne reflectens se stet primum. Hoc.n. non solum necessarinm est in his, quę reflectuntur in rectum, sed etiam, si quicquam in orbem ductum tendens ad idem punctum iterum reflectatur ad idem, necesse, & hoc stare primum, quia non potest quod mouetur, reflecti, nisi prius steterit. Sed cum dixisset non solum in recto, sed etiam si in circulum feratur, idem accidere, quod etiam in recto, si reflecteretur: rursus quo differant circulo ferri, & per circulum. Nam circulo fertur, atq; in orbem, quod semper ad eadem fertur, & quod eodem motu retinet circularem formā. Sed per circulum, qui mouetur in circulo, ab eodem reflectēs se iterum ad idem procedit. quo etiā patet, q non est motus orbiculatio, sed illus, à quo motus. Sed dupliciter ostēdit, q necesse est reflectens stare prius, & à sensu, & à ratione. Et à sensu proprio necesse est vnumquodq; iudicari. Sed ratione proponens ostendere, primum adfert, q cum sint tria, principium, medium, finis: distinguit quomodo se habeat medium, quia principium, & finis est ad vtrunq; extremorum, & quale medium actu sit, & quale potentia: & q in medio actu, quod mouetur à principio, in finem stat, quia fit in eodē, & recedit ab eodem. Nam tum ꝓprie medium actu est, & ad alterum extremorum, finis, & ad alterum initium. His autem præceptis ostendit omnino, quod in quo motus fit, & recedit, abestque, necesse est stare in hoc, quo vtitur, vt principio, & termino: quod maxime facit, quod reflectitur. Actu.n. est punctum id, à quo reflectitur non potentia. quare stat in illo, à quo reflectitur. Si.n. in medijs punctis, quando actu hæc sumpta fuerint, & non potentia, stat, multo magis in ipso puncto, quod est actu, quo necesse est vti, vt principio, & fine: quod vtitur necesse est, vt stet in hoc. Sed tale est terminus recti, à quo reflectitur. Sed primnm ostēdit, quod non secundum omne punctum eorum quæ sunt in recto, stat id, quod mouetur in rectum. Sic.n. maxime demonstrabit proprinm esse his, quæ mouentur in rectum quiescere qn̄ reflectuntur. Si.n. secūdum omne punctum stat, quod fertur, primum quidem non magis in eo, vbi reflectitur, quam in quouis staret. Vbiq;.n. est pūnctum. Idem quoq; accidet motui in circulo, quia & in eo puncta sunt vbique, & sic nulla erit continua latio. quare quod fertur non stat ſ͂m vnumquodq; punctum, quia neq; pūcta sunt actu in ipso continuo: quocirca neque media sunt actu. Q uod vero non sint media extremorum actu, quæ sunt in cōtinno puncta. si ergo, vt continuū acciperetur, ostendit, quænam sint proprie media aliquorum definiens. In quibus.n. est principium, medium & finis, quod est medium ad vtranq; partem, alterum fit, quo ad principium, finis, & quo ad finem principium, & sic principium fit, & finis secundum rationem. Sed ad vtrumq; ambo fit, qn̄ & extremorum vtrumq; secundum ambo acciperetur, & velut principium, & velut finis. Tum.n. medium, vt c ad a, vt quidem ad principium finis fit, sed vt ad finem principium, & ad b similiter. Verum Alexand. hæc verba {medium ad vtrumq; ambo est,} sic intelligenda esse non putat, existimans falsum esse illud ad vtrunique ambo fieri, sed quia medium ad vtrumque, & contrapositū tanquam sit alterum, ambo fiunt. Q uod si extremorum vtrumq;, vt ambo sumerentur, vt velut principium, & velut finis, vt sursum inde motus ad deorsum, & hoc sursum principium quo ad id, quod mouetur ab ipso, & quo ad idem finis, qn̄ reuertitur, & deorsum similiter erit, & medium ambo ratione ad vtrumq;. Nam numero vnum est: sed puncta in recta, quæ sunt inter extrema, donec, vt vna, & continua recta acciperetur, potētia solum est, & quæ sunt potentia non erunt media proprie. Nam proprie illud est, quod est actu. Sed fit medium actu, qn̄ quod mouetur in rectum secundum aliquod punctum in ipso diuideret ipsum suimet statione. Nam illud punctum, ſ͂m quod stat quod mouetur actu, & punctum, & medium fiebat, & ambo ad vtrumq; extremorum ratione. Simul ergo statio eius, quod fertur, & actu medium est, quod est principium & terminus, & simul actus medius, & statio in eodem. Neq;.n. erat principium, & terminus idē ad vtrunq; extremorum, i. actu medium ei, quod mouetur, non adhuc facta statione in ipso, & diniso continuo à statione, neq; statio fiebat in ipso, non velut principio eius, & fine accepto, i. actu medio: quare sese mutuo consequunt actu medium, & statio in ipso Nam vnum aliquid, cum sit numero, duo fiūt ratione, quod statio moti declarat. Quod autem cōtinue mouetur & nusquam stat, haud diceretur adesse in ipso, & abesse. Nullo.n. vt termino, & principio vteretur. neq; si aliquod medium actu fieret manēte continua & indiuidua recta Quod.n. fit in aliquo, etiā quiescere in eodem aliquo tempore necesse est. Non.n. simul potest in eodem nunc fieri, adesseúe, atq; abesse in eodem vt paulopòst dicet. Item accedere & recedere. Simul.n. esset, & esset in eodem. Quare in alio nunc, vt in alio. Si autem hoc, & inter omnia duo nunc tempus medium incidit, hoc tempore quiescens aderit in illo, in quod aduenit, & à quo recessit, & abfuit. Sed quod continue mouetur, & nusquam stat, non potest secundum aliquod punctum

Ferri per circulum, & circulo quomodo differant.

Quod reflectitur stare prius oportere, sensu & ratione probatur.

Medium quo pacto ad principium & finem se habēt.

ctum in recto stare. Sed sm hęc non diceretur esse in tempore, sed secundum ipsum nunc in tempore, quæ sunt termini temporis, sed nõ tempus. Non.n. siquid est in aliquo in tempore necesse est ipsum esse. Si.n.in aliquo tempore erit, & quiescere in eodem necesse est. igitur sm vnumquodque nunc in vnoquoq; puncto est in recta, & a, igitur quod fertur, neque adesse, neque abesse in ipso b, sed solum in ipso esse vnum nunc, sed non in tempore aliquo. Nam habent proportionem ad puncta, quæ sunt intermedia in ipsa recta, & ipsa nunc in tẽpore media. Cum ergo dixisset, ꝙ in nullo tempore est quod continue mouetur, sm aliquod punctum in recta, adiecit præter id Nunc, quod est diuisio æquale dicens huic proprie, & per se non esse in tempore, quod mouetur cõtinue supra rectam sm aliquod punctum in ipsa. Communius tamen & per accidens potest sm vnumquodque punctum dici in tempore, quia vnumquodque ipsorum nunc sm quæ quod mouetur, in vnoquoque est puncto in recta, illius est temporis, quo demonstrabit rectam. Nam, quia est in eodem nunc, quod est, diuisio temporis, hoc diceretur non esse in tempore, cuius nunc est, sed non proprie. Nunc.n. haud est tẽporis pars, sed hoc non eius sm quod scinditur & potest secari tempus. Vt.n. linea sm punctum, quod est in ipsa diuiditur, sic etiam tempus sm ipsum nunc. Cum autem dixisset, ꝙ continue motum sm nullum punctum in linea adest & recedit, ostendit hoc ex eo quia sm quod signũ aduenit, atque recedit ipsum stare necesse est: quare sm omnia semper stabit quod continue mouetur: quod quidem fieri nequit. Quod.n. aduenit aliquo & recedit, quia tale stat, patet ex hoc, ꝙ non potest in aliquo adesse, & recedere in eodem nunc. Sin autem simul esset, & non esset in eodem: igitur in alio & alio nunc. Si autem hoc, & inter omnia nunc tempus medium incidit, quia non sunt continua inter se nunc, in hoc tẽpore medio erit quiescens, in ipso puncto, in quo ponitur aduenire, atq; recedere ab ipso. si.n. sm vnumquodque punctum in recta hoc facit, cur igitur magis in hoc, ꝗ in alio erit quiescens in recta, quod continue mouetur in ipsa: quo quid absurdius erit. Dixit in alio temporis puncto, explicans quomodo se habeat id, quod mouetur continue in recta. Et cũ ostenderit, ꝙ nullo puncto medio fit & recedit, sed solum est sm eadem in ipso nunc. Sed quando, inquit, quod fertur a, vteretur aliquo intermedio puncto, vt b, tanquam medio, id est velut principio, & termino, tum necesse est stare in ipso. Sed necesse est illo vti puncto sic a, quo reflectitur: igitur necesse est stare in illo, à quo reflectiť, quod quidẽ ostendere à principio propositum erat. Illud vero {propterea, ꝙ duo facit similiter, atque si cogitauerit,} æquale huic est, quia sic principio propositũ est ostendere, in quo numero duo facit statione. Non.n. diuideret signum, quod est indiuiduum, sed bis eodem vteretur, interdum vt principio, interdum vero, vt fine: quia stat in ipso, sed quomodo vnũ duo efficiat, ostendens vt si intelligere. Quod.n. sic fit, ponebatur duo, verum duo ratione fieri. Dixit.n. & numero vnum, sed ratione duo, idest intellectione, & cogitatione. Vt.n. qui vtitur cogitatione eodem, vt duobus & aliquando accipit idem, vt terminum & aliquando vt principium non diuisit quidem id, quo vtitur, cum eodem, vt duobus vtatur, sed quodammodo vnum duo fecit cogitatione, sic etiam quod stat in eodem vtens eodem velut principio, & fine. Sed, cum ostendisset quomodo intermedijs punctis vtatur quod continue mouetur, quia non velut principio, & fine eodem, sed est sm vnumquodque in ipso nunc & fine tempore: subiungit, ꝙ non amplius similiter vtitur puncto in recta, vt principio, & puncto, vt fine. Itermedium.n. est potentia puncta, quod erat in linea, & egebatur fieret actu diuidente statione rectam, sed pũcta extrema actu sunt: quocirca necessario id, quod mouetur supra rectam, recedit à principio, sed quando mota fuerit supra totam vsque ad terminũ fit, & si reflectatur egebit recessu ab hoc, in quo fit. Sed quo adest in aliquo & recedit ab eodem, necesse est in eodem quiescere tempore intermedio inter ipsa nũc, id est inter illud nunc, in quo aduenit in ipso, & illud, in quo recedit ab eodem: quare omne, quod reflectitur, necesse est quiescere in vltimo, à quo reflectitur. Hoc igitur est ostensum. Sed deducens rationem ad hoc, quia quod mouetur in rectum, recedit à principio, & aduenit vltimo, antequam sequens hoc ponatur reflecti, necesse est ab hoc termino primum quiescens in ipso, quandam dubitationem soluit nunc dictis, & ostensis vtens.

Puncta quæ in linea intercedunt, sunt in potẽtia quæ in extremis actu sunt.

Nunc in tẽpore, & puncta in linea proportionem habent.

Quapropter, & ad dubitationem hoc est dicendum. Habet enim dubitationem hanc. Si enim fuerit linea E, linea F æqualis: & A feratur continue ab extremo ad C: simul autem fuerit A in B signo, & D feratur ab F extremo ipsius ad G regulariter, & velocitate eadem ipsi A: ipsum D ante veniet ad ipsum G, quam ipsum A ad C. Prius enim se mouens & discedens, prius venire necesse est. non ergo simul affuit A in B, & absuit ab eodem. quapropter posterius fit. Si enim simul, non posterius erit, sed necesse erit stare. Tex. 66.

Cũ probarit, ꝙ id, quod est in aliquo, & recedit ab eodem, necesse est stare in eodem, dubitationem ad hoc adductam affert, & soluit dubitationẽ, determinans id, quod est indistincte positũ in ipsa. & dubitatio breuiter & occulte ab ipso posita tale habet caput: Si necesse est quod est in aliquo, & recedit ab eo quodam tempore quiescere in eo, accidet, vt quæ æque celeriter mouentur in æqualibus lineis, cum simul inceperint moueri, non simul ęquales rectas absoluere, quod absurdum est: quare & antecedens absurdũ est, videlicet ꝙ est in aliquo, & recedit quodam tẽpore quiescere. Sed dictum absurdum accidit, si eorum, quę æqualiter mouentur, alterum sumptum fuerit aduenire, & recedere sm aliquod punctum intermediũ & aliud non sumptum fuerit. Si enim duo fuerint æque celeriter mota, vt a d, supra quasdam duas lineas, vt supra e & z: & sumptum fuerit, a supra e c, in aliquo intermerdio ipsius e & c, puncto, vt b, non solum existens, sed etiam aduenies & recedens: si quod est in aliquo, & recedit aliquo tempore intermedio inter duo nunc, illud scilicet in quo est & illud à quio recedit quiescere, necesse est sequetur celerius d z h, rectam pertransire quod ęque velox est ipsi a, & simul motum inchoarunt. Hoc autem accidit, quia accipitur de ipso a, & aduenire, & recedere in aliquo intermedio puncto, sed in ipso d, nihil tale assumit, sed motus dicitur continuus esse, vt & intermedia puncto sint potentia in ipsa z, & d, continue motum est solum supra puncta, sed non fit neque recedit. Si ergo sic, & ipsum a, æquo velox cum ipso d, sumeretur continue motum, nõ amplius sequeretur quod celerius d, pertransit lineam z h quam a, ipsam e c. Nam ambo ęque pertranseunt, cum sint in punctis medijs potentia: sed non si alterum & in aliquo ipsorũ & recedit. Non enim necesse est, quod est in aliquo aduenire in illo, & recedere quod ratio dubitans de altero moto, vt a, accipiens conclusit non vere ostensum fuisse, quod quiescat id, quod aduenit, & recedit medio tempore. Sed Arist. accepit lineas e, ipsum e c & z, hoc z h. Sed, cũ occultum esset hoc de ipso d, dictum: quod enim cœpit, & discedit prius venire necesse est: iccirco Alex. aperuit. Nõ.n. Com. 75.

hoc

hoc dicit, quod quidem aliquis suspicaretur, quod nõ simul inchoaruot motum a d. Etenim ponuntur simul cœpisse. Et si non simul inchoarent, nihil absurdũ esset cóclusum, sed quod dicit hoc est a & d, simul inchoantia ab ipso e & z, æque velociter lata perueniunt, alterum ad b, vt a, & d ad aliud punctum, quod est proportionale puncto b in ipsa recta z h, & æquale distans ab ipso z, quo distetit b ab e. Sed ab eisdem punctis b, & proportionali ei in recta z h, non amplius simul recedunt a & d, quia a statutũ accedere, atq; recedere in ipso b, necesse est etiã quieuisse in eodem. Sed d non petebatur fieri in ipso proportionali b puncto, sed solum esse in punctis potentia continue in recta motum non oportet quiescere. Simul ergo perueniunt ad puncta proportionabiliter, sed non simul recedunt quiescens & non quiescens, sed nõ quiescens primũ. Cum autem sint æque velocia, necesse est prius discedere à medio, si forte prius veniet ad finem. Et causam huius dixit his, Nõ simul adest, igitur a in ipso b, & absuit ab ipso. Non.n. simul adest a in b, & recedit ab eodẽ, qa & quieuit in eodem: igitur necesse est posterius succedat. Si.n. simul, non postea succedet, sed necesse est, vt postea succedat, qa quiescit in ipso b. Et illod ante hæc verba quandam occultationem habet horum verborum. Simul autem erit a in ipso b puncto, & d ferretur ab vltimo ipsius z, & termino. Sed videtur dicere, quando a in ipso b, signo quiescit, tum d ab vltimo ipsius z continue motum ad h feretur, & non quiescit alicubi velut a secundum petitionem.

Non ergo ponendum est, cum A affuit in B, ipsum D moueri simul ab Z extremo. Si enim affuerit A in B, erit & abfuisse, & non simul. sed erat in sectione temporis, & non in tempore. Hic igitur est impossibile sic dicere in continuo.

Cõm.6. Hic est principium solutionis, quod argumentatur ex his, quæ iam ostensa sunt. Dicit autem, ꝙ non oportet ponere a, quod mouetur in e c, & adesse in ip ipso b, omnino vt sit diceret velut dubitatio dixit, ꝙ cum A esset in B, tũ d simul ab ipso z vltimo mouetur. Si enim fuisset in b ipsum a, & recessisset reuera ab ipso, & non simul ambo: sed erat quoddam tempus intermedium & quies, & ratio dubitans fortis erit. Sed, si continuus æque motus esset. & ipsius motus a, vt ipsius d: & a in ipso b: neque in tempore, neque omnino fiet in ipso b, sed pro fieri dixit, Erit, & pro hoc in tempore, dixit, in ipso nunc. Quod.n. continue mouetur, est ſm vnumquodque punctum potentia, et est nõ in tempore, sed in ipso nunc: quod est temporis terminus. Quocirca neq; fit in aliquo horum, neq; abest, receditur. quare in continuo motu, qui fit supra magnitudinem continuam, non potest dici, quod ſm aliquod punctum in continuo, quod mouetur in ipso, quia neque est actu, quia neque est actu aliquod horũ punctorum, sed solũ potẽtia.

Sed in eo, quod reflectitur, necesse est sic dicere. Si enim G feratur ad ipsum D, & iterum cum regressa fuerit deorsum feratur, extremo D fine & principio, vsa est vno signo, vt duobus. Quapropter stet necesse est, & non simul fuit in ipso D, & abijt ab ipso D. ibi enim simul esset & non esset in eodem nunc.

Cõm.77. Cum ostendisset, quomodo in eo, quod mouetur continue non est dicere aliquid accedere, & recedere, inducit, ꝙ necesse est de illo, quod venit ad finem & reflectitur, dicere, ꝙ idem adest & recedit in termino. Nam terminus lineæ non amplius est potentia, vt erant intermedia, sed est actu. Quocirca oportet in termino vtiq; fuisse, & abfuisse. Et hoc rursus ostendit expositione literarum, euarians (vt ait Alex.) literas, & nunc faciens h, quod mouetur, vt prius d, & ipsum d, terminus lineæ, vt prius erat h. Et dicit, quod h veniens ad terminum d, quando iterum reflecteretur, vno puncto, vt duobus, quia velut principio & termino, vtitur. Hoc autem erat aduenire & recedere, quocirca ex necessitate oportet idem intermedio tempore ipsorum nunc, videlicet eius, in quo fit in termino d, et illius quando recedit reflexum ab eodem quiescere. Sic Alex. varietatem literarũ suscepit. Nisi forte ipsum d, motum sit vt prius in extremo posuerit lineæ rectæ z, vt ab extremo motum idem accipiat. sic & nunc in eodem seruans pro extremo lineæ rectæ idem assumpsit. Et h terminus erat rectæ prius ad principiũ rectæ, idest ad d motum accepit velut reflexionem in principio faciens principiũ simul, & vt terminum accipiens, quod si terminum simul, & vt principium accepit, et d in ipso h mouit. Quod vero simul non possit idem fieri in ipso d, & recedere ab eodẽ, demonstrauit dicens. Ibi.n. simul esset, & non esset in eodẽ nunc. Quod.n. in aliquo fit, & recedit quando fit, in ipso iam est in eodem, sed quando recedit ab eodem discedẽs non amplius est in ipso. Si ergo aliquis diceret, in ipso nũc indiuisibili aliquid factum esse in aliquo & recedere simul diceret in eodem nunc aliquid factum esse in aliquo, & non esse. Quatenus factum est, nimirum erit, quatenus recedit, non erit.

Si vero ea, quæ olim illata fuit solutio, non dicenda est. Tex.67. *non enim contingit dicere, quod est in D, ipsum G, in sectione, neque autem affuit, neq; abfuit. necesse est enim ad finem venire, qui actu est, nõ potentia. quod igitur in medio est potentia est. hoc autem actu, & finis quidem, à deorsum, principium autem desursum. Et motuum ergo similiter. necesse est ergo stare, quod reflectitur super recta. Non igitur contingit continuum motum esse perpetuum super recta.*

Soluens dubitationem dicentem, ꝙ si a factum erit in ipso b, & recesserit, & quod adest, & recedit intermedio stat, accidit, vt d æque velox ipsi a, rectam æqualem z h, hunc e c, celerius absoluat, ꝗ a, pertransit e c: quod absurdũ est. Quæ.n. æque velocia sunt pertranseunt æquales in æquali tempore. Hanc igitur soluens dubitationem dixit, ꝙ a non fit in ipso b, & recedit in tempore, sed erat in ipso, in sectione temporis, & non in tempore, quia puncta non sunt actu in ipso continuo, sed potentia. Non oportet igitur, inquit, idem dicere de his, quæ reflectuntur: quod est in ipso nunc ſm d, haud tamẽ & factum est in ipso, vel recessit ab eodem. Hoc.n. actu est, & non potentia, vt ea, quæ sunt inter initium, & finem. Et huius fidem affert hãc quia necesse est, vt sit id, quod mouetur ad aliquid veniẽs aliquando ad idem actu iam terminus, & nõ potentia, vt erant, quando mouebatur ad idem, quod mouetur intermedia. Hæc.n. potentia erant fines, quia quod mouetur, potest & hæc actu facere stando in eisdem & diuidere continuationem. Quod.n. continue mouetur supra rectam, et continuam finitam nullo intermedio vtitur, vt actu. Oportet autem aliquando peruenisse ad terminum, & actu in eodem fieri, quia & ipsi actu, sed non potentia, vt ea quæ sunt ante idem. vt.n. sunt puncta in ipso subiecto, sic etiam quod cõtinue mouetur in ipso fit in eisdem, sed in his, quæ sunt potentia, & in his quæ sunt actu, etiam existit actu. Verum Alex. nouit, & aliam scripturam quam & primo ipse conscripsit, quæ fertur in pluribus voluminibus, qua contentus eandem exponit, vt alteram recusans, Alia porrò sic est, { Necesse.n. est vt veniat ad finem qui est actu, id, quod est potentia. } Sed hoc vult sibi quod motum, cũ est in potentia, in fine donec mouetur, necesse est ad finẽ venire actu existens iam terminus, quando in ipso fieret. Sed quod est in fine actu, in puncto actu est in tempore, et

non

non in sectione temporis. Necesse.n.est, vt quod mouetur si reflectatur ab eodem, quando quidem in ipso mouetur, vt velut fine eodem vtatur: sed quando ab ipso, vt principio. & inter principium & finem necesse est, vt fiat quies media. Sed vt recta, inquit, super qua mouetur motum idem habens principium, & terminum, sic & motum habet necessario, qui fit ab imo ad supremum & econtra. Et huius sursum terminus est & principium. Cum ergo ostẽderit multifariam quod proposuit, quia quæ reflectuntur, necesse est intermedio tempore stare, & quod supra recta motum, necesse est reflecti, nisi cesset factum in terminis, concludit dicta totum syllogismum breuiter exponens sic se habentem: Quæ super recta solum mouentur, reflectũtur: sed quæ reflectuntur stant in medio, & quæ sic stant, non mouẽtur continuo motu: igitur quæ super recta mouentur, non mouentur cõtinuo motu, neque æterno. Sed ipse duas propositiones, aliam dicentem, quod supra recta motum reflectitur, & illam dicentem, quod reflectens se stat: colligens igitur necesse esse, vt stet quod reflectitur supra recta, & relinquens velut apertam dicentem, quod quæ stant non mouentur continuo motu, conclusionem intulit dicens, non igitur potest supra recta motu continuo, & æterno moueri.

Eodem autem modo occurrendum est ijs, qui interrogant Zenonis rationem, & existimant, si semper dimidium transire oportet: ea autem infinita sunt: infinita autem transire impossibile est. Aut vt eandem hanc rationem quidam aliter interrogant, volentes simul cum quid mouetur, dimidium prius numerare, cum adest secundum vnumquodque dimidium. quare cum pertransieris totam, infinitum accidit
Tex. 68. *numerasse numerum. Hoc autem in confesso est, impossibile esse. In primis ergo de motu sermonibus, soluimus, quia tempus infinita habet in seipso. Nihil enim absurdum est, si infinito tempore, infinita transit aliquis. similiter autem infinitum, & in longitudine est, & in tempore. Sed hæc solutio, ad interrogantem quidem se habet sufficienter. interrogabatur enim, si in finito tempore contingit infinita transire, aut numerare. Ad rem autem ipsam, atque veritatem, non sufficienter. Si enim aliquis dimittens magnitudinem, & interrogationem infinito tempore contingit infinita transire interroges de ipso tempore hac (habet enim tempus infinitas diuisiones:) non amplius sufficiens erit hæc solutio. sed verum illud dicendum est, quod quidem diximus in nuper dictis sermonibus. Si enim aliquis continuum motum diuiserit in duo dimidia, hic vno signo tanquam duobus vtetur. facit enim ipsum, & principium & finem. sic autem facit, & qui numerat, et qui in dimidia diuidit. Sic autem diuidente, neque erit continua linea, neque motus. continuus enim motus continui est. in continuo autem insunt quidem infinita dimidia, sed non actu, sed potentia. Si vero faciat actu, non faciet continuum, sed stabit. quod quidem in numerante dimidia, manifestum est, quod accidit. vnum enim signum necesse est ipsi numerare duo. alterius enim dimidij principium, alterius autem finis erit, si non vnam numeret continuam, sed duo dimidia.*

Cõm. 79. Cum ostendisset, ꝙ in continuo puncta intermedia extremorum potentia sint, & non actu, & ob id, quod mouetur continue supra continuo, neque adest secũdum aliquid eorum, neque abest ab ipsis, vt hoc faceret, continuũ diuisit, asserens hac ratione vti oportere, & contra rationem Zenonis interrogantes. Verum, cum de rationibus Zenonis Eleatæ, quas probat exercitij causa, & videt ostendere, ꝙ non est motus, ipse dixit in Sexto huius tractationis, ꝙ quatuor sunt, & quæ fuerint enumerauit: & cõtra vnanquanque instetit. Sed earum quatuor rationum, vnam nunc pertractans reducit nos ad memoriam antedictæ solutionis eius. Dicit autẽ, ꝙ ingeniosius multo soluetur ex his, quæ proxime ostensa sunt. Erat autem Zenonis dicta ratio, de qua nunc mentionem facit, hunc in modum. Si est motus, erit aliquod pertrãsiens infinita tempore finito. Nam quia in infinitum fit diuisio in duas partes, in omni continuo erunt infinita dimidia, quia omnis eius pars est dimidia, id quod motum est supra finita pertransiet infinita dimidia tempore finito, in quo diuisit finitã. Sed assumens oppositum huius consequentis in connexo, videlicet, quod non potest aliquid tempore finito quædam infinita pertransire, quia neque omnino possunt infinita pertransiri, destruit motum, atque penitus è natura eruit. Sic ergo Zenon: sed inquit, etiam alias adducere aliter sic. — *Argumentũ Zenonis motum perimit.*

Si est motus: quia sunt infinita dimidia in omni continuo, quod mouetur supra continuo potest secũdum vnũquodque dimidium numerare. quod, cum fit, quãdo quod mouetur pertransierit finitam magnitudinem, iam numerasset numero infinita dimidia: ꝑ si hoc fieri nequit, videlicet numerari infinita, fieri etiam non potest id, quod sequitur ex hoc, sed sequebatur hoc, quod motus est. Sed tũ quidem instans contra Zenonis rationem, quæ velut absurdum adducit, quia motus est, ideo finito tempore infinita dimidia, quod mouet pertransibit. Verum dixit non tẽpore finito infinita pertransire: sed siquidem igitur pertr-sibit, infinitũ etiã erit tempus. Vt.n. magnitudo infinita dimidia habet, sic etiam tempus tenet. Aeque.n. ambo cõtinua sunt, & in infinitum diuidua: igitur non finito tempore infinita pertransiet, sed infinitis infinita. Hanc proinde solutionem, qua tum vtebatur, dicit contra inferentem velut absurdum infinita pertransiri tempore finito ex se suppetere. Non.n. finito tempore infinita pertransit quod mouetur: sed si quidem id fit infinitis, quia æque infinita sunt tempus, et magnitudo: quare nullum incommodũ sequitur. Verum quo ad ipsam rem, & veritatem ſm se nõ suppetit, neque vere occurrit. Non.n. idem est instare aduersum falsam rationem, & quomodo verum sit ostendere. Quidam.n. potest sibi assumens quædam falsa prohibere processum falsæ rationis. Quod vero hæc obiectio non satis sit ad solutionem eius, quod dubitatur reuera transferẽdo probationem ostendit. Non.n. aliquis, inquit, dimiserit magnitudinem, & interrogationem fecerit, num finito tẽpore possint infinita pertransiri, aut numerari, de ipso tẽpore, solum hæc percunctaretur. Nam accipiens quoddã tempus finitum, in quo motum mouebatur, quia infinita sunt dimidia ipsius, cum continuum sit, & infinitum diuiduũ, censebit dimidia pertrãsire, & numerare. Si.n. totũ transit, etiam vnamquãque partem absolui: quare, si infinita dimidia absoluet id, quod mouetur, quando totum absoluit, & pertransiens infinita etiam numerat partes tẽporis in toto finito. Sed hæc dubitatio oritur, quod quanquam aliquis censeret eiusdem magnitudinis partes dimidia numerari solum quando motum pertransit ipsam, & si nõ vtatur tempore, quod Zeno faciebat. Et ob id videtur Arist. supplere aliquid rationi Zenonis, cum aliter interrogat rõnem ipsam à numeratione, quia ad hanc interrogationem non sat erat tum dicta solutio, quæ tempus æque infinitum, vt magnitudo est, ostendit, vt neq; ad eã, quæ de solo tempore, aut magnitudine interrogabat. Etenim ad dubitantem hoc modo, non amplius congruet illa antedicta solutio, quę dicit, æque tempus, & magnitudinem infinita esse. Et cum dicat nihil esse hoc, addictum respondet.

respondet. Nam qui dubitabat, sectionum infinitate vtebatur, & quia dicebat infinita posse pertransiri, & quod mouetur posse hæc pertransire, & numerare: Quocirca dixit illam solutionẽ aduersus Zenonem, & eos q ita interrogant, esse sufficientem. Non.n. finito tempore infinita absoluit, sed in infinito. Sed rationem, quæ posset de eodẽ aliter interrogare, & ad veritatem, & ostensionem rei naturæ non suppetere. Sed dictis paulò ante hæc etiam soluẽda est ambiguitas. Est autem, quia omne continuum potentia in seipso hæc habet, & ea, quæ diuidi possunt non actu, vt linea in puncta, & tempus in ipsa nunc. Sed diuidens in dimidia, & numerans hæc, actu accipit. Sic autem diuidit continuum, & vno puncto, vt duobus vtitur. Nam facit initium, & terminum idem esse, velut quod mouebatur prius supra recta, & reflectebatur, & vt illud non velut in continuo mouebatur, neque cõtinuo motu, cum vteretur eodem puncto, velut principio & fine, & accederet ad illud, & ab eodem recederet, sic etiam facit & is, qui singula enumerat dimidia, & semper ſm primum dimidiũ moueri dicit. Diuidit.n. continuum, & actu quædam media accipit in ipso. Sed diuisum continuum non amplius manet continuum. Neque.n. magnitudo, neq; motus, neq; tempus amplius sunt cõtinua diuisa. Qui ergo diuidit nõ amplius ostendit in cõtinuo, & finito infinita esse. Non.n. manet continuũ diuisum actu; quare qui hoc mõ nituntur ostendere infinita esse in cõtinuo dimidia, vel qa diuidit, vel quia numerat, eadẽ demonstratione continuum auferunt, in quo deliberarunt infinita esse ostendere. Nullum enim amplius continuum est, vbi fuerit diuisum. Sed quispiam dicet, ꝙ, si omne continuum diuidi potest in infinitum, & omnis pars continui est continua, & qui diuidit continuum non destruit continuum esse. Hanc igitur soluens instantiam dicit quomodo continua sint diuisibilia in infinita. Quia enim potentia habent infinita, non actu, quandoquidem ſm quamcunque sui partem queant sectionem suscipere. Quod igitur continuo motu motum est, infinita potentia, & non actu motum est, & in tempore continuo potentia infinita dimidia, & non actu. Quod si potentia, neq; vt numerata, neq; vt diuisa. Hæc.n. sunt iã diuisi actu, & non amplius continui, qui ergo statione sectiones partitur & finitas assumet. Nam potentia erant infinita dimidia in continuo, sed actu finita: non enim sic potentia in continuo infinita, vt & ea, quæ actu possunt sumpta esse. Non.n. sunt actu infinita, sed velut potẽtia in infinitum diuidi queunt. Vnde natura sectionis in infinitum est, vt sit in potentia, & semper fiat, & secetur: sed non vt iã sectum sit, atque diuisum. Vt certamen, & dies, qui simul collectim accipi nequeunt, sed sunt dum fiunt. Quod vero à numerante dimidia, continuum diuidatur in finita, & non seruetur vnum continuum, quale acceptum erat in potentia diuisibile, demonstrauit ex hoc, quia sic faciens vnum punctum duo numerat, priorem nanque partem, vt finem accipit, & posteriorem, vt principiũ. Qui.n. totum, & continuum ſm dimidia diuidit idem punctum in ambobus dimidijs accipit: sed qui hoc facit, & vno signo, velut duobus vtitur, continuum diuidit, vt ostensum est de eo quod mouetur. igitur qui numerat dimidia continuum diuidit, sed qui nõ seruat cõtinuũ, sed diuidit per dimidia, neque motum velut continuum, & vnum accipit.

Omne cõtinuũ habet in potentia ea, per quæ diuidi potest.

In infinitum sectio est in eo quod semper sit potestate et in eo quod semper fiat.

Quare dicendum est ad interrogantem, si contingit infinita transire, aut in tempore, aut in longitudine: quod quidem fieri potest, & fieri potest vt non. Actu enim, si sint, non contingit: potentia autem, contingit. Qui enim continue mouetur, secundum accidens infinita transiuit, simpliciter autem non. Accidit enim lineæ infinita dimidia esse. substantia autem ipsa altera est, & esse.

Reliquum docet nos, quomodo generatim respondendum sit interroganti, si contingat omnino infinita pertrãsiri, aut in tempore, quando aliquid finito tempore pertrãsiens infinita, in eodem nunc diceretur pertransire, aut in magnitudine, quando aliquam finitam magnitudinem transiens infinita in eodem puncta diceretur percurrisse. Inquit ergo ad interrogantem hoc respondendum esset, ꝙ aliquomodo id contingit, & aliquomodo non, quia infinita potentia possunt, sed infinita actu nequeunt, quia huiusmodi infinita non habent aliquod principium. Sed quomodo queat infinita percurri absoluiq; indicat (vt inquit Alex.) per hæc verba. {Qui.n. continue mouetur, & cætera.} nam quia linea, quam transit, quod mouetur accidens hoc habet, quia diuidi potest in infinitum, & infinita dimidia per accidens habet, quod transit lineam per accidens infinita dimidia potentia absoluit, idest hanc lineã cuius accidens est infinita dimidia habere potentia. Non.n. hoc erat lineę substantia, & natura, videlicet habere infinita dimidia. Sed, quia non erat per accidens, quod percurrit lineam infinita dimidia transiens, sed per se. siquidẽ per se lineam percurrit, cuius natura est, vt habeat infinita dimidia, sed quia hoc non est natura, & substantia lineæ, sed hoc ipsi accidit. Nam eius natura, atq; substantia est, vt sit quædã longitudo, q lata fieri nequeat. Quod igit trãsiuit hãc lineam per se, nimirum absoluit longitudinẽ, quæ lata fieri non potest, & per accidens pertransiuit ea quæcũque acciderẽt lineę. vt si alba erat, album: & similiter aliorum vnumquodque, quorum vnum erat habere infinita dimidia potentia. Sed, cum sic interpretetur Alex. prædicta verba suismet verbis, quispiam instaret opinor. Primũ, cur si accidunt lineæ infinita dimidia ipse adiecit hoc potentia, & non solum verba ita scripsit, idq; magis cum libri, in quos ego incidi, non habeant hoc potentia, additũ. Sed etiam sic exposuit. Inquit, Nam quod lineam transit, accidens infinita pertransiuit, idest hanc absoluit, cui per accidens est habere infinita dimidia potentia. Sed quomodo accidens esse dicat lineæ hoc, in infinitum esse potentia diuisibilem, siquidem continua maneat linea, & omnis cõtinui ratio sit, vt in infinitũ diuidi valeat? Sed scire decorum est, quod Aristoteles non refert hoc, quod Alexander tradit, quod accidens sit lineæ, potentia esse in infinitum diuisibilem, sed quia lineæ infinita dimidia esse accidit. Sed ad verba Aristo. respondendum est, quomodo qui continue finitam per se permeat, per accidens infinita peragrauit. Illud.n. per accidens, & si per accidens tñ est atque existit. Quod.n. mouetur per accidens aut calefit, nimirum est. & aliud mouetur, & aliud calefit, & si per accidens. Nam ipse natura per accidens à ventis impellit, quia accidit nauigio, quod per se impellatur, attamen mouetur, & nauta, & si per accidens moueatur, sed infinita nõ sunt, vt quod continue mouetur, per se finitam, & per accidens infinita pertransierit, & lineæ accidens erit infinita dimidia esse. nisi ergo accidentis speciem aliquam aliam nũc tradat nobis Arist. asserẽs id, qd potẽtia alicui inest, accidẽs eiusdẽ dici. Sic.n. lineæ affirmat accidere infinita dimidia esse, quia potẽtia sunt in ipsa, quãquã in infinitũ diuidi posse sit ratio cõtinui. Sed, quoniã singula sunt quatenus actu extant, & non ſm id, quod est potentia in ipso, ob id & lineæ substantiam, & naturam negat esse ſm infinita; quæ sunt in eadem: quia hæc sunt potestate in eadem, sed ſm vnum, & continuum, quod quidem lineæ conuenit actu. Et si definiuerimus igitur continuum quod potest scindi

Cõm. 80.

Tex. 81.

Debit?

Lineam accidere infinita dimidia quo pacto dicat Arist.

Species est accidentis illud, quod potentia alicui inest.

scindi in infinitum, cum sit actu, profecto ſ m id, quod est potentia in ipso definiemus. vt si quis taurum definiret, qđ fieri aptis possit. Vnde, si Arist. accidēs ꝓ hoc, potētia dixit, temere dixit Alex. qđ accidit lineæ infinita dimidia adesse, adiecit hoc potentia. Simile.n. erit reliquū, ac si qs diceret, Potentia.n. competunt infinita dimidia lineæ. sed quomodo potentia infinita dimidia sunt linea? Omne.n. quod est potentia, & actu fieri potest. Et statuens, quod potest fieri velut factum, falsum forte non tamen impossibile petit ac statuit. Erunt igitur infinita dimidia actu. Sed tertio huius tractationis ostensum est, ꝙ neque magnitudine, neq; multitudine aliquid potest esse infinitum: igitur audiēdum est infinita dimidia esse, pro hoc, diuidi in infinitum in dimidia. Nam hoc potest linea, sed nō infinita dimidia esse queunt. Nisi quis diuisum in infinitum in dimidia infinita dicat, perinde ac nunquam attingat terminum sectionis in duas partes, ſ m quod & ratio, quæ dubitabat, infinita dimidia esse accepit, & non quod verum sit, facta in infinitum esse. Sed Arist. cum hoc concesserit rationi dubitanti, nequaquam simul esse infinita, solutionē hausit, ac collegit ex eo, quod est in potentia infinita alterutro modo accipi posse affirmans, vt 3. huius tractationis tradidit non sic. Vt, si potest hoc fieri statua, cum actu fiat statua, sic erit etiam infinitum actu. Sed sic est, inquit, in finitum, quia semper aliud, atque aliud sumitur, & quod accipitur semper finitum est, verum semper alterū, atque alterum: vt dies: et certamen, quia semper aliud, & aliud fit, sic etiam infinitum. Et patet, inquit, hoc infinitū esse id, vt in infinitum in temporē, & in hominibus, atq; indiuisione magnitudinum. Et hoc autem in illis addit Aristoteles, quod potest infinitum esse & hoc est in infinitum, quod non oportet accipere, vt hoc aliquid, vt hominem vel domum, sed velut dies dicitur, & certamen: quorum natura non est velut substantia, idest non permanet, sed semper oritur, atque interit finitum, & semper alterum, atque alterum.

Quo pacto linea dimidia potestas infinita.

Non remanet infinitum sed semper in ortu & interitu est.

Tex. 69. *Manifestum autem est, quòd nisi aliquis faciat temporis signum, quod est semper prius & posterius eo quod est re posterius, erit simul idem ens & non ens, & quando factū erit non erit. Signum igitur vtrisque commune est, & priori & posteriori, & idem & vnum numero, ratione autem non idem. huius enim finis est, alterius autem principium. ad ipsam autem rem semper posterioris affectionis est. Sit enim tempus in quo A C B: res in quo D. hęc in A quidē tempore alba, in B vero non alba: in C ergo, alba & non alba: in quolibet enim ipsius A verum est dicere, albam, si toto hoc tempore erat alba, & in B non albam. C autem in vtrisque: non ergo dandum est in toto, sed preter vltimum nunc in quo C: hoc autem iam posterius. & si fiebat non album, & si corrumpebatur, album, in toto A factum est, aut corruptum in C: quare album, aut non album, primum in illo verùm est dicere, aut cum est factum non erit, & cum corruptum est, erit. aut simul album & non album, & omnino ens, & non ens esse necesse est.*

Com. 81. Cum mentionem fecisset de ipso Nunc, quod alterius est initium, & alterius finis: & ꝙ est diuisio temporis, sed non tempus: & ꝙ est impertibile: & ꝙ fieri nequit aliquid & interire, adesse q;, & abesse aliquid in eodem nunc in aliquo, & ab aliquo: Sin vero, aliquid erit simul in eodē, atque non erit: ostendit deinceps nunc hoc, ſ m quod fit diuisio temporis, tanquam contra tempus diuisum, eodem modo est in vtrisque partibus eiusdem, vnius quidē principium, & alterius vero finis. Sic enim tempus est continuum, quia eius partes habent communem terminum

Ipsum Nūc si ad tempus referatur, est enim principium, alterius vero finis: ad rem vero, est posterioris principium, non autem finis prioris.

Nunc, vt tamen quo ad rem, ꝙ semper est in tempore est, in aliquo posteriore tempore, & re aut affectione, sed ei quod fit, in posteriori tempore adest, & fit illius initium. Vt si aliquid aliquo temporis curriculo ex albo mutetur in nigrum nunc in quo primum mutatum est ex albo in nigrum. vt ad tempus æqualiter in ambobus est priore & posteriori tēpore, cum sit vnius initium, & alterius finis. Sed quo ad rem nigrum ipsum esse additur. sed non amplius, & albo, & quo mutatū est, tanq̃ sit accepta res in posteriori tempore, vt quod fit nigrum, aut nigrum principium talis natura ab hoc nunc accepit, sed non amplius idem accipitur nunc commune hoc, & rerum, & temporum, sed posteriori adnexo, idest ei, quod est in tempore posteriori, cuius est principium. Sed ablata re priori tempore, cuius temporis terminus est ipsum nūc, numero quidem vnum est, sed ratione non vnum, quando idem vt terminus, & principium acciperetur. Quòd hoc ita se habeat ostendit, consequens absurdum patefaciens, si aliter se habeat: Si.n. aliquis, inquit, diuidat prius, & posterius signum punctumúe, idest nunc. non semper autem cum posteriori re cōiungat, sed velut in temporibus, sic etiam in rebus idem commune prioris & posterioris accipiat, vt sit in vtrisque rebus, vt etiam in tēporibus erat, accidet aliquod absurdū. Simul.n. idē erit, atq; nō erit, & q̄n aliquid fuerit factū, tū non erit. quod ita se habere demonstrabit. Illud vero, rei semper passionis posterioris est, æquale est huic, ſ m res sumptas in tempore semper posterioris passionis est. Nam res sunt etiam passiones. vel illa verba {ad ipsam autem rem semper posterioris passioni est,} dixit, pro hoc, sed ſ m rem in tēpore semper posterius facta affectione in ipso est. Sed posteriorem dixit affectionem, aut {passionem} ea inquam mutatio facta est, cum recens dicat affectionem de omnibus. Sed demōstratio, qua ostēdit, ꝙ ipso nunc communiter accepto de ipsis rebus, & de temporibus, accidet idem simul esse, & non esse, & quādo factum est, aliquid non esse, talis est: Accipit d pro re: & tēpora duo, prius quidem a, posterius autem b, quæ mutuo secernit ac separat per c: & ponit d in priori tēpore, quod est a, albū: & in posteriore b, quod est post diuisionē ſ m c, non album: Sed c communem terminum amborum tēporum, quorum alterius a est terminus, & alterius b est principiū: & dicit, ꝙ si c, & de re statuatur, & petatur, quod est vnius initium & alterius finis d, quod est in tempore a, album, erit etiam in termino ipsius a, album. Hoc autem erat c, & rursus si in toto b est non album: patet, ꝙ etiam in principio ipsius erit non album. Sed principium erat c, quod quidem erat terminus ipsius a: igitur in ipso c, quod est impertibile, album est, & non est, ꝙ igitur sequitur absurdum ex ipso c, perinde ac sit prioris, & posterioris temporis, huius quidem initium, & alterius finis, sic etiam rei sit. Sed ipse dicit, non esse concedendum sic in omni primo tempore d, album esse, vt in termino eius, quando adhuc tale sit, sed in omni tempore dandum est, non tū & in termino eius, sed excipiēdus est terminus prioris rei, quæ est album, & faciendum est c principium ipsius iam albi, in posteriori tempore. Sed hoc patet, inquit, & ab ortu atque interitu, quod c, ipsi deinceps connectendum est. Siquidem fiebat aliquod album in toto tempore a: si quidē corrumpebatur album in eodem, in quo c, factum aut corruptum erat, si terminus c, ipsius a, est: quare, si fit aliquod album in tempore a, in primo c, est album, & si interit aliquid albi in tempore a, in primo termino c, qui est ipsius a corruptum & non album erit. Si ergo quod fit & interit in ipso tēpore a, in ipso tempore b, factum est, aut interiit, vt in

vt in eis patet, quod c ipsi b copulandum est, vt naturam principij habens, non tamen ipsi a: si quidem in ipso a fit, & in ipso c factum sit. Quod si quis idem commune asseruerit ipsi a & b, vt nunc medium inter vtraque temporum ambobus commune est, acidet, vt quando factũ fuerit, tum non sit, & quãdo interijt tum sit, quæ palam absurda sunt. Quod vero hæc accidant, hinc patet: Si.n. quod fit in tempore, quod est a, album, erit positum in termino ipsius, qui est c, in quo mutatur, quod fit adhuc non erit existens in c. Quod enim fit nondum est: sed in toto tempore b ponitur factum: quare & in principio ipsius, idest in c, factum erit: igitur etiam in ipso c factum erit, quia principium ipsius b est c, in quo b factum fuit, & nondum est, quia finis ipsius a, in quo adhuc fit, est c, & ponitur qđ fit in ipso a, album, & adhuc in termino eius fieri. Eadem quoque ratio est de illo, quod interit. Si.n. quod interit, siue album fuerit hoc, siue quoduis aliud, donec interierit est, sed corrumpebatur d, in ipso a toto tempore, si & in fine eius c ponebatur interire, erit adhuc in c: sed, si in b omni & toto corruptum est, & non est, & principium ipsius b est c, igitur in ipso c, quia finis est c, ipsius a, in quo corrumpebatur, adhuc est. Sed cur principium ipsius b, in quo corrumpebatur, corruptũ erit, quando ergo corruptũ est, adhuc est. quare dicenti commune c, ambo accidẽt impossibilia, videlicet quod factum est, vbi factum est, nõ superesse: & corruptum, quando corruptum est, tum esse, qđ non est. Præterea simul aliquid album esse, & non esse vt demonstrauimus; & idem quod fit erit, & non erit. Oportet ergo terminum rei in tempore a, connecti atque vna esse cum termino rei in tẽpore b, ne in contradictionẽ incidamus. Et dubitatum, inquit Alexander, quãdo obiit Socrates, soluitur hoc modo. Sed dubitatio est talis: Quãdo moritur Socrates, num quãdo migrabat è vita, aut eo tempore, in quo mortuus est? Non.n. poterat è vita excedere, in aliquo tempore medio inter hæc, quia nullum est medium. Sed neque in eo tempore verum est dicere quo migrabat ex hac luce, quia tum vitam exhalabat. Nam in omni parte temporis, in quo moriebatur, viuebat, neq; eo tempore, quo iam vita functus erat, quia non potest quod iam vitam amisit, & spiritum, adhuc mori: siquidẽ quod obiit. post mortem obiisse dicimus. Sed hoc obiit sequitur vt principium obiisse, & illod obiit non in tempore, sed in fine temporis, quo mors sensus omnes occupauit; at è vita excessit in vniuerso tempore postquam moriebatur. Sed soluitur hoc ex prædictis. Nam mutatũ est ex vita, & mortuus est temporis termino, vbi primum viuens suos cõpleuerat dies, & mortuus est, & non in tempore, in quo deinceps non viuebat. Neque igitur in quo tempore viuebat, neque in quo obiit mortuus est, neque prorsus in tempore, sed in termino eius temporis quo viuebat. Simile etiã interrogatur, quando peperit filium nũ quãdo pariebat, an quando partum alebatur. & patet, quod neutrum horum est, sed in termino pariundi, & neq; in tempore ante hoc, neque in tempore post hoc, neque omnino in tempore.

Soluitur dubitatio, quando mortuus est Socrates.

Si vero quod est prius non ens, necesse est fieri ens, & cum fit non est: non est possibile in impartibilia tempora diuidi tempus. Si enim in A tempore, fiebat D album: factum est autem simul & in altero impartibili tempore, sed contiguo in B. si in A fiebat, non erat: in B vero est, generationem oportet esse quandam mediam. Quare, & tempus erat, in quo fiebat: non enim eadem ratio erit, & ijs, qui non impartibilia dicunt, sed ipsius temporis in quo fiebat, factum est, & est in vltimo signo, cui nullum est contiguum, aut consequenter. Impartibilia autem tempora consequenter sunt.

Quando demonstrauit, q illud, quod reflectitur, necesse est, vt in illo quiescat, à quo reflectitur, vtens in demonstratione, q non potest in eodem nunc, quod quidẽ est terminus temporis, sed non tempus, hoc videlicet, aliquid adesse, et abesse ab eodem, quod quidem sequebatur ex illo, quod tempus non constat ex impertibilibus, neq; possunt contigua esse ipsa nunc mutuo: Hoc.n. constituto sequitur, vt inter duo nunc, illud videlicet, in quo aderat quod mouetur, cum sit terminus suæ præsentiæ, & illud nunc, in quo aberat, tempus medium esse, in quo erat necesse quiescere illud, quando quidẽ vnũ nũc alteri, non sit vicinum. Hoc igitur ipse nũc approbat, q non componitur tempus ex indiuiduis, neque in ea diuiditur, & hoc pluribus ostendit. Sexto huius tractationis idipsum generalius proponens, q nullum continuum cõstet indiuiduis, et nunc separatim, & opposite idem de tempore comprobat efficiens rationem ex proximè ostensis credendam: Hoc.n. vtitur, videlicet primam mutationem, qua mutatum est aliquid, non fieri in tempore, sed in termino temporis, in quo mutatum est, & ab hoc ostendit propositum. Sed prius sumit velut euidens pronunciatumq; hoc, vt id, quod postea est, & prius non fuerat, necesse sit, vt prius fiat antequam sit, & quando fit nondum esse. Et palam ratio vera est de his, quæ ortu adsunt, sed non in illis, de quibus ipse prius dixit, quod interdum sunt, & interdum nõ sunt sine ortu, atque interitu. Hoc igitur posito pronunciato, inquit, fieri non posse, vt tempus diuidatur in ipsa nunc. velut in tempora indiuidua, et ipsum cõponi ex ipsis nũc. Si.n. fieret album, vt d, existente quodam tẽpore ex indiuiduis composito a, ipsum d, quod fit album, in tempore indiuiduo, in quo fit album, nõdum est in ipso album. Nã positum est, q, quando aliquod fit, nondum est quod fit: vnde d in tempore a nondum est album, sed simul factum est, pro hoc iam est, in consequente tẽpore ipsius a, ipsum d, album. Oportet igitur aliquod tempus mediũ esse inter a & b, nunc, in quo tempore fiat album. Non enim in temporis a termino potest dici factũ esse, cum sit medius inter a & b, tempora. Non enim est impertibilis terminus. Si hoc verum est non possunt a & b impertibilia contigua esse. Si.n. omnis ortus est in tempore: non enim in termino tẽporis. Non enim est terminus indiuidui. fieri autem oportet d, intermedium temporis, in quo est, & illius, in quo nondum est, erit etiam & horum, videlicet huius in quo est, & illius, in quo nondum erat. Sed hæc erant a b, quoddam tẽpus intermedium. Et, si sumptum sit quoddam tempus medium, indiuiduum inter a b, & tempora in quo aliquis dicet d, factum esse, vt b, rursus de a b, temporibus eadem ratio. Nam quia d est in b, & non erat in ipso a: nam fiebat in illo: oportet iterum quoddã tempus inter hæc medium esse, in quo factum erit d. Sed illud {factum est autem simul, & in altero impertibili tempore, sed contiguo in b,} dixit pro hoc, iam factum est in altero indiuiduo tempore. Non enim hoc accepit, quod in b factum sit. Quærit enim in quo factum est. Deinde instantiam soluit dicentem, q eadem dubitatio potest afferri contra eos, qui aiunt tempus componi ex indiuisibilibus. Etenim in his videtur consentaneum esse, vt in illis esse quoddam medium tempus inter id, quod fiebat, & id, in quo est. Rursus.n. similiter in ipso a, quia fiebat, in ipso nõ erit. Sed in ipso b erit: igitur erit aliquod tempus medium inter impertibile tẽpus, & b quæ erant attigua. Si ergo cõmune dubitatum nondum erit ostensum tempus componi, non ex indiuisibilibus. Dicit igitur, q non est hæc dubitatio, & contra eos, qui negant tempus componi ex indiuisibili-

Com. 82.

Prima mutatio, per quam quippiam mutatum est, non in tempore, sed in fine temporis fit.

diuiſibilibus, & cauſam addit. Eiuſdē. n. temporis, in quo fiebat, in extremo puncto factum eſt, atque exiſtit: quo puncto, nihil eſt contiguum, neque conſequenter, ſed tempora indiuiſibilia ſunt conſequenter: quocirca non eſt dicendum contra eos, qui dicunt a, tempus indiuiduū, quod fiebat in aliquo eius, ſed eſt in termino eius. Non enim eſt terminus indiuidui temporis. quare, ſi fiebat in ipſo indiuiduo, & non poteſt in aliquo eius factum eſſe. Eſt autem iam in ipſo b, & eodem tempore indiuiſibili. patet autē, ꝙ oportet aliquod medium eſſe, in quo fiebat. Nam inter id, in quo fiebat, & id, in quo eſt medium, eſt id, in quo factum eſt: quod quidem ſi nō terminus eſſe poteſt impertibilium a b, tempus erit: quare non amplius a b, erunt deinceps inter ſe: quod quidem ponebatur. Quòd ſi & impartibilis diceretur eſſe tempus medio rurſus idem abſurdum ſequitur. ſed ſecūdū dicentes tempus non impertibile a, poteſt quod fit, in ipſo tempore a, in termino eius factum eſſe, ſed eſſe iam in ipſo b. Sic autem non amplius, non opus erit aliquod tempus quærere medium inter a et b, in quo d erit. In quo enim tempore a fit, factum fuit in termino eius, quod eſt medium inter tempus a, in quo factum nondum erat. & tempus b, in quo iam eſt. Oportet enim quod fit in aliquo medio inter tēpus, in quo fiebat, & id, in quo iam eſt factum, quod medium ſit aliud ab vtroque: quod quidem dici non poteſt de ipſo a, ſi indiuiſibile fuerit. Non enim poteſt aliquid aliud eſſe ab hoc, in quo fiebat a, & aliud, in quo factum eſt. Sed cum dixiſſet, quod id quod factum, & eſt in vltimo pūcto, adiecit hoc, cui nihil eſt proximum, et conſequenter, videlicet punctū quale ipſum eſt. Oſtēdit autem ex hoc etiam, ꝙ ipſa nūc, quæ termini temporis ſunt, non ſunt inter ſe cōtigua, neque deinceps vt ſit in ipſis tempus, ſed eſt omne tēpus acceptum, poſt terminum temporis a. Sed adiecit, conſequēter indicans, quomodo attigua dicerentur inter ſe indiuidua tempora. Nam quia deinceps ſunt velut proprie conſequenter dicta: non. n. quia partes ipſorum copulatæ ſunt, quia non habent partes. Sed Alex. his deinceps dubitationem adducit, non valde ad rem pertinentem, vt opinor. Si. n. aliquis, inquit, contēderet in termino a, temporis, in quo eſt iam mutatum d, eſſe & in tempore a, non eſſe: fiebat enim in illo. Et vtens eadem ratione pateret medium tempus inter a, & terminum eius, in quo tempore fiebat, adhuc ratio ſtare videretur. Nam in quo primo mutatum eſt, vt ſit, verum eſt affirmare illud eſſe. Et pulchre ſoluit dicendo, vt, ſi tempus erat, in quo factum fuit, erit iam & in eo velut in tempore, & oporteret ante hoc eſſe aliquod medium inter hoc, & illud in quo fiebat: quod ſi non tempus illud, in quo factum eſt, ſed terminus temporis illius, in quo fiebat, non amplius inter id, in quo nondū eſt, ſed fit & illud, in quo iam eſt, aliquod medium eſſe oportet, in quo factum ſit. Quòd ſiquis diceret, idem in termino ipſius a non ſolum factum eſſe, ſed etiam eſſe: patet ꝙ & in principio ipſius a non eſſe idem dicet: quanquam iam factum aliquomodo ſit.

Manifeſtum autem eſt, quòd ſi in a toto tempore fiebat, quòd non eſt maius tempus, in quo factum eſt, & fiebat, quam id, in quo toto ſolum fiebat.

Cōm. 83. Cum demonſtraſſet, ꝙ in tempore a fiebat d, ſed in termino eius erat factum, quod non ſit tempus id, in quo factum eſt, ſed terminus temporis, demonſtrat acutiſſimè. Si enim in toto tempore, inquit, fiebat, et in termino ipſius factum eſt: oſtenderetur autem æquale tempus eſſe id, in quo fiebat vtrique ſimul, in quo fiebat, ſed in termino eius factum eſt. Oſtenderetur, inquam, æquale tempus illud, in quo fiebat vtrique ſimul, videlicet ei, in quo fiebat, & ei, in quo factum eſt: patet, ꝙ id, in quo factum eſt ei additū in quo tempore fiebat, non fecit tempus longius: quare nō erat tempus id, in quo factum eſt. Tempus. n. tempori additum tempus maius facit. Quod vero non fecerit maius, patet: ſiquidem in termino ipſius a, temporis factum ſit, et terminus indiuiſibilis eſt. Et erat per ſe manifeſtum, ꝙ terminus temporis non eſt tempus, ſed quæ videtur præter opinionem ſententia euidentiam magnam fecit, videlicet, ꝙ non ſit maius tempus, quando fiebat, quando factum eſt, quàm quando ſolum fiebat. Sed mihi videtur non fruſtra adididiſſe huic. Quam in quo ſolū fiebat, hoc omni. Sed ad oſtenſionem huius quod oportet, cum termino ipſum accipere. Proinde ex his verbis, inquit Alexander, potuit incipere quæ ſint effata, & proloquia. Stoicorum oſtendere, quæ incidentia non nulli dicunt incircumſcriptibilia, & incerta, cum non ſint talia. Sunt hæc autem talia. Si Dion viuit, Dion viuet. Hoc enim & ſic nunc verū ſit, incipiendo ab hoc vero, quod Dion viuit & deſinendo in veram ꝙ Dion viuet: ſed erit tamen aliquando aſſumptio vera hæc, Sed dion viuit, tamen connexum, decidet ad falſum, quia erit aliquādo, quando erit verum hoc adhuc Dion viuit, ſed non hoc erit verum, viuet: quod ſi nō fuerit verum, totum connexum erit falſum. Non enim ſemper quando viuit, etiam viuet, quia hoc modo eſſet immortalis Dion. Sed non erit definientes dicere quādo nō erit verum viuente ipſo hoc viuet: quocirca & in ipſo incircumſcriptibili, & tempore incerto dicunt fieri caſum et lapſum talium pronunciatorum. Tale igitur eſt quod indefinitum vocant pronunciatum decidens, quod vero nō recte dicatur incidere, aut labi licet contueri ex proxime dictis ab Ariſt. Si. n. omne, quod mutatur in termino temporis, in quo mutatūr, mutatum eſt, in quo termino non adhuc in ipſo eſt, ex quo mutatum eſt, ſed in reliquo, ad quod mutabatur, & mutatum eſt, etiam erit & hoc Dionem viuere, ſi mutatur in aliquo vltimo temporis, in quo viuebat, qui terminus eſt temporis, & non tempus, in quo non amplius verum eſt, Dionem viuere, poſitum enim iā erat in hoc. Hoc igitur Dion viueret, quod eſt in præſenti nunc dictum, ſi in quo mutatum eſt, ab ipſa vita nunc diceretur, non eſt verum, ſi vero in alio ante hoc nunc verum eſt hoc, Dion viueret. Sed ipſorum nunc, in quo non amplius viueret mutatus eſt iam Dion, & in quo adhuc viuit tempus medium eſt, quo videlicet viuit: ſi quidem in termino eius mutatū eſt ex ipſa vita. Et hoc ſequetur in quo nunc verum eſt dicere, quod viuit Dion, in hoc eſſe verū hoc Dion viuet: quare non prius decidit hoc viuet, quam viuit. Nam ſolum prius decidiſſet, ſi eſſent inter ſe attigua ipſa nunc, illud videlicet, in quo verum eſt. Dion viuit, & illud, in quo mutatū eſt ex ipſa vita. Sed, quoniam in quo nunc vere ſumptum eſt, hoc viuere Dionem huius nunc, & illius, in quo primo mutatum eſt, ex vita tempus medium eſt, quo adhuc viuit, patet quando verum eſt, Dion viuit, etiam verum eſt hoc viuet, & non ob id immortalis erit Dion. Si autem hoc viuit Dion, non in eodem nunc diceretur, ſed in tempore, cuius terminus erit id, in quo primo obiit mutatum ex vita decidet, tum ad falſum hoc, viuet Dion, quia terminus temporis additur rei, quæ eſt in tempore, cuius terminus hic principium eſt, vt demonſtrauimus prius. Nam ipſum nunc in quo primo mutatum eſt à vita finis eſt temporis, in quo viuit: ſed principium eius, in quo iam mortuus eſt.

Id, in quo fiebat, non eſt maius tēpus, & id, in quo factum eſt, et in quo fiebat ſolum.

Stoicorum pronunciata quomodo probentur.

Si Dion uiuit, uiuet Dion, quo pacto oſtendatur.

Quibus igitur aliquis tanquam proprijs credet rationibus, hæ & huiuſmodi quædam ſunt. Rationaliter autem conſiderantibus,

ſiſterentibus, & ex his videbitur alicui idem hoc accidere.

Cõm. 84.

Cum propoſuiſſet oſtendere, quæ ſit continua, & prima ſ'm naturam latio, congruens ei, quod primo mouetur natura & diuiſiſſet lationem in circularem, & rectam, atq; mixtam: & prius definiſſet ac determinaſſet quod ſi vtra ſimplicium non eſt continua, neq; ex his mixta erit: pluribus demonſtrauit motum rectum non eſſe continuũ vllum duobus modis: & ꝙ id, quod fertur recto motu, & finito, reflectitur: ſed quod reflectitur contrarijs motibus mouetur, & contrarij motus ſpecie differentes, non ſunt vnus continuus. Rurſus quæ reflectũtur quietem mediã patiantur oportet: ſed q́ quieſcunt inter medio tẽpore, nõ retinent continuationem motus. Cum ergo hæc oſtendiſſet de latione recta ex ſpecie motus, quæ contrarietatẽ habet, & ex magnitudine, ſupra quam motus reflexus efficitur, quæ ſunt proprie motus, velut eidem competentia, dicit, quod quibus aliquis velut ꝓpriis eius, quod oſtẽditur rationibus crederet, ea quidẽ & tales ſunt, dicẽs proprias ratiocinationes, quæ conficiuntur, ex propriis propoſito, quas, mos eius eſt appellare demõſtrationes. deinceps autem idipſum logice demonſtrare pollicetur. Sed probabiles ſyllogiſmi ſunt, qui non conſtante propriis, & proximis propoſito, vt priores qui per differentias motus recti, & per ſubiectam magnitudinem talis motus, ſed per communiora, & vniuerſaliora, quæ poſſunt etiã aliis congruere. quos conſueuit appellare dialecticos, velut exprobabilibus argumentis deductos. Ponet enim deinde rationes, neque conuenientes ſolum his, quę mouentur ſ'm locum, neq; aſſumptas ex his, quæ inſunt his ſolis per ſe, ſed etiam omnibus, quę mutantur ex oppoſitis in oppoſita, & ex oppoſitis acceptas; quæ non ſolum motis motu recto proprie, ſed etiam omnibus, quæ mutantur, conueniunt.

Propriæ rationes ſyllogiſmi demonſtratiui.

Logici ſyllogiſmi per probabilia ſunt.

Omne enim, quod continuę mouetur, ſi à nullo prohibeatur, in quod quidem venit ſecundum lationem, in hoc & prius ferebatur. Vt, ſi ad a venit, ferebatur ab b. & non cùm prope eſſet, ſed mox vt cœpit moueri. Cur enim magis nunc, quam prius? Similiter autem, & in alijs. Quod autem ab a ad c fertur, rurſus veniet ad a continue motum. Cum ergo ab a ad c ferebatur, tunc & ad a fertur eo, quia c eſt motu. Quare ſimul contrarijs. contrarij enim ſunt qui ſecundum rectam ſunt: Simul autem & ex eo mutatur, in quo non eſt. Si igitur hoc impoſsibile eſt, neceſſe eſt vt ſtet in c. Non eſt ergo vnus motus. qui enim ſtatu intercipitur, non eſt vnus.

Cõm. 85.

Motus qui fit à contrario in contrariũ non eſt continuus. Omne quod mouetur ad determinatũ locum mouetur.

Quod nullus motus ex contrario in contrarium factus ſit continuus, oſtendit prius ſumens pronunciatũ vniuerſale dicens, ꝙ omne per motum continuum ad aliquid perueniẽs, ad quod peruenerit ſine impedimento explens motum, ad hoc impetum habet, vt quando motũ aggreſſum eſt. Omne enim quod mouetur, vt ab aliquo definito mouetur, ſic etiam ad aliquod definitum peruenit, niſi ab aliquo impediatur, vt ſi deorſum moueatur aliquid ſine impedimento, delatum etiam quando mouebatur deorſum impetum habebat & inclinationem, atque momentum, et non ſolum quando propinquum erat iam ad locum imũ, ſed etiam quando initium motus ſumebat, quo continue deferebatur ad illum, ad quem velut venturum motũ auſpicabatur. Cur.n. magis in hoc, quã in hoc fit? Hoc.n. ſignificat iſtud. {Cur enim magis nunc quàm prius.} Similiter quoque inquit, & in aliis motibus. Non enim in ſola latione, in qua, exempli cauſa, exercuit pronunciatum ſola ratio vera eſt, ſed æque vera etiam in aliis motibus, videlicet alteratione, accretione, & diminutione, & omnino in mutationibus ad contraria: non enim in ortu, atque interitu, vt diſcemus. Cum ergo hoc verum ſit poſtulatum, hoc huiuſmodi connexo oſtenditur propoſitũ, velut erat ratio de latione exẽpli loco adducta. Si.n. aliquid ab imo ſurſum moueatur, quando attigerit locum ſupremum, nõ quieſcit, ac manet, ſed eodem momento, & impetu adhuc fertur continue deorſum: patet ob pronunciatum, & quãdo incipiebat moueri deorſum momẽtum, & inclinationem ad locum deorſum retinebat, & non ſolum quando ſit ſurſum mouetur deorſum. Proinde quod mouetur à loco deorſum, ſi cõtinue mouetur ſimul momentum, & inclinationem habet mouẽdi ſurſum, & deorſum: atqui motus ſurſum contrarius eſt motui deorſum: nã ex contrariis loci. quod ergo mouetur in rectum, ſi continue mouetur cõtrarios ſubit motus: quod fieri non põt: quare etiam impoſſibile eſt illud, quod ſequitur ex hoc, videlicet, ꝙ recto mouetur motu continue moueri, & reflecti. Sed, cum accepiſſet a, principium recti motus: & c terminum: & poſuiſſet continue motum in rectum ob a in c, & ab ipſo c, in a moueri ſimiliter: & concluſiſſet, quod mouetur ita ſimul motibus contrariis moueri, cur hoc ſequatur probauit dicens. Contrarij.n. motus recti: et hoc, quia ex cõtrariis. Contrarie.n. motus recti mutuo termini ſint. vt locus ſurſum, ei, qui eſt deorſum & dextrum ſiniſtro, & ante retro. Hæc enim non ſolum quo ad habitudinem noſtram ſic ſe habent; ſed eorum natura ſic ſe habere prius in vniuerſo oſtendimus, vt Secundo libro de cœlo docuimus. Sequitur etiam aliquod aliud abſurdum ex hoc, videlicet, quod mouetur in rectum cõtinue moueri, & reflecti. Si.n. a loco deorſum moueatur ab a, & iterum redierit ad a, continue & proprio momento, atque inclinatione deferetur, vt moueatur ad eum locum, in quo eſt. Sed hoc abſurdum eſt. Nihil.n. mouetur, vt ſit in quo eſt. Quod enim mouetur vnde, & quo mouetur, & a loco ad locum. Deinde tertium aliud abſurdum adducit, quia continue mouentur ea, quæ ſupra rectam reflectuntur, accidit aliquid mutari ex hoc in quo nondum eſt. Si.n. quod fertur ab aliquo ſtatim, quia inchoauit motum ad illud fertur, ad quod perueniet, quod à loco deorſum mouetur illico, non moueretur magis motu ſurſum, quam motu deorſum: ſed motus, qui fit deorſum ex ſupremo loco ortũ trahit: igitur motum à loco imo, mouebitur etiam à loco ſurſum, in quo nondũ eſt: non.n. ex alio quodã latio in id, quod deorſum eſt, ſed non poteſt quod mouetur ex aliquo loco inde moueri, ſi non fuerit in illo, ex quo illo motu mouebitur. Si.n. aliquis idem diceret tum moueri motu deorſum, quando ſurſum fieret, concedet idem primum in loco ſurſum eſſe. Sed qđ eſt ſurſum, aut fit etiam recedit ab eodem, ſic autem non amplius moueretur continue. Sed aliquis forte dicet inſtãdo, ꝙ hac ratione, neque quod ab imo loco ſurſum mouetur continue aſcenderet. Quod.n. ab imo incœpit moueri ſurſum, oportet primũ ad mediũ deduci, deinde ſic à medio ſurſum: quare ab ipſo, in quo nondum eſt, mouetur: neq; hoc igitur continue mouebitur, quanquã non reflectatur. Sed dicendum, ꝙ primum motus ſurſum, non à dimidio, vel à medio fieri dicitur, ſed ab ipſo loco deorſum. Deinde non oportet, quod mouetur continue ſurſum ad dimidium accedere. Quod.n. accedit aliquò, inde recedat oportet. Et actu medium diuidẽs quiete intercepta quieſcit, ſed dicetur eſſe motus ſ'm medium continue ſurſum, non tñ ſit, tamen in loco ſurſum ſit oportet prius, quã deorſum reuerſurum ſit. Non.n. motus eſt alicuius ſimplicis deorſum, quare in quo nondum factum eſt, debuit fieri atque eſſe, & ex hoc iam mouebatur. Si ergo hæc fieri nequeunt, videlicet, aliquid ſimul motibus contrariis moueri, &

ri, & in ipso esse ad quod mouetur, & tertium hoc, videlicet, ex hoc moueri aliquid, in quo nondum est. Hæc aūt accidunt dicenti posse motum rectum continuum esse. Et Alex. dictis hunc adiecit argumentationem, non ab eodē pronunciato ductam. Si enim impossibile, inquit, vt motus præter naturam, cum eo, qui est secundum naturam, vnus & continuus sit, vt in eo quod recto motu mouetur, & reflectitur, necesse est etiam, si altero mouetur s'm naturam, & altero præter naturam moueri: igitur non erit cōtinuus cōpositus ex motu sursum, & motu ad deorsum.

Tex. 71. *Amplius autem, & ex his manifestum est vniuersaliter magis de omni motu. Si enim omne, quod mouetur, mouetur aliquo dictorum motuum. & quiescit, aliqua oppositarum quietum (non enim est alius præter istos) quod autem non semper mouetur secundum hunc motum. dico autem quicunque sunt diuersi specie, & non si qua pars est totius: necesse est prius quiescere secundum oppositam quietem: quies enim priuatio motus est. Si igitur contrarij quidem motus sunt, qui secundum rectam fiunt: simul autem non contingit moueri contrarijs motibus, quod ab* A *ad* C *fertur, non vtique feretur simul & ab ipso* C *ad* A. *Quoniam autem non simul fertur: mouebitur autem secundum hunc motum: necesse est prius quiescat apud* C, *hæc enim est opposita quies ei, qui est* A C *motui. Manifestum igitur est ex ijs, quæ dicta sunt, quòd non est continuus motus.*

Cōm. 86. Priusrationem fecit de motu recto, deinde de omni proprie motu, ex quo mutatio fit ex contrario in contrarium. & si tūc exemplum procedat, & ratio adhuc de recto. Nunc autem magis generaliter de omni mutatione demonstratio fit, quæ mutatio continet etiam ortū, atque interitū. Nam priuatione vtitur, velut omnium mutabiliū, siue s'm locum, siue secundum qualitatem, aut quantitatem, aut substantiam moueatur, ex priuatione propria eorum, quę fiunt, mutatur. Merito igitur dixit se dicturū magis generaliter de omni motu, idest de omni mutatione. Omne enim, quod mutatur in aliquid quod prius non erat, ex ipso non hoc, & propria priuatione ad hoc aliquid mutatur, vt Primo libro disputatum est. Sed eius ratio talis est. Cum sumpsisset, ꝙ quæ non semper mouentur, sed aliquando mouentur, aliquo dictorum motuum mouentur ex oppositis ad opposita. Aut enim secundum ortum, & interitum, aut secundum accretionem, & diminutionē, aut secundum alterationem, aut secūdum lationem in rectum: Patet autem, ꝙ non semper mota, & quiescunt aliquando, aliqua quiete motus, qui sunt inter opposita, cum moueantur ad ea, quæ attingunt. Neque alius præter dictos motus est, neque quies præter has. Ratiocinatur ergo sic, quod mouetur non semper, aut aliquo dictorum motuū mouetur, aut aliqua quiete opposita illis quiescit. Sed quod mouetur aliquo dictorum motuū non sempiternorum, ante quam moueatur necesse est quiescere quiete media inter hunc, & oppositum motum. Sed quod quiescit quiete media non mouetur motu continuo. Et sic omnino generaliter in omni mutatione ostēsum est, quæ fit ex priuatione. Reliquū descendit ad lationem, quę reflectitur supra rectam, de qua erat propositum disserere, ꝙ nō sit continua, huic adaptat rationem. Si. n. contrarij secundum rectū motus, qui sunt ab imo ad supremum, & à supremo ad imum, aut qui ab a ad c, & qui ab ipso c ad a: & ob id non potest simul quod mouetur ambobus motibus moueri ab ipso c ad a, necesse est prius quiescere ad c. Nā hæc erat opposita quies motui ab ipso c, cum sit intermedia duorum motuum, & scindat eorum continuationem. Patet igitur, quod motus rectus non est continuus. Tota igitur demonstratio rationis talis. Sed, cum explicarit id, quod mouetur hoc motu, non semper quomodo oporteat accipere hunc motum exposuit, per hæc {dico autem quicunque sunt diuersi specie, & non si qua pars est totius.} Quod enim motu sursum mouetur, qui specie differt ab eo, qui est deorsum, & oppositus ei non potest vno continuo post ipsum efficere, necesse est ante motum ad locum sursum contrarium huic motui quiescere quiete ea, quæ est deorsum, nō tamen aliqua pars motus sursum quiescet, dum motū sursum tendit, antequā illud moueatur. Quo .n. mouetur pars, ante ipsum potentia, & hæc mouebatur. Et, cum vna sit amborum species, nihil prohibet, vt sit cōtinuus motus ex ambobus, & ob id non prius quiesceret tanquam quod altero motu specie mouetur, antequā eodem moueatur sit necessariū quiescere: quia nequeunt oppositi motus fieri vnus continuus, velut differentes motus s'm partes. Nam ij à quiete non scinduntur. Quocirca & ea, quæ mouentur motu continuo, & ęterno secundū aliā, & aliam ipsius partem mota existente eadem specie non coguntur, antequā moueantur illo motu quiescere quiete opposita motui, quo mouebantur: vt ea, quæ non motibus s'm partem, sed quæ mouentur differentibus specie. Si. n. mobile erat hoc motu, & non mouebatur eodem erat in priuatione ipsius. Sed priuatio est quies, ex qua in motum illum est mutatio. Omne enim quod mutatur ad aliquid, quod non prius erat ex ipso non hoc mutatur ad hoc. Igitur ad talem motum, quod mutatur, dicebatur mutari, quo prius non mouebatur, & sic ex priuatione ad ipsum mutabitur. Priuatio autem est in opposito quies. Quod. n. ad album mutatur ex nigro, antequam mutetur in album necesse est in nigro, ex quo mutabatur quiescere. Et si nigrum contrarium albo sit, tamen in contrariis semper cōtrarium deterius habet rationem priuationis.

Amplius autem & hæc ratio magis propria est ijs, quæ dicta sunt. Simul enim corruptum est non album, & factum est album. Si igitur continua alteratio est ad album, & ex albo, & non manet aliquo tempore: simul corruptum est non album, & factum est non album. trium enim erit idem tempus. Tex. 72.

Cum ostendisset non esse cōtinuum motum rectū, per communiora argumenta, quæ etiam magis probabilia vocauit, nunc rursus idem per propria pollicetur ostendere, idest ex his, quæ sunt per se. Quæ. n. alicui insunt per se ei propria sunt. Sed eorum, quæ per se competunt motui. Primum est, vt sit motus in tempore: & quod mutatū est ad aliquid simul mutatum esse, ad quod mutatū est: & reliquisse illud, ex quo mutabatur. Per se autem est & ipsum tempus inter ipsa nunc. Per hæc igitur facturus demōstrationem, merito per propria magis, inquit, nunc demonstrationem fore. Nam argumenta ante hanc ex contrariis, & oppositis fiebant, quæ erant communia pluribus: Quocirca, & magis vniuersales easdem dixit & tamen hoc argumentum ex his, quæ insunt per se motui facit, quod omnibus motibus quadret, quapropter in alteratione velut idem facit. Quod autem dicit huiusmodi est, Si cōtinuus est motus, à contrariis in contraria simul corruptum est illud ex quo mutatio, & factum est illud, ad quod mutatio in eodē nunc, quare simul interiit hoc non album, et factū est album. Si ergo cōtinua est reflexio, simul erit ad album mutatū, & ex albo in albū: quare tria hæc sunt in eodem nunc, quod tempus dixit dicens: Trium erit tempus idem, vt interitus albi & albi ortus, atque ex albi in non

Cōm. 87. — Motui quæ nō per se insunt.

album mutatio:quare erit idem album,& iam aliquid albi mutatũ eſt: nam hoc ex albo mutari erat. Quòd ſi quia non accidit hoc abſurdum non diceremus in eodẽ nunc ad album mutatum eſſe,& ex albo,ſed in alio, & alio erit aliquod tempus in medio,& quies, & non amplius continuus motus.Si ergo quæ ex neceſſitate ſunt in eodẽ nunc, & interitus non albi, & ortus albi, & hæc ex hypotheſi, quia ponitur continuus motus ſimul erit album & mutatio albi,non album.Erunt tria in eodem nunc interitus nõ albi, ortus albi,mutatio ex albo in non album. Sic autem fieret mutatio ex non albo id id, quod non eſt albũ facta vno exiſtente motu continuo,& id,quod interiit in ſeipſum mutatum.Non album.n.corruptum in ipſo,non albo rurſus ad non album mutatur, vt nigrum in nigrum. Sed nihil ex quo mutatur in illud mutatur. Proprie igitur hæc eſt priorum demonſtratio, quod ibi abſurdum concluditur circa hoc contrarios eſſe motus. Sed hic ea de cauſa, quia in eodem nũc eſt aliquid facere mutatum aliquid ex aliquo,& ex hoc rurſus in id, ex quo mutatum eſt in idẽ. Quanto igitur peculiarius eſt tempus motui quam contraria, tanto etiam demonſtratio hæc quam ante dictæ.

Amplius non ſi continuum eſt tempus, & motus, ſed inſequenter. Quomodo vero erit vltimum idem contrariorum, vt albationis & denigrationis?

Cõm. 18. Hoc additur cauſa conſolandi, & confirmandi imaginationẽ noſtram, quæ ex continuatione temporis continuos motus in eo tenebat,& aſſerebat. Non.n.ſi aliquid in continuo eſt, neceſſe eſt etiam illud continuum eſſe, quia ſic omnia,quæ ſunt in tempore, cõtinua eſſent, & ſi plurimum inter ſe diſteterint, & ſi diſſimilima fuerint cõtinua erũt. Nam omne tempus continuum. Sed non neceſſe eſt. Nam neq; quæ ſunt in vaſe, neceſſe eſt vt continua ſint, & ſi vas ſit continuum.ergo tempus eſt cõtinuum. Sed motus in ipſo, qui ſunt ex cõtrariis in contraria continui non ſunt inter ſe,ſed cõſequenter. Erant.n.hæc conſequenter, inter quæ nullum medium erat eiuſdem generis. Sed inter motus ad oppoſita motus medius non eſt, ſed quies, quæ non eſt ſimilis ſpecie cum motu. Quare ſic facti motus non ſunt continui,ſed cõſequenter inter ſe. Quòd verò non poſſit continui,& vnus motus eſſe, qui ſunt ad cõtraria, ex definitione cõtrariorum demonſtrauit. Continua erant ea, quæ ad vnum terminum cõmunem copulãtur,& quorũ termini erant vnũ. Sed contrariorũ eſt vnus terminus neq; poſſunt extrema contrariorum, quibus copulantur, vnum eſſe. Quæ.n.ſunt mutuo contraria,& extrema contrariorum ſunt contraria, ſed contraria nõ ſunt vnum, & quorum termini ſunt contrarij non ſunt mutuo cõtinui. Sed aliquis poteſt, Alex.inquit extremum cõtrariorum intelligere terminum totius continui. Nam vnius continui motus vnus terminus erit : quare quod albefit,& nigrum fit, vnum habere terminum. Sed quomodo hoc fieret? Neque enim nigrum, quia hoc non erat terminus albationis, neque album. Neque enim hoc poteſt eſſe terminus denigrationis, ſed neq; mixtum aliquid ex ambobus, quia non ſimul ambobus mouerentur.

Quæ ſunt in cõtinuo nõ oportet eſſe continua.

Motus ex cõtrarijs in contraria continui non ſunt, ſed conſequuntur.

CAPVT IX.

Tex. 73. *QVi autem ſuper circularem ſit, erit vnus & continuus. Nihil enim impoſſibile contingit. Quod enim ex A mouetur, ſimul mouebitur ad A, ſecundum idem propoſitum : ad quod veniet, & mouetur ad hoc. ſed non ſimul mouebitur contrarijs, neque oppoſitis. Non enim omnis, qui eſt ex hoc, ei, qui eſt ad hoc, contrarius eſt, aut oppoſitus. Sed contrarius quidem eſt, qui ſuper recta ſit. ei enim eſt contrarius ſecundum locum, vt qui ſecundum diametrum ſit : diſtat enim plurimum. Oppoſitus autem eſt, qui eſt ſecundum eandem longitudinem. Quare nihil prohibet continue moueri, & nullo tempore deficere.*

Cum oſtendiſſet, ꝙ neque aliæ prẹter lationem mutationes poſſunt eſſe cõtinuæ, neque lationes rectæ: quia ſequuntur impoſſibilia, ſi qui ſtatuerint eas eſſe continuas, dicit, ꝙ ſola circularis motus poteſt eſſe continua & vna : ſiquidem nullum ſequatur impoſſibile ea poſita. Si enim alias motiones non eſſe continuas demonſtrauimus, quia impoſſibilia ſequuntur, ſi quis ponat aliquem eorum continuum: Si ergo nullum accidit impoſſibile illi, qui circularem motum affirmauerit continuum : igitur audacter oportet eam exiſtimare continuam eſſe. Quod enim circulariter mouetur ab a incipiens ad a, rurſus rediit eodem impetu & inclinatione, & non ad aliquid contrarium ipſi a primum accedit, vt de motu ſecundum rectum oſtendebatur,& ob id ex contrariis compoſitus non poterat vnus eſſe,& continuus in illo. Sed quod in orbem mouetur, nec contrariis, nec omnino oppoſitis motibus mouetur in orbiculatione. Neque enim aliqua pars huius motus ab a, eſt alicui parti eiuſdẽ in a contraria: neq; totus motus ab a in a, toti ab a in a contrarius, nec omnino oppoſitus. Et oſtẽdit, qui ſint contrarij lationi, & oppoſiti motus. Neque.n. ſimpliciter motus ab a in a, eſt contrarius, & oppoſitus. Etenim ſic circularis motus abſoluitur, ſed eſt motus ab a, contrarius motui ad a, quando in rectum fieret. Contraria enim ſunt ſecundum diametrum. Hæc enim plurimum inter ſe diſtant, & ea, quæ mouentur ab his ſecundum diametrum, & ad ipſa rurſus, velut a contrariis, & ad contraria motibus contrariis mouentur. Si enim termini diametri fuerint a & b, motus ab a in b cõtrarius eſt motui ab ipſo b in a. Diametrum vocat rectam circuli, & velut in circulo oſtendens. Et quòd termini diametri plurimum diſtent oſtendit : quocirca & motus ſupra diametrum facti iterum, atq; iterum ſunt contrarij. Oppoſitus autem, inquit, eſt motus ſecundum eandem longitudinem. Contrarij enim ſupra eundem diametrum, quia plurimum diſtant. ſimiliter ſurſum, & deorſum termini definiti,& dextrum,& læuum, ac ante & retro ſecundum naturam velut a contrariis, ſecundum locum ad contraria facti motus contrarij ſint. Quæ autem in alio quouis recto modo reflectantur, oppoſitis motibus mouentur,& ſi non contrariis. Vt enim a principio ad terminum vel vt a termino ad principium, vel quia hoc velut ad nos ſupra, & aliud quoad nos deorſum, & dextrum ad nos & ſiniſtrum, & hoc ante quoad nos & retro, ſed hæc opponuntur ad aliquid quare omnes motus recti reflexi, ſi nõ contrarij tamen oppoſiti. Contrarios enim dicimus ſolos a contrariis. Sed contrarij ſecundum diametrum, vt plurimum diſtant, inquit Alex. niſi forte & contrarij ſint recti termini,& ad contraria loca definiti vt prius dixi. Eterum cum medietas diametri à cẽtro ſit contrarij termini eiuſdem : quocirca alius eſt ſurſum & alius deorſum. Poteſt autem, inquit Alexan. oppoſitum dicere ſecundum longitudinem,& ſi non ſupra rectum fiat. Si.n.ab aliquo puncto ad aliquod punctum plures lineæ iungerentur non rectæ, (nam vna eſt ab vno puncto, ad vnum recta) erunt ea, quæ mouentur ſupra eaſdem lineas econtra mota, non in rectum contra mota, ſed in eadem longitudine. Talium igitur linearum motus contra non contrarij quidem ſunt, quia

Cõm. 19.

Circularis motus, ſi continuus affirmetur nullũ ſequitur impoſſibile.

quia supra rectum cõtrarij,sed oppositi,quia mutuo contra stant,& vnus alterum destruit. Si ergo quæ mouentur & reflectuntur supra rectum vel contrariis motibus, vel oppositis mouentur: & nequeunt contrarij motus, neque oppositi mutuo esse continui:non erunt supra rectum reflexi continui. Sed circularem fieri in eodem continua nihil vetat, & nullum deficiet tempus.

Circularis enim motus est qui ab eodem in idem: rectus autem qui ab eodem in aliud.

Cõm. 90. *circularis motus, ideo continuus est, quia non habet pũctum, quod sit principium & finis.*

Cum ostenderit per prius argumentum,ꝙ nihil vetat motum circularem fieri continuum, quia non constat ex contrariis, aut oppositis motibus, vt ille, qui supra rectum,nunc ostendit,quòd neque actu est aliquod punctũ, in quo opus sit adesse,& abesse,& intercedere quietẽ mediam, vt ostendebatur in his, quæ reflectuntur supra rectum. Et hæc est vna causa,cur non sit non moueatur cõtinue. Nam circularis motus ab eodem in idem factus nõ habet aliquod punctum factum in circulo actu, ad quod primũ incipiens moueri velut in termino,& principio eodem vtatur,& quiete media. Si.n.habet aliquid talem pũctum non ab eodem in idem diceretur moueri, sed in illud,in quo primo fieri oportebat. Sed motus in rectũ ab eodem in aliud fit: nam ad terminum recti oppositum, in quo primo necesse est ipsum fieri, vt in termino, & reflectens ab illo velut à principio eisdem iterum moueri ad locum moti à principio. Hoc enim ab eodem significat
» hoc à loco,in quo à principio erat,& hoc{in idem} signi-
» ficat illud ad locum, & illud { in aliud } denunciat hoc in alium locum,alium ab eo,in quo erat à principio.

Et qui in circulo quidem fit, nunquam in eisdem est: qui vero secundum rectam, sæpe in eisdem. Eo igitur, qui sem per in alio, & alio fit, contingit moueri continue. eo vero, qui in eisdem sæpe: non contingit, necesse enim esset simul moueri oppositis. Quare neque in semicirculo,neque in alia circumferentia vlla contingit moueri continue. sæpe enim necesse est, secundum eadem moueri, & contrarijs mutari mutationibus. non enim copulatur principio finis: qui autem circuli est, copulatur, & solus est perfectus.

Cõm. 91. *circularis motus est continuus quia nunquam fit in eisdem, contra qui fit in recta*

Et ex hoc argumento ostendit discrimen inter motum circularem,& rectum,quo circularis motus cõtinuus potest esse,rectus vero non potest. Nã qui est in circulo, inquit,idest circularis,nunquam in eisdem est, & subinde lligit Alexander hoc {sit} velut nunquã in eisdem fiat,quia neque actu est aliquod in circulatione punctum,in quo factus motus stet, vel ei omnino adsit, & absit.sed id rectus motus patitur,quia habet punctum recta,cui adest & abest,sed huic vicinum,non habere scilicet,in eisdem vnquã hoc est,quod nõ necessario stat,quia sæpe in eisdem quod fit,necesse est vt in quo fit rursus & rursus stet in eo eodẽ. Nã in quo fit actu & recedit ab eodẽ,necesse est, vt quietem intermediam sustineat,dum adest & recedit,vt prius ostendimus. Quę igitur reflectuntur in rectum,bis in eodem puncto fiunt:& cum desinunt,et cum iterum initium faciunt:cum idem spatiũ bis deinceps moueatur: & quiescens ad idem pũctum,in quo reflectitur,& rursus ab eodem incipiens,& hoc,quoties reflectitur,facit. Quocirca motus semper in alio puncto factus,potest esse continuus, sed, qui in eodem sæpe factus non potest. Necesse enim est, vt stet quod reflectitur, dum aduenit & recedit tempore medio: & motibus moueri oppositis. Sed quod nec
» stat intermedio tempore, neque oppositis mouetur motibus continuo motu moueri potest. Quod enim cõtinuo ducitur, motu vno mouet & semel, sed quod stat, deinde mouetur,toties quoties mutatur ex statione:quãdo igitur stat rursus mouetur supra eodem reflexum est,qui stat sæpe mouetur,sed quia reflectẽdo supra eodẽ rursus mouetur,sæpe fit,quod mouetur eodẽ,et toties quoties reflectitur. Quomodo igitur & non circularis sæpe erit secundũ hæc,siquidem sæpe circumfertur? Nisi quod nõn sæpe secundum idem fit, statim iam & sæpe eodem motum, est, sed secundum vnum impetum, & inclinationẽ,si cõtinue moueatur sæpe secundũ idem fieret potentia existens sic, & non actu, vt idem principium, & terminus fiat & non quiescat intermedio tẽpore cõtinue,sic motus erit. Si verò quieuerit interceptus rursus eodẽ moueretur, vt in reflexis, siue supra rectum, siue supra circulare sæpe secũdũ idem fieret,quia vnuisquisq; motus interceptus est quiete media, sed quod mouetur multis motibus moueretur & sæpe. Quoties.n.toto moueretur,toties etiam vnaquæque pars illius,quatenus vnaquæq; semel mota supra subiectũ. Neque enim vt in vno,neq; vno mouebatur non continue motũ. Quòd si quis & in continuis diceret, quod sæpe secundũ idem fit in eodem sæpe motum esse,nõ proprie diceret. Non.n.proprie sæpe,quia nõ multis,sed vno,& cõtinuo in vno & continuo facto. Continuorum enim partes potentia sunt in continuis & discretæ per se. quocirca neq; multis,neque sæpe,vt quæ reflectuntur, mouentur non cõtinue, sed consequenter. Quod enim reflectitur, in quo quieuit ab hoc rursus incipit. Sed sic motum non potest continue moueri, vt demonstrauimus. Cæterum, cum ostendisset quod motum sæpe eodem,necesse est, vt motibus oppositis moueatur reflectendo, & quiescere intermedia quiete, rectè adnotat,ꝙ huius causa nõ est rectum esse,sed quia est finitum,& actu habet terminos. Proinde & in semicirculo, & in alia quauis circulatione principium,& finem habente actu discreta, necesse est reflecti, quæ etiam vno motu mouẽtur,sed solum circularis, quãdo non habuerit principium,neq; finem actu discreta, cõtinua esse potest. Proinde & motus supra rectam, si infinitus fuerit,qui in rectũ, nihil prohibet aliquid cõtinue supra ipsa moueri, sed quia quod est supra finitam, necesse est reflecti, & simul intermedia quiete quiescere, sed simul moueri motibus contrariis, quia talis motus continuus est,propter ambo impossibile est. Et causam ipse breuiter subiunxit huius,cur motus, non sit continuus factus supra rectam finitam. Non.n.inquit, supra eandem copulatur terminus principio, vt in his, quæ in circulũ circunferuntur,omne quod accipitur punctum est finis, & principiũ, tanquam f m omnem reuolutionem terminus, & principium sint connexa,& non separata,& principium,& finis, sed non copulatur principium fini supra rectam vt ipsi b. Si eruut recti termini iidem non tamen in circulo copulatur, inter se principiũ, & terminus, quia vnde cœpit motum in circulo in idem desinit pertransiens lineã circularem,sed ob id & solus motus in circulo perfectus est, quia nihil extra se relinquit, vt linea finita, & potest augeri tãquam habens aliquid extra seipsum, sed circularis non suscipit incrementum.

Motus circularis, si iam sæpe circumfertur, quomodo non fiat in eodem.

In semicirculo & quacumque alia circumferentia principium & finẽ actu habẽte fit reflexio.

In circulo principium & finis connexa sunt, sed non in recta linea.

Motus circularis est perfectus, extra se nihil relinquens.

Manifestum autem est & ex hac diuisione, quòd non alios contingit motus esse continuos. in omnibus enim accidit eadem moueri sæpe. vt in alteratione per media: & in eo, qui est quantitatis, per medias magnitudines: & in generatione & corruptione similiter. Nihil enim refert, ea pauca vel multa facere, in quibus est mutatio, aut medium addere quippiam, vel auferre. vtroque enim modo accidit per eadem moueri sæpe. Tex. 74.

Cõm. 92.

Cum ostenderit motum rectum non posse continuum esse, sed circularis potest & vsus sit ad hoc ostendendum, ꝙ supra tectam sæpe fit in eisdem, sed circularis supra lineam circularem, non in eisdem actu semper fit: dicit, ꝙ ex hac diuisione demonstrante, ꝙ reflectitur in eisdē actu reflectitur, & facit idem principium, & terminum actus & ob id, quod intermedia quiete quiescit, & pluribus ac oppositis motibus mouetur, non potest continue moueri: sed hoc, quod non reflectitur, potest. Per hanc igitur distinctionem, inquit, ostendi, nō solos supra rectam & eos, qui supra semicirculos fiunt, & omnino supra finitam lineam motus fieri, cum reflectantur in his, quæ mouentur & ob id non potest continue moueri, īmo neque aliorum aliquis secundū alias species motus, aut mutationis factus. Sunt autem hi, accretio diminutio, alteratio, ortus, atque interitus potest continue fieri. Etenim in omnibus his, inquit, eadem accidunt sæpe moueri, & toties quoties à quiete definiuntur. Etenim in alteratione, quando ex nigro in album mutaretur, & rursus ex albo in nigrum, & hoc sæpe intermedia inter album fieri, & nigrum fieri, cum plura sint quiescibilia & quietes & definientes motus plures & illos facit. Nam alius est motus à principio, dum album fit vsque ad terminum: quocirca & quies alia est dū album fit, & alia dum nigrum fit. Hæc dicit igitur intermedia in alteratione, & in motu ad quantitatem, magnitudines intermediæ sunt, cum fit accretio, aut diminutio, in quibus mediis necesse est quiescere: Hæ enim, cum plures sint, necesse est, vt plures efficiant motus. Et in ortu similiter & in ipso interitu. Cum enim hi omnes finiti sint motus, necesse est, vt ea, quæ mouentur, reflectantur & contrariis, aut oppositis motibus moueri, & ob id non vno, sed pluribus mouetur motibus contrariis, & oppositis, quorum multitudinem oportet considerare. Et si enim per plura intermedia mutatio fiat, & si per pauciora, nihil interest. vt si albatio pluribus fieret mutationibus, & nigrefactio paucioribus, nihil īterest. Duo.n.sunt motus, & duę quietes diffinientes ipsos. Se intermedia sic opinor videnda, vt nō ad vnam speciem perfectam desinant, vt etiam statione intercipiantur. vt si ab albo fuluum, & à fuluo fuscus, & à fusco nigrum fieret. Hæ enim sunt species, & quod mouetur in ipsis stationem habeat oportet, sed per imperfecta motus procedit. Tū enim vnus & continuus vsq; ad nigrum, tanquā sit impetus ad illud, & inde fiat reflexio. Similiter aūt & in aliis mutationibus. Nā reflexio palam ostendit continuitatis exclusionem, & si infinita fuerint intermedia, possibile erit dicere, ꝙ neq; reflectuntur, quia neq; fiunt in termino, sed quoniā finitæ sunt species intermediæ in ipso quali, & in quāto intermedia discretarum, vtrinque magnitudinum s'm propriam vniuscuiusq; naturam & ortus, atq; interitus definita sunt ea, quibus mutatio, vel cōtradictione, vel priuationibus fit, nihil interest, si per plura aut pauciora reflectantur, quæ mouentur in contraria, aut in opposita, & sic rationem relinquunt: sed quæ reflectuntur, si sæpe fiant in eisdem, vt in termino, aut principio dicto modo, sic ratio valet, quia multis motibus mobilia mouentur sic: quocirca neque vllus talis continuus est.

Nulla motus nel mutationis spēs continuus pōt moueri quoniam per eadem sæpe mouentur quotiens à quiete definiuntur.

Reflexio manifeste ostendit continuitatis exclusionē.

Manifestum est igitur ex his, quòd neque qui de natura differunt, bene dicunt, qui omnia sensibilia moueri semper dicunt, moueri enim necesse est aliquo istorum motuum. & maxime secundum illos est alterari. Fluere enim dicunt semper, atque diminui. Amplius autem & generationem, & corruptionem alterationem esse dicunt. Ratio autem nunc dixit vniuersaliter de omni motu, quòd nullo motu contingit moueri continue, præter quam circulari. Quare neque secundum alterationem, neque secundum augmentationem. Quod igitur neque infinita sit mutatio vlla, neque continua, præter circularem lationem, tot à nobis dicta sint.

Cum ostendisset nullum alium motum, aut mutationē continuam esse posse, præter circularem, qui solum corporibus cœlestibus competit, reprehendit eos Naturales, qui de natura disputantes, tradidere omnia corpora sensibilia semper moueri. Etenim, si omnia circulariter mouerentur, vt cœlestia, possent omnia semper moueri. Sed, quoniam ex euidentia quoque manifestum est, ꝙ quæ sub Luna aliis mouentur motibus alterata, aucta & diminuta, & quæ ad locum motu recto mouentur atq; oriūtur, & occidunt. Nam hæ mutationes sunt sub Luna, & tamen & secundum illos ij sunt in sensibilibus motus. Etenim ortū atque interitum asserunt fluere semper, dicentes, atque vicissim interire, & oriri sensibilia. Etiam patet, quod asserunt etiam alterationem, quia etiam ortum, & interitum alterationem dicunt, quia oriri, & interire alteratis corporibus fiunt. Si ergo ostensum fuerit, ꝙ non potest secundum aliquem horum motuum continue aliquid moueri, & omnino ostensum est, ꝙ nullus motus potest esse continuus præter circularem, patet, ꝙ neque alteratio, neque accretio, neque diminutio, ad quos respiciebant, & illi in sensibilibus, continui esse possunt. Sed naturales, qui Heraclitum secuti sunt, cum respicerent ad fluxum indeficientem ortus: & ꝙ omnia, quæ fiunt, aut intereunt, corporea sunt & reuera nunquam existunt, vt etiam Timæus asseruit, iure dicēdum est, ꝙ omnia subdita sint æterno fluxui & labantur cōtinuo, atque quod nemo bis in eundem fluuium ingrederetur. Nam quietem intermediam hanc motuum oppositorum, quam Aristo. explicauit, & asseruit, & si ponerent, tamen æstimabant illam insensibilem esse, cū nulla proportione conferri queat cum toto fluxu. Nā vna hirundo non efficit ver, vt Arist. recte lib. de motibus affirmauit. Proinde in his concludit dicta, & ad memoriam reuocat, quod nulla mutatio est infinita. Etenim continua non est infinita. sed in infinitum. Nā indeficiens est, quia iterum atque iterum fit, neque alia est continua præter circulationem, sic vt æterna sit.

Cõm. 93.

Nō recte senserunt qui asserunt sensibilia corpora sēper moueri.

Qui Heraclitū secuti sunt, fluxum ortus aspicientes sic fluere arbitrati sunt.

Nequaquam licet bis eundē ingredi fluuiū.

Nō facit vna Hirūdo ver.

Tex. 15.

Quòd autem lationum, circularis prima sit, manifestum est. omnis enim latio, sicut & prius diximus, aut circularis est, aut super recta, aut mista. Hac autem necesse est priores esse illas. ex illis enim constat. Recta autem, circularis. simplex enim, & perfecta est magis. in infinitum enim non est, secundum rectam ferri. quod enim sic est, infinitum non est. sed neque si eßet, moueretur vtique aliquid. non enim id fit, quod impossibile est. transire autem infinitam, impossibile est. Ea autem latio, quæ super finita recta fit, si reflectatur quidem composita est, & duo motus: si vero non reflectatur imperfecta est & corruptibilis. Prius autem & natura, & ratione, & tempore, quod perfectum quidem est, imperfecto est, corruptibili autem incorruptibile. Amplius, motus prior est, quem contingit perpetuum esse, eo, quem non contingit. Circularem igitur contingit perpetuum esse, aliorum autem, neque corruptionem, neque alium vllum. statū enim oportet fieri: si autem status est, corruptus est motus.

Cõm. 94.

Cum ostendisset, solum motum circularem continuū, & æternum esse: nam ostensum est, ꝙ nullus aliorum est continuus, deinceps ostendir, ꝙ etiam primus motus circularis est. Quòd latio sit prima ceterorum motuū, ostendit, & ponitur ab ipso nunc, & petitur, & ꝙ lationis alia est recta, & alia circularis, & tertia ex his mixta: sed

hac

hac ratione velut manifestum assuemus hoc mixtū ex aliquibus simplicibus posteriorē esse illis, quibus cōstat: nūc ostendit circularem motum esse priorem recto. Sed, cum hoc ostensum fuerit, etiam ostensum erit, ꝙ circulatio est omnium motuum primus; & ad huius demōstrationem, prius sumit velut concessa nonnulla. Vnum ꝙ perfectum est prius imperfecto. Alterum, quòd simplex prius est non simplici. Et cum ostendisset perfectum, & simplicem circularem esse: & rectum nihil horum habere: concludit, quòd primus circularis ac prior est recto. Et primum, quòd non est rectus perfectus ostendit ex diuisione. Aut enim necesse est rectum infinitum esse, aut finitum sed infinitum rectum esse primo impossibile est. Sic enim esset magnitudo infinita, in actu, & impercursibilis: quod non sit ostendebatur Tertio huius tractationis libro. Deinde & si quis concederet rectum infinitum esse, aliquid non moueretur ipso, quia non posset absolui. Si enim omne, quod fit, eo, quod fieri potest, ideo fit, quod nequit fieri, neque fieret, sed motu infinito nihil potest moueri, quia impercursibile, & non potest absolui infinitum, igitur neque mouetur aliquod infinitum. Quare neque si erat aliquis motus infinitus rectus mouebatur aliquid eodem motu: igitur motum supra rectum, supra lineam finitā fieri necesse est: ꝙ si hoc verum est, aut reflecti necesse est quod supra ipsam mouetur, aut nō reflecti. Sed, si reflectitur, motu cōposito mouebitur ex duobus motibus, & mutuo contrarius cōstituto, sed si non reflectitur imperfectus erit. Nam obnoxius interitui est. Sed quod subditum est interitui imperfectum est. Et quod sit imperfectus in rectum, sic demonstrauit. Reliquum verò inducit, quod cū hic sit imperfectus, & interitui obnoxius, necesse est perfectum esse priorem imperfecto, & incorruptibilē ipso corruptibili secundū prioris significationes, quibus lationem esse aliis motibus priorē ostendit. Erant aūt sic priora natura, & ratione, atq; tempore. Natura.n. primus perfectus & æternus, qualis est circularis, quia hoc sublato, et reliqui tollūtur motus imperfecti & corruptibiles, quales sunt recti, non tamen perfectus simul sublatis imperfectis tollitur. Cum enim causa ortus, atque interitus eorū, quæ mouentur in rectum, circularis motus sit, patet, ꝙ si demeretur, tollerentur alij, sed non econtra. Illud {ratione} significat hoc, substantia. Quod enim æternum est & perfectum prius est substantia ipso corruptibili, & imperfecto. & tempore, quia æternum nō æterno prius est, & perfectum imperfecto. Sed, quoniam sic perfecte nondum ostensum est quod si motus circularis æternus. Nā quod sit continuus ostensum est, non quà motus. Tale enim cōtinuum omnis motus habet, vt etiam magnitudinem, & tempus, sed quia non habet necessitatem, neque terminandi, neq; reflectendi velut motus in lineis finitis, in quibus principium, & finis inter se sunt disiuncta. Sed sic cōtinuum posset esse æternum, si perseueraret, & posset non esse, vt circulatio, quæ fit in trocho, quo ludimus, vbi mouetur in eodem loco, tamen ea, quæ mouentur supra lineā finitam continuo quidem moueri motu, vsq; ad terminū nihil prohibet, siue autem cessarent in termino, siue reflecterentur statio ipsa intercidit, quocirca talis motus nequit esse æternus. Si ergo hæc vera dicta sunt, patet, ꝙ circularis motus potest esse æternus, sed aliorum nullus: quod si nō motus rectus, multo magis nec cæteri, quibus latio prior erat, vt ostendimus. Si ergo prior est secundum omnes significationes prioris, si quod æternum est, prius est non æterno: motus circularis cæteris aliis motibus erit prior; quod nunc erat propositum ostendere.

Circulatio primus latio.

Perfectum prius est imperfecto.

Simplex est prius composito.

Prioris, significationes.

Motus circularis primus est, quo perempto, cæteri oēs perimuntur.

Motus circularis est prior tempore cæteris motibus,

Qui in recta fiunt motus nō possunt esse æterni.

Rationabiliter autē accidit, circularem vnum esse, & cōtinuum, & non eum, qui super recta fit. Eius enim, qui super recta fit, determinatum est & principium, & medium, & finis. & omnia habet in seipso. Quare est, vnde id incipiat quod mouetur, & vbi desinet. apud enim terminos, quiescit omne, aut vnde, aut vbi. Ipsius autem circularis, indeterminata sunt. Cur enim magis quoduis eorū, quę sunt in linea, terminus erit? Similiter enim vnumquodque & principium, & medium, & finis est, vt semper aliqua sint in principio, & fine, & nunquam. Quare mouetur & quiescit quodam modo sphęra. eundem enim occupat locum. Causa autem est, quoniam omnia eadem accidunt ipsi centro: principium enim & medium magnitudinis & finis est. Quare fit, vt propterea quod hoc extra circumferentiam est, non sit vbi id, quod fertur, quiescat, quasi transierit, semper enim fertur circa medium, sed non ad extremum; Propterea autem quod hoc manet, & semper quiescit quodammodo totum, & mouetur continue. Cōm. 70.

Cum demonstrarit motum circularem posse vnū esse, & continuum, & æternum: & rectum, neque continuum, neque æternum: causam vtriusq; maxime propriam in his explicat. Nam in motu recto principium, & finis ac medium sunt actu distincta. Cum ergo in recta, supra quam fit motus hæc distincta sunt, & omnia actu sunt. Nam finitum habet principium, medium, & finē: quare et quod mouetur supra ipsam, & vnde incipit motus, habet principium recti, & vbi desinet, terminum habebit. quare etiam & ob id motus terminum habebit. Nā quæ mouentur in terminis quiescunt, vnde & quo motu concluso, aut ante principium. Sed motus circularis non habet discreta inter se principium, & finem, quia neque circulus. Nihil enim magis hoc punctum in ipso, quam aliud principium est, aut terminus, aut medium. Quare, si nihil prohibet, quin omnia media sint non actu, sed potentia, & nullum eorū necessario est terminus, aut principium actu, vt fit supra rectā, sed omnia potentia, vt in recta intermedia inter principium, & terminum, quod mouetur, vt in mediis motus recti, potest continue moueri: quia nō est principium, aut medium, aut terminus actu: sic etiam quod mouetur ſm totum circulum continue potest moueri; quia quod mouetur in circulo, in eodem est principium mediū, & finis potentia, sed non actu, quia nullum signum, aut punctū in circulo est definitum, & certum principiū, aut medium, aut finis actu, sed oē quod sumitur, potest esse principium medium, finis. Sic igitur habebit se, & motus circularis, qui neque principio actu, neque in medio, neq; in fine est aliquando. Quocirca continuus est, vt etiam motus rectus medius inter terminos, potest esse continuus, verū vbi venerit ad terminum quiescet. Sed motus circularis, cū nullus sit actu terminus, nunquā potest quiescere. Etenim potentia semper in principio, medio, & fine, sed actu nunquam, & ob id, inquit, quod mouetur in rectum, interdū quiescit: quia motui finito succedit quies. Sed sphæra, cū in orbem circunducatur, simul mouetur, & quiescit, & motui ibi non succedit quies, quia nō est aliquis terminus actu motus, sed mobile semꝑ eundem occupat locum, vt etiam in motu recto. & huius, quia scinditur, tū etiā quia non manet in eodem loco, quod mouetur, causa est, quia principium, & medium discreta sunt in ipsa recta, supra quā fit motus. Nam à principio in terminum seiunctū à principio procedēs quod mouetur, & mutat locū ex loco, à principio in terminum procedens, & in termino actū factum terminat motum: sic etiam principium eius, quod ducitur in circulo & medium, atq; terminus, cum nō sint Cōm. 95.

Motus circularis unus, & continuus est; quia non habet actu distincta principiū, mediū, & finem.

discreta inter se, neque in circulo, supra quem motus, sed intrinsecus, neque scindi motū, neque mutare facit quod mouetur ad locum ex loco. Equidem principium, medium, & finis circuli centrum est. Principium, inquam, quia secundum æqualem distantiam à centro circulus distat: Finis vero, quia omnes lineæ à circulo in idem terminantur: medium autem, quia vndique distat à circulo æqualiter. Quia ergo circularis motus non in finem, neque ad principium, neque ad medium circuli fit, cum sint discreta, vt in recto, sed circa centrum, idest circa principium, finem, & medium, cum sint discreta, & nō seiuncta, ob id, & cōtinuus esse potest, & in eodem fit loco. Semper enim æqualiter distans à fine est quod mouetur, & non vtitur eodem magis, & magis, neque in finem peruenire necesse est, neque ex loco exire eo semper manente, circa quod est motus.

Centrum circuli principiū, medium, et finis est.

Accidit autem econuerso. Etenim, quoniam mensura motuum circulatio est, primum necesse est ipsam esse. Omnia enim mensurantur primo, & quia primus est, mensura est aliorum.

Cōm. 96. Et quia motus circularis est mensura aliorum motuū, ostendit quod primus est. Et quod sit mensura, Patet. inquam, ex euidentia. Nam dies, & nox sunt tempus circulationis. & hoc, & eius partibus metimur omnes motus. Et ostensum est huius Quarto tractationis, ꝙ mensura aliorum motuum est circulatio, quando de tempore sermonē faciebat. Sed quod mensura prior sit mensuratis, patet: siquidem omne, quod metitur, à simplicissimo eorum, quę sunt in eadem specie mensurentur, vt plures cubitus continens ab vno cubito, & plurium pedum à pede, & digitorū à digito, & numerus ab vnitate. Sed simplicius cōpositio re est prius. Notauit rectè, ꝙ non solū ex eo, quia mensura est, ostenditur primum esse, sed etiam quia prima est circulatio, vt pluribus ostendebatur, & concludit quod sit mensura aliorum. Nam primum simplicissimum, & quod simplicissimū mensura in mensurabilibus. Nā mutuo sese sequuntur, & inferunt primum, & metrum quod quidem ipse dixit accidere econuerso: sed Alexan. scripturam inueniens sic se habentem. {Etenim quod mēsura motuum sit latio ipsa oportet esse primam.} Dicit lationem pro circulatione, quia communi nomine pro ipsa vsus est. Ego tamē in nōnullis exemplaribus, pro hoc, latio, inueni scriptum, circulatio.

Circularis motus est primus, quia, aliorum est mēsura.

Quod talis sit mēsura, ad metitur quod simplicissimū est in tali specie.

Amplius autem, & regularem contingit circularem esse solum. qui enim super recta fiunt, irregulariter & à principio feruntur, & ad finem. omnia enim quanto plus distant ab eo, quod quiescit, feruntur velocius. Circularis autem solius, neque principiū, neq; finis in ipso natura est, sed extra.

Cōm. 97. Causam cōtinuationis in circulatione, & motius in eodem, quæ erat, quia principium, & finis nō est in circulo, sed extra ipsum, hæc etiam est, cur ipse solus sit regularis. & hoc ostendit eundem esse perfectiorem, & primum natura. Quod enim est regulare perfectius, & prius est irregulari. Rursus autem secundū additionem, quæ sit recto, & illius irregularitatem, vt ita dixerim, ratiocinatur normam circulationis, & æqualitatem. Quæ enim in rectum & secundum naturam, & pręter naturā mouentur, à principio ad finem vsque irregulariter feruntur. Quæ enim præter naturam feruntur, vel vi, vt proiecta, celerius principio mouentur, & tardius, cum desteterint vi sensim, tū impellentis, aut proiicientis debilitata. Sed quæ trahuntur tardius quidem principio, sed velocius vbi proxima fuerint trahenti. Quæ autem natura mouentur, tanto citius mouentur, quanto magis appropinquant propriis locis. Omnia enim, inquit, quæ mouentur secundum naturam, quanto quidem magis distiterint à quiescente, idest ab eo, in quo quiescunt præter naturam, patet, quòd, antequam motu eodem moueantur, secundum naturam celerius feruntur. Nam gleba post quietem sursum præter naturam, cum moueatur, deorsum secundum naturam celerius fertur, cum prope deorsum fuerit, & ignis, cum loco sursum vicinus fuerit. Hoc autem fit, quia ab alieno principio ad proprium finem deducitur, sed solus circularis, quia æqualiter distat à principio, & termino, quod est centrum regulariter, atque eadem semper norma absoluitur, neque ad idem, neque ab eodem factus, sed circa idē. Non enim in circulo est principiū, & finis, nt ab eodem, & in idem feratur, sed extra, vel intus. Quocirca idem æqualiter distans circunducitur, Sed quod natura mouetur, cum propinquum fuerit proprio loco, celerius fertur, vel tanquam ad cognatum, vel quia minus, cum vicinum est, aliquid impedit, & diuidit. Sed quod minus est facilius diuidi potest. vel quia cognatius similiusúe ipsi, cum fuerit proximus proprio loco, & non similiter contrarium. vt unde cœpit motum: vel quia incœpit motum, ad proprium nuper mutatum ex contrario, & nondum perfectè separatum ab illius qualitatibus, ex quibus in easdem mutatum est, sed procedens semper fit sincerius. Si ergo propter mutationem in hoc, quod factum mouetur hoc motu, quando perfectè, & pure in idem mutaretur celerius eodem mouebitur. Tum enim & fluxum quo mouetur perfectiorem habebit.

Circulari motus, cur solus sit regularis.

Quæ secundū naturā mouētur quo magis absunt ab eo, in quo quiescebant, mouētur velocius.

Quod mouetur secundum naturam cum propè suū locum est, cur celerius mouetur.

Tex. 77. *Quod autem ea, quæ est secundum locum, latio, primus motuum sit, testantur omnes, quicunque de motu fecerunt mentionem. principia enim ipsius tribuunt mouentibus secundum huiusmodi motum. Disgregatio enim & congregatio, motus secundum locum sunt. sic autem mouent amicitia & lis ipsarum enim hæc disgregat, illa autem congregat. Atque intellectum primum mouentem dicit Anaxagoras, disgregare. Similiter autem, & quicunque talem quidem nullam causam dicunt, sed propter vacuum moueri dicunt. etenim hi eo, qui secundum locum est, motu, naturam moueri dicunt. motus enim, qui per vacuum fit, latio est, & vt in loco. Aliorum autem nullum inesse primis, sed ijs, quæ sunt ex his, putant. augmentari enim & diminui, & alterari, cum congregantur & disgregantur, impartibilia corpora dicunt. Eodem autem modo, & quicunque per densitatem, aut raritatem conficiunt generationem, aut corruptionem. congregatione enim & disgregatione hæc disponunt Amplius aūt & pręter hos, q animā causam motus faciūt. ipsum enim seipsum mouens, principium esse dicunt eorum, quæ mouentur. mouet autem animal seipsum, & omne animatum, eo, qui secundum locum est, motu. Et proprie autem moueri dicimus solum, quod mouetur eo, qui secundum locum est, motu. Si autem quiescat quidem in eodem, augmentetur autem, aut diminuatur, aut alteretur, quodam modo moueri, simpliciter autem moueri non dicimus.*

Cōm. 98. Mos est Aristotelis, post demonstrationes, & testimonia ad idē, quæ consonēt demonstrationibus addoctis, de eodem afferre, ut per demōstrationes doceat, & impellat ad credendum quosq; & per testimonium aliorum, persuasionem & fidem credulitatemúe firmiorē ingerat auditoribus. Neq; enim uelut demonstratione utitur iuniorum testimonio, ut iuniorū est cōsuetudo. Hoc igitur nunc facit, cum fide probet primum esse motū secundum locum

Motus localis praxator esse primus motus antiquorum.

locum, ex hoc, omnes, qui his disseruerunt ad idem deuenerunt, & delati sunt, tanquam ab ipsa natura hoc itinere deducti, vt ipse alibi dicit. Vnde testimonij loco, ꝙ sit latio primus motuum, adducit veteres Naturales, qui mentioné fecere de motu, qui principia, & causas motus, quo mouétur ea, quæ mouentur, tradidere. Nam congregatio, & segregatio motus sunt ad locum, et lis atque amicitia congregare dicitur, & lis segregare elementa. Dicit enim Empedocles:

Congregatio & disgregatio sunt motus locales. Lis & amicitia per lationé mouent.

Interdum omnia amore in vnum conuenere.

Interdum litis odio, singula diuersa lata diuisa sunt.

Et rursus,

Sic enim in vnum conuolant, sed aliter sæpe.

et mens apud Anaxagoram ornans, & mouens similaria à principio ipsa segregare dicitur. Sic igitur Poetæ causam rerum ortus explicarunt. Et cum mentionem non nulli non facerent de causa effectrice, sed de motu dicentes, vt Democritus ob vacuum, ij etiam asserunt naturam moueri secundum locum, idest naturalia & prima, & indiuidua corpora. Nam hæc illi naturam appellabant, & dixerunt secundum grauitatem in ipsis hæc moueri ad lo cum, quia vacuum cedit non renitendo. Nam dixerunt hęc circum resistere, atque reluctari, et non solum primũ, sed etiam hunc solum elementis tradiderunt, & alios his competere, quæ ex elementis conficiuntur. Nam augere, diminuere, alterari, oriri, atque interire, aiunt hæc fieri có gregatis, ac segregatis corporibus primi. Si ergo primis motum ob commune tradiderunt, & per vacuum motus est latio in loco, patet ꝙ hunc primum motum esse putát. Nam est primus primorum. Sciendum, quod plures libri sic scripturam habent, Congregatis & segregatis corporibus indiuiduis, aiunt. Sed Alexander scribit, Sed congregatis, & alteratis, & exponit apte. Nam ob variam atomorum positionem, atque ordinem, aiunt congregata alterari: non enim quia indiuidua corpora alterentur. Prædixit enim illis non alium motum competere, nisi localem. sed illud {alteratorum} pro hoc, sliam positionem, & ordiné accipientium corporum indiuiduorum dixit. Cæterum, cum dixisset quomodo nonnulli asseruerunt plura principia rerum, quæ fiunt: & horum alij causas effectrices assumentes, & alij ortus sine his disponentes, censuerunt primum motum esse lationé. Deinde dicit, quomodo ij, qui dixere vnum principium, vt Thales, Anaximenes, & Anaximander, & Heraclitus naturales, lationem primum mo tum asseruerunt. Nam ortus rerum, atq; interitus raritate, ac densitate assignarunt. Congregatio enim est quædam densatio, & segregatio est raritas. Sed existimo appolite illos, qui vnum dixerunt principium, appellasse densationé, ac rarefactionem affectiones illius, qui vero plura, nuncupasse congregationem, et segregationem. Sed hæc, atque illa motum localem significant. Quarto loco testes adducit eos, qoi animam affirmant motus initium, vt Plato, qui cum animam ostendit seipsa mobilé in Phædro, tradit eandem esse principium sui motus, atque aliorum. Cum dicit, Quæcúque mouentur ex hoc fonte, & principio motuum. Et hi motũ localem proxime tribuunt animæ, Ná aliorum motuum, & si causa sit apud eos anima, vt fons & principium omnis motus, tamen per medium illum, qui est ad locum, vt etiam Arist. à primo motore, per motum localem cœlestium, etiam alios sublunares effici, inquit, et illud, quod est apud Arist. animal seipso mobile, seipsum mouet per animá motu locali. Sed cũ dixisset animal ipsum moueri, subiunxit, & omne animatum, non tanquam excedens ipsum animal, quod animatũ cópetit etiá plantis. Nam plantæ non mouentur secundum locum, sed cum dixit animal seipsum mouere subiunxit, & omne animatum, idest habens animam mouentem in seipso, qua seipsum animal mouet, & in his omnibus testimoniũ poducit ex consuetudine nominum, ad faciendam fidem huius, vi delicet lationem esse primum motum. Nam simpliciter, inquit, & proprie moueri dicimus, quod solũ mouetur secundum locum, sed secundum locum quiescens, & motũ quodam aliorum motuum, vt id, quod augetur, diminuitur, alteratur, non simpliciter, sed aliquomodo moueri dicimus. Nam augeri dicimus, vel alterari, sed ſm locũ moueri dicimus simpliciter. Sic igitur dicimus cœlestia moueri simpliciter, quia eis competit motus secundum locũ, sed Democritus solum motum localem dicebat. Etenim alterata secundum locum moueri dicebat, sed hoc latet, quia non totum, sed secundum partes mutat locum. Sed Stoici secundum omnem motum dixerunt subesse motũ localem, aut secundum magna interualla, aut secundum rationem considerata, subsistentem.

Qui indiuidua corpora ꝑ vacuum mouéri dicunt hi localem motum asserunt.

Qui condensationé & rarefactioné generationem faciunt, hi localem motũ ponunt.

Plato animá affirmát esse sum motus ipse.

Animatum est proprie id in se animam mouentem habens.

Proprie id moueri dicitur, & absolute, quod locali motu mouetur.

Quòd igitur & semper fuerit motus, & erit omni tempore, & quodnam sit principium perpetui motus, ad hæc autem quis motus primus, & quem motum perpetuum contingit solum esse, & quòd primum mouens immobile sit, dictum est.

Com. 99. Deniq; venturus ad finé rationis, nos reducit breuiter ad memoriam eorum, quæ demonstrauit, quibus positis reliqua demonstrat. Principio libri ostensum est, ꝙ motus æternus est ingenitus, & expers interitus, et ob id neq; incœpit aliquando, neque accipiet finem. Item ostensum est, quæ sint causæ, & principium proximum motus æterni: quod est, quia non mouetur ab alio semper motum, sic autem in infinitum procederemus, sed à seipso. Item ostẽsum est, qui sit primus motus secundum omnes prioris significationes, quia aliis speciebus motus latio est prior, sed lationis hęc species circulatio est prior latione recta, et quia hæc vna sola est, & continua ob id sempiterna erit. Item ostẽsum est, ꝙ primo mouens immobile necesse est esse, tum illud quod in eo, quod est seipso mobile, tum etiam quod est absolute separatum.

CAPVT X.

Tex. 78 *Qvòd autem hoc necesse sit impartibile esse, & nullam habere magnitudinem, nunc dicamus, primum de prioribus ipso definientes. Horum autem vnum quidem est, quod impossibile est vllum finitum mouere infinito tempore. tria enim sunt: quod mouetur, & mouens, & tertium, in quo, scilicet tempus. Hęc autem aut omnia infinita sunt, aut omnia finita, aut aliqua, vt duo, aut vnum. Sit igitur A mouens: quod autem mouetur B: tempus infinitum, in quo C. Ipsum D igitur moueat aliquã partem ipsius B, quæ sit in quo E: sed non in æquali ipsi C. in maiori enim maius. Quare non est infinitum tempus illud, quod est ipsius F. Sic itaque ipsi D addendo, consumam ipsum A: & ipsi E, ipsum B. tempus autem non consumam semper remouens æquale, infinitum enim est. Quare totum A totum B mouebit in tempore finito ipsius C. Non ergo possibile est A finito moueri aliquid secundum infinitum motum. Quòd igitur non contingit finitum infinito tempore mouere, manifestum est.*

Com. 100. Cum prius ostendisset, ꝙ primo mouens immobile, & æternum est, nunc proponit ostendere, quod etiam impertibile sit, simul ostendens per hoc modum motus facti

ab illo, ꝗ non corporeus, neque violentus: Nam qui fiunt à corporibus motus hoc modo fiunt. Quidam etiam ob hoc sic se habent, vt maior vis, & diuturnius, & in minori tēpore moueat ipsum mobile, sed minor vis, quia lento mouet, in maiori tempore mouebit. Sic.n. motus corporei perficiuntur. Eandem.n. molam mulus tota die mouerit, & homini vero non parum fuerit, si vsque ad meridiē mouerit, & hic quidem velocius circūagit, hic vero tardius.

Id, quod primum mouet, incorporeum est & magnitudinis expers est, & partibus caret.

Quòd vero primum mouens sit incorporeum, atque impertibile, & sine magnitudine ostendit, oppositum destruens, videlicet ipsum habere magnitudinem. Nam necesse est, aut vt habeat magnitudinē, aut nō habeat. Quod vero nō habeat, ostendit ex diuisione, quam ipse calce libri concludens rationem sic ponit, Si habet magnitudinē, aut finitam, aut infinitam necesse est, vt habeat: sed nō potest esse infinita magnitudo, vt ostensum est huius tertio tractationis. Si ergo finita est magnitudo, vel finitam habet vim, vel infinitam, atque immensam. & præter hæc, non est aliud membrum diuisionis. Si ergo neque finitā habens vim potest mouere tempore finito, (vt demōstrabit primo argumento,) neq; finita magnitudo habet vim inexhaustam, atque infinitam, vt ostēdet in sequentibus. Quare patet, ꝗ nullo modo mouens æterno motu tempore infinito, habebit magnitudinem, neq; diuisibile erit. igitur impertibile erit, & sine magnitudine. Porrò ad probationem huius, primum oportet, inquit, procedere assumpta, & hæc probare, ex quibus ratio conficitur. Priores enim sunt propositiones syllogismis, quoniā ex propositionibus syllogismi fiunt. Demonstrabit autem primum, quod nulla vis finita potest tempore infinito mouere aliquod finitum. Secundum autem, quod non potest in magnitudine finita vis quædam infinita esse. Nam his ostensis, concluditur, quòd id, quod mouetur tempore infinito, à nulla magnitudine mouetur: siquidem neque infinita magnitudo est, neque finita magnitudo potest habere infinitā vim neque à vi finita aliquod potest moueri tempore infinito.

Nullum finitū potest mouere finitum tempore infinito.
Infinita magnitudine non est virtus infinita.
Quod mouetur tempore infinito à nulla mouetur magnitudine.

Ostendit ergo primum, quod nullum finitum, & finitam habens vim possit aliquid mouere finitum tempore infinito tanquam concesso vtens illo, quod quidem in sequenti argumento, & euidenter prius sumit, ꝗ id, quod habet maiorem vim, idem in minori tempore mouet, quam faciat minor vis. Et demonstratio est talis. Cum tria sint, mouens, motum, & tertium tempus, in quo mouetur: necesse est, aut omnia finita esse, aut omnia infinita, aut aliqua finita, & aliqua infinita: perinde ac dicat, si finitum aliquod a finito tēpore infinito moueri dixerit aliquis, quod quidem destruere proponit. Statuit ergo finita esse magnitudinem mouentem a, & quod mouetur b, & tempus infinitum c, in quo b ab ipso a mouetur. Deinde cum accepisset ab ipso a mouente, quæ est finita, aliquam partem, vt d, ponit eandem mouere aliquam partem ipsius b, quæ sit e. Sed oportet accipere d mouens: & e, quod mouetur non eadem proportione inter se, in qua a totum mouens ad b totum motū ab ipso est, sed excedens ipsum d, quod mouet e. Hoc enim subintelligendum est, si consequenter ea, quæ sequūtur quadrare atque adduci, vt verbi causa sit d, tertia pars ipsius a, & ipsum e, decima ipsius b. Sic.n. in minori tēpore d mouebit e quam a mouebat b: quare non infinitum tempus, in quo e, mouetur ab ipso d. Nā in infinito b ab ipso a mouebatur maiorem habens proportionem ad a, ꝗ ipsum e ad d. Sed in maiori tēpore maius secūdum rationem mouetur, & in minori tēpore maior vis minus mouet. Sic ergo pars g temporis infiniti z, finita, in qua e mouetur ab ipso d: si ipsi d addatur aliud tantum, idest alia tertia pars ipsius a, & iterum alia tanta, consumam ipsum a, idest totum sumam a: si ergo d mouebat e, tempore z, quod erat pars ipsius g, temporis infiniti, & adderetur mouenti aliud tantundem quantum est: patet, ꝗ minori tempore d, vis duplicata mouebit e. Nam in dimidio temporis z, & si iterum addatur potentiæ mouēti æquale, erit a tota vis: si quidem tertia pars ipsius erat d: & patet, quod in minori adhuc mouebit e: proinde iterum habentes a mouens, addamus ipsi e moto æqualia, quòd si vnum addiderimus in duplo tempore mouebit ipsum a, quam mouebat e: ꝗ, si duo addātur in triplo, & erit hoc tempus z, in quo d tertia pars ipsius a mouebit e: quod nunc triplum fecimus. Cum enim triplicia facta sint ambo, aut triplicata, vt mouens d, & quod mouetur e idem manet tempus. Quando igitur addentes ipsi e ad decimam venimus, tum b videbimus accedisse, cuius pars decima erat e. Erit ergo b ab a motum decuplo tempore illius, comparatione temporis, in quo e mouebatur ab ipso a. sed ponebatur in tempore finito g moueri b ab a, idē igitur ab eodem tempore finito, atque infinito motum, quod quidem fieri non potest. Nam addentes ipsi e, donec acceperimus ipsum b, aut consumemus & g, tempus, aut non: sed si consumpserimus non erit infinitum. Quod.n. dimetitur non est infinitum. Erit autem mensuratus ab ipso z, finito, quod erat primum finitum acceptū. Quòd, si nō consumpserimus, sed erit post ablationē totidem tēporum æqualium ipsi z, quæcunque erant etiam ipsa b, relinquetur quoddam tempus, & sic nō in toto g erit motū b ab ipso a: sed in parte eius accepta toties æquali ipsi z, quoties sumpta sunt ea in ipso b. Hoc igitur est quod dicit, ꝗ addendo ipsi d consumam a. Nam finitum erat mouens, tam ipsius e, quam b. Nam finitum erat, & quod mouebatur, sed tempus non consumet, quod erat infinitum. Sed potest idem a mouens seruari, & auferri partem ipsius b, quod patet in minori, quam sit tempus infinitum; mouebit a igitur in tempore finito. Si ergo sumpta fuerit pars tempore finito mota, seruabimus toties, quanta erat pars ipsius b, & tempus toties erit maius, quam sit id, in quo a mouebat partem ablatam. igitur finitum, igitur & b ab ipso a finito, atque infinito tempore mouebitur: quod est absurdum. Hoc autem conclusum est, quia b finitum est. Sed omne finitum consumitur ablatione æqualium ab ipso. Vnde pulchre usus est hoc {consumam} & non dimetiar. Vbi enim æqualia ablata fuerint ab eo, quod erat totum à principio, & vltimum æquale erit, quia consumitur a, & dimitiemur ipsum a, ope ipsius d: quod quidem fieret, si principio sic demeretur d, tanquam possit inæqualia ipsi quæcunque diuidi a. Quòd si vltimum relictum ipsius a, non amplius æquale ipsi d, sed minus ipso: sic enim consumi dicitur a, per ablationem, non tamen dimetiri ab ipso d. Eadem ratio etiam de b, atque de ipso e: quod si a & b dimetiuntur à partibus demptis ab ipsi solum consumuntur, eadem ratio. Nam absurdum non sequitur, quia dimetitur, sed quia consumptum est. Cum ergo hoc ostēdisset subiunxit. Non ergo aliquid potest moueri à finito motu infinito, tāquam hoc sequatur ex hoc, videlicet motum infinitū, factum esse tempore infinito. Sed nihil dixit motu infinito moueri à finito, quāquam nunc finitū ostēderit à finito non moueri tempore infinito, quia iam habuit hoc ostensum, ꝗ magnitudo nullo pacto est finita.

Quod autem omnino non contingat in magnitudine finita, infinitam esse potentiam, ex his manifestum est. Sit enim maior potentia semper, quæ æquale in minori tempore facit, vt quæ calefacit, aut dulce facit, aut proijcit, & omnino Tex. 79.

omnino mouet. Necesse est ergo & à finito quidem, infinitam autem habente potentiam, pati aliquid patiens, & plura quam ab alio. Maior. n. est infinita potentia. At vero tempus quidem non contingit esse vllum. Si. n. in quo A tempus, in quo infinita vis calefaciebat, aut pepulit: A B autem, in quo, finita quædam, ad hanc maiorem semper sumens, sed finitam, perueniam aliquando ad id, quod est in A tempore mouisse. ad finitum. n. semper addens, excedam omne determinatum, & auferens, semper deficere faciam similiter. In æquali ergo tempore mouebit finita in finito. Hoc autem est impossibile. Nullum itaque finitum contingit infinitam potentiam habere.

Cõm. 101.

Finita magnitudo uirtutem infinitam non habet.

Cum proposuisset ostendere, ꝙ proxime mouens æterno motu: Hoc. n. est primum mouens: præter id ꝙ immobile est, & impertibile est, & impertibile, atq; sine magnitudine: & iam demonstrasset, ꝙ infinita magnitudo, ne inter ea, quæ sunt, numeretur: demonstrauit primum, ꝙ finita magnitudo finitam habens vim non potest esse, & mouẽs illud non potest mouere motu æterno. Reliquum igitur est ostendere, ꝙ neq; finita magnitudo eodem potest esse habens infinitam viam. Quod quidem non de solo primo mouente, sed vniuersæ ostendit, & generatim, ꝙ fieri nequit in magnitudine finita vis, atq; potentia infinita. Ostendit autem hoc pronunciatum, velut manifestum accipiens, quo etiam prius vsus est, ꝙ res, quæ maiorem vim habet, idem mouet minori tempore, quam faciat vis minor. Quod ergo à finita vi mouetur, & ab infinita moueretur minori tempore, cum hæc maior sit. Cum hæc igitur accepisset velut manifesta, ostendit ꝙ dicenti infinitam vim collocari in magnitudine finita, accidit aliqd contrarium ipsius pronunciatis. Quod. n. à finita virtute erat motum, ab infinita non mouebitur, vt demõstrabit. Sed ponebatur, ꝙ mouetur à minore vi, & potẽtia, etiam à maiore moueri, & in minori tempore. Quod autem à finita vi motum, ab infinita non mouebitur, ostendit deducens ad id, quod fieri nequit, hoc videlicet, quod in æquali tempore ab infinita vi mouetur, & à finita: quod est impossibile: siquidem cõcederetur, ꝙ maior vis idem in minori tempore mouet. Cum ergo dixisset, At nullum contingit tempus esse, in quo infinitas vis mouebit. (Vt enim infinitæ virtus, atq; potentiæ non est proportio ad aliquam finitam, sic neq; vis infinita minimo tẽpore mouebit proportione ad tempus, in quo finita: si ergo proportio est totius temporis finiti ad totum tempus finitum, nullum erit tempus, in quo infinita vis mouebitur) & consequens huic absurdum prætermisisset, si. n. non in tempore, neq; omnino mouet, neq; est aliqua vis motrix infinita, quia in nullo tempore: ostendit oppositum, cum statuisset in tempore mouere. Sit enim A inquit, tempus, in quo finitum vi infinita moueat aliquid & mutet, quod finitam habet vim idem mouebit in maiori tempore a b. Si ergo habens finitam virtutem duplicauerimus, patet, quod idem in minori tempore, quam a b mutat. Similiter autem & si augeretur, rursus in minori. Et sic semper nobis augentibus, & duplicãtibus magnitudinem, & vim secundum proportionem tempus diminuetur. Sed semper addentes magnitudini, & dementes de tempore perueniemus aliquando ad a tempus, in quo idem ponebatur moueri ab infinita virtute: igitur inæquali tempore idem vis finita, cum infinita mouebit. Nam duplo aucta vis semper finita manet, quia omne duplum infinitum est finitum. Si ergo hoc absurdum, hoc finitam vim, & infinitam in æquali tempore mouere, sequebatur absurdum ex hoc, quia in aliquo tempore vis infinita mouet. Sed illud, ex quo aliquod absurdum, & impossibile sequitur, & ipsum absurdum est, atq; impossibile: igitur in nullo tempore vis infinita in finito collocata mouebit: igitur neq; mouebit. quare neq; erit vis motrix in finita, in ipso finito. Si enim esset, moueret, & in tempore mouebatur motum. Sed instat Alexander, quod non sic vt petijt Aristoteles ab habente vim infinitã oportet quod mouetur incœpisse, à mouente in tempore a, & concludere, vt ipse fecit, quia etiam ab habente vim finitam idem mouebitur in æquali tempore. Si enim sic inquit, acciperetur, instantiam habebit tanquam non verum sit, quod dicit. Non enim aliquis concederet, posse motum, ab infinita virtute, & à finita moueri, sed econtra oportet accipere. Quod enim motum est, à virtute finita in aliquo tempore, hoc petendum erat, & ab infinito moueri in aliquo tempore multo plus minori. Quod. n. à minori vi mouetur, patet etiam, ꝙ à maiore mouebitur, quod etiam ipse significauit, cum dixit, Necesse igitur & à finito quidem, sed vim habẽte infinitam aliquid pati, & plus quam ab alio. Nam maior, & amplior est infinita. Nam ob id accepit patiens à finita virtute, hoc pati, & ab infinita, quia maior infinita, sed quod patitur à minori vi, necesse est etiam pati à maiore. Hæc Alexander suis verbis scripsit. Num autem forte pulchre, & necessario Arist. ab habente vim infinitam incœperit, & non opus est econtra accipere. Propositum enim erat ostendere, ꝙ nulla magnitudo finita habet infinitam vim. quod ostendit per hoc, infinita vis, siquidem erit, in nullo tempore aliquid facit, aut mouet. quod quidem pronunciauit per hoc, At nullum tempus contingit esse, Sed consequens absurdum ex hoc, quod non in tempore aliquid faciat, aut moueat vis infinita, velut manifestum prætermisit. Si enim omne quomodocunq; factum aut motum in tempore fit, aut mouetur, quod fit in non tempore, aut mouetur, neq; fit, neq; mouetur: non ergo illa vis infinita facit aliquid, aut mouet. Neq; omnino est. Quod vero non in tempore facit aliquid, aut mouet, ostendit, vt etiam prius dixi, statuens oppositum, videlicet in tempore aliquid agere, aut mouere: & concludens aliquod impossibile sequens, videlicet maiorem, & minorem vim eandem magnitudinem mouere in æquali tempore, immo magis infinitã æque, vt finita. Nam hoc absurdius est, sed merito in tali deductione rationis infinitam vim prius, statuit in tempore finito mouere aliquam magnitudinem finitam. Hoc erit postea quod sequebatur absurdum. {At vero} tempus quidem contingit esse nullum. Deinde, cum accepisset eandem magnitudinem, à finita motum moueri ab infinita virtute, nullum absurdum accepit, vt suspicatus est Alexander. Non. n. absurdum est, vt idem, quod mouetur ab infinita virtute, etiam à finita moueatur longiori tempore. Vnde, cum sumpsisset ꝙ finita magnitudo in tempore finito à finita mouetur vi, quod est manifestum: demonstrauit, ꝙ finitum in tempore finito motum, si idem fuerit, poterit etiam idem tempus esse, aucta semper virtute, & tempore diminuto à finita moueri virtute, in æquali tempore a, in quo infinita virtus mouebat, quod absurdum est. Sed absurdum sequitur ex eo, quia ponebatur infinita virtus tempore finito quantocunq; minimo mouere. Nam necesse est eandem, aut nó mouere in tempore, vt nullo pacto moueat, aut cum mouet in aliquo tempore mouere, & in minori quam virtus finita, quare in tempore finito. Hoc igitur accidit dicenti mouere infinitam virtutem. Si enim semper additur potentiæ finitæ, fieri potest, vt semper excedat potentiam acceptam, & minimo tempore auferendo

Virtutis infinitæ nulla est ratio ad vllam finitam. Finiti temporis ad finitum est proportio, non autem ad infinitum.

facere

facere minus tempus, donec vis adolescit, sed tempus minuitur vsq; ad a, tempus: sed demonstrabit a finita aucta idem motum in a tempore, quod quidem ab infinita in æquali tempore mouebatur. Non accipit igitur Aristot. idem moueri à finita virtute, & ab infinita: sed tātum accepit vt manifestum, quod finitum in tempore finito, a finita mouetur potentia. Et demōstrauit deinceps, quod sequitur ex dicente, tempore finito aliquam potentiam infinitā aliquid mouere, videlicet hoc, quod æquali tempore finita potentia cum infinita mouet. Si ergo hæc vera dico, non opus est, vt ratio contra accipiatur, aut quod iterum repetat. Est autem, inquit Alexāder, & hoc ostendendum sic, fieri non posse, s. non posse infinitam vim esse in magnitudine finita. Si.n. abstulerimus aliquam partem magnitudinis, patet, ꝙ hoc non habebit potentiam infinitam: igitur finitam. Sic ergo auferentes semper à magnitudine aliquam partem sublatæ æqualem, quarum partium vnaquæq; finitam potentiam habet, si diuiserimus in finita totum, & magnitudines, & vires. Non.n. aliqua pars totius erit, quod habet infinitam vim. Nam ponitur totum habere vim infinitam: quandoquidem & de parte posit ostendi similiter, quòd non potest vim infinitam habere: sed neq; omnis eius pars potest habere vim infinitam. Cæterum Grammaticus ille, de cuius scholijs mentionem feci huius libri principio, existimans magni æstimari, si complures vulgarium seduxerit, vt contemnant spernentque cœlum, & mundum, quod æque vt ipsi interitura sunt. Et patet, ꝙ etiam hęc dicuntur ab ipso ad contemptum opificis, si ostendatur ille faber fuisse mundi or tui, atq; occasui obnoxius: qui neque sit per omne æuum opifex, neq; omnium Deus, & pater, & conditor: siquidem tum non fiebat aliquid eorum, quæ sunt proinde is vir conceptionibus, aut meditationibus his, quam similibus quę de gigantibus habentur his demonstrationibus ausit contradicere, quas Aristo. primo de Cœlo, de eiusdem, & mundi æternitate edidit, minime intelligens quæ ibi dicit, qui adeo dementię processit ibi, vt niteretur demonstrare. Vnde his, quæ huius libri principio ostendebant motum, & tempus æterna esse, non per fores contenderat repugnare, quasi posit illi aliqd addiscere, & tueri ex his, quæ ille adducit. Proinde ad hanc intentionem censuit sibi conferre hanc demonstrationem Aristotelis, qua demonstrat, ꝙ nullum corpus finitum habet infinitam vim. Si.n. finitum est corpus omnibus orbibus constans, atq; mundanum finitam habet vim. Sed quod habet finitam vim ipse putauit hoc ortui, atq; interitui obnoxium esse, & sic demonstrari posse. Et proinde ad calcem rationis, inquit: Restat igitur, vt infinitæ potentiæ sit totum cœlum, & vnaquæq; eius pars. huiusmodi omnia sunt, quæ sunt sub luna. Et mirum est, quod non adiecit, quod etiam ipse talis est. Tota enim eorum pietatis intentio est, cœlum ostendere, atq; eius opificem nihil ab ipsis differre. Sed censeo illos animaduertere, qui illius rationes sequuntur, quod & hic non videtur sequi dicta Aristotelis, & totam eius intentionem ignorans. Nam putat Aristotelem putare idem quod habet potentiam infinitam mouendi, etiam quod mouetur perdurare posse vsq; ad tempus infinitum. Et proinde hæc scribit. Ex quibus patet nobis, ꝙ verum esse videtur Aristoteli nullum corpus finitum habere vim perennem ad tempus infinitum, vnde moueri æterno motu, inquit, contingit, si vis sit in corpore. Et non aduertit, ꝙ aliud est vim habere infinitam simul motricem totam æterno tēpore, & aliud quod mouetur posse perdurare semper, & quod actu infinita vis tota simul competit ei, quod semper mouet. Sed hoc adeo est infinitum, vt posit in infinitum moueri, non secundum actiuam, & motricem vim simul totam existentem, sed secundum patibilem, etiam potentia competit ei, quod æterno mouetur moto. Et dicit Alexander, quem iste etiam citat in calce commentariorum huius libri, ꝙ in illo, quod mouetur in infinitum, non est necesse dicere, virtutem, vel potestatem, per quam mouetur, nisi equi uoce. Quocirca non potest esse, vt vis infinita sit in corpore finito, sed vim finitam esse in corpore finito, nihil prohibet, qua vis, quæ est infinitum secundum successionem est finita, sed non necesse est, vt quietem sustineat, & habeat cum alia, atq; alia successione mouens æterno tempore moueat, atque ob ipsam potentiam, quæ semper est competens ei, quod mouetur. Cum igitur & hic, iste non intelligat, vt etiam prius discrimen inter id, quod est simul infinitum, & id, quod est in infinitum, & id, quo est infinitam, & id, quod est durans ęterno tempore, & quod hæc conuenit ei, quod semper mouet, & aliud ei, quod semper mouetur, censuit, ꝙ ostendens non esse vim infinitam simul totam motricem in corpore finito, per hoc demonstrauit, ꝙ neque moueri potest finitum corpus, in infinitum, ignarus eorum, quæ Aristoteles Tertio huius tractationis libro de eo, quod est in infinitum disseruerat, cuius sententiā nonnullas etiam principio huius libri apposuit, nonnullas etiam hoc loco persequar. Sed omnino sic est infinitum, quia semper aliud, atq; aliud accipitur, & quod accipitur semper est finitum, sed semper alterum atq; alterum. Quod autem tale est his conuenerit, quæ in tantum sunt, in quantum generantur, & corrumpuntur. Nam huiusmodi est motus, & tempus, & hominum ortus, vt etiam Arist. dixit, & magnitudinum diuisio. Nam, quia motus est in eo quod mouetur, sed non in eo quod mouet, vt ostēdimus in sermonibus de motu, necesse est, vt id, quod mouet primo semper infinitam vim immobilem habeat ob illud semper, sed infinitam velut simul totam existentem. si.n. secundum infinitatem, quę fit, motum est, & non mouens, neq; immobile etiam indigebit a lio mouente, sed quod est finitum corpus motum in infinitum mouetur, non habēs simul totam infinitam vim, vt mouens. Quod.n. est mouens semper primo incorporeum, & per se subsistens est, sibi suppeditans infinitam virtutem, sed quod semper mouetur corpus finitum, tum est, & semper mouetur à primo mouente, non potest simul totum motum suscipere, quia non amplius eget, vt ab alio moueatur, neq; mouebatur omnino. Nam motus non est simul totus, sed est dum fit. Si.n. quod mouetur simul totum motum susciperet, tandem staret, & non moueretur. Hęc igitur satis esse existimo de infinitate tota simul mouentis, ob quam fieri nequit, vt idem corpus sit finitum, & de mutatione, quæ proxime in eodem moto in infinitum fit, quorum discrimen iste cum ignoraret, censuit sibi conferre ad ostendendum cœlum esse obnoxium interitui, quod nunc ab Aristo. ostensum est, videlicet, quod nullum corpus finitum habet vim mouendi infinitam. Verum & si discrimen inter mouere, & moueri, & infinitum in actu, & id quod est in infinitum nesciuit, proinde illud oportebat intelligere, ꝙ Aristot. in hoc vno libro, sic sua vestigia dicendi seruans contradixisset sibi. Equidem initio, cum ostendisset necesse esse, vt semper fit motus, & quod mouetur æternum esse, & proxime demōstrasset tale esse corpus circulare, quod potest vno, & continuo, atq; æterno motu moueri, & cum dixisset nunc cœlum habere corpus finitum corruptibile, si sic intelligit

Inuenit simplicius in Io. Grāmaticum negātem mundi æternitatē.

In id cadere, corruptionem dicit Grāmaticus, quod finitæ est potestatis.

Cœlū & quælibet eius pars est finitæ potestatis.

Habere virtutem infinitam quæ tota si-

mul sit & sufficere vt in æternum moueatur differūt.

Moueri infinitum quo pacto intelligatur.

Infinita virtus motiua nō potest actu inesse corpori finito.

Infinitum simul totum et esse in infinitū differunt.

Id, quod primo semper mouet, cum immobile sit habet actu infinitam potestatem.

intelligit non habere vim infinitam. Et rursus primo de Cœlo, qui huic succedit libro plane æternum ostendens cœlum,& vniuersum esse contra demonstrationes,& iste censuit dicendum. Qualis Chamæleon tales effigies, ac varias tales formas,& colores præseferret, quales iste censuit Aristotelem ferre. Neq; ad hoc aduertit, ꝙ Aristotelis rationes egebant arbitrio, atq; sententia interpretum, quæ essent de æternitate cœli dicta,& hæc quę nunc ostendit, quòd finitum corpus finitam habet virtutem. Nam in promptu erat, quod Arist. negauit his verbis, infinitam vim esse simul totam in corpore, cum sit finitũ. Sed, quia iste totam intentionem Aristotelicę demõstrationis, cum ignoret,& existimet quod ostendens finitum corpus, non habere infinitam vim mouendi, statim se ostendisse putat, cum cœlum sit finitum, idem esse interiturum, & ad id proprijs argumentis nititur ostendere, ꝙ finitum corpus habet finitam vim,& id quod ex necessitate sequitur ex hoc inducit, videlicet cœlum esse interiturum. Sed age percurramus eius deceptiones.

Digressio in Ioannem Grammaticum.

Mũdum esse aliquãdo, quarationem existimarit Ioan. Grãmaticus.

PRimum ergo huiusmodi argumentum affert quod sic deducatur. Cœlestia materia, & forma constant: quæ sunt ex materia indigent materia, vt sint: sed quæ aliquo egent non sunt per se sufficiẽtia: quæ non suismet neruis,& viribus non sufficiunt ipsismet, non habent vim infinitam: & concludit ex eis, ꝙ cœlestia suapte natura non sunt infinitæ virtutis, & ob id interitura. Vnde patet, ꝙ si cœlestia egent materia, quæ sit obnoxia interitui vt sint merito erunt interitura. Quod si aliquis materiã, aut subiectum quod est ipsorum fateretur esse expers interitus, non reprehenderetur. Quomodo.n. existimabit id, quod eget subiecto incorruptibili esse obnoxium interitui? Neq;.n. quia aliquo eget,& propter hoc non est per se sufficiens, ideo etiam erit obnoxium interitui, atq; caducum necessario. Quod.n. est infinitæ virtutis, non erit forte non per se subsistens, sed erit in alio, quod tamen non est sic necesse, vt sit caducum, atq; interiturum,& interdum corrumpendum sit. Nam aliud est, vt diximus, simul totum infinitum actu,& aliud in infinitum.

Mundi interitum probat Io. Grammaticus ex eo, q̃ materia sit apta ad omnes formas suscipiendas.

Secundo, si esse, inquit, materiæ, atq; natura est, vt apta sit ad recipiendas formas omnes, & non temere frustraq; hanc habilitatem obtinet: nec materia simul plures formas recipit. Nullam.n. formam semper materia sui ratione retinet: ꝙ si hoc verum est, nullum constans materia, & forma est incorruptibile causa materiæ. Vnde, inquit, quarto eorum, quę contra Aristotelem disseruit, ꝙ vna & eadem materia prima est, quæ subijcitur cœlestibus, & his, quæ sub Luna collocantur. Sed quę ibi dicuntur, à me sunt diligenter examinata, dum pro viribus ingenij mei, primum de cœlo exponere niteret. Sed hic locus solum postulat, vt aduertamus, quòd, si eadem esset materia, & æque se haberet ad omnes formas, necesse esset, vt ea, quæ sub Luna sunt, & cœlestia, mutuo mutentur,& alia in altera vicissim: quo nihil absurdius. Neq; huic rei decet immorari, atq; insistere. Etenim iste, cum intelligeret rei euidentiam, dixit, Et siquis concederet non eandem subijci materiam cœlestibus, at obnoxijs interitui, quæ sub Luna sunt, sed quod materia omnium cœlestium, quam putarunt primum subiectum, vnum est, atq; idem, quod quintum corpus appellatur, sed diuersas formas sortitum est, vt solis, lunæ & singularũ stellarũ,& vniuscuiusq; sphæræ

Materia corporis cœlestis omnes formas suscipere potest.

patet, quod etiam materia corporum cœlestium habet habilitatem ad suscipiendam omnem formam cœlestem,& si ob aliqua meliora separatam causam non susceperit. Si ergo & cœlestium corporum materia, quantum est receptrix omnium formarum illarum aliam, atq; aliam recipiet formam, nullum igitur cœleste, neq; quatenus est in potentia materiæ erit incorruptibile. Proinde in his primum est animaduertere, ꝙ primam cœli materiam existimauit quintum corpus esse. Sed cum prius dixit vnam & eandem esse materiam omnium cœlestium, & eorum quæ sub Luna, quomodo consentaneum est rationi, vt quintum corpus sit materia eorum, quæ sunt sub Luna? Deinde, si ob quædam meliora non suscipit causam separatam, materia ergo cœlorum habet aliam formam, præterquam nunc habet, quæ non est necesse, vt sit interitura ob materiam. Deinde iste, & hoc inquit, in quo videtur sibi inconstans, ꝙ aliam, & aliam formam recipit, vnde non est necesse, vt totum cœlum pereat, sed si perit aliquid, solæ partes eorum, quæ mutuo transmutantur, vt eorum partes, quæ sub Luna collocantur. Siue ergo vna sit materia tantum ipsi solum, ex suis rationibus videtur occidere, vt superiora inferiora sint,& vicissim velut ebrijs accidere solet. quare Sol erit vbi fumus, & homines in cœlo collocati erunt, & cœlestia vna cum his oriri, si item cœli materia, cum vna sit, potest ibi formas recipere, vel frustra potest, vel aliquando mutatur, & illa mutuo. Sed neq; suum sibi studium,& labor, in quo nititur prospere succedet, videlicet ostendere cœlum corruptibile esse. Neq; enim id, quod sub Luna iacet, necesse est vt aliquando non sit, sed quoniam partes eius circa subiectam materiam vicissim mutantur. Ibi enim alterius interitus, est ortus alterius. Vnde est quædam machinatio talem concretionem, & compaginem interire, quanto melius igitur erit Deo opifici, & magis conueniens dicere, quæ sunt ab eodem proxime producta semper secundum eadem,& eodem modo se habente, neq; secundum substantiam mutato, neq; secundum potentiam, neq; actu æterna esse, ne mundi faber, & conditor interdum ociosus infecundus,& desertus solusue relinquatur,& id, quod est sub luna ob ea sempiterna, & quæ semper mouentur ipsius opificis effectus habere partes, quæ oriantur, & occidant, vt extremum mundi ortum habeat ob bonitatem opificis. Sed, cum semper idem sit, machinatus est, atq; fecit hoc æternum esse, quia alterius interitus est alterius ortus, faciens indeficientem ortum. Sed in tertio eius argumento visus imitari Platonem, qui nititur ostendere, quòd cœlestia non sunt suapte natura infinitæ virtutis,& si non intereant conseruata,& continuata à potentia meliore, quàm sit sua natura.

Interitum mundum non probatur ex materia.

Æterna quænam sint.

Generabilia secundum partes tantum intereunt.

Si enim composita sunt cœlestia: & composita possunt dissolui, & quæ dissolui queunt, interire etiam possunt. Nam elemẽtorum dissolutio est compositi interitus. Sed quod potest dissolui, & interire nõ habet vim infinitam, ergo cœlestia quoad suam naturam, non sunt infinitæ virtutis. Sed quomodo Plato id, quod potest dissolui, inquit, non euerti, neq; destrui ab ipso opifice, quando est recte conditum, paulopôst sciemus. Item iste refert, quod dicentes ex quatuor elementis non esse cœlum, sed ex quinto corpore, etiam fatentur illud compositum ex subiecto quinto corpore, & forma solis, & lunæ. Et si aliquis, inquit, ab omnibus abstraheret formas, patet, ꝙ solum relinquet trifariam dimensum ipsorum, secundum quod nullum à nullo cœlestium differt, neq; à nostris corporibus, quare & cœlestia habent rationem compositionis, & dissolutionis,

Mundi interitus probatur ex eo quod cœlestia sunt potestatis infinitæ.

Mundi interitus ex ipsa eius compositione probatur.

Vinculo diuinæ voluntatis retinetur mundus, ne intereat.

dissolutionis,& interitus, & ob id non sunt infinitæ virtutis, & si nunquam interirent secundum Platonem, cum connexa,& colligata sint meliore vinculo, voluntate Dei scilicet, quam sit sua natura. Et ex hoc igitur argumento, patet, ob nouam & inanem opinionem esse oblitum suæ propositionis, ac instituti à principio. Nam proponebat ostendere, cœlum esse ortui, atq; occasui subditum, nunc autem admittit suapte natura finitam habere vim, & corruptibilem, sed ob Dei voluntatem indissolubile permanere, atq; expers interitus. & patet, quod non Dei voluntas huic, quod non habet habilitatem ad suscipiendum, hoc bonum dedit: sed & si infinitam simul totam vim haberet mouendi, cum id ipsum sit finitum, sed aptum est, vt moueatur in infinitum. Proinde sic statuit esse quintum corpus, vt dissolui queat. Nam illa possunt dissolui, quæ habent subiectum, non coniectum suis formis, & contrarijs, mutuoq; pugnantibus constituitur. Sed cœlestia habent subiectum non sic, & formam circularem, quæ non habet aliquid sibi contrarium. Sed, quoniam circulari motui non est contrarius motus, vt demonstrauit Aristot. Primo Cœli, contra quas demonstrationes, cum iste institisset ostendit, vt puto, nihil intelligere eorum, quæ Aristot. disseruit. Deinde nititur ostendere, quod etiam elementorum formæ & cœlestia esse finitæ potentiæ. Et hoc nihil est absurdum: siquidem quæ sunt finita non habeãt simul totam infinitam vim. Sed illud absurdissimum est, idem existimare esse corruptibile, propterea quod non habet vim infinitam totam simul. Dicit ergo ostensum est lib. de Phy. audi quòd non queuis forma, in quauis magnitudine subsistit, neq; composita, neq; simplex. Neque enim homo est vnius digiti, neq; culex vnius brachij fieret. immo neq; aqua in qua magnitudine subsistit, sed quãintãtum aqua secta fuerit, quod si minor fieret, ex sectione magnitudo, quàm conueniat formæ aquæ, dissoluetur aqua, vt cum extremitate digiti tangimus aquam, humiditatem illam, aut vaporem, aut guttam explorantes & conterentes, atq; in paruissima diuidentes, formam aquæ cõficimus, & è medio tollimus. Hinc igitur, inquit, ostendetur, quod neq; elementorum vniuersitates infinita participant vi. Nam videmus, quod quanto minuuntur magnitudines elementorum celerius labuntur in interitum: quanto autem adaugẽtur, tardius. Statuatur ergo, aqua vnius ciathi, posse per annum durare, nonne vnaquæq; æqualium magnitudinum aquæ, eodem tẽpore supererit? sed quia omnino moles aquæ finita est, dimetietur omnis ac tota moles à cyatho, & tota aqua diuidetur in cyathos finitos numero, sed vnaquęq; pars est finitę virtutis. igitur & cõpositum ex oĩbus finitæ virtutis erit. Idem quoq; in alijs.

Elementorum formæ, atq; cœlestiũ sunt finitæ.
Non habere infinitam potestatem, & corruptionem in aliquid cadere, differũt.

Ostensum igitur, inquit, per hæc, quod vnumquodq; elementorum secundum vniuersitatem suam, finitæ est potentiæ. Quæ, cum ipse dicat pene suis verbis, sciendum primum est, quid conferat ei, quod prius sumptum est, videlicet non quamuis formam in quauis magnitudine collocari. Neque. n. egebat hoc petitio de vno cyatho aquæ: quoniã, si secta esset aqua in cyathos, quorum vnusquisq; per annum duraret, & totum etiam idem tempus supererit. Non. n. componitur tempus ex cyathis diuisis. & hoc aduersus imbecillitatem, & debilitatem petitionis dictum sit. Sed intelligendum est, quod cum vniuersam aquam tempore finito interire statuisset, mutationem eodem tempore aliorum elementorum in aquam non considerauit. At vero, si vt partes aquæ corruptæ in alia elementa mutantur, sic etiam partes aliorum elementorum in aquam, & hoc perpetuo viget, & nunquam desitum iri videbitur, quia vnius interitus est alterius ortus, & causa interitus, atq; ortus eorum, quæ hic sunt, est motus æternus, qui fit maxime in orbe aliquo, quomodo vniuersitates elementorum interire poterunt? Sed is, cum hoc ostendisset, apposite subiunxit, quòd eodem argumento ostendemus, etiam omnia cœlestia esse finitæ potentiæ, quãquam non adduxerit argumentum. Dicit. n. quod nulla forma cœlestis apta est consistere in quauis magnitudine, neq; totus mundus, quo prius non vsus est.

Elementorum vniuersitates sunt æternæ.

Cœlestia sunt finitæ potestatis.

Inquit, Si ergo omne corpus diuisibile est in infinitum, sed cœlestia sunt corporea, & ipsa nimirum in infinitum erunt diuisibilia propria ratione, secundum quam dimensa sunt, & non diuiduntur, vt etiam materia informis est propria ratione, & si nũquam sine forma sit. Item quod triplicem dimensionem habet expers est qualitatis propria ratione, & si nunquam sine qualitate ita. Sed forma extrinsecus adueniens, quominus diuidantur, aut difficulter diuidantur, aut à nobis diuidi nequeant, vt in adamante causa est: Si ergo cum corpora sint cœlestia, quia sunt magnitudine diuisibilia in infinitum, si ratione aliquis ipsa diuideret, vt etiam ratione separamus materiam à formis, patet, quod sectio perueniet ad aliquam huiusmodi magnitudinem, in qua nulla illarum formarum subsistet: nonne igitur simul cum diuisione tali interibunt formæ? Si ergo quatenus corpora propria ratione naturæ suscipientia diuisionem, hæc etiam interitum subeunt, cum nostra intelligentia ea, quæ sunt in potentia conuenientia ipsis, ad actum ducat: sed nihil habentiam rationem interitus suapte natura est infinitæ virtutis: igitur neq; vllum corporum suapte natura erit infinitæ virtutis. Quod. n. natura est infinitę virtutis, neq; habet rationem interitus, neq; tenui intelligẽtia, atq; nuda statueretur interiturum, vt patet in simplicibus omnino, & his, quæ separata sunt ab habitudine corporum. Neque imaginari possumus quæ erit ratio naturalis, qua excogitarentur interitura. Nam quæsitũ hoc nunc est, quæ sit ratio vniuscuiusque secundum naturam, non tamen quid aliquibus adueniat ob separatam causam. Quare & si concederentur cœlestia Dei voluntate colligata, non interire, non tamen ipsa propria natura rationem interitus susciperent. Cum vero habeant rationem interitus, non sunt infinitæ virtutis. Vnde. n. hæc ratio interitus, quæ sumpta est nostra intelligentia, non perueniet vnquam ad actum? Nihil. n. nunc eorum, quæ ducunt ad interitum quod non sustineant, non est demonstratio huius quod natura ipsa sit expertia interitus, vt demonstrauimus Tertio argumento contra Arist. Hæc tot apposui, atq; recensui, vt quibuscunq; ostenderem habitum, & disciplinam huius hominis. Et ostendam clarius hunc existimare idem esse, habere videlicet finitam vim, & corruptibile esse, qui certe non percipit sententiam Arist. Item neq; quomodo dicatur omne corpus diuiduum in infinitum, iste non videtur intelligere. Dicit autem contra eos, qui asserunt corpora constare atomis, & ostendit omne corpus esse dimensum, atq; partibile, & quod huiusmodi partes habet, & quod non componitur ex atomis. Illud ergo in infinitum diuisibile, non velut omnino diuisum, & dissoluens suam continuationem dicitur. Non. n. esset adhuc in infinitum diuisibile, sed velut omne acceptum diuisum in partes non seiunctas inter se, sed distantia separata, atq; diuisa, non tamen, vt secta, & diuisa inter se. Nam & si nunquam vna ab altera non diuelleretur, essent tamen corpora partibilia dimensione, & diuiderentur in partes. quod enim per se incorporeum est dimensione caret vbiq; sibi, vt totum

Corpus posse diuidi in infinitum, quomodo intelligatur.

Incorporeum sibi totum continet & adæquatur.

toti

toti adæquatum, & non diuiditur in partes. Sed corpus di stat, & partibus aliquomodo est decisum, cum alia alibi fiant. Et sic diuiditur. Et hoc est in infinitum diuisibile corpus, quod competit omnibus corporibus, quatenus corpora sunt. Nam & si non habuit naturam aliquando, vt sit dextra à sinistra seiuncta, tamen secretę sunt hæ partes inter se, & actu separatæ, ac suo loco constitutæ. Reliquum corpora obnoxia affectibus apta sunt diuidi in sectibilia, & corpora, sed experta, & vacua affectibus non diuiduntur, neq; ratione, neq; sapientum cóceptionibus: attamen diuiduntur, & partiuntur actu, & hæc distantia corporea, quanquam continua permaneant. Sed, cum iste audiuisset, ꝙ omne corpus est diuiduũ, & magis, ac vltra quam decet intellexisset, sua intelligentia cœlestia diuidi in paruissima, & hoc furiosum, & stultum est, attamen minus hoc cum existimet talem eius intelligentiam in actum deducere. Inquit enim, potest fieri interitus nostræ intelligentiæ deducentis, quæ adueniunt ipsis potentia in actum. Si ergo illud, videlicet corpora esse diuisibilia in infinitum, non cogit aliquando cœlestia diuidi in paruissima, neq; formam abijcere necesse est, nō solum propter Dei voluntatem, sed etiam suapte natura. Etenim Dei voluntas, non quibusuis, sed his, quæ apta sunt, & habilia, bona elargitur, ac dispensat. Et illud animaduertendum est, ꝙ quæcunq; iste imaginatur, etiam fieri posse existimat. Inquit enim, eorum, quæ nullam aptitudinem habent ad corpora, & suapte natura sunt expertia interitus, neq; imaginari, & cogitatione complecti possumus, interitum. Et diceremus secundum conuersionem ex contrapositione, quam & ipse ignorat, quod quorum interitum imaginari valemus, hæc non sunt interitus expertia. Vnde vides, quã tam vim suis imaginationibus iste commiserit, ac crediderit. Et quid mirum, si cœlum putabit interire posse, vt fateatur interiturum esse, quando hanc amentiam aduersus Deum tulit? Cæterum celestium dissolutionẽ, quam Plato consistere in arbitrio summi opificis censuit, non intelligens, quomodo ab eo ponatur, sed transferens in rationem interitus, & ob id existimatione complexus est cœlum periturum, deinceps contra ipsum cœlum arrogantur obliquitur. Vnde dixit, ꝙ ratio hæc interitus, quæ nostra cogitatione comprehensa est, non exibit aliquando ad actum. Nihil.n. hoc persuadet illi, videlicet cœlum nihil adhuc passum fuisse simile his, quę sunt interitui obnoxia. Sed quæcũq; de hoc scripsisset, inquit in tertio suorum obiectorum, contra Aristotelem, ego primum de cœlo interpretando, pro virili mea confutaui, & reieci. Sed nunc ad illum respondendũ est, ꝙ quæ fiunt, & intereunt tempore, post vigorem vsq; ad obitum, vel æquale habet tempus à principio, vsq; ad florem, & vigorem temporis vel longius. Cœlum ergo, vt ipse putat, ante sexies mille annos conditum est, & eo magis, vt iste putat, factum est, & iam agit extremos dies, vt hoc illi potissimum placet, quomodo nihil nobis indicauit, hactenus sui amissi vigoris, & futuri interitus? Item, si nihil aliud omnino, secundum motum tardius debet intelligi, in extremo senectutis cum sit. Atqui neq; dies, neq; noctes, neq; horas longiores nunc facit, vt indicẽt actiones in ipsis, & agrorum colendorum labores, & peregrinationes, & nauigationes, si conferantur cum his, quæ prius exercebantur. Nam hodiernum interuallum viæ, & nunc idem est. Item boues eadem arant in die, vel etiã minore, & irrigationes aquationesue eisdem methodis horoscopiorum factę, tantum aquæ introducunt, & educunt vnaquaq; hora, quantum etiam prius. Sed ad reliquum, & tertium argumentorum, inquit, procedendum est, quo vult ostendere, ꝙ cœleste corpus non est infinitæ virtutis. Et hoc verum etiam est secundum Aristotelem, qui negat totum simul infinitæ virtutis esse in corpore, quocunq; tamen moueri in infinitum, & esse corpori circuli tribuit. Sed is, cum destruat infinitam vim, velut æternam, illico corruptibile introducere putat. Dicit ergo, ꝙ si cœleste est infinitæ virtutis, necesse est, vt vnaquæq; pars, vel finitam, vel infinitam potentiam habeat: sed infinitam, vt inquit, non habet. Quod enim est infinitę virtutis, est per se sufficiẽs. Sed vnaqueq; pars cœli, etiam alijs partibus eget, & toto vt sint, siquidem partes sint ad aliquid. Nam partes totius sunt partes, & proprias vires mutuo ipsismet impertiuntur, vt Luna maxime indicat, & ea, quæ sub Luna commiscentur, quæ non sunt per se sufficientia, & quorum tota non sunt per se sufficientia, neq; partes sunt per se sufficientes. Item putat ostendere aliter, ꝙ si vnaquæq; pars esset infinitæ virtutis, totum, inquit, aut æqualem vim habebit, vt vnaquæq; pars, aut maiorem, ꝙ si maiorem, erit aliquid infinito maius: quod fieri non potest, immo etiam accideret, vt pars esset finita, atq; infinita. Esset.n. infinita ob hypothesim, finita vero quatenus ab aliquo exceditur. Sed etiã hoc fieri nequit, vt pars æque teneat vim, vt totum. Vbique.n. palam intueri licet, totum esse partibus singulis potentius. Nam & si frigus idem sit in parte aquæ, atq; in tota, tamen collecta, atq; congregata vis non est eadem, sed quanto magis corpora sunt multarum, aut ingentium partium, tanto magis durant, atq; permanent. Si ergo non est vniuscuiusq; partis vis infinita, igitur finita: quare & totum finitum est. Quod.n. constat partibus finitis magnitudine, & numero, non potest esse infinitæ virtutis: restat ergo & totum cœlum, & vnamquanq; partem finitæ esse virtutis. Huiusmodi etiam sunt omnia, quæ sub Luna sita sunt. Sed ad hæc breuiter eadem etiam dicenda sunt nempe, ꝙ infinita vis simul tota motrix, quam primo, & æterno mouenti adesse Arist. fatetur, neq; totum habeat mobile, neq; vt partes eius fieri potest. Vt autem moueantur & fiant, infinitam vim habent, sed non simul totam. Etenim motus, & ortus sunt, dum fiunt, sed quatenus in infinitum abeunt. Sed secundum hæc infinitas similiter toto, & partibus competit: siquidem neq; totum absq; partibus, neq; partes absque toto possunt consistere. Etenim & in his, quæ aliquod tempus durant, vt in animantibus videmus, quod necesse est, vt tandiu partes durent, quandiu totum subsistit: sed secundum suam substantiam, & non velut quædam partes acceptæ sunt suo toto diuturniores, vt ea, quæ sunt vniuersitatis animalium. Nam illa dissuluta, ossa permanent. Non est ergo verum, durationẽ totius proficisci ex permanentia partium, ac vi ipsarum, quæ in vnum collectæ, multiplicem in ipso toto vim sic ponit, velut multiplicatum tempus earum permanentiæ sat sit, vt sit vniuersum, maxime vbi totum ex eisdẽ partibus semper sit. Nam aquæ & vniuscuiusq; vniuersitas elementorum, cum insit aliis, atq; alijs partibus, quia aliæ fiunt, & aliæ occidunt, nihil mirum, si diuturnior sit ob permanentiam partium. Sed cum cœli vniuersitas semper eisdem vtatur partibus, non video, quomodo iste diceret vniuersitatem esse diuturniorem partibus. Aeque igitur ipsum in infinitum competit toto & partibus, non prorogatum temporis dilatione. Siquidem (vt etiam ipse fatetur) partes & totum simul esse, cum sint ad aliquid, sed sunt diuturniores, quę sunt in maiori toto, & eo, quod magis continet, & forte ipsius temporis. Nam tempus est magis totum, quam illa, quæ dicebantur magis tota, non tanquam

Corpora sunt x. partibus in actu distincta et seiuncta.

Cælestia ex natura sua nō intereunt, & nō ob Dei uoluntatem, ut Simplicius.

Oculum nullam senectutis signum ostendit.

Cœleste corpus non est infinitæ potestatis.

Motus & generatio sunt in quantũ fiunt. Partium substantiã simul extenditur cũ substantia totius in his, quæ tempore manent.

Quando eædem partes nõ sunt, summa est partibus diuturnior.

quam ad multos annos prorogatum, atq; productum, sed velut collectæ in seipso tépore eorum, quæ sunt plurium, & ingentium partium magis, vt etiam permanentia partium, cum illa totius cõnexa, & extensa est. Sed iste dimittatur. Sufficientes opinor adhibuimus solutiones quantum proposita exigunt, & nunc exquisitio, & pertractatio petit. Sed sciendum est, ꝙ hoc loco rursus Arist. differentibus nominibus eandem sententiam, cum suo magistro Platone proposuit, & tractauit.

Discrimen inter causam à cœlestibus separabilem & ipsa cœlestia, est idē apud Platonem & Aristotelē.

Etenim Plato discrimen causę separabilis à cœlestibus, & ipsorum cęlestium ex substantia assignauit, quatenus causa reuera est semper secundum eadem, & eodem modo se habens, & neq; secundum substantiam, neq; secundum vim motum, aut mutationem subit. Sed cœleste corpus, cum sit corpus, ob id neq; per se subsistit: quocirca illud dixit factū, & non reuera esse. Quod.n. reuera est, prius est natura eo, quod fit: & id, quod per se subsistit eo, quod aliunde permanentiam haurit: item quod est expers mutationis, prius eo est, quod quomodocunq; mutatur. Et patet, ꝙ reuera existens, & per se subsistens, & immutabile causa est, vt proxime factum semper subsistat, sed non interdum, & illud non actu, sed secundum substantiam mutationem sustinet, vt sunt ea, quæ motu locali mouentur. Cum.n. sit continuus progressus secundum remissionem, sensim permanet, & non statim in id, quod distat exit, sed quod fit ab eo, quod reuera est proxime per se subsistente, cum idem non sit per se subsistens, sed à per se subsistente ꝑductum, quocirca & quod fit & non est, neq; simul totum esse recipit à causa. Non.n. esset adhuc factum, sed existens, neq; quiescit recipiendo ob suam naturam, quia post id, quod semper est, id, quod fit semper, subsistit prius quam illud quod aliquando fit, & ob producens semper secundum eadem, & eodem modo agens in productum: quare finitam permanentiam habet, sed semper recipit illam, & ob id indeficiens est eius: quod vere est impertitio, & illius receptio quod proxime fit, & sic infinitum, velut in infinitum est.

Platonis sententiæ in Timæo explicatio.

Et hæc paucis Plato indicauit proferens opificem in Timæo, qui vbi condidit cęteros deos, sic affatur, Dij deorum, quorum ego opifex, atq; pater sum hæc: attendite. Quæ per me facta sunt, me volente sunt indissolubilia. Omne siquidē quod vinctum est, dissolui queat. Sed quod pulchre est connexum, & bene se habet, est parui velle soluere. Quapropter quia autem geniti estis, immortales attamen non estis, nec tamen dissoluemini. nec factis interitus eueniet, quippe voluntas mea maior sit, atque potētior, his vinculis quibus colligati estis, cum fieremini. Sed magis replet, & conficit intellectionibus opificis substantia, quę possunt intelligi in mundo, cum asserat exornationem prius fuisse in patre omnium, ipsa autem sunt proxime intellectuales, & beneuolæ, sed harum mentium separatæ animæ, secundum vnam vniuersi incorporei coaptationem secundum singulos Deos. Ad hos igitur dicit, Dij deorum, videlicet deos in corporeos corporeorum, quia lucidius Dij nuncupantur. Sed cœlestium deorum monumenta, ac simulachra versatilia ob velocem motum Dij appellati. Sed horum deorum Dij sunt, qui principes eorum causas incorporeo modo & intelligentia producunt. Nam quicunq; Deus, est alicuius diuinitatis principium. Sed deorum sensibilium esse, inquit, se opificem, atq; partem operum in ipsis. Nam condit, & perficit opere omne corporeum. Dicit quoq; omne connexum, & vinctum corporeum, velut id, quod tactu, & visu cernitur: & hoc, quia constat igne, terra, atq; intermedijs elementis etiam vinctum vinculo proportionis fatetur. Hoc enim ipse appellat optimum vinculum compositionis corporum. Sed quomodo omne solubile vinctum dicit? Nisi quia dissolutiu cõpositorum sit simplicium secretio, quæ solo in opifice prius est, quia continet simplicium elementorum: quocirca inquit, hæc à solo opifice posse dissolui. Si.n. elementa cœlestium in intellectualibus sunt, & in vnum colliguntur, ob copulationem intellectualem, & separantur ob puritatem intellectualem aliter vero nequaquā separata sunt: merito in ipso est ratio & potestas dissolutionis, & separationis prius, non tamen bene dissoluuntur, quæ sunt recte connexa. Nam recte cohærent secundum harmoniam exemplaris mundi, quæ est in opifice. Vos igitur, inquit, siquidem geniti estis, i. quia corpoream proprietatē contraxistis, quæ est composita, & non per se subsistens, neq; reuera permanens in eo, quod vere est, sed est dum fit, nō omnino estis immortales. Non.n. simul vniuersam habebitis immortalitatem. Hoc significat illud, non estis, sed factam, & aduenientem habebitis ipsam: tamen non dissoluemini, & si compositā habeatis naturam, quia subsistitis secundum copulationem intellectualis vnionis, proximæ bonitatis. Non.n. aliter se habent secundum naturam, recipientes connexionem aduenientem. Sed prima compositio, & si simplicium sit congregatio, tamen prodit ab intellectuali intelligentia proxime, neq; mortis fatum subeunt, cum obtineant immortalitatem in infinitum factā. Et sic Plato ex discrimine substantiarum, proximam causam cœlestium indicauit, & cœlestium proprietatem. Sed Arist. magis naturaliter, cum à motu auspicaretur, primum demonstrauit necesse esse, vt motus sit æternus, & quod mouetur multo magis, siquidē collocetur motus in eo, quod mouetur. Et ꝙ mouetur omnino ab alio agitetur, & ꝙ primum mouens æterno motu, est virtutis infinitæ, atque impenibile, & quod primo ab hoc mouetur æterno, & vno, atq; continuo motu corpus circulare est. Hoc autem & propter seipsum æterno moueri motu ait vno, & continuo sulum, & circulationem semper esse in fine, & principio: omnis.n. pars circulationis esse finis præcedentis circulationis, & initium futuræ. Sed vbi omne, quod accipitur, est finis, & initium, necesse est, vt tale sit indeficiēs suapte natura, vt etiam quod proxime mouetur ab eo, quod semper secundum eadem, & eodem modo se habet, necesse est, vt sit suapte natura æternum secundum Platonem. Sed, cum id, quod mouetur semper finitum sit, & non seipso mobile, sed ab alio trahit motum, etiam apud Platonem habet vt sit, & ob id, quod ab altero mouetur, non potest simul totam, neq; mouēdi, neq; vt moueatur vim suscipere. Motus.n. est dum fit, vt etiam dies, & non est simul tota: Si ergo & æterno, & infinito mouetur motu, & non simul toto, patet ꝙ factum erit ęternum, & infinitum, & semper motum ob suam naturam, atq; ob actum mouentis immobilem, sed non simul semper habet, quia ab alio mouetur, & finitum est, & hoc est in infinitum moueri semper in fine motus accepti, sed semper alter alteri succedit. Vt ergo Plato ortum eius, quod producitur in infinitum solubilem, & non omnino immortalem dixit, & econtra immortalem, neq; subientem obitus, atq; occasus, fatum sic Arist. motum in infinitum virtute finitum, & æternum asseruit, cum terminus insit cœlesti corpori suapte natura, quæ est corporea finitaque, & ab alio dependēs, sed infiniti ob suam naturam, quæ proficiscitur proxime ab eo, quod est immobile, & semper secundum eadem se habente & circularis est, cum propter immobilitatem producentis ipsum, tum etiam mouentis.

uentis. Quare ſecundum ambos Philoſophos cœlum, & ob ſuam naturam, & ob prudentem cauſam æternum, & ſemper mobile eſt. Quæſierit autem quicunque, opinor, non fruſtra rationes, & verba Ariſt. audit de primo mouente, vtrum repente ſine tempore, aut quoddam temporis curriculo moueat? Si enim tempore mouet, primum, quomodo Ariſtot. diſſerens de infinita vi, inquit, tempus contingit eſſe nullum, quo mouet. Deinde, ſi immobile eſt, atq; omnis mutationis expers primum mouens non ſecundum ſubſtantiam ſolum, ſed etiam ſecundum potentiam & actum, quomodo tempus, cum ſit mēſura motus, meiietur actiones immobiles primi mouentis. Quod ſi non mouet in tempore, & quomodo id, quod mouetur ab ipſo, in tempore mouetur? Sed ad hæc dicendum eſt, quæcunq; mouentium mota mouent, vt ea, quæ mouent per corpus impellendo, trahendo, & proijciendo, hæc in tempore mouent, non quia mouent ſimpliciter, ſed quia mouentur. Motus.n. menſura tempus eſt, ſed motus in eo, quod mouetur eſt, & nō in eo, quod mouet. Sed primum mouens, cum ſit immobile, & ſubſtantia, & actione perinde ac ſupra omnem motum ſit collocatū, etiam actiones habet ſine tempore, quod ſupra tempus exiſtunt. Et motum producit à ſeipſo, in eo quod mouetur ab eodem. Si enim quod mouetur non eſt primum eorum, quę ſunt, quia ab aliquo mouetur, neceſſe eſt, vt motus proficiſcatur in ipſo immobili, in eo, quod mouetur, & tempus in eo, quod mouetur tempore, ab eo, quod mouet ſine tempore. Non.n. mouere, ſed moueri à tempore metitur, propter quod motus eſt in eo, quod mouetur. Vt autem motus primi moti, cum ſit infinitus, non habet ſimul totum infinitum, ſed fit in infinitum, ſic etiam tempus quod eſt menſura primi motus infinitum eſt, tanquam in infinitum procedens. Sed redeundum eſt deinde, vnde defluxit continuatio verborum Ariſtotelis.

Quod primo mouens non mouet in tempore, aut ſine tempore.

Tex. 80. *Neque igitur in infinito finitam. Attamen contingit in minori magnitudine maiorem potentiam eſſe. Sed adhuc in maiori maiorem. Sit igitur id, in quo A B, infinitum: pars igitur B C habet potentiam aliquam: quę in aliquo tempore mouebit D, in tempore ſcilicet in quo E F. Si igitur ipſius B C duplum accipiam, in dimidio mouebit tempore ipſius E F, ſit enim eadem proportio. Quare, in F H mouebit. Ergo ſic accipiendo ſemper, ipſum A B nunquam tranſibo. tempore autem dato ſemper minus accipiam. Infinita ergo potentia erit: omnem enim finitam potentiam excedit. Omnis autem finitę potentiæ, neceſſe eſt finitum eſſe & tempus. Si enim in quodam tanta, maior in minori quidem, ſed determinato, mouebit tempore, ſecundum conuerſionem proportionis. Infinitam autem omnis potentia eſt, vt & multitudo & magnitudo, quæ excedit omnem finitum.*

Cōm. 102. Cum ſuperioribus oſtenderit, ꝙ nulla magnitudo finita habet vim infinitam, vt per hoc oſtendatur, ꝙ primum mouens eſt potentiæ infinitæ, cum non ſit magnitudo finita: Quod ſi infinita magnitudo, neq; omnino eſt in his, quæ ſunt, patet, quod plane oſtenſum eſt, primum mouēs eſſe impertibile, & ſine magnitudine. Ob id ergo neceſſario, vt dixi, demonſtrauit, quod nulla magnitudo finita vim poſſidet infinitam. Nunc vero ſibi ſumit oſtendendum, ꝙ neq; aliqua magnitudo infinita finitā habet vim, quod quidem non eſt neceſſarium ad præpoſita. Neq;.n. eſt actu magnitudo infinita, ſed tanquam æquiualens, & cognatum prius oſtenſo, & per ſe dignum contēplatione, proponit etiam hoc oſtendendum eſſe. Et oſtendit idem breuibus ſic demonſtrationem inſinuans. Cum.n. viſus eſſet inſtare contra ſuum problema dicens, in magnitudine infinita, non eſſe vim finitam, his verbis. {Attamen contingit in minori magnitudine maiorem potentiam eſſe, } vt videmus in ouis belluarum, ſeminibus, animalibus, plantis. Ex acino nanq; ficus tanta naſcitur ficus, ob magnam virtutem, quæ corpori ineſt exiguo. Et ex breui tempore ſemine generatur elephas, & tot eorum fœtus, quæ multa patiuntur animalium. Si ergo hoc verum eſt, quid vetat, & conuerſum huius, aut æquiualens verum eſſe: hoc.ſ. in omni maximo corpore infinito finitam eſſe vim. Quod autem velut inſtantiam ipſam adducit, illud indicio eſt aduerbium inſtandi præpoſitum καίτοι, atqui attamen. Sed Alexander inquit, vtilius erat ipſi, vt ad propoſitum diceret, Attamen contingit in maiori magnitudine minorem vim eſſe. Hoc enim magis oſtendit, poſſe etiam in magnitudine infinita, finitam vim eſſe. Si autem dixit, Attamen contingit in minori magnitudine, maiorem potentiam eſſe, ob id etiam illud ſimul accipere indicauit. Sic Alexander, niſi forte & ad dicentem, ꝙ in infinito finita vis non eſt, ſic tamen inſtans, ſed adhuc in maiori contigit minorem eſſe ſine confabulatione dicit idem, ſed dicens, Attamen contingit in minori maiorem eſſe. Forte autem & euidentius eſt hoc in minori magnitudine, maiorem vim eſſe, vt in dictis. Etenim inſtat ac diſſuadet: quia, ſi tantam vim habet tanta ſagittæ magnitudo ad interficiēdum, tamen vt quædam maior magnitudo minorem vim habeat, non ita perſpicuum eſt igitur à notiori minus notum comprobat, & cogit. Sed huiuſmodi eſt inſtantia. Soluit autem ipſam dicendo, ſed adhuc magis in maiori maiorem. Nam & ſi in minori magnitudine maior ſit potētia, tamen in maiori minoris ſecundum eandem ſpeciem adhuc maior erit vis. Si ergo magnitudo in infinitum extenderetur, etiam vis in infinitum extendetur, ſiue minor erat ex principio magnitudo proportione ſecundum potētiam, ſiue maior. Nam proceſſus magnitudinis in infinitum, etiam vim vſq; ad infinitum ſimul trahit. Non enim augetur magnitudo ſine potentia. Sic ergo, vt ſoluat inſtantiam, cum oſtendiſſet, ꝙ neq; infinita magnitudo finitam habebit vim, idem etiam per expoſitionem oſtēdit, vt conſueuit, more Geometræ naturam explicare. Nam accipiēs aliquam magnitudinem infinitam a b, finitam habēs vim ſecundum hypotheſim, & auferens ab ea b c: patet, ꝙ & ipſa finitam habet vim: ſiquidem & infinita a b finitam habet, dicit quod b c, finita magnitudo finitæ potentiæ moueat d, finitum in tempore e z, definito videlicet. Nam oſtenſum eſt, nullam magnitudinem finitam mouere aliquid finitum tempore infinito: ſi ergo auferamus ab infinito a b, duplum b c, ipſum a c, dupla magnitudo duplam habens potentiam in dimidio tempore d: mouebit, quàm ſit tempus, in quo mouebat dimidium ipſius b c: ſi autem rurſus ab ipſa a b, magnitudine infinita aliquod duplum magnitudinis c a, abſtulerimus duplicem habens potentiam mouētis, in ipſo a c, ipſam d, in tempore z th, rurſus ſumpta ipſum d, in dimidio ipſius z th, tempore mouebit. Hoc proinde nobis facientibus, nunquam deficiet neq; a b, ſuppeditans nobis infinita multitudine, dum magnitudines abltrahuntur, & auferuntur, cum ſemper potentia duplicata ſint eorum collatione, quæ prius ablatæ fuerant ab ipſo, neq; tempus acceptum, quo habentur dimidia deficiet. Si ergo neq; potentia deficit, infinita erit, & ipſa pariter, vt magnitudo. Nam infinita vis eſt, quæ excedit omnem finitam potentiam. Nam generaliter hoc eſt infinitum,

Nulla infinita magnitudo de potestatem finitam habet.

In minori corpore ac magnitudine, vis maior eſt.

infinitum, cuius ſi quicquam accipiatur eo ſemper aliquid extra ſupereſt, atq; excedit id, quod acceptum eſt: quod quidem etiam videtur in ipſa vi magnitudinis infinitæ. Cæterum, cum oſtendiſſet ab auctione in infinitum ablatæ magnitudinis ab infinito, quod vis magnitudinis infinitæ ſit infinita, tanquam excellens omnem finitam vim, idem oſtẽdit à diminutione temporis in infinitum, quam & ob id aſſumpſit dicens: Sed tempore dato ſemper minus ſumam, aut autem indeterminata, & infinita magnitudo eſt, in qua fieri poteſt, vt ſemper aliquo addito, & definito ſemper maius eſt accipere, ſic etiam tempus indeterminatum eſt, & in infinitum diminutum, in quo fieri poteſt, vt aliquo addito ſemper ſit minus accipere. Si ergo oſtenſum eſt, ꝙ finita vis mouet tempore finito, & ꝙ eſt finitum eſt determinatum, & in infinita magnitudine eſt finita vis, & quantalibet ſit, ſed ſolum finita tempore determinato mouebit. Si enim tanta in aliquo determinato tempore mouet, etſi quomodocunque maior hac ſumpta ſit aliqua vis in minori quidem, ſed in tempore finito, etiam ipſa mouebit, & indicans rationem diminutionis temporis ſecundum conuerſionem proportionis. Quanto enim maior eſt vis vi, tanto minus tempus, in quo maior vis mouet, eſt tempore, in quo mouet minor vis. Conuerſionem igitur proportionis dixit, ꝙ velut maior vis ad minorem, ſic minus tempus ad maius. Si ergo quanto magis deficit tempus, tanto etiam vis ſemper excedit: ſed tempus, in quo vis infinitæ magnitudinis mouet, deficit & minor eſt omni definito tempore, & vis, quæ hoc tempore mouet excedit omnem definitam vim. ſed excedens vis omnem vim finitam eſt infinita, vt etiam multitudo, & magnitudo excedens omnem finitam eſt infinita: igitur vis in magnitudine infinita eſt infinita, & non finita. ſic ergo & ab infinita magnitudine concluſit, ꝙ vis in ipſa infinita eſt, & ex diminutione temporis, in quo mouet in infinitum. Et hę concluſiones poſſunt eſſe vnius, & duarum demonſtrationum, & magis duarum: ſiquidem vtraque ſeorſum propria concluſit, alia à magnitudine, quando dixit, Igitur infinita vis erit. Excedit enim omnem finitam vim, & alia à tempore, quando inquit, Sed omnis infinita potentia excedit omnem finitam, vt etiam multitudo, & magnitudo. Sed, cum dixiſſet exponendo, ſi proinde accepero duplam b c, in dimidio tempore mouebit ipſius e z, ſubiunxit. Sit enim proportio eadem, vt duplæ ſublatæ magnitudines, & vim duplam habeant, adeo vt ſint in eadem proportione magnitudines, & vires. Hoc enim ſtatuto, ſi dimidium magnitudinis, in e z, tempore, d mouit, duplam magnitudinem in dimidio temporis e z, mouebit d, quod dixit th z; & ſi non duplam proportionem habuerint ea, quę ab infinito auferuntur, vt dupla magnitudo illico, & vim duplam habeat, nihil demonſtratio tamen impedietur. Si enim non ſic ſe habuerint non ad magnitudinem reſpicientes ſecundum hoc auferemus duplum, verum ad vim quæ erat in prima magnitudine ſublata. Quare auferri ab infinita magnitudine duplam habebit vim magnitudinis b c, quanta erat magnitudo ablata, & quam proportionem habet magnitudo ad b c. Sic enim ablatione facta, aliud in dimidio ſemper tempore mouebitur à poſteriore ſublato, aut moueretur ab eodem ante ipſam, quia dupla vis demitur. Quod enim maior vis, idem in minori tempore moueat ſecundum conuerſionem proportionis, vt dixit oſtenſum eſt, & confeſſum eſt.

Tex. 81. *Poteſt autem, & ſic demonſtrari hoc. accipiemus enim quandam potentiam, eandem genere ei, quæ eſt infinita magnitudine, in magnitudine finita exiſtentem, quæ menſurabit eam, quæ in infinita eſt finitam potentiam. Quod igitur non infinitam continget eſſe potentiam in finita magnitudine, neq; finitam in infinita, ex his palam eſt.*

Aliam eiuſdem demonſtrationem affert, quòd non ſit virtus finita in magnitudine infinita. Sed quædam plane dicit, quædam vero relinquit vobis ſupplenda. Sumemus inquit, nobis, quandam vim eiuſdem generis, ideſt ſimilem ſpecie finitæ potentiæ, quę ſit in magnitudine infinita, & in quodam corpore finito ſit pondus in infinita, & finita idem, ſimiliter & leuitas. Sed accipit vim ſimilem ſpecie volens menſurari vim in magnitudine infinita à vi in magnitudine finita. Nam diſsimiles ſpecie non mutuo ſe menſurant: igitur, ſi fuerint ſimilis ſpecie in magnitudine finita, vis finita, menſurabit finitam in ipſa infinita magnitudine, ſic tamen, vt adæquet, ſed aliquid ſuperſit ſecundum vltimam acceſsionem. Si autem hoc, aut etiam magnitudo infinita dimetietur à magnitudine, in qua erat vis menſurans vim, in magnitudine infinita. & ſic non amplius erit infinita magnitudo: ſiquidem metitur, vel non dimetietur totum vt menſurata in eadem, & ſi quod relinquitur ex infinita magnitudine non habebit vim, vt finita vis, non ſit in infinita magnitudine collocata, ſed in ipſa finita menſurata ſimul, cum ipſa vi. Sed notius, inquit Alexander, eſt, ſi quis ab infinita magnitudine auferat aliquid, hac ratione & vi in ipſa menſuraret vim, & potentiam, quæ eſt in infinita, & eandem infinitam magnitudinem. Sic.n. non amplius addere nobis opus erit, quod conſimilem genere vim ſumere oportet. Nam illa ex ablata in magnitudine infinita ſimilis ſpecie eſt, cum tota. Niſi forte Ariſt. demonſtrationem ante hanc faciens ſecundum ablationem ab infinito hanc produxerit ſecundum alium modum. Sed concluſit vna deinceps, quę ſunt proxime oſtenſa, ꝙ neque poteſt infinita vis in magnitudine finita eſſe, neque finita in infinita collocari. Cõm. 103.

De iis autem, quę feruntur, bene ſe habet dubitare quandam dubitationem primum. Si enim omne, quod mouetur, mouetur ab aliquo, quęcunque non ipſa ſeipſa mouent, quomodo mouent aliqua continue, non tangente eo, quod mouit, vt proiecta? Si autem ſimul mouet & aliud quid is, qui mouit, vt aerem qui motus mouerit ſimiliter impoſſibile eſt primo non tangente, neque mouente moueri: ſed ſimul omnia & moueatur, & quieſcat, cum id, quod primum mouet ceſſauerit. & ſi facit, quemadmodum lapis, veluti ſi mouet id, quod mouit: neceſſe autem eſt hoc quidem dicere, quòd primum mouens facit, vt poſſit mouere, aut aer hic, aut aqua, aut aliud quid huiuſmodi, quod aptum natura eſt mouere & moueri, ſed non ſimul ceſſat mouere & moueri, ſed moueri quidem ſimul cum mouens ceſſauerit moueri, mouens autem adhuc eſt: quapropter mouetur quid alij contiguum. & in hoc eadem ratio eſt. Ceſſat autem, cum in ipſo contiguo minor fuerit virtus, quàm vt moueat, tandem autem ceſſat, cum non amplius fecerit prius mouens, ſed motum patiens ſolum. hac autem neceſſe eſt ſimul ceſſare, hoc quidem mouere: hoc autem moueri, & totam motionem. Tex 82.

Cum proxime oſtendiſſet id, quod propoſuit de primo mouente motu æterno, quòd non ſolum immobile & ęternum ſit, ſed etiam impertibile, & magnitudinis expers, quia oportebat, ſi haberet magnitudinem, aut infinitam eſſe, aut finitam. Si ergo prorſus ſublata eſt magnitudo infinita actu, non ſit, & non poteſt eſſe magnitudo finita, quia æterno motu mouens habet vim infinitam, Cõm. 104.

sed

sed infinita vis non potest esse in magnitudine finita. Verum omnis sermo de primo mouente pendet ex eo pronunciato dicente, ꝙ omne, quod mouetur ab aliquo mouetur. Si enim hoc non sumptum fuerit, neq; necesse est, vt quod motu ęterno mouetur ab aliquo moueatur. Neque ea, quæ de primo mouente ostensa sunt, deinceps locum habebunt. Si enim sunt quædam mota à nullo mouente, non necesse est, vt quod æterno motu mouetur ab aliquo moueatur. Vult autem, antequam ex ostensis conuenientem conclusionem inducat quandam instantiam proponere adductam contra pronunciatum dicens, omne, quod mouetur, ab aliquo moueri, & solutionem non probe adductam exponere, & tandem inferre illam, quæ conueniat. Et instantia est huiusmodi, si omne, quod mouet, ab aliquo mouetur, quomodo aliqua, quæ in seipsis non habent motiuum, sed extrinsecus mota manent continue mota, etiam quod mouebat si cessarit mouere, vt proiecta? Nam, cum proiiciens aliqua cesset mouere, tamen diu durant illa continue mota. Nam videbuntur talia à nullo moueri tum, & sic tollit hoc pronunciatū, omne, quod mouetur, ab aliquo moueri. Equidē dixit, quod si non tetigerit quod mouent, adeo vt non tāgat amplius, neq; permaneat tangendo per omne tempus motus, non erit motus. Deinde meminit solutionis, qua nonnulli periclitantur soluere hanc dubitationem. Dicunt.n. proiicientem, simul cum proiecto etiam quippiam aliud mouere, vt aerem, qui motus, atq; impulsus à proiiciente, mouet. Dicit ergo quod æque, vt primum fieri non potest, hoc duntaxat excepto, ꝙ ratio mutauit, atq; assumpsit aerem pro proiiciente. Si.n. neq; iste ex seipso mouetur, quia hoc est proprium animatorum, sed à proiiciente, oportebat illico cum proiiciens cesset ab ipso mouere, etiā aerem cessare à moueri, & simul omnia, quæ mouentur iam mota fuisse, & quieuisse: si quidem motum, & mouens mutuo dicuntur, moueri inquam, donec moueat proiiciens, & quiescere, ac cessare qn̄ quieuerit, ac cessarit mouens. Si.n. manet aer motus, accidet non attiguo existente eo, quod mouet, neq; mouēte aliquo fieri motum: quare mouebitur quidem aer, sed à nullo: & sic iterum non omne, quod mouetur, ab aliquo mouebitur. Sed varia scriptura fertur, quia alia sic partim iacet, simul omne mouet, & quiescit; & partim sic, Sed simul omne motum est, & quieuit, & forte hæc melior est. Nam motū fuisse idem est, quod quieuisse. Cum vero dixisset necesse esse, vt omnia simul moueantur, & quiescant, qn̄ primum mouens quiesceret, subiunxit. {Et si facit quemadmodum lapis, velut si mouet id, quod mouit.} Nam & si per aliqua intermedia mouet, non tangendo id, quod mouetur, vt magnes lapis ferrum trahit, & non tāgit illud, qn̄ ipsa traheret proximum, hoc traheret aliud post seipsum. Tum.n. facit lapis ferrum, quod ipsa mouit, quod est deinceps mouere, qa non solum ꝓximum mouet, sed etiam eidem vim motricem largitur: quocirca non solū illud mouetur, sed etiam mouet. Et si igitur inquit, aliquid mouet, vt lapis, necesse est etiam simul moueri, qn̄ primum mouens mouerit, & cessare à motu, qn̄ primo mouens cessare, adeo vt non moueret. Et cum sumpsisset initium à lapide eadem via soluit dubitationem. Vt.n. in lapide, neq; causa est aer, neq; quiescente mouente, manet id, quod mouetur, sed vis motrix immissa ei, quod proxime mouet id, quod mouetur, donec ipsa agit, sic inquit, necesse est de alijs sentire, ac dicere, quod primo mouens proxime ab eodem motum facit mouere, aut aerem, aut aquam. Hæc.n. sunt maxime, quibus mouētur mota, quæ possunt, & hæc mouere. Sed adiecit, vel aliquid aliud, forte ob lapidem, & ferrum, vel electrum, & paleam. Item os piscis, qui miluus dicitur trahere aurum fertur. Et forte, quia, & hoc proxime attracto vim infert, & dat. Siue ergo secūdum pulsionem moueat mota, vt ea, quę iter habent per aerem, aut aquam, siue secundum attractionem, vt dicta, primū mouens, vt proiiciens non solum sagittam mouet, sed etiam aerem, vel aquam, per quam proiectio fit, & non solum hæc mouet, sed etiam vim ipsis ingerit mouendi, vt non solum moueantur, sed etiam moueāt, cum habeant naturam, vt moueantur, & moueant simul. Hoc igitur, inquit, necesse est nobis dicere. Cætera.n. verba, quæ sequuntur sic. {Necesse autem est hoc quidem dicere,} sic se habent, & indicant. Necesse igitur, si soluere cupimus, quod vocabatur in dubium sic dicere, quod non simul quiescunt mouēs, & id, quod mouetur. Nam motum, inquit, & vim mouendi suscipiēs, quia naturam talem habet, non simul cessat ab ipso moueri, & mouere, vt in lapide Herculeo videre licet. Nam vbi tactum fuerit ab ipso ferrum, quod tangit ipsum, non amplius mouetur, sed mouet id, quod deinceps est, & mouetur illud, donec mouent mouens, sed quiescente mouēte, etiam quiescit, quod mouetur à motu. Sic etiam in aerem contingit. Non.n. sequitur proiectum vna motus, cum ipso, sed mouet post ipsum reliquum aeris, & facit ipsum motiuum esse. Etenim de hoc eadem ratio est licet non similiter. Semper.n. vis à primo mouente tradita minuitur, atque deficit successione, & tandem perit, cum vltimum mouens non potest amplius mouere: quocirca cadit proiectum, cum amiserit iam vim illius, à quo moueretur. Eodem modo, quæ ab igne calefiunt, non solum ab igne vruntur, sed etiam vim ab ipsa recipiunt calefaciendi, & id tenent quousq; sensim deferueat calor, & aboat tandem atq; intereat; qn̄ inquit ille ante vltimum, vis calefacit. Hoc.n. prius dixit. Non amplius mouens obtineret facere id, quod est post se, sed solū mouetur. Nam si hoc non amplius mouet, neq; deinceps mouebitur. Simul igitur quiescit mouens, quod erat ante extremum, & quod mouetur vltimum. Nam cessante hoc, antequā moueat, necesse est etiam, vt vltimum quiescat à motu, sed quiescente moto, etiam motus quiescit: siquidem motus est in eo, quod mouetur. Et patet quod simul quiescit in vltimis. Quia dixit prius, ꝙ non simul quiescit mouens, & id, quod mouetur, de vnoquoque, ante vltimum moto dicit. Quod.n. vltimo mouetur, non mouet. Quærit autem Alex. in his pulchre, quomodo non & his dictis maneat adhuc dubitatio. Aer.n. vim mouendi accipiens ab ipso proiiciente sagittam, siue motus moueat, aut non, sed non motus non moueret. Quæ.n. corporeo modo mouēt mota mouent. Quod si motus mouet, cessat autē à motu simul, quia mouens proiiciens cessat à motione, cum sint ad aliquid mouens, & motum, etiam simul quiesceret ab ipso mouere quod consequitur, vt illico quia cessat mouere proiiciens etiam proiectum deferri cessabit: quod quidem fieri non videtur. Hæc, cum quæsiuisset. Nam forte, inquit, quia dicit aerem quandam vim mouendi accipere ab ipso mouente, à principio illud dicat, quod propriam vim habet à mouente ipsam recipiēs. Quod, si non potest mouere non motus, perinde ac principium, & inchoationem mouendi ab ipso proiiciente acceperit, vt etiam mouēdi, tn̄ obtinuisse ab illo vim talem dicitur, tanq̄ ex ipso motus posit mouere, vt sit aliquo modo fere seipso mobile, qa talis naturæ est, vt vim suscipiat à mouēte ob aptitudinem,

Ea dissoluitur instantia contra id allata, quòd quicqd mouet mouetur ab aliquo.

Magnes quo pacto partim ferri trahat, & illa rursus aliam.

Os piscis, qui miluus dicitur trahit aurum.

Vis a primo mouente tradita successione minuitur.

Quod ab illo, quod primum mouit aera suscipit, ipsum, quoqi efficitur per se mobile.

dinem,& facilitatem patiendi. Ab hoc igitur motu proiicientis cessat,quod simul cessat,cum proiiciente,sed ab eo ex seipso quo mouetur, quia aliter mouet id quod post seipsum est ,cuius vim ,ppriam retinuit accipiens ipsam ab ipso,quod principio mouit, & proiecit, non statim cessat. Quocirca non simul proiectum quiescit à motu vna cũ proiiciente,quia ea,per quę proiiciuntur proiecta sunt naturæ illius, q̃ ex seipsis possint moueri , & mouere accipientia principium , & inchoationem ab ipso proiiciente vnũquodque interim suamet potentia mouens id , quod est post se mouendi causam præbens , vt proiectum moueatur , quatenus fertur . Vt enim quod mutatur ex aqua sic forte, & ignis fieret,calefaceret. Equidem calefacit etiã aqua calefacta , & est ambobus causa calefaciendi , quod mutatur in calidum.sed ignis & si causam recipiat ab eo, quod efficit ipsum,tamen cum fuerit ignis, qua ignis calefacit. Sed aqua non amplius donec fuerit aqua calefacit, sed quousque feruet,quia ignis est suapte natura talis, sed aqua nequaquam,sed afficitur. Sic ergo fit in aliis,quæ mouentur ab alio,vbi non fuerit præsens id, quod mouet ipsa , vt sunt , quæ mouentur secundum naturam , & proiicientia . Nam amborum motus causa est id, quod efficit hæc talia,sed mota secundum naturam,quia talia sunt,sic se habebunt donec fuerint similiter mobilia secundum suum motum . Sed aer in proiectis, quia manens in propria natura afficitur vi ab ipso proiiciẽte,ob id,ad hoc est idoneus ,donec igitur affectioné seruat ,qua mouetur eodem motu mouebitur non semper, quippe illi non sit talis motus naturalis, Plane inquit, ipsum dicere Tertio libro de cœlo. Inquit enim intermedia corpora ad vtranq; motionem vergere , atque tendere videlicet aerem & aquam. Aer, inquam, particeps ponderis, atque leuitatis est, quocirca initium ac momentum internum, & originem ferendi sumit ab ipso proiiciente,ad idem latus . Et donec seruauerit inchoationem,& momentum mouendi,quod obtinuit ab eo quod vim mouendi dederat , mouebit & feret id,quod proiicitur,velut si traditum esset ipsi. Hæc omnia ad vnguem verbis Alexandri conscripsi, cum bona esset reuera dubitatio, & nouus solutionis modus, cuius corpus paucis illis verbis tradidit perinde ac sumpserit initium , & quasi quandam inchoationem mouẽdi ab ipso mouente,vt etiam quo moueat,accepit,tamen obtinuit ab eo potẽtiam,adeo vt possit ex eo motum mouere quasi quodam euaserit seipso mobile. Et forte quis ex proxime dictis ab Aristotele ambigeret , quomodo dixit, sed non simul cessat mouens,& quod mouetur, sed ꝙ mouetur, qñ mouens quiesceret mouendo, sed mouens adhuc est. Si enim ex seipso motum mouet, & non põt idẽ corporeo modo mouere, nisi moueatur, quomodo quiescens à motu adhuc mouẽs est . Sed hoc quidem forte ex dictis Alexandri, solui possunt. Aer.n.inquit, mouetur cũ ab ipso proiiciente , tum etiam à se ipso, & à proiiciente motus, illico quiescit, quando quiesceret mouens, sed secũdum suum motum, non illico quiescit, cum cessarit proiiciens. Verum ex dictis prius ab Arist. de eo, quod seipso mobile est, aliquis ambigeret. Si enim aerem à seipso moueri ponimus, vt prius ostendimus, neque totum à parte, neq; pars à toto mouetur, necesse etiam est, & in aere , siquidem seipso mobilis est, partem aliquam mouere, & aliquam moueri vt in animalibus mouet anima , & corpus mouetur. Quid ergo in aere erit motum, et quid mouens. Quòd si quis diceret naturam mouere, & corpus moueri, cum oportet memoriter tenere, quę Arist. disseruit hoc libro de quatuor elementis, quæ ita appellantur. quoniam plane asseruit horum nullum à seipso agitari sed habere principium motus, sed non mouendi , aut agendi, immo patiendi solum. Nisi ergo pulchre Alexander dixerit, qui non simpliciter seipso mobilem aerem, sed aliquo modo à primo mouente fatetur, perinde ac motus aer immissus sit à mouente, cum actu sit , & postquam cessarit mouens remaneat, sed non velut quoddam aliud mouens obtinẽtis aeris, vel aquæ, & aliud motum , velut ea, quæ proprie sunt seipsis mobilia. In his.n. mouens, vt anima, quæ est immobilis per se , mouet, & si per accidẽs moueatur. Sed aer proxime motus ab ipso proiiciẽte totus mouetur, et quia mouetur , mouet id , quod deinceps , & consequenter est quadam pulsione vtendo , qua primum mouens in ipso vtebatur, sed nõ aliquo immobili mouet, vt anima proiicientis mouit corpus , sed velut corpus proiiciẽtis suomet motu mouit aerem, & sic aer manente in ipso motu, aerẽ post se impellit, & hic impulsus alium consequenter , donec successio aucta sensim decidat, & sic motus deficiat. Quod verò motus aliquod tẽpus duret, etiam quiescente mouente qñ vis motrix fuerit valida , & quod mouetur idoneum, indicant trochi sphæra, quæ adhuc multum circunductæ durant post primam mouentis reuolutionem. Itẽ æ̃rea percussa diu resonant, quia manent mota, & aer mouent. Nam hęc, cum initium motus accipiant à mouẽte, ob naturalem habilitatem ad mouendũ manent adhuc mota recedente mouente. Et hoc est, quod Alex. asseruit, dicens quodammodo seipso mobilem fieri aerẽ, vt in eo, quod mouetur dum durat motus , & dum mouet illud , quod deinceps sibi est proximum . Sed quonam modo Arist. dixit, quod non simul quiescit mouens, & id, quod mouetur , sed motum simul quando mouens quiesceret, & mouens adhuc est, vel quia mouens, & quod mouetur velut ad aliquid dicta simul sunt , sed qñ recesserit mouẽs ab ea habitudine, quæ est ad illud cessabit , mouet tamen quia & ipsum mouetur, nõ adhuc mouente illo, quod mouit, sed quia permanet motus immissus ab illo ; quo circa etiã non immobile est illud, quod mouet, sed motum, nõ tamẽ vt illa mouente adhuc, neq; velut seipso mobile simpliciter ab ipso fit , sed quia manet in ipso motus immissus, & mouet reliquũ aeris sibi vicinũ, sed quiescente moto post mouens. Qũo igitur adhuc motũ ab aliquo mouetur, si mouens quiescit, & motũ permanet? Nisi quia à mouente motus immissus est ei, quod mouetur, & si quiescat mouens dicitur moueri motũ ab illo , quod dedit illi motũ permanentem. Non.n.indicat sermo oportere mouens omnino adesse , sed hoc opus esse, vt sit motus in moto, qui ab illo erat immissus. Sed si proiicientem sagittam dicimus aeri motum permanentẽ ingerere , atq; tradere , cur non sagittæ hunc motum dare illum dixerimus, & si non opus erit aere, si cogimur dicere ipsum nõ solum moueri, sed etiã mouere? An ꝗ media elementa aer, & aqua, vt ipse Arist. dixit, idonea sint ad motũ sursum, & deorsum, & ob id etiam ad obliqua loca, & latera , igitur longiorem motum suscipientia conferre ipsa, ad mansionem motus ad obliqua, aut sursum eorum, quæ sunt terrestria, & nõ apta sic moueri dicimus , cũ omnino et illis ingeraẽ quædam mansio motus, à quantuncunq; mouẽte. Hęc igitur dicta sunt à me, cũ decreuerim tueri illas duas orationes: aliam dicentẽ, omne, quod mouetur, ab aliquo moueri, & illam dicentem, quòd mouet corporeo motu mouere, quia mouetur: etiam dictum Aristotelis, ꝙ non simul quiescit mouens, & quod mouetur quadrare dictis volui.

Et

Intermedia corpora duo extrema participant elementa.

In aere quod nam moueat & moueatur, si ponatur à seipso moueri.

Durat motus aliquãdo post quam cessarit id qđ mouet.

Et suppetias Alexandri ad hæc, cum dixerit, proximum aerem seipso mobilem fieri ab ipso proijciente, & ab illa aeris parte sequentem, & vicinam, sic censui suscipiendas, atque admittendas esse, perinde ac mouens iniecerit motum permanentem, sed non fecerit ipsum mouens & motum, vt animalia, quæ habent aliud mouens & aliud motum, & mouens immobile, quia hæc mouentur, cætera deinceps impellunt. At si quis potest magis, & verius fidem facere de his, quæ diximus, is non inimicus, sed amicus habeatur, teneatur, & obseruetur.

Hic igitur in ijs, quę possunt aliquando quidem moueri, aliquando vero quiescere, fit motus, & non continuus, sed videtur. Aut. n. existentium consequenter est, aut se tangentium non. n. vnum mouens est, sed contigua adinuicem sunt. Quapropter & in aere, & in aqua fit huiusmodi motus, quem dicunt quidam antiperistasin esse idest obsistentiam. Impossibile autem est aliter dubitata soluere, nisi dicto modo. Obsistentia autem, simul omnia moueri facit, & mouere: quare & cessant. Nunc autem videtur vnum aliquid continue moueri à quouis: non enim ab eodem.

Cõm. 105.

Successio motus, non est in his, quæ contingit aliquando moueri, aliquando quiescere.

Cum dissoluisset instantiam contra rationem dicentem, quod omne, quod mouetur, ab aliquo mouetur, quæ sane instantia erat à proiectis ducta, quandoquidem cessante proijciente ipsa manent mota. Cum ergo soluerit ex his, quòd primum mouens potest facere, vt quod mouetur etiam moueat, & illud, quod est post se vicinum, & sic consequenter. Nam de omnibus eadem est ratio: nunc subiungit, quòd talis successio motus non est in sempiternis, sed conuenit his, quæ aliquando possunt moueri, & aliquando quiescere. Et inducit paulopòst, cur in aere & in aqua fit talis motus, & ostendit, quod non est hic continuus, etiam ex hoc, quia inest aliquando motis, & aliquando quiescentibus. Talis. n. motus quietibus scinditur, & remoratur, & ex hoc, quod mouens proiectum non est vnum, sed plura, vel deinceps, & consequenter se habentia, vel attigua. Sunt autem consequenter ea, inter quę nullum intermedium eiusdẽ generis incidit. Et attigua sunt, inter quæ nullum medium penitus cadit, sed sunt copulata mutuo. Si ergo continuus motus est, qui ab vno mouente fit, & hæc non sunt vnum, non est continua proiectio, sed solum apparet continua. Sed, cum dixisset, quod non est continuus motus, sed ex successione fit subiunxit. {Quapropter & in aere, & in aqua fit huiusmodi motus secundum proiectionem, } quia hæc sunt apta moueri ab aliquo, cum ipsa sint motiua eorum, quæ consequenter sunt, & contigua ipsis similiter. Sed talem motum, inquit, quidam appellant antiperistasin, hoc est obsistentiam. Equidem antiperistasis est, quando aliquod corpus, dum expellitur à corpore fit vicissitudinaria locorum mutatio, & quod expulit, locum occupat expulsi, sed quod expulsum est, proximum expelleret, & illud proximum, & attiguum, quando plura fuerint, donec vltimum cœperit locum primi expellentis. Et si fiat, inquit, antiperistasis in ipso proiecto tamen non est hæc causa motus proiecti. Nam antiperistasis simul omnia moueri, & mouere facit, i. expelli, atq; expellere. Sed, si omnia simul mouentur simul etiam quiescunt. neq; . n. primum impellens accipit, atq; occupat locum primi expulsi, nisi illum eius, quod est consequenter, & illud alium attigui, & vltimum primi imitati ocuparit locum, sed cum motus sit omniũ simul, & loca mutuarint sibi mutuo. Vnde vnum locum alterius

quid antiperistasis motus denotet. et quando fiat.

occupare mutuo, quod quidem est antiperistasis, nihil confert ad motum proiecti, nisi quis peteret, quod ipse dixit, mouentia posse facere, vt ea, quę mouentur, moueant. Sic. n. vbi occupauerit locum proiecti, mouebit etiam ipsum proiectũ, & efficiet, vt ea, quæ deinceps sunt, & consequenter moueant: quare non possunt aliter dissolui dubitata de ipso proiecto, nisi quod mouetur etiam vim accipere mouendi, ab ipso mouente statuamus. Etenim, cum sit facta antiperistasis, motus perficitur, nó tamen ob antiperistasim, i. mutuam locorum occupationem, dum vnum cedit alteri. Non. n. in ambulante fit antiperistasis, neq; ambulandi causa est antiperistasis, sic etiam in proiectis, aliqua alia causa est motus, & nó antiperistasis. Nam solum trãslatio, & locorum vicissitudinaria, & mutua mutatio est antiperistasis. Quod vero non sit motus causa ex eo, vel maxime ostendit, quod quæ fiunt secundum antiperistasim, & mouentur, omnia simul mouentur, & quiescunt à motu, vt paulò prius diximus. Sed proiectum, cum sit vnum aliquid, videtur cõtinue motũ: igitur ab aliquo mouetur. Non enim ab iis, quæ patiuntur antiperistasim, & mutuo cedunt loca? Nã hæc simul omnia mouentur, & mutuant sibi loca, & si vnum quieuerit, etiam omnia à motu deficient. Simul enim vbi proiectũ à proiiciente versus, ante expulsum fuerit aer, qui est ante illud, succedet loco, vnde hoc discedit, & mutatur. Huius igitur viæ, & lationis, post hæc rursus ipsi aliqua est causa. Aer. n. qui circũstat ipsi, nõ maior est regione, atq; ambitu, quẽ occupauit: quare vbi fuerit angustum redactum, cogitur etiam idem expellere ante. Sed, quoniam Alex. tradit fuisse opinionem Platonis, motum fieri secundum antiperistasim proiectorum, sciendum est, quod etiam ipse arbitratur fieri antiperistasim in his quæ mouentur, atque vult corpora mutuare sibi vicissim loca, quia nullum relinquitur in mundo vacuum, verum ipse non putat causam motus esse antiperistasim, sed irregularitatem, & inæqualitatem. Oportebat autẽ Alexandum, quando Aristoteles dixit, omne, quòd mouetur ab aliquo moueri, & toti demonstrationes suppeditauit orationi, & instãtias contra ipsam, et solutiones instantiarum proposuit, tum dicere, quod Platonis hæc erat oratio, quæ asserit, quod mouetur, omnino à mouente moueri. Sed forte non erit absonum pauca Platonis in medium adducere, quæ idipsum indicant, & quæ sit motus causa, & quomodo fieri vicissitudinarias mutationes, & occupationes locorum putet. Dicit enim in Timæo, {motus} nunquam solet esse in æqualitate, lenique natura. Quod enim agitandum est sine agitaturo, aut agitaturum sine eo, quod agitandum est, difficile est esse, immo non potest. Motus autem horum omnium non est: quare etiam secundum Platonem quod mouetur ab aliquo mouetur, & mouens aliquod motum mouet. Hæc autem, inquit, æque regularia, & leuia esse nequesit. Sic itaque stationem quidem in regularitate, & motum in ipsa inæqualitate, & irregularitate ponemus. Sed causa irregularitatis naturæ, est inęqualitas. Quæ enim sunt æqualia, & similia corpora, non mutuo mouerent sese, sed vt paulopòst addit. Quare, cum parua magis insinuata sint, & ipsa quidem parua, quæ magna sunt discernant, & maiora minora congregent, & quasi conglobent, omnia sursum, deorsumúe in sua loca feruntur. Quodlibet enim mutata magnitudine locum mutat. Sic vtique & has ob causas conseruata generatio irregularitatis, aut deformitatis dissimilitudinisúe, semper exhibet horum motum in præsenti, et futuro semper. Vnde vicissitudinariam locorũ occupatio-

Antiperistasis non est causa motus.

Non per obsistentiam fiat motus eorum quæ iaciuntur ex sententia Platonis.

nem, hoc modo tradit fieri. Rursus, igne hinc decedente, quippe, cum non fiat in vacuum exitus proximus aer pulsus mobilem, adhuc molem humidam in ignis locum impellit ipsique ipsam commiscet. Sed hæc in alijs præsertim quærentibus, nobis est diligentius cognoscere.

Tex. 83. *Quoniam autem in ijs, quæ sunt, necesse est semper motum esse continuum: hic autem vnus est: necesse autem est vnum, & magnitudinis alicuius esse (non.n. mouetur quod magnitudine caret) & vnius, & ab vno: non.n. erit continuus, sed contiguus alter alteri, et diuisus: Mouens igitur, si vnum est: aut cum moueatur mouet, aut immobile existens. Si cum moueatur quidem: consequi oportebit & mutari ipsum, simul autem moueri ab aliquo. Quare sistetur, & veniet ad hoc, quod moueatur ab immobili. Hoc.n. non necesse est simul mutari, sed semper poterit aliquid mouere. Nam sine labore est, sit mouere, & regularis hic motus, aut solus, aut maxime. non.n. habet mutationem vllam id, quod mouet: oportet autem id, quod mouetur ab illo, non habere mutationem, vt similis sit motus.*

Cõm. 106. Postquàm venit ad finem eorum, quæ proposita sunt, iterum repetit dicta, & mentionem breuiter de demonstrationibus efficit. Quia enim ostensum est, quòd necesse est semper esse motum, & quod neque incœpit quasi prius non fuerit: neque cessabit adeo, vt deficiat omnino, sed æque ad tempus sine initio, atque fine est, & hic est primus, & continuus: sed continuus est vnus: quippe qui non vnus est, neque continuus dici poterit, sed vnus est vnius magnitudinis motæ. Non enim mouetur per se id, quod magnitudine caret, itē est vnius mouentis. Quoniam, si quod mouetur non fuerit vnum, nec id, quod mouet, neque motus erit vnus & continuus, sed vnus alteri contiguus, & alter ab altero diuisus. Cum igitur hoc ostensum sit, quòd vnum mouens est vno, & æterno motu, & quòd est vnum, quod mouetur. Primum repetit quę competunt primo mouēti, & sic subnectit quæ sunt eius, quod mouetur. Si enim vnum mouens, aut motum mouet, aut immobile mouet: sed si motum mouet, patet, quod erit necesse, vt tale sit corpus. Ostendimus enim, quod per se mouetur, omne corpus est. Sequitur etiam simul, vt ab aliquo moueatur. Et sic de mouente rursus interrogandum esset, quod, si etiam mouetur adhuc ab aliquo mouente mouebitur: quare necesse est vt illud mouens vel motum mouere, & ab aliquo motum, vel immobile mouere. ne igitur in infinitum abeamus, perueniemus eandem ad id, quod mouetur ab immobili. Si.n. non fuerit aliquod principium, neq; quæ sunt post ipsum erunt. Sed ostensum est, quòd omnium, quæ mouentur, & mouent, primum est id, quod seipso mobile, in hoc autem mouens per se est immobile, sed per accidens mouetur. Quod autem est proprie mouens per accidens, necesse est vt simul mutetur cum eo, quod mouetur, & ob id adiecit. {Hoc enim non necesse est simul mutari} determinans de ipso mouente in eo, quod est seipso mobile, quod necesse est simul mutari per accidens cum eo, quod mouetur ab ipso. Quod.n. æterno motu mouet, de quo sermo est, sine labore debet mouere. Nihil.n. labore fessum diu potest permanere. Sed quod nō premitur aliquo labore, non simul mutatur cum eo, quod mouetur, neq; omnino mouetur, sed semper est in eadem perfectione collocatum. Sed oportet vnum, & continuum motum, etiam regularem esse. Si.n. fuerit irregularis, neq; vnus, neque continuus erit, sed regularis motus est is, quo immobile mouebit, quia semper eodem modo se habet quòd mouetur ab eodem, quando secundum nihil mutatum sit. Illud autem, {aut solus, aut maxime} potest quidem dici secundum cautionem philosophicam. Diceret porrò aliquis, q de solo mouente absolute hec dicta sunt, cum magnam rationem introducat ad regularitatē, & egeat eius quod mouetur, vt ita dixerim, identitate, vt sit solus proprie regularis. Et, cum hactenus repetierit ea, quæ conueniunt mouenti, subiungit etiam de ipso, quod mouetur, quod oportet etiam motum eandem semper seruare habitudinem ad mouens, vt similis & regularis reuera permaneat motus. Nam solus proprie & perfecte regularis iste est, in quo semper mouens, & quod agitatur immutabiliter, & eodem modo se habent inter se. Vnde perspicuum est huiusmodi esse corpus cœleste, cum sit circulare, & proxime moueatur à causa mouente immobili; quare simul æternitas cœli ostensa est, & illa vniuersi æternitate motus, & primi mouentis immutabili vnitate, & identitate: quanquam iterum libro de Cœlo, æternitatem horum demonstraturus sit.

Nihil patiēs laborem diu permanere potest.

Motum regulari motu cum ipso mouente relationem & habitudinem seruat.

Tex. 84. *Necesse est autem, aut in medio, aut in circulo esse: hęc enim principia sunt, sed celerrime mouentur quę proxima sunt mouenti. Huiusmodi autem est ipsius totius motus illic ergo est ipsum mouens.*

Cõm. 107. Cum explicarit, quale sit primum mouens, & id, quod æterno agitur motu, & quonam pacto mutuo se habeant: quoniam mos est quærere, si vt videtur vbi mouens collum sit. Et Pythagorei videbātur ipsum collocare in medio, probauit admodum hoc addendum esse sermonibus de mouente, & dicit, q necesse est, vt collocetur in principio eius, quod mouetur: quod quidem maxime primum est. Duo enim sunt principia in sphæra, aliud medium, & aliud circunferentia, necesse igitur, inquit, in aliquo horum collocari mouens. Sed, quoniam id, quod est proximum mouenti, celerius mouetur, & talis est motus circularis, idest motus circunferentiæ, ibi etiam erit mouens. Nam medium, cum sit immobile, non videtur esse idoneus, vt locus mouentis. Verum Eudemus tradit motorem esse in maximo orbe, in quo sunt vniuersi cardines. Nam velocissime mouetur, & mouens inde motus initiū facere videtur, vnde velocissime, & facillime mouet. At Alexander dubitat, & quo ad externam circulationem, & circunferentiam, & quo ad maximum circulum, seu orbem: quia si in hoc mouens causa collocetur, quomodo non mouebitur, agitabitur per accidens. Et cum dicat nisi sit illius motus, qui secundum polos, & cardines est, iterum dubitat, quod etiam hi duo sunt immobiles, sed Aristoteles, & Eudemus aiunt, quod proximum est mouenti, ocissime moueri. Sed soluens dubitationem, dicit, quòd si in aliqua parte fuerit circulationis extremæ, moueretur nimirum per accidens, quia motus sphæræ est secundum partes, sed si vbique sphæræ aderit, in eo quod velocissime circunducitur, collocabitur, & nō amplius moueretur per accidens, quia tota circulatio, & circunferentia non mutat suum locum, sed semper eundem occupat locum. Sententiam itaque suam affert, & sic iudicat motorem collocandum esse in tota circulatione exteriori. Si enim erit vicinus ei, quod celerrime circumagitur, & non mouebitur per accidens, atque tenebit eandem comparationem ad id, quod mouetur ab eodem, quocirca & simili semper motu mouebit. Hæc vocauit in dubium Alexander, & sic diluit obiecta. At verò, cum prius pulchre dixerit, quod non est intelligendū collocari

Vbinam sit primo mouēs.

Pythagorei quo pacto dixerint quod primo mouēs esse in medio.

locari motorem, tanquam occupantem aliquem locum. Nam impertibilis eſt, vt demonſtrauimus, immo neque velut quædam forma in eo collocatur, in quo eſt, ſed velut ſubſtantia incorporea per ſe in ſubſtantia. Nam & ſi, inquit, corpus circulare animatum moueatur, ſecundum animam, quæ eſt in ipſo, tamen etiam quodam alio eget, quod confert principium motus ipſi. Nam in omnibus animatis, cum ſit aliquid extrinſecus, eorum ſit motus cauſa, atque principium, qui ſane motus proficiſcens ab anima fit ſecundum locum: ſiquidem alicuius appetitione motus animatorum, ſecundum locum fiat. Hæc autem Alexander ſcripſit, perinde ac Ariſtoteles fatetur ſolum cauſam primum mouens eſſe. Quod ſi (vt multæ rationes) oſtendunt, etiam idem animam putet cauſam efficientem, vt Plato eandem motus progrediendi cauſam cenſet, & immobilem mentem ſemper circa eadem, & ſecundum eadem, & in eodẽ ſemper moueri, ſecundum vnam rationem, & vnum ordinem. Si ergo impertibile mouens eſt, & omnino ſeparatum à corporibus, idem per ſe perfectum, ſecretum à toto corpore mundano, rectè dicendum erit idem vbique eſſe, & nuſquam collocari.

Pythagorici, et Platonici in quonam collocauerint primum mouens.

Quod ſi Pythagorei aiunt idem in centro collocari, & Ariſtoteles idipſum in ſphæra ſtellarum inerrabilium eſſe cenſeat, illi quidem centrum putant eſſe magis idoneum, quàm aliæ partes vniuerſi ad participationem bonitatis opificis, continuæ, & ſolidæ, ac firmæ. Sed Ariſtoteles in eo collocandum voluit, quod primo putat frui motu opificis. Et ob id Pythagorei locum conuiuij, aut ſoci, & Zenon propugnaculum ipſum cẽtrum appellarunt, ſed Ariſtoteles, menſuram aliorum motuum dixit illum ſphæræ inerrabilis vt primum, & contractum, ſeu celeriorem, ſimilem impertibilitati mouentis ob celeritatem ſuam.

Primum mouens non mouetur per accidens.

Non oportet igitur timuiſſe, ne forte aſſeramus, primum mouens per accidens moueri, ſi idipſum collocauerimus in cœlo ſtellarum inerrabilium. Non enim eſt proprie in cœlo, ſed cœlum in ipſo: ſiquidem id quod eſt in aliquo, continetur ab eodem. Equidem primum mouens continet totum mundum, ſua infinita potentia, ac vi. Sed nondum auxilium Alexandri intelligi poteſt eſſe ſufficiens ad tuendum illud non moueri per accidens, ex intelligentia proficiſcens huius, quod eſt in cœlo primum mouens. Nam inquit, ſi non eſt in aliqua parte, ſed in tota circulatione, & circunferentia, quia tota non mouetur, neque mutat locum, ſed in eodem manet, neque per accidens moueretur. Si ergo non tota mouetur, & primum mouens dicitur collocari in eo, quod velociſsime ducitur: patet, quòd non eſt in tota circunferentia. deinde, ſi ita eſt in tota velut ordinatum ipſa, & vniuerſa ſecundum partes mouetur, patet, quòd etiam ipſum mouens per accidens mouebitur. Quod ſi ſolum ſine habitudine, & ſeorſum adeſt vniuerſo, quid vetat etiam partibus eodem modo adeſſe ſe omnibus ſimul, & immutabiliter, & impertibiliter niſi per accidens vna, cum illorum motu moueatur. Et cauto Eudemus quæſitum, & propoſitum exponens, inquit, ſi impertibile eſt primo mouens, & non tangit quod mouetur, quomodo ſe habebit ad ipſum? igitur impertibile, & non tangens quod mouetur, ſed ſine habitudine ad ipſum, & ſeparatum, quomodo poteſt vna moueri cum eo, quod mouetur, vt per accidens ducatur, & agitetur.

Primum mouens quo pacto ad id, quod mouetur ſe habeat ſi neque partes habet, nec ipſum tangit.

At Alexan. tradit Eudemum fateri, primum mouens in maximo orbe collocari, in quo ſunt cardines & poli. Is. n. celerrime mouetur. Sed hoc animaduertendum eſt, quod Alexander in circunferentia ſphęrę, primum mouens eſſe exiſtimat dicere Ariſtotelem. Nam forte cum dicat in circulo, in toto cœlo intelligatur.

Tex. 85.

Nam quod mouet, poſſit continuo mouere.

Habet autem dubitationem, ſi contingat aliquid quod mouetur, mouere continue, ſed non vt id, quod pellit iterum & iterum, & eo conſequenter ſint continue, aut. n. ipſum oportet pellere, aut trahere, vel vtrunque: aut alterum aliquid excipiens aliud ab alio. ſicut dudum dictum eſt in ijs, quę proijciuntur. ſi vero vt diuiſibilis ſit aer, aut aqua mouet, ſed vt qui ſemper mouetur: vtroque modo non poßibile eſt vnum eſſe, ſed contiguum. Solus itaque is continuus eſt, quo ipſum immobile mouet. ſemper. n. eſt ſimiliter ſe habens & ad id, quod mouetur ſimiliter ſe habebit, & continue.

Com. 108.

Poſtquam oſtendit, q̃ ſolus motus continuus eſt, quo mouet immobile, confirmans hoc, oppoſitum eius deſtruit: videlicet, quòd poſsit aliquid, quod mouetur mouere continue. Nam, quia omne, quod mouet motum, eſt corporeum, & corporeo modo mouet quæ corporeo modo mouent, aut pellendo, aut trahendo, aut ambobus modis, vt ij, qui manibus molas mouent, etiam vel idem oportet eſſe impellens, aut trahens, aut ambo faciens, aut aliud ab alio proficiſcens ſecundum aliquem horum motuum mouere: vt in proiectis paulò prius oſtendimus, in quibus aliud ex alio non ſolum mouetur, ſed etiam mouendo ſuccedens fit cauſa motus in ipſo proiecto: ſiquidem diuiſibilis ſit aer & aqua, i. cũ facile diuidi, ac moueri queãt, etiam moueant. Semper. n. alius aer, & alius motus, alium mouet ſic. ſi ergo aliquid ita ab eo quod mouetur profecto moueretur: & non eſt talis motus vnus, & continuus, ſed conſequenter, ſiue non ſecundum ſucceſsionem, ſed vnum erit mouens, vt in perducẽtibus, & expellentibus, aut trahentibus, neq; ipſe eſt continuus motus. Nam & ſi vnum in his mouens fuerit, & non plura, vt in proiectis, ſed ſecundum vnamquanq; pulſionem, aut tractionem principium aliquod ſit quieſcente trahente, aut impellente, q̃a non ſine labore ita mouet. Si ergo omne, quod mouet motum, aut pellendo, aut trahendo, aut ambobus modis; mouet, & vel idem ſequẽs vel ex ſucceſsione, ſed omnino nequit vnus, & continuus, & regularis eſſe motus: patet, q̃ ſolus continuus eſt qđ mouet immobile, q̃a omne quod mouetur, vel ab eo, quod mouet ur, mouet, vel ab immobili. Et cauſam adiecit, cur idem ſit continuus dicens, Eodem modo ſemper ſe habens: ſiquidem immobile eſt, atq; immutabile ſ̃m ſubſtantiam, & potentia, & actu, & ſimiliter ſe habebit ad id, quod mouetur eandem ſemper habitudinem habens ad idem: quare & eodẽ modo, & regulariter mouet. Verum cum dixerit. {Et ad id, quod mouetur ſimiliter ſe habebit,} adiecit, {Et continue} indicans, q̃ etiam continuus eſt ſimilis habitudo immobilis ad id, quod mouetur, & non interciſa, neq; deficiens, vt æternus ſit motus, quo proxime mouet immobile.

Nam errantium ſphæræ non mouentur, quæ mouentur circum [illegible] *æquabili, ſed regulari.*

Dubitat autem pulchre Alex. q̃uo non dicet aliquis, etiam ſphæras ſtellarum errantium, motu, quo circum rapiuntur vna cum ſphæra inerrabiliũ, continuo & æterno, atq; regulari moueri, cum moueantur eodem motu, quo mouetur ea ſphæra. Et primum cedens dubitationi dicit, quod hoc innuens Ariſto. ſic dixit, Habet autem dubitationem, ſi contingit aliquod motum mouere cõtinue, ſed non vt pellens. Vnde, cum dubitet, demonſtrauit, in quibus non contingit, relinquens nunc rationem dubitãtem. Deinde ſubiungit, ne forte horum motus fiat à ſphęra inerratili. Non. n. ſ̃m vim motricem, in ipſa hoc mouet motu, ſed mota ipſa à mouente motus illarum ſequitur, qui fit etiam à mouente illã. Et q̃ vnus ſit motus, vt vnius to-

Primum mouens est in toto corpore mota circulariter, & nō tantum in sola sphæra inerrante.

tius cœli, qui fit ab ortu in occasum, existimo esse perspicuum ex hoc, quia fit circa eosdem polos, & ex hoc, quia non solum sunt octo sphæræ, sed etiam vnum totum cœlum, Sed vnus motus est vnius, & ab vno factus. Indicat ètiam ipse Aristoteles, qui asserit primum mouens non collocari in sphæra inerratili, sed in toto corpore circulari. Nam inquit, celerrime mouetur id, quod proximum est mouenti. Huiusmodi est circuli motus: igitur mouens: existimo igitur dicere illum circulum vniuersum anfractum, & ambitum, cœlorum. Verum Eudemus hoc non dubitat, quod Aristoteles, si contingit aliquem motum moueri continue, sed loco huius ambigit, si posit immobile mouere. Videtur enim, inquit, mouens secundum locum, aut pellens, aut trahens mouere, si autem non solum sic, tamen tangens idem, aut per aliud, aut per vnum, aut per plura. Sed impertibile non potest tangere aliquid: quippe cum non sit eius principium, nec terminus. Sed attiguorum termini sunt simul: quomodo igitur mouebit impertibile? Et soluit dubitationem, quòd alia mota mouent, & alia quiescentia mouent, & quæ mota mouent attigua sunt alijs, sed non similiter omnia. Non enim velut terra sphæram in ipsa proiectam sursum mouit, sic etiam primum mouens. Non enim motu adueniente mouet illud. Non enim amplius primo moueret, sed terra nunquam quiescens primo mouebit.

Num immobile contingat mouere.

Tex. 86. *Determinatis autem his, manifestum est, quòd impossibile est primum mouens & immobile habere aliquam magnitudinem. si enim magnitudinem habet, necesse est aut finitam ipsam esse aut infinitam. Quod igitur infinitam non contingat magnitudinem esse, ostensum est prius in Physicis. Quod autem finitum, impossibile sit habere infinitam potentiam, & quòd impossibile sit à finita moueri aliquid infinito tempore, demonstratum est nunc. primum autem mouens perpetuo mouet motu, & infinito tempore. Manifestum itaque est, quòd indiuisibile est & impartibile & nullam habens magnitudinem.*

Cōm. 109. Cum repetisset pauloantè rationem de primo mouente, & reduxisset in memoriam iam ostensum esse ex hoc, quod continuus, & æternus est motus in his, quæ sunt, ostensum esse, quòd vnum est primum mouens immobile: & subiunxisset in qua parte eius, quod mouetur, sit collocandum mouens, & deinde constituisset illud esse immobile, quia demonstrauit quod nullum motum potest mouere motu continuo, adiecit etiam repetitionem tertij, quod ostensum est, videlicet de primo mouente. Hoc autem erat quod illud esset expers diuisionis, & magnitudinis. Tria enim erant ostensa de ipso, quòd vnum: quòd immobile: quòd impertibile. Cum ergo ad memoriam reuocasset breuiter duas demonstrationes, nunc tertiæ meminit docentis, quod nequit primum mouens æterno motu, cum sit immobile, aliquam magnitudinem habere. Vel enim finita, vel finita erit magnitudo: si ergo nequit esse magnitudo infinita, vt Tertio huius operis ostensum est: consueuit nimirum quinque primos libros apposite appellare, & de naturalibus principijs, vt etiam vltimos tres de motu. Sed quod neq; finitum corpus esse queat ostenderat: si quidem necesse sit finitum corpus, aut infinitam vim habere, aut finitam: si ergo neque corpus finitum vim posidet infinitam, vt demonstrauimus, neque finita vis potest tempore infinito mouere, vt commostrauimus etiā hoc probauimus, quòd primum mouens æterno motu tēpore infinito mouet. Nam primum motum oportebat à primo mouente elargiri, atq; proficisci. Quibus igitur ostensis perspicuum est, ꝙ primum mouens impertibile, experſque diuisionis nullam habens magnitudinem sit. Sed pulchre hoc loco Alexander instit, cui quidem ostenso problemate oportebat inniti, atq; immorari, ꝙ in eo, quod mouetur in infinitum non est dicendum quod sit vis, nisi æquiuoce. Nam in mouente, & faciente, inquit, vis velut robur quoddam dicitur, quod labore prematur in his, quę sic mouent necesse est, sed vis in ipso quod mouetur est velut habilitas quædam ad patiendum simpliciter. Neque enim in eo, quod vnus fert, & eo, quod fertur, quia quod fertur donec fuerit, potest geri & vehi, ideo & baiulus semper sustinebit onus. Nam potentia quadam ac robore baiulus fert onus, quæ fatigatur labore, & fessa euadit, cum sit finita infinito. Et oportebat Ioannem Grammaticum hæc verba Alexandri attendere, & non existimare, quòd Aristoteles, atque Alexander putent non proprie id, quod est virtutis infinitæ, seu potentiæ in infinitum moueri. Quod enim in infinitum mouetur, habet habilitatem suapte natura ad hoc. Et hoc est posse in seipso moueri. Sed quod mouetur ab alio, dum fit, mouetur, & non simul totum. Nam motus est dum fit. Et hic rursus Alexander, cum quæsiuisset quomodo sphæra inerrabilis, cum sit finita, non habebit vim infinitam mouendi: siquidem semper moueat sphæras errantium astrorum: soluit quæstionem eadem dicens, quæ etiam paulo prius, quod etiam erraticæ mouentur aliquo modo ab illo immobili simul, cū sphæra inerrabili. Nam inerrabilis sphæra suapte natura corporea mobilis est, sed non motrix. Etiam hoc loco ipsi Ioanni Grāmatico animaduertendum erat, quòd non quęsiuit Alexander, quomodo sphæra inerrabilis finita æterna sit. sed quomodo cum sit finita potiatur vi mouendi infinita non ignarus, quod nihil prohibet quin finitum moueri, atq; esse queat in infinitum, cum motum factum habeat, & substātiam, sed non in tempore aliquo, sed in infinitum. Sed, cum sit finitum, non potest simul totam vim mouendi habere. Hunc in modum diuinus reuera Arist. doctrinā de Physicis principiis, ad Theologiam supra naturam, & sermonem de deo principem, & caput redegit ac demonstrauit vniuersam corpoream naturalem congeriem, & cōsistentiam ab illa incorporea supra naturam, & sine habitudine intellectuali bonitate dependere, quo in loco Platonem etiam imitatus est. Verum Plato ex substantia mundani corporis opificem mundi intellectualem Deum adinuenit. Nam, cum separet quod vere est ab eo, quod fit, & definiāt aliud esse id, quod semper secundum eadem, & eodem modo se habet, quandoquidem simul & pariter totum sine diuisione, & impertibiliter æternitate subsistat. Sed illud, quod fit quandoquidem mutetur, & moueatur tum est cum fit, quod obnoxiam ortui consistentiam corpoream, quandoquidem diuisibilem habeat, & tempore productam, & mutatam obtinet substantiam. vnde fit, vt interitui sit obnoxia, & sit dum fit, & ob id à causa dependet, tanquam non posit suapte natura subsistere. Nam in Timęo Plato asserit fieri nō posse, vt omne, quod ortum subit sine causa eundem retineat. Sed causa eius, quod fit est id, quod reuera est, ne quod fit ante id, quod fit ponentes, infinitum habeamus, atque immutabile causa est eius, quod mutatur. Cum igitur inuenisset opificem mundi, atque architectum intellectualem deum reuera existētem, & semper secundum eadem eodemque

Quod primùs motor nullam habet magnitudinem.

in finita

Vis vel potestas i eo quod mouetur in infinitum quomodo dicatur.

Sphæra inerrantium quo pacto infinitā mouendi potestatē habeat, si moueat errantium sphæras.

Omnis corporea & naturalis consistentio depēdet ab incorporea et intelligenti bonitate.

Plato quomō ex mundi substātia Deum inuenit opificem.

Locus Platonis in Timæo explicatur.

demq; modo se habentem in æternitate collocatum à mutatione substantiæ uniuersi ad substantiam causamq; immutabilem sese retulit. Sed Aristoteles à motu mutationeq;, & ex dimensa finitaq; corporum substantia ad immobilem, ac immutabilẽ, & indiuisibilem causam processit. Nam demonstrauit necesse esse, ut in his, quæ sunt, motus sit æternus, & ob id etiam, quod mouetur: siquidem motus sit in eo quod mouetur. Item demonstrauit, φ oẽ quod mouetur, ab aliquo mouetur, & quod primo mouens necesse est, vt sit immobile, & immutabilis causa eorum, quæ proxime mouentur æterno motu. Sed quòd etiam apud Platonem ortus, & apud Aristotelem motus mutationem significent, facile est intelligere, vel ex eo maxime, quod Plato diuidens id, quod semper secundũ eadem, & eodem modo se habet, diuidit contra id quod fit velut contra id quod mutatur. Aristoteles verò, quando dicebat, omne, quod mouetur, ab aliquo moueri, non de solis proprie motis, sed etiam de his, quæ generantur, & intereunt, atque omnino, & generaliter de his, quæ mutantur loquutus est, & tamen immobile, atque immutabile multifariam dixit. Neque enim solum motum proprie excedit, ab eo seiunctum, sed etiam ab ortu, & interitu. Sed videtur mihi admirabilis iste vir, quod nomen ortus, in his, quæ sempiterna sunt, plane recusat collocare, quia adducitur opinio hominum facile, vt ea, fiunt initium temporis habeant, existiment: quod quidem plerique passi sunt, non potentes, cum æterni opificiis suas notiones simul extendere, sed addentes principium temporis illi, quod à causa proficiscitur, & fieri dicitur, atque facile intelligere videbantur, si quis principium, medium, & finem temporis statueret opificij. Vnde & plurimi sapientum respicientes ad id, quod facile adiutore studio consequi possent, sic mundum fuisse factum tradunt, prima, secunda, & tertia aduenisse dicentes. Et forte veniam habere existimant, atque rationem, si & Theologi non recusent deorum ortus sic aperire, atque ponere, vt auditores facilius discant. Sed Aristoteles sentiens, vt videtur, iam semper dicta eorum, qui aliter intelligunt, ut debent, & simul intelligunt principium temporis, insinuauit se nolle mundum factum asserere, & sic obnoxium ortui in his, quæ æterna essent palam abnuit collocare, & si nomine motus idem significante (modo non exigat temporis principium) vsus est quod verò non recuset fieri in infinitum in his, quæ sunt, velut ex eo cognoscitur, quòd Tertio huius operis, de illo, quod est in infinitum dixit, his fere verbis, Sed quia multifariam fit ipsum esse, vt dies, & certamen, quia aliud, & aliud semper fit, sic etiam infinitum. Principium igitur demonstrationis, sic ambobus idem est deducens ex eo, quod mutatur in id, quod immutabile est. Deinceps dicit, quod mouetur ab aliquo moueri, & quod fit ab aliqua causa ortuim trahere, & primum mouens ostendit immobile atque immutabile esse, & impertibile. Sed quod est causa eius quod fit reuera est, & tale est impertibile, & simul totum subsistens, & semper φ m eadem et eodẽ modo se habens, quod quidem significat illud immutabile. Sed quia nonnulli putant Aristotelem primum mouens quod mentem, æternitatem, Deum cecinit finalem causam mundi, & non effectricem asserere, & maxime cœli, quod non est factum, quia ingenitum audientes illum dicere sæpe, & mouere velut desideratum, atque amatum, ac sæpe velut finalem causam illud inuulgare sic senserunt, consentanenum erit ostendere eundem suo præceptori

Generatio seu ortus apud Platonem, motus, uel mutatio est apud Aristotelem.

Cur Arist. noluerit in æternis nominare ortus, uel generationis.

Prima, secunda & tertia genita cur aliqui sapiẽtes aduenire dicant. Theologis uenia est danda quod Deorũ generationes ponant.

Generari, uel fieri, uocabulo utitur Aristoteles, in his quæ fiunt in infinitum.

Deus non modo finalis, sed efficiens causa est ipsius uniuersi.

assentiri, cùm non solum affirmet primum mouens mũdi esse causam finalem, sed etiam effectricem, & hunc deum esse. Proinde Plato in Timæo inquit, Dicamus porrò, qua de causa ortum, & hoc vniuersum conditor constituit: Bonus erat. Quibus perspicuo simul causam finalem, & effectricem mundi Deũ dicit. Item, qñ inquit, Mentem in animo, & animum in corpore collocans, atque constituens vniuersum fabrefecit architectatus illud hunc in modum, vt pulcherrimum esset, atque optimum opus. Vnde fere toto dialogo canit opificem respicere ad bonitatem suam. Sed in concionem, quam habuit ad cæteros cælestes deos opifex plane adiecit, quod ipse cœlestia proxime condidit, & constituit, & ea, quæ sub Luna sunt ab illis cœlestibus. Sic enim fatur, deos cœlestes primus opifex dij deorsum, quorum ego opifex, & pater. Item processu operis inquit, Mortalia genere reliqua tria, quæ si non essent facta cœlum esset imperfectum: quo loco cœlum mundum appellat, vt Aristoteles. Oportet autem, inquit, & hæc fieri, si perfectè subsistere debent, sed per me hæc facta, & vita potiuntur diis adæquabuntur. Vt igitur hoc vniuersum sit, mortalia subsistant oportet, cæterum vertit nos ad opificium animalium. Sed his significat, per me hæc autem facta sunt, quod à causa prodeunt quæ secundum eadem, & eodem modo se habet. Velut Aristoteles diceret, quod ea quæ fiunt ab immobili causa necesse est, vt sint æterna. Sed quòd Aristoteles fateatur deum esse finalem causam, aut primum mouens nullus dubitat. Quòd vero etiam causam effectricem esse tradat contenti esse debemus determinatione causarum, quam Secundo libro attulit: vbi causam effectricem definit dicens esse, vnde principium motus. Item uade principium motus, & mutationis primum, vel quietis. vt qui consultat est causa, & pater filij, & omnino, quod facit facti. quid ergo bis apertius est ad iudicandum, quod primum mouens est causa effectrix? Præterea Primo libro de cœlo dixit, quòd nihil frustra deus efficit, nec natura. & in eodem libro, cum dicat, φ æternitas cognomen accepit ab ipso semper diuina, & immortalis. vnde & aliorum pendet æternitas, & nonnullis concessum est viuere, atque esse certius, nonnullis vero obtusius: patet, quòd vt omnia bona fiunt propter finalem causam, sic etiam viuunt ob opificem. Item primo libro de ortu primum mouens esse causam effectricem indicauit quærẽs de causis perpetui ortus hæc scripsit. Cum vna sit quidem causa, vnde dicimus initium motus. quibus patet, quòd dicit effectricem causam, & vna sit materia, talis causa dicenda est. Nam de illa prius diximus libris de motu, quod alia est semper immobilis, & alia semper mota. Vnde duplicem efficiẽtem causam ipse tradit, aliam omnium immobilem, & cœlestem eorum, quæ sub Luna sunt. Et Alexander hæc verba interpretatus, inquit, porrò primum mouens motus diuini corporis causa efficiens est, cum sit ingenitum. sed Primo libro maiore metaphysicæ laudans Anaxagoram, & ante ipsum Erotimum, qui non solum materiatas causas tradiderint, sed etiam mentem, ut effectricem, & finalem causam spectarint, hæc scribit. Sed quis mentem dicens adesse, vt in animalibus, & in natura causam mundi, atque vniuersi ordinis, quasi videantur dicere priores præter verisimile. Cum ergo dixerit, quod Anaxagoras, & prior Erotimus has rationes tetigerint, subiũgit: Qui sic opinantur simul pulchre causam principium esse eorum, quæ sunt posuere, & tale, unde ipsis adueniret motus. Laudat ergo eos, qui mentem affirmarunt causam effectricem,

Causa efficiens quid sit.

ctricem, & finem, vt etiam pauloantè laudabat Anaxagoram: quòd mentem principium motus dicens, simul & ex partem affectus atque mixtionis eãdem seruauit. Sed, quoniam Alexander, atque alij Peripatetici videntur existimare Aristotelem posuisse cœli finalem causam, & motricem, sed nõ effectricem, vt etiam pauloantè verba Alexandri apposita significabant, dicentis, quòd primo mouens, motus diuini corporis efficiens est, quòd corpus est ingenitum, age etiam ostendamus cœli causam effectricem illum mentem existimasse. Ac sufficerent quidẽ definire hanc ipsam causam efficientem, eam, vnde motus principium. Sed mens, quæ est immobilis, causa est, vnde motus cœlestis principium. Nam per motum cœli etiam immobile est principium eorum, quæ sub Luna collocantur. Item secundo Physicæ audjtionis libro fortunam, & casum appellans per accidens aduenire causis per se, videlicet menti & naturæ asseruit. Nam modus causæ, inquit, in his est idem ipsorum, quod sit vnde initium motus fortunam, & casum dicens. Vnde subiungit: Sed quia est casus, & fortuna causa eorum, quorum vel mens, aut natura fuerat, quando per accidens aliqua causa fieret horum omnium. Sed nihil eorum, quæ sunt per accidens, prius est his, quæ sunt per se: igitur casus & fortuna posteriora mente, ac natura, quare, si cœli maxime casus est causa, necesse est, vt prius sit mens, & natura quæ sunt aliorũ, & huius vniuersi causa. Sed contra hoc forte aliquis contradicens vir inueniret fugam asserens, non hoc demonstrare Aristotelem in his, quod mens & natura sint cœli causæ, sed qui dicit casum & fortunam cœli causas esse, is cogeretur, ante illa ponere mentem, & naturam causas eiusdem esse. Sed illi opus est animaduertere, quòd motũ ab alio necesse est, vt aliunde trahat substantiam: siquidem melior est substantia motu: quòd si secundum ipsum omnis corporis finiti est ars finita motrix: patet, quòd etiã est constitutrix substantiæ. necesse est igitur, vt habet æternum motum, ab immobili substantia, sic etiam æternam corpoream substantiã ab incorporea suscipiat. Est enim liber quidam vniuersus, ab Ammonio præceptore meo conscriptus, qui locupletissimam fidem fecit, quod Aristoteles censuerit deum, ac mentem effectricem esse vniuersi causam, e quo ego quoque nonnulla mihi sumpsi, & traduxi, quæ propositis congruebant. Et exinde exactiorem doctrinam de hoc possumus accipere. Sed siquis, quæreret, cur Aristoteles non ita palam Deum affirmauerit effectricem causam, vt finalem, rationem à me prius dictam de generabili, & nunc dicam. Nam, quia quod efficit, id, quod fit, facit: & quia quod fit, videtur vnà cum principio ortus inferre temporis principium: ob id æterna corpora recusauit dicere, quòd essent facta, ac perspicuo nominare eorum causam effectricem, & sæpe. Et forte, si quis id, quod fit, & facit dicere propriæ conuenire his, quæ sunt ortui subdita, tempus quoddam inferentia alijs nominibus in æternis vtetur. Et uide, quòd motum æternũ dicere Aristoteles non recusauit, quanquam motus fit, dum fit, sed ortum eius noluit dicere, quia quod fit, prius videtur non fuisse, & rursus interire debet. Huius ergo libri præsertim quoad potui talem interpretationem feci. Sed forte rei conducet, atque nõ inutile erit, si breuiter enumerauero capita eiusdem, & explicaro diligenter ordinem quæsitorum, & memoriæ suggessero eorum, qui hæc didicerint.

Ammonius librum edidit, quo affirmat Deum esse causam mundi efficientem.

Cur Arist. non aperte cõfessus est Deũ esse mũdi causam efficientẽ.

Totius Octaui libri epilogus.

Cum proposuisset initio libri quærere, an motus esset æternus, nec ne, hunc in modum, vt prius non sit factus, nec sit interitur, adeo vt postea non sit, neque ante fuerit, ostendit hoc primum consensu omnium, qui de rebus naturalibus disputauerunt reijciens Anaxagoram, & Empedoclem, qui soli visi sunt negare motum æternum. Secundo ex definitione motus ostendit, non posse primum motum, nec vltimum accipi, sed primo semper est prior, & postremo posterior, quo fit, vt semper sit motus. Tertio idem ostendit ope prioris, posterioris secundum tempus. Quarto demonstrat ex ipso Nũc in tempore, cum sit medium inter præteritum, & futurum. Deinde instans, quòd dicere æterno quodam ante sæculo non fuisse motum, & postea in lucem editum fuisse, persimile est figmento, vt etiam affirmare sic aptum esse tum deinceps rationes, quæ videntur demere hoc decretum, videlicet motum esse æternum exponit, quę sunt tres: quarum illa prima adducitur, quod omnis mutatio è contrario in contrarium fit, & quæ sunt contraria, sunt definita, & certa, vnde hæc motum non esse continuum, & æternum, probare nititur. Secunda est, quæ videtur probare motum fieri, cum prius non fuisset, ex eo, quòd inanimata, cum prius non moueãtur, postea mouentur. Tertia ab animatis promitur, quod etiam hæc non prius mota posterius mouentur, vbi non apparet causa mouens, vt etiam in ipsis inanimatis, & ob id magis videtur fieri motus, perinde ac prius non fuerit. Cæterum diluit rationes, atque obiectiones. Primo, quod mutationes ex contrarijs in contraria sunt finitæ, sed nihil prohibet esse vnam, & continuam, atque æternam. Reliquas vero ex hoc diluit, quòd ante apparentes, & manifestos motus sunt alij. Deinde reducens sermonem vnde defluxit, diuidit habitudinem eorum, quæ sunt ad motũ, & quietem, & primum ostendit, quòd non omnia simul quiescunt ex euidentia, & ex differentibus cõceptionibus, & rationibus. Deinde, quòd neque omnia semper mouentur, & tertio, quòd neq; alia semper quiescunt, & alia semper mouentur: neque, quòd omnia aliquando quiescunt, & aliquando mouentur. Deinde repetens diuisionem, & breuiter confutans dictas sectiones, quod restat confirmat dicens, alia semper quiescere, & alia semper moueri, in quibus diuisionem mouentium, & eorum, quæ mouentur, efficit ad demonstrationem futuram proxime huius, quòd omne quod mouetur ab aliquo mouetur. ex quo rursus ostendit, quòd eorum, quæ sunt, alia semper mouẽtur, & alia semper quiescunt, & alia interdum mouentur, & interdum quiescunt. Item, quòd eorum, quæ mouent, & mouentur, primum est quod seipso mobile est, sed mouentium primum est immobile. Sed dum demonstrat quod omne motum ab alio quodam, quam à seipso moueatur, ostendit, quòd etiam naturalia corpora simplicia nõ seipsa mouent, sed ab alio mouentur: vt quidem ex proijciente, aut impellente, aut trahente, sed secundũ naturam à mutante ipsum ex potentia in id, quod actu est. Et quod qui impedimentum remouet etiam mouet, sed per accidens. Deinde concludens rationem, breuiter ostendit, quod omne, quod mouetur, ab aliquo mouet, siue per seipsum moueat, siue per aliud. Quòd si hoc ita se habet vel in infinitum necesse est procedere illi, qui dixerit semper aliud ab alio moueri, vel peruenire tandem ad id, quod à seipso mouetur. Et sic cum inuenisset primum mouens, vt motum, deinceps vt immobile inuenit: ostendens nõ omne mouens motum mouere, neque per accidens, neque per se. Et primo ostendit, quòd non per accidens, & interserit dicens, quod cum sit aliquid, quod solũ mouetur, & aliquod quod mouet, & mouetur, consentaneum esse, vt sit aliquod mouens

uens non motum: tum ostendit, ꝙ neque per se necesse est mouēs omne ab aliquo motū mouere, & generaliter deinceps ostendit, quòd primum motum, aut ab im mobili, aut ab eo, quod à seipso mouetur debet moueri, & addit, quòd magis principium motus est id, quod seipso mobile est, quam quod ab alio mouetur. Et tum quærit modum, quo seipsum mouet id, quod seipso mobile est, & demonstrat, quòd aliqua parte, vt anima, quæ est immobilis, seipsum mouet, & aliqua mouetur, vt corpore, & quod totum nō mouet, neque mouetur, neque toto pars mouet, neque parte totum: quibus addit, nullam partem ipsius per se mobilis seipsa mobilem esse: & concludit deinceps, quòd primum mouens immobile est, aut proxime mouens, aut per medium, quod est seipso mobile, in quo rursus mouens immobile est. Et deinde ostendit primum mouens immobile esse, atque æternum, tanquam supra omnem ortum, atque interitum, & mutationem constitutum, & quod vnum est. Et ambo ostendit statuens tandem quendam esse motum continuum & æternum, qui cum primus sit, à primo mouente proficiscatur, et consentaneum, & necessarium est. Sed posterius demonstrabit talem motum esse cœlorum, & ex aliis principiis motus ostendit primum mouens etiam per accidens immobile, & æternum esse, & deinceps addit consequenter, quòd & motum proxime ab immobili, & æterna causa necesse sit æternum esse, & reliquum, quod quidem statuit, videlicet esse vnū quendam motum, & cōtinuum ostendit, prius sumens, quòd oportet primum esse talem, & secundum plures modos ostendens, quòd latio prima motuum, & mutationum est, & quod latio recta, cum sit finita, reflectitur: idcircò non potest esse continua, neque mixta, sed sola circulatio. Quod enim reflectitur quiete media stat. Et, cum mentionem fecisset de punctis diuidentibus, & terminantibus rectam, & proportionalia accipiens in tempore, notauit pulchre, quod diuidens tempus Nunc, vt terminus partim est eius, & partim initium, sed, si comparetur ad rem, quæ est in tempore posteriori addetur, & quòd non constat tempus ex indiuiduis, neque diuiditur in ipsa impertibilia, quod quidem etiam ab ipso libro Sexto ostensum est. Et secundum viam magis consentaneam, & communiorem ostendit oppositos motus statione intercipi, & demonstrationem vniuerse extendit ad omnē mutationem. Ex his ostendens, ꝙ mota in rectum non mouentur vno, & continuo motu, & tum vniuerse simul, & proprie proposito idem ostendit, & reliquum demonstrat, ꝙ sola circulatio potest esse continua: siquidem neque ex contrariis, neque ex oppositis motibus constet, vt recta latio, neque quiete intercipitur, vt illa, & alij motus, ac mutationes. Si ergo prima aliorum motuum ostensa est latio, & lationis prima est circulatio, tanquam ipsa sola queat esse continua, & vna, patet, quòd omnium motuum primus erit circularis, quocirca etiā est mensura aliorum, & similiter quia est mensura, erit primus. Nā mensura est simplicior, & prima eorum, quæ mensurantur, vt vnitas numero, & digitus, aut pes maioris magnitudinis. Sed primus & mensura, & regularis merito est solus aliorum. Cæterum vt eius mos est, ex opinione etiam aliorum differentium de natura, & consuetudine nominum persuadet lationem primam esse aliorum motuum, & repetens capita prius ostensa, adiecit, quòd primum mouens est impertibile, & sine magnitudine: siquidem nequit esse infinita magnitudo, neque infinita vis queat esse in magnitudine finita, vt demonstrauit. & conuersum huius addidit, quòd neque in magnitudine infinita potest esse finita vis, etiam si quis poneret magnitudinem infinitā. Sed, quoniam omnis ratio pendebat ex hoc, omne, quod mouetur, ab aliquo moueri, rationem faciens, vt credibiliorem instantiam à proiectis contra se adducit, & soluit instantiam, & de omnibus concludit rationem summatim, ostendentem primum mouens impertibile esse, & indiuisibile, propter quem vniuersam naturalem consistentiam, & constitutionem supernaturalis causæ, & naturalem contemplationem primæ Philosophiæ susceptam fuisse, ostendit Philosophus, hunc optimum finem imponens tractationi de naturalibus principiis.

Commentariorum Simplicij in Octo libros Physicorum Aristotelis finis,

Series chartarum,

ab ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh.

Omnes sunt quaterniones, præter Hh ternionem.

Venetiis apud Hieronymum Scottum. M D LXVI.





